Calculi rationes ſi non fuerint demonſtratæ dolo, vel fraude redditæ, calculator non tenetur eas repetere. ibid num. 24.
Calculi rationes iterum reddendæ ſunt, cum dolo, vel fraude redditæ fuerunt, ibid.nu.25.
Calculi error dolo lotus deſegendus eſt claris, & perſpicuis rationibus, probationibuſque. ibidem num.26.
Calor iracundię homini intellectum diminuit. concl.350.num.22.
de Calumnia ſine aliis indiciis poteſt puniri accuſans, ſi defecerit in probatione. concl.254. num.2.
Calumnia quibus in caſibus non præſumatur, vide remiſſiue. concl.254.num.42.
Calumnia probatur ex eo, quod facto propoſita non probantur, nec ad rem faciunt. ibidem numero 4.
Calumnia probatur ex eo, quod id, de quo quis accuſatus fuit, non probatum eſt, etiam ſi accuſator eſſet bono genere natus, & accuſatus obſcuris parentibus ortus. ibidem numero 8.
Calumnia præſumpta contra actorem litigantem quando ceſſet, & excuſetur ab expenſis. concl. 36 num.46.
Calumniam probari ex non probatione accuſationis. concl. 154. num.1.
Calumniam ad repellendam inuentum eſt iuramentum calumniæ. ibid num.10.
Calumniatur is, qui moratur, & differt litem, vel fruſtratur, & fruſtra vexat aliquem. ibid. numero 9.
Calumniari præſumitur, qui nõ ſufficiens mandatum dederit procuratori. ibid num.3.
Calumniari dicitur, qui non probat, quod opponit etiam excipiendo. ibid num.6.
Calumniari qui conſueuit, ſemper calumniari præſumitur. ibid.num.18.
Calumniator non præſumitur, qui ſuccumbit, ſi ſemiplene probauit. ibid.num.11.
Calumniator præſumitur accuſator non obſtante ſemiplena probatione, ſi reus ad ſuẽ defenſionem aliquid probauit. ibidem numero 20.
Calumniator præſumitur, qui ſuccumbit, etiam ſi ſemiplene probauit illis caſibus, in quibus non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium in defectum probationis. ibidem numero 13.
Calumniatores nuncupantur, qui per fraudem moram, & fruſtrationem litibus alios vexãt, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. ibid. num.10.
Calumnioſe litigare non dicitur, qui ſuam intentionem ſemiplene probat. ibid.num. 12.
Campſor quando promiſit ſoluere pro cõfitente, bene poteſt opponi exceptio, quod pecunia non ſuit numerata. concl.361. num.42.
Campſor deponens pro alio ſemiplenam probationem facit. concl.255.num.1.
Campſor, qui publice artem facit, & qui artem bona fide exercere iurauerit, cum eius libris plenam probationem facit. concl.255. numero 6.
Campſoris liber ſi contineat data, & accepta ſemiplenam probationem facit. concl. 255. numero 7.
Campſoris publice artem exercentis liber regulariter ſemiplene probat pro tertio, & contra tertium. ibid. num.8.
Campſoris liber ſemiplene probat in ſpectantibus ad artem illius, non autem in aliis actibus. ibid.num.9.
Campſoris ſemiplena probatio perficitur ex libris illius productis pro tertio, qui ſimpliciter ſemiplene probant. concl.255. num.2.
Cancellariæ regulæ conſtituunt ius, quod ſingulos, & non vniuerſos attingit. conclu.258. numero 5.
Cancellariæ regulæ in curia tantum publicantur, & ibidem tantummodo obſeruantur. concl. 258. num.9.
Cancellariæ regulæ conditæ tantum fuere, vt inſtrueretur cancellaria, & eius in gratiis in literis expediendis. concl.258.num.7.
Cancellariæ regulæ probare non poſſunt, tanquam ius commune, ſed locale. ibid.nu. 12.
Cancellariæ regulæ non ligant, niſi prius gratia præcipue impetrentur, vt allegari, & produci poſſint. ibid.num.13.

Cancellariæ regulæ certis finibus circumſcriptæ ſunt, vt niſi petat impetrentur, non poſſint allegari. concl. 258 num. 15.

Cancellariæ regulæ conſtituunt ius generale etiam extra curiam. ibid num. 16.

Cancellariæ regulæ probant tanquam conſtitutiones in caleu. concluſ. 258. num. 1.

Cancellariæ regulæ non ligant in vniuerſum omnes. ibid. num. 2.

Cancellariæ regulæ ſtatuta quædam ſunt, ſiue conſtitutiones, quæ ad certum locum pertinent. ibid. num. 3.

Cancellatio inſtrumenti ſine teſtibus facta etiam in manu eiuſdem notarij in margine ipſius non probat inſtrumentum cancellatum. concl. 256 num. 1.

Cancellatio, ſiue interlineatura diei appoſita in inſtrumento ſuſpicionem falſitatis inducit. ibid. num. 2.

Cancellatio appoſita in inſtrumento, ſi nulla interueniat auctoritas iudicis in ea, inducit ſuſpicionem falſitatis. ibid. nu. 3.

Cancellatio ſententiæ immerito præſumitur facta, ſi non conſtet cauſa cancellationis. ibid. num. 4.

Cancellatio inſtrumenti, vel teſtamenti præſumitur in dubio facta voluntate teſtatoris, & ſic teſtamentum nihil valet. concl. 257. nu. 1.

Cancellatio propriè dicitur, quæ facta ſuit cum calamo obliquè per folium in morem cancri. ibid. num. 2.

Cancellatio banni ſufficit facta verbo. concluſ. 162. num. 25.

Cancellatio actorũ habet vim ſententiæ, ſi iudex cancellationis cauſam aperte declaret. concluſ. 256. num. 6.

Cancellatio ſi ſit in loco ſuſpecto, & ſubſtãtiali teſtaméti, adeo eſt efficax, vt illud inſtrumentum nullam faciat probationẽ conc. 257. n. 4.

Cancellatio inconſulta, & propter incuriam præſumitur inducta fuiſſe fauore libertatis, quando teſtamentum continet legatum libertatis. conclus. 257. nu. 6.

Cancellatio præſumitur propter incuriam inducta, quando legatum eſt factum ad pias cauſas. ibid. num. 7.

Cancellatio præſumitur facta voluntate teſtatoris, ſi penes ipſum reperitur inſtrumentum. ibid. num 8.

Cancellatio præſumitur ab eo inducta, penes quem inſtrumentum reperitur. ibid. nu. 9.

Cancellatio exiſtimatur facta creditoris voluntate, ſi inſtrumentum æs alienum continet. ibid. num 10.

Cancellatio ſi tendit ad fauorem tertiæ perſonæ, inſtrumentum non præſumitur cancellatum voluntate teſtatoris. ibid. nu. 11.

Canon ſi longo tempore ſolutus eſt pro aliquo fundo, probat fundum eſſe emphyteuticum. concl. 259. num. 2.

Canonis præſtatio probat ſubiectionem. concl. 259. num. 1.

Canonem qui ſoluit triẽnio, præſumitur etiam retro ſoluiſſe. concl. 259. num. 4.

Canonicus eſſe nõ præſumitur, etiam qui non nominatur à Pontif. Max. concl. 260. nu. 16.

Canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui canonicatus. concl. 261. num. 7.

Canonicus regularis non poteſt in iudicio teſtimonium perhibere. concluſ. 261. num. 1.

Canonicus, Archipresbyter, & Rector pro eorũ eccleſia teſtificantur. concl. 3. num. 11.

Canonicus teſtificari poteſt pro collegio, & capitulo. concl. 261. num 9.

Canonicus teſtis etiam eſſe poteſt in cauſa ſuæ præbendæ. ibid. num. 10.

Canonicus regularis in teſtamento ad pias cauſas teſtis eſſe poteſt. ibid. num. 11.

Canonicus religioſus, & quilibet alius clericus iniuſſu ſui Prælati teſtimonium dicere non debet in cauſis priuatorum. ibid. nu. 18.

Canonicus præſumitur legitime inſtitutus, ex antiquitate temporis. concl. 260 nu. 6.

Canonici, ſi dicatur, conſueuerunt eligere, ſufficit probare, aliquando elegiſſe. concluſ. 172. num. 13.

Canonici teſtimonio minor, vel maior fides eſt adhibenda, prout eius ad cauſam ſtudium patietur. concl. 261. num. 8.

Canonici admittuntur in teſtes, quando agitur de cauſis propriæ eccleſię. concluſ. 261. nu. 6.

Canonici non præſumuntur ab eorum eccleſia abeſſe. concl. 2. num. 5.

Canonicum quem eſſe probatur per ſcripturam. concl. 260. nu. 1.

Canonicum quem eſſe poteſt probari per teſtes. ibid. nu. 3

Quo caſu probatio canonici poſſit per vnum teſtem fieri. num 4.

Canonicum legitime fuiſſe inſtitutum probatur, attendendo diu in eccleſia pro canonico manſiſſe concurrente ſaltem fama viciniæ. ibid. num. 5.

Canonicum quem eſſe probatur ex diuturnitate temporis, etiam abſque aliqua probatione tituli, vt inſtitutionis, vel confirmationis, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio. ibidem numero 7.

Canonizare ſanctos poteſt ſolus ſummus Pontifex. concl 262. nu 50.

Canonizari, nec adſcribi aliquis poteſt ad ordinem, & dignitatem Apoſtolorum. concl. 262. num. 68.

Canonizandus quia non eſt ob ſanctitatem ſolum. concl. 262. num. 3.

Canonizandum ad aliquem non ſufficit ipſum fuiſſe eximie doctum, vel prudentem, vel præter omnes in omni ſcientiarum genere peritiſſimum. concl. 262. nu. 8.

Canonizatio Sanctorum iure, ac merito ad ſummum Pontificem pertinet. concluſion. 262. num. 55.

Canonizationis probatio difficilis. concl. 262. num. 1.

In canonizatione quæ requirantur. concl. 262. num. 2.

In canonizatione non requiritur conſenſus Cardinalium. concl. 262. num. 56.

In canonizatione quæ obſeruanda ſint. ibidem num. 58.

Cantus & tonus ſub auditionem cadunt, & aſpectu percipi non poſſunt. concluſio. 263. numero 2.

Cappella poteſt erâre, ſed Eccleſia nequaquã. concl. 484 num. 13.

Capella ſummi Pontificis de iure ſcripturam non requirit. concl. 264 num 4.

Capellæ fundatæ in monaſterio præſumuntur regulares, niſi probetur ſolitas per ſeculares teneri. concl. 127 num. 17.

Capellanatus probatur, quando in gratia narratur, illum, per cuius obitum vacauit beneficium, fuiſſe capellanum ſummi Pontificis. concl. 264. num. 15.

Capellania honoris, ſeu protonotariatus quare non probetur per teſtem. concl. 264. num. 1.

Capellania honoris non probatur per teſtes, etiam ſi per ipſos probaretur poſſeſſio. ibid. num. 2.

Capellania honoris probatur per teſtes, ſi adducatur probabilis cauſa impedimenti, quod de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt. concluſ. 264. num. 19.

Capellania ſatis probatur per ſupplicationem aduerſarij, in qua impetrat beneficium morte Titij, quem narrat fuiſſe capellanum. ibid. num. 19.

Capellania honoris non probatur per verba narratiua ſummi Pontificis. concl. 264 n. 11.

Capellania honoris non probatur per teſtes, etiam ſi deponerent, ſe non opinari, ſed ſcire capellanum honoris eſſe talem, quia adfuerunt in curia, dum ille creatus fuit. cõcl. 264. num 9.

Capitula matrimonialia promiſſionis dotis, ſi præceſſerunt confeſſionem mariti de receptione, nullo tempore exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt. concl. 362. n. 10.

Capitula accidentalia inſtrumẽti accipiunt interpretationem iuris, & conſuetudinis. conc. 4. num. 7.

Capitula pacis prius ponũtur in ſcriptis, quàm concludatur. concl 435. num. 11.

Capitula pacis ſi contineant, vt banniti rebanniantur, ſufficit ſine alia cancellatione. conc. 162 num. 26.

Capitula ad probandum adulteria quomodo debeant concipi, remiſſiue. concl. 18. num. 8.

Caprarius licet portet pelles animaliũ & ex eis conſtet de interitu, non tamen excuſatur à pœna, niſi probet caſum mortalitatis, vel alium caſum fortuitum. concluſ 265. num. 7.

Caprarius debet probare, capras ſine dolo ſuo abactas fuiſſe. concl. 265. num. 1.

Caprario ſufficit probare caſum, quo probato excuſatur à pœna. concl. 256. num. 5.

Caprario obligato ad ſpeciem ſufficit tantum probare interitum, vt excuſetur à pœna. ibi. num. 6.

Caprarium fuiſſe in culpa lex præſumit, ſi capræ abactæ fuerint. concl. 265 nu 2.

In captura non creditur nuncio, niſi conſtet, & appareat de commiſſione. concl. 291. nu. 27.

Captura hominis eſt magni præiudicij, ac infamiæ, & maior quam captura rerum. concluſ. 455. num. 9.

Captus iniuſte in foro conſcientiæ carceres euadere poteſt. concl. 166. num 27.

Captiui licet plene non probent, tamen indicium faciunt ad torturam. concl. 168. nu. 3.

Character in collatione ordinum imprimitur etiam illegitimo, licet executio ipſius ſuſpendatur. concl. 302. num. 11.

Carcer torturæ ſpecies dicitur, quando quis in illo ponitur, vt non comedat, donec confiteatur, vel ſit datus pro pœna. concluſ 267. numero 8.

Carcer durus, & arctus æquiparatur quæſtioni quando alimenta denegantur carcerato, vel quando in hyeme iubet illum nudum permanere, donec confiteatur. ibid. nu 9.

Carcer eſt ſpecies torturæ. concl. 267. nu. 6. & concl 353. num. 17.

Carceris qui vi fores frangendo efficit, vt carcerati effugerent, is eadem pœna puniendus eſt, qua puniendi erant qui aufugerent. concluſ. 166. nu. 16.

Carcerem qui effregit, vt aliqui ex debitoribus fugerent, tenetur loco illorum debitorum. concluſ. 166. num. 18.

Carcerem qui aufugit, & deinde reuerſus eſt, non poteſt vt effractor puniri, conc. 166. n. 11.

Carcerem aufugiens, ſi iam exibat, & interim fuit captus, perinde eſt, ac ſi perfecte aufugiſſet. concl 166. num. 12.

Carcerem effugiſſe dicitur etiam, qui præceptũ habuerit nõ exeundi domum, vel ciuitatem, & exierit. concluſ. 266. num. 10.

Carcere plurimi occiſi connumerantur. concl. 267. num. 18.

Carceratus mortuus inuentus præſumitur mortuus culpa cuſtodis, niſi aliud probetur. concluſ. 267. num. 1.

Carceratus etiam is dicitur, qui in palatio eſt conſtitutus propter iudicis præceptum. concluſ. 296. num. 9.

Carceratus non tenetur de morte carcerati, quãdo iuſſu dominorum, vel magiſtratuum in carcere occiſi ſunt. concl. 267. nu 17.

Carceratus ſi pro teſte adhibetur, nihil contra reum probare poteſt, & quare. concluſ. 268. num. 1.

Carceratus de crimine non ſuſpectus, ſed ob aliam cauſam detruſus in carcerem poteſt eſſe teſtis. concl. 168. nu. 8.

Carceratus etiam dicitur, qui tenetur in aliqua ciuitate ſub cautione. concl. 166. nu. 30.

Carceratus carceribus detentus fractis vinculis aufugiens habetur pro confitente reo. conc. 266 num. 1.

Carceratus è carceribus aufugiens in cauſa eſt, vt verum illud crimen cẽſeatur, pro quo detinebatur. ibid num. 2.

Carceratus aufugiens pro confitente reo habetur, etiam ſi in carcerem non eſſet coniectus, ſed ſolum vinculis coerceretur. cõc 166. n. 5.

Carceratus ſi ſibi ipſi necem intulerit ſponte, præſumitur cuſtodis culpa id accidiſſe. conc. 267 num. 13.

Carceratos iniuſte, & indebite in carcerem coniectos fores carceris, & parietes vi effringere impune poteſt concl 166. num. 26.

Carceratus aufugiens puniẽdus eſt mitiori pœna concl. 166. num. 24.

Carceratus, ſi e carceribus fugeret, præſumitur culpa cuſtodis aufugiſſe. concl. 267. num. 10.

Carceratus aufugiens forſitan aperta ianua, & ſine vlla effractione, non habetur pro conuicto, ſed iudicis arbitrio puniendus eſt. concluſ. 266. num. 20.

Carcerato aufugienti poteſt pronunciari ſententia, ac ſi vere fuiſſet in iudicio confeſſus. concl. 166. num 3.

Carcerati, qui aufugerunt, ſi capiantur, poſſunt ſtatim puniri, tanquam ſi confeſſi eſſent crimen, propter quod erant in carcere concl. 266. num. 4.

Carcerati aufugientes pro confitentibus habebuntur, etiam ſi ſub ſola cuſtodia fuerint,

cel

vel domum Iuſdicentis, ſeu palatium pro carcere aſſignatum habuerint. concl. 266. nu. 8.

Carcerati conſpirante de erumpendo, & aufugiendo carcere, re adhuc integra, ſed patefacta, habentur pro confeſſis, & conuictis, vel in arctiores carceres detruduntur. concluſ. 266. num. 14.

Carcerati ſi carcerem eruperint, & aufugerint, nec tantum habentur pro confeſſis, & conuicti pro delictis, ſed indifferenter puniuntur pœna capitis. ibid. num. 15.

Cardinalis aſſertioni non ſtatur, quando aſſerit quid vt teſtis. concl. 270 num. 3.

Cardinalis dicto non ſtatur aſſerentis aliquem ſuum familiarem ad hoc vt poſſit de eius beneficijs diſponere. concl. 140 num. 15. & concluſ 269. num. 23.

Cardinalis legati aſſertione ſtatur ex conſuetudine Romanæ Curiæ indiſtincte, dummodo conſuetudo probetur. concl. 140. nu. 17.

Cardinalis titulum ſuum iuſtificare tenetur. concl. 140. num. 16.

Cardinalis aſſertiones, ſeu cuiuſuis viri bonis, licet plenam probationem non faciant, inducunt tamen quandam præſumptionem. concluſ. 270. num. 6.

Cardinalis legati de latere atteſtatio plenam probationem facit, dummodo ipſe aſſerat ſe legatum. concl. 269. num. 1.

Cardinalis aſſertioni in iudicio etiam ſine iuramento fides adhibetur, dummodo nihil contra obijciatur. concluſ. 270. num. 8.

Cardinali nõ creditur in iudicio deponenti ſine iuramento præmiſſo. concl. 270. nu 4.

Cardinali legato de latere fides habenda eſt in his, quæ coram ſignificat. concl. 269. num. 9.

Cardinali legato creditur in his, quæ geſta ſunt coram eo tanquam coram legato. ibidem num. 10.

Cardinali legato creditur in omnibus, quæ veniunt in generali commiſſione, vt ea quæ competunt, quia legatus eſt, & in his ei creditur. concl. 140. num. 5.

Cardinali creditur, cum alium habet cõteſtem. concl. 270 num. 7.

Cardinali in his creditur, quæ aguntur coram eo in cauſa ſibi commiſſa. concl. 270. num. 1.

Cardinali aſſerenti ſe delegatum, vel ſibi cauſam viuæ vocis oraculo commiſſam, non creditur, vide ibi contrarium. concl. 140. nu. 14.

Cardinali aſſerenti habere commiſſionem de illis, quæ tranſcendunt naturam legationis, videlicet quæ ſunt reſeruata ſpecialiter Papæ: niſi illa exercuiſſet, & in quaſi poſſeſſione illa exercendi eſſet. concl. 140. num. 12.

Cardinali legato facile fides habetur, cum extra curiam exire non ſoleant ſine tali dignitate, & facultate. concl. 269. nu. 5.

Cardinali aſſerenti de commiſſione ſibi facta á Pontifice Maximo, tunc maxime credendum eſt, quãdo ille ſummus Pontifex eſt præſens, ad quem facile quiſque poteſt confugere. concl. 296. num 24

Cardinali aſſerenti habere aliquid in mandatis non creditur, niſi oſtendat mandatum. concl. 491. num. 8.

Cardinali credendum nõ eſt in reſeruatis ſummo Pontif. concl. 269. num. 17.

Cardinali nõ creditur in alterius præiudicium in ijs, quæ requirunt ſpecialem commiſſionem. ibid. num. 18.

Cardinali maxime credendum de commiſſione ſibi a Papa facta, quando Papa eſt præſens. concl. 140. num. 16.

Idem in Principum mandatis procedit, de quibus facile poteſt haberi copia, quando Princeps eſt in eadem Ciuitate.

Cardinali creditur in requirentibus ſpecialem commiſſionem ſi eadem ſpeciali exercuerit. concl. 269. num. 19.

Cardinali aſſerenti ſe delegatum, vel cauſam ſibi commiſſam viuæ vocis oraculo nulla fides habetur. ibid. num 20.

Cardinali non creditur in his, quæ tertij præiudicium concernunt. ibid. num. 21.

Cardinali aſſerenti ſe habere mandatum ſuper his, quæ non ſolent venire in generali commiſſione, ſi ea exercet non oſtenſis literis ei creditur, dummodo ſæpius tales actus exercuerit concl. 269 num 14.

Cardinali aſſerenti ſe habere commiſſionem in his, in quibus requiritur facultas peculiariter conceſſa, non creditur. ibid. num. 15.

Cardinali creditur legato etiam in ijs, quæ de conſuetudine ſunt ſolita legato concedi, & in his, quæ geſta ſunt coram eo tanquam coram legato. ibidem & eo modo tanquam coram delegato. concluſ 140. num. 8.

Cardinali aſſerenti ſibi aliquid demandatum viuæ vocis oraculo creditur, etiam quod factum illud aſſertum per Cardinalem cenſeatur factum Papæ, ibid. num. 9.

Cardinali legato non creditur, niſi literas ſuæ commiſſionis oſtendat, quando tractatur de magno tertij præiudicio, & ibi in quibus etiam procedat. ibid. num. 10.

Idem in quantumuis nobili, cui non creditur niſi literis oſtenſis, quando agitur de præiudicio tertij.

Cardinali creditur, maxime cum extra curiam ſine legatione ire non conueniat. concl. 491. num 10.

Cardinali affirmanti ſibi aliquid eſſe præcipue mandatum, quod ſit in præiudicium tertij, non eſt habenda fides, niſi oſtenſis literis, & tunc ei creditur, quando non eſt in præiudicium tertij. ibid. num. 11.

Cardinali aſſerenti ſe habuiſſe iuriſdictionem creditur, etiã in præiudicium tertij ibid nu 12.

Cardinali atteſtanti de his, quæ ſunt Summo Pontifici reſeruata, non creditur, ſecus ſi atteſtatur de his, quæ ad ſuum officium, & legationem pertinent. ibid. num. 13.

Cardinali aſſerenti aliquid ſibi commiſſum, plena fides adhibetur, licet non oſtendat literas ſui mandati, & vide rationem, & vide ibi contrarium, & quando procedat, nu 9. & 10 concl 140 num. 1.

Cardinali legato etiam in ijs, quæ iure ordinario legationis competunt, non creditur. ibid. num 2.

Cardinali creditur in ijs, quæ veniunt iure ordinario legationis non oſtenſis literis. ibid. num. 3.

Cardinalibus ordinarie creditur in ſibi commiſſis á Papa, non autem in alijs. concl. 269. num. 13.

Cardinalibus duobus iuratis teſtibus maior adhibetur fides, quàm ſeptuaginta alijs. concl. 270 num. 2.

Carnalis copula per teſtes de viſu teſtimonio probatur, idem in teſtimonio auditus. concl. 59 nu. 2.

Caſtrum ſuperatum præſumitur, & amiſſum culpa cuſtodis. concluſ. 469 num 9.

Caſtrum vel oppidum liberum præſumitur, & allodiale. concluſ 79. num 9.

Caſtrum eo ipſo probatur eſſe territorij alicuius ciuitatis, quod ſubijt onera illius, vel ibi perſoluit collectas. concl. 271. nu. 1.

Caſtrum duabus ciuitatibus interiacens in dubio præſumitur eſſe iuriſdictionis illius, cui eſt magis propinquum. ibid. num. 2.

Caſtrum, vel villa intelligitur in dubio eſſe de iuriſdictione magis adiacentium, niſi aliud oſtendatur, ibid. num. 3.

Caſtrum, propter bella dirutum ſi denuo per dominum reficiatur, nulla impellente cauſa, vel vtilitate, malo animo præſumitur reficere, & per magiſtratus cohiberi poteſt. concl. 97. num. 19.

Caſtri poſſeſſionem habens nõ cenſetur etiam poſſeſſionem habere prædiorum, ſeu aliarum rerum á caſtro pendentiũ. concluſ. 271. numero 7.

Caſtri, qui poſſeſſionem habet prædiorum adiacentium non cenſetur poſſeſſionem habere, quando ſunt res ſeparatæ. ibid. nu. 8.

Caſtri poſſeſſione apprehẽſa acquiritur omnis iuriſdictio etiam in cohærẽtibus ad caſtrum. concl. 271. num. 11.

Caſtro in feudum conceſſo probato, probatum eſt etiam hortum conceſſum ibi contiguum, licet hortus poſſit eſſe allodialis, & caſtrum feudale. concl. 14. num. 5.

Et quando hoc procedat, n. 6. & in legato, & venditione, num. 10.

Caſtra ex conſuetudine hodie dicuntur habere diſtincta territoria etiam quoad iuriſdictionem. concl. 217 num 4.

Caſus, in quibus ſtatim confitens obligatur, vide receſſiue. concl. 345. num. 41.

Caſus plerumque contingere ſolet culpa eius, qui ad cuſtodiam tenetur. concl. 272. nu. 3.

Caſus eſt quid facti. ibid. num 4.

Caſus, qui regulariter non ſolent contingere abſque culpa, qui ſint. concl. 239. nu. 3.

Caſus regulariter contingentes abſque culpa qui ſint. ibid. num 4.

Caſus qui ſine culpa præcedente euenire non conſueuerunt. concl 272. num 8.

Caſus manifeſti perfectam requirunt probationem. concl. 273 num. 3.

Caſus fortuiti quandoque facto naturæ, quandoque facto hominis dicuntur contingere. concl. 272. nu. 10.

Caſus, ex quibus deſertio appellationis probatur, deſcribuntur. concl. 117 nu. 5.

Caſus, in quibus ſcriptura exigitur, & teſtes nõ ſufficiunt, vide remiſſiuè. q. 6. nu. 9.

Caſus amiſſionis inſtrumenti non debet officere creditori. concl. 31. nu. 27.

Caſus fortuiti, naufragij, rapinæ, & ſimiles non præſumuntur, niſi probentur. concl. 273. numero 1.

Caſus naufragij probandus eſt ab eo, qui illud propoſuit, & per teſtes commode probari poteſt. ibid. num. 2.

Caſus fortuitus per iuramentum probatur, concurrente qualitate perſonæ arbitrio iudicis concl. 272. nu. 13.

Caſus ſuperueniens, vt quis citatus comparere intra terminum ſibi aſſixum non poſſit, probatur per iuramentum. ibid. nu. 14.

Caſus ſuperueniens, vt citatus comparere non potuerit, relinquitur arbitrio iudicis. ibid. num. 15.

Caſus fortuitus non poteſt ſaluo iuramento probare, quando quis vult ſe excuſare propter ipſum, cui ratione contractus tenebatur ibi num 16.

Caſus per iuramentum probare poteſt, qui non tenetur ex contractu ibid. num. 17.

Caſus furti probari poteſt per coniecturas, præſumptiones, & veriſimilitudines, quæ alias non eſſent validæ ad plenam probationem. concl 273. num. 17.

Caſus clandeſtini, & occulti per coniecturas probantur. ibid num. 18.

Caſus furti, vel pignoris ſubrepti quomodo probetur. ibid. num. 19.

Caſus furti ſi probandus eſt, hoc permitti debet iudicis arbitrio. ibid. nu 21.

Caſum fortuitum probare debet, vbicunque quis tenetur ad cuſtodiam ratione officij, ſiue publici, ſiue priuati. concl. 272. num. 5.

Caſum fortuitum allegans, non ſolum illum probare debet, ſed ſe omni culpa caruiſſe. ibid. num 6.

Caſum allegans, de culpa tenetur, non probato, quod culpa caruerit. ibid. num 7.

Caſum abſentiæ allegare non ſufficit, niſi ea probetur. concl. 5 nu. 3.

Caſum fortuitum allegans, illum probare debet concl. 272 num. 1.

Caſum fortuitum tam actor agens, quàm reus excipiens probare habet. ibid. nu. 2.

Caſum, vbi quis patitur, ibidem curare debet examinandos teſtes, qui poſtea fidem facient coram iudice ſuo. concl. 273. nu. 6.

Caſum probare iuſta eſt ex naturali iuſtitia, nõ attenta ſolemnitate ciuili, concl. 273 nu. 10.

Caſum naufragij probare intendens, probare debet intra annum, quia poſt non eſt audiendus, ibid. num. 11.

Caſibus in diuerſis nõ permittitur extenſio de vno ad aliũ etiam ex maioritate rationis. concl. 462. num. 37.

Caſibus, qui regulariter ſine culpa euenire ſolent, probata amiſſione, caſus præſumitur, niſi culpa probetur. concl. 262. num. 9.

Cataſtrum ſeu æſtimum facit ſaltem præſumptionem dominij. concl. 542. num. 4.

Cataſtrum, ſiue liber æſtimi regulariter non probat. concl 274. num. 1.

Cataſtrum quando producitur vna cum ſolutione cenſus, & collectarum quid probet. concl. 274. num 4.

Cataſtrum, quando habitum eſt pro publico, vel authentico, probat. concl. 274 nu. 15.

Cataſtrũ vbi per ſe ſine ſolutione producitur, non probat. concl. 274. num 6.

Cataſtrum probat, quando agitur inter perſonas eiuſdem territorij, ſecus ſi contra alias. concl. 274. nu. 17.

Cataſtrum probat contra tertium, dummodo adfuerit ſcripturæ cataſtri, ibid. nu. 18.

Cataſtrum inducit præſumptionem in gratiam eius, cui ſunt bona deſcripta. ibid. nu. 19.

Cata-

Cataſtrum in argumento eſt, vt bona in illo deſcripta illius ſint, cuius cataſtrum eſt. concl. 274 num. 8.
Cataſtrum hominis priuati non plene probat. ibid. num. 9.
Cataſtrum plene probat contra eum, qui eſt dominus rerum in ipſo deſcriptarum. ibidem num. 10.
Cataſtrum inuentum penes illuſtres perſonas plene probat. ibi. num. 11.
Cataſtrum plene probat, ſi inter ſcripturas publicas collocatū ſit, & ei præſit publicus magiſtratus. ibi num. 12.
Cataſtri, ſiue libri æſtimi cum aſſeruētur in archiuio publico dicuntur ſcripturæ publicæ. ibid num. 13.
Cataſtri, ſiue æſtimi libri dicuntur authentici. ibid. num. 14.
Cataſtro ſi res deſcripta reperiatur tanquam alicuius, nō per hoc tendit in illius præiudicium, qui non conſentit. concl. 274 num. 7.
Cauſa ſuſpicionis fugæ plene probari debet, vbi periculum non eſt in mora. concluſio. 455. num. 14.
Cauſa ſuſpicionis fugæ emerſa per contractum debet probari per teſtes. ibid. num 15.
Cauſa confeſſionis, & obligationis ſi in inſtrumento expreſſa non eſt, contractus in effectu erit nullus. concl. 360 nu. 5.
Contrarium ſub num. ſeq.
Cauſa criminali ſufficit vnus teſtis de veritate, duo de fama, & duo de indiciis. concluſ. 459. num. 12.
Cauſa in principe præſumitur quando ex conceſſione principis facta poſſit aliqua cauſa iuſta conijci. concl. 276. num. 16.
Cauſa non præſumitur quando princeps per ſuum reſcriptū diſponit, & derogat iuri gentium. concl. 276 nu. 18.
Cauſa incommodationis, vel minoris vtilitatis eccleſia alienare poteſt, vt quando res alienanda ipſi eſt maiori detrimento, quam vtilitati. concluſ. 277 num. 12.
Cauſa valida tituli, & obligationis annuæ præſtationis cenſus allegari, & exprimi debet in libello. concl. 279 num. 18.
Cauſa cancellationis in banno cancellatio ſubijci debet, ac perſona, cuius auctoritate id fit. concluſ. 256. num. 5.
Cauſa propter quam ſoluitur cenſus, debet ſpecifice allegari. concl. 279 num. 10.
Cauſa ciuilis magna, grauis, & ardua æquiparatur cauſæ criminali. concl. 34. nu. 7.
Cauſa dicitur grauis ratione perſonarum, & rerum, & quando coram Pontifice tractatur. ibid. num. 8.
Cauſa neceſſitatis eccleſia alienare pōt, vt pro ſolutione æris alieni. concl. 277. num. 3.
Cauſa vtilitatis eccleſia alienare poteſt. ibidem num. 4.
Cauſa pietatis pro redimendis captiuis eccleſia alienare poteſt. ibid. num. 5.
Cauſa criminali, etiam ciuiliter mota, non defertur reo iuramentum, concl. 36. num. 42. & ſup. num. 36.
Cauſa pia non requirit præſentiam partis, & valet ſtipulatio abſente parte. concluſio. 9. numero 4.
Cauſa valde graui, nec nuncio, nec parti neganti ſe fuiſſe citatum, creditur. concluſio. 291. numero 16.
Cauſa naturalis præfertur accidentali. quæſt. 10. num. 18.
Cauſa exprimenda in confeſſione debet eſſe legitima. concl. 360. nu. 10.
Cauſa in eadem non poteſt quis eſſe iudex, & teſtis. concl 492. nu 8.
Cauſa alienandi poteſt ſubeſſe iuſta, tamen non expediat. concl. 75. nu. 13.
Cauſa dominij conſiſtit in facto, id eſt in contractu, & traditione facta à domino. concluſ. 557. nu. 2.
Cauſa non præſumitur in inferiore à principe ſupremo in diſpenſatione alteri præiudiciali. concl. 276. nu. 31.
Cauſa non præſumitur, quando princeps vtitur clauſulis derogatorijs. ibid. nu. 32.
Cauſa non præſumitur in principe reſcribente contra diſpoſitionem teſtatoris. ibidem numero 33.
Cauſa non præſumitur, quando à principe declarata irrita eſt. ibid. num 34.
Cauſa non præſumitur, quando epiſcopus diſponeret contra id, quod ſit iuris diuini, vel naturalis. ibid num 35.
Cauſa præſumitur in principe reſcribēte etiam dum aufert alicui dominium ſuum. concluſ. 276. num 7.
Cauſa in principe reſcribente, & auferente dominium quæſitum priuato de iure gentium non præſumitur. ibid. num. 8.
Cauſa tantum præſumitur in principe ratione ſubiectorum. concl 276 num 13.
Cauſa præſumitur iuſta, licet perſona non ſit ſubiecta principi, ſi res, cuius dominium aufertur, eſt in territorio, & iuriſdictione principis auferentis. ibid. num 14.
Cauſa duorum, trium, vel decem, vel quinquaginta aureorum modica dicitur. quæſtio. 9. num. 40.
Cauſa magna vocatur inſpecto pecore, ſi quis bona cuius viginti aureorum ſummam non excedunt ab aliquo mille libras petit, & modica dicitur, ſi inter magnos principes de decem aureis ſit controuerſia. ibid. nu. 41.
Cauſa magna, vel parua nominatur loci vſu inſpecto. ibid. num. 42.
Cauſa in confeſſione expreſſa non apte, aut certitudinarie, ac intelligibiliter habetur, ac ſi non eſſet appoſita. concl 345. num. 9.
Cauſa in criminali etiam ciuiliter mota, quamuis actor habeat pro ſe præſumptionem, non defertur iuramentum in defectum probationis. concl. 36. nu 36.
Cauſa in appellationis inhabilitas teſtium criminoſorum obijci poteſt. concluſio 464. numero 28.
Cauſa præſumitur in reſcripto Principis, licet non exprimatur. concl 276. nu. 1.
Cauſa præſumitur quando Princeps diſpenſat etiam ea, quæ ſunt iuris poſitiui. ibi. nu. 2.
Cauſa non præſumitur, quando Princeps quidpiam diſponit contra ius gentium. ibidem num. 3.
Cauſa in principe non præſumitur in his, ſuper quibus libere diſponere non poteſt, niſi illa exprimatur. ibid. num. 4.
Cauſa in principe præſumitur etiā cum actum facere non potuit. ibid. nu. 5.
Cauſa legitima in alienatione rei eccleſiaſticæ probari debet. concl. 277. nu. 1.
Cauſa iuſta litiganti nunquam videtur poſſe conſiderari in actore ſecundum Cephal. & Caſſ. concl. 36. nu. 48.
Cauſa matrimonij eſt cauſa grauis. ibi. num 68.
Cauſa in diſpenſatione non præſumitur iuſta, quando reſcriptum, & diſpenſatio tributa non exiuit motu proprio. concl. 276. nu. 11.
Cauſa in criminali, ex qua imponenda eſt pœna pecuniaria, non eſt neceſſe teſtem debere reddere rationem dicti ſui. concl. 459. nu. 18.
Cauſa propter quam quis patitur, vt canonizetur, debet eſſe à Sancta Romana eccleſia approbata, & confirmata. concl. 261. nu. 11.
Cauſa non præſumitur, quando princeps ſine partis citatione procedit ad gratiam, quæ alteri præiudiciū creare poteſt, concl. 276. n. 20.
Cauſa non præſumitur, quando princeps ſine cauſæ cognitione reſcribit. ibid. nu. 21.
Cauſa legitima non præſumitur in principe, quando ex eius reſcripto immineret aliquod ſcandalum, ſeu ſeditio Chriſtianorum, vel graue peccatum. ibid. nu. 22.
Cauſa non præſumitur, ſed apertiſſima requiritur in diſpoſitione ſummi Pontificis, propter quam vniuerſus eccleſiæ ſtatus turbatur. ibi. num. 23.
Cauſa, ob quam alicui licitum eſt, à regula iuris recedere debet ab illo allegari, & exprimi. ibid. nu. 24.
Cauſa non præſumitur in principe, quando reſcriptum diſpoſitum fuerit, efflagitante parte. ibid. nu. 25.
Cauſa non præſumitur, quando princeps diſponeret contra ius quæſitum ex contractu. ibi. num. 26.
Cauſa ciuilis dici debet, quando principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum. concl. 463. num. 2.
Cauſa criminalis dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto, ſiue ad publicam vindictam. ibi. nu. 3.
Cauſa, & ſolemnitas requiſita quando fuit ſpeciatim enunciata in decretis, probat cauſæ cognitionem. concl. 276. nu. 2.
Cauſæ cognitio præſumitur in decreto iudicis, & transfert onus probandi in aduerſarium. ibid. nu 3.
Cauſæ cognitio eo magis præſumitur, quando in inſtrumento dictum eſt, prædicta facta eſſe à iudice cum cauſæ cognitione. ibid. nu. 4.
Cauſæ cognitio præſumitur, ſi apponatur clauſula prædictæ æquipollens, ſcilicet omni meliori modo. ibi. nu. 5.
Cauſæ criminales quas requirant probationes. quæſt. 9. nu 32.
Cauſæ amicitiæ conſiderari debent à iudice. concl. 86. nu. 16.
Cauſæ cognitio quomodo adhibeatur. concluſ. 33. num. 51.
Cauſæ quando in reſcripto duæ expreſſæ ſunt, ſi vna ex ſe potens eſt ad mouendum Principem, ſufficit illam probare. concl. 325. nu. 8.
Cauſæ ſemiplenæ probationis non liberant calumniatorem à refectione impenſarum. concluſ. 254. nu. 15.
Cauſæ, propter quas fieri poſſunt alienationes rerum eccleſiaſticarum quot ſint. concl. 277. num. 2.
Cauſæ cognitio ex breuitate tēporis præſumitur non interueniſſe. concl. 486. nu. 11.
Cauſæ debent apponi, propter quas ſit factus contractus, & ſimulatio. concl. 439 nu. 16.
Cauſæ cognitio ex quo nō probetur concl. 276. num 1.
Cauſam iniquam fouere præſumitur, qui omnes aduocatos pro ſe conduxit, & nullum pro aduerſa parte reliquit. concl. 275. nu. 1.
Cauſam iniquā fouere is dicitur, qui à lite ceſſat. ibi. nu. 2.
Cauſam non eſſe expreſſam, & expreſſam eſſe, ſed falſo, paria ſunt, & pari paſſu procedunt, cauſam non adeſſe, & adeſſe, ſed falſam. concluſ. 345. nu. 5.
Cauſam appellationis non cognoſci ab eo, qui primam ſententiam tulit. concluſio. 124. numero 3.
Cauſam qui dicantur habere iuſtam portandi arma, vide remiſſiue. concl. 128 nu. 5.
Cauſam qui habuit iuſtam accuſandi, & litigādi, & oſtendit errorem iuſtum, excuſatur à calumnia. concl. 254 nu 41.
Cauſis in ſummarijs ſufficit qualiſcunque petitio in ſcriptis redigenda. concl. 32. nu. 9.
Cauſis in matrimonialibus, & alijs fauorabilibus proceditur non ſeruato ordine iudiciario. concl. 128. nu. 37.
Cauſis in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. concluſio. 471. numero 43.
Cautela vt teſtes in probatione adulterij nunquam poſſit conuenire. concl. 65. nu. 4.
Cautela abundans non nocet, & malam fidem non inducit, niſi in his, in quibus alias eſt præſumptio fraudis. concl. 444. nu. 10.
Cautela, ne adiens hæreditatem poſſit à creditoribus hæreditarijs conueniri, remiſſiue &c. concl. 40. nu. 15.
Cautela impetrātium cappellanias, vel alia beneficia in monaſterijs ſita. concluſ. 172. num. 17 & 18.
Cautela bannitorum qui à banno liberati curent ſe de libro bānitorum cancellari. concl. 262. nu. 21.
Cautela creditoris, qua poteſt ex taciturnitate debitoris habere debiti probationem. concl. 480 num. 1.
Cautela alia probandi creditum presbyteri cuiuſdam Placentini. concl. 457. nu. 7.
Cautela eorum, qui voluerit ſe, & ſucceſſores ſuos eximere à comparandarum literarum moleſtijs. quæſt 12. nu. 5.
Cautela, vt valeat teſtimonium teſtis deponentis ſuper omnibus ad cauſam ſpectantibus. quæſt. 17 nu. 23.
Cautela creditoris ad hoc, vt debitor ſponte confiteatur debitum. concl. 479. nu. 3.
Cautela actoris, vt iudex non deferat reo iuramentum. quæſt. 9 nu. 57.
Cautio filius vt liberetur à præſumptione poſſidendi hæreditario nomine. concluſio. 45. numero 36.
Cautio probandi depoſitum nullis teſtibus, & nulla ſcriptura factum. concl. 510. nu. 5.
Cauti aduocati ſemper proteſtantur in principio productionis exceptiones ſibi ſaluas eſſe in perſonas, & dicta teſtium. concluſio. 408. num. 23.
Celebrare dicitur in contemptum clauium, qui
ſciens

Digitized by Google

ſciens ſe excommunicatum celebrat. conclu. 431.num.3.
Celebratio excqniarum quare non probet hæreditatis aditionem.concl.44.nu.21.
Cedens iura, & bona hæreditatis, non poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs.concl. 44.num.14.
Cenſualis non præſumitur contractus, quando in prouincia, & loco celebrationis eiuſdem frequentantur contractus emphyteutici. concluſ.281.nu.7.
Cenſualis potius præſumitur contractus, quàm emphyteuticus, ſi anceps eſt, & non clarus, nec conſtat de origine eius,ibid.nu.8.
Cenſualis in dubio potius præſumitur contractus, quàm emphyteuticus, concluſio. 281. num.1.
Cenſualia res quibus caſibus rectè probetur, tam in præiudicium venditoris, quàm quorumcunque ſucceſſorum, concl.280.nu.1.
Cenſualis intelligitur contractus, ſi recte probatur penſio ſoluta per quadraginta annos. concl.281.nu.3.
Cenſualem rem eſſe non probatur per ſolam aſſertionem venditoris.concl.280.nu.3.
Cenſus nõ probatur per vnam ſolutionem pro decem annis. concl.279.nu.21.
Cenſus probatur per æſtimum, vel cataſtrum. concl.280 nu.5.
Cenſus emphyteuticus probatur per inſtrumenta,vel ſcripturas. ibid.nu 6.
Cenſus emphyteuticus probari poteſt per teſtes, etiam ſi ſint ſingulares deponentes de varijs ſolutionibus per legitimum tempus factus.ibid.nu.7.
Cenſus etiam in fiſco probatur per annuam ſolutionem.concl.279.nu.6.
Cenſus ſolutio in his,in quibus ius vetat, probari debet per tantum tempus, de quo memoria non extet in contrarium. ibidem numero 7.
Cenſus ſolutio in rebus priuatorum etiam de iure Pontificio probatur per triginta annos. ibid nu.8.
Cenſus probari debet ſolutus ex cauſa allegata. concl.279.nu.11.
Cenſus ſolutio ſi tanti temporis ſit, de quo memoria nõ extat in contrarium, per ſe ſufficit ad obtinendum, licèt non allegetur cauſa idonea, ibid.num.12.
Cenſus probatur per annuam ſolutionem quadraginta annorum, dummodo non probetur contrarium concl.279. nu.19.
Cenſus magis præſumitur, quàm emphyteuſis, etiam ſi quis per triginta annos ſoluiſſet eccleſiæ, vt de re emphyteutica. concluſ. 281. num.4.
Cenſus, & collectæ deſignant ſubiectionem, & probant caſtrum, vel villam eſſe territorij illius,cui ſoluuntur. concl.274.nu 5.
Cenſus probatur ex eo, quod venditor in venditione rei cenſualis dixerit,ſe vendere cum onere ſoluendi cenſum.concl.280.nu.1.
Cenſus ſolutio vt probetur, requirit allegationem cauſæ ſpecificæ concl.279.nu.14.
Cenſus probatur probata ſolutione duorum annorum, quando agitur ad obtinendum in poſſeſſorio.ibid.nu.15.
Cenſus probatur per annuam ſolutionem quadraginta annorum.concl.179.nu.1.
Cenſus in rebus priuatorum probatur per ſolutionem triginta annorum,ibid.nu.2.
Cenſus in ciuilibus probatur per ſolutionem decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.ibid nu 3.
Cenſus elapſi temporis ſolutio probatur per ſolutionem trium annorum ſibi cohærentium. ibid.nu 4
Cenſus probatur per annuã ſolutionem etiam in eccleſia quoad res temporales, ibid.numero 5.
Cenſum annuum fuiſſe ſolutum quadraginta annis probetur, ſi afferatur cauſa in ſpecie. concl.279.nu.9.
Cenſum probato formali, vt quem ſe poſſediſſe tanquam cenſuarium, & eo nomine cenſum præſtitiſſe, ſatis erit poſſeſſio quadraginta annorum ad præſcribendum contra eccleſiam.concl.279.nu.13.
Certa ſcientia probatur, ſi princeps in ſua diſpoſitione eam exprimet. concl.282 num.12.
Certa ſcientia probatur, quando princeps in ſua conceſſione apponit totum tenorem priuilegij,cui derogare conſtituit,ibi.num.13.
Certa ſcientia probatur, quando aſſeritur, factum eſſe cum cauſæ cognitione. ibidem numero 14.
Certa ſcientia probatur per teſtes. ibid. nu. 15.
Certa ſcientia probatur, quando interuenit ſecunda iuſſio principis,ibid.nu.16.
Certa ſcientia probatur, quando in diſpoſitione eſt appoſita clauſula non obſtante. ibid. num.17.
Certa ſcientia probatur ſi ex tenore conceſſionis de ea conſtet.ibid.nu.18.
Certa ſcientia quid fieri dicitur, quando tenor rei confirmatæ exprimitur. concluſio. 282. num.5.
Certa ſcientia quid fieri probatur, quando expreſſe dicitur, ex certa ſcientia confirmamus, ibid.num 6.
Certa ſcientia fieri dicitur, quod in narratia comprehenditur,licet non exprimatur.ibid. num.7.
Certa ſcientia non præſumitur, niſi de ea certo conſtet.concl.282.nu.20.
Certa ſcientia ſi quid factum eſſe dicitur, attenditur voluntas Principis.concl.282.nu. 9.
Certum aliquid ſi promittatur, agitur ex certi condictione,ſi incertum, ex ſtipulatu. concl. 360.num.8.
Certis non eſt opus aliqua temporis coniectura.concl.311 nu.5.
Certificatio non præſumitur, niſi probetur. concl 283.nu 1.
Certificatio non præſumitur, nec probatur, etiam ſi in inſtrumento diceretur, talem fuiſſe certificatum.ibi.nu.2
Certitudo ſcripturæ habetur, etiam ſi omnes teſtes illam non recognoſcant, ſed aliqui eorum,vt duo ex tribus concl 330.nu.29.
Ceſſio bonorum, vel iurium hæreditatis aliari factæ probat aditionem.concl.44 nu.1.
Ceſſio facta in clericum dicitur facta in potentiorem,& nulla eſt.concl.158.nu.20.
Charta,in qua ſcripta eſt aliquis actus,vt contractus, ſine teſtibus ſubſcriptis eidem, qui actui adfuerint, non probat. concluſio. 248. num.5.
Charta deturpata, & maculoſa, reddit ſcripturam valde ſuſpectam. concl.284.nu.1.
Chirographum vbi tribus teſtibus ſubſcriptum eſt fidem facit, nec indiget comparatione literarum.concl 285.nu 2.
Chirographum tribus teſtibus ſubſcriptum facit plenam fidem.concl.285 nu.1.
Chirographum non probat,quando opponitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ, & hoc ſublimita,& intellige. concl. 285.nu 8.
Chirographi teſtes debent eſſe bonæ, & probatæ exiſtimationis,& hæc qualitas articulanda,& probanda eſt.concl.285.nu 6.
Chirographi non ſufficit recognitio trium teſtium, niſi accedat & comparatio literarum. concl.285.nu.3.
Chriſtianus ſi teſtificatur contra iudæum, non poteſt excipi contra ipſum de crimine.concl. 464.num.30.
Chriſtianus in dubio occiſus præſumitur, niſi circumciſus reperiretur, vel etiam circumciſus, contrarium probetur. concl.338. nu.14.
Chriſtianum quem eſſe probatur per teſtes dicentes, ſe vidiſſe talem baptizari. concl.286. num.1.
Chronicæ, quæ loquuntur per verba anunciatiua,non faciunt fidem. concl 287.nu.9.
Chronicæ probant,ſi longiſſimo tempore fuerunt approbatæ.ibid nu.10.
Chronicarum & hiſtoriarum exemplum fidem facit. concl.287.nu.1.
Chronicarum exemplum non ſolum ſi auctor ex ſua,ſed etiã ex aliorum ſententia loquatur,fidem facit.ibid.nu 2.
Chronicarum illi parti fides erit habẽda, à qua plures ſcriptores ſtabunt.ibid.num.3.
Chronicarum auctoribus etiam paucioribus creditur,dummodo grauioris ſint auctoritatis.ibid.nu.4.
Chronicarum auctores ſi pares ſunt, illis fides adhibebitur, qui validiores rationes in medium proferent ibid nu.5.
Chronicarum auctoribus fides non habetur, quando a lege illi reijciuntur, quia plus poteſt lex concl.287.nu.6.
Cicero beſtias vocat omne animal rationis expers.concl.190.nu.7.
Cifra vſitata, vt ſi per centum ponatur c. & id genus alia in inſtrumento,probat.concl.288. num.3.
Cifra inuſitata non probat inſtrumentum. concluſ.288.nu.1.
Cimiterium nõ probatur ex eo, quod quædam corpora in eo loco ſepulta reperiantur, cõcl. 289.num.1.
Cimiterij in aſſignatione loci requiritur epiſcopi conſenſus cum ſolemnitatibus requiſitis.concl. 289 nu 3.
Cinctus armis latus, etiam ad ea manum non apponens, dicitur vim cum armis inferre etiam ſi arma ſua deponat.n.4. & 5. cõcl.159. num.3.
Citandus per edictum appellare poteſt, niſi de ipſius ſcientia, & contemptu expreſſe cõſtet. concl.120.nu 4.
Citatio probatur ex ſententia antiqua, vbi aſſeritur de citatione lata etiam in abſentem. concl.290.nu.7.
Citatio in ſententia antiqua præſumitur interueniſſe, licet in ea nulla ſit facta mentio de citatione, ibid.nu. 8.
Citatio præſumitur interueniente diuturnitate, & lapſu temporis, licet de ea non appareat.ibid.nu.9.
Citatio partis non præſumitur ex diuturnitate temporis.ibid nu.10.
Citatio non præſumitur ex lapſu temporis.ibi. num.11.
Citatio ſemper præſumitur ex diuturnitate temporis.ibid.nu.12.
Quod intellige,& declara remiſſiuè,vt num. 13.ibid.
Citatio ex quo potuit interuenire, & nõ interuenit,præſumitur, quod interuenerit.concl. 291.num.7.
Citatio probatur, ſi affixum ſit edictum in vicinis partibus, ita vt veriſimiliter potuerit ad aures citandi peruenire.ibid.nu 8.
Citatio per edictũ affixum in vicinis partibus, quando, & in quibus caſibus permittatur, & valeat,vide remiſſiue.ibid.nu.9.
Citatio citato debet denunciari, aut, ſi abſens eſt, amicis vel procuratori, vel domi. concl. 297.num.13.
Citato ignanti nõ intellexiſſe de citatione credi debet.concl.291.nu. 11.
Citatio probatur ex ſententia antiqua, vbi aſſeritur de citatione, etiam lata in abſentem. concl.291.nu.12.
Citatio non probatur per verba enunciatiua in aliquo actu poſita ibid.nu.13.
Citatio facta ad locum notorie non tutum ipſo iure eſt nulla, ſi notorie non eſt tutus debet comparere per procuratorem, & allegare non tutum,& probare, quo probato, non tenetur comparere.concl.17.nu 7.
Citatio ad domum non valet, niſi proponatur extra vrbis continentiam iuſſe,quando perſonaliter haberi poteſt.concl. 8.nu 4.
Citatio ſi in dubio verſetur à iudice mandante facta non præſumitur.concl.294.nu.1,
Citatio inualida ex defectu commiſſionis iudicis conualidatur à comparitione citati, quã defectum commiſſionis non oppoſuerit. concluſ.294.nu.11.
Citatio non præſumitur,niſi probetur.concluſ. 290.num.1.
Citatio eſt ſolemnitas, quæ extrinſecus aduenit, & vt plurimum non præſumitur. ibidem num.2.
Citatio rata non eſt, neque iudicis mandatum in dubio præſumitur,etiam ſi conſtet de iuſſu iudicis in vniuerſum nuncio factu, quod per notarium appareat.concl.294.nu.8.
Citatio mandato iudicis facta præſumitur, ſi nuncius publicus eſt generaliter conſtitutus ad quoſcunque in ius vocandum. ibid. nu.9.
Citatio iuſſu iudicis facta præſumitur, ſi facta eſt per nuncium, qui alias eſt bonæ conditionis,& famæ,ac de modico præiudicio tractatur.ibid. nu.10.
Citatio non requiritur ad videndum articulos admitti.vide ibi contrarium. concl.152.nu.6.
Citatio generalis ad totam cauſam & ſingulos actus non requirit vlteriorem citationem partis. ibid nu.7.
Citatio per teſtes probari poteſt. concluſ.292. num.5.
Citatio cum ſit facti, non præſumitur,niſi probetur.concl.290.nu.4.

Cita-

Digitized by Google

Citatio probatur per ſolum nuncium iurantem, ſed negans ſe citatum fuiſſe non conuincitur ab illo. concl.291.num.19.

Citatio à iudice mandata non præſumitur, etiã ſi notarius in relatione nuncij retuliſſet iuſſu iudicis citationem factam fuiſſe. conclus. 294 nu.6.

Citatio probatur ex verbis enunciationis, ſi in aliquo actum iudicialis enunciatur, quam citatum comparuiſſe die tali. concl.29 nu.15.

Citatio probatur ex comparitione illius, qui aſſeritur citatus. ibid num.16

Citatio probatur per duos teſtes, vel per inſtrumentum publicum. ibid.num.17.

Citatio generalis quando præceſsit, non requiritur alia citatio in interloquutoria admiſſionis articulorum. concl.131.nom.4.

Citatio probatur per diuturnitatem temporis. concl.291. num.21.

Citatio præſumitur, ſi lapſus tanti temporis interceſſerit, vt quaſi nulla fieri poſſit probatio. ibid. oum 22.

Citatio præſumitur commiſſa ad partis inſtantiam. concl 5 num.7.

Citatio non præſumitur ex lapſu temporis. concl.291.num.23.

Citatio probatur per relationem nuncij dicentis, ſe talem citaſſe. ibid.num.14.

Citationis notitia probatur, ſi conſtat citatum ſuper ea procuratorem conſuluiſſe, & poſtea ad talem caſum ipſum cõſtituiſſe. concl.292. num.2.

Citationem ad notitiam citati perueniſſe quomodo probetur. concl.292.nu.1.

Pro citatione in dubio præſumitur. concl.290. num.3.

Citatione verbali, quæ requirit cauſæ cognitionem, non creditur nuncio, niſi appareat de commiſſione. concl.291. num.28.

Citatione partis in declaratione ſententiæ quando non ſit opus. Vide contrarium. cõcl.124. num 34.

Et conciliet, vt ibi.

Citatus, ſi ſit potens, qui veriſimiliter non debuiſſet timere comparere in locum inimicitiarum, non ei ſuffragatur illius probatio, nec excuſatur non comparens. conclus. 19. num.13.

Citatus debet comparere in loco ſibi inimico ex eius delicto pro quo conuenitur. ibidem num.14.

Citatus ſi impedimentum probare vult, neceſſe eſt, vt probet ſe aggreſſum fuiſſe, ſed adimplere non potuiſſe. concl.293.num.1.

Citatus ad euitandam contumaciam, probare debet ſe paratum proficiſci, ſed impeditum fuiſſe. ibid.num.3.

Citatus contumax non poteſt haberi, ſi iudici copiam ſuam non fecit illa die, qua iudex non ſedisset. concl.449.num.6.

Citatus præſumitur ille, qui licet longe abeſſet, in iudicio reperitur. concl 290.nu.5.

Citatus, ſi ignoratur in quo loco reperiatur, in prouincia eſſe præſumitur, nec inde exiuiſſe, & ſumitur contra eum præſcriptio, cum familiæ, quo iuit, non dixit. concl.8.num.11.

Citatus ad actum quis non dicitur, quando ille actus, ad quem citatur, ſit alter in ſubſtantia, vel qualitate, quam fuerit dictum. concl. 291.num.9.

Citatus ad domum præſumitur de citatione notitiam habuiſſe. concl.292.nu.3.

Citatus per iuramentum probare poteſt, ſe impeditum fuiſſe ad comparendum. concl.292. num.1.

Citatus nõ excuſatur propter peſtem, vel mortalitatem, ſi in loco, in quo debet comparere, redditur ius. concl.10 nu 7 & 8.

Citatus excuſatur propter aeris intemperiem, etiam quod ibi reddatur ius, & quando hoc procedat. ibid.num.8.

Citatus probato timore non ſolum inferri ſuæ perſonæ, ſed etiam cauſæ, non tenetur comparere nec per procuratorem. concl.19.nu.7.

Citatus probatis inimicitijs publicis, vel propriæ ciuitatis, non tenetur ibi comparere, etiam ſi publica fides ſibi data fuiſſet. ibidem num.8.& 9.

Citatus ſub pœna excommunicationis non comparendo præſumitur in contemptum feciſſe. concl.433.num.2.

Citati ad domum iurare volẽtis ſe de citatione notitiam non habuiſſe, iuramento eius non ſtatur, & quare, & ibi contrarium. concl.94. num. 24.

Citati iuramento fides adhibenda eſt, an citatio peruenerit ad eius notitiam. concl. 291. num 10.

Citatum notorie ad locum non tutum, non tenetur ad comparendum etiam cum ſecuritate ſaluiconductus oblata. concl.19.nu.11.

Citatum notitiam citationis habuiſſe, qui dicit probare debet. concl.291.num.4.

Citatum quem fuiſſe, vel nõ, probatur per acta ipſius cauſæ. concl.291.num.1.

Ciuis pro ſua ciuitate admittetur in teſtem quãdo factum aliter probari nõ poteſt per alios. concl. 295. num.18.

Ciuis vbi habet domicilium præſumitur ibi præſens eſſe. concl.5.num.1.

Ciuis abſens non præſumitur ſcire ea, quæ facta ſunt in ciuitate. concl 295.num 7.

Ciuis abſens a ciuitate non ſolum coacte, ſed etiam ſponte non præſumitur ſcire, quæ in illa facta ſunt.ibid.num. 8.

Ciuis, qui eſt in comitatu, vel in villa, præſumitur ignorare, quæ publice fiunt in ciuitate. ibid.num 9.

Ciuis ægrotus graui morbo non præſumitur ſcire ea, quæ fiunt etiam publice in ciuitate.ibi. num.10.

Ciuis in dubio præſens in eo loco, in quo ciuis eſt, ex eo probatur, quod eſt ciuis, niſi aliter ipſe probet. ibid.num 11.

Ciuis eſſe præſumitur, qui in ciuitate reperitur, niſi probetur alienigena. concl.295. num 1.

Ciuis qui eſt vnius loci, & ibi habet domiciliũ, ibiq; frequentius habitat, præſumitur ibi eſſe præſens potius, quàm alibi. concluſio.295. num.18.

Ciuis vniuerſitatis, vel ciuitatis, ordinarie non probat, nec poteſt eſſe teſtis pro vniuerſitate in cauſa criminali.ibid num.14.

Ciuis præſumitur ea ſcire, quæ in ciuitate fiunt, de quibus eſt fama publica. concluſio. 265. num.4.

Ciuis nouus probabiliter præſumitur ignorare ea, quæ ſunt facta in ciuitate. ibid.nu 5.

Ciues pro ciuitate ſunt teſtes idonei, quando non ſentiunt commodum in particulari. cõcluſ 295.num.19.

Ciuitatis ea præſumuntur eſſe, quæ intra fines eiuſdem reperiuntur. concl.296.nu.1.

Ciuitatis quæ intra fines reperiuntur, ſi ſunt ad vſum eiuſdem, præſumuntur omnino eſſe de bonis illius ciuitatis.ibid.num.1.

Ciuitatis præſumuntur eſſe non ſolum immobilia bona, ſed etiam mobilia, quæ intra fines eiuſdem exiſtunt. ibid num.3.

Clamor, ſeu vociferatio nocturna contra latrones, vbi aliud veſtigium non apparet, non probat furtum. concl.273.nu.20.

Clandeſtina dormitio arguit contra ſimul dormientes. concl.312.num.5.

Clandeſtinitas facit præſumere fraudem, etiam ſi contractus celebratus ſit inter ruſticum, vel militem. concl.445.

In claris non eſt opus diſputatione. concl. 96. num.18.

Claues traditæ in loco propinquo rei poſſeſſionem arguunt. concl.298.nu.7.

Clauium traditione transfertur ſola cuſtodia rerum clauſarum. concl.298.nu.12.

Clauium receptio probat poſſeſſionem eius rei, cuius claues traditæ ſunt. concl.298.nu.1.

Clauium traditio poſſeſſionem non arguit, niſi claues traditæ ſint apud illam rem, cuius ſunt. concl.298 num.4.

Clauium traditione transfertur rei poſſeſſio, quando ſit in rei præſentia. ibid nu 5.

Clauium traditione ſi res eſt præſentia, vt in ciuitate, vel territorio, videtur poſſeſſio tradita, & ſi eſt in abſentia nequaquam. concl. 298.num 9.

Clauium traditione res immobilis tradita non præſumitur niſi appareat de venditoris voluntate. concl.298 nu.10.

Clauibus traditis videtur tradi poſſeſſio eorũ, quæ ſub clauibus ſunt. concl.297.nu.7.

Clauſula codicillaris abſq; dubio appoſita eſt de mente teſtatoris, quãdo teſtamentum ſcriptum eſt manu ipſius. concl.300.nu.5.

Clauſula, produco ſi, in quantum pro me faciunt, tradita eſt remiſſiue.q.6.nu.113.

Clauſula, quod donauit ob multa, & grata ſeruitia accepta, potius inducit ſimulationem, quàm probationem meritorũ. conc.444.n.2.

Clauſula, non obſtante, & clauſula, ex certa ſcientia, qui probantur. concl.182.nu.3.

Clauſula inſolita probatur appoſita in aliquo inſtrumento ex inſpectione multorum inſtrumentorum. concl.299.nu.1.

Clauſula ſolita poni in certo loco, ſi trãſfertur contra ius, intelligitur inſerta loco ſuo. concluſ. 299 nu 8.

Clauſula, non ſe aſtringens, quid operetur, cõcluſ.28. num.2.

Clauſula precarij videtur excludere fraudem. concl.358 num.6.

Clauſula codicillaris non præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris, ſed e ſtilo, & capite Notariorum. concl.300.nu.1.

Clauſula codicillaris ex voluntate teſtatoris appoſita præſumitur, cum teſtamentum publice coram eo legatur. ibid.num.2.

Clauſula codicillaris nõ intelligitur ſcripta ex mente teſtatoris, quando eſt conſuetudo, ſeu ſtilus illius notarij, qui teſtamentum ſcripſit, apponere clauſulam codicillarem. ibidem num.3.

Clauſula precarij nõ excludit præſumptionem ſimulationis, quando donatio tendit in præiudicium fiſci, vel aliorum creditorum, etiã ſi non concurrerent aliæ coniecturæ, vel præſumptiones. concl.358 nu.8.

Clauſula generalis excluſiua non probat excluſionem perſonarum priuilegiatarum. concl. 301.num.2.

Clauſula in principio, ſeu præcedentibus poſita non probatur ex mente diſponentium in ſequentibus repetita. ibid num.3.

Clauſula in præcedẽti capitulo poſita non cenſetur repetita in ſequenti in his, quæ pertinent ad facti narrationem. ibid.num.4.

Clauſula, ſi & in quãtum, quid operetur in dilatione appellationis. concl.119.nu.1.

Clauſula vbi probatur inſolita, inducit ſuſpicionem ſimulationis actus concl 299 nu. 18.

Clauſula in ſupplicatione appoſita, & quouis alio modo vacans, quam vim habeat. concl. 181.num.2.

Clauſula, quouis alio modo vacans, comprehẽdit etiam vacationem in alia perſona interuenientem, quam in expreſſa, & indiſtincte omnes modos vacandi. concl.181.nu.5.

Clauſulæ conſuetæ in dubio præſumuntur appoſitæ in inſtrumento potius, quam inſolitæ. concl.299.nu.3.

Clauſulæ conſuetæ licet habeantur pro appoſitis, iuramentum tamen, quod ſolet præſtari, ſi non eſt præſtitum, Notarius nõ debet apponere. concl.299.nu. 17.

Clauſulæ omnes in contractibus appoſitæ præſumuntur appoſitæ, vt probent, & aliquid operentur. concl.301.nu.1.

Clauſulæ in inſtrumento appoſitæ non probantur inſolitæ, ſi conſtet de conſuetudine generali, vel præcipua ipſius notarij, clauſulas huiuſmodi ſolere apponi. concl. 299.nu. 5.

Clauſulæ, & alia inſolita in inſtrumento appoſita ſolent reddere ſuſpectum contractum. concl 440.nu.5.

Clauſulam codicillarem appoſitam eſſe ex mente teſtatoris tunc præſumitur, quando eſt conſuetudo generalis Notariorum illam ſcribendi, quia videtur eſſe conſuetudo populi, & omnium teſtantium. concluſio.300 num.4.

Clauſulam inſolitam in aliquo inſtrumento fuiſſe appoſitam aſſerens probare debet. conc. 299.num.1.

Clauſulam in principio poſitam referri ad ſequentia, regula eſt. concl.301.nu.1.

Cleomenes, & alij ſub cuſtodia traditi mutuis in carcere vulneribus ſe necantes, & incuria cuſtodis ſe ipſos occidiſſe præſumũtur.concl. 367.num.15.

Clericalis tonſura probatur per vnum teſtem. concl.303.nu.7.

Clericatus ex tempore non præſumitur, quando non eſt probata neque deducta poſſeſſio. concl.304.nu.12.

Clericatus nõ probatur ex diuturna poſſeſſione celebrandi miſſas. ibid nu.13.

Clericatus per litteras epiſcopi probatur. cõcl. 305.num.1.

Clericatus probatur per ſolam aſſertionem Cardinalis dicentis quem eſſe clericum. cõcluſ.305.num.15.

Clericatus per duos teſtes, qui actui interfuerint, probari poteſt, ſi litteræ amiſſæ ſint. concl. 303. nu. 1.
Clericatus ſufficienter per ſolum habitum probatur, quando ex huiuſmodi probatione non emergeret graue præiudicium. concluſ. 302. num. 3.
Clericatus non probatur ex habitu, & tonſura, quando agitur de commodo ipſius aſſerentis ſe clericum, ſecus. ibid nu. 4.
Clericatus probatur per teſtes, maxime quādo dicitur ſcripturam amiſſam eſſe. concl. 303. num. 11.
Clericatus poſſeſſio ſi deducta eſt leuat onere probandi. concl. 304. nu. 10.
Clericatus probatur per litteras promotionis ad diaconatum. concl. 305. nu. 3.
Clericatus non probatur ex nominatione ſummi Pontificis, vel epiſcopi in litteris collationis beneficij, ibid. nu. 4.
Clericatus probatur etiam per indicia, & argumenta. ibid. nu. 5.
Clericatus probatur ex confeſſione partis. ibid. num. 6
Clericatus per duos teſtes probari poteſt, quādo non agitur de materia obiectionis, vel quādo probare intendens nō patitur defectum natalium. concl. 303. nu. 3.
Clericatus etiam per vnum teſtem probari poteſt quando tractatur de nemini præiudiciuo offerendo. ibid. nu. 4.
Clericatus probatio per duos teſtes fieri debet, quando lis eſt in iudicio ſuper aliquo beneficio. ibid. num. 5.
Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione. concl. 304 nu. 1.
Clericatus de iure ciuili nō poteſt probari, niſi per ſcripturam. concl. 303. num 9.
Clericatus de rigore iuris non præſumitur ex poſſeſſione habitus. concl. 302. nu. 22.
Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione ad hoc, vt quis in eius poſſeſſione manu teneatur. concl. 304. nu. 8.
Clericatus omnino per ſcripturam, vel per teſtes probari debet, ſi clericus ad beneficium admitti velit. Subampliā, vt ibid. concl. 304. num. 20.
Clericatus defectum opponens probare cogitur. ibid. nu 21.
Clericatus probatur per famam concurrentibus aliquibus adminiculis. concl. 305. nu. 11.
Clericatus illegitime nati probatur per famam concurrentibus alijs coniecturis. ibidem num. 12.
Clericatus illegitimi non probatur ex ſola fama. ibid. nu. 13.
Clericatum plene docere debet Vltramontanus & Tranſalpinus. concl. 302. nu. 15.
Clericatum auctoris ſui probabit, qui probauerit ipſum fuiſſe per triennium pro clerico habitum. concl. 304. nu 6.
Clericus læſus probare debet ſe clericum, & docere de clericato ad hoc, vt qui ipſum percuſſerit in pœnam incidat c. ſi quis ſuadente. concl. 305. nu. 5.
Clericus & clericatus probatur ex ſola poſſeſſione habitus, & clericalis tonſuræ. ibidem num. 6.
Clericus ex poſſeſſione clericalis habitus debet à iudice haberi pro vero clerico. ibi. n. 7.
Clericus præſumitur profanus, cum nō induat ſacerdotis veſtes, neque tonſura inſignitus incedat. ibid. nu. 8.
Clericus illegitimus vltra poſſeſſionem habitus clericalis probare debet ſuum clericatum per literas, & non per communem exiſtimationem, & ſibi gratiam factam, vel legibus ſolutum fuiſſe. concl. 302. nu. 18.
Clericus licet illegitimus, & non diſpenſatus quoad poſſeſſionem, ſeu quaſi beneficij, & clericatus, manutenendus eſt in ſtatu, in quo reperitur, ibid. nu. 19.
Clericus illegitime ſi captus ſit pro criminali cauſa a foro ſeculari, remittendus eſt ad ſuum iudicem eccleſiaſticum. ibid. nu. 20.
Clericus ſi diu fuerit in poſſeſſione clericatus, de æquitate clericus præſumitur. concl. 302. num. 24.
Clericus ſtante probatione præſumptione emergente ex poſſeſſione habitus, non debet probare ſe clericum electum, ſed qui hoc negauerit, probare tenetur. concl. 302. nu. 12.
Clericus nunquam poteſt torqueri, niſi ſit de crimine infamatus, etiam ſi contra eum mille indicia eſſent. concl. 312. nu. 5.
Clericus reſidere in eccleſia tenetur. concluſ. 6. num. 2.
Clericus quando eſt actor, vt ſibi adiudicetur beneficium, non ſufficit ei diuturna clericatus poſſeſſio, ſed docere debet de clericatu per ſcripturam, aut teſtes in ſubſidium. concluſ 304. nu. 19.
Clericus oſculans mulierem præſumitur facere bono zelo. concl. 64. nu. 6.
Clericus aſtans bello iniuſto, nihil faciens, ſed eius præſentia accendit pugnantes, homicidia ſequentia faciunt ipſum irregularem. concl 159 nu. 7.
Clericus amplectens mulierem, non præſumitur cauſa adulterij, maxime ſi vetula, vel deformis eſſet, vel alias de qua natura non permitteret hoc ſuſpicari, vt in coniuncta ſanguine, niſi eſſet ſcholaris. concl 59. num 16.
Clericus ratione presbyteratus eſt magis idoneus teſtis, quàm laicus. concl 306 nu. 1.
Clericus concubinarius nedum a teſtimonio reijcitur, ſed nec ad dignitatum gradus, & honores promoueri poteſt. concluſio. 340. num. 19.
Clericus cōfeſſus coram laico remittitur cum proceſſu ad Epiſcopum. concl. 497. nu 7.
Clericus ex poſſeſſione habitus præſumitur quoad fori priuilegium, non tamen quoad beneficium obtinendum. conc. 302. nu. 20.
Clericus volens facere homicidium, & non fecit: quia non potuit, efficitur irregularis. concl. 138. nu 7.
Clericus, qui eſt in poſſeſſione clericatus, ſi eſt poſſeſſor beneficij, clericus præſumitur. concluſ. 302. nu. 16.
Clericus, vel ſacerdos poteſt reuelare cōfeſſionem de cōſenſu, & licentia expreſſa ſibi data a pœnitente, & confitente. concluſio. 277. num. 10.
Clericus nō poteſt teſtificari contra laicum in cauſa criminali in qua agitur pœna ſanguinis. concl. 306 nu 6
Clericus teſtificari poteſt in cauſa criminali, vbi pœna ſanguinis non agitur. ibid. nu. 7.
Clericus dicitur quodammodo teſtis omni exceptione maior. concl 306 nu 3.
Clericus poſt clericatum in dubio præſumitur as quiſiuiſſe intuitu beneficiorum, & eccleſiæ. concl. 302. nu 6.
Clericus nemo probatur ex eo, quod incedat in habitu & tonſura clericali. concl. 305. nu. 1.
Clericus ex confeſſione extraiudiciali torqueri non poteſt niſi eſſet infamatus. concl. 350. num. 12.
Clericus confitens adulterium, de adulterio non punitur, ſed de gloriatione, quæ ex illo reſultat. concl. 350. nu. 37.
Clericus etiam ſi mille indicia haberet contra ſe, torqueri non poteſt ex confeſſione extraiudiciali, niſi ſit infamatus. concl. 350. nu. 14.
Clericus ſecularis ſi habet beneficium exigens reſidentiam vtpote curatum, præſumitur ibi ſortiri domicilium, ſecus ſi non requirat reſidentiam. concl 534. nu. 3.
Clerico tanta fides habetur, vt nō poſſit repelli à teſtimonio dicendo pro ſua eccleſia abſque iuſta cauſa. concl. 306 nu 4.
Clerico, qui intra ſepta domus ſuæ continet matrem, filias ſuſceptas ante clericatum, & ſorores, ſeu germanas, nihil ſiuit criminis exiſtimari fœdus naturale permittit. concl. 312. num 8.
Clericum ſe aſſerens docere debet de titulo, vt obtinere poſſit beneficium, ac declinare iudicem ſecularem. concl. 302. num. 2.
Clericum contra non poteſt procedi ad torturam, vrgentibus quibuſcunque indicijs, niſi ipſe ſit infamis. concl. 497. nu. 8.
Clericum ſe eſſe probare debet impetrans beneficium, alioqui non obtinebit. concl. 302. num. 11.
Clericum quem non eſſe aſſerens, probare debet. concl 304 nu. 3.
Clerici non ſolum repellendi non ſunt à depoſitione teſtimonij, ſed omnino cogendi tam pro ſua eccleſia quàm contra eam, deficientibus alijs probationibus. concl. 306 num. 5.
Clericorum genus præſumitur auariſſimum. concl. 150. nu. 2.
Clientulus teſtis eſſe poteſt finita clientela. concl. 307. nu. 4.
Clientulus non eſt idoneus teſtis pro patrono ſuo. concl. 307. nu. 1.
Clientulus repellendus eſt à teſtimonio propter affectionē, quæ regulariter repellit reſtem à teſtificando. ibid. nu. 2.
Codicillus, quādo agitur, quo pacto factus ſit, per duos teſtes probatur. concl. 308 num. 1.
Cognatio ſpiritualis maior eſt, quàm vinculum adoptionis. concl. 310. nu. 2.
Cognatio inter compatrem, & filium leuatum à ſacro fonte contrahitur quædam ſpiritualis, ex qua oritur affectio quæ repellit eos a teſtimonio. concl. 332. nu. 9.
Cognatio ſpiritualis videtur ſolum operari quoad impediendum matrimonium, & quoad præſtandum reuerentiam, & non quoad reliqua. concl 332. num. 13.
Cognatus licet dicendus ſit perſona domeſtica, & tamen a teſtimonio dicendo repellendus eſt. concl. 310. num. 2.
Cognitio literæ vel manus alicuius quomodo habeatur. concl. 110. num. 11.
Cognitio plenaria quomodo attendatur. concl. 33 num. 52.
Cogitatio mentis probatur per ſolam confeſſionem. concl. 309. num. 1.
Cogitatio mentis aliter quam per confeſſionem probari poteſt. ibid. num. 2.
Cognito vno de contrarijs cognoſcitur & aliud. quæſt. 6. num. 35.
Cohabitare dicuntur, qui ſimul vna viuunt, & commenſales ſunt. concl. 341. nu. 20.
Coitus præſumptiones ex eiuſdem domicilij habitatione & in ſimul cubatione, non tantæ ſunt fidei, quin aliæ præſumptiones in contrarium admittantur. concl 312. nu. 18.
Coitus ex coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt. ibid. nu. 19.
Coitus coniecturæ quæ ſint. ibid. num. 20.
Coitus probatur, cum vir ad mulierem frequenter accedere conſueuit, & cum moratur ſolus cum ſola, & nudus cum nuda. ibid. nu. 21.
Coitus, & copula carnalis directe non poteſt probari etiam ſi deprehenderetur in loco nudus cum nuda. ibid. nu. 22.
Coitus poteſt probare per iuramentum viri dicentis ſe cum muliere concubuiſſe. ibid. numero 23.
Coitus non præſumitur in fratre cum ſorore, nec in conſanguineo cum conſanguinea. concluſ. 315. num. 9.
Coitus non eſt accuſabilis, quando quis tenet duas concubinas. concl. 341. num. 17.
Coitus præſumitur, quādo vna cubauerint vir, & mulier, & in eodem thoro quia cum puella iacuerit. concl. 315. num. 1.
Coitus non præſumitur in valetudinario, & qui ex aſpectu arguatur frigidæ eſſe naturæ. concluſ. 315. nu. 16.
Coitus præſumitur, quando diu quis cum aliqua muliere habitauerit. concl. 312. nu 26.
Coitus præſumptio tollitur in affinibus, & conſanguineis proximioris gradus. ibid nu. 7.
Coitus præſumitur etiam in conſanguineis, ſi vna cubauerint. concl. 321. num. 3.
Coitus præſumitur in conſanguineis remotioris gradus, ſi viſi fuerint ſimul dormire. ibid. numero 4.
Coitus impotentia probatur per confeſſionem viri in ſui præiudicium, concl. 311. nu. 1.
Coitus impotentia ad hoc, vt diſſoluat matrimoniū, requiritur quod durauerit per triennium. concl. 311. nu. 2.
Coitus impotentia vbi probatur per alia ſigna vrgentia, & manifeſta, non requirit triennalem cohabitationem ad matrimonij diſſolutionem. concl. 312. nu. 4.
Collatio facta aliquo impulſu nulla eſt. concl. 313. num. 4.
Collatio ſimoniaca eſt, & nulla, ſi collator conferat, vt parem gratiam pro beneficio alicuī referat. concl. 313. num. 2.
Collatio ordinaria pendet à ſola voluntate ordinantis, niſi præcedant requiſita iuris. concluſ. 304. nu 17.
Collatio præſumitur facta intra tempus. concl. 16 num. 18.
Collatio beneficij clandeſtina, & contractus clam factus licet ſimulata præſumantur, non tamen nulla ſunt. concl. 176 nu. 7.
Et de beneficij collatione vide in concluſione, collatio.
Collatio vt dicatur habilis, probari debet ſcientia

Digitized by Google

tia ſufficiens & mediocris, quæ ſatis ſit ad adminiſtrādum illud beneficium, quod quis obtinet. concl.313. num.15.
Collatio probari debet facta bonis moribus prædito. ibid.num.16.
Collatio vt dicatur habilis, probari debet, vt is, cui confertur ſit habilis,& idoneus. ibid.numero 11.
Collatio vt habilis dicatur, ætas legitima probanda eſt. ibid. num.12.
Collatio debet eſſe facta ſine aliqua diminutione. ibid.num.5.
Collatio prius facta præſumitur à Pont. Max. quam ab ordinario. concl.314. num.1.
Collatio beneficij perpetua eſſe debet,& facta, vt quis perpetuo illam poſſideat. concl.313. numero 9.
Collatio beneficij facta clam,præſumitur ſimulata,& non valet. concl.315. num.6.
Collatio beneficij facta contra interloquutoriam præſumitur ſubreptitia. ibid.num.7.
Collatio beneficij poteſt per collatorem probari, dummodo producatur vt teſtis. concl. 174. num.5.
Vide ibi contrarium.
Collatio beneficij poteſt probari per inſtrumentum admiſſionis illius, ad quem ſpectabat,ac etiam per teſtes. concl.173.num.10.
Collatio beneficij palam facta, idoneitatem perſonæ præſumit, & contrarium aſſerens probare debet. concl.176. num.6.
Collatio facta abſenti, antequam ipſe declarauerit voluntatem,nullius eſt momenti. concluſ.315 num.19.
Collatio, vt valeat ex parte rei, probari debet, quod beneficium ſit vacans. ibid.num.20.
Collatio probari poteſt per inſtrumentum, ſeu per teſtes in iudicio. ibid.num.21.
Collatio Epiſcopi prius facta, quàm illa vicarij ſui. concl.314.num.2.
Collatio ordinarij prius eſſe facta præſumitur, ſi habet horam determinatam, quæ in collatione Pontificis Maximi non ſit appoſita. ibid.num.3.
Collatio Papæ non præfertur collationi ordinarij, quando ab ordinario prouiſus reperitur in poſſeſſione. ibid.num.4.
Collationi, vt credatur, neceſſe eſt, vt facta ſit præſentibus teſtibus fide dignis. concl.313. numero 8.
Collationem fama probat,quando aliquis conſequitur beneficium ab aliquo, ad quem de iure non ſpectat collatio, ſecus vt ibidem. concl.313.num.25.
Collationem habens ab ordinario præfertur collationi Papæ. concl.174. num.2.
Collationem beneficij ad aliquem pertinere probatur per famam, & communem opinionem, atque per inſtrumentum. concluſ.313. numero 22.
Collationem alicui pertinere, ſatis eſt docere per litteras, vel inſtrumentum, beneficium conſueuiſſe per talem conferri, & ad illum colationem,& inſtitutionem ſolere pertinere. ibid. num.23.
Collator admittitur, vt aliquo pacto iudicem doceat, & ad aliquod indicium. concl.315. numero 4.
Collator poteſt aſſiſtere illi, cui contulit beneficium. ibid.num.5.
Collator beneficij non videtur idoneus teſtis pro illo,cui fecit collationem. ibid.num.1.
Collatoris ex parte quę probanda ſint vt collatio valida probetur. concl.313. num.2.
Collectam aliquē ſoluiſſe probatur per teſtes, etiam vniuerſitatis. concl 316.num.8.
Collectæ præſumuntur potius ſolutæ contra voluntatem quàm ſponte. ibid. num 9.
Collectę ſolutio indiſtincte probari non poteſt per teſtes. ibid.num.3.
Collectas nō eſſe ſolutas,qui dicit, probare debet. ibid.num.8.
Collectas quem ſoluiſſe, vel non ſoluiſſe probatur per librum exactoris. ibid.num 4.
Collectoria eſt officium, quod & honorem, & vtilitatem Reipublicæ affert, & confertur in inuitum. concl.317.num.26.
Collector non tenetur probare ſe acceptaſſe,& exercuiſſe officium collectoriæ. ibid.nu.25.
Contrarium. num.27.
Collectoris facultas probatur per literas originales, non autem per earum tranſumptum. ibid.num.6.
Collectoris facultas ſiue commiſſio debet probari per literas, & non per teſtes. concl.317. numero 1.
Collectoris deputatio poteſt probari per teſtes ſi aliquis deputatus eſt in collectorem in eccleſiis vrbis Romæ, in vrbe exiſtente Papa. ibid.num.9.
Collectoris literæ cum illius ſigillo ſine manu notarij,& ſubſcriptione teſtium, probant facultatem, & deputationem ſubcollectoris. ibid.num.3.
Collectoris poteſtas poteſt per teſtes probari, quando litteræ collectoriæ amiſſæ ſunt. concluſ 317.num.11.
Collectoris facultas probatur per literas in actu delegationis, vel ſimplicis cognitionis. ibid. numero 14.
Collectoris,vel ſubcollectoris deputatio,ſi nec per literas,nec per teſtes conſtat, nec etiam per communem hominum exiſtimationem poteſt probari. ibid.num.17.
Collegiatus poteſt eſſe teſtis in cauſa collegij. concl.318.num.1.
Collegiatum quem non eſſe probatur quando cohortales dicunt ipſum non eſſe ex eorum numero. concl 319.num.5.
Collegiati pro collegiatis teſtificari non poſſunt quando illi ex collegio alios teſtes habere poſſunt. concl 318. num 2.
Collegiati teſtes eſſe nequeunt pro collegio, quando de collegij commodo agitur, quod ſigillatim ſpectat ad vtilitatem ſingulorum. ibid.num.3.
Collegiati teſtificari poſſunt pro collegio,quando ſe referunt ad aliquod inſtrumentum vniuerſitatis. ibid num 4.
Collegium probatur ex communi ſigillo,communi tractatu, area communi, refectorio, & dormitorio, ac ex fraternitate, & familia commune. concl 319.num.1.
Collegium tres faciunt. ibid.num.2.
Collegium omne præſumitur illicitum, niſi probetur licitum. ibid.num 3.
Collegium & fraternitates, vt vocant, battentium,an dicantur loca pia,& collegia approbata. ibid.num.4.
Colluſio eſt difficilis probationis, & propterea probatur ex coniecturis. concl.322. nu.1.
Colluſio in dubio non præſumitur, niſi probetur. ibid.num.2.
Colluſio probatur, quando inter accuſatum, & inter accuſatorem ſit magnus vſus, & familiaritas. ibid.num.3.
Colluſio facta probatur ex familiaritate accuſatoris, & accuſati. ibid.num.4.
Colluſio non præſumitur ex concordia,& amicitia in iudicio ciuili. concl.322. num.6.
Colluſio probatur, ſi accuſatus, & accuſator, poſt litem conteſtatam non compareant in termino ſtatuto per Iudicem. ibidem numero 7.
Colluſio probatur, ſi aliquis veras probationes abſcondit,vel diſſimulat, & falſas exculpationes admittit. ibid.num.8.
Colluſio probatur, ſi teſtes corrupti ſunt, vel iudices, vel examinatores facti, & opera acti. ibid.num.9.
Colloquium præſumit animum deliberatum, & quomodo. concl.98 num.11.
Colonus teſtis eſſe non poteſt pro domino. concl.320.num.1.
Colonus pro domino teſtis eſſe poteſt,quando de re minima tractatur. ibid.num 8.
Colonus partiarius ſi adhibebitur in teſtem, recte probabit pro domino ſuo, quando agitur de proprietate alicuius rei, non autem de fructibus. ibid.num.9.
Colonus aſcriptitius, & mercenarius, qui cum ſibi libuerit non poteſt recedere, teſtis eſſe non poteſt pro domino. concl.320. nu.2.
Colonus partiarius, qui non eſt domeſticus,& non dicitur productus è domo producentis, pro domino teſtis eſſe poteſt. ibidem numero 3.
Coloni teſtes ſine nullo diſcrimine probant, quando non agitur de eorum emolumento, & commodo. concl.320. num.6.
Coloni teſtari poſſunt pro domino, eo ita iubente, nedum de proprietate, ſed etiam de poſſeſſione fundi,quando ſunt coloni, & laboratores in poſſeſſione,de qua agitur.ibid. numero 7.
Coloni ſi plures ſunt, probant pro domino. concluſione 320. numero 10.
Coloni noſtri temporis ſunt idonei teſtes pro dominis, & contra dominos. concluſio.320. numero 4.
Colonis teſtibus quanta fides ſit adhibenda, à iudice inueſtigandum eſt. ibid.num 5.
Color quæſitus præſumitur de contractu.conc. 442. num.10.
Comes ſub dominio Regis in dubio præſumitur habere comitatum iure proprio, & non tanquam feudalem. concl.323.nu.1.
Comes ſub dominio Regis comitatum habens, iure proprio habere præſumitur.concluſ.79. numero 10.
Comes ſi ſeruitia Regi præſtiterit, præſumitur ea tanquam ſuo ſuperiori feciſſe, non tanquam domino feudi. concl.323. nu.2.
Comitem ſub dominio Regis habens Comitatum tanquam feudalem probatur, ſi ſumus in antiquis per famam. ibid.num.4.
Comes Palatinus vltra exhibitionem priuilegij probare debet ſe eſſe illum, cui fuit conceſſa facultas, vel ab illo deſcendere,cui ante fuit conceſſum priuilegium legitimandi. concl.324 num 8.
Comiti Palatino aſſerenti ſe poteſtatem habere legitimandi non creditur, niſi id probet per eius priuilegium. ibid.num 5.
Comiti Palatino aſſerēti ſe habere poteſtatem legitimandi non creditur, etiam ſi vna cum aſſertione concurreret longitudo temporis. ibid num.6.
Commiſſio iudicis in citatione præſumitur, vbi eſt conſuetudo non ſcribendi huiuſmodi commiſſiones citandi. concl.294. nu.13.
Commiſſio valet, quando plura narrata ſunt,& aliqua ſunt vera, etiam ſi narrans iuraſſet omnia narrata ſe credere eſſe vera. concluſ. 325. num 9.
Commiſſio,vt valeat,in qua narrata ſunt plura capitula, quorum aliqua vera, & aliqua falſa ſunt, ſufficit probare vnum,quod verum ſit. concl.325. num.1.
Commiſſio ſubcollectoris, & eius poteſtas, ac exercitium probari poteſt per teſtes,qui fuerunt præſentes tempore commiſſionis ſibi factæ. concluſ.317.num.16
Commiſſio facta præſumitur Cardinalis in his, quæ veniunt in forma generali legationis. concl.169.num 2.
Commiſſio in caſu, quo eſſet probanda, poteſt probari per teſtes probantes de communi reputatione. concl.140.num.11.
Commiſſio facta ſuper diuerſis, & pluribus articulis à iure communi diſcrepantibus requirit ſcripturam. concl.316 nu 4.
Commiſſio iudicis præceſſiſſe præſumitur ex relatione nuncij in actis factæ. concluſ.294. numero 3.
Commiſſio iudicis in cauſis ciuilibus de conſuetudine præſumitur conſtito de relatione nuncij aſſerentis ſe iudicis mandato citaſſe. ibid.num.4.
Commiſſio Epiſcopi, vel Legati de cōferendis beneficiis facta viua voce Vicario ſuo generali valet, & probatur per teſtes. concl.316. numero 1.
Commiſſio, & ſubdelegatio probatur per litteras ſolo ſigillo legati ſigillatas. concl.317.nu.5.
In commiſſione ſi plura narrentur, quorum aliqua falſa, aliqua vera ſint, ſi eiuſdem effectus ex veris ſequi poteſt, valet commiſſio. concl 181. num.3
In commiſſione cum plura capitula narrantur, quæ de iure minime neceſſaria ſunt, ipſa in disiunctiuam reſoluuntur. concl.325. nu.3.
Commiſſiones factæ per Papam,vel Imperatorem non poſſunt probari per teſtes, ſed per literas,& ſcripturam. concl.316. nu.3.
Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa. concl.467. nu 12.
Commodatarius non tenetur de furto ex leuiſſima culpa, quando furtum eſt patratum à perſona coniuncta, à qua non ſuſpicatur. ibid.num.13.
Commodatarius non tenetur, quando furtum fuit factum a famulo commodato, vna cum re commodata. ibid.num 14.
Commodatarius non tenetur de cuſtodia, quando famulus fuit tranſmiſſus,vt cuſtodiat rem commodatam. ibid.num.15.
Commodatum præſumitur factum rogatu commodatarij. concl.327.nu.1.

Commodatum ſi perierit, commodatarius tenetur nedum de dolo, ſed etiam de culpa. concl.327. num.2.

Commodatum quando aliquid repetitur, cautio eſt, vt in libello dicatur, ſe commodaſſe ad requiſitionem ipſius commodatarij, & è conuerſo, commodatarius debeat facere articulos, quod ſponte res commodata ſibi fuerit oblata. ibid.num.3.

Commodatum qua cautione probari poterit, quando deficiant modi probandi per teſtes, vel per inſtrumenta, ibid.num.4.

Commodata res ſi pereat penes commodatarium, ipſe probare tenetur rem peremptam, ſed agens contra eum probare debet quod eius dolo, vel graui culpa illa perempta ſit. concl.327.num.7.

Communio præſumitur inter fratres quoad ſocietatem, & communionem fructuum, & lucrorum, non autem omnium bonorum. concluſ.328.num.7.

Communio præſumitur ex eo, quod quis habeat tigna immiſſa in muro ab aliquo poſſeſſo. ibid.num.8.

Communio regulariter non præſumitur. concluſ.328.num.1.

Communio præſumitur diſcordiam, & diſſenſionem excitare. ibid.num.2.

Communio dicitur mater diſcordiæ. ibi.nu.3.

Communio probari poteſt ex coniecturis, præſumptionibus, ac actibus, qui nõ poſſunt fieri citra ius, & nomen ſocietatis. ibid.num.4.

Communio probatur contracta inter fratres, quando diu ſimul habitauerint, & omnia lucra communicauerint, nec ad inuicem rationem bonorum reddiderint. ibid. num.5.

Communio præſumitur inter fratres, niſi contrarium probetur. ibid.num.6.

Communis vſus loquendi præualet propriæ verborum ſignificationi, quando probatur extitiſſe tempore conditi ſtatuti. concl.329. numero 9.

Communis vſus loquendi eſt difficilis probationis. ibid.num.1.

Communis opinio in iudicando quotieſcunq; reperitur falſa euidenter, vel probabilibus rationibus, & argumentis conuinci poteſt, non eſt ſequenda. concl.395. num.29.

Communis vſus loquendi probatus dicitur à teſtibus deponentibus, quod inoleuerit per decem annos ante. concl.329. num.5.

Communis vſus loquendi non eſt in loco, ſi teſtes non concludunt de tempore decem annorum. ibid.num.6.

Communis error facit ius. concl.188.nu.14.

Communis loquendi vſus præfertur proprietati ſermonis. concl.329 num.3.

Communis opinio non probat plene titulum in beneficialibus, maxime aduerſario ſe opponente. concl.471.num.2.

Communis opinio inducit præſumptionem, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, ſi poſſeſſor petit abſolutionem, non autem adiudicationem. concl.464.num.8.

Communis ſententia eſt, auum in dubio præſumi neptem dotare filij contemplatione. concluſ.156.num.8. Contrarium num.9.

Communis error nihil operatur, quando nullum reperitur fundamentum. cõc.317.nu.19.

Communis opinio maioris eſt auctoritatis, quàm ſit Rota. concl.484.num.8.

Communis opinio probatur per plura inſtrumenta, & non ea vnius dicto. concluſ. 394. numero 13.

Communis opinio auditorum ſacri Palatij circa clauſulam, quouis alio modo vacans, refertur per Ioan. Cald. concl.181. nu.6.

Communem vſum loquendi qui allegat, illum probare debet. concl.329. num.2.

Communem vſum loquendi rectè probãdum, quomodo ſit formandus articulus. ibid.numero 4.

Communitas inquiſita de negligentia in capiendo homicidas, quibus modis probare poterit ſuam diligentiam. concl. 518. num.2.

Comparatio literarum ſimpliciter non probat, ſed egit alio adminiculo, vel ſubſcriptione trium teſtium. concl.330.num 4.

Comparatio ſola litterarum in libro rationum Caij, in quo aliquid reperitur ſcriptum contra Sempronium ab eodem Sempronio, non ſufficit, ſi eo libro Caius vti velit. ibid.numero 19.

Comparatio literarum per ſe ſola non probat, tam in apocha, quàm in epiſtola, & ſimilibus ſcripturis. concl.330. num.14.

Comparatio ſola literarum facit plenam fidem, quando tractatur de comparatione publici inſtrumenti. ibid. num.15.

Comparatio inſtrumenti poteſt fieri nõ ſeruata illa ſolemnitate, quæ traditur regulariter in comparatione facienda. ibid.num.16.

Comparatio ſola literarum plene probat in libris rationum. ibid.num.17.

Comparatio ſola litterarum non probat, nec ſufficit ad probandum falſitatem. ibid. numero 25.

Comparatio literarum in crimine falſi facit indicium ad torturam. ibid.num.26.

Comparatio literarum eſt inditiũ indirectum falſitatis, quod non ſufficit ad torquendum. ibid.num.27.

Comparatio literarũ, ſeu ſcripturæ, plene probat, ſi adeſt ſubſcriptio trium teſtium grauium, & honeſtorum, qui recognoſcant eorum ſubſcriptionem, affirmantes ſcripturam illam eſſe ipſis præſentibus ſcriptam. ibidem numero 28.

Comparatio literarum dat plenam fidem epiſtolæ negatæ, ſi non habeat ſigillum. ibid. numero 11.

Comparatio literarum concurrere debet ad probandum apocham. concl.110.nu 19.

Comparatio literarum fallax. ibid. nu.20.

Comparatio literarum per ſe ſola non probat, quod literæ conſueuerunt mutari ex curſu temporis. concl 330. num.1.

Comparatio literarum ſemiplene probat. ibid. numero 7.

Comparatio literarum plenam probationem facit. ibid.num.8.

Comparatio literarum apochę priuatæ perſonæ ſemiplene probat, ſed in libris mercatorum, rationum, & in epiſtola ſcripta abſenti, plene probat. ibid.num.9.

Comparatio literarum quomodo fiat. quæſt.12. numero 2.

Comparatio literarum plene fidem facit. quęſt. 12 numero 3.

Comparatio literarum quando probet, & quando non. concl.330.num.30.

Comparatio facienda tam in apochis, quàm epiſtolis, & inſtrumentis publicis ſemper iudicantis arbitrio relinquenda eſt ibid.nu.31.

Comparatio literarum quomodo, & in quibus caſibus facienda ſit. ibid.nu.32.

Comparatio literarum vt fieri poſſit, quæ requirantur. ibid.nu.33.

Comparatio literarum facienda eſt ab illis, qui ſunt in illa arte periti. ibid.nu.34.

Comparatio quæ oſtendit ſcripturam ſimul cum ſcriptura per omnia ſimilem, plene probat. concl.330.num.20.

Comparatio ſi omnimodam ſimilitudinem habet, probationem inducit. ibid.nu.21.

Comparatio literarum, ſi non omnimodam ſimilitudinem habet, ſed aliquam diſſimilitudinem, ſemiplene probat. ibid. num.22.

Comparatio, vt poſſit fieri, iudex poteſt compellere debitorem ad ſcribẽdum manu propria. ibid.nu.23.

Comparationi literarum facilius ſtatur in epiſtola, quæ mittitur abſenti. ibid.nu.12.

Comparationem literarum adminiculantur teſtes deponentes, ſe fuiſſe præſentes, quando ſcripta fuit talis ſcriptura, & vidiſſe ſcribere illas literas, & ſcripturam, de qua agitur. ibi. numero 5.

In comparatione literarum duplex requiritur ſcriptura. ibid.nu.35.

Comparitionis probatio fit per inſpectionem actorum. concl.331. nu.1.

Ad comparitionem, quæ ſpectant, remiſſiue. ibid.num.2.

Comparentibus pro citato abſente, eius abſentia allegata, conceditur terminus arbitrio iudicis conſiderato. concl.8.nu.10.

Compater poteſt eſſe teſtis pro compatre. concluſ.332.nu.1.

Compater, & patrinus prohibentur eſſe teſtes. concl.310 nu.3.

Compater poteſt eſſe teſtis in ciuili, & in capitali iudicio. concl.332. nu.7. Contrarium, ibid.

Compater nõ poteſt eſſe teſtis pro filio è ſacro fonte leuato & è contra. ibid.nu.8.

Compater iudex poteſt recuſari pro ſuſpecto, licet talis cauſa non ſit in iure determinata, ſed dubia. concl.332. nu.16.

Compater dicitur teſtis omni exceptione maior. ibid.nu 3.

Compater in cauſa, quæ ad matrimonium ſpectat, teſtis eſſe poteſt. ibid nu.4.

Compater poteſt etiam eſſe teſtis in criminali cauſa. ibid.num.5.

Compatres æquiparantur patribus naturalibus, & ideo non ſunt idonei teſtes pro filiis ſuis ſpiritualibus. ibid.nu.12.

Compenſare idem eſt, quod ſoluere. ibid.numero 2.

Compenſatio debiti non liquidi probari debet per eum, qui illam allegat. conc 334. nu.1.

Compenſatio etiam cum debito neceſſario nunquam præſumitur, quando aliquid inter viuos donatur. concl.333 num.7.

Compenſatio non præſumitur cum debito voluntarie contracto. ibid.num.3.

Compenſatio quo pacto probetur, & ex quibus coniecturis. ibid.num.4.

Compenſatio non cadit in creditore legante debitori. concluſ.96 num.23.

Compenſatio non cadit, ſi debitum ſit ſub conditione, vel in diem ab vna parte, & ex alia purum. concl.333.num.10.

Compenſatio non præſumitur, licet teſtator ſeruit obligatam leget creditori ſuo. ibid.numero 1.

Compenſatio non fit in debito voluntario ex contractu vel actu immediate voluntario. concl.96. nu.9.

Compenſatio fit in debito voluntario, quando ex verbis teſtatoris apparet legaſſe animo compenſandi. ibid.nu.10.

Compenſatio ſufficit, quod ex verbis ei æquipollentibus fiat, ibid.nu.14.

Compenſationem ad probãdum debiti debent dari duo menſes. concluſ.334. num.3. Contrarium poſt num.4.

Compromiſſum præſumitur ex laudo lato præſente, & non cõtradicente parte. concl.336. numero 1.

Compromiſſum præſumitur ex laudo antiquo. ibid.num.2.

Compromiſſum præſumitur etiam poſt decennium latum cum ſolemnibus ſuis requiſitis. ibid.num.4.

Conatus in crimine aſſaſſinij ſi effectus non fuerit ſequutus, non eſt puniendus pœna vltimi ſupplicij, ſed mitiori pœna. concl.138. numero 5.

Conatus in enormiſſimis punitur, licet non ſequatur effectus, vide ibi contrarium de conſuetudine totius Italiæ. concl.138. nu.8.

Conatus effectu non ſubſecuto, quando puniatur pro effectu conſumato, & quando non, vide remiſſiue. ibid.num.9.

Conceſſio Principis in dubio pręſumitur realis, & non perſonalis etiam in materia iuriſdictionis. concl.338. num.1.

Conceſſio in dubio realis eſt niſi ex qualitate perſonæ, & tunc præſumatur perſonalis. ibid. numero 2.

Conceſſio præſumitur realis, quando continet beneficium Principis. ibid.num.3.

Conceſſio in dubio realis præſumitur, quando facta eſt ciuitati, vel alicui vniuerſitati. ibid. num.4.

Conceſſio facta à priuato, quæ refertur ad factum, præſumitur perſonalis. ibid num.5.

Conceſſio ſi ad ius referatur indeterminate reſpectu fundi dominantis perſonalis præſumitur, ſed ſi determinate realis cenſetur. ibid. num.6.

Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum probatur per diuturnam præſtationem cenſus, penſionis, aut ſeruitij. concl.337.num.1.

Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum probatur per ſolutionem decem, vel viginti annorum. ibid.num.2.

Conceſſio in emphyteuſim probatur, ſi apparet quem poſſediſſe tanquam emphyteutam, vel vaſallum, & eo nomine præſtitiſſe cenſum, vel ſeruitium. ibid.num.3.

Conceſſio rei Eccleſiæ ad modicum tempus nõ requirit ſolemnitates. concl.75. nu.25.

Conceſſio rei modicæ eccleſiæ non requirit ſolemnitates. ibid.num.16.

In conceſſione ſi exprimatur, ad beneplacitum noſtrum, & ſuperiorum noſtrorum, vt tedit

A,ullo-

Apoſtolicæ, nullo pacto, nec morte concedentis, nec abſolutione eius officij præſumitur reuocatum beneplacitum concl. 188. numero 4.
Concluſio in cauſa quid ſit. concl. 347. nu. 127.
Concluſio in cauſa in dubio facta præſumitur infra tempus debitum ſcilicet dies ſexaginta vtiles. concl. 349. num. 1.
Concluſio in cauſa quot modis fiat, vide remiſſiue. concl. 349. num. 7.
Concluſio in cauſa actorum productioni finem imponit, adeo vt nihil aliud, quod ad cauſam ſpectat, poſt eam produci poteſt, & nil aliud expectatur præterquam ſola ſententia. concluſ. 17. num. 43.
Concluſio in cauſa partibus os obſtruit, & claudit, vt probationibus nullus amplius teſtis quærat locus. ibid. num. 44.
Concluſio in cauſa præſumitur nota fuiſſe iudici. concl. 339 num. 3.
Concluſio in cauſa præſumitur nota iudici, ſi ipſemet ille fuit, qui concluſit. ibid. num 4.
Concluſum in cauſa non præſumitur, niſi in actis expreſſe vel tacite concluſum appareat. ibid. num. 2.
Concluſum in cauſa dicitur, quando eſt productionibus, & allegationibus renunciatum. ibid. num. 6.
Concorditer quando quid fieri debet, ex ſolo ſilentio nõ dicitur in concordia fieri, ſed requiritur voluntatis declaratio. concluſ. 121. numero 9.
Concubina non dicitur amica. conc. 340. nu. 14.
Concubina pro ſuo Amaſio teſtis eſſe non poteſt. concl. 340. num. 8.
In cõcubina lex facilius præſumit turpem quæſtum. ibid. num. 4.
Concubina, & vxor pares cenſentur ſere omnibus in rebus, cum in affectione optime conueniant, & niſi in dignitate nihil intereſt. ibid. num. 10.
Concubina mulier non cenſetur, ſi non appareat, quod interuenit conſenſus concubinarius, & quando eſt honeſta, & libera. concl. 341. num. 26.
Concubina, licet ſine inſtrumẽtis dotalibus publice ducitur vt vxor, & ab vxore in alio, quã in dignitate, non differt. ibid. num. 23.
Concubina citra ſolemnitatem dicitur. ibidem numero 24.
Concubina quicquid ſibi comparuit, acquiſiuiſſe præſumitur ex bonis Amaſij. concluſ. 430. num. 1.
Contrarium ſub num. 2.
Concubina, & vxor comparantur. ibid. num. 2.
Concubinam habere nõ licet ſine proteſtatione, ſed oportet ipſam in vxorem habere, vel ſtupro tenere. concl. 341. num. 20.
Concubinarius manifeſtus teſtis eſſe non poteſt. concl. 340. num. 18.
Concubinarius publicus, nec contra alios teſtificari poteſt. ibid. num. 16.
Concubinarius conſenſus præſumitur, ſi mulier honeſta non eſt. concl. 342. num 11.
Concubinatus cenſetur, ſi mulier ducatur à viro in domum ſuam, & publice cum ipſa cohabitet. concl. 341. num. 21.
Concubinatus vt probetur, probari debet, quod ſit mulier, cum qua non committatur ſtuprum. ibid. num. 27.
Concubinatus præſumitur exiſtente diſparitate perſonarum. ibid. num. 1.
Concubinatus probatur per longam cohabitationem mulieris, & viri cum copula. conc. 342. num. 1.
Concubinatus, & concubinarius conſenſus in dubio præſumitur, quando mulier eſt obſcuro loco nata. concl. 341. num. 5.
Concubinatus probatur ex conſenſu concubinario. ibid. num. 11.
Concubinatus in clericis graue crimen eſt. concluſ. 340. num. 20.
Concubinatus vt probetur, requiritur, quod mulier ſit retenta in domo in ſchemate concubinæ. concl. 341. num. 18.
Concubinatus probatur circa perſonas impares, ſi vir ſit illuſtris & magnus, & mulier inferioris conditionis. ibid. num. 25.
Concubinatus præſumitur abſque vlla proteſtatione, quando intercedente perſonarum diſparitate accedit liberum ipſius mulieris arbitrium à viro abeundi, & ſi velit ad eum redeundi. ibid. num 9.
Concubinatus, & non matrimonium præſumitur, ſi inſtrumenta nuptialia non interuenerint, & ſi agatur inter illuſtres, & maiores. concl. 341. num. 10.
Concubinatus præſumitur per diuturnam cohabitationem. concl. 341. num. 3.
Concubinatus præſumitur, quando perſonæ ſunt conditionis imparis, vt ſi vir ſit illuſtri ſanguine natus, & mulier fortunæ vilioris. concl. 342. num. 7.
Concubinatus non contrahitur cum virgine, & vidua, licet vxores eſſe poſſint. concluſ. 341. num. 13.
Concubinatus non præſumitur niſi ab initio fiat proteſtatio, quod velit eam habere in concubinam. ibid. num. 14.
Concubinatus præſumitur per diuturnitatem temporis, per quam ſtuprum vetus purgatur. ibid. num. 15.
Concubinatus probatur, ſi vnica eſt concubina, & in domo retenta. ibid. num. 16.
Concubinatum ad probandum de neceſſitate requiritur, quod proteſtatio tenendi mulierem in concubinam facta ſit à principio. concluſ. 341. num. 19
Concubinatu quando diuerſitas euidens eſt, & imparitas perſonarum omnibus nota, non eſt neceſſe probare aliquam proteſtationem, vel animi deſtinationem. ibidem numero 7.
Condemnatio exequi non debet, ſi poſt confeſſionem perſeueratam, & ratificatam, & etiam poſt ſententiam appareat, & liqueat iudici aliquo modo de innocentia confitentis condemnati. concl 353. num. 26.
Condemnatus de crimine quando poteſt appellare, vel non, vide remiſſiue. concl. 353. num. 29.
Condemnatus in iudicio ciuili ex præſumptionibus, non poteſt ex iiſdem condemnari in iudicio criminali. concl. 34. num. 12.
Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, concl 75. num. 20.
Conditio in dubio non præſumitur, ſed potius modus, quando verba non ſunt ſatis clara. concl. 343. num. 1.
Conditio teſtis debet intelligi ſecundum tempus productionis, & præſtiti iuramenti. concluſ. 26. num. 6.
Conditio hominum eſt varia; quorum authoritas propter diuerſas proprietates fidem facit. concluſ. 155. num. 2.
Conditio fideicommiſſi, vt ſi deceſſerit ſine filijs, in dubio præſumitur extitiſſe. concluſ. 343. num 8.
Conditionem extitiſſe, qui aſſerit, probare cogitur. ibid. num. 4.
Conditionem impletam, qui dixerit, ei incumbit onus probandi. ibid. num. 5.
Cõditionem præſumptionis legis impleri præſumptiue ſatis eſt. ibid num. 7.
Conductor, cum non teneatur, niſi de dolo, lata, & leui culpa, & non de leuiſſima, poterit ſe excuſare de incendio illato in domo conducta, & ex hoc non tenebitur ad aliqua damna. concl. 467. nu. 7.
Contrarium ibid. & num. ſeq.
Conductor de incendio non tenetur nec ex lege Aquilia, licet leuiſſima culpa veniat in ipſa lege: & culpa leuiſſima quæ dicatur. concluſ. 467. num. 9.
Conductori pecudum aſſerenti eas ſibi fuiſſe abactas, credendum non eſt, niſi probauerit caſum forti. concl. 272. num. 11.
Confeſſio extraiudicialis nocet in iudicio, ſi eſt deducta tanquam delictum. concl. 497. numero 14.
Confeſſio ſine cauſa etiam per verba enunciatiua, vel non, probat liberationem. concluſ. 481. num. 4.
Confeſſio debiti non probat debitum, quando emergit in præiudicium tertij. ibid. num 5.
Confeſſio emanata ſuper actione reali probat. concl. 373. num. 20.
Confeſſio, & probatio contra præſumptionem iuris, & de iure quando non admittatur, quæſt 10. num. 52.
Confeſſio facta extra iudicium non præiudicat confitenti. concl. 384. num. 9.
Confeſſio dotis receptæ ſapit reprobatam donationem. concl. 214 num. 16.
Confeſſio incidenter facta non probat. concl. 385. num. 5.
Confeſſio de mutuo ſi facta non eſt principaliter ſuper ipſo mutuo, ſed incidenter non probat, nec præiudicat. concl. 383. num. 2.
Confeſſio in actu nullo ſi ſit facta per torturam, vel metu tormentorum non probat, nec valet licet ex interuallo perſeueret. concluſ. 357. num. 4.
Confeſſio in actu nullo ſi ſit expreſſe facta probat. ibid. num. 5.
Confeſſio ſi ſit erronea, vel contra prohibitionem legis licet expreſſa, & tacita, tamen in actu nullo non probat. ibid. num. 6.
Confeſſio per ſcripturam propriæ manus factæ ita plene probat, vt in contrarium probari non poſſit, nec probato errore. concl. 382. numero 5.
Confeſſio plene probat, quando quis confitetur in epiſtola, ſiue in apocha etiam abſente parte. ibid. num. 2.
Confeſſio mariti de receptione dotis probat etiam in præiudicium creditorum. concluſ. 362. num 9.
Confeſſio facta in mortis articulo valet, quia non eſt veriſimile, quem mentiri. concl. 144. num. 4.
Confeſſio facta ſacerdoti in cauſa matrimoniali probat in iudicio. concl. 337. num. 4.
Confeſſio aduerſarij probat in fauorem alterius, quando quis vult titulum probare ex ſola confeſſione ſpoliantis. concl. 302. nu. 9.
Confeſſio facta in epiſtola tranſmiſſa probat contra ſcribentem, & non pro ſcribente. concluſ. 264. num. 16.
Confeſſio procuratoris facta in iudicio ſummario non probat in plenario. conc 348. nu. 11.
Confeſſio pronepotis ex perſona filij non nocet patri. ibid. num. 12.
Confeſſio facta in iudicio ſummario primo, quando contra illam fuerit pronunciatum, non nocet alicui ſecundo. ibid. num. 13.
Confeſſio facta coram arbitro procedente iuris ordine ſeruato probat, ac ſi coram iudice facta fuiſſet. ibid. num. 14.
Contrarium ibidem.
Confeſſio facta coram arbitratore non valet vt iudicialis. ibid. num. 15.
Confeſſio facta in cauſa ciuili probat etiam in criminali. ibid. num 16.
Confeſſionis vigore factæ in iudicio dum criminaliter agitur, non poteſt iudex priuare clericum beneficio; ſed hoc facere poterit Eps, vel illius Prælatus. concl. 348. nu. 17.
Confeſſio facta in iudicio etiam ſine cauſa plene probat. concl. 348. num. 7.
Contrarium ibidem.
Confeſſio ſine cauſa etiam in iudicio facta non nocet. concl. 348. num. 8.
Confeſſio extraiudicialis de crimine ſemiplenam probationem facit. concl. 350. nu 39.
Confeſſio facta parte præſente probatur per vnum teſtem tantum, vt ſaltem faciat ſemiplenam probationem. concl. 379. num. 18.
Confeſſio pupilli ſine tutoris authoritate non probat, & eſt nulla. concl. 371. num. 1.
Confeſſio abſente parte probata per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationem, coniungitur cum probatione faiox, quæ eſt ſpeciei diuerſæ, & à fortiore coniungi debet cum alia confeſſione eiuſdem ſpeciei. concl. 379. num. 13.
Confeſſio mariti de dote recepta, non ob aliud impeditur, vt non probet, niſi ob fraudis ſuſpicionẽ, & ceſſante dicta ſuſpicione permittitur, vt valeat, & probet. concl. 362. nu. 11.
Confeſſio partis dicentis ſe recepiſſe pecuniam ab aliquo, & eſſe debitorem, etiam ſi ſit iurata, non probat. concl. 364. num. 6.
Confeſſio delicti facta in iudicio ſeculari à clerico, nihil operatur, nec probat in iudicio eccleſiaſtico, ſi demum eam reuocat coram iudice eccleſiaſtico. concl. 33 num. 27.
Confeſſio Prælati, vel Abbatis probat, ſi habet in ſe aliquam veriſimilitudinem, vel cum ea concurrat aliqua coniectura. conc. 367. n. 13.
Confeſſio Prælati confitentis pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe probat, ſi concurrant cum ea aliquæ coniecturæ. ibid. num. 14.
Confeſſio Prælati probat, ſi agitur de iure acquirendo eccleſiæ. ibid. num. 15.
Confeſſio Prælati ſi concernit dignitatem ipſius, reſpectu vitæ ſuæ probat, & nocet eccleſiæ. ibid. num. 16.

Digitized by Google

Confeſſio ſi ratione inhabilitatis confitentis ſit nulla, nihil probat. concl. 357. num. 8.
Confeſſio facta in actu nullo, dummodo iudex fuerit competens, plene probat, ſecus ſi fuit incompetens. ibid. num. 9.
Confeſſio in actu nullo ſi facta fuit ſimpliciter, probat, ſecus ſi implicite. ibid num. 10.
Confeſſio implicita non probat crimen à confitente commiſſum, nec ei præiudicat. ibid. numero 11.
Confeſſio ſi fiat in iudicio nullo incidenter, & per quandam conſequentiam, non probat, nec ex ea poteſt quis condemnari. ibidem numero 12.
Confeſſio facta extraiudicialiter, concurrente proceſſu inualido, nihil probat. ibid. nu. 13.
Confeſſio in iudicio principaliter facta probat, licet iudicium aliqua de cauſa ſit nullum. ibid. num. 14.
Confeſſio facta de crimine poſt tempus ſtatutum ad inquirendum non probat, nec ea confitens condemnari poteſt. ibidem numero 15.
Confeſſio licet valeat, tamen non roborat, quod inordinate actum eſt. ibid. num. 16.
Confeſſio facta in iudicio ciuili ſemper præiudicat in cauſa criminali. concl. 34. num. 16.
Confeſſio facta coram iudice, & coram parte in iudicio ciuili ſummarie, non probat in criminali etiam inter eaſdem perſonas ſecundum Soc. &c. ibid. num. 17.
Idem dicitur in iudicio ciuili plenario, quando non facit plenam fidem. ibid. num. 18.
Confeſſio facta in vno iudicio non facit fidem in alio, vbicunque mutatur modus agendi, & etiamſi facta fuerit incidenter, quod intelligitur in confeſſione vera, & non ficta, per totum. ibid. num. 19.
Confeſſio facta in teſtamento poteſt à teſtatore quandocunque reuocari. concl. 347. numero 103.
Creditor petens ſuum debitorẽ vt ſuſpectum de fuga detineri, tria probare debet, & quæ. concl.455 num. 8.

Creditor tenetur recipere ſolutionem, quando debitor non audet ire ad locum ſolutionis deſtinatum. concl.19. num.3. & 4.

Creditor regulariter non cogitur aliud pro alio recipere, nec ſolutionem alibi, quam in loco deſtinato. ibid.num.4.

Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam lucratiuam à debitore, probare ſolum habet poſſeſſionem rei obligatæ fuiſſe penes debitorem tempore obligationis. concl. 456. num.17.

Creditor agens ad rem ſpecialiter hypothecatam probare debet dominium directo. conc. 198. num.4.

Creditor ſi non probat numerationem, confeſſio receptionis intra biennium nihil operatur. concl.161. num.17.

Creditori incumbit onus probandi ſe iuſto errore ductum putaſſe debitorem fuiſſe idoneum, cum non eſſet. concl.478. nu.2.

Creditori ſufficit probare poſſeſſionem debitoris abſque quod probet de titulo bonorum illius. concl 456. num. 5.

Creditori agenti hypothecaria ſufficit probare bona obligata fuiſſe tempore obligationis & debiti contracti bona fide in bonis, & de bonis creditoris. concl.456.num.4.
Quod intellige, vt num 26.

Creditores, & legatarij probare poſſunt ſubſtantiam defuncti eſſe maiorem, quàm in inuentario per hæredem ſit deſcripta, & talis probatio poterit ſumi de domo hæredis. concl. 205. num.16.

Creditum, de quo non appareat ſcriptura, vel teſtes, qua cautione, & qua ratione probari poſſit. concl.456.num.1.

Credulitas ex coniecturis oritur. concluſ.458. numero 4.

Credulitas teſtis quando eſt munita rationibus concludentibus ad veritatem dicti ipſius, tũc probat. concl.490.num 12.

Crimen nullo modo probatur per inſtrumentum, quando agitur ad effectum imponendæ pœnæ. concl.460. num.4.

Crimen non poteſt probari per ſententiam excommunicationis, ſiue per eius abſolutionem. concl.460. num.5.

Crimen, ſuper quo diſpenſatũ eſt, ſi publicum ſit, debet fieri publicum inſtrumentum ſuper abſolutione, ſi occultum, & ſecretum, inſtrumentum ſecretum fiet à diſpenſante ad cautionem. concl.583.num.4.

Crimen probatur per inſtrumentum, quando eius probatio ex ipſo oritur, etiam ſi tale inſtrumentum ſit extractum ex archiuio publico, vel ſcriptura fuiſſet manu priuata conſcripta. concl.460 num. 10.

Crimen læſę maieſtatis probatur per teſtes etiã non idoneos. concl.462.nu.1.

Crimen læſæ maieſtatis æquiparatur crimini hæreſis. ibid.num.2.

Crimen læſæ maieſtatis probatur per confeſſionem rei. concl 462.nu.43.

Crimen læſæ maieſtatis poteſt probari per inſtrumentum, & ſcripturam publicam. ibid. numero 44.

Crimen læſæ maieſtatis, quibus modis committatur, vide remiſſiue. ibid.num.45.

Crimen probatur per inſtrumentum, quando agitur de probatione criminis, quæ oritur ex inſtrumento. concl.460. nu.7.

Crimen probandum eſſe per teſtes. concl.461. numero 1.

Crimen probari non poteſt per inſtrumentum. concluſ.406. num.1.

Crimen barratariæ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis. concl 164 num.9.

Crimen ſimoniæ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis. ibid.

Crimen læſæ maieſtatis proprie non dicitur committi ex ſolis verbis petulantibus, & iniurioſis. concl 462. nu.35.

Crimen læſæ maieſtatis probari poteſt per teſtes participes, & ſocios criminis. ibid. numero 13.

Crimen læſæ maieſtatis probari poteſt per coniecturas, & præſumptiones. concluſione 462. numero 20.

Crimen damni illati plene probari debet, & non per iuramentum. concluſione 471. numero 25.

Crimen occultum, occultam, & publicum publicam pœnitentiam requirit. concluſ.377. numero 12.

Crimen etiam contra Pontificem Maximum probatur per duos teſtes. concl.461. nu.9.

Crimen probari poterit per inſtrumentum, ſi inſtrumentum fuerit factum mandato ipſius delinquentis. concl 460.num.16.

Crimen probatur per inſtrumenta quando agitur ciuiliter. concl 460.num. 20.

Crimen probatur per inſtrumenta legitime confecta in iudicio, vel ſententiæ condemnatoriæ. ibid.num.21.

Crimen læſæ maieſtatis non probatur literis Principis, atteſtantis talem commiſiſſe illud crimen contra eum. concl.462. nu 41.

Crimen confiteri non dicitur tranſigens in caſu à iure communi conceſſo. concluſ. 500. numero 7.

Crimen abolitum eſt poſt præſumptionem, ita quod nulla actio eſſe poteſt. concluſio. 351. numero 6.

Crimen omne non repellit teſtem, niſi graue. concluſ.27. num.1.

Criminis particeps à teſtimonio repellitur. concluſ.466. num.1.

Criminis particeps poteſt eſſe teſtis, quando agitur de hæreſi, vel læſæ maieſtate. concl. 466. num.7.

Criminis particeps nec quidem ad indicium valet. concl.466. num.3.
Contrarium, num.4.

Criminis particeps admittitur ad probandam conjurationem factam. ibid.num.5.

Criminis participes admittuntur in ſubſidium, quando aliunde veritas haberi non poteſt. concl.466 num. 6.

Crimina quæ occulte fiunt non ſolum probantur per teſtes, ſed etiam per indicia, & præſumptiones. concl.461.num.11.

Criminalis cauſa probatur ex eo, quod pœna venit applicanda fiſco, etiam ſi cauſa ſit ciuilis. concluſ.463. num.1.

in Criminali non creditur atteſtationi teſtis minoris 20. annorum. concluſione 499. numero 4.

in Cri-

Digitized by Google

In Criminalibus vnus teſtis coniunctus cum fama non probat. concl. 459. nu. 1.
In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores. ibid. nu. 2.
In criminalibus vnus teſtis cum fama non probat, etiam ſi de crimine agitur ciuiliter. ibid. numero 3.
In criminalibus etiam ſi agatur de crimine excipiendo vnus teſtis cum fama non probat. ibid num. 4.
In criminalibus non creditur teſtibus rationem non afferentibus eius, quod dicunt. ibidem numero 5.
In criminalibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores. ibid. nu. 6.
In criminalibus probationes imperfectæ non coniunguntur ad faciendam plenam probationem. ibid. num. 7.
In criminalibus non habet locum probatio, quæ fit per iuramentum in caſu, l. ſi quando, C. vnde vi. ibid. num. 8.
In criminalibus non poteſt quis damnari ex præſumptionibus. ibid. nu. 9.
In criminalibus teſtes exhibentur coram iudice. ibid. num. 10.
In criminalibus etiam, ad hoc vt quis contumax dicatur, actor debet expreſſe accuſare contumaciam rei. concl. 449. num. 9.
In criminalibus proceditur ad inſtar iudiciorum ciuilium. ibid.
In criminalibus tantum creditur duobus negantibus, quàm alijs affirmantibus. concluſ. 70. num. 10.
In criminalibus opus eſt teſtibus, non teſtimonijs. concl. 461. num. 2.
In criminalibus probatio fieri poteſt per teſtes, licet per ſtatutum cautum ſit, debere fieri per inſtrumentum. ibid. nu. 3.
Criminoſus ratione criminis à teſtimonio repellitur. concl 464. nu. 1.
Criminoſus eo maxime à teſtimonio repellitur, ſi in crimine perſeuerauit. ibidem numero 2.
Criminoſus ob crimen famoſum damnatus repellitur à teſtimonio. ibid nu. 3.
Criminoſus à teſtimonio repellitur, ſi fuit publico iudicio condemnatus. ibid. nu. 4.
Criminoſus ſemel olim, adhuc criminoſus præſumitur. ibid. num. 5.
Criminoſus ſi reſipuerit, nec eum ſequatur infamia, admittitur in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter intentata. ibid num. 6.
Criminoſus in crimine fraudati cenſus admittitur. concl. 464. nu. 19.
Criminoſus admittitur in crimine perduellionis. ibid. num. 20.
Criminoſus teſtis in dubio præſumitur emendatus. concl. 465. num. 5.
Criminoſus contra criminoſum admittitur. concluſ. 464. num. 14.
Contrarium, ibid.
Criminoſus, ſi agatur in cauſa criminali, ſemper eſt repellendus, & emendatio eius non præſumitur, ſiue crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, ſiue pœnitentiam egerit, ſiue nullam. concl. 465. num. 8.
Criminoſus emendatus præſumitur, ſi agitur in ciuilibus, & crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, dummodo pœnitentiam egiſſe probet per ſacerdotem. ibid. num. 9.
Criminoſus præſumitur purgatus, & emendatus, ſi trium annorum interuallo ab improbe factis ſe abſtinuerit, & in rectis actionib. & honeſtis ſeſe exercuerit. ibid. nu. 10.
Criminoſum emendatum vere quem eſſe, probatur per ſacerdotem confeſſionis. concluſ. 465 num. 11.
Criminoſum eſſe emendatum à crimine qui dixerit, id probare debet. concluſio. 465. numero 1.
Criminoſi admittuntur in crimine fraudatæ annonæ. concl. 464. num. 18.
Criminoſi admittuntur in crimine hæreſis. concluſ. 464. num. 13.
Criminoſi admittuntur, vbi alij teſtes haberi non poſſunt. concl. 464. nu. 9.
Criminoſi etiam admittuntur in crimine læſæ maieſtatis. ibid. num. 10.
Criminoſi admittuntur in crimine ſacrilegij. concl. 464. num. 16.
Cubatio manifeſta ceſſare facit omnem malam, & ſiniſtram ſuſpicionem. concluſ. 311. numero 12.
Culpa conductoris in incendio ad hoc, vt ipſe teneatur, debet eſſe commiſſa in faciendo, vel committendo. concl. 467. nu. 10.
Culpa præſumitur abfuiſſe, quando quis fecit illud, quod diligens paterfamilias faceret. concl 467. num. 11.
Culpa non probata abſoluitur ille, qui ratione officij non tenebatur cuſtodire. concluſ. 88. numero 11.
Culpa purgatur, eo quod non probatus contrarium. concl. 165. num. 4.
Culpa præſumitur in procurante. concluſ. 467. num. 19.
Culpa alicuius, vt alter non poſſit habitare cum alio, quo pacto probari poſſit. concluſ. 467. numero 24.
Culpa vbi non eſt, fauore animæ timenda. concluſ. 13. num. 6.
Culpa non præſumitur, ſed probari debet ab illo, qui eam allegat. concl. 467. nu. 1.
Culpa non præſumitur, niſi quis conuincatur. ibidem num. 2.
Culpa illius, qui debuit mittere procuratorem, & non miſit, probatur, ſi facile procuratorem habere potuit. concl 467 nu. 16.
Culpa ex negligentia tutoris, qui non erogauit pecuniam pupilli in emptionem prædiorum, non probatur, niſi oſtendatur prædia eſſe venalia, quæ emere potuiſſet. ibid. nu. 27.
Culpa mariti, qui nõ adhibuit medicum, in curanda vxore, probatur, ſi facile medicum habere potuit. ibid. num. 28.
Copulæ formas omnes modum cognoſcendi, vide remiſſiue. concl. 467 nu. 13.
Culpam abfuiſſe probatur, quando paterfamilias adhibuit diligentiam adhiberi ſolitam per alios. concl. 467. num. 10.
Culpam, vel dolum alterius allegans probare debet, alioqui ſuccumbit, concluſione 165. numero 3.
Culpam allegans tenetur eam probare, vel in committendo, vel in omittendo loquatur. concl. 78 num. 38.
Culpam ad tollendam præſumitur quis feciſſe in rebus alienis, quod in ſuis ſolitus eſt facere. concl. 467 num. 4.
Cura animarum, per actum baptizandi non arguitur, cum etiam à laicis hominibus, & mulieribus hæc baptizãdi actio iuſte poſſit exerceri. concl 468 num. 9.
Cura animarum nõ probatur ex iure ſepeliendi. ibid. num. 10.
Cura animarum aliquem habere probatur, quando beneficiario incumbit iuriſdictio ſpiritualis, vt adminiſtratio ſacramentorum eccleſiæ. concl. 468. nu. 1.
Curam animarum quem habere probatur, ſi poteſt excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia exercere, quæ ad correctionem morum tendunt. ibid. num 2.
Curam animarum dicitur penes Prælatum, non penes eius Vicarium, etiam ſi perpetuus ſit. ibid num. 3.
Curam animarum habere cenſetur, qui aſſumptus eſt non ſolum ſuo nomine, ſed etiam ſingulariter ad adminiſtrationem Parochialis eccleſiæ, & populi. ibid. num. 4.
Curatum non probatur beneficium ex eo quod beneficiarius habeat ius baptizandi omnes, & ſingulos de parochia. concl. 468. nu. 8.
Cura eccleſiaſtica non vertenus, ſed in ſcriptis dicat. concl. 104. num. 12.
Ad cuſtodiam qui tenetur, vel publici, vel priuati officij ratione, non ſufficit ei probare interitum, niſi & caſum fortuitum probet. concluſio. 467. num. 1.
Cuſtodia loci aperte demonſtrat poſſeſſionem cuſtodiri, & eſt euidens ſignũ diuiſionis territorium. concl. 401. nu. 2.
Cuſtodire qui non tenentur, non tenentur probare caſum fortuitum abſque ſua culpa, & probatio per culpam, & dolum incumbit aduerſarijs. concl 88. nu. 10.
Cuſtodienti, & debenti incumbit onus probandi caſum ſine culpa. concl. 88. nu. 13.
Cuſtodi incumbit onus probandi caſum furti, vel incendij eueniſſe ſine dolo, vel culpa ſua. concl. 531. num. 14.
Cuſtodi carcerum, quomodo ſuccurratur ſi aliquis ex carceratis in carcere moriatur. concluſ. 467 num 3.
Cuſtodes tenentur, ſi aliquid in carcerem inferatur, vt ferrum, venenum, vel aliud id genus, ex quo detrimentum poſſit oriri. concl. 469 num. 1.
Cuſtos carcerum non tenetur de fuga carcerati fugientis cum altero ex cuſtodibus. concluſ. 467. num. 16.
Cuſtos non tenetur de fuga carcerati, quando cuſtodiuerit ea ratione, qua ſolent cuſtodiæ cuſtodiri in illo loco. concl. 467. nu. 19.
Cuſtos rei præſumitur eſſe in culpa, & ei incubit onus probandi. concl. 467. nu. 16.
Cuſtos tenetur de lata culpa, ſicut alioquin de dolo, & capitaliter ita punitur. concluſio. 469. numero 5.
Cuſtos ſi probet omnem diligentiam adhibuiſſe, quæ rei cuſtodiæ erat neceſſaria, non tenetur. ibid num 6.
Cuſtos qui ratione officij publici, vel priuati ad cuſtodiam tenetur, probare debet rei interitum, & caſum fortuitum. concluſ. 469. nu. 1.
Cuſtos, ſi quid fuit ſubtractum de ijs rebus eo cuſtoditis, habet contra ſe indicium ad torturam. ibid. num. 2.
Cuſtos etiam de leuiſſima culpa tenetur, & de ea puniri debet. ibid. num. 3.

D

Damnum alleganti incumbit onus probandi. concl. 470. num. 1.
Damnum vt probetur, debet libellus numerum complecti rerum furto ſubtractarum. concl. 470 num. 3.
Damnum probari poteſt per teſtes, quando principaliter petitur ante litem conteſtatam. ibidem num. 4.
Damnum à contentis in inſtrumento emanans probari poteſt per teſtes, licet lege municipali cautum ſit, vt debitum probari non poſſit, niſi per inſtrumentum. ibid. num. 5.
Damnum ſi datum ſit, vel illatum poſt litem conteſtatam, ſufficit illud probare per iuramentum, probato facto, ſiue cauſa, ex qua oritur. ibid. num 6.
Damnum probatur per iuramentum illius, qui illud paſſus eſt. concl 471. num. 1.
Damnum quãdo illatum fuit per dolum, & per violentiam, probatur per iuramentum. concluſio 471. num. 19.
Damnum ſi euenit aliquo caſu, & intereſſe aliunde proueniente, abſque dolo, vel violentia, probandum eſt per teſtes. ibid. nu 20.
Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino, quando vicinus eſt malæ conditionis, & famæ, concl 472 num. 5.
Damnum non eſſe datum, quomodo probetur, vide remiſſiue. ibid num. 6
Damnum probatur per confeſſionem etiam abſente parte coram duobus teſtibus extraiudicialiter iuncta fama ſuper ipſo damno dato. ibidem num. 7.
Damnum non dicitur probatum, probando tãtum pecunias eſſe acceptas ad cambium, ſi etiam non probetur id fuiſſe factum ob retardatam ſolutionem. ibid. num. 8.
Damnum paſſo non incumbit onus probandi damnum dolo fuiſſe datum. concluſio. 470. numero 16.
Damnum quod quis ſua culpa patitur, ſibi aſcribitur. concluſio. 10. num. 4.
Damnum paſſi quoad pretium rerum contra furem ſtatur iuramento. concluſio. 16. numero 10.
Vnde accuſator admittitur in teſtem, & facit fidem in ciuilibus.
Damnum emergens ex furto probari poteſt per iuramentum. concluſ. 471. num. 16.
Damnum datum in arboribus cæſis probari poteſt contra conductorem per iuramentum locatoris. ibid. num. 17.
Damnum probatur per iuramentum damnum paſſi, etiam in omni damno emergente ex omni genere violentiæ. concluſione 471. numero 5.
Damnum vt probetur ob retardatam ſolutionem neceſſe eſt probare, vt ex eo, quod debitor nõ ſoluit pecunias, creditor fuit aſtrictus pecunias accipere ad intereſſe. concluſ. 472. numero 10.
Damnum in dubio præſumitur illatum ab inimico, vbi de male merito non conſtat. concluſ. 472. num. 1.
Damnum ſemper præſumitur iniuria datum. ibidem num. 2.

Damnum

Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino concl 461.num.3.
Damnum ſi illatum fuerit per dolum, aut violentiam, probato dolo, aut violentia per teſtes, ſufficit illud probare, vel res ablatas per iuramentum. concl.470.num 8.
Damnum paſſus iurare debet coram iudice, aut alio ab ipſo iudice ad id conſtituto. concluſ. 471.num.47.
Damnum non probatur per iuramẽtum, quando copulatiue non concurrunt difficultas probationis, & delictum præcedens. concl. 471.num.31.
Damni æſtimatio probatur per iuramentum ſolum in violentia expulſiua, & ablatiua. concl. 471.num.6.
Damna, & expenſæ paſſa in litigando probantur per iuramentum. concl.470.num.7.
Damna, & expenſæ, quæ fiunt in iudicialibus non ſunt in conſideratione, vt impediatur moræ purgatio. concl.133.num.22.
Dans pecuniam iudici non cauſa corrumpendi, ſed iuris, & quietis cauſa ſibi conſeruandi, poteſt ab ipſo repetere. concl.165.nu 6.
Datum nepti ab auo quando dicatur profectitium, vel non. concl.156.num.13.
Datum aliquid alicui præſumitur datum eſſe ea cauſa magis veriſimili. concl.474.nu.1.
Datum quod fuit pauperi, præſumitur datum pro anima, & intuitu pietatis. ibid.nu.2.
Datum, vel promiſſum à muliere viro, intelligitur datum vel promiſſum ob cauſam dotis. ibidem num.3.
Datum mulieri coniunctæ etiam pauperi, potius præſumitur datum contemplatione coniunctionis ſanguinis, quàm intuitu pietatis & paupertatis. ibid num 4.
Datum à viro, aut eius patre ſponſæ, ſi eſt quid paruum, aut vile, & ad quotidianum vſum, cenſetur donatum, ſecus ſi ſit quid pretioſum. concl.563.num.2.
Datæ res à marito vxori, ſi datæ fuerunt ad vſum tantum, ſunt hæredis, vel ſi conſtet maritum voluiſſe donare, ſunt vxoris. ibid.num.3.
Datio alicuius rei ſi ſubſequatur, quando præceſſerunt benemerita, præſumitur tunc donatum ob talia merita. concl.554 nu 46.
Datia præſumuntur indicta authoritate ſuperioris. concl 473.num.1.
Datia iuſta, & legitima nemini fraudare licet ſalua conſcientia. ibid.num.2.
Datia præſumitur fraudare, qui non ſeruat iter, vel nauigium conſuetum. ibid.num.3.
Datia non præſumitur fraudare, qui metu hoſtium, vel alio impetu non ſeruat iter, vel nauigium conſuetum. ibid. num.4.
Datarius non poteſt præiudicare fiſco in iure quæſito. concl.473.num.7.
Datarius poteſt præiudicare fiſco in iure non quæſito ipſi fiſco. concl.473.num.9.
Datarij licentia probatur per teſtes, cum non eſt ius quæſitum fiſco. concl 473.nu.8.
Datarij præſumuntur temerarij, & extorquere vltra debitum. concl.473.num.5.
Datarij licentia non poteſt per teſtes probari, cum ius eſt quæſitum fiſco. ibid.nu.6.
De dominio auctoris probare tunc oportet, quando quis petit rem, quam prætendit vigore tituli ab alio habiti. concl.535. num.3.
Debens nihil ſe dicens, & à creditore non laceſſitus à ſe ipſo petens ſe liberatum declarari, debet id probare. concluſ 475.num.1.
Debitor non poteſt ratificare quæſtionem dominij, nec contra creditor debitori. concl. 456 num.7.
Debitor ex poſſeſſione præſumitur dominus. ibidem num.8.
Debitor nulla habens immobilia, ſi mobilia poſſidet multa, quæ haud facile exportari poſſunt, non redditur de fuga ſuſpectus. concluſ 477 num.7.
Debitor præſumitur dominus, cum poſſedit rem bona fide, & vt ſuam. concluſione 456. numero 10.
Debitor non dicitur confiteri contenta in literis creditoris, ob earum retentionem, ſi in ipſis contineatur calculus rationis dati, & recepti. concluſ 480.num.5.
Contrarium. ibid.
Debitor in iudicio facit quicquid poteſt, ne confiteatur, ſed tandem iuramento aſtrictus confitetur. concluſ.361.num.19.
Debitor fiſci habet regulariter dilationem duorum menſium ad ſoluendum, & intra illos debet debitum liquidare. concl.354.nu.4.
Debitor ex contractu, vel quaſi, ſeu ex diſpoſitione hominis, ſi donet, vel leget, donare, aut legare non præſumitur animo compenſandi. concl.333.num.2.
Debitor effectus ſuſpectus de fuga etiam lite pendente poteſt capi. concl.148. num.21.
Debitor teſtatur ſi legatum creditori fecerit, in dubio præſumitur factum animo compenſandi, quando ipſum debitum erat neceſſarium. concl.333.num.5.
Sublimita, vt num.8.
Debitor etiam ſi habet penes ſe inſtrumentum, & dicat ſe liberatum virtute pacti, non tamen præſumitur liberatus niſi probet huiuſmodi inſtrumentum fuiſſe ſibi per creditorem redditum. concl 476.num.3.
Debitor in diem, & ſub pœna ſuccedens creditori ſuo & infra talem diem debitum non ſoluit allij ſucceſſuris illo repudiãte, ex hoc non facto additio probatur, & ibi vide contrarium. concl.51.num.2.
Debitor quando primo comparuit coram iudice, & petijt terminum ſtatui creditori ſuo ad agendum, dicitur actor. concluſione 475. numero 3.
Debitor tanquam idoneus præſumitur comprobatus à creditore. concl.478. nu.1.
Contrarium, num.4.
Debitori qui de fuga auctor fuit, non liberatur etiam ſi debitor capiatur, & in carcerem cõijciatur, ſed cogitur ad perſoluendum pro eo totum æs alienum. concl.166. num.19.
Debitorem fuiſſe dominum tempore obligationis rei obligatæ, vel hypothecatæ non tenetur probare creditor agens hypothecaria contra tertium, & quid et probare ſufficiat. concluſ.536 num.13.
Debitorem eſſe ſuſpectum de fuga probatur per iuramentum creditoris, & propter talem probationem capi poteſt. concluſione 477. numero 1.
Debitorem ſuſpectum eſſe de fuga, non probatur per iuramentum, quando non eſt periculum in mora. concl.477.num.6.
Debitores rarò ſoluunt in tempore non requiſiti, imo, vt experientia docet, etiam requiſiti ſæpenumero differunt. concl.344 nu.4.
Debitum præſumitur ſolutum, ſi inſtrumẽtum ſit penes debitorem. concl.476.num.6.
Debitum nõ præſumitur eſſe ſolutum ob reſtitutionem pignoris. ibid.num. 7.
Debitum ſolutum præſumitur, quando inſtrumentum reperitur litura inductum penes notarium. ibid.num.8.
Debitum conſiſtit in quantitate, & legando ſpeciem videtur totum diuerſum. concl. 96. numero 17.
Debitum non ſolum non probatur ſolutum, ſi probetur debitorem ſubtraxiſſe inſtrumentum debiti, ſed imo ſi tenor ipſius inſtrumenti plene non probetur, ſufficit iuramentum creditoris ad condemnationem. concl. 476.num.12.
Debitum non probatur fuiſſe ſolutum ex cancellatione, ſi perſona ſit domeſtica, & cubabitet cum creditore. ibid num.13.
Debitum probatur per confeſſionem extraiudicialem etiam factam abſente parte. concl. 481.num 3.
Debitum dicitur neceſſarium, quando non habuit originem à debitore, ſed prouenit aliunde. concluſ.333.num.6.
Debitum debet eſſe liquidum, antequam procedatur ad capturam. concluſ 455.nu. 4.
Debitum ex ſolutione decem annorum præceſſiſſe præſumitur. concl.482.num.1.
Debitum non probatur, quando fit vna ſolutio per decem annos. ibid.num 2.
Debitum poteſt probari per teſtes, etiam ſi lege municipali ſit cautum, ne poſſit probari, niſi per inſtrumentum. concl.479.num. 1.
Debitum probatur per teſtes, vel per inſtrumẽtum. concl 455.num.2.
Debitum probatur per confeſſionem extraiudicialem, licet ex ea non inducatur obligatio. concluſ.481.num. 1.
Debitum non probatur per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus. concluſ. 79.num 6.
Debitum per teſtes ſingulares probatur, quando ſingularitas eorum eſt adminiculatiua, & tendãt ad eundem finem. ibid.num.7.
Debitum non probant teſtes ſingulares, quando ſingularitas eſt obſtatiua, & ipſi non conferunt in vnum rei finem. ibid.nu 8.
Debiti ſolutio probatur, ſi inſtrumentum reperitur penes debitorem, nam præſumitur à creditore ipſi redditum, animo liberandi eum. concl.476 num.2.
Debiti ſolutio facta præſumitur, ſi inſtrumentum reperitur deletum etiam apud extraneum, & tertiam perſonam. concluſio.476. numero 9.
Debiti probatio firmiſſima ex qua taciturnitate debitoris emergat. concl.480.num. 2.
Debiti cõfeſſio poteſt probari per teſtes, etiam ſtante ſtatuto ne debitum probari poſſit, niſi per inſtrumentum. concl 481.num.2.
Debiti ſolutio probari poteſt per inſtrumentum deletum repertum apud debitorem. cõcluſ 476 num.1.
Debito probato per teſtes poſſum petere à iudice, vt compellat debitorem meum ad faciendum mihi inſtrumentum. concluſ. 479. numero 2.
Decennio poſſediſſe debet, qui vexatur à prælato ſuper titulo, & triennio, qui ab alio. concluſ.260.num. 15.
Decimam ſolutam fuiſſe eccleſiæ quando probatum eſt, probari etiam debet ſolutam eſſe pro cauſa ab eccleſia allegata. concluſ. 483. numero 5.
Decimæ probãtur per teſtes ſingulares, & quomodo. concl 483 num.1.
Contrarium. num.3.
Decimas percipiens laicus, vt illas poſſit retinere, & contra eccleſiam ſe tueri, quid probare debeat. concl.483.num.6
Decimas percipiens laicus aſtrictus eſt ad probandum eas recepiſſe ante Concilium Lateranenſe. ibid num.7.
Decimas ſi laicus probet tantummodo ſe poſſediſſe ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, & alleget conceſſionem ſibi factam ante Concilium Lateranenſe, ſtandum eſt eius aſſertioni. ibid.nu.8.
In decimis tempus, & locus non eſt de ſubſtantia actus. concl.483.num. 2.
Deciſ. Pedemontia. abunde tractat materiam, quando proteſtatio de impedimento appellandi neceſſaria ſit, nec ne. concl 116. nu.19.
Deciſiones Rotæ extra curiam faciunt fidem tanquam reſponſa prudentum. concluſ.454. numero 12.
Deciſiones Rotæ non ſunt iura, & ideo poſſunt reprobari. concl.484.num 7.
Deciſiones Rotæ licet probabiles ſint, tamen non ſunt neceſſariæ, nec ad deciſiones cauſarum adduci poſſunt. concl.484.nu.1.
Contrarium, num.10.
Deciſiones Rotæ ſunt dicta probabilia, ſicut alia dicta Doctorum, & Rota non eſt ſequenda, vbi liquido cõſtat de rationibus Doctoris alicuius. concl.484.num.3.
Deciſiones nouæ, vel Aegidij Bellameræ ſunt probabiles, & magiſtrales, ſed non conſtituunt ius, licet ſint magnæ auctoritatis. ibid. numero 4.
Deciſiones in curia Romana quare faciant ius ad inſtar ſtyli. concl.484 num.20.
Deciſiones, ſi reperiantur inter ſe contrariæ, adeo vt diſtinctionis fœdere non poſſint conciliari, parendum eſt vltimæ. concluſio.484. numero 14.
Deciſiones, & iura, quæ loquũtur de actibus geſtis à furioſo, habent etiam locum in geſtis à demente, ſeu mentecapto. conc.502. num. 10.
Declaratio volũtatis Prælati, vt bona ſoluta infeudari, vel in emphyteuſim dari reuerſa ad eccleſiam, ſint de menſa eccleſiæ, non ſufficit quoad eos, qui ob curſum temporis immerito ab emphyteuſi ſunt excluſi, & poſſunt petere de nouo inueſtiri, quia requiritur, vt per annum poſſederit vltra talem declarationẽ. concluſ 203.num. 9.
Declaratio voluntatis teſtatoris quando per vnicum teſtem probatur, ſatis eſt, vt declaretur per ipſum, cui hoc teſtator commiſerit. concl.485.num.4.
Declaratio voluntatis defuncti ad hæredem ſpectat, quia eſt eiuſdem poteſtatis cum defuncto, & perſona hæredis eadem habetur cum perſona defuncti. concluſione 202.numero 9.

Decla-

Declaratio animi requiritur ad eſſentiam aditionis. concl.40.nu.4.

Declaratio nullum ius adfert, ſed tantum ambiguum aperit. concl.124.nu.16.

Declaratio ſi eſt circa ſubſtantiam, non declaratio, ſed noua diſpoſitio dicitur. concl.124. num.29.

Declaratio voluntatis teſtatoris probatur per duos teſtes. concl.485.nu.1.

Declaratio voluntatis facta cum vno, præiudicat quoad omnes. concl.347.nu.32.

Declaratio voluntatis teſtatoris debet etiam confirmari ex coniecturis probabilibus, nec ſatis eſt ſola aſſertio ipſius teſtis. concl.485. num.6.

Declaratio circa ſubſtantialia non leue affert detrimentum. concluſ.124 num.33.

Declarationi ſtatur, vel iuramento poſſidentis, ſi poſſederit ex alia cauſa, quam hæreditaria. concl.45.num.38.

Etiam quod non iuret, non præſumitur tanquam hæres adiuiſſe. nu.32.ibid.

Secus ſi alia cauſa, quam hæreditaria, nõ ineſſet, dicto num.32.ibid.

Declarationi ſtatur cum iuramento percipientis fructus adierit, nec ne, & ſi ipſe perijt, iuramento hæredis ſui. concl.44.num.17.

Decretum iudicis facit ceſſare omnem fraudem, dolum & metum, concluſione 488.numero 4.

Decretum interueniſſe præſumitur ex antiquitate temporis. concl.487.num.1.

Decretum non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando interpoſitum eſt ex abrupto. concl.486.num.9.

Decretum iudicis requirit legitimam cauſę cognitionem. ibid.num.10.

Decretum vel reſcriptum habet vim clauſulæ certæ ſcientiæ. concl.282.num.4.

Decretum quãdo reperitur interpoſitum ante contractum non facit præſumere omnia ſolemniter, & rite acta. concl.488.num.9.

Decretum non interueniſſe probatur, ſi in contractu recenter celebrato nulla de ipſo facta ſit mentio. ibid.num.10.

Decretum bene præſumitur ex antiquitate interueniſſe, quando ageretur de modico præiudicio, ſed ſecus ſi de magno. concluſ.487. numero 3.

Decretum propter antiquitatem temporis prǽſumitur interueniſſe in actu, in quo erat neceſſarium, quando interuenit ſcientia ſuperioris. ibid.num.4.

Decretum iudicis facit præſumi ſolemniter, & rite acta fuiſſe. concl.488.num.1.

Decretum interpoſitum in alienatione eccleſiæ, vel minoris, facit, vt præſumatur contractum factum in vtilitatem eccleſiæ. ibid. numero 2.

Decretum præſumitur ex antiquitate temporis, niſi pars ex aduerſo ipſam decreti ſolemnitatem interceſſiſſe negaret. concluſ. 487. numero 7.

Decretum ex antiquitate temporis præſumitur, niſi ex ipſius inſtrumenti facie liquido appareret ſolemnitatem nõ interueniſſe. ibidem num.8.

Decretum non præſumitur eſſe interpoſitum iuſta de cauſis à iudicibus minoribus. concl. 486.num.16.

Contrarium, num.17.

Decretum iudicis non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando in ipſo eſſet error manifeſtus per euidentiam facti. ibidem numero 18.

Decretum iudicis, vt præſumatur, requiritur, quod ſit facta ſingularis mentio cauſarum, & ſolemnitatum. concl.486.num.7.

Decretum iudicis interpoſitum fuiſſe ex certa cauſa negans, id probare debet. concluſ.486. numero 1.

Decretum iudicis prǽſumitur ex iuſta cauſa interpoſitum. ibid.nu.5.

Decretum ex præſumptione præſumitur minoritas illius, cui prętor vel minori curatorem dedit. concl.488.num.3.

Decreti quæ in interpoſitione requirantur, omnia vide remiſſiue. concl.488.nu.8.

Dedecus vnius ex conſanguinitate ad omnes conſanguineos porrigitur, & iniuria facta vni ex familia, toti familiæ facta cenſetur. cõcluſ.68.num.4.

Deducta ſi talia ſunt, ad quæ quis fuit à principio etiam diſtributiue ad probandum vnum tantum admiſſus, vnum probare ſufficit. concluſ.315.num.17.

Defectus ex curſu longi temporis tollitur omnis, qui poſſet allegari in alienatione rei eccleſiaſticę. concl.108.num.5.

Defenſio minus idoneis teſtibus probatur, & probatio etiam incerta, & obſcura in defenſione præualere ſolet. concl.490.nu.8.

Defenſio etiam probatur per vnum teſtem in cauſa principali, & alium in cauſa appellationis. concl.490.num.17.

Defenſio etiam vnico teſte probata, excuſat à mortis pœna. ibid.num.18.

Defenſio probatur per teſtes deponentes, Titium aggreſſum fuiſſe Caium, vel in eũ cum gladio diſtricto inuaſiſſe. concl 490. num.3.

Defenſio præſumitur, etiam ſi teſtes deponant de credulitate, vt ſi aſſerant, ſuo credere, vel videre Titium occidiſſe, vel vulneraſſe aliquem ad ſui defenſionem. concluſ. 489. numero 4.

Defenſio eo ipſo probatur, quod appareat, quem fuiſſe vim paſſum, & omne quod inde fecerit, feciſſe præſumitur, vt ſe ab omni violentia tueretur. concl.489 num.1.

Defenſio probatur, & præſumitur etiam, quando quis percuſſit aliquem, quem viderit contra ſe venire ſtricto enſe. ibid.num.2.

Defenſio debet fieri continuo, & quando quis dicatur ſtatim feciſſe, vide remiſſiue. concl. 489.num.14.

Defenſio non dicitur probata, ſed homicidium quãdo quis excipiendo dicat, ſe illud homicidium patraſſe ad ſui defenſionem. concluſ. 489.num.17.

Defenſio probatur per pręſumptionem, & coniecturas. concl.490.num.1.

Defenſionem probant teſtes etiam deponentes per verbum, credo. concl.490.nu.10.

Defenſionem probare ſimpliciter non ſufficit, ſed articuli confici debent, & probare illam fuiſſe neceſſariam. concl.489.num.15.

Defenſionem rerum ſuarum feciſſe, qui interfecit inſultatorem probatur, quando ſunt illata vi aduerſus res, & bona. concluſio. 489. numero 9.

Defenſionem ad ſui feciſſe probabit inſultatus, qui percuſſerit aliquem volentem illi maxillam manu vacua percutere, ſi probauerit nõ potuiſſe euitare, quin ei maxilla percuteretur abſque probro. concl.489. nu.7.

Defenſionem ad ſui quem feciſſe probari ſimpliciter ſatis eſt. concl.489.nu.16.

Definitio quęlibet in iure periculoſa eſt. queſt. 16.num.14.

Definitio omnis in iure periculoſa eſt. quęſt.2. numero 5.

Definitio cum ſuo definito conuerti debet. q. 16.num.2.

Definitio rei naturam, vim, & poteſtatem demonſtrat. quæſt.2.num.2.

Definitio quælibet recta exigit declarationem totius naturæ definitæ rei. quæſt.16.num.5.

Defunctus pater in dubio inteſtatus deceſſiſſe præſumitur, & filium per actum conſtitutionis procuratoris adiuiſſe. concluſione 409. numero 3.

Defunctus præſumitur deceſſiſſe ſine liberis, niſi contrarium probetur. concluſione 343. numero 11.

Dilationi iuramenti eſt locus ratione fructuũ, qui percipi potuerunt, probata violentia per teſtes, vel per famam. concl.470. nu.10.

Delegandi poteſtas, & ſubdelegandi alijs etiam modis, & caſibus probatur, & quibus. concluſ.491.num.6.

Delegantis poteſtas, & auctoritas delegandi, quibus modis probari poſſit. cõcl.491. nu.4.

Delegatus ſi ſubdelegauerit cauſam alteri, an poſſit teſtificari in illa cauſa. concluſ. 492. num.7.

Delegatus nihil facere poteſt, niſi prius oſtendat literas ſuæ delegationis. concluſio. 491. numero 6.

Delegatus non poteſt viſitare, niſi oſtendat ſuam delegationẽ, & ſi viſitauerit, vel excommunicauerit, non tenet viſitatio, nec excommunicatio. ibid.num.7.

Delegatus, ſi ſubdelegauit totam cauſam à principio, in ea poteſt teſtimonium ferre, cũ in illo caſu ceſſet omnis ſuſpicio. concluſio. 492.num.9.

Delegatus fungitur vice delegantis, & etiam ſi ſubdelegauerit omnino cauſam, non poteſt teſtificari in illa, cum delegans in cauſa delegata non poſſit eſſe teſtis. ibid.num.10.

Delegatus à Summo Pontifice, vel à Principe facultatem habet cogendi teſtes ad veritatem teſtimonio ſuo manifeſtandam, ſiue de ciuili cauſa, ſiue de capitali agatur, & ſi vllo pacto haberi non poſſunt poteſt illorum receptio committi. quæſt.5.num.58.

Delegatio præſumitur ex ſententia antiqua, in qua tenor delegationis eſt inſertus. concluſ. 336 num.3.

Delegatio facta ſub forma beneplaciti, donec reuocanda fuerit, non cenſetur morte reuocata, neq; beneplacitum extinctum, quod limoa. concluſ.188 num 21.

Delegatio probanda eſt probatione tacita, ſeu præſumpta, quando non poteſt probari per ſcripturam, per teſtes, vel per ſigillum. concl. 491.num.1.

Delegatio præſumitur, & mandatum ſuperioris præceſſiſſe ex ſcientia, & tolerantia ſuperioris. ibid.num.2.

Delegatio inferiorum poteſt probari per teſtes, cum in ipſis habeant locum iura communia. concl.491.nu.14.

Delegatio probatur per ſolum ſigillum delegantis, quando facta eſt per aliquam ſcripturam ſcriptam manu alterius, in qua reperiretur appoſitum ſigillum illius, qui delegare poteſt. concl.491.num.2.

Delegatio probari debet per literas quãdo delegato non ſuit oblatum reſcriptum, & per ipſum receptum, ſecus vt ibi. concl.591.n.16.

Delegatio non probatur per productionem ſigilli delegantis, quando productus ſit perſona domeſtica, vel cohabitet vna cum eo, cuius aſſeritur eſſe; ſecus vt ibi. concluſione 491.num 4.

Delegatio Summi Pontificis, vel Imperatoris, debet probari per literas. ibid.num.5.

Delegationes non ſunt acta iudicij, & quare. concl.491.num.3.

Deleta in inſtrumento probari debent ex corpore ipſius inſtrumenti fuiſſe deleta voluntate teſtatoris, & quomodo. concl. 494.num.1.

Deliberatio præſumitur in parentibus erga liberos. concl.493.num.1.

Delictum præſumitur, quãdo eſt fauorabile delinquendi, vel ei commodum ex ipſo oritur. concl.495.num.10.

Delictum præſumitur potius, quando in actu prima fronte ineſt maior delicti, quàm boni ſpecies. ibid.num.11.

Contrarium ſub. num.12.

Delictum probari poteſt per inſtrumentum, quando agitur ciuiliter, & etiam quando agitur ad probandum adminicula. concluſ.499. numero 7.

Delictum per inſtrumentum non poteſt directe probari. ibid.num.8.

Delictum quando plene probatum dicatur. cõcluſ 496.num.17.

Delictum concurrente inimicitia, vel odio probatur, vbi qui ſecreto alloquutus fuit alienum, & ille delictum patrauit, ibid.nu.18.

Delictum probatur per famam publicam delicti commiſſi, & quo pacto teſtes illam probent. ibid.num.19.

Delictum ex cõfeſſione extraiudiciali extraordinarie poteſt arbitrio iudicis puniri. concl. 497.num.15.

Delictum patratum per ſcripturam probatur per ipſum inſtrumentum. concl.460. nu. 23.

Delictum probatur per inſtrumentum, quando eſt commiſſum per ipſum, vel in ipſo, veluti quia eſt falſum. ibid.num.24.

Delictum procuratoris non nocet domino. concl.146 nu.23.& 24.

Delictorum illorum, qui publice in itinere viatores adoriuntur, dicitur atrociſſimum, & qui accuſant aliquem de eo, non probantes, tenentur actione iniuriarum. concluſio. 254. numero 26.

Delictum præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum. concl.495.nu.4.

Delictum ſtupri virginis, vel viduæ ex continuata cohabitatione non purgatur, ſed augetur. concl.341.num.29.

Delictum recte, & manifeſte probari debet, & de eo conſtare, ſiue accuſando, ſiue inquirendo agatur. concl.496.nu.1.

Deli-

Digitized by Google

Delictum probatur ex cōfeſſione extraiudiciali etiam facta à minore. concl. 497. nu. 5.
Delictum probatur etiam per confeſſionem clerici factam coram laico. ibid. nu 6.
Contrarium, num 8.
Delictum quando interest rei pro abſolutione, vt præſumatur, tunc eius fauore præſumitur. concl. 495. num. 19.
Delictum quod duobus aſcribitur, quorum alter ſit Doctor, præſumitur ab illo patratum qui non eſt Doctor. concl. 528. nu. 8.
Delictum quæ circumſtant, probantur per inſtrumentum. concl. 460. nu. 8.
Delictum incipit, qui delinquentem ad iram prouocat. concl. 346 nu. 11.
Delictum non præſumitur, niſi probetur. concl. 495. num. 1.
Delictum non probatur per inſtrumentum, licet repertum in archiuo publico, & ſolemne, & publicum. concl. 499. num. 5.
Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, vt tutior via eligatur pro ſalute animæ. concl. 495. num. 6.
Delictum ſi quantum ex interuallo poſt alloquutionem ad aures non facit præſumi contra alloquentem. concl. 80. num. 5.
Delictum præſumitur, ſi prima fronte præſumatur factum fuiſſe peruerſo animo. concluſio. 495. num. 15.
Delictum atrocius eſt, quod fit, vel fieri mandatur per pecuniam. concl. 238. num. 12.
Delictum probatur ex tranſactione. concl. 500. numero 1.
Delictum in quo licita poteſt tranſigi non probatur ex tranſactione. ibid num. 2.
Delictum ex tranſactione non probatur, quando tranſigitur expreſſe proteſtando tranſactionem facere cauſa redimendi ſe à vexatione. ibid. num. 3.
Delictum non inducitur ex tranſactione, etiam ſi quis dederit vel promiſerit aliquid ei, in quem delicti culpa conferebatur, vt eum à culpa, ob quam in diſcrimen vocabatur, liberaret. concl. 500. num. 5.
Delictum ex tranſactione non inducitur, etiam quando fit tranſactio, & per pactum generale remittuntur omnia damna, & iniuriæ. ibid. numero 6.
Delictum confiteri dicitur tranſigens in caſu à iure non permiſſo. ibid. num. 8.
Delictum regulariter per inſtrumentum non probatur. concl. 499. num. 1.
Delictum per teſtes optime probatur. concluſ. 496. num. 7.
Delictum quando eſt patratum domi, probatur per teſtes domeſticos. ibid. num. 8.
Delictum quando non eſt patratum in domo, vt probetur debēt teſtes eſſe omni exceptione maiores. ibid. num 9.
Delictum probari poteſt, & plene, etiam per illos teſtes, qui ceperunt delinquentem, ſi vrget difficultas probationis. ibid. nu. 10.
Delictum non probant teſtes primo examinati, & demum in tormentis repetiti non citata parte. ibidem num. 12.
Contrarium, num. 15.
Delictum non probant atteſtationes teſtium examinatorum reo non citato, quando reus comparet, & vult ſe defendere, ſecus ipſo abſente, & contumace. ibid. num. 13.
Delictum non probant teſtes, qui deponant de delicto de nocte commiſſo longo ab ipſis interuallo, vel non lucente Luna, vel ſine lumine. ibid num. 14.
Delictum non præſumitur ex petitione veniæ. concl 502. num. 1.
Delictum fateri videtur petens veniam in iudicio ſolemniter. ibid. num. 2.
Delictum nō videtur fateri veniam petens extra iudicium ex humilitate & benignitate. ibid. num. 3.
Delictum probat confeſſio extraiudicialis facta præſente parte. concl. 497 num. 9.
Delictum confeſſio extraiudicialis facta parte præſente non probat, ſed facit indicium ad torturam. ibid. num. 10.
Delictum probatur ex confeſſione extraiudiciali ad id, vt confitens torturæ ſubijciatur. concl 497. num. 1.
Delictum non præſumitur niſi probetur. concluſ 157 num. 2.
Delictum regulariter non probatur ex fuga. concluſ. 498. num. 1.
Delictum ex fuga non probatur, licet lege municipali contrarium eſſet cautum. concluſio. 498. num. 2.
Delictum probatur per fugam, ſi eſſet manifeſtum contra fugientem, & delicti genus pœnam mortis poſtularet. ibidem num. 4.
Delictum barratariæ probatur ex fuga facta pendente cauſa. ibid num. 5.
Contrarium num. 6.
Delicti qui alicuius labe fuit imbutus, is famæ, & opinionis integræ non eſt præſumendus. concl. 212. num. 18.
Delicti probatio nedum neceſſaria eſt, ſed etiā identitas rei, ſuper qua aſſeritur delictum patratum fuiſſe. concl. 496. nu 5.
Delicti confeſſio non inducitur ex tranſactione, quando tranſactio eſt gratuita. concluſio. 500. num. 4.
Delicti contrarium præſumptiones probari poteſt per iuramentum. concl 495. nu. 17.
Delicti confeſſio extraiudicialis probat contra confitentem, ſi pars præſens acceptet confeſſionem. concl. 497. num. 11.
Contrarium. num. 13.
Delicti confeſſio extraiudicialis nō ſolum probat contra confitentem, vt ſubijciatur torturæ, verum etiam ad ſui defenſionem. concl. 497 num. 4.
Delicti tanta probatio inducitur ex fuga magiſtratus, vt iuramentum illi additum, ſatis ſit ad eum condemnandum. concluſione 498. numero 13.
Delicti probatio, & plena fides inducitur in criminalibus etiam ad condemnationem in fugiente ex carceribus. concl. 498. nu. 16.
Sublimitabit, vt num. 17.
Delicta puniri reipublicæ intereſt. quæſtio. 5. numero 109.
Delicta atrocia, quæ dicantur, vide ibi remiſſiue. concl. 254. num. 27.
Delictis non attenditur modus, ſed effectus. concl. 453. num. 9.
Delinquitur plus in expellendo, vel eripiendo, quàm in compeſcendo. concl. 471. nu. 7.
Deliquiſſe in dubio videtur præmeditate, & eo animo alienaſſe, niſi aliquod dolore imminente deliquiſſe probauerit. concluſione 98. numero 27.
Delphinus habet iura Principis ſupremi, vide remiſſiue, & Dux Mediolani iura Imperij. concl. 139. num. 11.
Dementia vti indigentia ſenſus non cognoſcitur proxime ſenſu corporeo, vnde teſtes ſuper ea deponere debent de actibus, per quos qui aguni, communiter dicuntur fatui, vel amentes. concl. 502. num. 1.
Dementia probatur ex eo, quod quis temere ſe conferat per vicus deridendo. concluſ. 502. numero 4.
Dementia poteſt probari ex eo, quod quis proijciat lapides per compita. ibid. num. 5.
Contrarium, num. 6.
Dementia apparere poteſt, quando à patre, ſeu conſanguineis, & ab omnibus viciniam incolentibus quis habetur, & putatur fatuus, ſiue dement. concl. 502. num. 10
Dementia licet appareat, quando quis à patre, conſanguineis, vel vicinis habetur fatuus, tamen non probatur, quando pater inſtituiſſet ſimpliciter, & æqualiter cum alijs filijs illum hæredem, nec aliquam diſpoſitionem circa ipſum fecit. ibid. num. 11.
Dementia præſumitur, quando quis omnia ſua bona donat, etiamſi inſtrumento notarius profiteretur eum tunc fuiſſe ſanæ mentis, ibid. num. 12.
Dementia conſtat ex eo, quod quis conſueuit turpiter oſtendere pudibundas partes publice inuerecunde multis hoc inſpicientibus. concl. 502. num 8.
Dementiæ actus plures ſunt, & primus eſt, quādo quis fatue, nec ex mente loquitur. concl. 580. num. 2.
Dementiæ argumentum eſt, cum quis non intelligit, quid ipſe dicat. concl. 502. nu 9.
Dementiæ ſignum eſt, non habere memoriam ordinatam. concl. 502. num. 7.
Dementiam non probant teſtes ſingulares, niſi formiter in ſpecie, & concludenter deponant. concl. 502. num. 17.
Dementiam probant teſtes, ſi dicant, talem eſſe mente captum, quia videtur. ibid. num. 18.
Contrarium, ibid. num. 19.
Dementem non probatur quem eſſe etiam ſi teſtes dicant illum proieciſſe lapides per viam. concl. 502. nu. 6.
Demonſtratio vna, vel qualitas, ſi eſt tam clara, vt faciat conſtare de corpore, illa ſola probata, etiamſi aliæ qualitates, & demonſtrationes falſæ adeſſent: tamen non vitiaretur diſpoſitio. concluſ. 502. num. 12.
Demonſtratio falſa ad hoc, vt nō vitiet diſpoſitionem, quomodo probabitur de corpore conſtare. concl. 503. num. 1.
Demonſtratio eſt certa, ſi oſtendatur nomen cum duobus accidentibus conſentaneis. concluſ. 503. num 4.
Demonſtratio probari poteſt ex affectione & charitate, qua diſponens proſequebatur demonſtratum. concluſ. 503. num. 19.
Demonſtratio probatur ex maiori notitia, videlicet, ſi diſponens maiorem notitiam habuit de aſſerto demōſtrato, quam de cæteris alijs. ibid. num. 10.
Demonſtrationes tres ſi expreſſæ fuerint, quando agitur de pœnæ commiſſione, debent omnes probari, alioqui vna deficiente demonſtratio vitiatur. concluſ. 503. num. 9.
Demonſtrationes quatuor, aut plures ſi expreſſæ fuerint, quarum duæ tantum conueniant, eo caſu res eſt dubia, & vna præſumptio ab alia eliditur. ibid. num. 10.
Contrarium, num 11.
Demonſtratum ſi aliquid eſt tribus qualitatibus, vel accidentibus, ſufficit duo vera eſſe, & probari, licet vna reddat demonſtrationem incertam. concl. 503. num. 8.
Demonſtratæ rei quicquid adijcitur, fruſtra eſt. concl. 321. num. 3.
Denuncians nedum probare debet ſuam denunciationem, ſed etiam denunciatum habere conſcientiam læſam. concluſione 504. numero 6.
Denuncianti creditur, etiam ſi denunciet falſum, ſi lege municipali ſit cautum, vt ipſi credatur. concl. 506. num. 13.
Contrarium denunciationis probari poteſt. ibid. num. 14.
Denunciatio triplex eſt, euangelica, iudicialis, & canonica. concl. 504. num. 1.
Denunciatio euangelica fit ad emendationem, & tripliciter probatur, & fit, & primo ſecreta, quæ probatur iuramento ipſius denunciantis. ibid. num. 2.
Denunciatio ſi facta ſit per epiſtolam, vel nuntium ſecretū, dicitur etiam fieri per ſeipſum. ibidem num. 3.
Denunciatio cum debet fieri cū vno teſte, vel duobus debet probari per illum teſtem, & iuramentum denunciantis. ibid. num 4.
Denunciatio quæ fit eccleſiæ, probatur per libellum denunciatorium datum ipſi iudici eccleſiaſtico. ibid. num. 6.
Denunciatio non poteſt probari per vnum teſtem tantum, nec eſt ſimpliciter credendum denunciatori, niſi probet veritatem denunciationis. concl. 506. num. 1.
Contrarium, num. 2.
Denunciatio iudicialis eſt duplex, publica, & priuata. concl. 504. num. 12.
Denunciatio priuata debet probari per ſcripturam, non autem per iuramentum. ibidem numero 13.
Denunciatio canonica fit ad pœnitentiam peragendam, quam iudex producit, etiam ſi denunciator nolit proſequi. ibid num. 14.
Denunciatio ſola non facit indicium ad torturam contra denunciatos. concluſione 506. numero 4.
Denunciatio concurrente fama publica facit indicium ad torturam. ibid. num. 5
Denunciatio ſola facit indicium quoad inquirendum. ibid. num. 6.
Contrarium, num. 7.
Denunciatio non ſufficit ad hoc, vt dicatur de delicto conſtare. ibidem num. 8.
Denunciato ſufficit dicere iuſte retinere rem, & non contra æquitatem, vt vlterius eccleſia non procedāt. concl. 504. num 7.
Denunciato creditur ad purgandam conſcientiam ſuam. ibid num. 8.
Denunciato non ſufficit dicere, ſe non tenere contra conſcientiam ſuam, ſi nullam cauſam adducit. ibid. num 9.
Denunciato non ſufficit proferre cauſam iniuſtam. ibid. num. 10.

Denun-

Denunciatu non ſufficit dicere ſe non tenere contra conſcientiam, ſi eſt vir modicæ fidei, vel à principio cauſæ negat. conc. 527 nu. 11.
Denunciator poteſt eſſe teſtis, ſi deſint alij, quādo iudex procedit per inquiſitionem propter denunciationem. concl. 406 nu. 9.
Denunciator admittitur in teſtem in denunciatione euāgelica, ſecus in alijs, quæ fiunt in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico ob delicta. concl. 506. num. 12.
Denunciator de conſuetudine non tenetur probare, quod denunciat, ſed ſolum nomina teſtium dare iudici. concl. 505. nu. 2.
Denunciator non tenetur probare, quod denunciat, ſi ſumus in dubio ipſum carere dolo, ſecus ſi de illius calumnia, vel dolo conſtat. concl. 505. num. 4.
Denunciatori creditur in leuibus, ſecus in his, quæ ſunt magni præiudicij. concluſio. 506. numero 15.
Denunciatori blaſphematori non eſt credendum, etiam ratione officij, quia vt infidelis Deo non poteſt eſſe fidelis hominibus. ibid. numero 16.
Denunciatori creditur quoad inquirendum, ſecus quoad condemnandum. concluſio. 506. numero 11.
Denunciatores debent probare, quod denunciant. concl. 505. nu. 1.
Denunciatores admittuntur in teſtes, quando coram alio iudice nō rigore illius denunciationis proceditur. concl. 506 nu. 10.
Deponens de principali, probat etiam annexa ſibi. concl. 517. num. 17.
Deponens ſuper affirmatiua poteſt reddere eam ſam probabiliorem. concl. 70. nu. 3.
Deponens ſarcinulam, ſiue ciſtellam, vel aliud ſimile apud aliquem, ſi dicat aliqua ex illa abſtracta fuiſſe, deficientibus probationibus, eius iuramento fides eſt habenda. concl. 507. numero 1.
Deponentis iuramentum non obſtat, quando depoſitarius vellet contrarium probare. concluſ. 507. num. 5.
Deponentis iuramento contra depoſitarium non ſtatur quando conſtat clare ipſum depoſitarium non amouiſſe ſignum, ex quo ab altero fuiſſe ablatum probatur. concluſ. 507. numero 2.
Depoſitarius quando res ſuas viliſſimas ſeruauit, & dimiſit res depoſitas valde pretioſas, tunc in arbitrium iudicantis poſitum eſt, an ex qualitate perſonarum, & rerum præſumat dolum, necne. concl. 508. nu. 5.
Depoſitarius dicens perdidiſſe res depoſitas, ſi apparet res ſuas ſaluas, præſumitur in dolo. concluſ. 508. nom. 1.
Depoſitarij dolus non præſumitur, nec contra ipſum admittitur iuramentum deponentis, ſi valiſia ita foret ſigillata, vt facile ſignum adimi potuiſſet, & depoſitarius eſſet vir probus, bonæ famæ, & ſpectatæ fidei. concluſio. 507. num. 3.
Depoſitarij dolus pſumitur ex diſſigillatione valiſiæ penes ipſum depoſitæ, quando illam reſtituit ſine ſigno, & tunc eſt locus iuramento deponentis de rebus in ea incluſis. concl. 508. num. 3.
Contrarium, num. 8.
Depoſitio falſorum teſtium non facit indicium etiam ad inquiſitionem formandam. concl. 454. num. 11.
Depoſitio canonici religioſi ſine auctoritate ſui Prælati coram iudice ſeculari, vel alio valet, ſi ſponte deponat. concl. 261. nu. 13.
Depoſitiones teſtium abſque indicijs præcedētibus tormenta nihil probant, nec valent, nec faciunt indicium contra illum, contra quem deponunt. concl. 353. nu. 6.
Depoſitum, de quo aliter conſtare non poteſt, quam per confeſſionem depoſitarij, non gaudet priuilegijs veri depoſiti. concl. 509. numero 7.
Depoſitum excedens libram auri debet probari per quinque teſtes inſtrumentarios, & infra libram per tres. concl. 510. nu. 4.
Inſtrumentum non probat, niſi teſtes habeat in eo deſcriptos. ibid nu 38.
Inſtrumentum originale mandati procuratoris in actis dimitti debet, alioquin non facit fidem. q. 6. nu. 152.
Inſtrumentum mandati ſi eſt ſimplex, dimitti debet in actis, ſed ſi plura complectitur capita, & mandata ad plures cauſas, tūc producenti originale reddi debet, & illa particula, quæ ad mandatum facit, in acta regiſtrari. ibid. num. 159.
Inſtrumentum notarij demortui probatur per comparationem ſcripturarum. concluſ. 4. numero 11.
Inſtrumentum præſumitur falſum, ſi deprehenditur varietas, cum primo eſſet ſcriptum vnum, & poſtea illud raſum, & aliud ſcriptum. concluſ 259. nu. 5.
Inſtrumentum licet habeat ſubſcriptionem & ſignum, non lectum parti, non probat. concluſ. 4. nu. 18. & 26 & an locum loci habere debeat, nu. 25.
Inſtrumentum ſemel aſſumptum in formam publicam, & aſſignatum parti ex eo, quod ibi ſcriptum ſit in margine, factum & aſſignatū, non poteſt reaſſumi, mortuis omnibus. concluſ 113. nu. 11.
Inſtrumentum teſtamentarium ſignis ſubſcriptum non valet. concluſ 288. nu. 6.
Inſtrumentum collatoris ordinarij fidem facit. concl. 515. nu. 3.
Inſtrumentum quando non habet clauſulam, actum, &c. annum, vel locum, nō probat. concluſ. 4. num. 26.
Inſtrumentum debiti eſſe redditum per creditorē debitori, probari debet per quinq; teſtes. concluſ. 476. nu. 5.
Inſtrumentum tam ad ſubſtantiam obligationis quàm probationis, debet omnino inſcriptis eſſe completum. concl. 4. nu. 3.
Inſtrumentum defectiuum propter defectum ſolēnitatis nullum effectum probationis producit. concl. 358. nu. 3.
per Inſtrumentum non probatur Titium percuſſiſſe, etiam ſi notarius rogetur in ipſo acto percutiendi, niſi quādo notario eſt commiſſa inſpectio vulnerum, qui videret, & inſtrumentum conficeret. concluſione 499. numero 2.
Inſtrumentum ſcienter recipiens, in quo conſtituitur procurator, tacite ad officium illud ſe obligat, nec illud amplius recuſare poteſt. concluſione 121. nu. 11.
Inſtrumenti prærogatiua eo vſque ſtat, donec aliquid probabile, & rationi conſentaneum contra ipſum fuerit probatum. quæſtion. 6. num. 24.
Inſtrumenti probatio perfecta, atque plena eſt, nec corrorri debet per incertam, & dubiam teſtium depoſitionem. ibid nu 42.
Inſtrumenti mentio ſi fiat in ſtatuto, teſtes in eo comprehenduntur. quęſtione 6. nu. 103.
Inſtrumenti fides corruit, non ſolum cum plures: ſed etiam cum vnus ex teſtibus negat ſe inſtrumento interfuiſſe, maxime ſi alij plurimi teſtes obmuteſcant, vel non ſuperſint. q. 6. nu. 50.
Inſtrumenti appellatione, quæ comprehendantur, & nomine id quibus modis capi poſſit. q 6 nu. 99.
Inſtrumentum appellatur charta ipſa continens id, quod partes faciunt. quæſtione 6 numero 124.
Inſtrumenti appellatione comprehēditur quælibet priuata ſcriptura, quæ fidem faciat, ſecus, ſi fidem non faceret. ibid. nu. 125.
Inſtrumenti appellatione in ſtatutis ſcriptura priuata non continetur. ibid. nu 126.
Inſtrumenti, vel ſcripturæ in iudicio productæ poteſt pars proferens in actis relinquere copiam collationatam & penes ſe originale retinere, ne in actis perdatur, vel ſurripiatur. q. 6. nu. 157.
Inſtrumenti productio ſi fiat in fine termini, rata eſt, etiam parte non accerſita. quæſt. 6. numero 153.
Inſtrumenti de debito amiſſi ſubſtantia probari poteſt per teſtes & tenor ipſius inſtrumenti, quo probato, probatur debitum. concluſio. 479. nu. 4.
Inſtrumenti præſentatio poteſt etiam in die feriato fieri, cum ſcripturas in iudicio adducere non ſit actus ad iudicium ſpectans. quæſt. 6. nu 155.
Inſtrumenti amiſſi nō eſt opus petere refectionem, quando creditor vult agere, & eius creditum probare per teſtes. concluſione 32. num. 28.
Inſtrumenti appellatione non complectitur priuilegium, niſi propriam vim verbi inſpiciamus. q. 6. nu 121.
Inſtrumenti ſub nomine quæ redigantur. ibid, num. 122.
Inſtrumenti appellatione continentur teſtes, & quomodo. q. 6 nu. 102.
Inſtrumento apponi debent ea omnia, quæ pro eius ſolennitate poni conſueuerunt. quæſt. 6. num. 97.
Inſtrumento ſi aliquid prætermiſſum fuerit, id ipſum per notarium poterit adiungi etiam poſt confectum, dummodo probetur, ita fuiſſe cogitatum tempore contractus, ibidem numero 98
Inſtrumēto in iudicio producto, poteſt pars aduerſa ſe ſiſtere coram iudice, & ipſum rogare, vt illum, qui inſtrumentum protulit, roget, velit, necne, eo vti, quod ſi ille aſſerat, nō poterit poſtea euitare, quin ſibi irrogetur pœna falſi, ſi de falſo arguatur inſtrumentum. q 6 nu 160.
Inſtrumento ſtandum eſt, niſi contra probetur. concl. 298 nu 8.
Inſtrumento teſtes debent eſſe inſcripti. qu. 6. num. 29.
Inſtrumento locus, in quo celebratum fuit, neceſſario ineſſe debet, & non ſolum in genere vt dictum Romæ, ſed in ſpecie, vt in domo illius, vel iſtius, alioquin eius omiſſio inſtrumentum labefactare poterit. ibidem numero 10.
Inſtrumento non eſt neceſſarium, vt locus loci particulares exprimatur. ibid. nu 11.
Inſtrumento notarij ſignum apponi debet. ibi. num. 12.
Inſtrumento protocollato exiſtenti in principio libri notarij, ſi adſit inſcriptus annus Domini, qui in cæteris inſtrumentis ſit omiſſus, idem in omnibus alijs ſubſequentibus intelligitur repetitus. q. 6. nu 84.
Inſtrumento notarij imperialis ſtandum eſt, ſi contra illud non opponitur. concluſ. 270. numero 9.
Inſtrumento apponi debet currens indictio. q. 6 nu. 86.
Inſtrumento fides non adhibetur, niſi appareat ſcriptum manu notarij de eo rogati. concl. 4. nu 10.
Inſtrumento narranti ſolennitatem cauſæ cognitionis in alienatione rei eccleſiaſticæ interueniſſe, non creditur ſine alijs probationibus. concl. 75. nu. 15.
Inſtrumento potius eſt credendum, ſi notarius bene audit, & nullæ in eo inſint raſuræ, neque ſuſpicio, & teſtes ipſum oppugnantes viliſſimi ſint. q. 6. nu. 63.
Inſtrumento derogatur, ſi tabellionis fides non admodum eſt probata, vel in ſe aliquam ſuſpicionem contineat, & teſtes ipſum oppugnantes ſunt omni exceptione maiores, ibid. num. 64.
Inſtrumento licet aſſeratur, oblato libello, & lite conteſtata, non per hoc talia verba probant litem conteſtatam. concluſione 283. numero 4.
Inſtrumento ſi quis dixerit, mutuaſſe centum Fabio, quæ ego apud eundem depoſueram, ex tali inſtrumento, & confeſſione me etiam abſente depoſitum probatur. concluſio. 347. num. 35.
Inſtrumento inter cætera requiritur annus Domini noſtri Ieſu Chriſti. q. 6. nu 78.
Inſtrumenta ad producendum termino dato non poſſunt produci teſtes. q. 6, nu. 112.
Inſtrumento publico quæ requirantur. quæſt. 6. num. 80.
Inſtrumenta per tabellionem confecta, & in iudicio acta, publica ſolent appellari inſtrumenta, & plenam fidem faciunt, quæſtion. 6. num 77.
Inſtrumenta antiqua, etiam ſi eſſent propter aliud confecta, probant dominium. conc. 540. num. 14.
Inſtrumenta fundi quæ ſint. quæſtione 6. numero 100.
Inſtrumenta plura de antiquo habent vim probationis famæ. concl. 429. nu 9.
Inſtrumenta plene probant in antiquis, licet ſint inter alios extraneos facta. concluſ. 394. num 9.
Inſtrumenta vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue produci poſſunt. q. 6. nu. 134.
Inſtrumenta produci poſſunt non ſolum in termino probatorio de iure cōmuni, ſed etiam quandocunque poſt, vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue. ibid. nu. 135.
Inſtrumenta an ante litem conteſtatam produci poſſint, vide remiſſiue. q. 6. nu. 138.
Inſtrumenta recenter produci poſſunt, etiam in cauſa appellationis ſi noua ex interibus emergentia oriuntur capita. ibid nu. 130.
Inſtrumenta nouiter reperta, & teſtes poſt concluſum in cauſa admittuntur, vide ibi contrarium. concl. 134. nu 4.
Inſtrumenta quouſque poſſint produci, q. 6. num. 130.
Inſtrumenta facta à notario, qui non erat, non valent. concluſ. 317. num. 12.
Inſtrumenta duo ſi ſunt confecta ab eodem notario, tunc in ordine protocolli illud, quod eſt prius ſcriptum, præſumitur prius confectum. concl. 574 nu. 8.
Inſtrumenta produci non poſſunt vltra certum terminum per ſtatutum determinatum. q. 6. num. 143.
Inſtrumenta guarentigiata habent vim ſententiæ, & rei iudicatæ. concluſ. 391. nu. 4.
Inſtrumenta duo inter tertias perſonas nō ſufficiunt, quia per eadem non probatur fama, & communis opinio. concluſione 394. numero 17.
Inſtrumenta plura de antiquo habent vim probationis famę. Probatio per famam in antiquis ſufficit, etiam ſi agatur de graui præiudicio. concluſione 245. nu. 5.
Inſtrumenta, & chirographa creditorum pro penſione domus non cenſetur obligata domino. concl. 210. nu. 19.
Inſtrumenta plura antiqua in quibus aliquid continetur, ſi varia ſint inter ſe, ſtandum eſt pluribus numero, vel melioribus. concl. 394. num. 26.
Inſtrumenta producta in principio cauſę ſimul cum libello, ſi iterum non producantur in termino probatorio non probant. q. 6. numero 145.
Inſtrumenta dummodo antiqua ſint, licet enunciatiue, & aſſertiue mentionem de finibus faciant, & propter aliud acta ſint, confinia tamen probant concluſ. 394. nu. 2.
Et quando plene, ibid.
Inſtrumenta antiqua dicuntur, ſi hominum memoriam excedunt. ibid. nu. 3.
Inſtrumenta de recenti inter alios confecta, & enunciatiua nō probant, licet ſint plura. concluſio. 394. nu 22.
Inſtrumenta produci poſſunt vltra præſcriptum à iudice terminum re adhuc integra, & incorrupta. q. 6. nu. 150.
Inſtrumenta, vel ſcripturæ cum in iudicio producuntur in vim probationis, pars vocari debet, vt ipſarum præſentiam videat, alioquin ſcripturæ nullam fidem facerent. ibidem numero 151.

Inſtru-

Digitized by Google

Inſtrumenta ſi in iudicio proferuntur, vt Index inſtruatur, nulla partis citatio exigitur. quæſt. 6. numero 152.

Inſtrumenta plura ſi habent originem ab eiſdem perſonis, cenſentur vnum eſſe inſtrumentum, & non plura, & ſic non probant eorum verba enunciatiua. concl. 394. numero 14.

Inſtrumenta ſi omnia inueniuntur confecta ab vno notario, qui ſemper eodem modo ſcripſit circa conſimilia, non probant. ibidem numero 15.

Et etiam ſi à diuerſis notariis ſcripta ſint ſemper pro eadem perſona, vnum tantum inſtrumentum cenſetur. ibid.

Inſtrumenta quando vni, & alteri rei adaptari poſſunt, ratione incertitudinis, vel eorum varietatis dici poſſet nullam eis fidem adhibendam. concl. 394. num. 28.

Inſtrumenta enunciatiua, quando agitur de magno præiudicio, non proſunt contra tertium. ibid. nu 29.

Contrarium, num. 30.

Inſtrumenta enunciatiua ſiue agatur de modico, ſiue de magno præiudicio, plene tamen probant. ibid. nu. 30.

Inſtrumenta enunciatiua quando agitur de magno præiudicio contra tertium, non plene probant, ſed ſemiplene tantum. ibidem numero 31.

Inſtrumentorum appellatione propriè continentur chartæ, in quibus negotia deſcripta ſunt, quæ conficiuntur a tabellionibus. quæſt. 6. num. 123.

Inſtrumentorum productio ante litem conteſtatam fieri non poteſt. quæſtione 6. numero 146.

Inſtrumentorum productioni alijſque probationibus ſi fuerit renunciatum, tunc inſtrumenta produci non poſſunt. quæſtione 6. numero 131.

Inſtrumentorum fides in exercendis litib. eandem vim obtinet quam teſtium depoſitio. q. 6. num. 12.

Inſtrumentorum, & teſtium vis quoad probationis effectum eadem eſt, ſed in probandi modis, atque rationibus multum differunt. ibid. num. 14.

Inſtrumentis magis creditur, quàm teſtibus. ibidem num. 15.

Inſtrumentis nomen Imperatoris in locis, qui eius imperio ſubditi ſunt, & Summi Pontificis in Eccleſiæ terris ineſſe debet. quæſtio 6 num. 88.

Inſultatus ſi occiderit illum, qui auxiliabatur inſultantem, præſumitur id feciſſe, vt ſe ipſe tueretur. concl. 489 nu 12.

Inſultatus ſicuti propter bonorum defenſionem percutere poteſt, ita propter vitandam iniuriam, quæ reſpicit perſonam, id facere poterit. concl. 489 nu 8.

Inſultatus non debet expectare, quod vulneretur, ſed debet ipſe incipere. concluſione 489. num. 3.

Intellectus, l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. concl 214. nu. 10.

Intellectus § ſi quis abſente. l. certū. ff. de conſ. concl 347 nu. 20.

Intellectus Alexand. conſ. 11. lib. 1. cōcluſ. 254. num. 33.

Intellectus ad Bart. in l final. C. vnde vi. cōcl. 215. num. 10.

Intellectus § ſi quis abſente. concluſione 348. num. 42.

Intellectus l. quintus. de don. inter vir. & vxor. concluſione 30 nu. 2. & 4.

Intellectus Gloſſ. in cap. tua nos. de ſponſ. in verb. qualiter conſtituerit, quem vide per totum vſque ad numerum 9. concluſione 377. num. 8.

Intellectus Cardin. in cap. Paſtoral. in vlt. quæſtion. de fide inſtrumentor. concluſio. 484 numero 12.

Intellectus l. ſtigmata. C. de Fabr. lib. 12. ibi concluſ. 157. nu. 5.

Intellectus gl. in l. 1. C. vbi cauſ. ſtat. & l. ingenu. §. poteſt. ff. de liber. cau. concluſione 231. numero 5.

Intellectus D. Inn. in c. qualiter de accu. & glo. in l. ob crimen. §. ſi de teſti. concl. 52. numero 2 & 3.

Intellectus tex. in cap. licet canon. de elect. in 6. concluſio. 183. nu. 46.

Intellectus l. ſed & ſi poſſeſſori § fin. ff. de iniciur. q. 9 nu. 2.

Intellectus ad Bartol. in l. vlt. C. vnde vi. concluſ. 224. nu. 10.

Intellectus l. comparatiuncæ. concluſio. 330. num. 13.

Intelligentia Feli. in c. cum à nobis, quam amplia, limita, & diſtingue, vt ibi, vſque ad nu. . . concl 124. nu. 44.

Intelligentia verborum in rebus veneireis, ibi commiſſiue. conc. 64. nu 4.

Intelligentia Rot. deciſ. 316 & Philip. Franch. in cap. bonæ concluſio. 120. nu. 7.

Intelligentia text. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſor. concl. 498. nu. 7.

Intelligentia noua datur deciſ. Rot. Rom. 335. nota cum poſt, in antiquis. concluſione 1. numero 7.

Intendens vigore priuilegij vti conſinibus debet ipſis in priuilegio tenetur probare de iure ſui auctoris. concl. 401. nu. 7.

Intentans remedium retinendæ non tenetur probare titulum ſui beneficij etiam quod ſit iniuſta poſſeſſio, & contra l. dummodo poſſideat titulo colorato, ſed probare de antiquiori poſſeſſione, etiam quod aduerſarius habeat iuniorem cum titulo acquiſito poſt illam antiquam poſſeſſionē. concluſio. 181. num. 17.

Intentio allegantis quem diſceſſiſſe ſine filijs, fundata eſt de iure communi eo ipſo, quod probetur eum deceſſiſſe. concluſione 343. num. 9.

Interdictum de teſtibus eſt prohibitorium cauſa certarum perſonarum tam in ciuili, quàm criminali, & cum comparet in eo nunc comprehendatur, teſtis eſſe poteſt. concluſ. 332. num. 2.

Interfecerit in dubio nec ne quis alium animo occidendi ſi, alias quem interfeciſſe conſtet, præſumptio eſt, animo occidendi illum interfeciſſe. concl 97. nu. 12.

Interlocutoria vbi, & quando poteſt probari, & iuſtificari ex actis nouis in cauſa appellationis. concluſ. 118. nu. 40.

Interlocutoria iuſtificatur ex actis primo factis, non ex nouiter deducendis. concl. 118. num. 30

Interlocutoria iudicis prius requiritur, per quā declaretur non extare mobilia ad hoc, vt alienatio rerum immobilium fieri poſſit. concl. 219 num. 3.

Interpellationem per ſecundum intelligitur interpellantem recedere ab effectu primæ. concl. 252 nu 4.

Interpretatio fieri debet in meliorem partem cum ſumus in dubio liciti & illiciti. concluſ. 43 num 7.

Interpretatio in dubio fit contra delinquentē. concluſ. 495. nu. 5.

Interpretatio in re dubia in mitiorem partem eſt amplectenda. concluſ. 438 nu 2.

Interpretatio in dubio illa ſemper ſumēda eſt, per quā excludatur culpæ præſumptio. concluſ 467. nu. 3.

Interpretatio licet vt plurimum debeat fieri, vt actus non reddatur inualidus, tamen hoc in caſu donationis non habet locum, & potius debet reddi actus nullus quàm præſumatur donatio. concluſ. 554 nu. 15.

Interpretatio, præſumptio, ſiue coniectura, vbi ſumi poteſt alia, quam donationis, ſemper illa ſumitur, quæ pro non donatione facit. concl. 554. no. 13.

Interuallum appoſitionis pacti de retrouendendo magis ſuſpicionem fraudis auget. concluſ. 447. nu 54.

Interuallū, quod requiritur in cōfeſſione poſt tormenta, debet eſſe ad minus vnius diei, vel noctis. concl. 355. nu. 2.

Inteſtatum quem deceſſiſſe allegans tenetur probare. concl. 78. no. 23.

Inteſtinorum putrefactio viſibilis, & apparens indicat animal omnino periturum fore. concluſ. 98. nu. 11.

Inualiditas principalis contractus nō vitiat confeſſionem in eo contentam. concluſ 358. numero 1.

Contrarium ſub numero 2.

Inuentarium conficiens poteſt eo conſilio feciſſe, vt certior fiat de iuribus hæreditatis, quam animo adeundi. concluſione 48. numero 3.

Inuentarij confectio ſoli hæredi, non alij conuenit, an verum. concluſ. 48. nu. 2 & 3.

Inuentus in domo mulieris de die ingreſſus ex cauſa, quæ poſſit ſuſpicionem tollere, eam tollit. concl. 61. nu. 10.

Inueſtitor in cauſa feudi teſtis eſſe non poteſt. concl. 315. nu. 2.

Inuitus quis non poteſt compelli ad contendum. concl. 344. nu. 3.

Ioan. de Imol. ſemel obtinuit in vna appellatione, in qua appellans impeditus non fuerat de impedimento proteſtatus. concluſ. 116. num. 8

Ioannes, & Mābre Aegyptij magi coram Pharaone quæ miracula fecerint. concluſ. 162. num. 31

Iratus à furioſo non diſtat, niſi in tempore. concluſ. 346 nu. 21.

Itineris qui partem it, totum ius vſurpare videtur. concluſione 271. nu 22.

Iudæus contra Chriſtianum admitti poteſt in crimine leſæ maieſtatis. concluſione 462. numero 13.

Index ſecundum allegata, & probata aſtrictus eſt ad iudicandum. q. 1. nu 21.

Iudex repellit petentem attentata reuocari, vbi conſtat de non iure petentis, nec eum in delicto auctorizat, tunc non differt remedium attentatorum, & poſſeſſorium. concl. 146. nu 7.

Contrarium, ibid.

Iudex, quādo in cauſa criminali dat curatorem minori inquiſito, aduertere debet, ne eo momento temporis, quo datus eſt curator, det auctoritatem minori in aliquo actu. concl. 486. num. 12.

Iudex etiam minori tempore decennij arbitrari poteſt contractum eſſe dualicalinum iuxta loci, & perſonarum conditionem. concluſ. 534. num 10.

Iudex per ſolum iuramentum accuſatoris conuincitur de barrataria. concl. 166 nu. 2.

Iudex quando ſimpliciter procedit ad vlteriora, non requiritur citatio partis, ſecus ſi admittendo articulos pronunciat ſuper eis. concluſ. 138. nu. 8

Iudex poteſt de conſuetudine allegata coram ipſo ſe extraiudicialiter inſtruere. concluſ. 423 nu 16

Quod dicitur de conſuetudine, intelligitur de præſcripta. ibid. nu. 27.

Iudex nihil exequi poteſt, niſi prius actor omne quod petierit, & reus quicquid exceperit, probauerint. q. 1. nu. 5.

Iudex recipiendo teſtes cenſetur articulos admittere. concluſ. 130. nu. 1.

Iudex ſi dicat, pono te ad confinia, donec te reuocauero, non per hoc eiuſdem Iudicis morte cenſetur beneplacitum reuocatum. cōcl. 188. nu. 8

Iudex propter confeſſionem factam in actu nullo poteſt deuenire ad expeditionem cauſæ non obſtāte, nullitate proceſſus. concl. 357. num 2.

Iudex, qui liberū habet arbitriū, poteſt quemadmodum Princeps ferre ſententiam pro actore probo viro contra reum improbum. concl 36. no. 20.

Iudex, cuius arbitrio aliquid cōmiſſum eſt, poteſt ſecūdum qualitatem negotij, & perſonarum determinare, ibid. nu 21.

Iudex poteſt terminum præfigere, intra quem accuſatio probetur, vel recipi dictum teſtis debeat reſeruata fide in contrarium finitæ accuſationis. concluſ. 27. nu 3

Iudex ſacramentum deferre non poteſt in cauſa monachatus, vel matrimonij, vel in alia, quæ tota ſpectet ad religionem. quæſtio 9. numero 43.

Iudex eccleſiaſticus non arctatur ſtare actis factis coram iudice remittente ſibi cauſam. concluſ. 33. no 25

Iudex quæ conſiderare debeat ſuper qualitatem donationis, & benemeritorum. concluſ. 189. numero 13.

Iudex in articulo mortis conſtitutus confitens ſe protuliſſe ſententiam in fauorem alicuius ob pecuniam receptam, non nocet victori. concluſ. 350. nu 31.

Iudex paratior eſſe debet ad abſoluendū, quàm ad condemnandum. q. 9 nu 53.

Iudex nō veriſimilibus non debet dare fidem. concl. 350. nu. 19.

Index

Iudex iudicans, aut conſultor excuſatur: vt nõ teneatur ſyndicatu, ſi ex confeſſione rei abſque probatione, & apparentia delicti reus condemnatus fuit. concl.354.nu.d.

Iudex non accipit iuriſdictionem, niſi literis expeditis. concl. 143.nu.4.

Iudex quarum probationibus ſit alligatus. quæſtione 1.nu.17.

Iudex in iudicando propriam conſcientiam ſequi non debet, ſed ſecundum allegata, & probata ad iuſte iudicandum deuinctus eſt. q.2.num.25.

Iudex non tenetur in ſyndicatu, quando contra reum inquiſitum non probauit delictum. concluſ 36.nu.50.

Iudex eo ipſo, quod habet ſufficientia indicia, debet procedere aduerſus reum. ibid.nu.53.

Iudex inquirens, & non probans, tenetur pœna Turpilliani. ibid.nu.54.

Iudex non debet procedere ad inquiſitionem ſpecialem niſi prius conſtito de delicto, etiã ſi ei conſtaret per confeſſionem rei. ibid.numero 55.

Iudex duplici officio, id eſt iudicandi, & teſtificandi fungi non debet. concluſione 124.numero 2. & 7.

Iudex quandocunque admittere poteſt nouas probationes, licet ſit iam concluſum in cauſa. q 6.nu.140.

Iudex etiam poſt concluſionem in cauſa admittere poteſt ſcripturas, ſi aliqua iuſta, & legitima cauſa ſubſit. ibid.nu.141.

Iudex in cauſa illius, cui beneficium reſtitutionis in integrum ſolet indulgeri, vt minori, vel eccleſiæ, admittere poteſt ſcripturas etiã poſt concluſionem in cauſa. ibid.nu.142.

Iudex dicẽs recipio appellationem, appellationi deferre cenſetur. concl. 119 nu 6.

Iudex ſupplere poteſt, ſi notorium facti à parte non producatur. q. 10 nu.61.

Iudex ex præſumptione iuris poteſt liberare, condemnare, & pronunciare, q.10.nu.44.

Iudex debet probare, quod allegat, etiam ſi dicat in ſententia, viſo libello. concluſ.78.numero 44.

Iudex poteſt ad tollendas rixas quid facere, q alias non liceret. concl.148 nu.15.

Iudex non poteſt cogere reum iurare, quando actor non probat intentionem ſuam, etiam ſi offerat ſe velle iuramento rei. concluſ.3d.numero 40.

Sed contrarium Alex. &c.

Iudex appellationem admittendo cum clauſula, ſi, & in quantum, non videtur appellationem detuliſſe. concl.119 nu 2.

Iudex admittendo appellationem interpoſitam à diffinitiua ex cauſa probabili cum clauſula, ſi & in quantum, quare dicatur ei detuliſſe, & illam admiſiſſe. ibid.nu.3.

Iudex quando citauit partem ad dicendum contra articulos, & contradixit, ſi illos admittat, valet admiſſio abſque alia citatione. concl. 131.nu.5.

Iudex quando dicatur ſedere pro tribunali, vide remiſſiue, concluſ.348.nu.15.

Iudex ſtatim poſt litem conteſtatam, & poſt iuramentum de calumnia præſtitum, poteſt terminum peremptorium circumſcribere, atque definire ad producenda omnia inſtrumenta, quibus vſuræ ſunt partes in cauſa. q. d.num.147.

Iudex deferre poteſt iuramentum per ſupplementum ſemiplenæ probationis. q.11.nu.4.

Iudex non dicitur attentare, ſi poſt appellationem interpoſitam timens de dilapidatione facit fructus ſequeſtrari. concl.148.nu.20.

Iudex competens poteſt cogere confeſſum ad periculerandum in eius confeſſione coram iudice incompetente facta, niſi doceat de errore, & de cauſa variandi. concl.352.nu.2.

Iudex agens contra reum doloſe tenetur de calumnia. concluſ.24 nu.27.

Iudex clicit conſanguinitatem ex gradibus, qui in facto conſiſtunt. concl.410. nu.23.

Iudex propenſior eſſe debet ad liberandum, quam ad condemnandum. concl.9 nu. 29.

Iudex officium ſuum impartiri non debet, niſi ſi petitos. q 5.nu.8d.

Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quàm in condemnando. concluſione 36.nu.12.

Iudex per coniecturas arbitrari debet ſuper donatione. concl.554.num.3d.

Iudex non obſtante iuramento damnum paſſi, & ſtatuto diſponente, quod illi ſtetur, poteſt admittere probationes in contrariũ. concl. 471.nu.35.

Iudex ſuperior poteſt non ſtare conſcientiæ alicuius, ſi illud factum eſt maximi præiudicij. concl.414.nu.7.

Iudex poteſt corrigere id, quod perperam factum eſt, omiſſa tamen appellatione. ibidem numero 8.

Iudex in ſententia debet cum petitione conuenire. conclu 32.nu. 10.

Iudex proſpicere debet, ne hæres in probatione damnosè incidat periurium. concluſione 471.numero 12.

Iudex ſupplere poteſt, quod notorijs deeſt, ſed notorium allegari debet. quæſtio.10.numero 58.

Iudex admittendo poſt concluſum in cauſa, iura, vel probationes videtur concluſionem reuocare. conc.339.nu.5.

Iudex quatenus cogatur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ, quibus fides adhibetur tanquam deciſionibus magiſtralibus. concluſio. 484.nu.9.

Iudex deferens appellationi ab eius interlocutoria interpoſitæ non poteſt ad vlteriora procedere. concluſio.148.nu.30.

Iudex per delationem appellationi coram eo interpoſitæ abdicat à ſe omnem iuriſdictionem in illa. ibid.

Iudex non poteſt venire ad condemnationem ex eo, quod teſtes dicant habuiſſe notas voces acclamantis, alijs nõ concurrentibus. concluſ.12.nu.3. & 4.

Iudex à quo appellatum in cauſa matrimoniali, inhibendo partibus, ne interim lite pendente alteri nubant, non dicitur attentare. concluſ.148.nu.12.

Idem eſt in marito, qui eſt in poſſeſſione vel quaſi matrimonij, quod de iure non valebat, cui pendente lite poteſt inhiberi, ne cũ vxore coeat. ibid.

Iudex non attentat ſtatuendo terminum appellanti ad recipiendum Apoſtolos, vel proſequendum, vel ad deducendum de proſecutione appellationis, vide ibi rationem: ibidem numero 23.

Iudex ex officio ſuo poſt concluſum in cauſa poteſt recipere probationes propter animæ diſcrimen. q.17.nu.49.

Iudex habet officium iudicandi, non atteſtandi, nec ei creditur ad præiudicium partis, & eius aſſeueratio accedit potius ad naturam ſimplicis teſtis, quam publicæ perſonæ. concluſ 35.nu.4.

Iudex in ciuilibus antequam ex præſumptionibus motus vllã ferat ſententiam, omnia conſilio prius experiri debet, & cuncta circumſpectione accurata inueſtigare. queſt.70.numero 79.

Iudex ad rei, quam actoris cauſam magis reſpicere debet, præcipue in criminalibus. ibidem num 80.

Iudicis arbitrio relinquitur, an teſtes vaſalli admittendi ſint. concl. 395.nu.17.

Iudicis pro decreto præſumitur, quando cauſæ cognitio eſt talis, quæ illico, & continuo adhiberi poteſt. concl.486.nu.23.

Iudicis pro decreto præſumitur, quando iudex ante decretum plenam habuit illius cauſæ cognitionem. ibid.num.14.

Iudicis pro decreto non præſumitur, quando alia probatio vrgentior, vel certa excluderet illam præſumptionem. concluſione 47d.numero 24.

Iudicis non præſumitur pro decreto, quando ſit inſignis, & magna læſio. ibid.nu.25.

Iudicis admonitio tacita, quæ ſit teſtibus per ſolam delationem iuramenti, maioris ponderis eſt, quàm citatio nuncij. quæſtione 5.numero 32.

Iudicis arbitrio relinquitur, an plures actus, an pauciores ſufficiant ad inducendam conſuetudinem. concl.42.nu.4.& 5.

Iudicis pro decreto præſumitur ob eius auctoritatem, etiam ſi ſit homo nequam, & improbus. concl.486.nu.8.

Iudicis pro decreto etiam præſumitur, quando in ipſo non eſt facta præcipua, & ſingularis mentio cauſarum, dummodo adſit clauſula, omni meliori modo. concl.486.nu.8.

Contrarium, nu.5.

Iudicis arbitrium ſuper dote an fuerit congrua & competens necne, ſecundum qualitatem perſonarum, numerum filiorum, ac quantitatem patrimonij, & conſuetudinem loci, regionis, & familiæ dirigi debet. concluſ.570. numero 18.

Iudicis arbitrio ſtandum eſt, quæ dicatur magna, vel modica cauſa, inſpecta locorum, & perſonarum qualitate. q 9 nu. 39.

Iudicis pro decreto non præſumitur, quando iudex eſſet idiota. concl. 486. num.19.

Iudicis pro decreto non præſumitur, quando pars plene non docuiſſet iudicem de negotio. ibid. num.20.

Iudicis pro decreto non præſumitur, quando in ipſo non interuenit cauſæ cognitio. ibid. numero 21.

Iudicis in confeſſum nullæ ſunt partes, niſi in condemnando. q.7.nu.2.

Iudicis arbitrium regi debet ſecundum iura, & æquitatem. q.15.nu. 1d.

Iudicis arbitrio ſtatur, an magis credendum ſit nuncio aſſerenti ſe citaſſe, vel citato dicenti ſe non citatum, vel non ita citatum. concluſ. 189. num. 11.

Iudicis in decreto diligens cauſæ cognitio, circa quæ non requiratur. concluſ.486 num.6.

Iudicis arbitrarium eſt, an comparet repellatur à teſtimonio. concl.332.nu.15.

Iudicis commemoratio habetur loco actorum; & exequatur ſcripturæ actorum, ſecundum ius Longobardorum. concl.35.nu.8.

Iudicis arbitrio relinquitur, an per binum, aut tertium actum inducatur notitia populi, & ex ea eius conſenſus. concl.424. nu.18.

Iudicis à quo proprium eſt appellationem recipere, & recipere idem eſt, quod deferre. concluſ.119.num.8.

Iudicis in arbitrio reſidet ſimulatio contractus. concl.447. nu.18.

Iudicis aſſertioni quibus in caſibus non credatur. concl.35.nu d.

Iudicis poteſtati quicquid permittitur, non ſubijcitur iuris neceſſitati. q d.nu.148.

Iudicis arbitrio ſtandum eſt, an teſtibus actoris, quam rei conuenti, vel econtra, plus ſit tribuendum. q.17.nu.14.

Iudicis arbitrium multum operatur in comparatione literarum. concluſ.330.nu.10.

Iudicis officium quale ſit. q.2. nu.4.

Iudici credendum non eſt, niſi quatenus conſtat ex actis. concl.35.nu.3.

Iudici non eſt credendum, niſi quatenus conſtat ex actis. concl 32.nu. 5d.

Iudici aſſerenti ſe vidiſſe libellum non eſt credendum. ibid. nu.57.

Prædicta non procedunt, quando agitur de laude, vel vituperatione Iudicis, vel arbitri. ibid.num.58.

Iudici iniuriam infert prohibens eius literas præſentari. concluſ.480. nu.4.

Iudici in criminalibus data eſt facultas producendi teſtes etiam parte non inſtante, nec eos producente. q.5.nu.25.

Iudici non creditur abſque probationibus. q.1. numero 7.

Iudici tota vis in probationibus ineſt. quæſt.1. numero 28.

Nihil habet, qui probare non poteſt. ibid.

Iudici à quo eſt appellatum poſt appellationem interpoſitam exequi volenti poteſt impune reſiſti. concl.148. num.19.

Iudici creditur de actis ordinariis in caſibus poteſt procedere ſine ſcriptis. concl. 32. numero 61.

Iudici primo quando eſt adhibenda fides. conc. 124. num.21.

Iudici non creditur in alterius præiudicium. concluſ.17. num.1.

Iudicem qui refugit, apparet de iuſtitia diffidere, & impenſarum mulcta ipſi irroganda eſt. concl.275.nu.3.

Iudices debent eſſe contenti ſtipendio ſuo publico & priuatis miniſtrare ſolitam. concl. 164. num.d.

Iudices maleficiorum damnantur, quando anhelant ad condemnationem. conc.36.nu.12.

Iudices duo atteſtantes de actis geſtis coram eis plene probant. concluſ.35.num.7.

Iudices conſuetudinem notoriam poſſunt ſupplere. concl.413.num.28.

Iudicibus nõ eſt credendum, quantalibet præfulgeant dignitate. concl.78.nu.52.

Iudi-

Digitized by Google

Iudicando & conſulendo à communi opinione non eſt recedendum. concl. 395 nu. 18.

Iudiciũ, proceſſus, & ſententia, quæ in vna cauſa ſiunt, non procedunt, & non præiudicant in alia aliam perſonam reſpiciente, nec ei patrocinantur. concluſ 33. nu. 36.

Iudicium poſſeſſorium nullum infert præiudicium in petitorio, & acta poſſeſſorij non probant ratione petitorij. concluſio. 33. numero 32.

Iudicium quo modo habeatur apertiſſimum di uſſinnia cerritatij, vel bonorum ex lapide. concl. 400. nu. 2.

Iudicium iuſtum, vel iniuſtum nemini vendere licet. concl. 164. nu. 3.

in Iudicio ſolet adeſſe frequentia perſonarum. concl. 20. nu. 10.

Iudicij arbitrarij eſt materia probationis conſuetudinis per aſſertionem Doctoris. concluſ. 426. nu. 10.

Iudiciorum ordo qui ſit. concluſione 33. numero 10.

Iulia quæ fuit meretrix coniurationem Catelinæ patefecit. concluſ. 462. nu. 71.

Iuramentalis probatio, ſi contraria probatione infringatur, & labefactetur, admittenda non eſt. q. 9 nu. 64.

Iuramentum eo tantum defertur, quo perfectum ſit, quod ſemiplenis rationibus eſt demonſtratum. q. 9. nu. 23.

Iuramentũ iudicis arbitrio actori, vel reo præſtatur, vt probationem ſemiplenam adiuuet, & validam, perfectam, atque plenam efficiat. ibid. nu. 24.

Iuramentum ad plenam probationem faciendam requiritur in omnibus ſemiplenis probationibus. ibid. nu. 25.

Iuramentum quando in plenæ probationis locum ſubſtituatur, vide remiſſiue. ibidem numero 26.

Iuramentum in ſupplementum probationis peti poteſt vſque ad concluſionem in cauſa. ibidem. nu. 27.

Iuramentum poſt petitionem quandocunque deferri poteſt ante ſententiam. ibidem numero 28.

Iuramentum deferendum eſt reo, & nõ actori, quando actor pro ſe vnam probationem habet, & reus alteram. ibidem numero vigeſimonono.

Iuramentum iudiciale quid ſit. quæſtio. 9 numero 8.

Iuramentum neceſſarium nominatum quid ſit. ibid. num. 9.

Iuramentum, neceſſarium probationis eſt ſpecies, quæ plene probare poteſt. ibid. numero 10.

Iuramentum proprie probatio dicitur in his caſibus, in quibus præſtatur ex iuris diſpoſitione, vel ex forma ſtatutorum. ibidem numero 11.

Iuramentum non admittitur, vbi conditione appoſita, vera probatio exigitur, quæ fidem faciat q. 9. nu. 45.

Iuramentum deferri poteſt non obſtante ſtatuto in ijs caſibus, in quibus veræ, & cõcludentes probationes haberi non poſſunt. ibidem num. 46.

Iuramentum deferri non poteſt contra illum, qui præſumptionem iuris pro ſe habet in defectum probationis. ibid nu. 47.

Iuramentum in defectum probationis ei præcipue deferendum eſt, de cuius re agitur. ibi. num. 48.

Iuramentum à iudice deferendum eſt, & item ab eo, ad quem negotium proprio nomine ſpectat. q. 9. nu. 58.

Iuramentum deferre non poteſt procurator, niſi in tribus caſibus, & in quibus. ibidem numero 59.

Iuramentum deferẽte alteri ſi quis iurauerit, licet quo ad vtilitatem ipſius iurantis nihil proficiat, prodeſt tamẽ aduerſæ parti ſi contra ſe iurauerit. ibid. nu 60.

Iuramentum etiam nemine deferẽte, ipſi iurãti prodeſt. ibid nu. 61.

Iuramentum quibus in cauſis famoſis, quæ ciuiliter aguntur, non defertur. quæſtion. 9 numero 36.

Iuramentum non eſt reo deferendum, quando opportunitas ſibi offeratur peierandi, vt per illud infamiam effugere poſſit, ibidem numero 37.

Iuramentum deferre non facile debet iudex, quando cauſa etiam tota ciuilis eſt ardua, magna, & plurimi ponderis. ibidem numero 38.

Iuramentum facit valere confeſſionem eo meliori modo, quo poteſt, & ſupplet abſentiam partis. concluſ 359. nu. 10.

Iuramentum inducit plenam probationem meritorum. concl. 184 nu. 24.

Iuramentum ferre eſt actio, quæ non poteſt exerceri in die feriato. q. 5. nu. 93.

Iuramentum deferendum eſt reo, ſi ipſe ſemiplene probauerit ſicuti actor. q. 9 nu. 53.

Iuramentum pro probatione impedimenti nõ defertur, quando agitur de magno præiudicio tertij concl. 116. nu. 19.

Iuramentum non defertur illi, qui ſemel iurauit ſuper eodem facto. ibid. nu 20.

Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium. q. 5. nu 51.

Iuramentum non eſt deferendum ſemel periuro, nec ei credendum concl. 116 nu. 17.

Iuramentum appoſitum in contractu facto cum pacto redimendi, nec ipſum corroborat, nec eius fidem auget, ſed potius magis ſuſpectum reddit de fraude, & ſimulatione. concl 447. num. 44.

Iuramentum ſuper damnum deferendum eſt in ſubſidium, quando extant aliquæ coniecturæ. concl 471. nu. 23.

Iuramentum nihil releuat, quando agitur de tertij præiudicio. concluſio. 184. nu. 30.

Iuramentum præſtitum nihil prodeſt, quando contra iurantem eſſet aliqua præſumptio iuris. concluſ 495. nu. 18.

Iuramentum debet deferri ſuper damno paſſo tempore damni illati. concl. 471 nu. 26.

Iuramentum non probat literarum amiſſionem quo ad adiudicationem rauli, ſicut etiam non probat confeſſio. concl. 592. nu 6.

Iuramentum debet ſeruari in ſpecifica forma. concl. 447. nu. 39.

Iuramentum ſuppletiuum non defertur in probanda conſuetudine. concl. 423 nu. 5.

Iuramentum ita operatur ſuos effectus in contractibus emphyteuticis, ſicut & in alijs. concluſ. 252 nu. 15.

Iuramentum appoſitum in contracto excludit pœnitentiam, impedit purgationem moræ & auget obligationem toties ſine. ibidem numero 17.

Iuramentum in capitali cauſa aliquando tantarum eſt virium: vt efficiat interdum reum pœnas ſubterfugere poſſe. q 9 nu. 33.

Iuramentum actori defertur, ſi non poteſt ablata probare, quando delictum rei eſt atrox. ibid. nu. 34.

Iuramentum non eſt deferendum, quando iurans non eſſet perſona honeſta concl 471. numero 28.

Iuramentum ad probationem debiti non ſatis eſt, neque ad probationem ſuſpitionis fugæ, quo ad illud, vt permittatur, vt poſſit capi. concluſio. 477. nu. 2.

Iuramentum damnum paſſo non eſt deferendũ, ſi iudex videat ipſum velle deierare. concluſ. 471. nu. 46.

Iuramentum cui prius deferendum ſit, an actori, an reo. q. 9 nu. 50.

Iuramentum nec actori, nec reo deferendum eſt, ſi actor nihil, aut non ſemiplene probet. ibid. num. 51.

Iuramentum non probat, quando lex præſumit ſcientiam aut quando eſt alia præſumptio contra illum, qui iurare vult. quæſtion. 9 num. 19.

Iuramentum ſuppletorium non datur in probatione dominij. concl. 536. nu. 3.

Iuramentum eſt exoneratio ab onere probandi, & non probatio. concl. 87. nu 4.

Iuramentum in caſu c. fin. quod met. cau. & l. ſi quando. C. vnde vi, non defertur pro probatione violentiæ, vel doli. concl. 470. numero 9.

Iuramentum probat merita etiam in prohibito donare. concluſione 184. nu. 6.

Iuramentum quonam modo intelligatur probare merita inter perſonas prohibitas donare. ibid. nu. 17.

Iuramentum cum ſit de iure diuino, vel naturali, patria poteſtas non conſideratur, vbi illud interuenit. ibid. nu. 28.

Iuramentum firmat donationem inter patrem & filium. concluſione 184. numero 19.

Iuramentum præſtitum inter aliquos non prodeſt alijs etiam ſi ſint perſonæ multum coniunctæ. concluſio. 359. nu. 17.

Iuramentum eſt iuſta & vera probatio. quæſt. 9. num. 4.

Iuramentum multiplex eſt. ibid. nu 5.

Iuramentum veritatis quid ſit, ibidem numero 6.

Iuramentum non defertur reo cum actor plene, & ipſe ſemiplene probauerit, q. 9. numero 56.

Iuramentum facit, vt quia deliberate, & ex certa ſcientia ad actum acceſſiſſe dicatur. concl. 345. num. 37.

Iuramentum habet vim clauſulæ, quod actus valeat omni meliori modo. ibid nu. 38.

Iuramentum non ſufficit ad probationes benemeritorum vel ad validitatem contractus, ſi coniecturæ, & præſumptiones concurrant, quæ contractum ſimulatum reddant, concl. 184. nu. 27.

Iuramentum cenſetur eiuſdem qualitatis, cuius eſt contractus. ibid. nu. 28.

Iuramentum in probatione damni non ſufficit, quando agitur criminaliter. concluſion 471. num. 42.

Iuramentum appoſitum in contractibus factis cum pacto redimendi illos reddit magis ſuſpectus de ſimulatione concluſione 447. numero 34.

Iuramentum ſuper damno non eſt deferendum antequam appareat de damno illato. concl. 471. nu. 24.

Iuramentum facit, vt quis deliberate, & certa ſcientia ad actum acceſſiſſe dicatur. concluſ. 347. nu. 70.

Iuramentum deferri non ſolet in criminalibus cauſis. q 9. nu. 31.

Iuramentum ſubire nõ cogitur pars, ſi factum, ſuper quo ſit interroganda, eſt implicitum, nec efficitur periura. concluſione 356. numero 4.

Iuramentum ſuper damno dato videtur ſatis eſſe, etiam non præmiſſa probatione doli, vel culpæ. concl. 470. nu. 16.

Iuramentum ſuppletiuum non dari, niſi habenti integrum teſtem, & omni exceptione maiorem. concluſio. 184. num 47.

Iuramentum præſtitum inter alios, non prodeſt alijs etiam quorum intereſt. concluſio. 360. num. 3.

Iuramentum temere prolatum animæ proferẽti perpetuam mortem affert, & tali iuramento, cum de veritate celanda agatur poteſt propria auctoritate repugnare. quæſt. 5. numero 48.

Iuramentum in contractu appoſitum probari poteſt per duos teſtes coram iudice eccleſiaſtico. concluſ 435. nu 4.

Iuramentum quando non admittatur, & non probetur tenor ſcripturæ. concluſione 88. num. 5.

Iuramentum pro vna parte deferre parti aduerſæ, & pro altera parte probationem offerre, quando actori licebit. quæſtione 9. numero 63.

Iuramentum ſuper quãtitate rerum poteſt præſtari etiam parte inuita concluſion. 470. numero 13.

Iuramentum facit valere confeſſionem eo meliori modo, quo poteſt, & ſupplet abſentiam partis. concluſione 345 num. 35.

Iuramentum eſt ſimile probationi, non probatio. q 9. nu. 3.

Iuramentum, cum ſit ex illis, quæ foris & extrinſecus proueniunt, non præſumitur niſi probetur. q. 5. nu 82.

Iuramentum in antiquis præſumitur prolatum à teſte ibid. nu. 83.

Iuramentum qui detulit, velit, nolit, ſciat, ignoretve, cogitur iurare. concluſ. 356. nu. 6.

Iuramentum non eſt propriæ probationis ſpecies, quæſt. 9. nu. 1.

Iuramentum non ſufficit ad probandum appellationem cõgruo tempore interpoſitam. concluſ. 184. num. 5.

Iuramentum in ſupplementum poteſt deferri ad probationem attentatorum. concluſ. 147. num 8.

Iuramenti ſuppletorij probatio, modo ante concluſionem in cauſa fuerit petitum: poſt concluſionem poterit admitti. q 17. num. 56.

Iuramenti delationem non opus eſt, ſi actor plene, quod erat in controuerſia, confirmauerit, & non præſtatur, ſi nihil prorſus probatum eſt, q. 9. nu. 22.

Iuramenti delatio facta per vnam alteri parti rata eſt, ob inopiam probationis facta. q. 9. nu. 35.

Iuramenti contrarium probari poteſt. concluſ. 316. nu. 28.

Iuramenti contrarium damnum paſſi probari poteſt per inſpectionem iudicis, concluſione 471. nu. 38.

Iuramenti ad dilationem ſuper quantitate rerũ non eſt vocanda pars. concluſione 470. numero 22.

Iuramenti contrarium probari poteſt, quando ſumus in cauſa nimis præiudiciali, etiam ſtãte ſtatuto, vt iuramento credatur. concl. 471. num. 40.

Iuramenti natura eſt confirmare actus alias inualidos. concl. 447. num. 33.

Iuramenti teſtibus deferendi forma. quæſtione 5 num. 75.

Iuramento ſuppletorio non eſt locus, quando agitur de probanda conſuetudine, quæ viguit in illo loco & viget. conclu. 423. numero 23.

Iuramento iurantis non ſtatur, quando habet præſumptionem contra ſe. concluſione 414. num. 3.

Iuramẽto ſtatur in iis, quæ pendent à conſcientia alicuius, quando aliter veritas haberi non poteſt. ibid. nu. 4.

Iuramento non ſtatur in præiudicium alterius, quando certa præſumptio extrinſeca non coniecturat animum. ibid. nu. 5.

Iuramento damnum paſſi fides adhibetur, etiã quando petitur damnum non ea delicto, ſed ex contractu, vel quaſi. concluſion. 471. numero 14.

Iuramento eorum, qui paſſi ſunt damnum, ſtatur, etiam quando iudex debet ſtare in ſyndicatu per aliquot dies finito officio & tenetur circa damna iniuſte illata, & ante tempus recedit. concl. 471. nu. 8.

Iuramento damnum paſſi non ſtatur, quando non interuenit dolus, vel violentia, ſed ſolũ culpa lata. concl. 471. nu. 27.

Iuramento ſtatur de & ſuper his, quę ab animo pendent, etiam in foro contentioſo, quando aliæ non poſſunt haberi probationes. concluſione 414. nu. 15.

Iuramento an ſtandum ſit pro ipſo iurante, vel contra eum iudici arbitrarium eſt. quæſt. 9. num. 62.

Iuramento, vel ſimplici verbo alicuius ſi credatur, datur occaſio cauillandi. concluſione 71. num. 4.

Iuramento derobati ſtatur, quando agitur ad ſolam æſtimationem, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter. concl. 471. nu. 45.

Iuramento quando ſtatur de amiſſione ſcripturarum, & de earundem tenore. concluſione 88. num. 4.

Iuramento incedente ad probationem, & veritatem peruenitur. q. 9. nu. 7.

Iuramento nullo abſolutio nõ requiritur. quæſtione 5. nu. 55.

Iuramento quando cautum eſt ſtari damnum paſſi, ſtabitur etiam de dominio rei eius iuramento, ſi dominij quæſtio moueatur. concl. 15. num. 2.

A Iuramento damnum paſſi de iure ciuili non poteſt appellari. concl. 471. nu. 4.

Iuramento damnum paſſi non creditur, niſi iurans ſit omni exceptione maior. concluſion. 471. num. 29.

Iuramento circa animum non creditur, quando alio modo poteſt probari. concl. 94. nu. 32.

Iuramento de amiſſione quomodo, & quo caſu credi poſſit. concl. 87. nu. 2.

Iuramento debitoris creditur, quãdo tractatur de leui præiudicio aduerſarij, contra quem iuratur. ibid. nu. 10.

Iuramento amiſſionis creditur deficiente alia probatione, ſecus ſi aliæ poſſent haberi. concluſ. 88 nu. 17.

Iuramento eius, qui damnum perpeſſus eſt, ſtatur ſuper quantitate rerum. concluſion 470. num. 22.

Iuramento damnum paſſi probatur damnum datum, ſi ſtatuto cautum eſt, vt de illato damno iuramento ſtetur. q. 9. nu. 12.

Iuramento ſtandum eſſe etiam ſi lex, vel ſtatutum dicat: aduerſarius tamen probare poteſt contrarium, ibid. nu. 13.

Iuramento neceſſario non ſtatur, nec in probationis ſupplementum deferri poteſt, quando ſtatuit ſi, ſeu lex requirit manifeſtiſſimas probationes. q. 9. nu. 44.

Iuramento partis, quando de amiſſione creditur onus probandi ſpectat ad aduerſarium, & illud iuramentum cenſetur purgatio quædam. concl. 87. nu. 7.

Iuramento in ſubſidium ſtatur, vbi aliter nequeat probari. concl. 472. nu. 33.

Iuramento aſſerentis amiſſionem non ſtatur, & quare. concl. 87. nu. 4.

Iuramento amiſſionem allegantis quando ſtandum ſit, ibid. nu. 5.

Quod iuramentum dicitur iuramentum purgationis. ibid.

Iuramento damnum paſſi ſuper ipſis rebus fides eſt habenda, quando pars metu aliquas res ſuas coacta tradere, ſi metus probatus ſit per teſtes. concl. 470. nu. 15.

Iuramento quæ probentur. qu. 9. nu. 18.

Iuramentorum genera q. 9. nu. 17.

Iurare ſeruare contractum ſimulatum perinde eſt, ac ſi iuretur, nihil ſeruare. concluſio. 447. num. 35.

Iurans qui contenta in inſtrumento obſeruare impetrata abſolutione poteſt contra inſtrumentum iuratum agere. concluſione 447. numero 42.

Iurans ſi eſt mortuus, eius hæres non tenetur petere abſolutionem à iuramento, quia vinculum illius extinguitur cum perſona, & non concomitatur hæredem. ibid. nu. 43.
Contrarium, nu. 44.

Iurans ſoluere canonem, ſi propter paupertatem non ſoluit in primo anno, non cadit. 251. num. 4.

Iurans vere pecuniã numeratam recepiſſe eius confeſſio plene probat, & tali confitenti nõ competit exceptio non numeratæ pecuniæ. Reſtringe vt ibi concluſione 361. numero 27.

Iurans non reuocare teſtamentum, poteſt non repugnante iuramento reuocare. quæſtio 5. num. 54.

Iurantis ſacramento non ſtatur in his, quę pertinent ad forum contentioſum quando aliud in iure reperitur expreſſum. concluſio. 414. num. 14.

Iurantium dignitas animaduertenda eſt in iuramento deferendo. q. 9. nu. 41.

Iuratum quod eſt, habetur, ac ſi probatum ſit. q. 9. num. 2.

Iuriſdictio arbitrorum oritur à compromiſſo. concluſio. 33. nu. 7.

Iuriſdictio domini poſſidentis ineſt toto territorio, ſicut ineſt nebula ſuper tota paludo. cõcluſion 217. nu. 2.
Contrarium, nu. 3.

Iuriſdictionem non poteſt quis exercere in non ſubdito. concl. 276. nu. 15.

Ius non patitur, vt Iudæus Chriſtianum ſeruũ habeat. q. 7. nu. 42.

Ius parti non quæritur per lapſum termini, qui à iudicis voluntate dependet. concluſi. 131. num 8.

Ius quo vtitur vrbs Romæ, tunc ſequendũ eſt, quando in aliquo loco non eſt lex ſcripta, & caſus non poteſt decidi per ſimilia. concluſ. 428. nu. 3.

Ius ſuum quis proſequens faciens quod ſolitus erat, non dicitur attentare. concluſion. 148. num. 2.

Ius proteſtationis tollitur per actũ contrarium proteſtationi. concl 44. nu. 9.

Ius acquiritur ſpoliato per actum ſpoliationis, quod non auſert notorietas ſuperueniens. concl. 146. nu. 20.

Ius tollere iura poteſt, atque inducere abſque fictione q. 16. nu. 22.

Ius commune vbicunque pro aliquo facit, & pro eo præſumit, transfert in reum onus probandi. q. 17. nu. 9.

Ius rei penſens extinguit ius actoris antiquum etiam præſcriptum. concluſione 397. numero 10.

Ius oritur ex longiſſima poſſeſſione defuncti. concluſ. 199. nu. 10.

Ius ex præſcriptione acquiſitum extinguit ius antiquum. concl. 107. nu. 5.

Ius agnationis reſidet in legitimis. concluſione 78. num. 3.

Iuris allegationes poſt litem conteſtatam admittuntur. q. 18. nu. 50.

Iuris allegationes quamuis in actis productæ ſint, alteri parti non debent edi. ibid. nu. 51.

Iuris allegationes poſtquam in actis fuere regiſtratæ, communes factæ ſunt, & propterea parti ſunt edendæ. ibid. nu. 52.

Iuris allegationes quando communes non efficiuntur, & parti dandæ non ſint. ibid. nu. 53.

Iuris allegationes parti ſunt edendæ, quando qui eas producit, præſentationem in eis ſcribendam, & in actis illas regiſtrandas curat. ibid. num. 54.

Iuris ex diſpoſitione ciuilis in qualibet vltima voluntate ſufficiunt duo teſtes vna cum ſacerdote. concluſi. 561. nu. 40.

Iuris interpretum oratorũ ac iudicum cauſidicorumque actiones ad aliud non tendunt quam vt ſemper probent, quæ in medium adduxerint, q. 1. nu. 26.

Iuris ſeueritas pactis priuatorum mitigari poteſt. q. 5. nu. 105.

Iuris præſumptio non eſt, patrem habere animum, & conſilium fraudandi liberos, eoſque cæteris in legitima poſtponendi. concluſio. 364. num. 5.

Iuri repugnans eſt, approbare aliquid quoad vnum, & quoad aliud illud dicere iniquum, & improbare. concl. 363. nu. 6.

Iuri operam daturus prius noſſe habet, vnde iuris nomen deſcendat. q. 2. nu. 6.

Iuri publico aliquis derogare non poteſt etiam intercedente iuramento. q. 5. nu. 49.

Iure communi cauetur, quem ex præſumptionibus damnari non poſſe. concluſione 498. num. 3.

Iure naturali res præſumitur eſſe illius, qui eam poſſidet, niſi ab alio doceatur cõtrarium. concluſ. 408. nu. 37.

Iure naturali, & diuino non creditur vni teſti iuxta authoritatem Euangelicam. concluſio. 32. num. 38.

Iura negligentibus non ſubueniunt. concluſio. 516 nu. 2.

Iura prohibent eſſe, in facultate cedentis confitenti & dolo, ac fraude tollere ius quæſitum ceſſionario. concl. 374. nu. 2.

Iura prohibent, ne ſit in facultate confitentis dicere, quod volt, & ius alteri quæſitum auferre. concl. 386. num. 2.

Iuſpatronatus probatur per literas inciſas in marmore, vel lapidibus templi. concluſione 230 nu. 2.

Iuſpatronatus acquiritur per conſtructionem eccleſiæ. concl. 177. nu. 4.

Iuſpatronatum prætendens ea præſumptione, quod eccleſia conſtructa ſit alicuius, docere debet, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ quaſi poſſeſſio non præſumitur. concluſ. 177. nu. 7.

Iuſſus ſuperioris examinandi teſtes in actis apparere debet, alias notario actorum aſſerenti de iuſſo non creditur. concluſione 32. numero 51.

Iuſtitia tempore morbi facile exerceri non poteſt. concl. 7. nu. 12.

Iuuenculi, ac mulieres permultæ non minus ad mortem conſtanti animo ſe præpararunt, quàm ſi ad nuptias, vel ad ſalus prodijſſent. concl. 262. nu. 19.

Iuuenis ludens in tenebris cum virgine per iuramentum non probabit, non animo prauo, ſed bona fide ludere cum illa. concluſio. 114. num. 17.

L

LAedens ſi redditur audacior, & læſus timidior, dicitur aſſiſtens auxilium præſtare. concl. 152. nu 6.

Læſus portans arma non præſumitur animum gerere maleuolum, ſed propter iuſtum timorem, ne iterum lædatur. conclu. 126. num. 8.

Læſus in honore, dignitate, & officio, ſi aliquid agit contra lædentem, facere præſumitur ad defenſionẽ ſui honoris, dignitatis, & officij. concl 489. nu. 11.

Læſionem ad cognoſcendum enormem in pretio, rei æſtimari nõ debet, prout conſtat ſimpliciter, ſed minoris, propter pactum, & omni iniunctum de retrouendendo. concl. 447. numero 10.

Laicus

Laicus probare poterit poſſeſſionem decimas percipiendi tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extat, obtinebit, ac ſi appareret cõceſſionem factam fuiſſe ante Concilium. concluſ.483.nu.10.

Laicus quilibet naſcitur, niſi clericum ſe probet. concluſio.302.num.13.

Lapides pro confinibus poſiti, quomodo eſſe debeant, vt confinia probent. concluſio.400. numero 4.

Lapides poſiti ad confines in certam partem directo ſeſe mutuo reſpicere debent. ibidem numero 5.

Lapidibus terminorum omnino credendum eſt. concluſio.400. num.3.

Largiri nemo poteſt de alieno abſque furti crimine. concluſio.44. num.48.

Latitare præſumitur, qui præmiſſe diligenti rimatione, non repertus in loco, vbi conſueuerat morari. concluſio.449.num.5.

Latus cultro ſi quis cinxerit præſumitur habere animum rixandi. vide nu.6. niſi adeſſet iuſta cauſa deferendi, quia eſſet miles, vel ob id ſtipendium acciperet. concluſio 228.num.3.

Legatarius licet in teſtamento admittatur, non tamen admittitur in codicillis. concluſ. 308. numero 7.

Legatus de latere poteſt exigere procurationem in prouincia ſuę legationis, & etiam extra, & ei creditur ſine literis, cum veniat iure ordinario ex officio legationis. concluſ.269. numero 7.

Legatus ſiue natus ſiue miſſus nõ exigit procurationes in ſua prouincia, niſi hoc habeat in commiſſione. ibidem num.8.

Legatus velut qui ſe gerit, & non eſt, geſta per eum nihilominus valent. concluſio.288.numero 15.

Legatus de latere ita obſeruationi allegatur iuris communis, ſicut & alius iudex. concl.35. numero 30.

Legati de latere dicto nõ magis creditur, quàm alterius iudicis. concluſio.35.num.29.

Legato à latere creditur etiam in his, quæ de conſuetudine ipſi ſolita ſunt concedi, licet non veniant in generali commiſſione. concluſio.269.num.11.

Legato venit quicquid eſt intra confines rei legatæ, dummodo res finibus circumſcripta ſit tota in dominio teſtatoris. concluſione 217. numero 8.

Legato de latere non creditur in his, quæ non veniunt in generali commiſſione. concluſio. 824.num.5.

Legato non creditur etiam in his, quæ competunt iure ordinario legationis. concluſio. 269.num.6.

Legatum validum, & obſcurum quoad verba poteſt coram duobus teſtibus declarari. concluſio.485.num.2.

Legatum factum filiabus filij naſcituris, factum præſumitur contemplatione filij. concluſio. 156.num.23.
Contrarium, num 26.

Legatum factum fideicommiſſario per hæredem primi teſtatoris cenſetur factum animo compenſandi in fideicommiſſum. concluſio. 333.num.12.

Legatum factum videtur poſt id, quod erat debitum. concluſio.96.num.21.

Legatum validum & obſcurum poteſt coram duobus teſtibus declarari. concluſione 308. numero 2.

Legatum factum à patre, vel ab auo filiabus, vel neptibus naſcituris, dicitur potius filio eſſe relictum. concluſio.156.num.25.

Legitimandi non præſumitur aliquem poteſtatem habere niſi priuilegium oſtendat. concl. 342. num.4.

Legitimatio per Cardinalem tanquam legatum de latere eſſerentem ſpeciales commiſſiones habere facta valet, non oſtenſis literis commiſſionis, ratione præſumptæ veritatis & aſſertionis tanti viri. vide temperamentum. num.12. concluſ.340 num.6.

Legitimatio eſt quędam reſtitutio primorum natalium. concluſio.324 num.3.

Legitimus quis non præſumitur, quantum ad hoc, vt adiudicetur beneficium, niſi ſe legitimum probet. concluſio.304. num.9.

Leno præſumitur, qui ex adulterio ſuæ vxoris non iraſcitur. concluſio.320.num.5.

Leuatus onere ſatiſdandi propter cautionem iuratoriam, ſi ſemel fuerit periurus, nunquam poſtea leuabitur illo onere per dictam cautionem. concluſio 116.num.28.

Lex an ſit vniuerſalis, an ſingularis, cognoſcitur ex loco. concluſio.258.num.4.

Lex an vniuerſe liget, oportet, vt à Principe dilucide mandetur omnino obſeruari. concluſ.258.num.11.

Lex licet conferat vim tituli antiquitati temporis, ceſſat tamen eius prouiſio, quando apparet de expreſſa prouiſione hominis, vt ſi contrarium appareat per inſtrumenta producta per aduerſarium. concluſio.225.num.21.

Lex ex taciturnitate alicuius cõceſſionem præſumit. concluſio.348 num.31.

Lex communis, eo quod vbique publicatur, omnes ligat, & nõ poteſt allegari ignorantia. concluſio 258 num 8.

Lex fingit ſuper poſſeſſione, & poſſeſſio eſt iuris. quæſt.16 num.17.

Lex multo magis fingit ſuper his, quæ ſunt meri iuris, quàm quæ ſunt facti. ibidem numero 18.

Lex deceſſiſſe fingit, qui monaſterium ingreſſus eſt, etſi reuera ſupereſt. quęſtione 16.numero 26.

Lex quomodo probeat efficacitatem tituli antiquitati. & lapſui temporis. concluſio. 225. numero 23.

Lex Moſaica allegari poteſt, & probat in deciſione cauſarum. concluſ.192.num.8.
Quod declara, vt ibid.

Lex ſtatim cũ à Principe lata fuit, eſt lex in ſui eſſentia, ſed vt liget ſubditos, requiritur eius publicatio. concluſ.421 num.6.

Lex, vel ſtatutum Principis probatur per teſtes, & ſcripturam. ibid.num.7.

Lex etiam Euangelica duos, vel tres teſtes requirit. concluſio 36 num. 16.

Ad ſubiectam materiam narratur pulchrum exemplum de Aulo Gellio. ibid.num.17.

Lex extenditur ad omnes cauſas, quæ non adaptatur ratio legis. concluſio.312.num.21.

Lex ſuper eo, quod fieri nequit, nſiquam fingit. quæſtio.16 num.9.

Lex non ſolet facere fruſtratorios actus. ibid. numero 10.

Lex in dubio, quantum fieri poteſt, fauet filijs: vt ſint legitimi. concluſio.342.num 4.

Lex ſi aliter punit principalem, quam opem præſtantem, non procedunt prædicta, & quando eadem, vel alia pœna punitur auxilium præſtans, & delinquens, vide ibi diſtinctionem. concluſio.159 num 25.

Lex fingit deportatum è vita migraſſe propter perpetratum facinus. quæſt 16 num.27.

Lex nullo modo fingit ſuper his, quę iuris, & facti ſunt. ibidem num.28.

Lex oblitionem præſumit tempore decem annorum. concluſio.135.num.1.

Lex præſumit ſemper pro reo contra actorem, donec probetur contrarium. concluſio. 24. numero 5.

Legi aut canoni potius ſtandum eſt, quàm communi opinioni. concl.395.num.30.

Legem ſuam pro ſe allegans, tenetur probare eſſe obſeruatam. concluſ.78 num.22.

Leges ſacræ quorſum inuentæ, & ſancitæ fuere. quæſt. 1.num.2.

Legum tota ſcientia ad probationes reducitur, ac ipſis innititur videtur. quæſt.1.num.15.

Libellus procedit, quando in eo dico, fundum ad me pertinere & conſueuiſſe, licet non dicam de præſenti, quia præſumptione concludit. concluſio.170. num 4.

Libellus omnino requirit ſcripturam. concluſ. 30. num. 8.

Libellus & ſententia tantum neceſſario requirunt ſcripturam. concluſio.32.num.30.

Libellus ſi impugnatus eſt per aduerſarium, non poteſt amplius in eo ſe fundare. concluſ. 369.num.29.

Libellus ſi eſſet ſcriptus manu confitentis, probaret, alias ſecus. ibid.num.20.
Contrarium, ibid.

Libellus concipi debet caute, dicendo ſententiam iniquam ſiue iniuſtam, quod Bononiæ ſeruatur. concluſio.115.num.4.

Libellus quo pacto ſit formandus per actorem petentem alimenta. concluſio.77.num.9.

Libellus amiſſus poteſt probari per teſtes, ſicut ſententia & appellatio. concluſione 32. numero 18.

Libellus fundamentum iudicij. concl 32.n.29.

Libellum qui reſpondet confitendo, videtur fateri omnia in libello contenta, & in omnibus ſibi præiudicat. concluſ.368.num.5.

Liberalitas præſumitur ratione diuitiarum. concluſio.554.num.59.

Liberatio bene probatur, ſi debitor probet, apocham habuiſſe ab ipſo creditore. concl. 111.num.16.

Liberatione vbi agitur, ſi quod ago, non valet, vt ago, valet, vt valere poteſt. concluſio.345. numero 42.

Liber ſi ignoretur cuius ſit, nullam fidem facit. concluſio.253.num.14.

Liber ſi ſit plurium mercatorum, plenam fidem facit. concluſio.255 num.11.

Liber conſcriptus ex neceſſitate officij publice iniuncti plenam fidem facit. ibid. num.12.

Liber cenſualis probat dominium contra ſubiectos, non autem contra alios non ſubiectos. concluſio.543.num.5.

Libro cenſuali nulla fides habetur, quando in illo eſſet deſcripta cenſualis aliqua alia inſigni, & honorabilis eccleſia. concluſio.543. numero 6.

Libro mercatoris infamis non eſt credendum. concluſio.94.num.30.

Libri iuris ciuilis debent ſcribi per congeriem literarum, non per ſigna. concluſ.288. nu.9.

Libri, vel hiſtoriæ probant, quando ipſis adhibita fuit fides ab antiquo. concluſione 165. numero 11.

Libri priuatorum non reperti ſub cuſtodia, non plene probant, licet eis in antiquis ſemiplena fides adhibeatur. concluſio.398.nu.12.

Libri antiqui, ſi atteſtantur de aliquo auditu, non probant. concluſio.415.num.8.

Libri ſiue publici, ſiue priuati continentes in ſe multas partitas, ſi in aliquibus probant, vero præſumitur, quod etiam in alijs probant. concluſio.362.num.18.

Libri antiqui probant Eccleſiaſtica conſiola, & non laicalia, ſecundum Felin. concluſio. 398. numero 2.

Libri antiqui licet ab antiquo fidem nõ habuerint, faciunt tamen fidem in his, quæ non ſunt præiudicialia in materia finium inter Eccleſias. concluſio.398.num.7.

Libri antiqui ſi atteſtantur de auditu alieno etiam quod ſimus in antiquis, non probant. ibid.numero 8.

Libri antiqui, vt æſtimum, etiam ſi reperti fuerint in archiuijs publicis, non probant rem eſſe illius eſſe, ne præiudicium fiat ei, qui non conſenſit. ibid.num.9.

Libris exactoris vel auctoritate publica electi fides adhibetur. concluſ.316 num.9.

Libri in archiuo publico repoſiti, qui habent cuſtodem publice ad id conſtitutum, magis fidem faciunt, quàm teſtes. ibid.num.7.

Librorum appellatione omnia volumina continentur, ſiue ex membranis, ſiue ex papyro ſint confecta. concluſ 398.num.14.

Libris cenſualibus fides adhibenda eſt, quando de paruo agitur præiudicio. concl.543.nu.9.

Libris exactoris collectarum maior fides adhibetur, quàm teſtibus. concl.316.num.6.

Libris gabellariorum vel quæſtorum publicorum credendum eſt, non ſecus ac inſtrumento publico manu notarij publici conſcripto. concluſ.255.num.13.

Libris antiquis plena fides adhibetur, dummodo ſub cuſtodia publica reperti fuerint. concluſ. 398.num.4.

Libris antiquis creditur, quatenus illis ab antiquis fuerit fides adhibita. ibid.num.5.

Libris Hiſtoriarum, & Chronicis creditur, ſi illis à maioribus noſtris fides adhibita. ibidem numero 6.

Licentia ſi data fuerit a confitente ſacerdoti, vt confeſſionem reuelet, & ſacerdos ſit fide dignus, dictum eius probat, & ei creditur. concluſ.377.num.9.

Licitum non eſſe alicui in ſuo ędificare, nec aliquid facere, quod vſui alterius incommodet. concluſ.123.num.7.

Licitum quod ante litẽ, & appellationem erat facienti, his introductis illicitum efficitur. concluſ.48.num.6.

Licitum eſt iniquis Principibus, & iniuſtis iudicibus reſiſtere, cum aliter mortem quis euadere non poteſt. concluſione 266. numero 28.

Limi-

Limitatio iurium requirentium ſolemnitates in alienatione rei eccleſiæ. concluſione 75. numero 29.
Lis finitur per tranſactionem. concl 66 nu. 13.
Litis pendentiam allegans tenetur illam probare. concluſ. 78. num. 11.
Litis conteſtatio habet vim quaſi contractus. concluſio. 368. num. 6.
Litis conteſtatio in poſſeſſorio recuperandæ non requiritur. concluſ. 33. num. 19.
Sed contrarium tenet rex. &c.
Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem. ibidem num. 20.
Litis conteſtatio eſt lapis angularis iudicij ſecundum Bald. concluſio. 33. num. 17.
Litis conteſtatio non pendet à voluntate partium, & eſt de ſubſtantialibus iudicij. concl. 33. num. 25.
In litibus quæ non concedenda, nec admittenda ſint ſine cauſa. concluſio. 345. num 15.
Litigioſus & ad rixandum proclıuis præſumitur aggreſſor, maxime ſi ſuperſtes eſſet pacificus. concluſio. 72. num. 6.
Literæ, & ſubſcriptio dicuntur vox ſcribentis, & conſentus, vti confeſſio facta parte præſente, ſi peruenerint ad manus eius, ad quem ſcribuntur. concluſio. 183. num 16.
Literę non ſolum demonſtrant conſenſum ſcribentis, ſed etiam illum obligant. ibidem numero 27.
Literæ acceptatæ, & lectæ obligant legentem, & acceptantem ad contenta in eis, niſi ſtatim expreſſe contradicat. concluſione 327. numero 6.
Literæ epiſcopi fidem faciunt probabilem & veram, ſi obſignatæ ſint ſigno authentico, & ad talia conſueto, vel manu ipſius ordinarij ſubſcriptæ, vel notatu teſtium. conclus. 305. numero 2.
Literæ non poterunt rata haberi ab acceptante quando ſcribens eſſet mortuus, antequam ſint receptæ. concluſ. 480. num. 7.
Literæ, in quibus confiteor me tibi debere centum, plus, minusve, ſi antequam tibi reddantur, ego moriar, non nocebunt nec præiudicabunt hæredibus meis. ibid. num. 8.
Literæ ſacerdotis non ſufficiunt in probatione ordinum, ſed aliæ literæ oſtendi debent. concluſio. 304 num. 14.
Literæ in lapidibus ſculptę non faciunt plenam probationem. concluſ. 399 num. 11.
Literæ in ære, vel lapide incıtæ voluntate vnius duntaxat, non nocent alteri. concluſio. 398. numero 10.
Literæ narrantes de reſignatione facta in curia per procuratorem in fauorem talis probant, concurrente confeſſione aduerſarij. concluſ. 392. num. 18.
Literæ iudicis circa ea, quæ ſunt aliena ab officio ſuo plene non probant. concluſio. 403. numero 14.
Literarum amiſſione probata non admittitur probatio per teſtes ſecundum ſtylum Palatij Apoſtolici. concluſ. 317. num. 13.
Literarum comparatio ſemiplenam facit probationem. quæſt. 12. num. 2.
Literis ſalui conductus in quibus caſibus ſit credendum, ibi remiſſiue. concl 19 num. 12.
Literis ambaſiatæ non eſt opus, quando perſona eſt nobiliſſima, perexcellens, & nota Principi. concluſio. 84. num. 1.
Locupletari non debet cum alterius iniuria, & damno. concluſio. 214. num. 8.
Locus cimiterio adiectus non habetur pro ſacro, licet in eo aliquis ſit ſepultus, neque gaudet priuilegio cimiterij. concl. 189. nu. 2.
Locus non arguit animum præmeditatum, ſi præceſſit rixa, vel iuſtus dolor, ſecus ſi non præceſſit. concluſ. 98. num. 4.
Locus, in quem mortua corpora ſepulta reperiuntur, ſi diu habitus fuerit pro cimiterio, cimiterium præſumendus eſt, & ſimul benedictum fuiſſe. concl. 289. num. 4.
Locus iuriſdictionis ratione exercitij præſumitur illius eſſe, qui iuriſdictionem exercet. concluſio. 395. num. 33.
Loca, quæ animum deliberatum præſumant. concluſio. 98. num. 13
Loca incluſa in finibus Caſtri, Regni, Ciuitatis, vel Prouinciæ non præſumuntur eſſe domini. concluſio. 217. num. 13.
Longa poſſeſſio habet vim tituli. concluſ. 180. numero 22.
Longinquitas temporis habet vim conſtituti, conſtitutum habet vim conſenſus, & conſenſus inducit directum dominium. concl. 548. numero 2.
Loquacitas viri ſoliti minas proferre, & nihil exequi, tollit præſumptionem minarum. concluſio. 98 num. 11.
Luſor ſemper præſumitur blaſphemare, & blaſphemus eſſe. concluſ. 194. num. 12.

M

Magis creditur teſtibus deponentibus pro inſtrumento, quàm deponentibus contra inſtrumentum de inſania, & mentis captione. concluſio. 502. num. 15.
Magiſtratus, ſi intra quinquaginta dies, per quos debet ſtare ad ſyndicatum, fugam arripit, & perductus ſit, licet inuitus ad locum, ex quo fugerat, ex illa fuga contra ipſum nulla probatio delicti inducitur. concluſio. 498. numero 12.
Magiſtratus fugiens habetur pro confeſſo. concluſio. 498. num. 10.
Magiſtratus vltra illorum ſalarium nihil debent recipere, nec officio durante, nec poſt. concluſio. 164. num. 2.
Magiſtratus accipens pecuniam à fœneratore gratis, ſi poſtea tulerit ſententiam pro illo etiam iuſtam, tunc dicitur committere barattariam. concluſio. 164. num. 4.
Magiſtratus non committit barattariam, quando ab amico ſuo donatum gratia amicitiæ recepit. concluſio. 164 num. 12.
Magiſtratus pro ſidis accuſant, & denunciant delicta leuia, eis creditur. concluſ. 26. num. 9.
Magiſtratus ſi creatus non fuit ſolennibus requiſitis, geſta per eum vt habitum & exiſtimatum pro tali ſunt nulla, & nullius momenti. concluſio. 188. num. 20.
Magiſtratui creditur in his, quę ad munus ſuū attinent. quæſt. 16. num. 15.
Magiſtratui creditur etiam cum maximo præiudicio tertij, quando Princeps, vel ſuperior eſſet in illo loco præſens. concluſione 269. numero 26.
Magiſtratum qui expleuit, compellitur iudicet vel domeſticos ſuos in iudicio exhibere, vt de his, quæ in magiſtratu geſta ſunt, teſtimonium proferant. quæſt. 5. num. 26.
Magnum quid dicatur, & quid modicum iudex arbitrari habet iuxta genus perſonarum. concluſio. 543. num. 10.
Maior pars rerum ſi eſt feudalis, aliæ etiam feudales præſumuntur, & infra numero 14. & contrarium per Nic. Bell. &c. concluſ. 79. numero 17.
Mala fides allegari non poteſt poſt lapſum longiſſimi temporis. concluſio. 225. num. 3.
Mala fides præcedens non tollit præſumptionem bonæ fidei acquiſitam per ſpatium 30. vel 40. annos. ibidem num. 4.
Mala fides nocet in præſcriptione. ibidem numero 5.
Mala fides probatur ex coniecturis, & quomodo. concluſio 45. num. 25.
Mala fides in aditione non inducitur, ſi diuerſis temporibus, & titulis quis emerit. concl. 45. numero 27.
Mala fides opponi poteſt vſque ad triginta annos, & vltra minime. concluſ. 225. nu. 9.
Mala fides nocet in præſcriptione. concl. 224. numero 5.
Mala fides, quæ inducitur ex ſtatuto, non tollitur ſpatio tanti temporis. concluſione 221. numero 17.
Mala fides etiam poſt triginta annos poteſt allegari, ſi poſſidens reſiſtit iuri communi. concluſio. 218. num. 10.
Mala fides præſumpta allegari non poteſt poſt triginta annos. concluſio. 225. num. 11.
Malæ fidei præſumptio ſi eſt fortior præualet præſumptioni bonæ fidei, non obſtante curſum temporis. concluſio. 225. num. 15.
Malæ fidei poſſeſſor de iure canonico non præſcribit in æternum. concluſio. 225. num 6.
Malitia ſequitur ex adulatione. concluſio. 56. numero 2.
Et in clericis eſt crimen capitale.
Malus qui ſemel fuit ſemper malus præſumitur in eodem genere mali, vel ſimili. concl. 212. numero 20.
Malum omne factum, prauo ſemper præſumitur actum, niſi ratione perſonæ contraria omnino oriatur præſumptio. concluſio. 213. numero 5.
Mandatarius accuſans, & deficiens in probatione tenetur pœna talionis. concluſione 24. numero 7.
Etiam ſtante ſtatuto, quod accuſans non probans teneatur, & intentauerit accuſationem plura capita continentem, ne omnia probauerit. num. 7. & 8
Manifeſta non indigent probatione. concl. 321. numero 3.
Mandatum non cenſetur datum ad illicita, & ampliationes ibi remiſſiue, & id in ſyndico communitatis, & hoc Rotam ſeruare, niſi oſtenderetur mandatum ſpeciale, & quando dicatur mandatum ſufficiens, & ſpeciale. ibi remiſſiue. concluſio. 146. num. 25.
Mandatum morte finitur, quia mandantis voluntas deſiit. concluſio. 188 num. 27.
Mandatum de contrahendo matrimonio etiam poſt concluſum matrimonium reuocari poterit, & matrimonium non valebit. concluſ. 847. num. 105.
Mandatum non probatum plenum in prima cauſa, poteſt probari in cauſa appellationis. concluſio. 118. num. 3.
Idem dicitur de alijs non probatis in principali cauſa, quæ probari poſſunt in cauſa appellationis. ibid. num. 4.
Mandatum ſit gratia mandantis, & conſilium ac perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & perſuadetur. concluſio. 419. num. 15.
Mandatum efficatius, & durius obligat, quàm conſilium. concluſio. 419. num. 6.
Mandatum præſumitur, & non conſilium, quādo diſpares ſunt inimicitiæ conſulentis, & exequentis contra occiſum ibid num 7.
Margarita Tridentina fratris Dulcini hæreſiarchæ coniunx crudeliter comburi maluit, quam ſcelus, quod profitebatur, deſerere. concluſio. 161. num. 22.
Margarita Belgica Louanio oriunda, ob eius in caſtitate conſtantiam crudeliter necata, in flumen, que rapidiſſimum proiecta, contra rapidiſſimos fluctus vſa fuit notabili ſplendore naturæ. concluſio. 162. num 47.
Maritus an concedere voluerit res datas ad vſum vxoris, id colligitur, ipſas inſpiciēdo, & quomodo. concluſio 563 num. 4.
Maritus legans aliquid vxori ſuæ, non cenſetur animo compenſandi cum dote, niſi expreſſe dixerit, legare. concluſio. 96 num. 11.
Maritus quando tenetur alere vxorem, non valet proteſtatio, quod alat ipſam animo repetendi. concluſio. 77. num. 4.
Maritus in quibus caſibus teneatur alere vxorem, vide remiſſiue. ibid.
Maritus alens vxorem ſanam, non præſumitur non animo repetendi alere ibid. num. 5.
Secus ſi dos non eſſet promiſſa, vel quando promiſſa, ſed non ſoluta. ibid. num. 6.
Maritus confitens recepiſſe dotem, ſi renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ante huic exceptioni tempus præfinitum tranſactum eſt, erit obligatus dotem reſtituere, & poterit contra eum agi ad dotis reſtitutionem. concluſio. 362. num. 8.
Maritus tenetur cum vxore morari, ideo nihil prodeſt abſentia. concluſio. 6 num. 2
Maritus alens vxorem cum proteſtatione animo repetendi, poteſt repetere. 77. num. 2.
Maritus habet exceptionem non numeratæ dotis contra mulierem, vel alios pro muliere, etiam ſi in confeſſione receptionis renunciaſſet huiuſmodi exceptioni. concluſ. 566. numero 4.
Maritus ſi nomine vxoris emerit, & poſſeſſio rei venditæ tradita ſit marito dominium rei venditæ ad maritum ſpectat, non ad vxorem. concluſio. 439 num. 2.
Maritus cenſetur procurator vxoris in bonis paraphernalibus eiuſdem. concl. 211. num. 4.
Vbi nulla dos eſt conſtituta, ibi paraphernalia eſſe non poſſunt. ibid.
Maritus non eſt procurator in bonis penes vxorem retentis, nec ipſi traditis. ibidem numero 5.
Maritus in bonis paraphernalibus vxoris intelligitur habere tacitam adminiſtrationem. ibid. num. 6.
Maritus agens contra vxorem iure mariti debet probare veram eſſe vxorem, item e contra,

quan-

Digitized by Google

quando vxor agit contra virum de adulterio. concluſio.58.num.5.
Maritus ſoluto matrimonio ſi agat contra vxorem, non debet in libello concludere, vt reſtituat bona, ſed pretium, ſeu pecuniam per ipſam in dictis bonis impenſam. concluſio. 214.num.17.
Maritus, vel hæredes (muliere negante non acquiſiſſe ex bonis viri) tenentur probare, quod conſtante matrimonio acquiſiuerit. concluſ. 30.num.2.
Martyribus in canonizandis quæritur tantum de miraculis, & de cauſa propter quam paſſi ſint. concluſio.262.num.9.
Mater, & auia alens ſpurios filios, & nepotes, præſumitur animo donandi non repetendi, quia de æquitate canonica tenetur illos alere. concluſio.76.num.4.
Mater adminiſtratrix bonorum filij, vel tanquam nutrix alens filios, vel nepotes, non cenſetur animo donandi, ſed repetendi. ibid. numero 5.
Mater proteſtans non animo donandi alere filios, vel nepotes, repetit alimenta. vide ibi contrarium. concluſio.76.num.7.
Mater vel auia alens filios, vel nepotes cũ proteſtatione animo repetendi, recuperat etiam impenſas etiam modicas factas in alendis filijs. ibid.num.8.
Mater, vel pater accuſans occiſores filij, vel è contra, tollitur præſumpta calumnia. concluſio.25.num 8.
Mater impenſas poterit repetere pro alimentis factis filio, etiam contra illos, qui tenentur alere filium ex aliqua alia cauſa. concluſio. 554.num.92.
Mater, quę dedit fundum communem ſibi, & filiæ in dotem, præſumitur dediſſe animo donandi. concluſio.554. num.21.
Mater redimens filium ab hoſtibus, animo donandi impendiſſe præſumitur. concluſ. 554. numero 68.
Mater expendens aliquid pro reſpicientibus perſonam filij, præſumitur cauſa pietatis facere. ibid. num.69.
Mater puellæ, & conſanguinei pro matrimonio poſſunt eſſe teſtes contra nobilem per eos accuſatum amore filiæ captum. concluſ. 26. num. 8.
Mater adminiſtrans bona filij, ſi alimenta præſtet filio, præſumitur præſtare de bonis filij, vel de proprijs, animo tamen illa repetendi. concl. 571.nu.9.
Mater ſi alimenta filio præſtitit, non animo repetendi, ſed donandi præſtitiſſe præſumitur. concluſio.554. num. 89.
Mater de ætate filij poteſt teſtificari, & quomodo procedat. concl.136.nu.5.
Mater alendo filios viuente patre, qui eſſet diues, & ad eum ſpectaret onus alendi eos, non præſumitur animo donandi, ſed repetendi à patre. concl. 76.num.20.
Mater faciens magnas expẽſas in alendis filijs, non præſumitur animo donandi, ſed potius repetendi, maximè ſi mater erat pauper, ſecus ſi modicæ eſſent expenſæ. ibid.nu. 11.
Materia quando quis dicatur habuiſſe animum occidendi, late tractatur per Afflict. concl. 97.num.21.
Matricula, qui non ſunt ſcripti, ſunt tanquam priuati. concluſio.262.num.65.
Matrimonium allegans tenetur probare. concl. 78.num.12.
Matrimonium ad dirimendum, quæ concurrere debeant, quando agitur de probatione conſanguinitatis, concluſione 410. numero 9.
Matrimonium ad probandum etiam ſi clam, & de nocte contractum ſit, non ſunt admittendi teſtes de domo, vel alias inhabiles. concl. 90.num.9.
Matrimonium cum magiſtratu licet prohibitum ſit, non tamen videntur prohibita ſponſalia, per quæ ad ipſum peruenitur, cum cauſa prohibitionis non ſit perpetua. concl.102. numero 13.
Matrimonium clandeſtinum quare dicitur. concluſio.297.num.4.
Matrimonium clam fuiſſe contractum dicitur, ſi omiſſe fuerunt ſolemnitates bonorum. ibidem num.5.
Matrimonium prohibetur inter magiſtratum, & ſubditum. concluſio.102.num.4.
Matrimonium, & non concubinatus præſumitur, ſi mulier, & vir paris ſint conditionis. concluſio. 342.num.9.
Matrimonium iudicari nõ debet ex nominatione vxoris in prælectoria, & ex tractatu, etiam quod de eo concurreret fama, ſi aliud non probetur. concluſio.347.num.11.& ibi contrarium.
Matrimonium publice dicitur, & nõ clam contractũ, ſi conuocatis amicis, & conſanguineis, & nemine ſerioſe excluſo celebratum fuerit. concluſio.297.num.6.
Matrimonium in facie eccleſiæ dicitur contractum, ſi in publico conuocatis vicinis contrahatur etiam ſine bannis. ibid.num.7.
Matrimonium in actu contrahendi, ſi potuerunt contrahentes alios teſtes non domeſticos adhibere, & non adhibuerunt, ipſis debet imputari. concluſio. 533. num.20.
Matrimonium præſumitur per longam cohabitationem mulieris, & viri, & non concubinatus, ſi de matrimonio extat fama cum alio adminiculo, vt inſtrumento dotis. concluſio. 342. num.2.
Matrimonium præſumitur ex cohabitatione diutina viri, & mulieris quoad filios, & legitimationem prolis. ibid. num.3.
Matrimonium dirimi poteſt, ſi coniuges confiteantur coniunctionem ſanguinis cum iuramento. concluſio 411.num.5.
Matrimonium dirimi poterit, ſi per inſpectionem viri ſtatim patebit de eius impotentia. concluſio.311.num.7.
Matrimonium inter Chriſtianum, & Iudæam contrahi non poteſt. quæſtio.7.num.44.
Matrimonium contrahens exercet actum omnino contrarium clericatui, & videtur renunciaſſe beneficio, & illud habere pro derelicto. concluſio.182.num.2.
Matrimonium probatur per diuturnam cohabitationem decem annorum accedentibus aliis adminiculis. concluſio.260.num 8.
Matrimonij in materia non oportet multum ſubtilizare propter periculum illegitimitatis. concluſio.342.num.5.
In matrimonio carnali non ſtatur aſſertioni coniugis ſuper impedimento. concluſ. 392. numero 2.
Matrimonia omnia irrita, & nulla habenda ſunt, quæ aliter, quam præſente Parocho, vel alio ſacerdote ex ipſius permiſſione, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus contracta reperiuntur. quæſt. 10.num 70.
Mediator admittitur ad probandam barrateriam, ſicut dicitur in ſimonia, & quando procedit. concluſio.265.nu.3.
Mediator ſiue proxeneta admittuntur ad probandam dotem. concluſio. 568. num.4.
Medicus ſi examinatur ſuper cauſa mortis, & deponit mortuum eſſe ex apoplexia, non poteſt interrogari, quid ſit apoplexia. concluſ. 430 num.4.
Medici dicunt fuge, fuge, & cito, & longe. concluſ.20. num.3.& 8.
Medicorum dictis ſtandum eſt tanquam peritis in arte. concluſio. 92.num.4.
Mediolanenſi in dominio quare velle ſcire homicidium eſſe commiſſum animo deliberato. concluſio.98.num.33.
Medium datur inter æditionem, & repudiationem. concluſio 47.num. 15.
Medio tempore diſputationis an appellatio admittenda ſit, vel ne, prout poſt eius admiſſionem nihil poteſt innouari. concluſione 148. numero 14.
Mendacium dicere, & veritatem ſupprimere, paria ſunt. quæſt.5.num.73.
Mendacium vnumquodque eſt aſſumptio pro veritate in recepta contraria veritati. quæſt. 16.num.4.
Mentio poſſeſſionis beneficij in ſupplicatione non eſt neceſſaria, ſi per annum non poſſedit. concluſio.183. num.5.
Mercator rationem reddere debet omni anno. concluſio.273, num.11.
Mercator non deſcriptus in matricula, non gaudet priuilegio mercatorum. concluſio. 252. numero 66.
Mercator in dolo præſumitur, qui dedit fideiuſſorem, qui continuo fugam arripuit. concluſ. 531. num. 124.
Mercator, vel Campſor, quando promiſit pro alio, nõ poteſt opponere, quod ſibi à tali, pro quo promiſit, non fuit numerata pecunia, concluſio.361.num.41.
Mercatores ſi aſſerant ſe damnum ſuſtinuiſſe furti vel naufragij, aut ſimilium, debent facere de hoc fidem intra annum. concluſio.273. numero 12.
Mercatorum aduerſus libros ſeu campſorum poteſt contrarium probari, etiam ſi teſtator diſpoſuerit, vt de re quapiam ſtetur libris rationum. concluſio.255.num.15.
Mercatorum libri, quando ipſi etiam ex conſuetudine non iurant artem ſuam ſine fraude exercere, nec plene probant, nec vllã fidem faciunt. concluſio.255.num.10.
Merces non probantur obligatæ pro penſione, cum ſunt illatæ in domum cõductam. Quod declara. concluſio.210. num.7.
Merces illatæ, & inuectę in domum, vel apothecam ad id conductam, pro penſione obligatæ ſunt domino. concluſione 210.num. 6.
Meretrix propter infamiam eius perſonæ tenetur ad pœnas non probando accuſationem propoſitam in iudicio. concluſ.254.num.31.
Merita an dicantur paria eſſe donationi, parendum eſt arbitrio iudicis. concl. 560. num.4.
Merita multa incidere poſſunt, quibus honeſtum eſt, liberalitatem cum decreto pręſtare. concluſio.186 num.12.
Merita & beneficia probare debent, & concurrere cum pretio bonorum donatorum, ad hoc vt donatio dicatur facta ob benemerita. concluſione 560.num.2.
Merita præcedentia faciunt non tantum ſimpliciter præſumi donationem, ſed etiam vt actus geſtus, alias dubius, pręſumatur donatio. concluſio 554 num.47.
Meritorum de probatione vide remiſſiue per Tiraquel. concluſio. 184. num.5.
Meritorum quando in donatione fit mentio, ſi de eis non appareat, non valet, & quare. concluſio.184.num.3.
Merum imperium conſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor elementa. conclus.403. num.4.
Metus non præſumitur ob reuerentiam, niſi concludenter probentur præceſſiſſe verbera, & minæ. concluſio.193.num.7.
Metus præſumitur ex tractatu præcedenti, ſi probetur interueniſſe tractatum de cogenda aliquem per metum ad contrahendum matrimonium. concluſio.531.num.74.
Metum allegans tenetur probare. concluſ. 78. numero 13.
Metu quæ geſta ſunt, nullum habent robur. concluſio.311.num.4.
Miles portando arma dicitur portare ſua propria inſignia, quod intelligitur in veris militibus, qui ſunt in expeditione belli. concluſ. 128.num.4.
Miles ſi ſemel ſe male habuit in militia, nõ eſt ei amplius credendum. concluſ.465. num.3.
Miles vnus, vel vir nobilis habens mille in bonis, eſt pauper: & vnus ruſticus habens minus, eſt diues. concluſio.525.num.12.
Militibus ſcriptis in matricula ſolum danda ſunt priuilegia militaria. concl. 262. nu. 66.
Minans ſi vilis homo, & timidus ſit, nec ſolitus minas exequi, contra ipſum non pręſumitur. concluſio.98. num.9.
Minæ de occidendo ſi ſoleant executioni mandari à proferente præſumunt animum deliberatum, alias non. concluſio.98. num.7.
Minores in crimine læſæ maieſtatis admittuntur cum auctoritate tutoris. concl.461.nu.5.
Minor, mulieres, & eccleſiæ petere poſſunt reſtitutionem in integrum, etiam poſt concluſionem in cauſa. quæſt. 17.num.55.
Miraculum ex hominum merito contingere debet, non vi verborum. concluſ.262 nu. 36.
Miraculum debet eſſe apertum, non autem latens. ibid.num.37.
Miraculum accidit pręter rerum naturam. concluſ.262.num.14.
Miraculum ex Deo fit cum vitæ bonitate eius per quem ipſe id operatur. concl.262. n.25.
Miraculum ad corroborationem fidei eſſe debet. concluſio. 262.num.38.
Miraculum vnicum ad canonizationem non ſufficit, ſed plura deſiderantur, & ante, & poſt mortem in perſona canonizandi diuina gratia facta. ibid. num.49.
Miracula ad canonizandum aliquem non ſolum probari debent in vita facta, ſed etiam poſt mortem. concluſ.262.num.43.

Mira-

Digitized by Google

Miracula plura requiruntur ad canonizandum aliquem. concluſio.262.num 46.

Miracula hodie Deus raro operatur. concluſio. 262 num.59.

Miracula ſunt veriora ſigna ſanctitatis alicuius. ibidem.

Miracula interdum etiam fiunt ab improbis hominibus. ibid.num.60.

Miracula probari debent ad ſanctum canonizandum. concluſio.262.num.24.

M[illegible] magorum non miracula ſunt, ſed [illegible] propriè dicuntur. concluſio. 263. numero 32.

M[illegible] aliquando fiunt per malos arte [illegible] magica, & diabolica. concl.262. nu. 46.

Miraculorum frequentia probari debet à pluribus teſtibus quam duobus. concluſio. 262. numero 40

Miraculorum operatio frequens creſcere debet [illegible] de operibus perſcrutetcere, & in [illegible] Chriſtianorum opinio ſanctitatis, [illegible] qui canonizetur. ibid.nu.62.

M[illegible] non eſt credendum, eo quod aliquando etiam fiunt à ſceleratis hominibus. concluſio.262 num.27.

Mirandum facere, donum eſt Spiritus ſancti. concluſio.262.num.30.

Mobilia in caſtro, vel domo feudali cenſentur allodialia propter diuerſitatem naturæ, quia ve[illegible] acceſſoriæ etiam ea in feudum datæ intelliguntur. concluſio.14.num.7.

Mobilia accedunt naturæ immobilium, & illorum naturam aſſumunt, & pars fundi cenſentur. ibid num.8.

Et quando, ibid. & num 9.

Modicitas pretij quæ ſit, relinquitur arbitrio iudicis. concluſio.447.num.11.

Modicitas pretij ad conſiderandum an interuenerit, conſiderari debet quanto res valeat tempore contractur. conclul.447.nu.16.

Modicitas pretij, & pactum de retrouendendo ſufficiunt ad probandum contractum ſimulatum. concluſio.447.num 6.

Modicitas pretij iuncto pacto retrouendendi, vt faciat contractum præſumi vſurarium, debet eſſe admodum tenuis. ibid.num.7.

Modicum, & nihil, æquiparantur. conclul.44. numero 39.

Modicum & magnum pertinet ad arbitrium iudicis iuxta qualitates, & conditionem, ſeu gradum perſonarum, ibi remiſſiue. concl.75. numero 27.

Modus cognoſcendi ſeruitutem, ſeu iuriſdictionem continuam & diſcontinuam. concl.424. numero 46.

Modus quilibet vacandi, quare intelligatur de modo eueniente in perſonam, de qua in ſupplicatione, & non in alia, de qua non fuerit facta mentio. concluſio.181.num. 4.

Modi probandi aditionem hæreditatis diſcutiuntur. concluſio.41.num.1.

Modi, & actus magni, neceſſarij, & quibus in vſu forenſi vtimur, aditionis hæreditatis adducuntur. concluſio 40.num.6.

Modi quidam iuramenti per verba. concluſio. 347.num.78.

Molendinum an ſit prædium ruſticum, vel vrbanum, vide remiſſiue. conclul.210.num.3.

Monachus pro mortuo habetur mundo. concl. 261 num.3.

Monachus ſi mortuus præſumatur, id intelligi debet quoad matrimonium. ibid.num.4.

Monachi, vel conuerſi cuiuſuis religionis teſtes eſſe non poſſunt iniuſſu illius, cui ſubſunt. concluſio.261.num.5.

Monachus probatur apoſtata, ſi ad negotia ſecularia ſe conuertit. concluſio.112.num.11.

Monachus an & quibus modis per dimiſſionem habitus apoſtata cenſeatur. concl.112.nu.31.

Monachi ſunt mortui mundo. concl.3.num.12.

Monachi fratres minores, & prædicatores poſſunt cogi teſtificari, habita licentia ſuorum ſuperiorum. ibid.

Monachi, fratres minores & prædicatores, & homines de vniuerſitate, quando aliter veritas haberi non poteſt, teſtificantur pro cauſis eccleſiarum, & vniuerſitatum. ibidem numero 13.

Monachi in quibuſcunque locis exiſtant, ſiue etiam in lecto quieſcant, ſemper debent habitu monachali vti, & quo pacto debeat id accipi. concluſio.112.num.32.

Morientibus peſte raro, vel nunquam poſſunt miniſtrari ſacramenta eccleſiaſtica. concluſ. 20 num.5.

Morientibus ſæpe contingit eſſe à mente, & intellectu alienis. concluſio.144 num.8.

Mores, quæ & conſuetudines ſunt, in bonæ fidei iudicijs veniſe debent. concluſ.199. num.4.

Mors de facili contingit. concluſione 170. numero 10.

Mortis celeritas in animali præſumitur ex vulnere, vel vlcere. concluſio.92.num.10

Mortem, vel vitam alicuius allegans tenetur probare. concluſio.78.num.14.

Mortuus ſi viſus ſit ad loca occulta, vel per quę ſolebant ſuperſtes naufire, & ibi mortuus armis, præſumitur de rixa, & cæde cogitaſſe. concluſio.72.num.1.

Mortuus ab armis optimè inſtructus præſumitur hoſtili animo, & cauſa aliquam lædendi, vel ſuperſtes eſſet inermis, ibid.num 12.

Mortuus incipiens dare operam rei ſlagitioſæ præſumitur aggreſſor. ibid.num.13.

Mortuus præſumitur primus aggreſſor, ſi grauius illi eſſet minatus. conclul 72.num.8.

Mortuus in carcere dicitur mortuus in cuſtodia, & ſic non culpa cuſtodis. concluſio.167. numero 5.

Mortuus præſumitur aggreſſor, ſi fuerit robuſtior, vel potentior. conclul.72.num. 3.

Mortuum habuiſſe animum offendendi, ex verbis præſumitur, & aggreſſor præſumitur. concluſio.72.num 7.

Mulier habet patrimonium triplicis generis. concluſio.111 num.2.

Mulier ſi confeſſa fuerit dediſſe viro ſuo, talia, & tanta bona, probat, & ſibi præiudicat. concluſio.566 nu.6.

Mulier ſi ſit hæres amplæ hereditatis paternæ, vel aliunde bona habeat, quod etiam nomine proprio, cenſetur emiſſe de bonis patris. concluſio.214. num.8.

Mulier adminiſtrans bona pupilli præſumitur de eius dote ſatiſfacta. concluſio.54.num.6. Secus ſi contrarium probaſſet per librum rationum.

Mulier an per aſſenſum luxurioſum amittat dotem, ibi remiſſiue. conclul.64.num.2.

Mulier confitens dediſſe talia bona in dotem viro ſuo, probat. concluſio.361.num. 3.

Mulier etiam meretrix teſtificari poteſt in crimine læſæ maieſtatis. conclul.462.nu.7.

Mulier carcerata ſi grauida inueniatur, culpa cuſtodis præſumitur. conclul.267.num.4.

Mulier & ruſticus præſumuntur ignorare iura. concluſio.47.num.5.

Mulier aliquam artem habens, vt obſtetrix, ſine marito mercatur, vel textrix, quod acquirit, ſibi acquirit, quaſi ex propria induſtria partum, & ceſſare tunc omnem ſuſpitionem turpis lucri. concluſio.214.num.11.

Mulier obſequialia ſeruitia debet preſtare marito, non autem induſtrialia. ibid.nu.12.

Mulier donare non præſumitur, quia genus eſt auariſſimum. concluſio.154.num.2.

Mulier an ſemper præſumatur acquiſiuiſſe bona marito mariti, vide remiſſiue. concluſio. 212.num.5.

Mulier ſi tempore contractus matrimonij aſſeſrat ſe virginem, & poſtea fateatur ab alio corruptam, non eſt audienda, ſi ponere, quæ al legat ſuam turpitudinem. concluſione 311. numero 6.

Mulier petens alimenta debet probare non habere bona aliunde ad ſe alendum quando ſunt ei relicta miſerationis cauſa. concluſio. 77.num.10.

Mulier etiam ſi confeſſa ſit recepiſſe dotem, poteſt tamen opponere exceptionem de non numerata pecunia, ſed ſi eius confeſſio fuerit geminata, exceptio ceſſat. concluſione 345. numero 54.

Mulier tenetur operari viro, non ſtare in domo vt corpus mortuum, & in quibus operibus, & ſecundum conſuetudinem loci. concluſ. 30. numero 16.

Mulier formoſa vix poteſt caſte viuere. concl. 61. numero 2.

Mulier ad probandam declarationem voluntatis teſtatoris recipitur, licet alias in teſtamentis repellatur. concluſio. 485.num.3.

Mulier effugiens e carceribus cauſa euitandæ libidinis, punienda non eſt, ſed eſt excuſata. concluſio.266.num.29.

Mulier propter morbum excuſatur, ſi non probauerit accuſationem. concluſione 254. numero 28.

Mulier vbi non probauerit delictum publicum, quod propoſuit, tenetur eadem pœna, qua venit puniendus accuſatus. ibid. num.29.

Mulier punienda eſt extra ordinem arbitrio iudicis, & poteſt actione iniuriarum conueniri, & vt illius tenetur ad omne damnum, & intereſſe accuſati, quando accuſationem non probauit, ibid.num.30.

Mulier nubens dote non conſtituta viro, in dubio omnia bona ſua in dotem ipſi viro dediſſe cenſetur, quando vero contrahit matrimonium. conclul.213.num.2.

Mulier, quando priori viro bona ſua in dotem dederat, & ſimpliciter ſecundo viro tradidit, tunc dos ipſa repetita videtur, ſi ex priore matrimonio non extant liberi.ibid. nu.3.

Mulier etiam putatiua cenſetur acquiſiuiſſe ex bonis viri conſtante matrimonio putatiuo. concluſio.30.num. 14.

Mulier poteſt quærere ex eius induſtria, & artificio ex ſe, vel cum viro ex aliqua honeſta negotiatione, quo apparente tollitur præſumptio, acquiſiuiſſe de bonis viri, ac lucri turpis, & quando. ibid. num.15.& ſup.num.8.

Mulier honeſta, & probatæ vitæ, & famæ propter fragilitatem ſexus excuſatur ſi non probat accuſationem intentatam. conclul. 254. numero 32.

Mulier ſi contradicat, non poſſunt eius bona paraphernalia à viro adminiſtrari. concluſ. 211. num.9.

Mulier non cenſetur omnia bona dediſſe in dotem, quando ſimpliciter contraxit matrimonium abſque aliqua conſtitutione dotis. concluſio.576.num.2.

Mulier ſi contraheret ſine conſenſu propinquorum, pro forma requiſita confeſſio appoſita in illo contractu probaret contra eam. concluſio.358.num.2.

Mulieris ſunt veſtes, & alia, quæ eidem conueniunt, vt pectines, pellicea, & huiuſia, & contrarium dicens, probare debet. concluſione 213 num.4.

Mulieris teſtimonium idoneum eſt in codicillis. concluſio 308. num.6.

Mulieris tria ſunt ſuſpecta ad libidinem iuuentus, pulchritudo, & paupertas. concluſio.61. numero 5.

Mulieris de geſtibus non eſt diſputandum, quia vna formoſa, altera deformis eſt. ibidem numero 6.

Mulieri iuranti ſe à viro coguitam fauore matrimonij fides habetur. conclul. 382. nu.24.

Mulieri licet contrarium probare, quando vir per iuramentum aſſerit, ſe cum ipſa concubuiſſe. ibid num.25.

Mulieri non creditur, ſi ipſa negaret, acquiſiuiſſe ex bonis viri, quia non ſtatur eius aſſertioni, niſi probet, vide ibi contra. concluſio. 30. numero 10.

Mulieres admittuntur ad probandum crimen læſæ maieſtatis, & accuſare, & teſtificari poſſunt concluſio.462.num.6.

Mulieres ad iudicium trahi non debent, inuitę. quæſt. 5.num. 102.

Mulieres ex ſtatuto contrahere nō poſſunt ſine conſenſu proximorum ſuorum, ſed ſtatuto non obſtante ipſæ contrahunt. concl.367. numero 12.

Mulierum genus auariſſimum pręſumitur. conclul. 150.num. 3.

Mulierum duarum Bohemarum conſtantia in ſceleratæ diſciplinæ inſtituto. concluſ. 262. numero 21.

Multa tractantur, quæ non perficiuntur. concluſio.567.num.4.

Multa dicuntur, quæ non fiunt, & multa tractantur quæ non perficiuntur. concluſ. 126. numero 3.

Multi reperiuntur, qui non ſciunt ſcribere diuerſas literas, adeo vt vna alteri ſimilis non ſit. concluſio.350.num.2.

Multi pro peritis habentur, qui tamen periti non ſunt, & in eorum relatione diligens inquiſitio iudicis interuenire debet. concluſio. 430. numero 6.

Multi reperiuntur verba minatoria proferentes, qui nil aliud gerunt quàm ſe horribiles oſtendere. concl.98 num. 10.

Munera non omnia, ab omnibus accipienda ſunt. concluſ. 164 num. 13.

Murus

Digitized by Google

Murus, quando non apparet magis de iure vnius, quàm alterius, & communiter poſſideatur, præſumitur eſſe communis, donec probetur contrarium. concluſione 228. numero 9.

Murus quando ex parte alicuius habet aliqua ſigna, vt feneſtræ, & alia, ex ſola immiſſione tigni alterius non præſumitur communis. ibid.num.10.

Mutatio vt plurimum facta non creditur, niſi probetur. concluſio. quingenteſima vigeſima quinta. num.5.

Mutatio confinium in dubio non præſumitur, ſed vtrum fuere termini, & ita nunc eſſe præſumuntur. concluſione 393. numero 8.

Mutuans pecuniam magiſtratui dicitur eum corrumpere. concluſio.453.num.18.

Mutus non poteſt ſtipulari: quia loqui nequit. concluſio 9.num.3.

Mutui in contractu datur ſpacium biennij ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſed in alijs eſt triginta dierum. concluſio.361.num.25.

N

NArrans in precibus verba partis contrariæ, non videtur illa fateri. concluſio. 368. numero 18.

Narratiua Summi Pontificis non probat, quando innititur facto alieno non autem proprio. concluſio.264.num.12.

Narratiuæ Papæ creditur quoad effectum obtinendi adiudicationem, & etiam quo ad effectum obtinendi commiſſionem. concl. 264. numero 22.

Narratiuæ & aſſertiuni Papæ ſtatur etiam de facto alieno in his, quæ ſunt parui præiudicij, ibid.num.23.

Duo ſi narrantur coniunctim, & vtrunque ſufficiat ad concluſionem, tunc vtrunque probandum eſt. concluſio.325.num.21.

Narratorum quando vnum falſum eſt, omnia falſa præſumuntur. conclus.325.

Natura nobilium eſt multo maiorem referre gratiam. concluſio.354.num.60.

Natura non creat artem, ſed diſponit ad artem. concluſio.302.num.14.

Natura humana potius prona eſt ad deſidiam, & voluptatem, quàm ad laborem, & induſtriam, & ad malum potius, quàm ad bonum. concluſio.31.num.46.

Natura orationis negatiuæ eſt, quod nullo tempore vera ſit. concluſio. 148.num.9.

Natura legis generalis ea eſt, vt ſit perpetua, & ſtabilis, ſed cancellariæ regulæ vna cum authore ſuo deficiunt. concluſione 258. numero 6.

Natura correlatiuorum contractum eſt, vt vna parte ſublata, altera tollatur, & quando. concluſio.14.num.14.& 17.

Naturalia ijs, quæ arte conſtant, ſunt nobiliora & priora. quæſtione decima, numero 18.

Naturaliter quilibet eſt bonus. quæſtione 10. numero 29.

Naturalis cauſa potius præſumitur, & attenditur, quàm extrinſeca, & accidentalis. concluſione centeſima quinquageſima ſeptima. num 2.

Naturale nihil tam eſt, quàm eo genere diſſolui quodque quo colligatum eſt. quæſt. 16. numero 21.

Naturales filij dicuntur infames, non ſunt in moribus continentes, nec in fide ſtabiles, nec in bello fortes. concluſione 67. numero 4.

Nauim, domus Medicorum, & communia Florentiæ eſſe, probatur ex vexillis, & inſignijs. concluſione quingenteſima quinquageſima prima. num.4.

Negans ſe dominum, & ſimul poſſeſſorem, cenſetur habere rem pro derelicta. concluſione quingenteſima quinquageſima. numero 7.

Negans quod naturaliter ineſt, id eſt paupertatem, & allegans diuitias, probare tenetur. concluſione quingenteſima vigeſima quinta. num.3.

Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio. concluſione 36. numero 6.

Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio. quæſtione decimaſeptima. num.2.

Negante bona non ſufficere ad debita, obſtat iuris præſumptio: quia quilibet præſumitur ſoluendo. concluſione 205. numero quarto.

Negantibus in criminalibus plus creditur, quam affirmantibus. concluſione 70. numero 11.

Negatiua venit probanda ab eo, qui in ea ſe fundat, concluſione trecenteſima quadrageſima tertia. num.10.

Negatiua non munita loco, & tempore non cadit ſub ſenſum teſtis. concluſione 70. numero 5.

Et quando non procedat, ibidem numero 10.

Negatiua probatur, quando pro ea præſumptio iuris concurrit. concluſione 70. numero 13.

Negatiua vniuerſalis eſt potentior affirmatiua, quia magis negat, quam affirmatiua affirmet. concluſione 70. numero 14.

Negatiua non ita ſe offert ſenſui, ſicut affirmatiua. concluſione ſeptuageſima. numero 3.& 5.

Negatiua ſui natura probari non poteſt. concluſione 70.num.1.

Negatiua vniuerſaliter indefinite concepta omnes caſus non comprehendit. concluſio. 148.num.9.

Negatiua probatur per ſcripturam, & dicitur coarctata ſcriptura, quæ per ſcripturam probatur. concluſione ducenteſima quinta. numero 9.

Negatiua ſi non probaretur per inſpectionem inuentarij, fruſtra eſſet hæredi conceſſum beneficium inuentarij. ibidem numero 10.

Negatiua quare probetur per aſſertionem hæredis. ibidem num. 12.

Negatiua, quæ cadit ſub ſenſum teſtis, quæque ab illo melius percipi poſſit, quando eſt vnita, & melius probatur per duos negantes, quam vnum affirmantem. concluſio. 70.num.7.

Negatiua quo pacto, & tempore, & loco coarctetur, vide remiſſiue. ibidem numero 8.

Negatiua eſt de iure improbabilis. concluſio. 45.numero 52.

Negatiuam quis tenetur probare, quando eſt fundamentum ſuæ intentionis. concluſione 77.numero 11.

Negatiuam loco, & tempore, quod cadere ſub ſenſum teſtis, & probari poſſet. concluſione 70.numero 6.

Negatiuam allegans illam probare debet. concluſione ducenteſima quinta, numero ſexto.

Negligenti iura non ſubueniunt. concluſione 118.numero 56.

Negligentia vbi non eſt, non debet eſſe pœna. concluſione 7. numero 14.

Negligentiam alterius non præiumi. concluſio. 7.numero 6. & 7.

Negociationi alicuius quem propoſitum allegans tenetur probare. concluſione 78. numero 16.

Negotij, quando quis nihil habet cum alio, debet in dubio præſumi eum non deliquiſſe, niſi non afferatur aliqua cauſa, concluſio. 495.numero 14.

Negotia probantur per rationem. concluſione 54.num 7.& 8.

Negotiorum geſtor tenetur actiones edere, & per eundem acquiritur domino ratum habenti. concluſione 346.numero 4.

Negotija in pertractandis aliqua prius præmittenda ſunt vires, de qua agitur, cognitu faciliora reddatur. numero 3.

Nemo teſtis poteſt eſſe in cauſa propria. concluſione 26.numero 2.

Nemo ab origine eſt fœnerator, nec præſumitur quis vnquam retro vſurarius. concluſio. 495. numero 9.

Nemo poteſt largiri de alieno. concluſione 44. numero 19.

Nemo delinquere præſumitur. concluſio.235. numero 2.

Nemo præſumitur dicere, quod mente non cogitauit. concluſione quadrageſima prima. numero 13.

Nemo eſt tam ſanctæ & inculpatæ vitæ, vt ſolius eius aſſertioni ſtandum ſit. concluſ.36. numero 15.

Nemo ſe, ſeu ſanguinem ſuum odio habere præſumitur. concluſione 71. numero 4.

Nemo de vniuerſitate dicitur deponere in cauſa propria; cum aliud ſit vniuerſitas, & aliud ſinguli de vniuerſitate. concluſione 305. numero 23.

Nemo præſumitur indebitum ſoluere, nec indebite promiſiſſe. concluſione 306. numero 7.

Nemo poteſt ſe aſtringere ad duo copulatiue probanda, niſi quoad concernentia eius intereſſe. concluſione 325.num.20.

Nemo præſumitur iactare ſuum. concluſione 439.nu 20.

Nemo ſuas fortunas ſponte eijcit. concluſ.554. numero 2.

Nemo rem ſuam iactare præſumitur. concluſ. 94. numero 22.

Nemo in criminalibus ex præſumptionibus damnatur, & in dubio fortuna interfuiſſe præſumitur. concluſione 159. numero 13.

Nemo præſumitur mori cum mendacio, & peccato. concluſio 359.num 29.

Nemo poteſt & accuſator, & teſtis eſſe. concluſ. 26.num.2.& 8.9 & 10.

Nemo præſumitur fraudem committere. concluſio.491.num. 13.

Nemo præſumitur malum conſilium dare, ſed bonum aut nullum. ibidem numero 14.

Nemo præſumitur ignorare, quæ omnes in ciuitate ſciunt. concluſione 194. numero 26.

Nuntius aſſerenti ſe eſſe legatum, credendum eſt. concluſio.491.num 9.

Neptis quomodo in dubio teneatur, vel non ſibi computare dotem in legitimam. concluſio.156 num.22.

Neptis in dubio dotata præſumitur contemplatione filij, & ad eius exonerationem. concluſio.156.num.7.

Neptem in dubio non præſumitur dotatam ab auo contemplatione filij, quando pater eſſet pauper. concluſione 156. numero decimo quinto.

Neronis proſtitum quoddam laudatiſſimum. quæſtione 9 num.54.

Niciæ Atheniēſis, & Demoſthenis mors ſibi ipſi in carceribus illata aſcribitur culpæ cuſtodis. concluſione 267. numero decimo quarto.

Nocentem abſoluere tutius eſt, quàm innocentem condemnare. concluſione 36. numero 7.

Nomen ſolum cum non ſit ſingulare, non reddit rem certam quia pluribus competit. concluſione 523.numero 18.

Nomine hæreditatis non veniunt bona feudalia. concluſione 45.num.21.

Nominatio ſummi Pontificis non eſt valida probatio pro clericatu, ſi vindicando beneficium quis aſſerit ſe clericum. concluſione 304.numero 22.

Nominatio filiationis poteſt patri multum præiudicare. concluſione 412. numero decimo tertio.

Nominatio fratris, vel conſanguinei non probat quem eſſe ſanguini coniunctum. concluſione 411.numero 10.

Nominatio, & tractatus quem piam in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis conſtituunt, concluſione 411.numero 15.

Nominatio probat conſanguinitatem etiam in deciſorijs, & etiam ſi agatur, vt quis hæreditatem cernere poſſit. concluſione 411. numero 17.

Non eſt in dolo, qui contra iura ignoranter mercatur. concluſione 531.numero 130.

Non omnis qui moritur eſt Ioan. Euangeliſta. concluſione 144 num.29.

Notarius qui eſt in poſſeſſione, & conficit inſtrumenta, tanquam notarius, hoc et non prodeſt, ſi negatur notarius, niſi aliter probet notariatum. concluſione 517. numero 6.

Notarius confeſſionem recipere non poteſt, niſi præ-

Digitized by Google

ſi præſente iudice, vel mandante. concluſio. 348. numero 53.

Notarius in dubio rogatus non præſumitur, vbi contrarium. concluſione quarta. numero 11.

Notarius rogatus de conficienda ſcriptura, ſi per errorem vel negligentiam omittit, poteſt eius rogitus probari per teſtes. concluſ. 32. numero 23.

Notarius teſti æquiparatur. concluſione 430. numero 8.

Notarius pro abſentibus ſtipulari poteſt. concl. 359. num. 11.

Notarius non facit fidem, niſi de his, de quibus fuerit rogatus. concluſione 35. numero 17.

Notarius non poteſt actum ſcribendi ipſum documentum alteri mandare, etiam ſtante multitudine negotiorum, etiam ſi ſe ſubſcribat, & quod ſit manu eius partim, & partim alterius. concluſio. 4. num. 9.

Et quod poſſit committere. num. 12.

Notarius poteſt tantum apponere clauſulas conſuetas in inſtrumento ab eo recepto. concluſio. 199. num. 16.

Notarius ſimpliciter rogatus, præſumitur rogatus cum clauſulis conſuetis. concluſio. 290. numero 10.

Notarius in inſtrumento dotis apponere debet obligationem hypothecariam, etiam ſi ſibi non fuerit dictum, ibidem numero 11.

Notarius quando poſſit inſtrumentum teſtamenti demortui extrahere. concluſione 4. numero 15.

Notarius corrigere poteſt errorem, & quando citata parte vel non, procedat. ibidem numero 16.

Notarius præſumitur in inſtrumento procuratoris talem hæredem Titij, de voluntate conſtituentis enunciaſſe. concluſio. 49. numero 4.

Notarius falſarius non eſt præſumendus, numero 4.

Notarius cenſetur in inſtrumento apponere verba, prout ciuiliter intelliguntur. concluſ. 9. numero 11.

Notarius per dictionem &c. intelligit omnia communia iuxta ſtylum ſuum, ſeu eo deficiente iuxta communem loci aliorum notariorum ſtylum. concluſione quarta. numero 7.

Notarius quando in committendo errat, non poteſt ſe corrigere, & quando poſſit. concl. 4. numero 25.

Notarius non rogatur de ſanitate mentis, ideo ei non creditur. concluſione 302. numero 13.

Notarij, mercatores, & ſimiles qui ratione officij tenentur cuſtodire, nedum amiſſionem probare debent, ſed etiam per eſſum fortuitum amiſiſſe. concluſione 88. numero 9.

Notarij mors habet vim ſigni & ſubſcriptionis, & quando procedat. concluſione 4. numero 18.

Notarij ſubſcriptio includit effectum præcedentium, & tantum operatur, quantum ipſa ſcriptura. concluſione 4. num. 12.

Notario atteſtanti creditur de his, quæ pertinent ad officium ſuum. concluſione 35. numero 15.

Notario non creditur, niſi de eo, de quo eſt rogatus. concl. 4. num. 11. & quando credatur. numero 12. 23. & 25.

Notario non creditur, ſi dicat in teſtamento ſanus corpore, & mente infanus, error præſumitur, & propterea teſtamentum non vitiatur. concluſio. 78. num. 46.

Nec ſi dicat, mulierem certiorem feciſſe de virtute renunciationis alicuius legis, vel ſtatuti, niſi aliunde probetur, quod certiorem fecerit.

Notario aliquid atteſtanti non creditur, niſi in his, quæ intervenire, & explicari potuerunt tempore confecti inſtrumenti. concluſ. 415. numero 24.

Notario aſſerenti in inſtrumento cauſæ cognitionem interueniſſe in decreto iudicis, non creditur. concluſione 456. numero 22.

Contrarium num. 23.

Notario non ſemper credendum eſt de his, de quibus fuit rogatus, ſecundum Riminal. &c. concluſ. 35. num. 19.

Notario aſſerenti ſe vidiſſe, & legiſſe Priuilegium Comitis Palatini, non creditur, niſi aliunde probetur. concluſione 234. numero 7.

Notario ſcribenti in actis aliquid ſibi commiſſum non creditur. concluſione. 189. numero 4.

Notario non ſufficit diligens inquiſitio, & aliter quam per iuramentum probare tenetur. concluſione 88. num. 8.

Notarium noluiſſe plus ſcribere ex imperfectione clauſulæ apparet. concluſione 4. numero 4.

Notarium habuiſſe protocollum pro perfecto, quando neceſſaria ad ſubſtantiam poſuit. ibidem nu. 6.

Notarium vel clericum eſſe vel poſſe viuere ex eius operibus allegans tenetur probare. concluſione 78. num. 28.

Notorie conſtare de non iure acceſſu, quando dicatur, vide ibi remiſſiue. concluſione 17. numero 8.

Notorietas quando reſtitutionem impediat. concluſione 146 numero 11.

Notorietas ſuperueniens in poſſeſſione propter ſententiam latam non impedit reſtitutionem, ſi probetur. concluſione 146. numero 19.

Notorius defectus iuris agentis obſtat in beneficialibus, non in profanis. concluſione 146. numero 11.

Notorius defectus per conuentum oppoſitus non impedit reſtitutionem, quando opponens eſſet in eodem crimine. concluſio. 146. numero 15.

Notorius defectus agentis non impedit reſtitutionem in profanis. concluſione 149. numero 9.

Et quomodo procedat, ibi vide ampliationes & remiſſiue. num. 10.

Et quando poſſeſſio tam in profanis, quàm in beneficialibus ſequeſtretur ibi remiſſiue.

Notorius defectus proprietatis de proprietate tertij, non impedit reſtitutionem, ſi agens probauerit attentatum lite pendente, & ibi vide rationem, & quando agenti obſtet. concluſione centeſima quadrageſima ſexta. num. 22.

Notorij allegatio fieri poteſt etiam concluſionem in cauſa. quæſt. 10. num. 59.

Notorium tollit præſumptiones ignorantiæ. concluſio. 162. num. 20.

Notorium an & quomodo probandum ſit, vide remiſſiue. quæſt. 17. num. 19.

Notorium facti permanentis de non iure petentis impedit reſtitutionem, ſecus facti tranſeuntis, quia recipit probationem, & quando procedat. concluſione 146. numero 17. & 18.

Notorium ſi oriatur ex iure, ſiue ex facto iuris non eſt allegandum. quæſtione 10. numero 60.

Notorium facti ſi non eſt permanentis, & debeat probari, lex reijcit huiuſmodi probationem à præſumptione. quæſtione 10. numero 26.

Nouum, & diuerſum ab eo, quod continetur in articulis deductis, probari non poteſt in cauſa appellationis. concluſione 118. numero 50.

Nuæ nuptiæ dicuntur infra annum. concluſ. 103. num 10.

Nuceria nouerca Firmam priuignum gladio dormientem adoritur. concluſione 196. numero 3.

Nullus omnia oculis mentis colluſtrare poteſt. quæſt 7. num. 46.

Nullus præſumitur à ſe ipſo habere nec titulum, nec poſſeſſionem beneficij. concluſione 180. num. 11.

Vide ibi contraria non habere locum quando longo tempore poſſedit.

Nullus tenetur, nec debet amittere ſuum ius, vel deſiſtere à proſequutione ſui iuris, vel poſſeſſionis ſuæ, propter aliquam contradictionem, vel appellationem. concluſio. 148. numero 3.

Nullus in cauſa propria eſt audiendus nec eſt idoneus teſtis. concluſione 461. num. 24.

Nullus admittitur ad iurandum ea, quæ non ſunt veriſimilia. concluſione 356. numero 5.

Nullus in cauſa propria eſt teſtis idoneus. concluſio. 144. nu. 10.

Nullus in vitæ diſcrimen debet venire. concluſ. 19. num. 10. & 11.

Nullus præſumitur velle malum committere: ſed iudex ex circumſtantijs arbitrabitur, concluſio. 159. num. 10.

Nullum ſimile eſt idem. quæſt. 9. nu. 3. & concluſio. 411. num. 11.

Nulli creditur ſine literis, niſi ſit Cardinalis. concluſio. 169 num. 3.

Nulla extaret differentia inter forum conſcientiæ, & forum iudiciale, ſi permitteretur ſacerdoti: vt in cauſa matrimoniali valeret detegere confeſſionem, & eius dictum probaret. concluſione trecenteſima ſeptuageſima ſeptima. num. 7.

Nuncius ſi referat ſe inueniſſe hæredem in poſſeſſione talium bonorum, præſumitur illa bona poſſeſſa fuiſſe tempore mortis per defunctum & contrarium aſſerenti, incumbit onus probandi. concluſione 199. numero 3.

Nuncij dicto ſtatur ratione publici muneris, & pro eo præſumitur. concluſione 294. numero 5.

Nuncij dicto ſi contradicant acta ſcripta per Notarium, ſtatur actis ſcriptis. concluſ. 189. numero 10.

Nuncio aſſerenti in relatione ſe citaſſe iudicis mandato ac iuſſu nulla fides eſt habenda. concluſio. 249. num. 2.

Nuncio iurato, & notario creditur ratione officij, ſecus in alijs. concluſione duodecima. numero 5.

Nuncio magis creditur, ſi pars neget ſe fuiſſe citatum, niſi iudex ex aliqua coniectura contrarium arbitretur. concluſione 192. numero 25.

Nuncio, & executori iurato licet credatur in his, quæ ſpectant ad officium illius, poteſt tamen probari contrarium. concluſio. 49. numero 13.

Nuncio, & actis iudicium creditur, niſi ex aduerſo validæ offerantur probationes. concl. 291. num. 18.

O

OBiectus in criminalibus plene probandi. concluſio. 1. num. 16.

Obligari in quem velle pro modica re, non eſt veriſimile. concluſio 45. num. 40.

Obligatio non probatur, ſed executio obligationis, cum ex prima natura communionis erant obligati fratres ad diuidendum. concl. 526. num. 3.

Obligatio per iuramentum acquiritur Deo qui ſemper eſt præſens. concluſione 347. numero 73.

Obligatio non oritur ex iuramento de iure ciuili, ſed tantum de iure canonico. concluſ. 359 num. 19.

Obligatione principali extincta, non extinguitur acceſſoria. concluſio. 14. num. 13.

Obſcuritas vnde oriatur. Obſcuritatis, & confuſionis detrimenta. num. 11.

Obliuio præſumitur vltra decem annos. concluſio. 170. num. 12.

Obliuio inducitur, vbi longum tempus tranſijt. ibid. num. 13.

Occiſus qui in Chriſtianorum oris inuenitur, in dubio baptizatus præſumitur. concluſio. 286 num. 2.

Oculorum ſenſu vndecim, quæ percipiuntur. concluſione 265. num. 3.

Oculorum ſenſus ad cæteros omnes eſt quaſi generalis, aliique ſub iſto comprehenduntur. ibidem num. 4.

Oculorum ſenſus communis eſt vnicuique ſenſui. ibid. num. 5.

Oculis magis habenda eſt fides, quàm auribus. quæſtio. 8. num 10.

Officialis, vel iudex abſoluens reum non præſumitur calumniaſſe, nec dolus, quæ habitus iudicij debent contra reos procedere. concluſione 25. num 9.

Officium geſtum ſi non eſt cum auctoritate publica collatum, ei non ſuffragatur communis opinio & exiſtimatio. concluſione 188. numero 19.

Omiſſio

Digitized by Google

Omiſſio non vitiat, multo minus erronea expreſſio. concl.503. nu.6.
Omnis res ab initio erat libera. concluſione 79. numero 5.
Omnis inſtitutio à definitione proficiſci debet. quæſt.2.num.1.
Omnis probatoria dilatio de iure communi eſt peremptoria, atque vnica, vt ſemel tantum dari poſſit. concluſ.516. num.3.
Omnia non qui moritur eſt Sanctus Ioannes Euangeliſta. concluſ.144. num.3. & concluſ. 482.num.33.
Omnis res præſumitur libera, niſi contrarium probetur. concl.527.nu.5.
Omne quod licet, honeſtum eſt. quæſtione 6. numero 149.
Omne iudicium debet probari per duos teſtes. concluſ.497.nu.17.
Omnia non poſſumus omnes. quæſtione 7.numero 46.
Omnia contenta intra fines præſumuntur eſſe illius, cuius ſunt confinea. concluſione 393. num.15.
Onus probandi hæreditario nomine non poſſidere incumbit poſſidenti, quæ probatio fit per proteſtationem factam ſe non animo immittendi. concluſione 45.num.35.
Onus probandi mulierem acquiſiuiſſe conſtante matrimonio, vel intra annum luctus incumbit agenti. concluſione 30.numero decimo.
Onus probandi talem habere res amiſſas, pertinet ad eum qui dicit. concluſione 87.numero 6.
Onus probandi, quod baſilica ſit in eius diœceſi, incumbit Epiſcopo. concluſione 167.numero 4.
Opem præſtaſſe non præſumitur condemnatus in contumaciam, vel ex confeſſione, niſi conſtaret per ſententiam. concluſione 159 numero 17.
Operari in aliqua arte aliud eſt, & aliud artem illam exercere. concl.135.nu.4.
Opinio præualet veritati in collatione beneficij concl.173.nu.3.
Opinio omnium vehemens inducit notoriam actus non permanentis. quæſtione 4. numero quarto.
Opinio Caſtren.in conſil.323. num.2. an ſit tuta vbi vendens tanquam hæres pro hoc ſolo actu non probatur hæreditaria actio. concluſ. 52 num.4.
Opinione à communi non ſolum, verum etiam a lege iudex ex cauſa recedere poteſt. concluſ.395. nu.30.
Opiniones quando in eodem loco ſunt contrariæ, credi debet opinioni rationabiliori. concluſ.235. nu.6.
Oppidum nouum in re propria ædificans, nulla cauſa, vel vtilitate impellente, animo nocendi vicino, vel ſocio facere præſumitur. concluſ.97. num.13.
Opponi non poteſt de iure tertij. concluſio.30. num.22.
Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito, quæſtione 6. numero 58.
Oppreſſus mortis timore ſimilis eſt mortuo. concluſ.144 num.9.
Ordinarius ſi conferat beneficium vacans, declarata duplici cauſa, eius collatio ſuſtinetur, ſi vna vera ſit. concluſione 325. numero ſecundo.
Ordo titulorum oſtendit prius aliquid eſſe, vel dignius. q 6.num.7.
Ordo ſeſſionis dignitatis excellentiam indicat. ibid.num.8.

P

PAcificam aſſecutionem alicuius beneficij quando, & quomodo quis conſequatur. concluſio.183. num. 3.
Pactio de retrouendendo non ſufficit ad probandum contractum vſurarium in venditione mobilium & immobilium, ſecus in venditione cenſuum, & redditcum annuorum. concluſ.441.nu 6.
Pactio de retrouendendo in contractu, vel ex internallo appoſita an faciat contractum ſimulatum iudicis arbitrio eſt diiudicandum. concluſ.774. num.25.
Pactioni ſtandum eſt, ſi partes aliquid continetur. concluſ 149. num.6.
Pactum nudum exceptionem habet paratam ſi factum eſt in iudicio. concluſione 345, numero 17.
Pactum inter partes initum, vt debitum non probetur, niſi per inſtrumentum non valet. conclus.479
Pactum inter partes, vt niſi per inſtrumentum probetur debitum, non nocet, quin etiam per teſtes probari poſſit. ibidem numero decimo.
Pactum de retrouendendo ſi appoſitum fuit ex interuallo, non arguit ſimulationem contractus. concl.447.num.52.
Contrarium, num 53.
Quæ conſtant centum, ſeptuaginta tantum valent, ſi emantur cum pacto de retrouendendo. concluſ.447.nu.11.
Pactum quod à teſte non deponitur non probatur. concl.547.nu.3.
Pactum redimendi quando cenſeri debeat fuiſſe incontinenti appoſitum, vt ex eo actio competat, vide remiſſiue. concluſ. 447. numero 47.
Pactum de non petendo habet vim donationis, quam in dubio quis non præſumitur facere. concl.476 nu.4.
Pactum de retrouendendo non vitiat contractum, ſi factum fuerit pure & ſimpliciter. concluſ.441 nu.12.
Pactum redimendi, ſi eſt conceptum negatiue, æquiualet illi quod emptor ſit ſolitus fœnerari. concluſ.447 nu. 14.
Pactum de recedendo infra tempus, vel quandocunque à contractu, niſi ſit tale quid factum, intelligitur, niſi fecerit quid, per quod videatur ab illa facultate recedere. concluſ. 148. nu.7.
Pactum de retrouendendo eſt de ſe licitum. conclus.441.nu.3.
Intellige, vt num.4.
Pactum de non contraueniendo calculis conſiderandum eſt quoad effectum liberationis quæ vallata ſtipulatione, ſeu iuramento tanquam facta per fraudem, & extorta doloſe nulla eſt. concl.253.nu 18.
Pactum de retrouendendo, & pretium rei emptæ, vel donatum, quo pacto probentur, vide remiſſiue. concluſ.447.nu.8.
Pactum geminatum potens eſt ad agendum. conclus.347 num.41.
Pactum de retrouendendo factum eodem die ſimulationem magis arguit, quam ſi eſſet factum ex interuallo. concluſione 447. numero 30.
Pacta quæ ſunt contra naturam contractus. concluſ.444 nu 7.
Palam quæ fiunt, dicuntur frequenter fieri. concluſ.424.nu 20.
Papa ſi reſeruauit beneficia capellanorum commenſalium reſeruatio eius ſtabit in terminis ſuis, & ad beneficia commenſalium tantum reſtringetur. concluſione 317. numero 28.
Papa exprimente ſimpliciter in literis prouiſionis de beneficio, non adiecto conſuetu per ſeculares regi, ſufficit impetranti vltimum ſtatum probare, alias ſecus. concluſione 172. numero 9.
Papa non ſolet diſpenſare circa totum Chriſtianum populum, quia diſtinctæ ſunt iuriſdictiones. concl.138 nu 4.
Papa ſi nominet quem ſub titulo dignitatis, per huiuſmodi nominationem non præſumitur ipſum approbare in illa dignitate. concluſio. 269. num.17.
Papa per famam non poteſt probare ciuitates eſſe dominio eccleſiæ, licet non probet aliJs inſtrumentis. concl. 105.nu.2.
Papa non debet argui de mendacio. concl.139. numero 9.
Papa in cauſa eccleſiæ poteſt eſſe teſtis, & de eadem iudicare. concl 139 nu.3.
Papæ ſtatur dicenti quem eſſe ſuum Capellanum, ſeu Cubicularium, vel familiarem. concluſione 139. num. 4 & num. 5. quomodo procedat, num.9. in quibus caſibus. num.12. & 13.
Papæ creditur narranti aliquem renunciaſſe beneficia per procuratorem, creditur, quod fuerit procurator, etiam ſi non conſtat de mandato, & ſi aſſerit aliquem eſſe procuratorem. ibi vide contrarium. ibid.nu.5.
Papæ creditur teſtificanti etiam de eo, quod vidit ante pontificatum, dum erat Cardinalis, vel in minoribus, & de voluntate ſui prædeceſſoris in quacunque diſpoſitione pura, vel conditionali, dummodo de facto ſuo atteſtetur, ibi.nu.6.& nu.10.
Super eo quod ſit iuris, vel facti ſtatus, vt non admittatur probatio in contrarium, & numero 9. & quando poſſit, vide numero 18. & 19.
Papa magis creditur quàm Notario, & quàm multis Notarijs. ibid num.7
Papæ ſtatur aſſerenti de facto ſuo, & alterius & ibi quomodo procedat. ibidem num.8 & vide contrarium, numero 9. etiam contra laicum, num.12 & quomodo procedat. nu.12. & quando nu 14.
Papæ aſſertioni ſtatur in beneficialibus, & ſpiritualibus, in quibus habet latiſſimam poteſtatem, ſecus in profanis, quando contra non ſubditum, & ibi quomodo procedat. concluſ. 139. num.13.
Papæ atteſtanti non creditur, quando agitur de alterius graui præiudicio, ibidem numero 14.
Papæ aſſertioni non ſtatur de delicto alicuius, niſi aſſerat conſtare ſibi de notorio, & inculpabili. Et in beneficialibus omnino Papæ ſtatur. ibid.nu.15.& 16.
Papæ in narratis de facto alieno creditur, donec contrarium probetur, & ibi vide contrarium. Et quando procedat. concluſione 139.nu.22. & 23.
Papæ in literis ſuis aſſerenti aliquem eſſe procuratorem, ſtatur. ibid.num.23.
Papæ aſſertioni tanquam ſibi à parte narratum non ſtatur, & ibi vide rationem, ſecus ſi eſſet de facto ipſius Papæ, vel Principis, quia eſſet ſtandum. concl.139.nu.10.
Papæ intentio ſibi ſoli, & Deo tantum eſt nota, qui ſolus eſt intentionis hominum perſcrutator. concluſ.139. nu.2.
Par affectio tollit ſuſpicionem. concluſ.26. numero 5.
Par affectionis cauſa tollit omnem ſuſpitionem. concluſ.295. nu 16.
Parentela vel conſanguinitas de ſui natura ſunt difficilis probationis. concluſione 104. numero 16.
Parentum affectus in liberos longe omnium maximus, nec tamen tollit ſuſpicionem fraudis, quæ ex ſola confeſſione oritur. concluſ. 384. num.4.
Paritas aſſertionis omnem ſuſpitionem excludit. concluſ.395 nu.13.
Paritas amicitiæ omnem remouet ſuſpitionem. concluſ.86.nu 7.
Parochus qui ex vna ponit ſe pro mercenario in alia, etiam minus anno illi ſacerdoti debet confiteri, & perſonalia ſoluere. concluſ.534. numero 34.
Pars ſufficit, quod ſit præſens in his, quæ ad ſui fauorem ſpectant, & illa etiam ſi tacear acceptare intelligitur. concluſione 347. numero 6.
Pars vocanda non eſt, quando examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam contra illum, cui timetur potentia Tyranni, vel in cauſa fidei, vel in qua agitur de modico, ſine nullo præiudicio, quæſtione 5. numero 40.
Pars, ſi ſciuerit teſtem criminoſum eſſe, vel tempore iuramenti, vel tempore depoſitionis, & non oppoſuerit, amplius non poteſt opponere. concl.464. nu.22.
Pars ſi eſt præſens licet confeſſionem expreſſe non acceptet, præſumitur tamen illam acceptaſſe: quia tendit ad ſui fauorem. concluſ. 345. num.34.
Pars quæ non opponit, videtur renunciare fauori ſuo, & tacite conſentire. quæſtione 10. numero 64.
Pars præſens dicitur quando nuncius, vel negotiorum geſtor pro abſente acceptat confeſſionem. concl 346.nu.3.
Pars poteſt acceptare integra poſt menſem. concluſione 133.num.9.
Pars eſt citanda in declaratione verſante circa ſubſtantialia. concluſ.114.nu 32.
Pars quando neutra habet intentionem fundatam de iure communi. vide remiſſiue. concluſione 115.
Pars tenetur alteri parti exhibere inſtrumentum

num faciēs pro limitatione territorij, vel prædij ſui, cum ſit commune inter eos. concluſ. 393. nu. 16.

Pars in teſtium receptione vocanda eſt, etiam ſi cauſa eſſet abſoluēda, ſequibus à iure non ſeruatis. q. 5. nu. 38.

Partis præſentia requiritur, vbi agitur de obligando. concl. 347. nu. 90.

Partis præſentia ad nullum alium finem requiritur, niſi vt conſtet de illius conſenſu. ibid. num. 91.

Partis quid in citatione exprimi debet. cōcluſ. 397. num. 12.

Partis præſentia in acceptatione confeſſionis factæ in teſtamento, quando requiratur, & quando non, & quibus in caſibus. cōcl. 379. num. 24

Partem vocare, contra quam agitur, neceſſe eſt in caſu, quo iudex ex officio ſuo agit, niſi iudex hoc agat ad ſuam informationem. quæſt. 5. num. 39.

Partes vel perſonæ priuatæ non poſſunt dare iuriſdictionem. concl. 33. nu. 5.

Paria ſunt, quod interueniat dolus reipſa, vel ex propoſito. concl. 531. nu. 26.

Paria ſunt, quem iacuiſſe cum muliere, & cum ea coitionem feciſſe. concl. 312. nu. 2.

Paria ſunt, non facere, vel non commode facere poſſe. concl. 8 nu. 1.

Paria ſunt, aquā ire ſuper terram & ſubtus terram. concl. 123. nu. 13.

Paria ſunt, non poſſidere, & poſſidere, ſed non pacifice. concl. 183 nu. 32.

Paria ſunt aliquid facto fieri, vel verbis. cōcluſ. 130. num. 3.

Paria ſunt, quod quis probet, vel quod habeat præſumptionem iuris pro ſe. quæſtione 1. num 40.

Parium eadem eſt natura, inter pares eadem eſt potentia, & par in parem non habet imperium. quæſt. 6. nu. 13.

Paritio legentis animum incitat, intelligentis mentem præparat, memoriamque artificioſe reformat. nu. 9.

Particeps criminis falſæ monetæ admittitur in teſtem. concl. 466 nu 8.

Participes criminis admittuntur ad probādum conſpirationem, & recuſantes compelluntur, etiamſi iuraſſent non reuelare, & de hoc pretium recepiſſent. concluſio. 420. numero 8.

Parum, & nihil æquiparantur. concl. 97. numero 17.

Pater in dubio præſumitur magis filios, quam ſeipſum diligere. concl. 558 nu. 28.

Pater non præſumitur voluiſſe filios eſſe inæquales. ibid.

Pater neceſſario tenetur ſoluere legitimam filijs ſuis ex legis diſpoſitione, & legans, vel donans, facere cenſetur animo compenſandi. concl. 96. num. 7.

Pater accuſatus ſi defendit filium, habetur, ac ſi ipſe filius ex ſe ipſo ſe ipſum defendiſſet, & rurſus. concl. 489. nu. 10.

Pater ſtipulans emphyteuſim eccleſiaſticam pro ſe & filijs cenſetur feciſſe animo donandi filijs. concl 554. nu. 83.

Pater ſi iudici nocentem filium obtulerit, non præſumitur exhibuiſſe: vt ſummo ſupplicio ipſum afficiat. quæſt. 10. nu. 21.

Pater, ſi filium exhæredaret, præſumitur iniuſte exhæredaſſe. ibid. nu. 12.

Pater non poteſt priuare filium legitima, quia iure naturæ ei debita. concluſ 364. nu. 2.

Pater ſi ſtipuletur filio, etiam ſi exprimat id facere ob merita ipſius, tamen præſumitur magis feciſſe ob filiationem, quam ob merita. concl. 559. nu. 4.

Pater ſtipulans emphyteuſim eccleſiaſticā pro ſe, & filijs, nō cenſetur feciſſe animo donandi filijs niſi accepiſſet etiam poſſeſſionem nomine eorum. concl. 554. nu. 85.

Pater relinquens aliquid filiæ nō videtur compenſandi animo, niſi exprimatur, vel ex coniecturis aliud appareat. concl. 96. nu. 22.

Pater dans aliquid filio præſumitur potius illud ipſi committere, quam donare. concluſ. 554. num. 11.

Pater dotans, qui non tenetur dotare præſumitur donare. concl. 571. nu 5.

Pater, quando dotem dat, intelligitur donaſſe filiæ, non ſolum ratione primi matrimonij, ſed etiam ſecundi. ibid. nu. 6.

Pater plus præſumitur diligere ciuitatē quam filium. concl. 89. nu. 8.

Pater ſi inops eſt, & mater diues ſit, mater dotare tenetur. concl 156 nu. 19.

Patris qui vicem gerit, vt auus paternus, præſumitur competenter dotaſſe neptem. concluſ. 570. num. 11.

Patri donanti filiofamilias non creditur, niſi ſint coniecturæ meritorum. concluſ. 391. numero 2.

Patrem non præſumitur velle fraudare filiam portione ſua, ſed potius illi fauere, & bonum conſilium pro ea aſſumere. concl. 570. numero 6.

Patres filios ſuos amore proſequi præſumitur, & econtra. q. 10. nu. 20.

Patres ſpirituales in cauſa neceſſitatis debent alere filios ſuſceptos, & econtra. concl. 332. num. 10.

Patres ſpirituales non poſſunt conueniri, niſi in quantum fieri poteſt, ſicut & patres naturales. ibid nu. 11.

Patientia & tolerantia ſuperioris, vel Principis inducit conſenſum Principis volentis ipſum pro non bannito haberi. concluſ. 162. numero 8.

Patientia non poteſt adaptari Prætori. concluſ. 238. num. 2.

Patientia nec authoritas prætoris nihil habet commune cum poſſeſſione. concl. 238 nu. 4.

Paulinus Nolanæ vrbis epiſcopus pro redimendis captiuis, poſtquam cuncta conſumpſit, ſeipſum in eleemoſynā tradidit. concl. 277. num. 11.

Patronus vbi præſentauit, & eſt admiſſa præſentatio per Epiſcopum, non tenetur probare, quod intra tempus debitum præſentauerit. concl. 16 nu. 4.

Paupertatem allegans, illam probare debet. concluſ. 78. nu. 15.

Peccatum eſt dare eleemoſynam propter inanem gloriam. concluſ. 161. nu. 4.

Peccatum eſt non reſtituere rem, quam quis reſtituere tenetur. concluſ. 195. nu. 9.

Pecunia, quam aliquis in arca reconditam habet, ex qua nec obulum amoueret, ſed tenet loco peculij, & ſupplellectilis, cenſetur obligata domino pro penſione domus cōductæ. concluſ 110. nu. 17.

Pecunia quam quis habet in arca, vt impendat quotidianis neceſſitatibus, non cenſetur obligata domino pro penſione domus. concluſio. 110. num. 16.

Pecuniam aliud eſt actualiter recipere, & aliud confiteri ſe recepiſſe. concluſione 369. numero 7.

Pecunijs ſi ad hoc, vt non mutuem decē, quæ mihi petuntur mutuo, dicam me egere & propterea accepiſſe triginta mutuo à Titio, per hanc confeſſionem non tamen poterit ille Titius me conuenire, cum non ſit facta principaliter de mutuo Titij, ſed incidenter, & ad alium finem. concl. 345. nu. 25.

Penſio ſimul ſtare non poſſunt, vt recipiatur à domino pro tempore decurſo, & poſſit habere locum pœna, quæ dicitur commiſſa per lapſum temporis locationis. concluſio. 252. num. 3.

Penſionem ſi quis recipit pro tempore decurſo poſt pœnam caducitatis, intelligitur moram, & pœnam remiſiſſe. concl. 252. nu. 5.

Percuſſio cum theca tubi ferrei, vel haſta exarmata, vel pugionis capulo, & ſimilibus non præſumitur fieri animo occidendi. concl. 97. num 23.

percuſſus ſi percuſſit fugientem nō præſumitur ad ſui defenſionem feciſſe, ſed ad vindictam. concl 489 nu. 13.

Percutiens baculo non præſumitur in animo occidendi, ſecus ſi percutiat in capite. concluſ. 97. nu. 27.

Perdita quæ ſunt in domo, vel in naui contra dominum domus, vel nauis poſſunt probari per teſtes domeſticos. concl. 533. num. 24.

Periculoſum eſt iudicare de ſentētijs maiorum inter ſe diſſidentibus. concl. 260. nu. 13.

Periculum circa maiora maius verſatur. concl. 262. num. 61.

Periculū vbi maius vrget, ibi cautius eſt agendum. concl. 362. nu. 22.

Periculo in maximo verſatur qui inter doctorum opiniones iudicium ſuum interponere vult. quæſt. 6. nu. 17.

Periti intelliguntur vt teſtes in his, in quibus vera notitia haberi poteſt. concl. 430 nu. 7.

Permittens contra ſe produci teſtes, nihil proteſtando, vel excipiendo, intelligitur conſentire in his, quæ per eius cōſenſum tolli poſſunt. concl 408. nu 20.

Permutatio facta ſpretis patronis non dicitur nulla, ſed annullanda. concluſio. 178 nu. 3.

Perſeuerare in confeſſione dicitur is, qui eam non reuocat nec appellat. concluſ. 333. numero 10.

Perſeuerare quis dicitur in confeſſione, quando illam non reuocat. concl. 348. nu. 6.

Perſona vna repræſentat aliam, & ſic vicem duarum perſonarum. concluſ. 3. nu. 16.

Perſonæ quando de ſtatu agitur, inſpiciendum eſt vltimum tempus. concluſ. 534. nu. 35.

Perſonam ad demonſtrandum debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs. concl. 503. nu 2.

Perſuaſio vnica per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco coactionis, & compulſionis. concl. 531. nu. 40.

Perſuaſor ille dicitur, qui aliquid perſuadet ad ſui commodum. concl. 531. num. 39.

Peruſini per laſciuiam, & ebrietatem blaſphemant & puniendi ſunt, ſed mitius. concluſio. 194. num. 4.

Pes, manus, & alia membra dicuntur de corpore. concl. 14. nu. 11.

Peſtis ſua magnitudine ſuperat omnes morbos. concluſ. 20 nu 4 & 8.

Peſtis mala plurima recenſetur. concluſio. 20. num 9.

Peſtis eſt genus morbi venenorum omnium peſtiferrimum, medullis, & intimis hominum viſceribus inhærens, qui hominem ſubito ſuo veneno contaminatum proſternit. concluſio. 248. num 3.

Peſtis liberat à contumacia, à pœna, à curſu fatalium, & alijs pluribus, & quando procedat. concl. 20. nu 6. & 7.

Petens reuocationem attentatorum debet probare, quod eſt ſuæ intentionis fundamētum, videlicet per appellatū eſſe appellatione pendente innouatum. concluſione 146. numero 5.

Quæ probatio debet eſſe concludens, licet non teneat attentata reuocari poſſe, facta fide legitima de appellatione, & attentatione. ibidem.

Opinio Viuarij reprobata, & ibi quid teneat Palatium. ibid.

Et ibi vide remiſſiue differentias, ampliationes, reſtrictiones, & declarationes, & etiam ibi conſiderationem auctoris. ibid.

Petens ſe reſtitui in profanis quando teneatur colorare bonam fidem, vel informare, aliqualiter de aliquibus probabilibus præſumptionibus. concl. 146 nu. 14.

Et quando procedat.

Petens aduerſario iuramentum deferri, non poteſt reſcindere ſententiam ex nouis probationibus. concl. 148 nu. 7.

Petens abſolutionem videtur fateri tantū conſcientiam læſa, non ſe excōmunicatum. concluſ. 13. nu. 8.

Petens, vel poſſidens, quid probare ſibi ſufficiat in præſcriptione. concl. 7. nu. 3.

Petens abſolutionem à ſymonia, videtur fateri ſe ligatum crimine. concl. 13. nu. 2.

Petenti reſtitutionem per interdictum vnde vi, ſufficit probare, quod iam poſſedit abſque quod probet poſſediſſe tempore ſpoliationis. concl 170 nu. 1.

Petitio inueſtituræ eſt actus de natura feudi. concl. 283. nu. 3.

A petitione facta à ſuperiore de legitimitate tituli quare non detur appellatio. cōcluſ. 180. num. 19.

Petitorium vbi non tenetur colorare, colorans ex infecto titulo non eſt audiendus, quia peius eſt infectum, quam nullum oſtēdere. concluſ. 146. nu 3.

Pia cauſa & fiſcus æquiparantur cōcl 456 n. 16.

Pietas paterna cum capiat conſilium pro filia, non debet alteri videri incompetens, quod patri viſum fuit competens. concl. 570. nu. 8.

Pythagoras laudatur. nu 1.

Plura poſſunt opponi contra teſtem, quam contra iuramentum. concluſ 455. nu. 7.

Pluralitas beneficiorū impedit reſtitutionem. concl. 146. nu. 15.

Pœna

Digitized by Google

Pœna facilius impeditur, ne cõmittatur, quam commiſſa tollatur. concl. 252. nu. 14.
Pœna mortis non ſolet de iure irrogari, & vbi canones de ea mentionem faciunt, exponitur de morte excommunicationis. concluſ. 138. num. 3.
Pœna appoſita in ſtatuto illis, qui falſa inſtrumenta producunt, non habet locum in producente falſos teſtes. q. 6. nu. 113.
Pœna non probantis erit arbitraria, & quando. concluſ. 54. nu. 2.
Et an perſona accuſans ſit ſuſpecta.
Pœna pecuniaria non cenſetur de genere pœnæ. concl. 85 nu 3.
Pœna minor imponitur ei, qui conuincitur ex probatione præſumptiua. concluſione 413. num 15.
Poetis, qui narrare ſolent veritatem, fides adhibetur. concl. 287. nu. 7.
poetis, philoſophis, hiſtoricis, & argentarijs fides adhibetur in his, quæ ſpectant ad eorũ profeſſionem. concl. 416 nu. 5.
ponẽs duo copulatiue, vel disiunctiue, ſi vnum venit qualificatiue ad alterum, videtur ad vtrumque probandum ſe aſtrinxiſſe. cõcl. 325. num. 18.
ponens quæ non ſeruiunt deciſioni ꝓ ceſſus, calumnioſe præſumitur facere. concluſ. 154. num. 5.
ponens ſi omnia ad probandum ſe aſtrinxit, omnia probare debet. concluſ. 325. nu. 15.
Pontifex Maxi. Dei Opti. Max. perſonam, & vices gerit in terris. conclu. 262. nu 51.
pontifex Maxi. eſt ſuper omnes, & ſuper omnia in ſpiritualibus. ibid. nu. 53.
pontifex in canonizatione errare non poteſt, ſicut nec in cæteris, quæ reſpiciunt fidem eccleſiæ. ibid. nu. 57.
pontifex Romanus quæ facere debeat, quando continuis ſupplicationibus, fama, & miraculorum continuatione eidem inſtatur pro canonizatione alicuius, vide vſque ad finem concluſionis. ibid nu 36.
pontificis ſola voluntas vt plurimum habetur pro cauſa. concl. 276. nu 30.
populus ſubditus eccleſiæ quoad temporalia, poteſt ſtatuere contra ius canonicum. concluſ. 424. nu 35.
porrigens preces Principi cẽſetur fateri omnia in ipſis contenta. concluſ. 368 nu 21.
portans arma ligata non dicitur habere malum animum, vel ferens ſuperioris iuſſu, ſeu permiſſu. concl. 128 nu. 6.
portans habitum coopertũ, & velatum eſt apoſtata, & excommunicatus. concluſio. 112. numero 4.
portio renunciantis accreſcit pro rata omnibus non renunciantibus. concl 44. nu. 13.
poſitio quando indiſcreta dicatur & non concludens. concl 45. nu. 44.
poſitio, & confeſſio erronea reuocari poteſt in cauſa appellationis. concl. 118. nu. 19.
poſitio habetur pro non confeſſa, quando quis poſitionem confitendo reſpondit relatiue ad inſtrumentum, in quo ita non cõtinetur. concluſ. 385. nu. 2.
poſitioni continenti, an aduerſarius habuerit animum adeundi, tãquam pertinenti reſpondere debet. concl. 40. nu. 13.
poſitiones factæ in prima cauſa poſt litem conteſtatam mutari poſſunt in cauſa appellationis. concl. 118. nu. 16.
poſito ſubſequenti ponitur & antecedens. concluſ. 14. nu. 2.
poſſeſſio animo retinetur. concluſ. 94. nu. 13.
poſſeſſio dominij deducta, & probata in iudicio leuat onere probandi titulum, & quãdo procedat. concluſio. 8. nu. 12. & 14.
poſſeſſio nihil operatur in his, quæ conceduntur ex ſolius principis priuilegio. cõcl. 294. num. 3.
poſſeſſio iuris canonicalis, vel præbendalis, non extenditur niſi ad apprehenſa, & poſſeſſa. concluſ 271. nu 9.
poſſeſſio in beneficialibus debet iuſtificari ex titulo ſaltẽ colorato, & quando procedat. concluſ. 180 nu. 28.
poſſeſſio ſi antiqua eſt, præſumitur pro titulo, quem poſſidens non cogitur oſtendere. concluſio 360. nu. 14.
poſſeſſio annalis requiritur, vt quis dicatur pacifice poſſediſſe beneficium. concl. 183. numero 48.
Poſſeſſio pacifica dicitur etiam, quando quis percipit omnes fructus, vel maiorem partem. ibid nu. 49.
Poſſeſſio non deſinit eſſe pacifica, quando per aliquẽ non ſteterit, quominus aſſequuta ſit. ibi. nu 50.
Quod intellige, vt ibid.
poſſeſſio annalis beneficij attenditur in curia, & non bimeſtris. concl. 183. nu 6.
poſſeſſio eccleſiæ non dicitur pacifica, ſi intra annum ſuper fructibus mota fuerit controuerſia. ibid. nu. 7.
poſſeſſio ſimplex ſufficit ad probationem dominij, quando agitur ad impediendum executionem ſententiæ, quæ ſit in bonis damnati. concl. 539 nu. 29.
poſſeſſio diuturna quo pacto accipiatur. concluſ. 1. num 17.
poſſeſſio prædeceſſoris præbet iuſtum titulum, & errorem. concl. 228 nu 5.
poſſeſſio vnius rei quantumuis minimæ, hæreditatis probat aditionem. concl 45 nu 6.
poſſeſſio decennalis inducit animum præſumptum acquirendi ius, & dominium de nouo, & eo magis in retinendo acquiſitũ. concluſ. 203 num 15.
poſſeſſio temporis naturalis poteſt probari per inſtrumentum conſtituti ſine alia probatione poſſeſſionis conſtituti. concl. 422. nu. 5.
poſſeſſio vbi per alium apprehenditur, cõtinuatio illius impeditur. concl. 170 nu. 19.
poſſeſſio continua a certo, & limitato temporis requirit extrema, videlicet initium, & finem illius temporis. ibid. nu. 20.
poſſeſſio pacifica quæ dicatur. concluſio. 183. num. 41.
poſſeſſio ſola in beneficialibus non ſufficit, niſi adſit canonica inſtitutio. concl. 180. nu. 4.
poſſeſſio excedens memoriam hominum habet vim tituli, & priuilegij etiam a principe. concluſ 199 nu. 11.
poſſeſſio aduerſarij in cauſa appellationis probari poteſt. concl 118 nu. 23.
poſſeſſionem vnius fundi nomine præbendæ, vel decimæ accipiens, acquirit poſſeſſionem generalem in iuribus, non autem in corporalibus. concl. 271. nu. 10.
poſſeſſionem ciuilẽ allegans tenetur eam probare. concl. 78. nu. 19.
poſſeſſionem adipiſci tentans probare debet iuſtum titulum. concl. 180. nu. 8.
poſſeſſionem quis non dicitur pacificã habuiſſe, qui in ea non ſtetit. concluſio. 183. numero 42.
poſſeſſionem probare ſufficit in iudicio rei vendicationis contra violentum poſſeſſorem. concl. 199 nu 9.
poſſeſſionem non amittit, qui metu hoſtium ab illa receſſit, ſi poſſeſſio ab hoſtibus occupata non ſit. concl. 534. nu. 19.
poſſeſſione apprehenſa vnius rei, cenſetur acquiſita poſſeſſio aliarum rerum, cum agitur de acquiſitione iuris vniuerſalis. concluſio. 271. num. 13.
poſſeſſione ſemel probata præſumitur ſemper poſſidere. concl. 170. nu. 25.
Ex poſſeſſione de præſenti non præſumitur in præteritum. concluſ. 170. nu. 21.
poſſeſſor beneficij quocunque tempore illud poſſederit ſemper cogitur ad oſtendendum titulum, ſi ordinarius illud petat. concl. 360. num. 11.
poſſeſſor non vtens poſſeſſione poſt appellationem interpoſitam eo modo, quo ante, attentat. concl. 148 nu. 16.
poſſeſſor quando tertius, contra quem agitur, habuit bona titulo oneroſo, neceſſe eſt probare dominium, vel quaſi debitoris. concluſ. 456 num. 18.
poſſeſſor beneficij triennalis poſſeſſio ſufficit pro titulo colorato acquirendo. concluſio. 244. num. 5.
poſſeſſoris conditio in dubio melior eſt. queſt. 9. num. 55.
poſſeſſori nõ incumbit neceſſitas probandi. Et dominium apud eum remanet actore in probatione ceſſante. concl. 32. nu. 3.
poſſeſſorem contra tertium requiritur probatio dominij directi, vel vtilis, ſiue ille prætẽdat cauſam lucratiuam ſiue oneroſam. concl. 456 num. 10.
poſſeſſio ad finem reſtitutionis conſequẽdæ in odium ſpoliantis ſatis iuſtificatur per confeſſionem aduerſarij confitentis titulum. concluſ. 398. nu 8.
Poſſeſſorium intentans, ſi de recenti eſt beneficium conſequutus, iuſtum titulum epiſcopo oſtendere debet. concl. 180 nu. 21.
Poſſediſſe quẽ probato poſſidere præſumitur. concluſ. 170 nu 7.
Amplia, vt in titulo, & naturali procedat, vt inf. nu 16. ibi. & diſtingue, vt infr. nu. 18. & 19.
Poſſidere duo non poſſunt rem in ſolidum. concluſ. 198. num. 11.
Poſſidens domum hæreditariam dicitur adiuiſſe. concl. 45. nu. 7.
poſſidens in dubio hæreditatem adiuiſſe præſumitur, niſi ex alia cauſa poſſidere probetur. concl. 45. nu. 45.
poſſidens aliquid annexum hæreditati, vel feudum dicitur adire. concl. 45 nu. 14.
poſſidens tempore ſententiæ præſumitur etiam poſſediſſe, alias debet probare ante non poſſediſſe. concl. 170. nu 6.
poſſidens pro emptore, vel alio ſimili bona fide, non tenetur legatarijs, nec creditoribus, & habetur ac ſi non adiuiſſet. concluſ. 45. numero 26.
poſſidens bona hæreditaria vltra creditum præſumitur illius aditio ratione illius. concl. 45. num. 38.
Et quomodo procedat. ibid. nu. 39.
poſſidens beneficium medio tempore, non præſumitur eiuſdem continuatio vſque ad mortem concluſ. 170. nu. 18.
poſſidens rem hæreditariam præſumitur in dubio hæreditatem adiuiſſe. concluſ. 45. numero 10.
poſthumum natum allegans ad inualidandum teſtamentum debet probare. concluſ. 78. numero 32.
poteſtas ſuprema nõ eſt præſcriptibilis. concluſ. 225. num. 7.
poteſtas mandans familiari ſuo, quod recipiat poſſeſſionem, non intelligitur mandare, vt ſpoliet, & vide ibi rationem. concl. 346 numero 24.
poteſtas declarandi voluntatem defuncti non tranſit ad eius hæredes. concl. 202. nu. 10.
poteſtati Imperatoris non præſcribitur, niſi per tempus antiquiſſimum, cuius initij memoria non extat in contrarium. concluſio. 225. num. 7.
precarium, quando ad beneplacitum conceditur, non cenſetur morte concedentis reuocatum. concl. 188. nu. 22.
precarium tantum dicitur durare, quantum durat voluntas concedentis. concluſio. 188 numero 24.
præcipuum eſt in probatione conſanguinitatis ad impediendum contrahendum, & confirmandum matrimonium, poſſe teſtes denuo produci ſuper eiſdem, vel cõtrarijs articulis. concl 411. nu. 27.
prædeceſſor quo titulo bona habuit, eodẽ præſumitur habere hæres, & ſucceſſor. concl. 79. num. 22.
prædium donatum à patre filiabus præſumitur animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ. concl. 96 nu. 2.
prædium datum ſorori à fratre cenſetur animo compenſandi cum eius legitima. ibidem numero 3.
prædium qui vendit in loco ſalubri, & amœno, præſumitur ſimulare vendere, maxime ſi habet alia, quæ vendere poſſit. concl. 443 n. 3.
prædia ruſtica quando feudalia præſumantur. concl. 79. nu. 27.
prædia in dubio præſumuntur feudalia, cum dubitatur de eorum latitudine, an emphyteutica ſint, vel feudalia. concl. 79. nu 8.
prædia cenſentur eſſe oneribus affecta per regiſtrationem. concl. 207. nu. 2.
prædia ſi diuerſa ſint, poſſidens vnum locum non habet præſumptionem in aliu. concl. 79. num. 25.
præfationes ab omnibus Iureconſultis fieri ſolent nu. 5.
præfationes ad lectionem propoſitæ materiæ libentius perducunt, & euidentiorem præſtant intellectum. ibid. nu. 6.
præiudicio vbi agitur de alterius, vt de exigendis pecunijs, quæ dicũtur vita hominis, non creditur etiam legato de latere, nec alicui quantumcunque honeſtæ perſonæ. concluſ. 317. num. 2.

Præiudicij quæ ſunt parui licet conſiſtant in animo, probantur tamen per ſolum iuramentum. concl. 94. nu. 18.

Concluſionē procedere etiam in his, quæ ſunt magni præiudicij, ſecundum Roma. ibidem num. 19.

Prælatus repreſentans perſonam principalem iurat de calumnia. concl. 3. nu 8.

Prælatus ſi confitetur ut procurator conſtitutus ab eccleſia probat, & præiudicat, cõcluſ. 367. num. 13.

Prælatus in facto arduo non poteſt eſſe ſolus in iudicio, nec confiteri. concl. 367. nu. 20.

Prælatus, vel alius vbi dimiſſus fuerit in poſſeſſione, & ſit, non poteſt admitti contra eum exceptio defectus tituli. concl. 1. nu. 7.

Prælatus ſi confitetur, vt teſtis probat, & eccleſiæ præiudicat ſaltem ſemiplene. concl. 367. num. 17.

Prælatus ſi confitetur in cauſa bonorum deſcriptorum à capitulo probat. ibid. nu. 18.

Prælatus, vel alius, vbi fuit longo tempore in poſſeſſione, non poteſt admitti contra eum exceptio defectus tituli. concl. 304. nu. 4.

Prælatus ſolus Eccleſiæ collegiatæ, vel eius generalis procurator recipiens penſionem ſine capitulo non præiudicat eccleſiæ. conc. 252. num. 14.

Prælatus poſſidendo per decem annos, videtur in dubio declaraſſe bona incorporata, & acquiſita menſæ eccleſiæ. concl. 302 nu. 14.

Prælatus, & ſecularis, & regularis plenam habet adminiſtrationem. concl. 3. nu 6.

Prælatus ſecularis, ſiue ſolus, vel cum capitulo procuratorem conſtituat, non admittitur pro ſua eccleſia in teſtem ibid.

Prælatus non habens collegium, ſed ſolum adminiſtrationem eccleſiæ non recipitur in teſtem in cauſa ſuæ eccleſiæ, niſi habeat œconomum generalem auctoritate epiſcopi conſtitutum. concl. 3. nu. 18.

Prælato dicenti ſe donare ſeruitoribus ob benemerita, & ſeruitia, non creditur, niſi aliter probetur. concl. 346 nu 30.

Pręmio indignus eſt, qui coacte agit, quidquid agit. q. 5. nu. 41.

Presbyter non poteſt ſe talem probare, niſi per literas. concl. 303. nu. 6.

Præſcriptio ſicut tempore belli dormit, ita & morbi. concl. 7. nu. 13.

Præſcriptio non probatur, niſi probetur partes fuiſſe præſentes toto tempore præſcriptionis, & domicilium habuiſſe in loco, vbi agitur. concl. 7. nu. 3.

Præſcriptio præſumpta omnino allegari debet. concluſ. 224. nu. 21.

Præſcriptio eſt quid facti, quæ non præſumitur niſi probetur. ibid. concl. 7 nu 6.

Præſcriptio non facile præſumitur. ibid.

Pręſcriptio non currit contra abſentem metu morbi nec impeditum. concluſio. 7. numero 12. & 13.

Præſcriptio iuriſdictionis extenditur etiam vltra quam poſſeſſum, dummodo poſſeſſio fuerit vacans. concl. 14. nu. 24.

Pręſcriptio quadragenaria nõ tollitur, niſi per aliam præſcriptionem quadragenariam. concluſ 272. nu 14.

Præſcriptioni, vel ſecundũ ius, vel præter, non ſufficiunt decem anni, quando agitur de præiudicio ordinis, vel eccleſiæ, vel perſonarum eccleſiaſticarum. concl. 172. nu. 5.

Præſcriptum tantum dicitur, quantum eſt poſſeſſum. concl. 14. nu 23.

Præſcripta viſitatione non cenſetur præſcripta procuratio. concl. 14. nu. 22.

Præſens non dicitur, qui non intelligit, & qui non prohibet. concl. 9. nu. 7.

Præſens quis præſumitur in ciuitate ſua, ſecus ſi ſit diuerſæ ciuitatis. concl. 7. nu. 8.

Præſentia non includit intelligentiam ſecundum naturalem intellectum. nu 11. alias ſecus, ſecundum ciuilem. concl. 9. nu. 8.

Præſentia intelligentiam includit, quando notarius dicit, præſentibus Titio, & Seio. concl. 9. nu 9 & 10.

Præſentia partium eſt de ſtipulationis ſubſtantia. concl 9 nu. 2.

Præſentia mariti non probatur, ſi dicat notarius, mulierem feciſſe contractum, tuam marito. conclu 78 nu 47.

Præſentia partis nullam vim habet in criminalibus. concluſ. 497. nu. 21.

Præſentia eſt facti, quæ non præſumitur, niſi probetur. conclui 7. nu. 5.

Præſentia iudicis in confeſſione acceptanda nomine abſentis non ſufficit, niſi pro tribunali ſedeat, & præſens ſit ad hoc, vt eam accepiet. concl 348. nu. 45.

Præſentia non arguit intelligentiam naturaliter. concl 9 nu 5 6 & 8.

Præſentia ad maleficium armati non ex animi propoſito ſe immiſcendi, non dicitur præſtare auxilium. concluſ. 159. nu 9.

Præſentia partis de æquitate canonica non requiritur in confeſſione. concl. 347 nu. 12.

Præſentia propinquorum in contractu arguit omnem dolum, & metum abeſſe. concluſio. 437. nu. 2.

Præſentia aduerſarij non requiritur in confeſſione emanata in libello ſupplicatorio. concluſ. 373. nu 12.

Præſentatio redditur dubia propter factum epiſcopi. concluſ 16. nu. 27.

Præſentatio facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione quomodo valeat. concl. 173. nu. 6.

Præſentatus à patrono tenetur probare tempus ſuæ præſentationis, quod intra legitimum tempus fuerit facta. concl. 16 nu. 11.

Pręſtans inſigne officium remunerationẽ meretur. concl. 186. nu. 3.

Proteſtatio probari debet per 30 annos facta, quando agitur de mutatione ſtatus, vel ſubiectionis perſonæ. concluſ. 279 nu. 20.

Præſtatio diuturna non obligat in futurum, quando quis ſemper ſoluit cum proteſtationibus, vel aliter, non animo ſe obligandi vere, vel præſumptiue. concl. 279. nu. 16.

Præſumitur pro putatur aliquando ponitur. q. 20. num. 4.

Præſumitur ſemper pro poſſeſſore. concl. 272. num. 7.

Præſumitur nemo iuſiurandum ſubeundo eſſe ſalutis æternæ immemor. concl. 304. n 7.

Præſumitur regulariter pro teſtamento, non quando ex ipſius inſpectione de aliquo eius vitio conſtat, vt de minori teſtium numero. quæſt. 8 nu. 19.

Pręſumitur quando dubitatur de latitudine prædiorum feudalium, omnia eſſe feudalia, & eiuſdem qualitatis, & conditionis, vbi nullę apparent notę diuerſitatis. concluſ. 209. num. 15.

Pręſumitur plurimum pro ſcripturis, & factis antiquiſſimis. concl. 399. nu 3.

Pręſumitur quis talis, qualis olim fuit, vide ibi teſtificatur. concl. 222. nu. 23.

Pręſumitur pro poſſeſſore ſemper, niſi contrarium probetur. concluſ. 302. nu. 25.

Pręſumitur pro reo poſſeſſore, & pro actore, ſi eius poſſeſſio ſit antiqua, vel actus antiquus ſine poſſeſſione. concl. 2. nu. 12.

Pręſumitur pro doctore. concl. 528. nu 7.

Pręſumitur ſcire, quę fiunt in loco, qui frequẽter conueniunt accedere. concl. 451. nu. 8.

Pręſumitur quis actum facere velle, eo modo, quo ſibi vtilior eſt. concl. 45. nu. 31.

Pręſumitur quod ſit in continenti, pręordinatum, & pręcognitum. concl. 419. nu. 3.

Pręſumitur pro ſententia etiam quoad acta, licet de eis non conſtet, quando eſt antiqua, & lata partibus pręſentibus, & non repugnantibus. concl 32. nu. 12.

Pręſumitur pro eo, qui multo tempore in beneficio deſeruiuit, illum fuiſſe canonice promotum, & numero nono. concl. 1. nu. 5.

Pręſumitur minime quem velle iactare ſuum, & bona ſua dilapidare, ſed potius acquirere, & ditari. concl. 554. nu. 2.

Pręſumitur pro doctore, quod ſit doctrina pręditus. concl. 528. nu. 9.

Pręſumitur ita terminatum, ſicuti ſcriptum reperitur in lapidibus terminorum. concl. 399. num. 9.

Pręſumitur in dubio magis, quod quis commiſerit delictum, quam non. concluſione 222, num 10.

Pręſumitur pro iudice, & notario. concl. 426. num. 15.

Pręſumitur pro ſententia etiam quoad acta, de quibus non conſtat, quando eſt antiqua & lata partibus pręſentibus, & non contradicentibus. concl. 35. nu. 22.

Pręſumere eſt quaſi ante ſumere, accipiturque pro audere, vel tentare aliquid contra ius. q. 30. num. 1.

Pręſumere vſurpatur pro aliquid ſumere. ibid. num. 2.

Præſumere apud rhetores pręoccupare ſignificat. ibid. nu. 3.

Pręſumere pro diuinare aliquid in dubio. ibid. num. 5.

Pręſumere accipitur pro coniectura, & aliquando pro actu, qui fit impudenter, ac temerarie contra voluntatem ſuperioris. ibid. num. 6.

Pręſumendum non eſt, quod quis contra ſe mentiatur. concl. 354. nu 7.

Pręſumendum pro decreto ſufficit, quod etiã ſimpliciter dictum ſit, cum cauſę cognitione, licet non commemorentur ſingularia. concl. 486. nu. 4.

Contrarium, nu. 5.

Pręſumendum non eſt aliquid placere principi, quod videatur à iuſto, & à vero abhorrere. concl. 276. nu. 17.

Pręſumendum pro ſententia eſt, poſtquam tranſiuit in iudicatum. concl. 35. nu. 11.

Pręſumendum non eſt, aliquem velle pro modico deierare, aut aliud maleficium committere. concl. 9. nu. 22.

Pręſumptio naturę quæ ſit. concluſio. nu. 29.

Pręſumptio iuris nonnunquam violenta appellatur. concl. 10. nu. 13.

Pręſumptio eſt pro tela iudiciaria ſententię tranſactę in iudicatum, & adeo potens, vt contra eam non admittatur probatio. concl. 35. num. 12.

Solennitates eædem in abbreuiatura requiruntur, quæ in inſtrumento, & quomodo, ac in quibus caſibus procedat. concluſione 4. numero 17 & 18.

Solennitates de forma contractus alienationis rei eccleſiaſticæ ſunt plures, cognitio cauſæ tam circa cauſam alienationis, quam rem. concluſio. 75. num. 12.

Solennitates in alienatione rei eccleſiæ quorſum adhibeantur. concluſio. 75. num. 7.

Solennitates extrinſecæ diuturnitate temporis præſumuntur interueniſſe, quando eſt cuius initij memoria non extat. concluſ. 2. num. 5. & 6 & 9.

Solennitates præſumuntur, ſi de modico præiudicio agatur. ibid. num 6.

Solitum apponi contractui habetur pro appoſito, etiam ſi non fuerit ſcriptum. concl. 299. numero 9.

Soluendum quando quis non neceſſitatur non habet locum illa regula, vt in neceſſitatibus nemo ſit liberalis. concluſ. 35. num. 11.

Soluendo quod quis ſe obligauit, non cenſetur animo compenſandi cum debito ſoluere, concluſio. 96. num. 8.

Soluere in dubio quis præſumitur pro ſe ipſo, nam pro alio homines grauate ſoluunt. concluſio. 44 num. 32.

Solutum quod eſt vniformiter, quotannis, præſumitur potius ſolutum iure emphyteutico, vel coloniæ perpetuæ, quam iure cenſus, iam in confeſſione facta a priuato, quam in conceſſione facta ab eccleſia. concluſione 281. numero 8.

Solutio debiti hæreditarij creditoribus hæreditarijs facta probat aditionem. concluſ. 44. numero 29.

Solutio quolibet anno facta probat annuam præſtationem. concluſ. 101. num. 6.

Solutio primi, & extremi anni non præſumit ſolutionem integrorum decem annorum, ibid. num. 7.

Solutio primi, & vltimi anni præſumit ſolutionem medij temporis. ibid. num. 8.

Solutio cẽſus per ſe ſola nõ probat dominium, niſi probetur de poſſeſſione triginta, vel quadraginta annorum. concluſ. 544. num. 2.

Solutio alicuius modici debiti hæreditarij non inducit aditionem, concluſ. 44. num. 58.

Solutio quando dere aliena facta induceret delictum, non cenſetur adminiſtrator ſoluiſſe de bonis cuius adminiſtrat, ſed de proprijs, concluſio 53. num. 7.

Solutio intelligentia Paul. de Caſtr. in conſil. 131. verſ nec nocet. concl. 113. num. 19.

Solutio æris alieni infert aditionem hæreditatis. concluſio. 44. num. 5.

Solutio facta in præſentia partis plene probat contractum contra partem, & tertium. concluſio 436. num. 5.

Solutio quid minimi non præſumit aditionem. concluſio. 44. num. 35.

Solutionem allegans illam debet probare. concluſio. 78. num. 18.

Spatium centum annorum dicitur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, concluſio. 429. num. 5.

Spatium centum annorum requiritur ad hoc, vt fama probet de dominio antiquo. concl. 546. num. 5.

Speciale eſt in finibus, vt probentur per argumenta. concluſ. 394. num. 10.

Speciale eſt in finibus, quod fiat probatio per argumenta concluſio. 393 num. 3.

Specialitas duplex circa idem concurrere non debet. concluſio. 466. num. 10.

Species impedimenti proſequendi appellationem ſunt ſex quas vide remiſſiue. concl. 116. numero 2.

Specificatio requiritur ad probandum benemerita indigna, & correſpondentia donationi. concluſio. 184. num. 12.

Speuſippus Platonis ex ſorore nepos Platonicæ ſcholæ octo annos præfuit. quæſtio. 14. numero 3.

Spiritualia non poſſunt occupari, licet vacent, ſed obtineri debent a Vicario Chriſti. concluſio. 403. num. 27.

Spoliator excipiens de titulo ſpoliati agentis, non oſtendens proprium titulum, nec ſpoliatus ſuum probare debet. concluſione 180. numero 81.

Et vide ibidem declarationem quando procedat.

Spoliatus violenter non reſtituitur, ſi ipſe ante ſuum ſpoliatorem violẽter ſpoliauerit. concluſio. 146. num. 16.

Spoliatus in poſſeſſione recuperanda iuſtificare tenetur ſuæ poſſeſſionis titulum. concl. 180. numero 9.

Spoliatus agens, ſi confitetur ſe iniuſte poſſediſſe, nõ propter hoc perdit priuilegium poſſeſſorij. concluſio. 392. num. 16.

Spoliato ſufficit probare poſſeſſionem per traditionem clauium. concluſione 298. numero 3.

Spoliato non datur reſtitutio in integrũ, quando ex decreto iudicis fuit ſpoliatus, ſiue ſit interpoſitum decretum per modum voluntariæ iuriſdictionis, ſiue per modum contentioſæ. concluſio. 480. num. 5. & 6.

Spoliato datur reſtitutio in integrum, quando eſt ſpoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato. ibid. num 7.

Spoliatum qui dicit ſe lite pendente, ſufficit probare ſe lite inchoata poſſediſſe, & ea pendente ſpoliatum. concluſ. 460 num. 19.

Sponſa, concubina, ac vxor eædem ſunt. concl. 340 num. 9.

Sponſa ſicuti humana duos coniuges eodem tempore habere nequit, ita ſponſa diuina, quæ eſt eccleſia, plures clericos ſponſos, qui eandem curam eodem tempore habeant, nõ poteſt habere. concluſio. 468. num. 6.

Sponſalia de futuro hodie nõ tranſeunt in matrimonium, etiam ſubſequuto concubitu, quæſtio. 10, num. 71.

Sponſalia diſſolui poſſunt, ſed non matrimoniũ. concluſio. 102. num. 5.

Sponſalia ab initio nulla ob conſanguinitatis impedimentum, ſi poſt diſpenſationem Papæ contrahentes ea taceant, nec reuocent, illa approbare cenſentur. concluſione 121. numero 13.

Stationarius legans alteri bibliothecam cenſetur ſentire magis de armario quam de libris. concluſio. 192. num. 5.

Status poſſeſſorij beneficij, qui tunc eſt, attenditur. concluſio. 172. num 12.

Statutum etiam ſi diceret eſſe credendum relationi ſaltuarij, & iudex non poſſet aliunde inueſtigare, & recedere à iuramento illius, tamen damnoſi paſſi poteſt dictam relationem ſaltuarij falſam demonſtrare. concluſio. 471. num. 36.

Statutum diſponens, vt ſtetur dictæ familiæ poteſtatis, procedit, niſi contrarium probetur. ibid. num. 37.

Statutum Mediolani quid diſponat in reſtitutione veſtes nuptialis, & pretioſæ. concluſ. 44. numero 51.

Statutum puniens dimittentes beſtias ſine cuſtode, procedit etiam in dimittente ſine cuſtode pecudes. concluſio. 190. num. 5.

Statutum Laudenſe præſumit inter fratres indiuiſos tacitam ſocietatem, & ſolũ excipit acquiſitum ex donatione, vel ſalario. concl. 81. num. 2.

Idem cauetur ex ſtatuto Mediolanenſi & in illo excipitur vltra præfata, etiam ſucceſſio inteſtati, ex cauſa teſtamẽti, ſiue codicillorum, vel dotis. ibid. num. 3.

Statutum etiam ſi pleniſſimam probationem facit, probatio tamen in contrarium admittitur. q. 9. num. 16.

Statu-

Digitized by Google

Statutum de lucranda dote vxore mortua, non habet locum in eo, qui propter impotentiam coire non poteſt. concluſione 311. numero 3.

Statutum, ſi habet iuramentum pro plenaria probatione, probatio in contrarium non admittitur. concl. 471. nu. 19.

Statutum loquens in caſu vero non producitur ad caſum fictum, quando illa fictio eſt introducta à iure communi, & non à ſtatuto. quæſt. 6. num. 16.

Statutum loquens de inſtrumentis non extenditur ad teſtes. ibid. nu. 117.

Statutum ſi diſponat, ſtari conſcientiæ alicuius, poteſt tamen probari contrarium, dummodo cauſa ſit nimis præiudicialis. concl. 94. numero 12.

Statutum diſponens mulieres non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorum non habet locum quando filia contrahit cum patre. concl. 570. nu 4.

Statutum ſi extat quod contra ſententiam de nullitate non poſſit opponi, locum non habet in nullitate, quæ conſtat ex inſpectione actorum. quæſt. 8. nu. 17.

Statutum condere de iuramento ad laicos non ſpectat, & ſi condant, ratum non erit. quæſt. 9. num. 14.

Statutum quod probatio per iuramentum fieri non poſſit valet, & firmum manet. quæſtio. 6. numero 5.

Statutum etiam ſi extaret, quod omnes probationes eſſent admittendæ ſaluo iure impertinentium, non tamen admittuntur impertinentes, nec articulis huiuſmodi eſt reſpondendum. concl. 132 nu. 3.

Statutum quod intra biennium non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, valet inter laicos, ſecus in foro epiſcopali, & multo minus in foro conſcientiæ. conclu. 361. numero 48.

Statutum, ne poſſit fieri probatio, niſi per ſcripturam, non habet locum in abſolutione ab excommunicatione. concl. 12. nu 7.

Statutum loquens de abſolutione habet etiam locum in confeſſione ſolutionis. concluſione 361. num. 2.

Statutum diſponens, quod qui emit omnia bona alicuius, teneatur ad eius debita, non habet locum, emendo ſeparatim, & diuerſis temporibus. concl. 45. nu. 28.

Statutum, vt credatur iuramento damnum paſſi, intelligitur de damni quantitate, non autem de dilatione ipſius damni. concluſione 471. num. 48.

Statutum & eius verba propria ſignificatione, & non impropria intelliguntur. quæſtione 6. num. 106.

Statutum de inſtrumento loquens quare non complectatur teſtes. ibid. nu. 107.

Statutum dictans, quod banniti debeant rebanniri per quoſdam ſapientes, licet bannum nõ ſit cancellatum, non poſſunt impune occidi. concl. 161. nu. 24.

Statutum quando contentatur ſolum argumentis, & non exigit plenam probationem, teſtes poſſunt recipi parte non citata. vide ibi contrarium. concl. 137. nu. 3.

Statutum loquens de inſtrumento ſub ſe comprehendit omnem publicam ſcripturam, vt acta publica, & archiui ſcripturæ. quæſtio. 6. num. 128.

Statuti in diſpoſitione, quo cauetur, vt ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, non debet tantummodo adduci illa cauſa vnica, quod ſit factum fauore agnationis. concluſ. 323. num. 6.

Statuto ſi cauetur, quem puniri pœna pedis vel alia, illud alia, intelligitur de ſimili. concl. 82. numero 2.

Statuto ſi cauetur, ſtare iuramento alicuius, venit nihilominus admittenda probatio in contrarium. concluſ 94. num. 11.

Statuto ſi cauetur, credi debere denunciatori, vel damnum paſſo cum iuramento, tamen non ſtabitur, ſi infamis fuerit etiam ſola infamia facti. concl. 94. nu. 92.

Statuto ſi rejectæ ſint omnes exceptiones, illæ tamen opponi poterunt, quæ apparent ex inſpectione inſtrumenti, vel contractus, ſiue ſententiæ, aut alterius actus. quæſtio. 8. numero 18.

Statuta quid caueatur Mediolanenſi de actis interim producendis. concluſione 33. nu. 45.

Statuto etiam ſi caueatur: vt probationes reiiciantur, non propterea tollitur probatio, quæ admittitur contra præſumptionem iuris & de iure. quæſt. 10. nu. 75.

Statuta regularium non ligant ſeculares, niſi quatenus diſponunt, quod capellani ſic ſeruiant capellanijs in eorum monaſterijs ſitis. concl. 172. nu. 18.

Statuta particularia quam primum ſunt publicata, & in vnum volumen redacta ligant ſuos ſubditos. concl. 258. nu. 14.

Stylus notarij vbi varius eſt, debet attendi vltimus, & vbi in loco plures ſunt conſuetudines, ſtatur ei, quæ minus damnoſa, & magis æquitati, ac rationi conſentanea eſt. concluſ. 299. numero 6.

Stylus, & conſuetudo eſt mutabilis. concl. 158. numero 1.

Stimulus naturalis vrget patrem ad cogitandum de liberis. concl. 493. nu. 1.

Stipulari quis non poteſt alteri niſi ſit publica perſona, & tamen gerendo negotium abſentis, poteſt eius nomine acceptare illud, quod fuit factum, vel dictum in illius fauorem & acceptatio habebit effectum illo ratificante. concl. 350. nu. 34.

Stipulatio ſequens non expreſſa quantitate, in dubio intelligitur facta ne quantitate in qua præceſſerat contractus. concluſione 345. numero 58.

Stipulatio facta pro abſente etiam verbis directis ipſius abſentis, valet in pijs cauſis. concl. 347. num. 94.

Stipulatio de non contrauenicndo calculis illico appoſita non nocet, cum eodem errore, quo facta fuit calculatio, cenſeatur & ipſa eſſe appoſita, & ſic vtrunque retractandum ſit. concl 253. nu. 19.

Stipulatio de non contrauenicndo dicitur fallax, & iniqua ratione calculi fraudulenti, qui debet retractari ſemel, vel pluries. concl. 253. num. 17.

Stultitia potius præſumitur, quam donatio. concluſ. 554. nu 7.

Stultus ſi facit actum ſanæ mentis valet. concl. 39. num. 10.

Stultus, & demens præſumitur, qui omnia ſua donat. concluſ. 544. nu. 8.

Stuprum eſt, cum non apparet expreſſe de conſenſu concubinario. concl. 341 nu 4.

Stuprum non dicitur commiſſum, quando apparet diuturna cohabitatio, diſparitas perſonarum, & arbitrium liberum mulieris. concluſ. 341. num. 10.

Subcollectoria per teſtes probari poteſt. concl. 317. num. 15.

Subdelegationes probantur per ſola ſigilla delegantium. concl. 317. nu. 4.

Subdiaconus præſumitur, qui multo tempore in illius ordine ſeruiuit. concl. 1. nu. 9.

Subditi alicuius Regis, vel domini, quare teſtimonium pro regibus ſuis perhibere poſſunt. concl. 395. num. 16.

Subditi ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis, à teſtimonio perhibendo repelluntur. ibid. num. 17.

Subornatio teſtium poſt publicationem atteſtationum timetur. concl. 134. nu. 5.

Subſcribens ſe ſcripturæ factæ per alium, ita ſibi præiudicat, ſicut ſi ipſe totam ſcripſiſſet. concluſ. 113. nu. 17.

Subſcriptio illius, qui iam ſcripſit, ſuperuacanea eſt. concl. 110. nu. 8.

Subſtantia probanda prius eſt ad probandum accidens. concluſ. 81. nu 3.

Subſtantialia inſtrumenti ſi non declarentur aperte, licet vſitata ſint, pro expreſſis non habentur. concluſ. 299. nu. 12.

Subſtitutionem aliquam comprehendere allegans tenetur probare. concluſione 78. numero 26.

Subſtitutus legans aliquid cui debebat ex diſpoſitione ſtatuti, cenſetur animo compenſandi cum debito à ſtatuto, vel lege introducto legare. concl. 96. nu. 6.

Succedens ab inteſtato etiam citra filios præſumitur ignorare teſtamentum. concluſione 45. numero 56.

Succeſſor non arctatur probare titulum anteceſſoris, neque diſpenſationem. concluſ. 304. num. 7.

Succumbens in ciuilibus condemnatur in expenſis, etiam ſi iurauerit de calumnia. concl. 25. num. 7.

Succumbens in qualitate probanda ſuccubuit in toto. concl. 325. nu. 16.

Summarie quod examinatur non prohibetur in iudicium deduci plenarie. concluſione 33. numero 48.

Summus Pontifex qui de nouo beneficia conferre poteſt, poteſt etiam declarare cõceſſionem iam factam. concl. 184. nu. 30.

Summus Pontifex vti Vicarius Chriſti, qui canonizat ſanctos in Eccleſia triumphante, ſic canonizat ſanctos in Eccleſia militante. conc. 262. num. 54.

Summus Pontifex eſt ſupremus Dei Vicarius, itaque mentitur, qui aliter ſentit. ibid. nu 53.

Summus Põtifex compellitur ad requirendum conſilium Epiſcoporum, vbi de fide agitur. ibid. num. 64.

Summo Pontifici non credi aſſerenti ex cauſa ſuæ conſanguinitatis rem Eccleſiæ alienaſſe. concl. 75. nu. 16.

Summo pœnitẽtiario aſſerenti ſe habuiſſe commiſſionem viuæ vocis oraculo non creditur. concl. 269. num. 22.

Summo pœnitentiario non creditur aſſerenti, habere commiſſionem à Papa viuæ vocis oraculo in præiudicium tertij. concluſio. 140. num. 13.

Sumptum facultatis collectoris de regiſtris bullarum Papæ probat facultatem. concluſ. 317. numero 7.

Sumptum ex regiſtro probat bannitum, etiam ſi regiſtrum fuerit conſumptum, vel combuſtum, & talis bannitus virtute illius ſumpti poterit impune occidi, dummodo ſumptum ſit cum ſolemnitatibus requiſitis. concl. 126. num. 11.

Sumpta poſtquam clauſa, & ſigillata ſunt producta coram Auditore cauſæ in curia, recognito ſigillo, fidem faciunt. concluſione 317. numero 8.

Supellectilia domus poſſunt probari per teſtes domeſticos. concl. 553 nu. 23.

Superbis Deus reſiſtit, ſed humilibus dat gratiam. concl. 262. nu. 6.

Superfluis vti non debemus. concl. 430. nu. 11.

Superior poteſt errata corrigere, vel reformare, quando agitur de graui præiudicio. concluſ. 414. num. 9.

Superior ſi onus probandi defectum tituli in ſe aſſumere volens, probare poterit. concl. 180. num 25.

Superioris præceptum illius morte finitur. concluſ. 188. nu. 28.

Susceptor ſpecierum publicarum tenetur de earum amiſſione, niſi intra annum caſum probauerit. concl. 173. nu. 14.

Superſtes præſumitur aggreſſus, ſi exclamauit, vt ſibi ſuccurreretur. concl. 72. nu 9.

Superſtes ſe recipiens, & refugiens præſumitur aggreſſus. ibid. nu. 10.

Supplicationes apoſtatarum Imperatori, vel Regi porrectæ non admittuntur. concluſ. 112. num. 19.

Suſpicio fugæ quomodo probanda. concluſ. 455. num. 13.

Suſpicio fraudis, vel ſimulatio non poteſt præſumi, quando conſtat de iuſta cauſa retentionis. conc. 439. num. 27.

Suſpicio fugæ debet plene probari, & iuſtificari poſt capturam. concl. 455. nu. 16.

Suſpicio hoſtra ceſſat in his, quæ palam fiunt, ſecus ſi clam: quia ſuſpicio arguitur. concluſ. 60. num. 3.

Suſpicio falſitatis non cadit, quando agitur de ſcriptura iam facta. concl. 111. nu 18.

Suſpicio fraudis arguitur ex varietate contractuum. concl. 442. nu. 4.

Suſpicio dilapidationis bonorum debitoris poteſt probari per iuramentum, & propter hanc ſuſpicionem poteſt capi, & in carcerem coniici. concl 477. nu. 3.

Suſpicio fugæ debitoris iurata tollitur, ſi probetur debitorem eſſe bonæ famæ & ſummæ exiſtimationis, ac probitatis. ibidem numero 4.

Suſpicio fugæ debitoris etiam iurata excluditur, & tollitur ſi probatum fuerit poſſidere immobilia, vel eſſe habitatorem continuum in vrbe. ibid. nu. 5.

Suum quod non eſt, debet quis ſcire eſſe alienum. concl. 224. num. 13.

Qui hæredes non præſumuntur ſcire contenta in teſtamento patris, vel conſanguineorum. concl. 413. num. 8.
Suſpicionibus aliquis damnari non debet, q. 15. numero 6.
Simoniæ in crimine attenditur qualitas perſonæ dantis, & recipientis, quantitas, modus, & tempus donationis. concl. 164. nu. 13.

T

Tabellioni ſine ſcriptura, & teſtibus non creditur. concl. 35. nu. 20.
Tacens habetur pro conſentiente in præiudicium alterius fauore Reipublicæ, Eccleſiæ, & pupilli. concl. 417. nu. 10.
Taciturnitas non habetur pro conſenſu quo ad alium obligandum. concl. 417. no. 19.
Taciturnitas in commodis eſt pro cõſenſu. concluſ. 359. num. 23.
Talis quis præſumitur, qualis in habitu requiritur. concl. 264. nu. 7.
Temerarium eſt à communi, & magis recepta ſententia recedere. concluſ. 398. num. 5.
Temporalia vacantia ſine alicuius iniuria & peccato occupari poſſunt. concluſione 403. numero 26.
Tempus quadrimeſtre datum reis principalibus, datur etiam eorum fideiuſſoribus de iudicatu ſoluendo. concl. 102. num. 8.
Tempus ad probandum compenſationem eſt repoſitum in arbitrio Iudicis. concluſio. 334. numero 5.
Tempus expreſſum in dicto teſtis intelligitur repetitum in ratione ſui dicti. concluſ. 389. numero 7.
Tempus octuaginta annorum non ſufficit contra libertatem eccleſiæ. concluſione 208. numero 10.
Tempus vbi eſt de ſubſtantia alicuius actus, opus eſt probare de tempore regulariter, & quando procedat. concluſione 16. numero 9. & 17.
Tempus, quod requiritur, vt bona dicantur de menſa eccleſię, cum non ſit à iure expreſſum, debet iudicis arbitrio terminari. concl. 203. numero 17.
Tempus modicum ad inducendum ſimulationem contractus relinquitur iudicis arbitrio. concl. 438. no. 11.
Tempus longum ad bonam fidem præſumendum arbitrio boni viri, ſeu iudicis relinquendum eſt. concl. 188. no. 9.
Tempus quod ſufficiat in obiectione perſonali, vel in iure reali propter canonis præſtationem. concl. 259 nu. 3.
Tempus minus decem annorum non ſufficit ad probandam conſuetudinem. concl. 424. numero 26.
Tempus decem annorum longum dicitur. concluſ. 424. nu. 27.
Tempus quod ſit antiquiſſimum, vt conſanguinitas optime probari poſſit per famam. concluſ. 421. nu. 7.
Tempus quadraginta annorum ſufficit ad inducendam conſuetudinem cõtra reſeruata Principi, vbi quis habet titulum. concl. 424. numero 41.
Tempus allegans, illud probare debet. concluſ. 78. num. 20.
Tempus idem dandum eſt probandum compenſationem, & liquidandum debitum, quod dari debet ad ſoluendum. concluſione 334. numero 7.
Tempus decem annorum longum eſt: vt ex eo præſumatur conſenſus. concl. 417. nu. 2.
Tempus certum, id eſt, annus, & menſis commiſſi adulterij debet poni in libello accuſatorio. concluſ. 58. nu. 6.
Tempus adeo inducit præſumptionem tituli, vt quis nihil aliud cogatur oſtendere. concluſ. 260. num. 9.
Tempus in acceptatione, etſi requiratur, non eſt de ſubſtantia. concl. 16. nu. 18.
Tempus quadraginta annorum antiquum dicitur, attenta breui vita hominum. conc. 884. numero 4.
Et an ita dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, ibidem.
Temporis in probatione antiqui ſuper dominio teſtes deponere debent, communem eſſe opinionem, non extare memoriam in contrarium. concluſ. 548. nu. 4.
Tempore indigemus in omnibus actis, vt aliquid maturius agamus. concluſione 241. numero 8.
Tenor ſcripturæ amiſſæ probari poteſt per teſtes. concl. 416. num. 11.
Terminus hominis ſuccedit loco termini legalis. concluſ. 238. nu. 49.
Terminus ſi præſcriptus fuerit ad probandum, & probatum conſequendum, tunc non ſatis eſt, vt infra terminum teſtes iurent, ſed intra illum rogari debent, alioqui poſtea non admittuntur, q. 17. num. 38.
Terminus ſtatutus à lege, vel ſtatuto ſemper intelligitur peremptorius, nec vltra illud aliquid proponere licet. quæſt. 6. nu. 144.
Terminus quo pacto cognoſcatur voluiſſe potius terminare cum vno territorio, quam cum alio. concl. 400. nu. 7.
Terminus ad proſequendum appellationem licet ſit annus, tamen per iudicem ab ipſo detrahi aliquid poteſt. concl. 217. no. 11.
Terminus ſtatuendus ijs, quos contingit prima cauſa ſucceſſionis ad deliberandum, velint adire, necne, debet eſſe minimum centum dierum, & ſi nullus comparebit, ſatis dicetur conſtare bona eſſe vacantia. concluſio. 281. num. 3.
Termini aſſignatio eſt actus iudiciarius. quæſt. 6. num. 156.
Termini ad probandum quomodo dentur actori, & reo. concluſio. 37. nu. 8.
Termini appoſiti ab homine mutabiles, appoſiti à natura vt flumina & montes æterni ſunt. concl. 393. no. 9.
Termini vbi olim fuere, ibi etiam nunc eſſe præſumuntur. concl. 403. nu. 7.
Termini appoſiti ab homine mutabiles ſunt, & poſiti à natura, vt flumina, & montes perpetui. ibid. num. 8.
Termino à lege præfixo, ſi in prima inſtantia non ſunt appoſitæ exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ, in cauſa appellationis opponi non poterunt. concl. 118. nu. 48.
Terminorum quod ſemel eſt verum, ſemper eſt verum. concl. 403. nu. 6.
Terminos mutare licitũ eſt in proprijs agris. concl. 403. nu. 20.
Terris in maritimis eſt conſuetudo: vt fiat proteſtatio de impedimento appellandi. concluſ. 116. num. 10.
Teſtamentum furioſi habentis dilucida interualla præſumitur factum tempore ſani intellectus, ſi videtur factum ab homine ſanæ mentis. concl. 39. num. 6.
Teſtamentum furioſi continens aliquam fatuitatem præſumitur factum tempore furoris, etiam ſi habeat dilucida interualla. ibidem num. 7.
Teſtamentum militis licet ſit ſcriptum notis inuſitatis, tamen valet, & tenet, dummodo intelligatur. concl. 288. num. 7.
Teſtamentum ad pias cauſas ſemper valet, ſiue ſcriptum ſit notis vſitatis, ſiue inuſitatis, ibid. num. 8.
Teſtamentum Cardinalis ex diuturnitate temporis præſumitur factum de conſenſu, & licẽtia Papæ. concl. 417. nu. 9.
Teſtamentum illud propriè non dicitur, quod iure perfectum non eſt. concl. 243. nu. 2.
Teſtamentum, in quo monachus abſque ſui ſuperioris licentia eſt teſtis poteſt impugnari. concl. 161. numero 2.
Teſtamentum furioſi approbatum Romæ. concluſione 39. nu 9.
Teſtamento parentum inter liberos non requiritur rogatos eſſe teſtes. concl. 493. num. 2.
Teſtatio ſola prolata, nec alijs legitimis adminiculis cauſa approbata, nullius eſt momenti. q. 5. num. 181.
Teſtator legans, quando iubet legatarium contentum eſſe ſuo legato, animo compenſandi legaſſe præſumitur. concl. 96. nu 4.
Teſtator legans filiæ pro omni eo, quod petere poteſt, relinquere videtur animo compenſandi cum dote per eam recepta. ibidem numero 5.
Teſtator ſi confeſſus ſit ſe fuiſſe fœneratorem, fit interpretatio, illum ſemper fuiſſe, vt hæres ad reſtitutionem compellatur. concl. 495. num. 7.
Teſtator præſumitur recordari de pertinentibus ad ſe. concl. 153. nu. 4.
Teſtator præſumitur ignorare vires ſui patrimonij, niſi ex aliqua qualitate aliud præſumatur. concl. 153. nu. 5.
Teſtator quo nomine iubet aliquid fieri, eo factum præſumitur. concl. 31. num. 19.
Teſtator quod dixit, & à notario prætermiſſum, poteſt per teſtes probari, vt ſuum ſortiatur effectum. concl. 308. nu. 3.
Teſtatoris voluntas ex coniecturis inſpicitur. concl. 181. num. 11.
Teſtatoris probandam ſubſtantiam, ſeu voluntatem omiſſam per errorem notarij, tot teſtes requiruntur, quot ſunt neceſſarij, ſi fieret directa probatio expreſſæ diſpoſitionis. concl. 406. num. 3.
Teſtatoris contra dictum declarantis voluntatem nihil opponi poteſt, neque etiam contra ipſius perſonam, ſi fuit electus ab ipſo teſtatore. concl. 485. nu 9.
Teſtatorem rem obligatam creditori legaſſe animo compenſandi probari poteſt ex coniecturis. concl. 333. num. 12.
Teſtis accuſati de falſo fides non omnino euaneſcit, ſed diminuitur, iudicato culpabili. concl. 27 no 6.
Teſtis dictum non valet, ſi iuramentum delatum ſit die non iuridico. q. 5. nu. 90.
Teſtis iuramento ſe aſtringere non poteſt die feriato. ibid. no. 91.
Teſtis deponere poteſt in die feriato, dummodo in die iuridico iurauerit. ibidem numero 92.
Teſtis deponens de veritate, licet ſit ſingularis, tamen probat, & cogitur ad plenam probationem faciendam. concl. 379. no. 9.
Teſtis non poteſt deponere, niſi per credulitatem, quod quis occidat aliquem ad ſui defenſionem. concl. 389 nu. 5.
Teſtis, qui ad teſtandum in eius cauſa, de cuius vita agitur vocatus eſt, ſi in iudicio non ſteterit, pro falſario eſt habendus, & pœna l. Cornelię in ipſum animaduertenda, quæſt. 5. num. 71.
Teſtis falſus talionis pœna coercendus eſt, ibi. num. 72.
Teſtis vnius dicto non ſtatur in præiudicium tertij, ſecus vbi non de præiudicio alicuius. concl. 163. nu. 5.
Teſtis non eſt omni exceptione maior, in quo eſt præſumpta affectio. concl. 307. num. 3.
Teſtis vnus probat in cauſis, quæ breuiter, & ſummariè abſoluuntur, & determinantur. q. 11. num. 59.
Teſtis valde dignus probat. ibid. num. 20.
Teſtis vnus cum fama in cauſa matrimoniali non iungitur ad plenam probationem. concl. 55. num. 6.
Teſtis deponens aliquem eſſe diuitem, ſi reddit rationem cauſa ſcientiæ, quia ſum vicinus, vel conſanguineus, probat. concluſio. 515. num 24.
Teſtis citari debet, alioquin eius teſtimonium irritum erit, & nullum. q. 5. nu. 28.
Teſtis de auditu auditus licet in alijs criminibus non probet, tamẽ contra aſſaſſinum facit inditium ad torturam, quia facit qualem qualem præſumptionem, ſeu coniecturam, & transfert onus probandi in aduerſarium. concluſ. 337. num. 4.
Teſtis ponere debet per quinque ſenſus corporis. concl. 278. nu. 8.
Teſtis ſi dicat, tale caſtrum habere merum imperium, quia vidit illius loci officialem feciſſe decapitare vnum in tali loco, & alius dicat eodem in loco vidiſſe dictum officialem ſuſpendere feciſſe vnum ex eorum depoſitionibus reſultabit probatio. concluſione 395. numero 32.
Teſtis dictum, qui ſtatuto tempore ad probandum iurauit, ſed quæ dixit, extra tempus ſtatutum depoſuit, an probet, & valeat, vide remiſſiue. q. 5. num. 95.
Teſtis dictum ſuum deponere debet viua voce, & non in ſcriptis iudici tradere. quæſtio. 5. num. 11.
Teſtis ab epiſcopo in cuſtodiam datus etiam contra ipſum epiſcopum poteſt teſtimonium ferre. concl. 168. num. 7.
Teſtis affinis pro affine poteſt teſtificari in cauſis ciuilibus paruis. concl. 68. nu. 10.
Teſtis affinis pro affine non repellitur, ſi lis ciuilis orta eſſet ex crimine, dummodo non inferat iniuriam ipſi affini teſti producto. ibi. num. 15.

Teſt.

Teſtis affinis dictum non reſcinditur, etiam ſi in eius depoſitione affinitatem negaſſet. ibid. nu. 12. vidaque ibi contrarium.

Teſtis de auditu auditus nihil probat, etiam de auditu confeſſionis adulteræ. conclusione 62. numero 4.

Teſtis contra officialem ſuper barrateria non poteſt eſſe, qui libellum, vel petitionem dedit contra officialem, quia eſt ſuſpectus. concluſ. 165. nu. 6.

Teſtis ſi quis producatur, qui iuramento promiſiſſet alicui non reuelare arcanum ſibi priuatim commiſſum, quia tenetur illud detegere. q. 5. nu. 50.

Teſtis cum reddit cauſam ſui dicti, quia vidit, ſufficit. concl. 490. nu. 16.

Teſtis deponens de confeſſione in abſentia partis, non probat. concluſ. 379. nu. 19.

Teſtis dicens in articulo mortis ſe falſum in tali cauſa dixiſſe, non nocet parti. concluſ. 359. numero 82.

Teſtis etiam inuitus ad teſtimonium perhibendum compelli poteſt tam in ciuili, quàm in capitali cauſa. q. 5. nu. 47.

Teſtis idoneus, & habilis ſemiplene tãtum probat, q. 12. num. 2.

Teſtis deponens de colore, ſi dicit, rem talis coloris eſſe, quia viderit, probat. concl. 321. numero 8.

Teſtis ſi deponat de auditu poſt litem motam, ibi vbi res agitur, ſuſpectus eſt. concl. 410. numero 6.

Teſtis alias inhabilis admittitur ad teſtificandum ſuper crimina ſimoniæ. concluſ. 464. numero 15.

Teſtis etiam infamia notatus, vel ſi alioqui inhabilis, ſi de re ſua deponat, probat. quæſt. 21. numero 16.

Teſtis vnius probatio ſatis eſt in cauſis poſſeſſorij, quæ nullius ſunt ponderis. ibid. nu. 17.

Teſtis vnus idoneus cum ſocio criminis facit plenam probationem. concl. 158. nu. 5.

Teſtis de vniuerſitate, cui in vniuerſum aliquid vtilitatis obueniet, non repellitur á ferendo teſtimonij in cauſa vniuerſitatis, ſed ei minus, quam alijs creditur. concl. 395. nu. 18.

Teſtis vnus probat, cum agitur de nulli præiudicando, & aliquem iuuando. concluſio. 415. numero 5.

Teſtis non repellitur tanquam criminoſus, licet crimen probetur, niſi etiam quod illiuſmodi habebatur, probetur. concl. 27. nu. 2.

Teſtis quicunque ad teſtandum idoneus, & aptus optime compelli poteſt, etiam ſi viator ſit, qui per ciuitatem alio perrecturus iter faciat. q. 5. num. 63.

Teſtis vnicus ſi non deponit de veritate facti, & delicto immediate, non ſatis eſt ad inducendum indicium ad torturam. concluſione 462. numero 19.

Teſtis mortuus pro inſtrumento ſtare præſumitur, ſed iſta præſumptio legitimæ probationi cedit per illos teſtes viua voce contra inſtrumentum deponentes. quæſtione 6. numero 66.

Teſtis pro inſtrumento deponens duobus contra illud deponentibus præfertur. ibidem numero 67.

Teſtis dicens ſe vidiſſe aliquem bene cantare, nihil probat. concl. 263. nu. 1.

Teſtis dicens ſe Titium vidiſſe promittere, optime probat. ibid. num. 7.

Teſtis deponens per hæc verba, vidi tale vinum eſſe dulce, & talem rem duram, vel mollem, quæ alio ſenſu percipiuntur, recte probat. ibi. numero 8.

Teſtis dictum adducti per partem ad iudicium, vt de ea re, quæ in controuerſia vertitur deponat, abſque alia citatione, firmum & ratum eſt, & valet. q. 5. nu. 34.

Teſtis vnius dictum facit ſuſpectas tabulas teſtamenti, ſed non plene euertit. quæſtio. 11. numero 5.

Teſtis affinis admittitur pro affine ad tuendum eum a pœna homicidij. concluſione 68. numero 8.

Teſtis inſtrumentarius licet ſit domeſticus, nihilominus admittitur, & probat. concluſ. 533. numero 29.

Teſtis non probaret adulterium, ſi diceret, vidiſſe hominem ſuper mulierem, niſi diceret in actibus venereis. concl. 59. nu. 4.

Teſtis deponens ſuper communi vſu loquendi, debet addere in dicto ſuo, quod ſciat, quia ſic audiuerit dici communiter. concluſ. 319. numero 20.

Teſtis iuramentum ſuper matrimonio diſſoluendo remitti non poteſt, ſecus in matrimonio confirmando. q. 5. nu. 112.

Teſtis de crimine etiam ſi faciat indicium, non tamen ſemiplenam probationem facit, verum ſi indicium ex confeſſione rei oriatur plus eſt, quàm indicium. q. 15. nu. 13.

Teſtis non poteſt eſſe, qui accuſationem impetrauit. concl. 56. num. 3.

Teſtis dictum valet, atque ratum eſt, quamuis non ſit citatus, ſi per partem ad Iudicem producitur. q. 5. nu. 30.

Teſtis pœnitentiarius habens auctoritatem abſoluendi illum probat. & ibi quare. concluſ. 12. num. 4.

Teſtis, quem Epiſcopus incluſit in cuſtodias pro iuriſdictione ſua, poteſt admitti pro ipſo Epiſcopo. concl. 268. nu. 6.

Teſtis & ſi conuincitur in eo, quod prima facie præſumitur eſſe crimen, poteſt tamen aliquo modo excuſari á delicto ratione ignorantiæ, vel alia iuſta cauſa. concluſione 464 numero 19.

Teſtis in cauſa propria nemo admittitur. concluſ. 68. num. 5.

Teſtis dicens ſcio, quia credo, non affirmat. concluſ. 458. nu. 6.

Teſtis dicens, videre meo, non affirmat. ibidem numero 7.

Teſtis ſi dicat, iudicio meo, non affirmat. ibid. numero 8.

Teſtis ſi dicat, ſcio pro certo, non affirmat. ibid. numero 9.

Teſtis dictum, ſi aliqua ex parte deficiat, ipſum vitiare ſolet. quæſt. 6. nu 69.

Teſtis omni exceptione maior quis dicatur. ibidem num. 70.

Teſtis depoſitio ad iuramenti tempus retrotrahitur. q. 17. nu. 37.

Teſtis ſi propoſitum crimen confiteatur in ſua depoſitione, & ſic aliud agens, non ex eo punitur. concl. 345. nu 14.

Teſtis deponens de antiquo, & dicens de ipſo facto ſe recordari, non probat. concluſ. 104. numero 5.

Teſtis deponens de alicuius præſentia non concludit niſi & quod audierit, deponat. concl. 9. num. 5.

Teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plene probat poſſeſſionem abſque alio iuramento. quæſt. 5. num. 119.

Teſtis ratio illa eſt, quæ dat eſſe eius atteſtationi, ibid. num. 122.

Teſtis teſtimonium perhibens ad alterius defenſionem, etiam ſi non reddat ſcientiæ cauſam, tamen probat. ibid. nu 124.

Teſtis, quibus caſibus dicatur reddidiſſe rationem ſufficientem, vide remiſſiue. 1. 1. nu 325.

Teſtis dictum non depoſitum per vnũ ex quinque ſenſibus, quibus in caſibus teneat, & valeat, vide remiſſiue. ibid. nu. 128.

Teſtis de quidditate eius, ſuper quo deponit, poteſt interrogari. concl. 430. nu. 9.

Teſtis deponens de nocte, debet ſcire, quid ſit luna, ſiue dies. Ibid. nu. 10.

Teſtis non eſt interrogandus de quidditate, ſi ex eius dictis deprehenditur intelligere id, de quo deponit. ibid. num. 11.

Teſtis cui obijcitur crimen in genere, propter hoc non repellitur á teſtificando. conc. 464. numero 23.

Teſtis inſtrumentarius, qui eſt deſcriptus in teſtamento, admittitur, quamuis ſit criminoſus, dummodo occulte ſit, ibidem nu. 24.

Idem dicitur de mediatore, & proxeneta in inſtrumento deſcripto. ibid nu. 25.

Teſtis criminoſus ſi examinetur vna cum alijs teſtibus fide dignis, dictum illius ſuſtinetur. ibid. num. 26.

Teſtis interrogatus, quid ſit illud, ſuper quo examinatur, non cogitur id definire verbis iuris, ſed ſatis eſt, vt verba facti dicat, ex quo ius reſultat. concl. 430. nu. 12.

Teſtis de poſſeſſione examinatus, ſi interrogetur, quid ſit poſſeſſio, ſufficit, ſi dixerit, quando vnus retinet poſſeſſionem, & eius fructus colligit, ibid. num. 13.

Teſtis non debet interrogari, quid ſit, quod deponit, quãdo deponit de eo, q. eſt ita clarũ, vt nulla alia demonſtratione indigeat. ibi. nu. 14.

Teſtis ſuper conſuetudine non eſt interrogandus, quo pacto mutuum, vel conſuetudo accipiatur. ibid num. 15.

Teſtis inimicus etiam in crimine læſæ maieſtatis non recipitur. concl. 462. nu. 31.

Teſtis vnius ſemiplena probatio, tantum efficit, vt præſumptionem faciat, per quam in aduerſarium probatio transferatur. quæſt. 11. numero 9.

Teſtis ex actibus viſis ab eo recte poteſt dicere, hoc credo. concl. 490. nu 11.

Teſtis productus ſuper poſſeſſorio non eſt interrogandus ſuper proprietate, quod ſi euenerit, nihil proderit eius dictum. quæſtio. 17. numero 18.

Teſtis vnus cum fama in criminalibus plenam probationem facit, ſi adſint aliæ coniecturæ vehementes. concl 459. nu. 11.

Teſtis ſuper omnibus, quæ ad cauſam faciunt, videtur productus. q. 17. nu. 22.

Teſtis dicta, cui Notarius de mandato Iudicis deferat iuramentum, nullius futura ſunt momenti. q 5. num. 99.

Teſtis dictum ratum non eſt, præterquam in eo, quod in articulis continetur, quæſtio. 17. numero 19.

Teſtis ad interrogata reſpondere debet, & non ad alia, ibid. num. 20.

Probatio ſubreptitia improbatur á lege, & valere non debet. ibid. nu. 20.

Teſtis vnus de viſu, an ſufficiat ad probandum ſimulationem contractus. concluſione 447. numero 4.

Vide remiſſiue. ibid.

Teſtis eſſe poteſt, qui accepit pecuniam, ne parti faueret. concl. 454 nu. 14.

Teſtis iuramentum non eſt de natura inſita ipſius teſtimonij, & ab aduerſa parte remitti poteſt q. 5. nu. 103.

Teſtis iniuratus falſum deponens, pœna tamen falſi, ac ſi iuraſſet punitur. quæſtio. 5. numero 106.

Teſtis iuramentum á parte remitti non poteſt in cauſa criminali, ibid. num 107.

Teſtis iuramentum quare in ciuili iudicio á parte remitti poſſit, & in criminali non. ibid. num. 108.

Teſtis dictum de auditu valet, quando paries, vel cortina eſt in medio inter ipſum, & perſonam loquentem. concl. 457. nu. 2.

Teſtis de auditu facit aliquam præſumptionem. ibid. num. 3.

Teſtis deponens ſe audiuiſſe ab vno, tantum probat. concl. 104. nu. 9.

Teſtis dicens audiuiſſe ab vno, non ſufficit: quia ſaltem á duobus deponere debet, alias non probat. ibid. num. 10.

Teſtis non probat, ſi dicit audiuiſſe ab vno, & ab alijs, & vnum nominet, alios non. ibid. numero 21.

Teſtis vnus ſufficit probare vnum gradum, & alius alium.

Et ibi vide contrarium. concluſione 69. numero 10.

Teſtis deponens de veritate facti coniungitur cum altero deponente de confeſſione, vt plene probent. concl. 379. nu. 15.

Teſtis deponens de confeſſione abſente parte ſemiplene non probat. ibid. nu. 16.

Teſtis idoneus eſt pro amico, qui vtrique parti eſt æqualis amicus. concl 86. nu. 7.

Teſtis vnus, & iuramentum partis ſufficiunt ad probandam ignorantiam conſuetudinis alterius ciuitatis, vel loci. concluſione 423. numero 24.

Teſtis vnius depoſitio, & iuramentum ſuppletorium ſufficiunt ad probandam conſuetudinem multum antiquam. ibid. nu. 25.

Teſtis deponens negatiuam interpoſitione affirmatiuæ, tunc non differt á teſtibus negantibus, & affirmantibus, & ibi quando ſit præſumptio contra teſtes ſuper ea deponentes. concl. 70. nu 9.

Teſtis alias inhabilis admittitur in cauſa dilapidationis bonorum. concl. 464. nu. 17.

Teſtis productus ad probationem dominij debet deponere ſuper facto, non ſuper iure. concluſ. 547. num. 10.

Teſtis probat declarationem voluntatis teſtatoris, quando iureiurando affirmat eam fuiſſe voluntatem ipſius. concluſione 483. numero 5.

Teſtis deponens ſuper conſuetudine, ſi interro-

getur, quid ſit conſuetudo, & id non declaret, non probat, & hoc procedit, ſiue ſit peritus, ſiue imperitus. concl. 430. nu. 3.

Teſtis vnus cum fama concurrente aliqua præſumptione ſufficit ad id, vt quis torqueri poſſit, ſed non quantum ad condemnationem. conclu. 459. num. 15.

Teſtis qui non poteſt teſtificari viua voce, redditur teſtis idoneus in inſtrumento. concluſ. 408. num. 19.

Teſtis ſuper diſtantia loci, quas rationes reddere debeat. concl. 384. num. 3.

Teſtis oppugnans inſtrumentum, ſi ſit vnus ex his neceſſarijs ad numerum requiſitum in illo, in ſuſpicionem incidere facit inſtrumentum, & ei fides adhibetur. quæſtione 6. numero 43.

Teſtis vnus contra inſtrumentum deponens debet eſſe omni exceptione maior. q. 6 nu. 59.

Teſtis vnicus ſufficit ad faciendum indicium ad torturam in crimine læſæ maieſtatis. concluſ. 462. num. 18.

Teſtis qui leuauit aliquem de ſacro fonte eſt idoneus, & pro filio ſpirituali poteſt teſtificari. concluſ 331. nu. 14.

Teſtis deponens ſuper viſu, an debeat aliquas perſonas nominare. concl. 329. nu 15.

Teſti vni, quod fides adhibeatur, etiam contra fœneratorem, nec per ſtatutum, aut conſuetudinem ſanciri poteſt, q. 11. nu. 10.

Teſti vnico etiam Cardinali non eſt fides adhibenda. ibid. nu. 12.

Teſti ſoli ſtandum eſt, ſi ita conuentum fuit inter partes. ibid. nu. 12.

Teſti vni creditur propter teſtatoris auctoritatem, ſi teſtator mandat, vt ipſi credatur. ibid. num. 13.

Teſtis vnius depoſitio probat, quando nemini nocet, & alteri prodeſt. ibid. nu. 14.

Teſti inimico non creditur. concluſione 144. numero 11.

Teſti vni non eſt credendum, etiam ſi ſit Cardinalis. concl. 386. nu. 4.

Teſti cuiuſcunque ſit qualitatis, non creditur abſque iuramento. concl. 462. nu 8.

Teſti Doctori non creditur, ſi ſolus ſit. concluſ. 216. num. 15.

Teſti iniurato nihil creditur, ſed ipſius verba præſumptionem faciunt. q. 5. nu. 84.

Teſti vnico quando adhibeatur fides. quæſtio. 5. numero 11.

Teſti iniurato quando credendum ſit, vide remiſſiue. q. 5. num. 79.

Teſtem eſſe, & principalem in cauſa, abſurdum eſt. conclu. 3. nu 3 & 15.

Teſte inſtrumentario domeſtico ceſſat ſuſpicio, cum ſic partibus placuerit. concluſ. 533. numero 50.

Teſtes domeſtici, coniuncti, & id genus alij admittuntur ad probandum defenſionem conſanguinei ſui. concluſione 490. nu. 4.

Teſtes ſicut inſtrumenta in inferioribus parem vim habent. concl 421. nu 8.

Teſtes duo non ſufficiunt in recognitione chirographi, licet vnus illorum ſit notarius. concluſ. 285. num. 4.

Teſtes ſubſcribentes ſe chirographo debent eſſe mares, & non fœminæ. ibid. num 5.

Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum coniecturam voluntatis teſtatoris. concluſ. 406 num. 7.

Teſtes æquiualent inſtrumento. concl. 205. numero 8.

Teſtes ſi iurare abnuerint, ad damna partis obligati ſunt. q. 5. num. 112.

Teſtes deponentes tantummodo de contractu, & præparatione arbitramenti non probant, concl. 186. nu. 2.

Teſtes duo clerici, ſi teſtificantur contra me, & duo laici pro me, creditur laicus deponentibus me non deliquiſſe, licet clerici ſint digniores. concl. 234. nu. 6.

Teſtes iuramento de non teſtificando allegati, debent abſolui, ne in periurij crimen incidant, & vt illorum dicta valida ſint. quæſt. 5. num. 53.

Teſtes in loco non apto examinari poſſunt, vbicunque neceſſitas imminet propter periculum mortis, vel abſentiæ in loco longinquo. concl. 273. num. 7.

Teſtes de caſu poſſunt etiam examinari ſuper articulis a iudice repulſis, & reprobatis. ibid. numero 8.

Teſtes ſingulares coniunguntur, vt plene probent, quando tendunt ad eundem finem, licet per diuerſa media. concluſione 379 numero 14.

Teſtes complices, & proxenetæ admittuntur in crimine ſimoniæ. concl 420 nu. 4.

Teſtes ſuper conſuetudine recipi poſſunt parte non citata. concluſ. 424. nu. 9.

Teſtes diuerſimode deponentes licet ſint ſingulares de loco, & tempore, ſi tamen concordant in facto principali, probant. concl 379. numero 11

Teſtes ſingulares coniungi ad probandum confeſſionem abſentis. ibid. nu. 12.

Teſtes ſingulares in probanda generali conſuetudine paſſim admittuntur. concluſ. 423 numero 8.

Teſtes etiam ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus factis diuerſo loco, & tempore probant debitum. concl. 479 nu. 5.

Teſtes iam examinati ſi producuntur coram iudice, debent iterum ſolenniter examinari, & iurare. concl 35. nu. 14

Teſtes affines, domeſtici, & familiares in criminalibus ad defenſionem admittuntur. concl. 26. num. 7.

Teſtes in cauſa hæreſis recipi poſſunt contra inquiſitum poenitentem etiam parte non citata. q. 5. num. 41.

Teſtes ſi in iudicio forte fortuna reperiantur, abſque citatione, ibi recte examinari poſſunt. quæſt. 5. nu. 29

Teſtes de caſu in loco, vbi incidit, examinari debent, & eorum depoſitiones ſatiuntur poſtea fieri coram iudice legitimo. concl. 275. numero 4.

Teſtes valetudinarij vel diu abfuturi, vel ſenes ante litem conteſtatam rogati poſſunt propter periculum, quod in mora verſatur. q. 17. numero 42.

Teſtes & inſtrumenta eandem vim habent. concluſ. 174 nu. 5.

Teſtes optime dominium probant & debent rationem reddere etiam non interrogati. concluſ. 547 nu. 1.

Teſtes quædam probant, quæ per inſtrumenta non probantur. q. 5. nu. 13.

Teſtes deponentes de depoſito, ſi dicant tantummodo illiuſmodi contractum fuiſſe receptum depoſitum, non probant. concluſ. 510. numero 1.

Teſtes ſuper depoſito certæ ſummæ in ſacculo, non probant niſi dicant vidiſſe numerari certam ſummam. ibid. num. 2.

Teſtes probant, ſi vnus dicat vidiſſe pecuniam deponi, & alter vidiſſe numerari. ibid. nu. 3.

Teſtes iurati non probant, niſi reuera in actis de iuramento conſtet. q. 5. nu. 113.

Teſtes qua ratione examinandi ſint, & quid agendum, quando exteri ſunt. vide remiſſiue. ibid nu. 114.

Teſtes quo pacto interrogandi ſint, vide remiſſiue. ibid. nu. 115.

Teſtes duo in qualibet cauſa regulariter ſatis ſunt. ibid. num. 117.

Teſtes in negotijs criminalibus, etiam non interrogati, ſcientiæ cauſam, & rationem reddere debent, alias non probant, nec indicium faciunt. ibid num. 123.

Teſtes ſcientiæ cauſam afferre debent per illum corporis ſenſum, quo perceperunt id, de quo rogantur. ibid. num. 126.

Teſtes deponentes ſuper ſolam, & ſimplicem negatiuam in ſuſpicionem incidunt, & tanquam falſarij puniendi ſunt. ibid. nu. 127.

Teſtes, ſi ab eadem producuntur parte, quæ ſcripturam producit, vel ab aduerſa, ſed nihil ſcripturæ opponunt, in probatione cæteris ſunt ſuperiores, q 6. nu. 22.

Teſtes, qui, quando ſcriptura conficiebatur, interrant, non ſecus habentur quo ad ſcripturæ validitatem, ac ſi ſubſcripti fuiſſent. ibid. num. 30.

Teſtes ſi ſubſcripti ſint, omneſque adhuc ſuperſint, & inſtrumentum oppugnent, tunc inſtrumentum vires ſuas amittit, & probationi teſtium ſtandum eſt. ibid. nu 36.

Teſtes recta via reijciunt inſtrumentum, cum negant eo pacto geſta fuiſſe ea, quæ in ipſo conſcripta reperiuntur, & tunc per duos inſtrumentum reijcit, atque proſterni poteſt, niſi per alios in ipſo deſcriptos auxilium afferatur, deponentes veriſſime conſcripta ea fuiſſe, quæ in inſtrumento continentur. q. 6. numero 39.

Teſtes qui inſtrumentum oppugnant, ſi ſunt vltra numerum requiſitum, nullum præiudicium inſtrumento afferunt. ibid. nu. 45.

Teſtes duo, qui ex numero neceſſarij inſtrumenti ſunt, ſi contra ipſum deponant, inſtrumentum reijcitur. ibid. nu. 46.

Teſtes duo inſtrumentum atteſtatione ſua oppugnantes, illud crimine falſi vitiant, etiam ſi per plurimos, veluti centum, ea quæ in inſtrumento continentur, approbarentur. ibid. numero 48.

Teſtes in inſtrumento ſcripti ſi probant alios contra eundem deponentes interfuiſſe celebrationi contractus, tunc maiorem vim habebit inſtrumentum, niſi illi per probationes luce meridiana clariores probarent, ſe tempore inſtrumenti abfuiſſe, ibid nu 49.

Teſtes quando producendi ſint, & quare poſt litem conteſtatam q. 5. num. 43.

Teſtes quibus in caſibus produci poſſint ante litem conteſtatam, & poſt examen, vide remiſſiue. ibid. nu 44.

Teſtes poſt dicta teſtificata, & publicata ſuper eiſdem capitulis, vel directo contrarijs, produci nullo modo poſſunt poſt litem conteſtatam. ibid. num 45.

Teſtes poſt dicta teſtificata non admittuntur ſuper eiſdem capitulis, tam de iure canonico, quam ciuili, nec in inſtantia prima principalis cauſæ, nec in cauſa appellationis, niſi teſtes rite examinati ſint. ibid. nu 46.

Teſtes ſi cauſam ſufficientem non reddunt, altitudinem non probant. concl 83. nu. 2.

Teſtes ſuper conſanguinitate iurare debent, & iuramentum genus a parte non poteſt remitti. concluſ. 41. num. 28.

Teſtes etiam ſingulares ad probandam conſanguinitatem poſſunt denuo produci, ibi. n. 29.

Teſtes deponentes quem eſſe dilapidatorem, debent deponere de actibus, quibus infertur, talem eſſe. concl. 515 nu. 2

Teſtes ad quid rogentur in teſtamentis. concluſ. 493 nu. 3.

Teſtes dicentes, vnus adulterium commiſſum vna die, & loco, alter alia die, & loco tamen probant adulterium, vide ibi contrarium. concl. 59. nu. 19.

Teſtes ſi ad probandum aliquid duo ſufficiant, & producantur tres aut plures, probant, quia ex numero impletur. concluſ. 86. nu. 10.

Teſtes ſi viuunt, erit opinione eius, contra quem producuntur, ipſos denuo interrogare. concl. 33. num. 11.

Teſtes ſi mortui ſunt, ſtatur eorum dictis. ib. nu. 12

Teſtes deponere debent de veritate. concl 410. numero 13.

Teſtes de auditu auditus admittuntur in caſu, qui excedit memoriam hominum. ibid n. 14.

Teſtes de auditu auditus non admittuntur, quando memoria hominum exiſtere poſſit, & teſtes vere deponere poſſint. ibid. nu. 15.

Teſtes dicentes vidiſſe aliquos complexos venereo iungi, non probant ad vltimum neceſſario. concl. 57. nu 7 & 10.

Teſtes ſi mortui ſint, vel diu abſentes fidem faciunt. Et quando non faciant, vide ibidem in intelligentia. concl. 149 num. 13.

Teſtes ſoli ſine comparatione literarum non plene probant ſcripturam, quia vtrunque neceſſarium eſt. concl 330 nu. 6.

Teſtes non inſtrumentarij contra inſtrumentum deponentes, eorum quæ dixerint, etiam non rogati, cauſam, & rationem afferre debent, & quare, q. 6 nu 71.

Teſtes, vt inſtrumentum in aliquibus rebus labefactent, neceſſe eſt, vt ſuper toto eius tenore deponant. ibid num. 72.

Teſtes quomodo habent deponere ſuper agnatione, vide ibi remiſſiue. concl. 73. nu 6.

Teſtes non deponentes de forma inſtrumenti, non poſſunt deponere de ſimulatione. concl. 447. num. 3.

Teſtes in inſtrumento deſcripti ipſum oppugnantes, an probent, vel ne, vide remiſſiue. q. 6 n. 55

Teſtes inſtrumentarij, vt inſtrumentum ſeruetur, in quo fuere deſcripti, debent eſſe omni exceptione maiores. ibid. nu 56.

Teſtes inſtrumentarij eſſe poſſunt etiam inhabiles tanquam a contrahentibus approbati, & ita inhabiles inſtrumentum deſtruere poſſunt. ibid. nu. 57.

Con-

Contrariorum eadem eſt diſciplina. quæſt. 6. ibidem.

Teſtes, an verum ſit, omnino examinari debere in termino dato ad probandum. quæſtio. 17. numero 36.

Teſtes pro ſua communitate deponere poſſunt, ſi commodum, vel incommodum immediatum non ſentiunt. concluſio. 395. num. 19.

Teſtes de vniuerſitate ſecundum communem opinionem in cauſa vniuerſitatis admittuntur ad teſtificandum, quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum. ibidem numero 20.

Teſtes recipiendi ſuper affinitate debent eſſe perſonæ graues, & deponere, ſe à ſuis maioribus audiuiſſe illos, de quibus agitur, conſanguineos eſſe in tali gradu. concluſione 410. numero 3.

Teſtes deponentes ſuper conſanguinitate non ſolum debent eſſe perſonæ graues, ſed deponere audiuiſſe ea, quæ aſſerunt ante litem motam. ibid. num. 4.

Teſtes de auditu admittuntur, ſi deponant alibi in loco, qui longiſſime diſtaret, intelleſſe conſanguinitatem, etiam poſt litem motam. ibid. num. 5.

Teſtes per partem exhibendi ſunt, nec iudici ad dicendum teſtimonium ſe offerre debent, quia tunc non ſunt admittendi, nec audiendi, & quare. quæſt. 5. num. 27.

Teſtes in inſtrumento contenta vera eſſe aſſerentes, tot eſſe debent, qui in illo contractu requiruntur. quæſt 6. num. 53.

Teſtes dicentes vidiſſe mulierem iacentem cum viro, probant adulterium. vide contrarium. num. 10. vbi & concordantias. conclus. 59. numero 6.

Idem eſt dicere, Titius iacuit cum Seia, vel adulterauit illam, & probato, quod iacuerit cum illa, dicitur etiam probatum illam corruptam. ibid. num. 7. & 14.

Idem ſi teſtes dicunt, vidiſſe nudum cum nuda in eodem lecto. ibidem num. 8.

Teſtes regulariter debent ex neceſſitate concludere. concluſione 233 num. 4.

Teſtes deponentes audiuiſſe à diuerſis perſonis, & non ab eiſdem, licet ſingulares videantur, tamen probant. concluſio. 104 num. 12.

Teſtes ad hoc vt probent, deponere debent audiuiſſe ab eiſdem perſonis, & non à diuerſis. ibidem num. 13.

alijs ſeq. rubr. in quo loco deſcripſit, quo nam pacto proba-
tiones hæ, quę ab ipſo purgationes Canonicę nuncupantur,
fieri ſolerent. Primum quarum Purgationem vulgarem appel
lat, hæc hunc in modũ fieri ſolebat. Detulit aliquis aliũ apud
iudicem, Accuſator teſtes ad id crimen rei probandũ, cũ nõ
hẽret, offerebat reo ipſe, vel per campionem duellum, vel pu
gnam, reus ipſam acceptare tenebatur, quo ſe à crimine alie
num eſſe purgaret, atque vitę ſuæ integritatem apud oẽs pro
7 baret, ſed iſtud † probationis genus hodie ex iure Põtificio
fuit abrogatum. c. cura. & c. ſignificãtibus. de purg. vulg. & c.
monomachiam. 2. q. 4. & nouiſſime ſacroſanctum Concilium
Tridentinum in c. 19. 25. ſeſſio. execratur, & deteſtatur, & pe
nitus exterminandum ſanxit, multiplices, atque grauiſſimas
pęnas ijs minitans, qui non paruerint, & idẽ ſanxit Pius IV.
in bulla, quæ incipit, ea quæ publicata anno 1560. idib. No-
uẽbr. quæ & ipſi alias diuerſas ſummorũ Pontificũ bullas re-
cenſet. Nec hic mihi, quis obijciat Dauidem, qui cum gigãte
Golia ſingulari certamine pugnauit, nullus enim vnquã pro
8 exemplo iſtud ſibi proponere poterit, † nec quod ſemel vni
fuit permiſſum pro lege ſeruandum eſt. Cuius prohibitionis
ratio illa reddi poteſt, quod hominibus incerta ſint Dei iudi
cia, cum & multos videamus bonam cauſam ſuam amittere.
Alia eſt probatio non cõis, quę purgatio ferri candentis nun
cupabatur. Iſta fiebat hoc pacto. Titium Caius homicidij cri
mine reum peregit. negat id Caius perpetraſſe, & vt vincen-
tem ſe oſtenderet, ita ſe purgare ſolebat. Ferrum candens ſu
per lapide imponebatur, reus extenſa manu ferrum accipie-
bat, & duodecim pedum ſpacio ferebat illud, id poſtea pro
ijciebat, huic ligabant manus, panno, & cera, ſigillo ſuperim
poſito inuoluebãtur, veſperi pãnus cum ſigillo auferebatur,
ſi læſa ferro manus inueniebatur, condẽnabat, ſi remanſiſſet
9 illæſa abſoluebatur. † Hoc itidẽ iudiciũ per ſummos Pontifi-
ces ſublatum fuit, vt extr. de purg. vulg. c. cũ dilectus, & c. Mẽ
nã. 2. q. 4. hæc n. probatio cõtra naturã eſſe dignoſcitur: quia
ſcriptum eſt, non tentabis Dñm Deum tuum, vt per Matthæ.
c. 4. & in Deuteron. c. 6. quę tanquam inuenta & fabricata ab
humani generis hoſte dæmone merito & ipſa fallax, & ſine
veritate reijcitur, vt in eod. c. Mennam. Erat & tertia purga-
tio non cõis aquæ frigidæ, quã duobus modis fieri ſolitam ſe
vidiſſe teſtatur idem Roffred. in loco ſupra allato, in rubric.
de tertia purgatione, & quod ad priorẽ attinet, vas aqua fri
gida implebatur, reus manum imponebat, luebat pęnas, ſi ſi
gnum in manu viſum fuiſſet, quod videri ſolet, cum in feruẽ
ti aquæ ponitur, ſi contra, dimittebatur. fiebat & hoc pacto,
apponebatur vas ingens, aqua frigida plenum, reus ligatus
manus, & pedes immittebatur, ſi contigiſſet, vt in profundũ
10 mergeretur liberabatur, ſi non mergeretur, puniebatur. † Pe-
nitus etiam iudiciũ iſtud noſtra tempeſtate per ſummos Pon
tifices fuit abrogatum, vt per tex. in d. c. Mennam. & c. conſu-
luiſti. 2. quæſt. 4. & cap. ex tuarum. de purg. Canonic.

Nos vero probationum formas diſtinguentes primũ om-
11 nium in duo præcipua capita ipſas diuidemus, † id eſt in ple
nam, & ſemiplenam, iuxta tex. in l. 3. in §. eiuſdem quoque. &
ibi gl. in verb. ſpeciem. ff. de teſtib. & primo plenã, vt dignio
rem, & perfectiorem formam aggrediemur, præſertim cum
12 vera, & propria illa probatio dicatur, † quæ plena dignoſci
tur, nec alterius adminiculo, vel patrocinio indigeat, vt dicit
Bal. in c. 1. §. ſacramentum, col. 1. de ſucce. recti feud. in vſib.
feud. & in c. 1. in prin. ſi de inueſt. int. dom. & vaſal. Hinc fit,
vt appellatione probationis plenæ, non ſemiplena probatio
contineatur. l. Lucius. ff. de cond. & demonſtr. gl. in c. ſtatutũ.
de reſcript. in 6. & clem. conſtitutionem. de electione. Vnde
13 Ludou. Rom. ſcripſit in l. 1. C. de teſtam. mil. † Probationẽ per
prǽſumptiones, & coniecturas non poſſe dici veram, & pro-
priam probationem & ad probandũ adducit, l. 1. in ver. pro
prie ſi tab. teſtam. extab. ſed melius ad hoc facit d. l. Lucius.
& quod ibi notat Bar. & Imola, qui ex hoc adducit diuerſita
tem titulorum de proba. & præſ. ad idem ipſa rubr. de prob.
& præſump. & Romani ſniam ſequitur Rui. in conſ. 128. q̃uis
in facto, nu. 2. li. 4. Natta in conſ. 29. licet. nu. 3. & in conſ. 581.
nu. 9. vti ſi ſtatutum requirat probationes in aliquo actu, non
ſufficit præſumptiua probatio, niſi eſſet præſumptio iuris, vt
ait Natta vbi ſupra nu. 17. & Bal. etiam dicere ſolebat. in c. 1.
14 § cum aũt. de controuer. inueſt. Probationem illam † quæ ex
diuerſis probationum generibus oriatur, ſemper dici præſũ
ptam, & non eſſe proprie probationem. Nec illud etiam ſilen
tio præteribo, quod idem Bal. tradidit in rubr. C. de prob. ea
quæ ex diuerſis probationum formis vnum aliquod efficere
ſolent, nullam probationis ſpeciem efficere, & quamuis ra-
tione generis aliquid inter ſe commune habeant, multum ta
men ratione formarum inter ſe differre.
15 Hæc itaque probatio plena ita definiri ſolet, † quod illa ſit
quæ tantam fidem faciat, quantum ad finiendam controuer-
ſiam ſufficiat.

Hanc ẽt nos in ſeptem præcipuas ſpecies ſubdiuidemus.
Prima erit per teſtes, Secũda per inſtrũm, hoc eſt ſcripturã.
Tertia per confeſſionem. Quarta per euidentiam facti. Quin-
16 ta per iurm̃. Sexta per præſumptionem iuſtã. Septima † per
famam. Quæ vero traduntur ab alijs doctoribus plures iſtis,
commodiſſime ſub ſeptẽ noſtris comprehendi poſſunt. Ete-
nim nonam, & decimam ſpecies, quæ fuere à Spec. & Hoſtienſ.
poſitæ, ſecunda noſtra complectitur, hoc eſt per ſcripturam.
Decima vero, & vndecima ſub ſeptima continentur, quæ eſt
per famam. Duodecima ſub ſexta comprehẽditur, id eſt, per
17 præſumptionem. Semiplena vero probatio eſt illa † per quã
rei geſtæ fides aliqua fit iudici, non tamen tanta, vt iure eam
debeat ſequi in ſententia dicenda. Huius quatuor ſunt ſpe-
cies. Prima, cum vnus teſtis pro actore, vel reo dicit. Secũda
cum de ſcripto dubitetur fit comparatio litterarũ. Tertia eſt pri-
18 uata ſcriptura. † Quarta præſumptio nõ ita vrgens. De qui-
bus oĩbus ſigillatim infra diſputabitur. Nũc in primis de pri-
ma probationis ſpecie, quæ fit per teſtes, dicere incipiemus.

QVAESTIO V.

De prima probationum ſpecie, quæ fit per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Teſtium materia per 22. ſcribentium tractatus à Ioanne Baptiſta Ziletti in vnum compilatos examinata eſt.*
2 *Diſpoſitio omnium, quæ tractantur in hac quinta quæſtione circa probationem, quæ fit per teſtes.*
3 *Probationis inter ſpecies, quare illa, quæ fit per teſtes primum ſibi locum vendicat.*
4 *Viua vox firmior, eſt quam mortua.*
5 *Probatio miraculoſa videtur, quod pelli vnius animalis iam mortui credatur. vt puta inſtrumento publico. Contra tũ, & officium Tabellionis eſt, quod credatur charta animalis mortui ſine adminiculo alicuius.*
6 *Atteſtationibus voce prolatis, quæ conſtant, facilius conſiderantur, quam quæ in ſcriptis enunciata ſunt.*
7 *Anima organo vocis mentem ſuam explicat, & cor eſt imperator linguæ. Et ex abundantia cordis os loquitur.*
8 *Viuæ vocis ſonus fortius ac efficacius permouet auditoris animum.*
9 *Probationis ſpecies per teſtes, omnibus alijs dignior, naturalis eſt, congruitq́ cum iure diuino*
10 *Teſtimonium diuinæ vocis, in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.*
11 *Teſtis dictum ſuum deponere debet viua voce, & non in ſcriptis iudici tradere.*
12 *Vocibus teſtiores efficimur, quam litteris.*

13 Te-

Digitized by Google

13 Teſtes quædam probant, quæ per inſtrumenta non probantur.
14 Teſtibus probantur crimina, & non inſtrumentis.
15 Teſtimonium ferre dignitas eſt generoſa.
16 Teſtificandi officium ſolum tendit ad veritatem detegendam, quæ ſuper omnia amanda eſt.
17 Veritas omnia vincit, & ei cedunt omnia, materque eſt iuſtitiæ.
18 Infames teſtimonium dicere nullo modo poſſunt.
19 Teſtificari eſt actus à lege inuentus, & eſt munus publicum, & neceſſarium.
20 Teſtificari ſi quis quo de cauſa recuſet, eundem cogendum, compellendumque eſſe, ſacroſancta legis ſanxere.
21 Præmio indignus eſt, qui coactè agit, quidquid agit.
22 Timor, odium, cupiditas, & amor, ſæpiſſime veritatem deprimunt, ſed non opprimunt.
23 Teſtes idonei & habiles in iudicij locum, non extra ſunt producendi, & ab eo, qui eſſet ad proprios vſus neceſſarios indiget.
24 Teſtis contra ſe ferre nullus cogitur.
25 Iudici in criminalibus datur eſt facultas producendi teſtes, etiam parte non inſtante, non eos producente.
26 Magiſtratum qui explerit, compellitur iudicet vel domeſticos ſuos in iudicio exhibere, vt de his, quæ in magiſtratu geſta ſunt, teſtimonium proferant.
27 Teſtes per partem exhibendi ſunt, nec iudici ad dicendum teſtimonium ſe offerre debent, quia tunc non ſunt admittendi, nec audiendi, & quare.
28 Teſtes citari debet, alioquin eius teſtimonium irritum erit, & nullum.
29 Teſtes ſi in iudicio forte fortuna reperiantur abſque citatione, tunc rite examinari poſſunt.
30 Teſtis dictum valet atque ratum eſt, quamuis non ſit citatus, ſi per partem ad iudicem producitur.
31 Teſtibus præcipua fides adhibetur, ſi coram parte & iudice deponant.
32 Iudicium [illegible] tacito, quæ fit teſtibus per ſolam delationem iuramenti, maioris ponderis eſt, quam citatio nuncij.
33 Auctoritatis maioris eſt id, quod ſe præſente, quam quod per repræſentationem fieri ſolet.
34 Teſtis dictum adducti per partem ad iudicium, vt de ea re, quæ in controuerſia verſatur, deponat, abſque alia citatione firmum & ratum eſt, & valet.
35 Teſtium citatio requiritur, quando ipſi teſtari recuſant, & vt ad teſtandum compellantur, prius citandi, atque monendi ſunt, & quo in caſu id præcipue faciendum ſit.
36 Teſtes ſi producantur, antequam recipiantur, quare debeat pars aduerſa vocari.
37 Teſtium receptio nulla eſt parte non citata.
38 Pars in teſtium receptione vocanda eſt, etiamſi cauſa eſſet abſoluenda re quæſitis à iure non ſeruatis.
39 Partem vocare, contra quam agitur, neceſſe eſt eo caſu, quo iudex ex officio ſuo agit, niſi iudex hoc agat ad ſuam informationem.
40 Pars vocanda non eſt, quando examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam eſt [illegible], cum timetur potentia tyranni, vel in cauſa fidei, vel in qua agatur de modico ſine nullo præiudicio.
41 Teſtes in cauſa hæreſis recipi poſſunt contra inquiſitum potentem, etiam parte non citata.
42 Teſtium qualitates, quæ faciunt ipſos non produci debere in iudicio coram iudice, ſed iudicis munus eſſe, homines idoneos ad eorum dicta excipienda mittere.
43 Teſtes quando producendi ſint, & quare poſt litem conteſtatam.
44 Teſtes quibus in caſibus produci poſſint ante litem conteſtatā, & poſt examen, vide remiſſiuè.
45 Teſtes poſt didicitu teſtificata, & publicata, ſuper eiſdem capitulis, vel directo contrarijs, produci nullo modo poſſunt poſt litem conteſtatam.
46 Teſtes poſt didicita teſtificata non admittuntur ſuper eiſdem capitulis, tam de iure canonico, quam ciuili, nec in inſtantia primæ principalis cauſæ, nec in cauſa appellationis, niſi teſtes vere examinati ſint.
47 Teſtis etiam inuitus ad teſtimonium perhibendum compelli poteſt, tam in ciuili, quam in capitali cauſa.
48 Iuramentum timore prolatum animo proferentis, perpetuam mortem affert, & tali iuramento, cum de veritate celanda agatur, poteſt propria auctoritate repugnare.
49 Iuri publico aliquis derogare non poteſt etiam interuenienti iuramento.
50 Teſtis ſi quis producatur qui iuramento promiſiſſet alicui non reuelare arcanū ſibi priuatim commiſſum, quare tenetur illud detegere.
51 Sacerdos productus in teſtem contra reum criminis, quando in confeſſione ſacramentali fuit aliquid ſibi dictum, quare dicere poſſit ſe nihil ſcire.
52 Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.
53 Teſtes iuramento de non teſtificando obligati, debent abſolui, ne in periurij crimen incidant, & vt illorum dicta valida ſint.
54 Iurans non reuocare teſtimonium, poteſt non repugnante iuramento reuocare.
55 Iuramento nulla abſolutio non requiritur.
56 Vanum, & nullius ponderis eſt, conſulere, vbi non expedit.
57 Teſtes, qui veritatem dicere recuſant, compelli debent, dummodo tamen iudicis poteſtati ſubſint, & quando non ſubſint, adeundus eſt per literas iudex, ſub cuius poteſtate ſunt, vt ipſos ad teſtimonium ferendum cohibeat.
58 Delegatus à ſummo Pontifice, vel à Principe facultatem habet cogendi teſtes ad veritatem teſtimonio ſuo manifeſtandum, ſiue de ciuili cauſa, ſiue de capitali agatur, & ſi vllo pacto haberi non poſſunt, poteſt illorum receptio committi.
59 Arbiter [illegible] cogere poterit teſtes ad teſtificandum.
60 Teſtes clerici per iudicem eccleſiaſticum, & per cenſuram eccleſiaſticam, & laici per iudicem ſecularem, mulctam eis imponendo, compellendi ſunt.
61 Teſtes vt teſtentur, non poſſunt in carcerem coniici.
62 Teſtes ad cogendos plura non poſſunt adhiberi remedia, præterquam quod ſi quod adhibitum eſſet, non ſufficeret.
63 Teſtis quicumque ad teſtādum idoneus & aptus optime compelli poteſt, etiamſi viator ſit, qui per contrariam à loco perrecturus iter faciat.
64 Conſanguinei omnes vſque ad duodecimum gradum cogi non poſſunt contra ſuos conſanguineos teſtimonium ferre.
65 Teſtificandi ab onere qui immunes ſint.
66 Teſtes à teſtificatione teſtificandi exempti, cogi poſſunt, cum veritas aliunde elici non queat.
67 Teſtes à teſtimonio perhibendo exempti, quibus in caſibus ad teſtificandum compelli poſſint, vide remiſſiuè.
68 Teſtes ab onere teſtificandi immunes, ſi ita fert eorum voluntas, ſunt ad teſtimonium dicendum admittendi, & ipſorum dicta valent, atque rata maneat.
69 Teſtes, qui priuilegio non teſtificandi potiuntur, in ciuili iudicio, & in foro canonico, etiam in capitali cauſa compelli poſſunt ad teſtandum.
70 Teſtes, qui ad teſtificandum impelli poſſunt ſi teſtimonio ſuo veritatem aperire renuerint, parti ad intereſſe tenentur.
71 Teſtis, qui ad teſtandum in eius cauſa, de cuius vita agitur, vocatus eſt ſi in iudicio non ſteterit, pro falſario eſt habendus, & pœna l. Cornelia in ipſum animaduertendum.
72 Teſtis falſus taliomis pœna coercendus eſt.
73 Mendacium dicere, & veritatem ſupprimere, paria ſunt.
74 Teſtes poſt deductionem & receptionem debent à iudice prius iuriſiurandi religione arctari ad veritatem ſincero animo declarandam.
75 Iuramenti teſtibus deferendi forma.
76 Teſtes ſi iniurati deponant, ipſorum dictum irritum eſt.
77 Teſtium depoſitio abſque iuramento fieri non poteſt.
78 Teſtimonio viri, qui plurimum auctoritate polleat, nec religioſi abſque iuramento fides adhibetur, nec etiam verbo Cardinalis ſtatur, niſi iuratus depoſuerit.
79 Teſti iniurato quomodo credendum ſit, vide remiſſiuè.
80 Teſtibus, qui non rite iurauerint, nulla fides præſtanda.
Aliquid non facere, vel non ritè agere, paria ſunt, ibidem.
81 Teſtimonio ferendo, quod non interueniat iuramentū, & quod teſti iniurato credatur, diſpenſare non poteſt ſummus Pontifex.
82 Iuramentum, cum ſit ex illis, quæ foris & extrinſecus proueniunt, non præſumitur, niſi probetur.
83 Iuramentum in antiquis præſumitur prolatum à teſte.
84 Teſti iniurato nihil creditur, ſed ipſius verba præſumptionem faciunt.
85 Teſtibus cum iuramentum deferendum eſt, debet pars aduerſa vocari.
86 Teſtibus non debet iudex offerre ſacramentum, vel eorum depoſitiones recipere, vtraque parte abſente.
Iudex officium ſuum impartiri non debet, niſi ſit petitus ibid.
87 Teſtium dicta firma ſtabunt, ſi pars quæ vocata fuerit ad inſpiciendum eorum iuramentum, per contumaciam abſit.
88 Teſtium verba prolata vim ſuam habent.
89 Teſtibus iuramentum in iudicio deferendum eſt, & non alicubi.
90 Teſtis dictum non valet, ſi iuramentum delatum ſit die non iuridico.
91 Teſtis iuramento ſeſe aſtringere non poteſt die feriato.
92 Teſtis deponere poteſt in die feriato dummodo in die iuridico iurauerit.
93 Iuramentum ferre eſt actio, quæ non poteſt exerceri in die feriato.
94 Teſtibus etiam die feriato, quibus in caſibus poſſit deferri iuramentum.
95 Teſtes dictum, qui ſtatuto tempore ad probandum iurauit, ſed quæ dixit, extra tempus ſtatutum depoſuit, an probet, & valeat, vide remiſſiuè.
96 Teſtificatum poſt terminum aſſignatum non valet.
97 Teſtes, qui intra terminum datum iurant, & poſt decurſum terminum deponunt, ſi iuſta cauſa impediti ad deponendum, probant, & valent.
98 Teſtibus, vt ab altero nomine ipſius iuramentum deferatur, iudex delegare non poteſt.
99 Teſtis dicta, cui Notarius de mandato iudicis defert iuramentum, nullius ſunt momenti.
100 Teſtibus ſi Notarius iuramentum deferat, præſente iudice, ratum erit, ac ſi iudex ipſe deferret.
101 Teſtibus aduerſa valetudine laborantibus, ſeu vel viris egregijs, non refert ſi ab alio, quam à iudice iuramentum deferatur.
102 Mulieres ad iudicium non trahi debent inuitæ.
103 Teſtes iuramentum non eſt de natura ipſius ipſius teſtimonij, & ab aduerſa parte remitti poteſt.
104 Vnicuique licet alteri renunciare, quæ pro ſe indulta ſunt.
105 Iuris ſententias pactis priuatorum mitigari poteſt.
106 Teſtis iniuratus falſum deponens, pœna tamen falſi, ac ſi iuraſſet, punitur.
107 Teſtis iuramentum à parte remitti non poteſt in cauſa criminali.
108 Teſtes iuramentum quare in ciuili iudicio a parte remitti poſſit, & in criminali non.
109 Delicta puniri, Reipublicæ intereſt.
110 Quæ fauore publico introducta ſunt, humana diſpoſitione mutari non poſſunt.
111 Teſtes iuramentum ſuper matrimonio diſſoluendo remitti non poteſt, ſecus in matrimonio confirmando.
112 Teſtes ſi iurare abnuerint, ad damna partis obligati ſunt.
113 Teſtes iurati non præſumuntur, niſi tenetur in actis de iuramento conſtet.
114 Teſtes qua ratione examinandi ſint, & quid agendum, quando exteri ſunt, vide remiſſiuè.
115 Teſtes quo pacto interrogandi ſint. vide remiſſiuè.
116 Teſtibus diligenter interrogatis, & examinatis, ipſi, & ab illis dicta, publice nominanda ſunt.
117 Teſtes duo in qualibet cauſa regulariter ſatis ſunt. In ore duorum vel trium ſtat omne verbum ibid.
118 Teſtis vnicus quando adhibeatur.
119 Teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij plene probat poſſeſſionem abſque alio iuramento.
120 Teſtibus non ſatis ſit fides adhibere debet, niſi rationem dictorum ſuorum reddant.
121 Teſtatio ſola prolata, nec alijs legitimis adminiculis cauſa approbata, nullius eſt momenti.
122 Teſtes ratio illa eſt, quæ dat eſſe eius atteſtationi.
123 Teſtes in negotijs criminalibus, etiam non interrogati, ſcientiæ cauſam & rationem reddere debent, aliàs non probant, nec indicium faciunt.
124 Teſtis teſtimonium perhibens ad alterius defenſionem, etiamſi non reddat ſcientiæ cauſam, tamen probat.
125 Teſtes, quibus caſibus dicatur reddidiſſe rationem ſufficientem, vide remiſſiuè.
126 Teſtes ſcientiæ cauſam afferre debent per illum corporis ſenſum, quo percipitur id, de quo rogantur.
127 Teſtes deponentes ſuper ſolam & ſimplicem negatiuam, in ſuſpicionem incidunt, & tanquam falſarij puniendi ſunt.
128 Teſtis dictum non depoſitum per vnum ex quinque ſenſibus, quibus in caſibus teneat & valeat, vide remiſſiuè.

Antequam

ANtequam ad hanc primam Probationum ſpeciẽ pertra-
ctandam me accingam, prçcognoſcendum eſt, nos in prę
ſentia nolle omnia, quæ de hac teſtium materia poſſent afferri,
io medium adducere: iſtud enim argumenti genus ita fuit
1 per viginti duos ſcribentium tractatus † à Ioãne Baptiſta Zi-
leto in vnum compilatos, & denuo per alios recentiores di-
ligentiſſime excuſſum, & examinatum, vt mihi ſuperuacuum
viſum fuerit, cuncta, quæ ab iſtis ſcribentibus ſuper hoc tra-
dita ſunt, hic tranſcribere, adeat ipſos ſcribentes, & ibi ad
ſaturitatem omnia haurire poterit. Noſtrum erit, in præſen-
tia hic ea tantum attingere, quæ ad noſtram probationum
materiam explicandam ſatis eſſe videbuntur. Breuiter enim
& compendioſe modum & formam, qua teſtes produci poſ-
2 ſunt, deque † eorum examinatione videbimus, atque vt eorũ
dictum valeat. Qui vero teſtes ad dicẽdum teſtimonium ſint
idonei, qui neutiquam, & dicta, quorum non probent, nempe
ſi falſa, varia, titubantia, contraria, vnica, ſingularia ſint, &
iſtiuſmodi, ſigillatim per ſuas concluſiones infra explicabi-
tur.

Ioter igitur ſpecies plenæ probationis non immerito hæc
3 per teſtes † primum ſibi locum vendicat. Nam ipſa cæteris om
nibus validior & dignior eſt, vt Abb. in rubric. ext. eo. de te-
ſtibus. allegans c. cum Ioannes. de fide inſtrumentorum, & Fe
lyn. in rubr. de fide inſtrumentorum, numero primo, infra la-
* tius à nobis explicabitur. Et hæc magis eſt* communis opi-
nio, vt per Dd. in c. cum P. Tabellio. eodem titulo, de fide in-
ſtrumentorum quam approbat & citat Dec. in rubric. de te-
ſtibus, & Moderni in repetit. l. admonendi. ff. de iureiurando.
& Viuius in ſuis communibus opinion. in verb. teſtes. ver.
4 validior, &c. Firmior enim eſt viua uox, † quam mortua, vt
auth. de inſtrument. caut. & fide §. ſi quis igitur. cap. tertio lo-
co. ext. de probat. & Azo in ſumma ſua de teſtibus. quinimmo
Dd. in dicta leg. admonendi. dicunt, quodammodo miracu-
loſam probationem videri, quod pelli vnius animalis iam
5 mortui credatur, † vtpote inſtrumento publico. & Innocen.
in dict. cap. cum P. de fide inſtrumentorum voluit eſſe contra
ius & officium Tabellionis, quod credatur chartæ animalis
mortui ſine adminiculo aliquo. Ea etiam, quæ conſtant atte-
6 ſtationibus voce prolatis, † facilius conſiderari ſolent, quam
quæ in ſcriptis enunciata ſunt: quia ſecundum eundem Inno-
cen. in cap. veniens. de verborum ſignificat. ad fin. anima or-
7 gano vocis mentem ſuam explicat, & † cor eſt imperator lin-
guæ, iuxta Bald. in ca. mandatum. de reſcrip. ſecundum illud,
quod dici conſueuit: Ex abundantia cordis os loquitur, & ip
8 ſe viuæ vocis ſonus † fortius ac efficacius permouet auditoris
animum. l. ſi in tres. ff. de arbit. & leg. 1. C. de ſent. ext. peric.
reci. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. cum alijs allatis per
Bald. in rubr. ext. eod. de teſtibus. Quod autem huiuſmodi
9 ſpecies probationis ſit omnibus alijs † dignior, ſenſit etiam
Andr. Barbat. in rubr. extra de fide inſtrument. multaque ad
id probandum adducit. Præterea & Innocent. in dict. capit.
cum P. Tabellio. inquit, iſtiuſmodi probationem per teſtes eſ-
ſe naturalem, congruereque cum iure diuino, vt refert, Vi-
uius in dictis ſuis commun. opinionibus loco præcitato. Et
vltra Innocen. idem ait Abb. in cap. tertio loco. de probat.
numero quinto, verſic. vltimum tamen dictum. propter illud
10 diuinæ vocis teſtimonium: † In ore duorum vel trium ſtet
omne verbum. Et hinc ſequitur, quod Dd. in c. teſtes. 3. quæſt.
ſecunda. & Abb. ac cæteri Canoniſtæ in ca. de teſtib. aſſerue-
11 runt, teſtem debere deponere dictum ſuum viua voce, & † nõ
ſatis eſſe illud in ſcriptis iudici tradere, & hanc eſſe verio-
* rem & magis* communem, dixit Viuius in ſuis commun. opi
nion. verſic. teſtis non poteſt tradere. quamuis Bartolus a-
liud ſenſerit in l. Theopompus, nume. duodecimo. ff. de dot.
12 prælega. certiores enim efficimur vocibus, † quam literis, vt
eleganter voluit ſummus Pontif. in cap. de gradibus. 33. quæ-
ſtio. 8. ibi. Donec permittente Domino ore ad os loquimur.
13 Vnde quædam probantur per teſtes, † quæ nõ probantur per
inſtrumenta: vt ex allegatis per Roman. in conſil. 349. inci-
pien. dum quæritur. & per Ioann. And. in regul. ſemel malus.
de regul. iuris in ſexto. & per Federic. de Senis in conſilio
211. Domine. Alexand. & Oldrad. conſilio 199. in funda-
mento. & Bald. in l. ſciant. in ſecunda columna. C. de pro-
14 bat. dum dicunt, † crimina non probari inſtrumentis, &
tamen probari teſtibus, vnde dici poteſt, hæc eſſe inter ſe,
vt excedentia & exceſſa.

Me etiam impulit iſta ratio, vt hanc probationem per te-
15 ſtes cæteris præponerem, quia † ferre teſtimonium eſt digni-
tas generoſa: ita enim loquitur ſumm. Pontif. in capitu. præ-
ceptum trigeſimaſecunda, quæſtio. quinta. quem allegat Spe-
culat. in titu. de teſte. in §. opponitur. numero vigeſimonono.
Et huius dicti hanc poſſe reddi rationem arbitror: quia teſti-
16 ficandi officium ſolum tendit ad veritatẽ detegendam, † quã
ſuper omnia amandam eſſe dixit Iuriſconſultus in l. cum ita
legatum. de conditio. & demonſtratio. & eam ſequentem,
Deum ſequi tradidit ſummus Pont. in capitulo quiſquis. vo-
17 decima quæſtio. tertia. & veritatem ipſam † omnia vincere,
dixit Hoſtienſ. in capitu. in audientia. de ſenten. excommun.
& Federic. de Sen. in conſilio decimoquarto. & cui omnia ce-
dere, voluit ſummus Pontif. in cap. conſuetudo. decimatertia
diſtinctio. & capit. fraternitatis. de frigid. & malef. ipſam eſſe
matrem iuſtitiæ, dixit Bald. in l. libertini. de ſtatu homi. Hinc
18 optime cautum in iure reperitur, infames nullo modo † poſſe
teſtimonium dicere: nam ea, in quibus aliqua dignitas ver-
ſatur, omnino ipſis infamibus ſunt interdicta, l. prima. C. de
infam. lib. duodecimo. & late diximus in cõcluſione, infamis.
19 Item, quia † teſtificari eſt actus à lege inuentus, l. quoniam.
circa fin. C. de hæret. & eſt munus publicum & neceſſarium,
l. prima, ff. eodem de teſtib. & l. fin. C. ſi certum petatur. & l.
eum. ff. quemadmodum teſtamen. aper. & Angel. de Peruſ. in
ſuo tracta. de teſtibus. de quæſt. Quæro an frater. nume. vige-
ſimoquinto. licet contrarium ſenſerit Andr. Barbat. in ſuo tra-
ctat. de teſtib. ad capit. teſtimonium. ext. eodem de teſtibus.
numero decimoſexto. vbi inquit, vſum teſtis non eſſe inuen-
tum propter bonum publicum, ſed propter priuatum cõmo-
dum, ſed aliter poſtea ſenſit in cap. ſecundo, extra de probat.
vbi munus eſſe publicum voluit, & ideo digni, & nõ infames
admitti debent.

Quinimo teſtificandi munus adeo neceſſarium & vtile co-
gnoſcitur, vt ſi qs cupiditate, timore, odio, uel amore oecęca
tus veritatem teſtimonio ſuo detegere, vel comprobare recu
20 ſauerit, hunc eundem cogendum † atque compellendum eſſe
ſacroſanctę leges iuſtiſſime ſanxerint, vt videre eſt ex toto ti-
tulo de teſtib. cogen. & paulo inferius dicetur à nobis: quod
ſi coactus veritatem protulerit, ipſe nulla, nec apud Deum,
nec apud homines remuneratione dignus eſt iudicãdus. Quo
namque præmio dignus eſt ille cenſendus, qui quicquid actũ
21 eſt † præter eius voluntatem, atque coacte eſt actum? Certe
nullo, vt optime cauit Iuriſconſultus in l. ita tamen. §. qui ſu-
ſpectam. ff. ad Trebellian. & in l. rem legatam. ff. de adimen. le-
gat. & in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. ſecundo. & in l.
proxime. de rit. nuptiar. Non enim me fugit, quatuor illa, quæ
22 modo diximus, hoc eſt, timorem, odium, † cupiditatem, &
amorem ſolere ſæpiſſime veritatem deprimere quidem, ſed
non opprimere, verum ſi quis eſt, quem propriæ & æternæ ſa
lutis cura tangat, hic profecto melius ſuis rebus conſulet, ſi
magis amicam veritatem habebit, quam proprias vel alienas
animi perturbationes ſequatur.

Fingamus igitur aliquos ad ferendum teſtimonium adeſſe
23 teſtes idoneos & habiles † iſtiuſmodi in iudicij, non extra iu
dicij locum ſunt producendi, vt per Marant. in ſuo Spec. ver.
ſi autem producuntur teſtes, numero ſexto. & ab eo, qui ip-
ſis ad proprios vſus neceſſarios indiget: nullus enim cogi-
24 tur ad ferendum † contra ſe teſtes, vt in capitulo primo, de
probation. & in l. nimis graue. C. de teſtibus. Baldus in conſi-
lio ducenteſimo uigeſimoſeptimo. quando pro debito, nu-
mero tertio libro quinto. & paulo poſt à nobis in quæſt. an
quis cogendus ſit producere contra ſe, examinabitur, ſed vt
& aliquid in præſentia de hoc breuiter attingamus, intelli-
gendum eſt illud, neminem cogi ad ferendum contra ſe te-
ſtes in ciuilibus, non autem in criminalibus: in his enim iu-
25 dici data eſt facultas producendi teſtes, † etiam parte non
inſtante, nec eos producente, vt per Bald. in leg. presbyteri.
C. de epiſcop. & cleri. Illud etiam accipiendum eſt in eo Ma-
giſtratu, qui magiſtratus ſui tempus prçfinitum iam explerit,
verum non eſſe: is enim compellitur iudices vel domeſticos
ſuos exhibere, qui vna cum ipſo magiſtratum adminiſtrauc-
26 re, † vt de his, quæ in magiſtratu geſta ſunt, teſtimonium
proferant, ſic Azo & Hoſtienſ. voluere in ſumm. de teſtib. in
princip.

Dixi etiā per partem exhibēdos eſſe teſtes, quia ſi ſe vltro
ad dicendum teſtimonium iudici offerrent, ſibi veritatē eſſe
27 perſpectam aſſeuerantes,† tunc nō ſunt iſtiuſmodi admitten
di,nec audiendi,nec iſtorum teſtimonium ratum eſſe poteſt,
cum in ſuſpicionem (præſertim cū non ſolum à crimine, ſed
etiam à criminis ſuſpicione abeſſe debere,dixerit Cæſar) in-
cidant,dum operā teſtimonij ſui iudici ingerūt,vt dixit Vlp.
in l.quæ omnia.in §.1.ff.de procur. & Impp. in l.libertorum.
C.de teſtib.& Alex.in conſ.68.ſiue 78.col.2.& 6. in 2.volu.&
Bart in l,poſt legatum.in §.his vero. ff.de his quib. vt indi.&
Tiraq.in trac.de priuil.piæ cauſæ.priuil.3.circa fi.
His permoti nonnulli ſcribentiū dicere non ſunt veriti, ad
28 hoc,vt teſtimonij dictū valeat,requiri,vt † ipſe ſit teſtis cita-
tus, alioquin eius teſtimoniū erit irritum, & nullum,& inter
oēs id placuit Iacob.de Beluiſ.in §.ſi vero ignoti.in authē.de
teſtib.vbi inquit,ita intelligendā eſſe l.presbyteri. C.de epiſ.
& cle.Alex.in conſ.180.nu. 7.vol.2.Rui in cōſ.10.nu.5.vol.5.
& idē voluit Marāt.in ſuo Spec.in verb.ſinautē producuntur
teſtes,ſub n,1.& ita in praxi obſeruari atteſtatus eſt Grauat.
in addi.ad Veſtr.in ſua praxi.c.2.li.6.nu.25.vbi ēt ad hoc po
nit hanc fallētiā,hoc eſt , ſi teſtes in iudicio forte fortuna re-
29 perirent.Tūc†,n.abſq; citatione rite examinari poſſe, tradi-
dit ēt Iaſ.in l.nec qcq̄ in §.vbi decretū. n.27.ff.de oſſ.pconſ.
Sed hæc opinio tam eſt à veritate aliena, vt nihil magis, vt
ait Lanfr.de Oria.in ſuo trac.de teſtib.in prin,ſub nu.6.verſi.
quinto quæro.fretus auctoritate Accurſ.in l.poſt legatū.§.his
vero.ff.de his quib.vt indig.quē ſequitur ibidē Bart. & tenet
Bal.in l presbyteri.C.de epiſ.& cleri. Quāuis.n.teſtis non ſit
30 citatus,eius † dictum valere atque ratum eſſe , ſingularis eſt
eiuſdē Accur.doctrina in l poſt legatum. §.his vero. ff.de his
quib.vt indig.& hanc opin.Dd.ſequuntur: & maxime Bal.in
d.l.presbyteri.& Bar. in d.§.his vero.
Verumnō requiritur,quod & ſupra in princi.admonuimus,
vt per partē teſtes ad iudicem ſint producti: tunc enim credi
eis abſque alia citatione,dixit Bal.in auth. ſed nouo iure.C.ſi
cet.pet.& in d.l.presbyteri.& Bar.in d.l.poſt legatū. & præci
31 pue ipſis fides adhibetur,ſi † corā parte & iudice deponant,
vt per Abb.in c.in nomine Dñi.in verb ext.gl.& in ver.vī.&
ibi Fely.in verſ.ſecundo caſu.de teſtib. & citandū nō eſſe te-
ſtem,qui dum producitur in iudicio,præſens eſt,tradit Main.
in l.omnia quæcūque,nu.9.ff.de reg.iur. ſequitur Ioan.Bapt.
Aſin.in ſua praxi.§.7.c.5.limit.92.& id potiſſimū ea rōno cō-
firmari pōt: nā cum iudex teſtib. corā eo productis iurm de-
ferre ſoleat,tacite quodammodo eos præmonere videtur, vt
32 veritatē ſponte proferant.Quam † quidē iudicis admonitio
nem maiori pondere,& vi maiore, quam citationē nuncij eſ-
ſe iudicandam,cēſuit Imperator Gordia. in l.22. C.qūo & qñ
iud,nec ab re profecto.maioris eſt.n.auctoritatis id , quod ſe
33 præſente,quam † quod per repræſentationē fieri ſolet.Verū
tacita illa admonitio,quæ ex delato iuramento manat, ab ip-
ſo iudice fluit:hanc igitur plus valere, quam citationem illā,
quæ per repræſentationem iudicis fit,eſt dicendum.Ita ratio-
cinatur glo.Bert.in ea.conſuluit.de off.dele. quemadmodum
refert & ſequitur Nell.à S.Geminian.in d.ſuo tract. de teſtib.
in 1.parte,ſub nume.42. Nihil igitur aliud eſt reliqui, niſi vt
ex illis,quæ modo à nobis ſupra relata fuere,ſequatur illa cō
34 cluſio,dictum † teſtis abſque alia citatione adducti per par-
tem ad iudicium,vt de ea re,quæ in cōtrouerſia verſatur, de-
ponat,firmum & ratum eſſe,atque valere.Dicat quicquid ve-
lit Iac.de Beluiſ.& cæteri aliter ſentientes . Ita enim per vni-
uerſam Italiam hodierno tempore in vſu quotidie ſeruari vi-
demus.
Sed in ea re cum Iac.de Beluiſ.idem ſentio , quando teſtes
35 teſtari recuſarent:tunc† enim citationem requiri exiſtimo:vt
enim teſtes ad teſtandum compellantur, prius citandi atque
monendi ſunt:cuius rei periculum ſæpiſſime in vſu contigiſſe
perſpexi,præſertim in illos, qui contra aliquē aliqua de cau-
ſa impulſi, teſtimonium perhibere abnuunt : tunc.n.prius iu-
dex citat,deinde monet eos, vt aliqua pœna intendente ipſi
iudici ſe ſiſtant,ad veritatem de tali cauſa patefaciendam, &
pro hoc faciunt notata per Alberi.de Malet.in ſuo trac.de te-
ſtib.c.7.nu.30.32.& Ang.in ptin.auth.de teſtib.
Iam diximus producendos eſſe teſtes . Producēdi quidem
36 ſunt,ſed antequā recipiantur,pars †aduerſa vocāda eſt, vt eo
rum dicta oppugnare atq; refellere, ſi poſſit, valeat,alioquin
iſta teſtium receptio irrita & penitus eſt nulla,vt eſt tex.in c.
2.de teſtib.& ibi Fely.in ſumm.idemq; probat tex. in l.ſi qñ.
& ibi glo.C.de teſtib.Pet.de Anch.in cle.quāuis.col.fi.de ap-
pel,Rota deciſ.10.aliàs 1.de fi.inſtru.in nouis. nu.20.& ſeq.
Lanfr.in c qm cōtra.in verſ.teſtiū depoſitione. col.2.de pba.
Pariſ.conſ,83.col.2.vol.1.& cōſ.17.col.3.vol.1.Grām.conſ.ci
uil.27.col.1.& cōſ.78.col.2.Fely.in c.2.col.3.& ſeq.de teſtib.
vbi ponit plures ampliationes & limitationes,& plures etiā
ibidem ponit Dec.nu.18.& ſeq.& hoc in 20.caſib.eſt reſtrin-
gendum,vt per Campeg.in trac.de teſtib.conclu.164.& 167.
Hoc,quod diximus,receptionem teſtium nullam eſſe, par-
37 te non citata adeo† verū eſt, vt non ſolum probationem ple-
nam,ſed nec ēt indicium faciat,ſecūdū Bar. in l.maritus.poſt
finem,de quæſt.& ſequitur Fely.in d.c.2 nu.3.de teſtib. & ibi
* Dec.nu.18.& 27. vbi * cōi omnium ſcribentium calculo hanc
eſſe receptam aſſerit,quod adeo verum eſt,vt mille teſtes re-
cepti,parte non citata,non faciant indicium ad torturā. Ro-
land.à Valle in conſ.12,nu.37 38.lib.3. quod tamen de cōſue
tudine non obſeruari,dicit Iulius Clarus in ſua praxi crimin.
§.fin.q.11.vbi videndum.
Quod ēt ſibi locum vendicat,ſi cauſa abſoluenda eſſet req
38 ſitis à iure non ſeruatis:tunc enim †& pars in teſtium produ
ctione vocanda eſt,ſecundum Bar.ſing.in l.filiusfa.poſt prin.
de donat.relato ab eodem Felyn.loco iam proxime cit.nu.4.
Tertio loco illud eſt declarandum & extēdendum ad eum
39 caſum,quo iudex ex officio ſuo agere:quia † tūc vocare par-
tem neceſſe eſt,cōtra quam agit.Ita ſimpliciter dicit Io. And.
in Specul.titu.de teſte.§.nunc tractandum. dicens,ita dixiſſe
Guid.de Suza.in l.iuriſiurandi.C,de teſtib.& ipſum referen-
do ſequitur Fel.loco iam adducto,c.3.de teſt.nu.5.
Sed hoc intellige,niſi iudex hoc ageret ad ſuam informa-
tionem,vt loquutus eſt Bal.in l.nō dubiū.ver.iuxta hoc quæ-
ro,col.6.C.de l egib.Inn.Hoſt.Ioā.And.in c.fi. de pſump.Mil.
in ſuo repet.in verb.citatio non requiritur. Fely.in c.2.col.2.
in 1.limit.de teſtib.Nicel.in 52.cōcord.gl.43.fallē. Hæc tñ li-
mitanda in primis veniunt, vt ſibi locū nō vendicent, quan
40 do † examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriā cōtra il-
lum,cui timetur potentia tyranni.Hoſt.in c.quoniam frequē-
ter,col.2.vt lite non conte.Roman.in ſing.372. Abb.in d.c.2.
col.2.de teſtib.deciſ.Tholoſ.& ibi apoſt.475. Phil.Frā.in c.1.
col.2.de homici.in 6.licet contrarium dixerit Anto. de Butr.
in c.præterea.il 2.de ſponſal.in fi.& ibi Præpoſi.col.3. & Are.
in c.2.in col.2.de teſtib.in fi.quorum opinio in omni caſu ceſ-
ſat,quādo furtus in cauſa fidei,vel agitur de modico,ſiue nul
lo præiudicio,vt ipſimet dixerunt,& tenuit Gondiſal.in trac.
de hæret.q.14.
Secundo etiam loco illa concluſio limitanda videtur , non
41 habere locum in cauſa hæreſis,in † qua contra inquiſitum po
tentem teſtes recipi poſſunt,etiam parte non citata, vt ſentit
Roman.in ſing.372.Ant.de But.in c.præterea. col.2.de ſponſ.
& ibi Albet.& Præpoſ.in col.2. Soci.in regu.406. in 4.fallen.
Nicell.in 52.concor.Dec.in c.2.col.5.in 5.fallen. de teſtib.idē
in alijs enormibus delictis tradit Rolan. à Valle d.conſil. 12.
vt ex themate,nu.13.lib.3.
Sed longiori ſermone opus eſſet, ſi cūctas ampliationes &
limitationes,quas Fely.& Dec.in d,ca.in noīe Dñi, de teſtib.
referunt,dicendo proſequi vellem,lector illuc te remitto: ibi
enim ſitim aridam facilime reſtinguere tibi dabitur . Ad hoc
ēt legere poteris,quæ Ant.Gabriel.in ſuis concluſ.li.2.titu.de
citatione.ampliat.21.nu.105.& in limit.11.12.13.14.& 15. cū
ſeq.incip.à num.324.vſque ad num.332.fuſius ſcripſit.
Nec illud,quod ſupra attigimus,id eſt,teſtes producendos
eſſe in iudiciū coram iudice, vt deponāt,ſine declaratione eſt
prætereundum.Declarandum igitur eſt, iſtud non habere lo-
cum,quādo teſtiū qualitates aliud expoſcerent, vt ſi valetu-
dinarij eſſent,ſenes,infirmi,aut paupertate oppreſſi;iſtiuſmo
di.n.non ſunt exhibendi, nec vocandi ad dicendum teſtimo-
42 niū in iudicio:ſed† tunc iudicis eſt munus,homines idoneos
ad dicta teſtiū excipienda mittere, vt in c.ſi qs.ext.de teſtib.
Nec id ēt ſibi locum vendicat in viris pſtantiſſimis,& egre
gijs, vt optime Paulus reſpondit in l.ad egregias perſonas.
ff.de iureiur.idemque de Epiſcopo dicendū eſſe,ſtatuit Theo
doſius Imper.in l.nec honore.C.de epiſc.& cler.
Vbi,apud quem,& à quo ſint exhibendi teſtes,diximus, vi
* deamus modo,quando vocati debeant. In quo Dd. * cōmuni
conſen-

Digitized by Google

43 conſenſu dixerc poſt †litem conteſta:ā producendos eſſe, vt
per Bart.in l.de ætate.ff.de minor.& Canoniſt.in ca.veritatis.
de dol.& cōtu.& in c.qm̄ frequenter vt li.non conte.vt refert
Lanfr.de Orian.in ſuo trac.de teſtib.in prin.ſub nu.33.Nam,
vt ipſe ibi inquit,teſtes non producūtur ea potiſſimū de cau-
ſa vt iudex inſtruatur,ſed vt ipſi fides fiat de deductis in iudi
cium:ſed in iudicium non deducitur res deducta, niſi poſt li-
tem conteſtatam,vt in l.non poteſt videri. & in l.ſolemus in
prin.ff.de iudi.& fieri nullo modo poteſt, vt iudici de re fiat
fides,antequam ſit in iudicium deducta: neceſſe eſt enim, vt
res adſit,de qua poſſit cognoſcero iudex.

Hanc tamen concluſionē in trigiuta ſex caſib.non procede
44 re, retulit Spec.in tit.de teſte,§.nunc tractemus,in†quib.an-
te litem conteſtatā, & poſt examē produci poſſunt: Quos ēt
caſus Nellus nulla Specul.facta mentione recenſuit in 1.parte
ſui trac.de teſtib.nu.73.& Barthol.Socin.in ſuis ſallentijs. in
reg.242.incip.lite non conteſt.ponit ad idem tredecim ſallē-
tias,quæ omnia hic tranſcribere ſas mihi nō eſſe duxi,adeat,
qui velit,ipſos,ibi ſere ad nauſeam poſita videre poterit.

Quod igitur dicebamus,poſt litem conteſtatam producen
45 dos eſſe teſtes,id declares,iſtud † effici nullo modo eſſe poſt
didicita teſtificata,& publicata ſuper eiſdem capitulis,vel di
recto contrariis,vt c.fraternitatis. & c.intimauit. de teſtib.&
per Marſil.in l.1.§.fi.in prin.num.17.ff.de quæſt.& Dd.in cle.
2.de teſtib.& Spec.in tit.de teſte.in §.ſatis vtiliter. per totū.

Iſtud etiam poſtremū extendendum hoc pacto videtur, vt
& hoc verum eſſe deſinat,quāuis publicatio non ſit facta, ſed
aliunde didicerit pars teſtificata,vt per Io.And.in d.c.frater-
nitatis.& ibi Marian.Socin.de teſtib.Bar.in §.quia vero. in au
then.de teſtib.& in auth.at qui ſemel, C.de probat. cui ēt rei
aſſentitur Fel.in c.præterea,col.fi.de teſtib.cogē.vbi illud ex-
tendit,etiamſi loquutus ſit cum teſte examinato.

Et hæc amplianda videntur,vt non ſolum habeant locum,
quando prætendimus examinate in eadem inſtantia prima
46 principalis cauſæ,ſed etiam in cauſa appellationis:nam † &
tunc poſt didicita teſtificata non admittuntur teſtes ſup eiſ-
dem capitulis,tam de iure canonico,vt per text.in clem.2.de
teſtib.quam de iure ciuili, vt latiſsime proſequitur Maria.in
d.c.fraternitatis,col.25.& ſeq.& ibi Aret.col.3.& Fely.col.2.
Boer.in ver.teſtes ſing.27.

Hæc tamē concluſio reſtringitur, vt locū ſibi vendicet,vbi
teſtes ſint rite examinati,ſecus ſi non rite,per tex.argumento
ſumpto à contrario ſenſu in d.cle.2.de teſtib. & ſentit ēt Ma-
rian.Soci.in d.c.fraternitatis,col.8.& ſeq.de teſtib.& eſt glo.
in d.cle.2.in verb.rite.Fely.in c.in noīe, col.fi.in fi. de teſtib.
& in c.p tuas,col.r.eo.tit.Gui.Pap.q.72.Bertr.cōſ.33.volu.2.
licet nonnulli aliter ſenſerint,vt Zenzelli. Ioan.de Fantuzijs.
Cardi.Florent.in d.cle.2.de teſtib.Iaſ.in l.qui per ſalutē ff.de
iureiur.Fely.in d.c.fraternitatis,col.2.& ſeq. & de hoc viden
dus eſt Rolā.à Val.in conſ.52.n.14.li.4. Verum qm̄ hæc cōclu
ſio latius,quam alibi viderim, explicata fuit ab Ant.Gabriel.
li.1.cōcluſ.tit.de teſtib.cōcl.21.ipſum adire poteris.Ibi enim
huius concluſionis decem ampliationes,& ſeptuaginta limi-
tationes,cum ſuis contrarijs,concordantijs, & aliis ad propo
ſitæ materiæ explicationem facientibus inuenies.

Si quis vero ſcire aueat,quæ noua, & quæ antiqua dicātur
capitula(de quibus ſupra meminimus)in caſu noſtro,optime
Marian.Socin.in d.c.fraternitatis, col.6. complurib.alijs ſeq.
de teſtib.hunc docere poterit.

Nec tn̄ hinc prius diſcedam,quam admonuerimus ſegētes
illud,quod paulo ante diximus,teſtē recuſantē teſtificari, in-
uitum etiam ad teſtimonium perhibendū compelli poſſe, ſor
47 tiri ſibi locum†tam in ciuili,quam in capitali cauſa, l.ſi quan
do,C.de teſtib.& l.locum.§.exhibere.ff.de tab.exhib. iuncto
tex.in c.cum cā.de teſtib.& c.præterea.& c.ſup his. c.cæterū.
de teſtib.cogē.cū aliis adductis per Ang.de Peruſ.in ſuo trac.
de teſtib.1.q.n.22.& 23.& poſſunt cōpelli mulcta indicta, ad
exemplū tutorū & curatorū ſatiſdare nolentiū, Ang.de Peru.
in trac,in addit.ſua ad Bar.nu.24.ſol.99. item per iudicē ec-
cleſiaſticum poſſunt excōicari.ibid.nu.25.& paulo poſt dice
mus,& teſtis,qui non vult cōparere in criminalibus, punitur
crimine ſtellionatus.Bal.in trac.de teſtib.in 2.par. nu.18.

Hoc autem adeo verum eſt, vt etiam id ſequatur, quamuis
adhibito iurō dixerit teſtis,ſe nullo modo adduci poſſe, vt ſu
per hoc teſtificetur; ipſe enim tunc eſt cogendus,non obſtā-
te iurō ipſius teſtis. Etenim cum iſtiuſmodi iurm̄ ſit temere
48 prolatum,& † proferenti animæ perpetuam mortem afferat,
cum hic de veritate celanda agatur.11.q.3.ca.quiſquis.idcir-
co propria etiam auctoritate poterimus huic iuramento re-
pugnare,c.ſicut noſtris.de iureiur.& notatur in ca.intimauit.
& c.peruenit.de teſtib.iuxta Spec.in ti.de teſte,verb.ſed qđ.
ſicut refert Alber.de Malet.in ſuo trac.de teſtib.c.6.ſub n.45.
& dixit Pe.de Mōcada ī addi.ad Crot. ſui trac.de teſtib. par.
5.ī ver.teſtificari.lr̄a A. n.17.& Abb.ī d.c.pueniт.de teſtib.ea
pcipue rōne quod cū ferre teſtimoniū ſit munus publicum,
49 ad quod ēt inuitus quis cōpellitur,non†pōt aliquis iuri pu-
blico derogare,ēt intercedente iurō.c.ſi diligenti.de fo.cōp.
& ita dicit Abb.in c.intimauit.de teſtib.in princ. ſubdēs etiā
ibi poſt Inn.in c.qualiter & qn̄.il 1.de accuſat.quod ſi quis iu
ramento promiſit alicui nōn reuelare arcanum ſibi priuatim
50 commiſſum,ſi producatur in teſtem, teneri † illud detegere,
quia aut cogitauit iſtum caſum,qn̄ iurauit, & illicitum fuit iu
ramentū,ideo non ſeruandum,c.4.de iureiur.aut non cogita-
uit iſtum caſum,& ad illum non extenditur.c.humanæ aures.
12.q.5.& idē Abb.voluit in c.ſi ſacerdos.de off ordi. col.2 &
in c.nouit.de iudi.nu.2.Hoc tamen reſtringe, nō poſſe proce-
dere in ſacerdote producto in teſtem cōtra reum criminis,qn̄
51 in confeſſione ſacramentali fuit aliquid ſibi dictum,quia†po
teſt dicere,ſe nihil ſcire ex eo,quod illud,qđ ſcit,ſcit vt Deus,
& vt Deus non producitur in teſtem,ſed vt homo, & tanquā
homo ignorat illud,ſuper quo producitur, tex.eſt, & ibi not.
in c.dilectus.de exceſ.præl.& in c.omnis.de pœnit.& p Abb.
52 in locis proxime allatis. Et iſtiuſmodi iuramentum † cum ſit
contra bonos mores, non eſt obligatorium, vt in reg.non eſt
obligatorium,de regu.iur.in 6.& Alberic.in l.ſi quando.C.de
teſtib.Alberic.vero de Malet.ſub d.nu.45. in eam ſn̄iam iuit,
vt ſenſerit, iſtiuſmodi teſtes ab hoc iuramēto abſoluēdos eſ-
53 ſe,quod ſi non fieret,teſtes†in periurij crimen inciderent,&
illorū dicta irrita & nulla fierēt,iuxta c.in teſtimonio.de teſt.
quod ſi abſoluantur,maior eis fides adhibebitur, & cum opi-
nione Maleti illud optime conuenit, iurantem non reuocare
54 teſtamentum, poſſe † non repugnante iuramento reuocare,
hunc tamen eſſe periurum,dixit I.C. in l.ſi duob. §.idem re-
ſpondit.ff.pro ſoc.& Io.An.in c.dilecto.de præben.ſuper ver.
iuramentum.ad hoc etiam facit,quod ait Nicol.Mil.in ſuo re
pert.in verb.iuramentum,de non faciendo.

Sed hæc Maleti cautela,licet ſit ſatis tuta, nō tamen eſt ne-
ceſſaria:id vt aſſeram,ea de cauſa moueor.Nā cum hoc iura-
mentum nihil valeat, nullamque obligationem pariat,huiuſ-
55 modi†abſolutio vana,ſutilis,& irrita eſſet, præſertim cū me-
cum faciat Imp.in l.ſi aut nullum.C.de legit.hæred.& in l.nō
dubium.C.de legib.qui dicere cōſueuerat,actū inualidum &
nullum,nullum effectū parere poſſe, nec ipſa lex fruſtratoria
& vana remedia ſolet adhibere,l.qui bis idem.ff.de ver.obl.
& l.hæc ſtipulatio.§.diuus.vt lega.noie caueat. Et vanum, &
56 nullius ponderis eſt conſulere,vbi † nō expedit,l.ſi plures.ff.
de teſtam.tut.& fruſtra quæritur de eo,quod nullū parit effe-
ctum,l.3.quan.dies leg.ced.& in l.non oportet. de leg.2.me-
rito neceſſaria cautela hæc videri non poteſt.

Cæterum hac in re prætermittendū non videtur illud, qđ
de teſtibus,qui veritatē dicere recuſant, dicebamus, hoc eſt,
57 ad id cōpelli debere,ab†ordinario iudice impellendos eſſe,
vt nulla de hoc alicui dubitatio oriatur,admonemus; dūmo-
do tamen iudicis poteſtati ſubſint. Quod ſi iuriſdōni ipſius
minime ſubeſſe cōtingat,ordinarius iudex iudicem illū, ſub
cuius erūt ptāte,per literas certiorem ſaciat,vt ipſis ad teſti-
monium ſerendum vim adhibeat, vt cauit Imperator Iuſtin.
in l.iudices.C.de fi.inſtru.& Spec.in tit.de teſt.verſ.ſed qs co
58 geтur.quo in loco illud ēt addidit, † delegatū à ſummo Pōt.
vel à Principe,facultatem habere cogendi teſtes, ad verita-
tem teſtimonio ſuo manifeſtandam;quem ſequitur Alber.de
Malet.in d.ſuo trac.de teſtib.c.6.ſub nu.48.& 54.quod quidē
intellige,ſiue de cauſa ciuili,ſiue capitali agatur,& præcipue
in capitali cauſa, ſi teſtes vllo pacto non poſſunt haberi: iſto
namque caſu poteſt teſtium receptio committi, vt ex addu-
ctis per Malet.in d.c.6.ſub nu.51.ſatis liquet.

Hi quidem poſſunt ipſos teſtes compellere, ſed eoſdem ad
59 teſtificandū arbiter†nunquam cogere poterit,vt ex Alber.in
d.l.ſi quando.C.de teſtib.nullā n.arbiter iuriſdictionē, virtu
te,cuius ipſi poſsint compelli,ſed ſolam notionem ſibi com-
miſſam,

Digitized by Google

miſſam hſe reſpondit. I.C.in l.prætor.in princ.ff.de re iud.&
idē refert & ſeqt Lanfr.de Oria.in ſuo tract.de teſt.ſub.n.31.
Illud ēt pertinet ad noſtræ materiæ declarationem,cleri-
cos teſtes per iudicem eccleſiaſticū,& per cenſuram eccleſia
60 ſticā: laicos † vero per iudicem ſecularem impellendos eſſe
mulctā eis imponendo,vt ex allegatis per Grana.in addi.ad
Veſtr.in d.c.2.li.6.n.26.in ſua praxi. & eſt tex.in l.3. §.adhi-
bere.ff.de tab.exhib.iuncta l.1.§.quid ergo.ff.de ventr.inſp.
nempe cōpelli poſſunt,ipſos laicos oppignorando, arg. l. 1.
ff. ſi qs ius dicē.nō obtēp.vt per Spec.in d.ti. de teſt.§.de te
61 ſti.in carcerē vero, † vt teſtent nō poſſūt cōijci,iuxta l.ſi qn
C.de teſtib. Cæterū iudices in hoc diligenter animaduertāt.
qđ ſi vnū ex iſtis vel iſtiuſmodi remedijs ad ipſus cogendos
teſtes ſatis eſſet,& plene ipſi ſeccurreretur, nō poſſe poſtea
62 alia adhibere remedia, pterq̄ † qđ ſi qđ adhibuiſſet.nū ſuffi-
ceret,vt ita Ang.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendic. & ibi gl.
Si vero quærāt à me ex iſtis cogendis teſtibus qui rite cō
pelli poſſint? Breuiter rñdeo,quęcunque ad teſtandū Idoneū
63 & aptum optime cōpelli poſſe,etiamſi viator eſſet,q ui † per
ciuitatem alio perrecturus iter faceret, hunc enim ad æ diſi-
candū compelli poſſe,dixit Alber.in d.l.ſi quādo.C.de teſti.
Id tñ ita generatim non eſt intelligendum,multos etenim
reperies,quibus nulla vis ad teſtādū poſſit adhiberi, ex quo
64 rum numero ſunt cōſanguinei oēs † vſque ad duodecimum
gradum cōtra ſuos conſanguineos,vt tradidit Ang.de Peruſ.
in ſuo tract.de teſtib.in qō.an pater poſſit eſſe teſtis,&c.nu.
26.& late per Spec.in tit.de teſte in ver.de teſtium cōpulſio
ne.fuſe ēt per Alb.& de Malet.in ſuo tract.de teſt.c.6. vel vſ-
qoe ad ſeptimum gradum,iuxta Accurſij ſnīam in l.ſi fœmi-
na.C.ad Turpil.quam doctrinā probat & ſequitur Ang. ibi.
& eius ēt opinionis eſt Ioā de Imol.c.dilectorum. de teſtib.
cogen.quemadmodum refert Lanfr.de Oria.in ſuo de teſtib.
65 tract.n. 31. ſeptuagenarij etiam ſenes † ab iſta compulſione
& aduerſa ualetudine laborantes,ſunt immunes, vt nos do-
cuit.I.C.in l.inuiti.ff.de teſtib.& in l.3. iur.calū. & hac præ-
terogatiua fruuntur liberti & vaſallus, ne contra dñm ſuum
teſtimonium ferant.l.libertorum.& ibi Sal.C.de teſt. Nec ab
hoc priuilegio fuere reiecti magiſtratus,quique Reipublicæ
caoſa abſunt,vt per Campeg.de teſt.concluſ.160.
Verumtū quamuis iſtiuſmodi hoies ab hac coactione ſint
66 exempti, † attamen cogi poſſunt, ſi veritas aliunde non
queat elici,vt voluit Gui.de Suza.in l.Iulia.ff.de teſt.& Io.de
Imo.atque Ant.de Butr.in d.c.dilectorum. quibus aſſentitur
Lanfr.de Orian.vbi ſupra de teſtib.n.41. Huius pronunciāti
ratio facile reddi pōt,ne veritas celeť,& in tenebris iaceat.
Nec velim,quis exiſtimet, iſtos in hoc tantummodo caſu
67 cogi poſſe. In † multis namque alijs compelli ad teſtimoniū
dicendum poſſe caſibus,Campeg.in tract.de teſtib.recēſuit,
concl. 147.148.149.150.156.157.158.& 160.& Petr. Duen.
reg.348.vbi omnis ſigillatim examinat,& ponit. Præterea vl
tra hos non deerit,vnde hæc haurire poteris.Anto.enim Ga-
briel.in ſuo concluſ.lib.1.tit.de teſtib.latiſſime in quam plu-
rimis concluſionibus cuncta hæc more ſuo proſequutus eſt.
Quod uero ſupra diximus,cōſanguineos,& cęteros,quos
iam enumerauimus,ad veritatē indicandam,teſtimonio ſuo
non poſſe cōpelli,id nō ſine declaratione eſt prętereundum.
68 Etenim † ſi ita fert illorū voluntas,ſunt ad dicēdū teſtimo-
niū admittēdi,& ipſorum dicta valent atque rata manēt, hu
ius declarationis auctor eſt Accurſ.in l. inuiti. ff. de teſtib. q̄
Accurſij doctr.ad id adducit Iac.de But. i fi.ſui trac.de teſti.
Hi uero an præſumantur uolentes vel inuitos depoſuiſſe,
Bal.in auth.presbyteri,in fi.C.de epiſc.& cler. & Felynū. in
d.c.dilectorū,circa med.& in c.1.& 2.col.3.de teſtib.adeas,
qui hoc te docere poterunt.
Nec illud alicui vnqnā in mentem veniet,iſtiuſmodi homi
nes: qui legumlatoribus illud priuilegii genus potiti ſunt,oe
ad teſtandum ſi nolunt,impelli poſſint, in ciuili tantum iudi
69 cio non poſſe cogi. Non † enim in ſoro canonico,etiam in ca
pitali cauſa poſſent compelli, vt de hoc habemus contextum
& gl.& Dd.in c.dilecti. de,teſtib.cogendi,quod tamen qoa-
tuot modis reſtringas,ut per Bar. in ſuis fallent.in reg.407.
Ij vero homines,qui ad teſtificādum poſſunt impelli, ſi te
70 ſtimonio ſuo veritatē aperire renuerūt, † tūc parti ad inter
eſſe teneri,pulcherrime notauit Spec.in ti.de teſte.§. ſeqtur.
in verſ.vlt.Tyndar.in tract ſuo de teſtib.p.1.c.9.n.6.& notā-
quod probare volenti non currit tempus, quandiu teſtes ſūt
contumaces in ſubijciendo ſe examini, Angel.de Peruſ. in d.
trac.in 1.par.nu.27.fol.99.& nu.28.& 29. alia circa hoc nota-
bilia ponit,& ad hoc comprobandum adducit l.quidā.& l.tu
toris.ff.de admini.tut.& l.quoniam.C.de excuſ.tut.quod idē
ſequitur Bal.in d.l.presbyteri.C.de epiſ.& cle.& in l.argen-
tarius.§.fin.ff.de edendo.& in l.nullum.C.de teſtib. & in ſuo
trac.de teſtib.in 2.par.nu.18.
Huic pronunciato illud axioma ſubiungam, qđ ſi quis ad
teſtandū in eius cauſa,de cuius agitur vita, vocatus fuerit in
71 iudicio,ſi non ſteterit † iſtiuſmodi, pro falſario habendū,&
pœna l Corneliæ in ipſum animaduertendum eſſe, per tex.in
d.l.presbyteri.iuncta ibi authen. cū alijs allegatis p Tyndar.
in ſuo tract.de teſtib.c.9.nu.4.& ibid.num.5.refert, Bart.eius
fuiſſe ſententiæ,vt pœna talionis puniendus eſſet: nam cū ta-
cendo veritatem,fit falſarius,ea pœna, quæ placuit Bartol.eſt
72 afficiendus: cum falſum teſtem † talionis pœna eſſe coercen-
dum,dixerit Martianus in prin.l.1.ff.ad leg.Corn.de fal.& in
verſ.præterea glo 2.q.3.c.in ſumma.
73 Paria enim ſunt,dicere mendacium,& † veritatem ſuppri-
mere,c.ſuper literis.de reſcri.& l.1.in prin.ff.de fal.
Teſtes,ſi meminiſtis, ante iudicis conſpectum deducēdus
eſſe,paulo ante diximus;ſed poſt ipſorum deductionē & rece
74 ptionem iuſiurandi religione,priuſquam † perhibeant teſti-
monium,arctari debere à iudice, præcipit Cōſtantinus Imp.
in l.iuſiurādi.C.de teſtib.& id ſactis ſcripturis, vt iuſſit ſum.
Pont.in c.hortamur.3.q.9.ſe veritatē ſincero,non ſimulato a-
nimo declaraturos: nec vnquam futurum eſſe, vt nec pretio,
75 nec amore,nec odio, nec † timore veritatem ſint celaturi, vt
ait gl.ſi.in c.fraternitatis.de teſtib.præſertim cum nemini du-
bium ſit,his quatuor,vt & ſupra dicebamus, veritatē depri-
mi ſolere,vt c.quatuor.12.q.3.Quo autem pacto hæc iuramen
ti forma concipiatur,belliſſime tradidit Specul.in titu.de te-
ſtib.in verb.ſequitur de teſtium iuramento. De hac etiā iura-
menti delatione late & pulchre per ampliationes & limita-
tiones diſſerētem.Grauat.adeas,in addit.ad Veſtr. in ſua pra
xi.c.2.lib.6.nu.34.cum ſeq.
76 Quod ſi iniurati depoſuerint,ipſorum † dictū irritum eſt fu
turum,d.l.iuſiurandi,& ca.tuis.ext.de teſtib.depoſitio nāque
teſtium ex duob.efficitur,ex dicto ipſorum,atq; ex iuramen-
77 to,nec † vnū ſine altero ſtare poteſt, vt in d.c.fraternitatis.&
inquit Lanfr.de Oria.in ſuo tract.de teſtib,in princ. ſperatur
enim,teſtes veritatē dicturos,iurī timore,vt ca.de teſtib.ext.
78 de teſtib.& d.l.iuſiurādi in prin. Adeo vt nec ēt viro,q † plu-
rimū auctoritate polleat,nec religioſo abſque iurō fides adhi
beaī,vt dixit Abb.in d.c.tuis.& tex.in c.ſuper.de teſtib. Nec
Cardinalis verbo ſtatur,niſi iuratus depoſuerit, c.cū olim.in
verb.quærendum.de priuil.Io.Crot.in ſuo trac.de teſtib.par.
79 77.nu.227. Quo autem iniurato teſti credendum ſit,† viden
dus erit Ioan.Crot.in ſuo trac.de teſtib.in 7.par.in princ.qui
iſtud quatuor modis ampliat,& octo modis limitat.
Attamen hic illud te admonēre volui,quod etſi teſtes iura
80 uerint,ſed nō rite, † nulla tñ eis fides præſtetur,vt 35.q.5.ca.
de parentela.cū aliis adductis per Iac.But.in ſuo tra.de teſti-
bus c.1.n.52.& 54.Paria.n.ſunt,aliquid nū facere, vel nō rite
agere,l.quoties,ff.qui ſatiſ.cog.l.ſcire oportet.§.ſufficit. ff.de
excuſ.tut.c.propoſuiſti.in ver.legitime.de fo.cōpet.Hinc vo-
luit Aug.de Anchona in ſuo lib.de poteſt. Eccleſ. q.55.art.4.
81 quod ſummus Pont.diſpenſare non poſſit, † quod in ferendo
teſtimoniū non interueniat iuramentū,quodq; teſti iniurato
credatur,quod idē placuit Fel.in c.cōſtitutus.in 6.col.de re-
ſcri.& Ioā.Crot.in d.trac.de teſtib.par.7.nu.4.ſequitur Rol.à
Valle in conſ.8.ſententia.nu.14.li.4.ex quo illud etiā fit,quod
in dubio non præſumatur à teſte præſtitum iuramentū, & ea
82 ratione,quia † cum iuramentū ſit ex illis,quæ foris & extrin
ſecus adueniunt,non præſumitur,niſi probetur, l.quæcūque.
§.fi.ff de publicia.& ita tenet Abb.in ca.tuis. in fi.de teſt.quē
ſequutus eſt Io.Crot.ī iā ſæpe allegato tra. de teſtib.p.7.n.15.
Quod tñ declarari debet,id non habere locum,quādo ſumus
83 in antiquis,quia † tunc iurm præſumitur prælatū à teſte, licet
id ex aliquo loco nō poſſit probari,ita voluit Bart.in l.admo-
nendi.col.8.ff de iureiur.& Bal.in c.1.§.cum autē.de cōtron.
inueſtit.quos ſequendo retulit Crot.loco ſup.allato.nu.16.in
quo plura alia ſimilia ad id ptinentia recenſuit. Veruntamen
84 etſi iniurato teſti nihil † credatur, ipſius tamē verba pręſum-
ptio-

ptionẽ facere tradit Rui.in cõſ.46.n.10.vol.4.ex auctoritate
norabili gl.in c.cũ olim eſſemus.in verb.quorũdã fratrũ, de
priuil.& per Dd.ibi,& per Bal.in c.1.§.ſi duo.de pace tenen.
Verum enimuero in iſtiuſmodi iuramento deferendo,non
eſt ignorandum,partem aduerſam,vt huic interſit, eſſe vocã
85 dã,quod ſi non fuerit præſens,† quæ dicentur à teſtibus,nõ
ſecus erunt,ac ſi nihil ab ipſis dictum fuiſſet,c.2. de teſt.l.iu
dices.C,de fid.inſtr.l.ſi quando.C. de teſtib. & c. in nomine
* Domini.ext.eod.de teſtibus, & hoc in praxi * communi om
nium ſententia obſeruari teſtatur Viuius in ſuis commu.opi.
in verb.teſtes non poſſunt examinari.poſt Dec.in d.c.in no-
mine Dñi.n.28.& ſeq.de teſt.quam doctrinam Accurſ.in d.l.
ſi quando.extẽdit etiam.vt vera ſit,ſi pars fuerit vocata, ſed
cum teſtis iurauit,neutra pars intererat,nam nec tunc ipſius
dictum valebit,quia vtraque parte abſente non debet iudex
86 ſacramentum offerre teſtibus,† vel eorum depoſitiones re-
cipere:nũquam.n.debet iudex officium ſuum impartiri, niſi
ſit petitus,l.3.§.ſin aũt.ff.de dam.infec.& pro quo adduci ſo
let gl.cum tex.in l.ſi quando.C.de teſt.& l. properandum §.
ſin aũt.C.de iud.quod & placuit Fulg.in rubr.C.quon.&qñ
iud.nu.4.Id etiam Lanfr.de Oria.ſequutus eſt in ſuo tract.de
teſt.illud etiam addendo,eundem Fulg. Patauij proceſſus,
& mille teſtium dicta irrita atque nulla reddidiſſe,quod qui
dem ipſe Fulg.in l.1.C.quo & quando iud. quem ibi dixiſſe
refert Lanfr.nuſquam dixit,imo contra dixiſſe videtur,dum
in d.rub.inquit,licet parum fuerim auditus.
Quod ſi eueniat,vt pars, quæ ad inſpiciendum teſtium iu
87 ramentum vocata fuerit,per contumaciam abſit,† tunc rata
atque firma ipſorum dicta ſtabunt,vt c.1.extr. eodem de te-
ſtib.& d.l.ſi quando.§.his quoque,ſed hoc intelligas,niſi ip-
ſa pars citata adeo,ex neceſſaria cauſa ſit detenta,vt iuramẽ
to intereſſe nequiuerit:tunc enim,quę dicent teſtes,valebũt
vt eſt tex.in d.c.in nomine,de teſtib.
Hæc,quæ tradidimus, tribus modis declares ex ſnia Abb.
in d.c.2.nu.7.quibus hunc quartum addere poteris,is eſt,qñ
teſtes examinandi eſſent oĩ exceptione maiores, & maxima
88 fide digni,quibus nihil opponi poſſet†,quorum verbis eſſet
ſtandum:nam prolata à teſtibus uim ſuam obtinent, vt cauit
Alex.in cõſ.130.incip.difficultas huius.cir.med.i 1.col.vol.1
vbi etiam iſtud ex Bar.mẽte eſſe aſſerit in l.Theopõpus.ff.de
dot.præleg.quem refert & ſequitur Sapia.in addi.ad Abb.d.
c.2.nu.8.verſ.tertius caſus.Verum de huius iuramẽti doctri-
na,quæ tradant,vide Bero.in rub.extr.de prob.n.81.Hæc ẽt
intellige, & declara,vt per Viuiũ in ſuis concl.in verb.teſtes.
Nec velim,quis arbitretur,ita obiter & vbique iurm̃ debe
89 re præſtari,† in iudicio namque nec alicubi eſt deferẽdum,
alioqui dicta teſtis irrita fiẽt,vt in l.3.in gl.§.Sabino.ff.de te
ſtib.& ſecũdũ Lanfr.de Oria.in ſuo tract.de teſtib.n.16.Et rõ
eſt,quia valet argumentum de loco ad tempus,& econtra,vt
90 l.vinum.ff.ſi cer.pet.ſed,inquit, † non valet dictum teſtis,ſi
ſit delatum iuramentum die non iuridico,ergo &c.
Quod vero teſtis ſacrõ ſeſe adſtringere non poſſit die fe-
91 riato,† eſt glo.ſingular.in clem.iudices, de off.deleg.quæ tñ
gl.ait,ipſum poſſe deponere in die feriato,ob honorem Dei,
92 dummodo in die iuridico iurauerit,& † ratio eſt,quia ferre
iurm̃ eſt actio quædam,quę ad iudicium ſpectat,quę non po
93 teſt exerceri in die feriato ſaltem in honorem Dei† vel ſan
ctorũ conſtituto,vt per Fel.remiſſiue in c.ſi diligenti. in ver.
quartum corollarium, de foro comp.& tenet Crot. in d. ſuo
trac.de teſtib.par.7.n.22.& Abb.in c.1.in fi.de ferijs. ad quẽ
te remitto,vbi multa notatu digna refert, late Viu. in ſuis
comm.opi.in verb.teſtes,poſt omnes Curtius,de teſtib.cõcl.
33.ibique denunciat,hoc à toto mundo eſſe receptum.
94 Sed nonnulli ſunt caſus, † in quibus teſtibus etiam die fe-
riato poteſt deferre iuramentum, ut quando ipſe abſuturus
eſſet, vel pars illum eſſet ſubtractura, aut iuriſdictio iudicis
eſſet expiratura.
Cęterum ſi quis ſcire deſideret,an teſtis,qui ſtatuto tpe ad
probandum iurauit,ſed quæ dixit, extra tempus ſtatutũ de-
95 poſuit, †dictũ probet,& valeat,adeat Bar.in l.dam.infect.la
1.§.Sabini.ff.de dam.infect.ſub nu.8.& Bal.in l.ſi qñ.C.de te
ſti.& iſtud late ꝓſequutus eſt Abb.in c.licet.extr.de prob.n.
96 20.verſ.vlterius q̃rit, & nõ valere teſtificatũ † poſt terminũ
aſſignatũ,tenuerũt Abb.& Pel.i c.paſtoralis.de excep.Rom.i
* conſ.225.& cõem ſcribit Conrad.in contract. de decur.li.1.
c.9.nu.47.Quorum tamen ſententia nõ eſt admittenda, qñ te
ſtes infra terminum datum iurant, & poſt decurſum terminũ
deponunt, ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad deponendum,
97 quia †eo in caſu eorum teſtimonium recipitur, & valet,ſecun
* dum Bal.in l.ſi quando.C.de teſtib.& * cõem omniũ ſcriben-
tium eſſe ſententiam,teſtatur Boer.deciſ.294.nu.19.& idẽ af-
firmat Curt.in trac.de teſtib. d.concl.33. in quo loco ad finẽ
addit, ita practicare Curiam Romanam, & totum mundum,
teſte Angel.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infe.& ſequit̃ Viu.
in ſuis commun.opi.in verb.teſtes.poſt omnes terminos: vbĩ
ad hoc prope infinita congeſſit.
Scio & illud,quod ſum dicturus, ab inſtituto noſtro non a-
98 lienum eſſe,† hoc eſt,iudicem delegare nõ poſſe,vt teſtibus,
alteri nomine ipſius iuramentum deferant, vt dixit Lanfr.de
Orian.in d.ſuo tra.de teſtib.nu 17. quo in loco & illud addi-
dit,quod etſi Notarius de mandato iudicis deferat iuramen-
99 tum teſti, † tamen eius dicta nullius futura ſunt momenti,vt
eſt ſingul.Accur.doctr.in l.hac conſultiſsima. §.fi.C.de teſt.&
Viu.in verb.teſtis examinatio.& ſeq.
Iſtud tamen declares,vt verũ non ſit,niſi Notarius præſen-
te iudice deferret teſti iuramentum,tunc enim tatũ erit, quia
100 ipſe † iudex deferre videtur,cum ſit præſens, vt ait Bald.in
l.videamus.§.deferre.ff.de in lit.iuran.
101 Nec id ẽt ſibi locum vendicat in viris egregijs,†vel homi-
nibus aduerſa valetudine laborantibus,& iſtiuſmodi,vt & ſu
pra dicebamus de compulſione teſtium, vt l. ad egregias.ff.
de iureiur.& c.ſi.de teſtib.nec in mulieribus,quæ trahi ad iu-
102 dicium non†debent inuitæ,vt c.mulieres.de iudic.lib.6.
Tunc enim iudex Notarium delegare cõſueuit ad deferen-
dum iſtis iuramẽtum. & ita in vſu quotidie obſeruari ſolere,
dixit Lanfr.de Orian.in d.ſuo trac.& eo.nu.17.
Præterea,& illud maxime ſcitu dignũ nõ præteribo, iſtiuſ-
103 modi iuramentum†non eſſe de natura inſita ipſius teſtimo-
nij,vt inquit Alber.de Malet.in ſuo trac.de teſt.ca.7. nu.75.&
76.& iõ Dd.aiunt,iſtiuſmodi iurm̃ ab aduerſa parte poſſe re-
mitti,ex quorũ numero fuit Nepos de Mõt. in ſuo trac. de te-
ſtib.in prin.nu.38.& 52.facit c.tuis.de teſtib & Ang.in l.1.ff.
104 de ferijs.præſertim†cũ vnicuiq; liceat alteri renũciare, quæ
pro ſe inducta ſunt,vt loquutus eſt Impe.Iuſtin. in l.ſi quis in
105 conſcribẽdo.C.de epiſ.& cler.& iuris ſeueritas†pactis pri-
uatorũ mitigari poſſit.l.vlt.ff.de appel. quod idẽ receptũ eſt
cõſuetudine,vt atteſtatur Feder.Schenk in ſuo trac.de teſtib.
in prin.n.5.& hac eadẽ rõne Bar.in l.ſi quis.ff.de falſ.conclu-
106 dit,teſtẽ deponentẽ falſum iniuratum,† pęna tamẽ falſi, ac
ſi iuraſſet,puniri:& ita refert Albe.de Malet.d̃ teſti.c.7.n.75.
Quod pertinet ad id,quod dicebamus, iuramentũ ab ad-
uerſa parte poſſe remitti,aliã ſequutus eſt ſententiam Iacob.
Aegid.in ſuo trac.de teſtib.in prin.ſub nu.11. verſ.ſed ſacrm̃.
107 & maxime†in cauſa criminali,vt ex iurib.& rationibus per
eum ibi allatis:ſed de hoc erit tibi videndus Granat. in addi.
ad Veſtr.in ſua praxi.lib.6.c.2.nu.42.
Verum,ne in præſentia iſtam inter ſe Dd. diſſenſionem nõ
reconciliatam prætercam;hoc ego pacto,vt ipſos inter ſe con
ciliem,diſtinguendum arbitrarer.Priorem,ideſt,opinionẽ in
ciuili iudicio locum ſibi vẽdicare,ea de cauſa motus.Etenim
108 cum in eo caſu iuramentũ defertur,vt†ipſius metu teſtes ve
ra proferant;tunc agitur ſolum de partis intereſſe: nemini igi
tur mirum eſſe debet,ſi iſtiuſmodi iuramẽtum tanquam in ip-
ſius partis fauorem inuentum remittere poterit,atque fauori
ſuo & intereſſe renunciare,arg.l.pen. C.de epiſ. & cler.l.pen.
C.de pact.l.poteſt.ad l.Falcid.
Poſteriorem vero ſententiam tum veram eſſe, dicendũ exi
ſtimarem:cum de cauſa capitali agitur.Tunc.n.per partẽ tale
iuramentum non poteſt remitti,hæc ratio reddi poteſt: quia
in capitalib.controuerſiis non ſolum de priuata,ſed etiam de
publica vtilitate agitur,hoc eſt, vt delicta plectãtur. Reipu-
109 blicæ † enim intereſt delicta puniri,l.ita vulneratus.in fi.ff.
ad l.Aqu.& l.licitatio.§.quod illicite.de publican.ſed ea,quę
110 fauore publico ſunt introducta,humana diſpoſitione† mu-
tari non poſſunt.l.nemo poteſt.de legat.1.l.ius publicum. de
pact.l.quod de bonis.§.fi.ad leg.Falci. præſertim cum hodie
videamus teſtes ægre cum ſacramento(quæ ipſorũ eſt impro
bitas)veritatem proferre,nedum ſine ſacramento.
Cæterũ priori opinione pro veriori, hoc eſt, iuramentum
101 remitti poſſe, retẽta;id falſum eſſe dignoſcit̃,quoad † teſti-
monium

Digitized by Google

monium ſuper matrimonio diſſoluendo ; nam hoc caſu, præ-
terquam, quod teſtis ad iurandum eſt deuinctus, non poteſt
iſtiuſmodi iuſiurandum remitti, vt tradidit gloſ. in d. ca. tuis.
de teſtib. licet ſit ſecus in confirmando matrimonio, vt nota-
ui in reg. matrimonium.
112 Quod ſi iurare abnuerint, ad damna partis obligatos eſſe,
dixit Spec. in titu. de teſte. §. ſequitur de teſtium in fi. Teſti-
monium enim dicere, munus eſſe publicum, ſupra etiam in
principio admonuimus.
Nec illud vnquam ſcriptis committere audebo, teſtes præ-
113 ſumi iuratos: non enim iurati præſumuntur, niſi † reuera in
actis de iuramento conſtet, quamuis etiam diceret Tabellio,
hunc teſtem eſſe iuratum, vt voluit Bart. in l. Theopompus. ff.
de dot. præleg. quem refert Nell. à S. Gemin. in ſuo trac. de te-
ſtib. in 1. par. nu. 72.
Poſt hæc iuſto ordine nobis eſſet de articulis diſpiciendũ,
ſuper quibus teſtes deponere debent. Verum quoniã de his
ſigillatim in quæſtio. agere conſtituimus, in præſentia id con-
ſulto relinquere nobis viſum fuit.
Docendum præterea eſſet, qua ratione teſtes ſint exami-
nandi, & quid tunc ſit agendum, ſi teſtis ſit Theutonicus, vel
114 Græcus, & † Notarius Latinus: adeo vt ipſius ſenſa hic per-
cipere non poſſit: ſed quia de his, & iſtis ſimilibus ſatis abun
deſcripſere Specula. in dicto titulo de teſte. § nunc videndũ
eſt. Nell. à ſancto Geminiano in ſuo tractatu de teſt numero
octuageſimonono, cum ſequen. & Lanfr. de Orian. in ſuo tra-
ctatu de teſtib. numero 18. Iccirco ſuperuacaneum eſſe iudi-
caui, ea hic transferre, quæ ab aliis ſatis commode percipi
queunt.
115 Illo etiam onere idem Specul. me leuauit, † vt quo pacto
ſint interrogandi, agerem; egit enim idem in dicto titulo de
teſte. §. iam de interrogatorijs. cuius ibidem allatam doctri-
nam ſequor.
116 Diligenter igitur examinatis & interrogatis teſtibus, † te-
ſtes ipſi, atque quæ ab illis dicta fuere, publicæ ſunt nominan
da, iuxta traditam formulam à Specul. in dicto titul. de teſte.
§. ſatis vtiliter.
His peractis, ipſorũ refectio & oppoſitio eſſet examinan-
da, ſed hoc omittam, cum idem Specul. in d. tit. de teſte. §. ſæ-
pe teſtes. de hoc loquotus fuerit.
Sed, vt illud pertranſeam, nunquam mihi ipſe imperare po
117 tero, in † qualibet cauſa regulariter duos teſtes ſatis eſſe,
niſi in lege vel Canone expreſſim fuerit ſancitum, plures in
aliqua cauſa neceſſarios eſſe, vt ex adductis per Specul. in d.
tit. de teſte. §. reſtat. de numero teſtium. In ore enim duorum
vel trium ſtat omne verbum. cap. in omni negotio. & ca. licet.
de teſtib. l. vbi numerus. ff. eod.
118 Aliquando etiam vnico teſti adhibetur fides, vt † quando
verſamur in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus, cum agatur de le
ui præiudicio, probationem per vnicum teſtem, vel per famã
publicam habere vim plenæ probationis, affirmauit Bartol. in
l. prima, C. quorum bonor. & clarius in l. ſecunda, in fi. C. vbi
119 in rem act. Ita quod teſtis vnicus in cauſa poſſeſſorij † ple-
ne probat, poſſeſſionem abſque alio iuramento neceſſario in
ſupplementum probationis, ſecundum Bartol. locis proxime
allatis, & Math. notab. ſecundo. Alexander conſilio nonageſi-
moprimo, columna prima, volumine quinto. Iaſ. in l. admonẽ-
* di. in ſecunda lectu. numero 187. de iureiuran. vbi * commu-
nem dicit, Calcan. conſilio 100. colum. penult. Dec. conſ. 251.
columna prima, Grat. conſil. 42. numero decimoſeptimo, &
ſequen. volum. ſecundo, Crauet. in conſilio 158. numero 15.
& Marſil. ſing. 433. Sed in contrarium magis communem opi
nionem eſſe tradit Roland. à Valle in conſil. quinquageſimo,
in hoc remedio. numero decimoſexto, libro ſecundo. Verum
iſtud non ſibi locum vendicat, ſi contra vnicum teſtem, ſeu
ſemiplenam probationem appareant aliqua indicia, vt ex Af-
flict. deciſio. 364. numero quarto, & ſequen. teſtante ita in ſa-
cro Conſilio Neapolita. fuiſſe iudicatum: & Grat. in conſilio
quadrageſimo, numero vigeſimo, volumine ſecũdo, & voluit
Bald. in l. qui accuſare. columna finali, C. de eden. Rolã. à Val-
le dicto conſilio quinquageſimo, columna ſexta. vbi plus di-
cit, opus eſſe deducere & probare, quod ille teſtis ſit omni
exceptione maior.
Nolim etiam quis arbitretur, ita facile atteſtationi teſtium
120 fidem adhiberi ſolere; rationem † namque ipſos reddere
debere, & ad hanc maxime eſſe conſiderandam, dixit Bal. in
l. ſolam. C. de teſtib. præſertim cum in dict. l. ſolam canerint
Impp. ſolam teſtationem, vt ipſorum verbis vtar, prolatam;
nec alijs legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius
121 † eſſe momenti. Standum enim eſſe potius rationi, quam
verbis ipſius teſtis, vt reſpondit idem Bald. conſilio ducente-
ſimo decimo nono, incip. teſtes. libro quarto, & in conſilio
385. ex quadam ſcriptura. libro quinto. cum ratio teſtis illa
122 ſit, quæ dat eſſe rei, † hoc eſt, eius atteſtationi, idem Bal. in
d. l. ſolam. & Abb. in conſil. 105. col. 5. lib. 1. quos omnes refert
& ſequitur Crauet. conſil. 56. nu. 74. verſ. tertio rñdeo. Et hoc
ſane procedit in negotijs criminalibus, in quibus teſtes etiã
123 non interrogati, debẽt vltro reddere cauſam † & rationem,
alias non probant, nec quidem indicium faciunt, ſecundum
Bald. in conſilio 182. numero ſecũdo, volum. 4. vbi dicit, hãc
* eſſe * communem, Salic. in l. fin. C. de probat. Dec. in conſilio
57. Grammat. in conſi. crimin. 12. numero 12. Hoc tamen in-
tellige, vt non procedat, quando teſtis prohiberet teſtimo-
nium ad alterius defenſionem: quia in eo caſu, etiamſi non
124 redderent ſcientiæ † cauſam, tamen probarent, ſecundum
Barto. in conſilio 163. Alexan. in conſilio 76. colum. fin. & con
ſilio 109. volum. 1, voluit Corn. conſilio 204. num. ſecundo.
* Et hoc tenent * communiter omnes criminaliſtæ, teſtatur Vi-
uius in ſuis communibus opinionibus in verb. teſtis. Con-
cluſio itaque tantum procedit, quando ad defenſam teſtis
deponit ex iam allatis. Et, ne de hac re aliquid dubitet, vide
Lancellot. Corrad. in tract. de offic. prær. in c. dicta teſtiũ nu-
mero 56. in quo loco ſcriptum relinquit quatuor ampliatio-
nes, & viginti tres limitationes. & Iaſon in l. cum hi. §. vult
igitur. ff. de tranſact. qui & pariter in 11. caſibus limitat con-
cluſ. Adeas etiam Campeg. de teſtibus concluſio 192. vbi vi-
ginti tres fallentias enumerat. Socinus in reg. 401. qui nouem
ponit limitationes, & in reg 402. Felyn. in cap. cum cauſam.
de teſti. numero quarto, Herculan. in tract. de proban. negat.
numero 352. in quibus locis adnotantur cætera ad materiam
facientia.
125 Verum † quibus caſibus dicatur teſtem reddidiſse ratio-
nem ſufficientem, vide eundem Campeg. de teſtib. concluſ.
208 qui viginti ſeptem caſus ponit, & Felyn. in c. literis. de
præſumpt.
Poſtremo ſcientiæ cauſam debent afferre per illum corpo-
126 ris ſenſum, quo percipitur id, de quo rogantur, l. qui teſta-
mento hæres inſtituitur. §. vlt. verſi. ſi vel ſenſu percipiatur. ff.
de teſtam. Abb. in capit. cum cauſam de teſtibus hoc eſt, vt
quod ſub conſpectum cadit, dicat, ſe vidiſse, quod ſub audi-
tum ſe audiuiſſe aſſerat, & ſic de cæteris: vt pulchre per Fe-
deric. SchencK. in ſuo de teſtibus tractat. numero 43. & Tyn-
dar. in ſuo tractat. de teſtibus, numero 9. Vnde iſtud dici con-
127 ſueuit, quod ſi † deponant ſuper ſimplicem & ſolam nega-
tiuam, cenſeantur in ſuſpicionem incidere, & tanquam falſa-
rios dare pœnas, vt ex adductis per Lanfranc. de Orian. in
ſua pract. ſup. capit. quoniam contra. de probat. in ſecundo,
notab. vbi fuſe iſtud proſequitur, & ibi in additio. quem
vide.
Hoc tamen reſtringere potes in quinque caſibus enumera
tis per Campeg. in iam ſæpe allato tractat. de teſtib. concluſ.
128 310. in quibus † dictum teſtis non depoſitum per vnum ex
quinque ſenſibus, tenet & valet.

QVAESTIO VI.

De ſecunda Probationum ſpecie, quæ fit per inſtrumentum & ſcripturam.

SVMMARIA.

1 *Probatio per inſtrumentum dicitur mortua vocis.*
2 *Probatio per teſtes validior eſt, atque dignior ea, quæ fit per inſtrumenta. Contrarium, nu. 6.*
3 *Probatio per inſtrumenta extra ordinem eſt, atque quodammodo prodigioſa, vt animalis mortui corio credatur, [illegible] tacentibus.*
4 *Vox viua præferenda eſt mortuæ.*
5 *Statutum, quod probatio per inſtrumentum fieri non poſſit, valet, & firmum manet.*
6 *Probatio per inſtrumenta validior eſt, & dignior, et probatio per ſcripturam firmior eſt illa, quæ fit viua voce. Contrarium ſupra, nu. 2.*

Digitized by Google

7 Ordo ſtatalorum oſtendit, prius aliquid eſſe, vel dignius.
8 Ordo ſeſſionis dignitatis excellentiam indicat.
9 Probatio per ſcripturam fieri ſolet facilius & tutius. Caſus, in quibus ſcriptura exigitur, & teſtes non ſufficiunt, vide remiſſiue, ibid.
10 Teſtium memoria labilis, atque ſubinde mutabilis eſt.
11 Probatio per inſtrumenta, quare maioris ſit ponderis, quam ea per teſtes.
12 Inſtrumentorũ fides et exercendis litibus eandem vim obtinet, quam teſtium depoſitio.
13 Parium eadem eſt natura, inter pares eadem eſt potentia, & par in parem non habet imperium.
14 Inſtrumentorum & teſtium vis quoad probationis effectum eadem eſt, ſed in probandi modis atque rationibus multum differunt.
15 Inſtrumentis magis creditur, quam teſtibus.
16 Probatio per inſtrumenta in factis antiquiſſimis melior eſt, quam quæ per teſtes.
17 In maximo verſatur periculo, qui inter Doctorum opiniones iudicium ſuum interponere vult.
18 Qui DD. illuſtres ſententias ſolum tranſcribit, nihil de ſuo addens, nulla laude dignus iudicandus eſt.
19 Diuiſio agrorum atque diſtributio vberiores reddit cultus, & ita, quicquid per quæſtionum diſtinctionem agitur, clarius fit.
20 Scriptura ſi ſpeciatim requiratur in ea re, ſuper qua confecta eſt, tunc eſt validior teſtibus in probatione.
21 Scriptura, ſi in aliqua re ſpeciatim non requiratur, tunc non ſuperat probationem, quæ fit per teſtes.
22 Teſtes, ſi ab eadem producantur parte, quæ ſcripturam producit, vel aduerſa, ſed nihil ſcripturæ opponunt, in probatione cæteris ſunt ſuperiores.
23 Inſtrumentum, ſi dicatur ratum & firmum eſſe, & quod cum requiſitis fuiſſe compoſitum, ſi minus eſt in probatione; quia in ſcriptis confictus, nec inueris, nec inuenia et poteſt, quam dolus fraus ve aliqua dignoſcatur.
24 Inſtrumenti prærogatiua eo vſque ſtat, donec aliquid probabile, & rationi conſentaneum contra ipſam fuerit prolatum.
25 Teſtium probationi ſtandum eſt, ſi per ipſos aliquid, vt falſitatis, contra inſtrumentum fuerit aſſertum.
26 Scriptura priuata triplex eſt.
27 Teſtium probatio præferri debet ſcripturæ priuatæ, ſi ipſa nullos teſtes ſubſcriptos habeat, & adſint, qui illam firmiſſimis rationibus oppugnent.
28 Scriptura priuata teſtibus ſuccumbit, & ex ſe nullam fidem facit, niſi quatenus per teſtes comprobatur.
29 Scriptura ſemper loquitur, ſed ſi nulla fulcitur auctoritate mortua vox eſt, & merito eidem præferenda eſt viua vox per teſtes, quæ ſecundum naturam probatio eſt, & ex iure diuino duxit originem.
30 Teſtes, qui quando ſcriptura conficiebatur, interuerant, non ſecus habentur, quoad ſcripturæ validitatem, ac ſi ſubſcripti fuiſſent.
31 Scriptura priuata nunquam inſtrumento publico plus pollet.
32 Scriptura priuata trium munita teſtium ſubſcriptione, diem & locum non requirit.
33 Dies ſine dubio requiritur ad probandum tempus prius vel poſterius.
34 Scriptura priuata legitimationis filiorum naturalium requirit de ſubſtantia diem & locum.
35 Cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & aliud.
36 Teſtes ſi ſubſcripti ſint, omneſque adhuc ſuperſint, & inſtrumentum oppugnent, tunc inſtrumentum vires ſuas amittit, & probationi teſtium ſtandum eſt.
37 Inſtrumentum caret ſua validitate ex eo, quod teſtes ipſum oppugnant.
38 Inſtrumentum non probat, niſi teſtes habeat in eo deſcriptos.
39 Teſtes recta via reijciũt inſtrumentum, cum negant, eo pacto geſta fuiſſe ea, quæ in ipſo conſcripta reperiuntur, & tunc per duos inſtrumentum reijci atque proſterni poteſt, niſi per alios in ipſo deſcriptos auxilium afferatur, deponentes, veriſſime conſcripta fuiſſe, quæ in inſtrumento continentur.
40 Teſtibus inſtrumentarijs ſatis eſt ſi deponant, rem geſtam non fuiſſe, vt cantat inſtrumentum, quamuis obliti ſint, vt res geſta fuerit.
41 Probatio per inſtrumentum præfertur, quando teſtes dicunt, ſe memoria non tenere, an inſtrumento interfuerint, necne.
42 Inſtrumenti probatio perfecta atque plena eſt, nec corruere debet per incertam & dubiam teſtium depoſitionem.
43 Teſtis oppugnans inſtrumentum ſi eſt vnus ex his neceſſarijs ad numerum requiſitum in illo, in ſuſpicionem inducere ſolet inſtrumentum, & ei fides adhibetur.
44 Probatio plena, quæ ex inſtrumento proficiſcitur, vnius teſtis probationem deruit.
45 Teſtes, qui inſtrumentum oppugnant, ſi ſunt vltra numerum requiſitum, nullum præiudicium inſtrumento afferunt.
46 Teſtes duo, qui ex numero neceſſario inſtrumenti ſunt, ſi contra ipſum deponant, inſtrumentum reijcitur.
47 Probatio per duos teſtes perfecta atque legitima eſt.
48 Teſtes duo inſtrumentum atteſtatione ſua oppugnantes, illud crimine falſi vitiant etiamſi per plurimos, veluti centum, ea, quæ in inſtrumento continentur, approbarentur.
49 Teſtes in inſtrumento ſcripti, ſi probant alios contra eundem deponentes interfuiſſe celebrationi contractus, tunc maiorem vim habebit inſtrumentum, niſi illi per probationes luce meridiana clariores probarent, ſe tempore inſtrumenti abfuiſſe.
50 Inſtrumenti fides corruit, non ſolum cum plures, ſed etiam cum vnus ex teſtibus negat ſe inſtrumento interfuiſſe, maxime ſi alij plurimi teſtes obmuteſcant, vel non ſuperſint.
51 Inſtrumentum adiuuatur per collationem ſubſcriptionum teſtium, vel contrahentium, quando per teſtes impugnationem ſit ſuſpectum.
52 Inſtrumentum, vt vim ſuam obtineat, & non pereat, iudex ſpectare debet.
53 Teſtes in inſtrumento contenta vera eſſe aſſerentes, tot eſſe debent, qui in illo contractu requiruntur.
54 Inſtrumentum publicum reprobatur per duos vel tres teſtes, niſi per alios viua voce deponentes adiuuetur.
55 Teſtes in inſtrumento deſcripti, ipſum oppugnantes, an probent, vel ne, vide remiſſiue.
56 Teſtes inſtrumentarij vt inſtrumentum reijciant, in quo fuere deſcripti, debent eſſe omni exceptione maiores.
57 Teſtes inſtrumentarij eſſe poſſunt etiam inhabiles, tanquam à contrahentibus approbati, & ita inhabiles inſtrumentum deſtruere poſſunt. Contrariorum eadem eſt diſciplina. ibid.
58 Propoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito.
59 Teſtis vnus contra inſtrumentum deponens debet eſſe omni exceptione maior.
60 Teſtes in inſtrumento non deſcripti, quid deponere debent, vt illi derogent.
61 Teſtes duo ſiue inſtrumentarij ſiue non, inſtrumento reſiſtentes, illud labefactare, & incertum reddere poſſunt.
62 Teſtium duorum dicta iure merito ſunt præferenda tabellionis auctoritati.
63 Inſtrumento potius eſt credendum, ſi Notarius bene audit, & nulla in eo ſunt raſura, neque ſuſpicio, & teſtes ipſum oppugnantes vileſſunt ſint.
64 Inſtrumento derogatur, ſi tabellionis fides non admodum eſt probata, vel in ſe aliquam ſuſpicionem continet, & teſtes ipſum oppugnantes ſunt omni exceptione maiores.
65 Teſtes, qui inſtrumentum oppugnant, vt ipſum irritum reddant, maiores eſſe debẽt numero, quam qui pro inſtrumento viua voce deponant.
66 Teſtis mortuus pro inſtrumento ſtare præſumitur, ſed iſta præſumptio legitima probatione cedit per illos teſtes viua voce contra inſtrumentum deponentes.
67 Teſtis pro inſtrumento deponens, duobus contra illud deponentibus, præfertur.
68 Teſtes inſtrumento repugnantes, & eorum dicta, & ipſi omni exceptione maiores eſſe debent, & qui apud omnes optime fcati ſint, cum non ſatis ſit, vt ſint idonei.
69 Teſtis dictum, ſi aliqua ex parte deficiat, ipſum vitiare ſolet.
70 Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.
71 Teſtes non inſtrumentarij contra inſtrumentum deponentes eorum, quæ dixerint etiam non rogati cauſam, & rationem afferre debent, & quare.
72 Teſtes, vt inſtrumentum in aliquibus rebus labefaciant, neceſſe eſt, vt ſuper toto eius tenore deponant.
73 Inſtrumentum publicum, ſiue publica ſcriptura, quæ dicatur.
74 Scriptura optimam & plenam fidem facit, tabellione, & teſtibus mortuis.
75 Inſtrumentum originale quod ſit.
76 Inſtrumentum qui conficit ſi Notarium fuiſſe negatur, id conſtare neceſſe eſt.
77 Inſtrumenta per tabellionem confecta & introductio acta publica ſolent appellari inſtrumenta & plenam fidem faciunt.
78 Scriptura per quemuis priuatum hominem confecta, manu ſua in actis eorum iudicis publica cenſetur, & plenam fidem facit.
79 Scriptura priuata quæ dicatur.
80 Inſtrumento publico quæ requirantur.
81 Inſtrumentum non infringit, nec vitiat, omiſſio inuocationis diuini nominis.
82 Inſtrumento inter cætera requiritur annus Domini noſtri Ieſu Chriſti.
83 Teſtes rogati de tempore inſtrumenti, ſi illud è memoria elapſum fuiſſe dixerint, an probent, vide remiſſiue.
84 Inſtrumento protocollato exiſtẽti in principio libri Notarij, ſi adſit inſcriptus annus Domini, qui in cæteris inſtrumentis ſit omiſſus, idem in omnibus alijs ſubſequentibus intelligitur repetitum.
85 Inſtrumentum à protocollo extractum, non vitiatur ab omiſſionem inſcriptionis diei, ſi in protocollo dies contineatur.
86 Inſtrumento apponi debet currens indictio.
87 Indictio appoſita in primo Notarij protocollo, an in ſequentibus indicetur repetita.
88 Inſtrumentis nomen Imperatoris, in locis, qui eius imperio ſubditi ſunt, & ſummi Pontificis in Eccleſia ſtatu ineſſe debet.
89 Inſtrumento teſtes debent eſſe inſcripti.
90 Inſtrumento locus, in quo celebratum fuit, neceſſario ineſſe debet, & non ſolum in genere, vt aliàs Romæ, ſed in ſpecie, vt in domo illius, vel alius, alioquin eius omiſſio inſtrumentum labefactare poterit.
91 Inſtrumento non eſt neceſſarium, vt locus loci particularis exprimatur.
92 Inſtrumento Notarij ſignum apponi debet.
93 Inſtrumentum non vitiat omiſſio ſolemnitatis de conſuetudine requiſita, ſicut omiſſio ſolemnitatis iuris.
94 Inſtrumentum publicum habere debet in abbreuiatura Notarij omnes ſolemnitates requiſitas.
95 Inſtrumentum non vitiat omiſſio ſignũ.
96 In protocollis antiquis, ſi ſignum ſuum Notarius appoſuit, & non in alijs embreuiaturis, an eiuſmodi imbreuiaturæ valeant, & nunquid idem tabellionis ſignum cenſeatur repetitum, vide remiſſiue.
97 Inſtrumento apponi debent ea omnia, quæ pro eius ſolemnitate poni conſueuerunt.
98 Inſtrumento ſi aliquid prætermiſſum fuerit, idipſum per Notarium poterit adiungi, etiam poſt confectum, dummodo probetur, ita fuiſſe cogitatum tempore contractus.
99 Inſtrumenti appellatione quæ comprehendantur, & etiam id, quibus modis capi poſſit.
100 Inſtrumenta fundi quæ ſint.
101 Inſtrumentum ſumitur pro omni eo, quod cauſam in iudicio deductam, poteſt inſtruere, quaſi dicatur inſtrumentum, quia inſtruit.
102 Inſtrumenti appellatione continentur teſtes, & quomodo.
103 Vis verbi ſumitur ex cauſam verbi aliuſ ne.
104 Appellationi alicuius quod continetur, de propria ſignificatione dicitur.
105 Inſtrumenti mentio ſi fiat in ſtatuto, teſtes in eo comprehenduntur.
106 Statutum, & eius verba propria ſignificatione, & non impropria intelliguntur.
107 Statutum de inſtrumentis loquens, quare non complectatur teſtes.
108 Vſus communis loquendi, & non propria vis verbi in ſtatutis inſpicitur.
109 Vſus communis loquendi ſolet propriæ verborum ſignificationi derogare.
110 Rubrica de teſtibus, propoſita eſt rubricæ de fide inſtrumentorum, & ſi teſtes ſub appellatione inſtrumenti continerentur, fruſtra diuerſi tituli editi eſſent.
111 Fruſtra fit per plura, quod per pauciora effici poteſt.
112 Inſtrumenta ad producendum termino dato, produci non poſſunt teſtes.
113 Pœna appoſita in ſtatuto illis qui falſa inſtrumenta producunt, non habet locum in producente falſos teſtes.
114 Quicquid probatur per teſtes vel inſtrumenta, non poteſt probari per aliud.
115 Teſtes loco inſtrumentorum habentur.
116 Stat. utum loquens in caſu vero non producentis ad caſum fictum, quando illa fictio eſt introducta à iureconſultis, & non à ſtatuto.
117 Statutum loquens de inſtrumentis non extenditur ad teſtes.
118 Inſtrumentum pro ſcriptura accipitur, quæ fit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam.

219 Scriptura priuata, quæ fidem facit, dicitur inſtrumentum, quia cauſam inſtruit.

220 Scriptura qualibet, ſiue priuilegium, ſiue contractum, ſiue diſpoſitionem, vel quodlibet aliud continens, ex quo ſit facienda fides, in futurum ad inſtructionem cauſæ, inſtrumentum dicitur.

221 Inſtrumenti appellatione non complectitur priuilegium, niſi propriam vim verbi inſpiciamus.

222 Inſtrumentis ſub nomine quæ rediguntur.

223 Inſtrumentorum appellatione proprie continetur charta, in quibus negotia deſcripta ſunt, quæ conficiuntur à tabellionibus.

224 Inſtrumentum appellatur charta ipſa, continens id, quod partes faciunt.

225 Inſtrumenti appellatione comprehenditur qualibet priuata ſcriptura, quæ fidem faciat, ſecus ſi fidem non faceret.

226 Inſtrumenti appellatione in ſtatutis ſcriptura priuata non continetur.

227 Conſuetudo vſitata dicendi in ſtatutis magis inſpicitur, quam propria ſignificatio.

228 Statutum loquens de inſtrumento, ſub ſe comprehendit omnem publicam ſcripturã, vt acta publica, & archiui ſcriptura.

229 Acta cauſæ corrumpens, pœna afficiendus eſt ex ſtatuto verba faciente de deprauãtis inſtrumentis.

230 Inſtrumenta quouſque poſſint produci.

231 Inſtrumentorum productioni aliiſque probationibus ſi fuerit renunciatum, tũc inſtrumenta produci non poſſunt.

232 Inſtrumentum producens illud approbare, præſumitur in omnibus etiam aduerſantibus, & per omnia, neque poſtea reuocare, aut erroris cauſam adducere ipſi permiſſum eſt.

233 Clauſula, producẽs ſe, & in quantum pro me faciunt, tradita eſt remiſſiue.

234 Inſtrumenta vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue produci poſſunt.

235 Inſtrumenta produci poſſunt non ſolum in termino probatorio de iure communi, ſed etiam quandocunque poſt, vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue.

236 Timor ſubornationis ceſſat in caſu productionis ſcripturarum.

237 Teſtes quando producuntur poſt publicationem, vnà cum ſcriptura produci poſſunt.

238 Inſtrumenta a(n)te litem conteſtatam produci poſſint, vide remiſſiue.

239 Inſtrumenta recenter produci poſſunt, etiam in cauſa appellationis, ſi noua ex veteribus emergentia oriantur capita.

240 Iudex quandocunque admittere poteſt nouas probationes, licet ſit iam cõcluſum in cauſa.

241 Iudex etiam poſt concluſionem in cauſa admittere poteſt ſcripturas, ſi aliqua iuſta & legitima cauſa ſubſit.

242 Iudex in cauſa illius, cui beneficium reſtitutionis in integrum ſolet indulgeri, vt minori, vel Eccleſiæ, admittere poteſt ſcripturas, etiam poſt concluſionem in cauſa.

243 Inſtrumenta produci non poſſunt vltra certum terminum per ſtatutum determinatum.

244 Terminus ſtatutus à lege vel ſtatuto, ſemper intelligitur peremptorius, nec vltra illud aliquid proponere licet.

245 Inſtrumenta producta in principio cauſæ ſimul cum libello, ſi iterum non producantur, in termino probatoria non probant.

246 Inſtrumentorum productio ante litem conteſtatam fieri non poteſt.

247 Iudex ſtatim poſt litem conteſtatam, & poſt iuramentum de calumnia præſtitum, poteſt terminum peremptorium circumſcribere atque definire, ad producenda omnia inſtrumenta quibus vſura ſunt partes in cauſa.

248 Iudicis poteſtati quicquid permittitur, non ſubiicitur iuris neceſſitati.

249 Omne, quod licet, honeſtum eſt.

250 Inſtrumenta produci poſſunt vltra præſcriptum à iudice terminum, vt adhuc integra & incorrupta.

251 Inſtrumenta, vel ſcriptura, cum in iudicio producuntur, in eius probatione pars vocari debet, vt ipſarum præſentiam videat, alioquin ſcriptura nullam fidem faceret.

252 Inſtrumenta ſi in iudicio proferuntur, vt iudex inſtruatur, nulla partis citatio exigatur.

253 Inſtrumenti productio ſi fiat in fine termini, rata eſt, etiam parte non accerſita.

254 Teſtium productio conſtanter permanet, ſi ſcripturarum productio facta fuit infra terminum, ad proferendum ſcripturas ſtatutum, & poſt terminum præfixũ ad probandum per omne genus probationis.

255 Inſtrumenti præſentatio poteſt etiam in die feriato fieri, cum ſcripturas in iudicio adducere non ſit actus ad iudicium ſpectans.

256 Termini aſſignatio eſt actus iudiciarius.

257 Inſtrumentum, vel ſcriptura in iudicio producta, poteſt pars proferens in actis relinquere copiam collationatam, & penes ſe originale retinere, ne in actis perdatur, vel ſurripiatur.

258 Inſtrumentum originale mandati procuratoris in actis dimitti debet, alioquin nõ facit fidem.

259 Inſtrumentum mandati ſi eſt ſimplex, dimitti debet in actis, ſed ſi plura complectitur capita, & mandata ad plures cauſas, tunc producenti originale reddi debet, & illa particula, quæ ad mandatum faciat, in actis regiſtrare.

260 Inſtrumento in iudicio producto poteſt pars aduerſa ſe ſiſtere coram iudice, & ipſum rogare, vt illum, qui inſtrumentum protulit, roget, velit necne, eo vti, quod ſi ille aſſerat, non poterit poſtea euitare, quin ſibi irrogetur pœna falſi, ſi de falſo arguatur inſtrumentum.

HActenus de prima probationũ ſpecie, quæ fit per teſtes,
egimus: aggredior in præſentia huic proximam ſpeciẽ,
quæ fit per inſtrumentum & ſcripturam. In cuius quidem explicatione
primum non eſt ignorandum illud, quod & ſupra
in principio proximæ quæſtionis dicebamus, & ab Accurſ. in
1 rubr. C. de fide inſtrum. fuit relatum, hanc † probarionis formam
mortuæ vocis probationem nominari: vt diſcrimen poneretur
inter illam, per teſtes, quæ viuæ vocis nuncupatã. Hinc
factum eſt, vt iuris interpretes omnes, præſertim Bal. in rubr.
ext. de teſtib. quos Felyn. refert in rubr. de fi. inſtrum. vno ore
aſſeruerint, probationem per teſtes hac per inſtrumenta vali-
2 diorem † atque digniorem eſſe, quemadmodum de *commu-
* ni omnium opinione atteſtatus eſt Dec. in rub. de teſtibus. &
Viuius in ſuis commu. opinio. in verb. teſtes. ibi, validior, &c.
Nec iniuria id ſenſere Dd. Etenim dixit Abb. in ca. tertio loco.
de probat. ſub nume. 5. verſ. oppono. huiuſmodi probationem,
quæ fit per inſtrumenta, extra ordinem eſſe, & arte con-
3 ſtare, atque quodammodo prodigioſam eſſe, vt † animalis
mortui corio credatur, cunctis tacentibus. Et ita refert dixiſſe
Inn. in c. cum P. & c. cum Ioannes. de fi. inſtrum. & idem dixit
Dec. in rubr. de teſtib. & Fely. in rub. de fi. inſtru. & recentiores
in repetit. l. admonendi. ff. de iureiurã. hoc idem etiam
Lanfran. de Orian. in ſua praxi, cap. 9. de inſtrum. produc. ſub
4 num. 41. per d. cap. cum P. tabellio. Sed † præferendũ eſſe mortuæ
viuam vocem, nullus eſt, qui non videat, & dixit Impe. in
§. ſi vero aliquid. in auth. de fi. inſtrum. vt etiam poſtea multis
5 rationibus docebimus. Hinc Corn. inferebat ſtatutum † illud
valere, & firmum manere, ne probatio per inſtrumentum fieri
poſſit, ſicut refert Crauet. conſ. 122. nu. 15.

Contrariam vero ſentẽtiam hanc per inſtrumẽti probatio-
6 nem & validiorem † & digniorẽ eſſe, ſequutus eſt Accurſ. ſibi
contrarius in rubr. ff. de fi. inſtru. quo in loco clariſſime dixit,
hanc mortuæ vocis probationem per ſcripturam illa, quæ fit
viua voce, firmiorem eſſe. Nonnullos ẽt fuiſſe, ſcripſit Innoc.
in d. c. cum Ioannes. ext. de fid. inſtrumen. num. 6. qui idẽ ſenſerint
negauerintque, maiorem eſſe fidem adhibendam viuæ
voci, quam mortuæ. Ad d. autem §. ſi vero aliquid. reſpõdent,
ibi adfuiſſe viuam vocem, & inſtrumẽtum ex vna parte, & ex
alia literarum collationẽ tantum: vnde mirandum non eſt, ſi
ibi teſtes præferuntur. Id etiam Iurecõſultis placuiſſe credendum
eſt, qui in Digeſtorum libris præpoſuerunt titulũ de fide
7 inſtrum. tit. de teſtib. Prius † enim aliquid eſſe, vel dignius, ordo
titulorum oſtendit, vt Cardin. in rubr. de ſta. monac. Fely.
in rubr. de maior. & obed. Bartol. in l. 1. ff. de confit. tuto. & in
8 auth. offeratur. C. de lit. conteſta. Et ſeſſionis ordo † dignitatis
excellentiam indicat, vt Angel. & Imol. in l. qui ſoluẽdo. la 2.
ff. de hæred. inſtit. Verum Dec. in rub. ext. de teſtib. retulit titulum
de teſtib. in decretalib. ex arbitrio ſummi Pontificis antepoſitum
fuiſſe, quod idem videtur dicendum de Imperatore
in libro Codicis.

Et ad hanc opinionem probandã videtur facere, quod vo-
9 luit glo. in ca. 1. de cenſib. in verb. ſcriptis. in fi. facilius † & tutius
probari ſolere per ſcripturam. Et in eadem glo. multi notantur
caſus, in quibus ſcriptura exigitur, & teſtes non ſufficiunt.

Huc etiam ſpectat, quod tradidit Imperator Iuſtinian. in
l. hac conſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſta. fac. poſſ. te-
10 ſtium † memoriam labilem, atque ſubinde mutabilem eſſe.

Ex hoc etiam liquet, probationem per inſtrumẽta maioris
11 eſſe ponderis, quam ea per teſtes: quia † ad inficiendam
ſcripturam quinque teſtes requiruntur, l. teſtium. C. de
teſtib.

Ad manum etiam plures contextus ad probãtes, habemus;
vt contextum. in d. l. hac conſultiſſima. & in l. ſi alterius. C. ſi
min. ſe maior. dix. & in l. generaliter. C. de non num. pec. & in
d. l. teſtium. C. de teſtib. & in authen. rogati. & in l. 1. C. de ſuffrag.
& in l. cenſus. ff. de probat. Ex quibus omnibus põt elici,
probationem per inſtrumentum firmiorem atque digniorem
eſſe, ſecundum Inn. in c. cum Ioannes. de fi. inſtr. ſub nume.
7. ibidem, fallit autem.

Quod autem probatio per teſtes non ſit validior hac per
inſtrumenta, conuentus eſt apertiſſimus id comprobans in l.
in exercendis. C. de fide inſtrumen. vbi Imper. ſic loquitur: In
exercendis litibus eandem vim obtinent, tã fides inſtrumen-
12 torum, quam † depoſitiones teſtium. Et idem in c. cum Ioannes.
ext. eod. de fid. inſtrum.

Merito igitur non eſt dicendum, validiorem hanc eſſe: nã
parium eadem eſt natura, l. ſi ſocer, in fi. ff. ſoluto matrimo. &
13 inter pares eadem † eſt potentia, nec maior, l. 1. §. veteres. ff.
de acquir. poſſ. l. ſi reus. de duob. reis. nec par in parem habet
imperium, l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ad Trebell. c. innotuit.
§. quamuis. de elect.

Sed facile poſſet rñderi ad d. l. in exercendis. & ad Accurſij

doctrinam ibidem poſitam, vt fecit Bart. in l. item Labeo, n. 1.
ff. de aq. plu. arcen. eandem eſſe inſtrumenti & teſtium vim,
14 quod † ad probationis effectum. Et hoc pacto eſt intelligen-
da d. l. in exercẽdis. verum in probandi modis atque rationi-
bus multum differre.

Decius vero eius eſſe ſentẽtiæ videtur in d. rub. ext. de te-
ſtib. vt velit, probationẽ per inſtrumẽta digniorẽ atque vali-
diorẽ eſſe. Quin etiã Bald. in d. l. ſi alterius. C. ſi min. ſe maior.
15 nu. 5. inquit, magis † inſtrumẽtis, quã teſtib. credi. Et Alex. tra
didit in conſ. 107. nu. 2. vol. 7. probationẽ per teſtes tantũ effi
cere, quantũ p ſcripturã: ſed circa hoc videndus erit Cur. iun.
in l. pactũ quod bona fide. C. de pac. n. 2. & ibi Dec. & Bald.
cõſ. 445. qualiter probetur. volu. 5. dixere: Super antiquiſſimis
16 factis meliorẽ eſſe probationem per inſtrum. † quã per teſtes.
Inſpiciendus ẽt erit Franciſcus Aret. cõſ. 65. n. 2. qui idẽ affir-
mat; atque Alba, in conſ. 6. nu. 10. & conſ. 64. nu. 22. Poſſem hic
alias quamplurimas opiniones accumulare, ſed quoniã Abb.
has collegit in d. c. cum Ioannes. nu. 12. de fi. inſtrumen. ideo
omittam, ne in congerendis Dd. opinionibus tempus conſu-
mere videamur.

Verum, cum tãta ſit tantorum virorum opinionũ varietas,
& vtrinque maxime rõnes & auctoritates pugnent, ad diſtin
ctionem confugiendũ eſſe duxi, & hoc munus mihi difficili-
17 mum eſſe ſum arbitratus, præſertim † cũ in maximo verſetur
ille periculo, qui inter opiniones Dd. inter ſe diffidentes, iu-
dicium ſuum velit interponere, vt meminit Tiraq. in tract. de
præſcrip. ſul mihi 96. §. 1. gl. 4. in verb. dix. Anton. verſ. in qua
re Bal. vt vides. & torſus, ille nulla dignus laude ſit iudicãdos,
18 qui † Dd. illuſtres ſententias ſolũ trãſcribit, nihil de ſuo ad-
dens, vt dicere ſolebat Abb. & Fel. in c. ſcribebã, n. 2. de pſum.

Quapropter in iſta iuris interpretũ diſſenſione operæpre-
tiũ eſſe duximus, vt diximus, vt ad diſtinctionẽ deueniamus.
19 Nam quemadmodũ agrorum diuiſio † atque diſtributio vbe-
riores reddit cultus, vt & paulo añ aſſerebamus, & dixit I.C.
l. Caius Seius. §. Titius. ff. de leg. 2. Sic quicquid per qõnum di
ſtinctionem agitur, clarius fit, c. ſuper literis. de reſcrip. atque
melius intelligitur l. 1. in prin. iuncta gloſ. de dol. excep. §. ſed
non vſque. Inſtit. de leg.

Sic igitur diſtinguendũ eſſe duximus. Aut. n. ſcriptura ſpe-
20 ciatim requiritur in ea re, ſuper † qua confecta eſt, vt in his
caſib. à glo. enumeratis in c. 1. de cenſib. in 6. & à Spec. in titu.
de inſtrum. edit. §. reſtant. verſ. ſed ſi alij. tũ vero validiorẽ eſ-
ſe ſcripturã, dicendum eſt, quia, vt ibi gl. cæteriq; Dd. pdide-
re, teſtes in illis caſibus ſatis non poſſunt facere: & cũ de his
caſibus in ſcriptura ſit præcipuum; contra igitur in teſtib. ar-
guitur, arg. l. 1. ff. ad municip. Itaque cum in hoc ſit ſpãle, in cõ-
ſideratione non eſt habendum, quoad quæſt. materiam, iuxta
l. 4. in prin. ff. de fideicom. liber.

At vero nõ eſt ſpeciatim adinuentũ, vt in aliqua re ſcriptu
21 ra requiratur: tunc † vna non ſuperet alteram, ſed ſatis eſt p
teſtes probari, ex ratione paulo ante adducta, eãdem vim ha
bere teſtes & inſtrumenta in iudicio, vt d. l. in exercendis. C.
de fi. inſtru. cũ alijs alleg. per Rot. deciſ. 5. nu. 9. tit. de off. vic.
in nou. & Alexã. conſ. 107. nu. 2. vol. 7. & latius per Curt. iun.
in l. pactum quod bona fide, nu. 2. col. 1. C. de pac.

Iſtud tamen declares tunc ſibi locum vẽdicare, quãdo hu-
iuſmodi teſtes & ſcripturæ ab eadẽ producuntur parte, vel ẽt
ab aduerſa parte, verum nihil ipſi opponunt ſcripturæ: tunc
22 enim † eandem vim non obtinent; ſed ipſi teſtes ceteris ſunt
ſuperiores, vt inquit Abb. in d. cap. cum Ioannes. de fi. inſtru.
ſub num. 5. vbi ita limitatam dixit procedere dictam l. in exer
cendis.

Rurſus aut inſtrumentũ nõ negatur eſſe verum, hoc eſt, di-
23 citur ipſum ratum & firmũ eſſe, & † his à iure requiſitis fuiſſe
compoſitum. Aut contra inſtrumẽtum à teſtib. fuit oppoſitũ,
ipſum non eſſe validum, proinde irritum & falſum, quæque
in ipſo cõſcripta fuere, veritati nõ eſſe conſentanea, niſi prius
dictũ reſpiciamus, profecto omni dubitatione procul amota,
dicendũ eſt, firmiorem atque tutiorem, veritatique proxime
accedere probationẽ illam, quæ in ſcriptis cõficitur; quæ in-
uerti, nec immutari põt, quin dolus frauſve aliqua dignoſca-
tur, quæ quidẽ in teſtib. non poſſunt cõprehendi, quorũ lin-
gua, quam varia, & ſubinde mutabilis & labilis ſit, atteſtatus
eſt Imper. in l. hac cõſultiſs. §. at cum humana. C. qui teſta. fa.
24 poſ. quæ tñ ſecuritas † & inſtrumẽti prærogatiua eo vſq; ſtat.

donec aliquid probabile, & rationi conſentaneum contra ip
ſum fuerit prolatum.

Si vero per teſtes aliquid, vt falſitatis, contra inſtrumentũ
25 fuerit aſſertum, tunc † probationi per teſtes ſtãdum eſt, vt ex
traditis per Innoc. in d. c. cum Ioannes, ſub nu. 7. de fi. inſtru.
non obſcure declaratur.

Hoc tamen ſecundum caput non ita facile prætereundum
eſt: nam & illud diſtinguendum venit, an ipſi teſtes oppu-
gnent ſcripturam priuatam, an vero publicam.

26 Si de ſcriptura priuata loquimur, primo ſciendũ eſt † tripli
cem eſſe, iuxta Lanfr. de Oria. in ſua praxi. de inſtru. num. 53.
prima enim vocatur Apodixa, quæ datur à parte parti: altera
liber rationum dicitur: tertia nuncupatur epiſtola; de quib.
omnibus ſingula, quæ ſeruanda ſint, docebo.

Sed prius iterum ſubdiſtinguendum eſt, an huiuſmodi ſcri
ptura teſtes ſubſcriptos habeat, an hẽat nullos: quod ſi nullos
27 habuerit, adſintq; † teſtes illã firmiſſimis rõnibus oppugnan-
tes, tunc procul dubio probatio per teſtes præferri debet: pri
uatã namque ſcripturam teſtibus ſuccumbere retulit Innocẽ.
in d. c. cum Ioannes. nu. 6. ext. de fid. inſtrum. & ex ſe nullã fi-
28 dem facere, † niſi quatenus per teſtes cõprobetur, docuit il-
le Bart. & ceteri iuris interpres in auth. at ſi cõtractus. C. de fi.
inſtru. & in l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. habe. cũ alijs addu-
ctis p Marã. in ſuo Specul. in par. 6. verſ. & pducũtur ſcriptu-
ra inſtrumentorũ. nu. 34. Etenim quãuis huiuſmodi ſcriptura
ſemper loquatur, l. Arriani. C. de heret. illa tñ, quæ nulla fulci-
29 tur auctoritate, mortua vox eſt, merito † viua vox per teſtes
huic eſt præferẽda, quæ ſecundũ naturã probatio eſt, quæque
ex iure diuino duxit originẽ, vt teſtatur illud: In ore duorum
vel triũ ſtet oẽ verbũ: & patet ex alijs rõnibus iam antea de
teſtib. in mediũ allatis. Cæterũ ſi in ipſa ſcriptura teſtes ſint
ſubſcripti, & extranei teſtes alij adſint, vel ẽt ijdẽ in ſcriptu-
145 principio cauſæ ſimul cum libello, † ſi iterum non producã-
tur in termino probatorio, non probare tradidit But.in ca.1.
de prob.inſtrumentorum.n.productionem ante litem conte-
146 ſtatam fieri † non poſſe reſpondit Feder.de Sen.in conſil.In
Chriſti nomine, caſus talis eſt. Nimus de Tholomeis.de hoc
tamen videas Alex.in conſi.3.vol.2.

Eſt tamen reſtringenda quinta hæc intelligentia, verã eſſe,
ſi inſtrumentum non eſſet per aduerſarium impugnatum, vel
non eſſet datus terminus ad impugnandum, iuxta Feli.in c.ex
epiſtolæ, de probat.quem refert, & ſequitur Pet.Follet.in ad-
dit.ad Maran.in ſuo Spec.d.tit.de inſtrum.product.nu.2.

Sexto loco illud opportune declarandũ eſt, dum diceba-
mus antea, poſt concluſionẽ in cauſa inſtrumenta non poſſe
produci, id quidẽ verum eſt, veruntñ iudex põt ſtatim poſt
147 litem conteſtatam † & poſt iuramentum de calumnia præſti
tum terminum peremptorium circumſcribere, atque definite
ad producenda oia inſtrumenta, quibus vſuræ ſunt partes in
cã, ſic ſcripſit Spec.in d.§.nũc dicamus, n.1. affert ad hoc l.1.
§.edẽda.ff.de edẽdo.ibidẽq; iſtud ſæpe adeptũ fuiſſe, atq; vi
ciſſe protulit. inſpicias ẽt ſup hoc aditionũ auctorẽ ad eundẽ,
148 ſubdidit & illud in eodẽ loco Spec. † id qdẽ iudicem facere
poſſe, ſed ipſi non licere. Nõ.n.qcqd iudicis poteſtati permit
titur, id ſubijcitur iuris neceſſitati: vt reſpõdit excelſi vir in-
genij Papinianus ille in l.nõ qcqd.ff.de iudicijs. Nec oẽ qđ li
149 cet † honeſtũ eſt: vt cauit Paulus in l.non omne.ff.de reg.iur.

Sed inſtandum eſt circa hoc. Fingamus igit terminũ ad in-
ſtrumenta proferenda nõ à lege, vel ſtatuto, ſed à iudice de-
cerni, tunc profecto in hoc vnanimes cõuenere iuris interpre
tes vltra præſcriptũ à iudice terminũ adhuc integra & incor-
150 rupta † inſtrumenta poſſe produci, hoc eſt, ſi ius aduerſarij
poſt iſtiuſmodi terminũ in peiorẽ, & deteriorem ſtatũ nõ cor
ruerit, exempli grã, deceſſere teſtes aduerſarij poſt terminũ,
vultque per illos teſtes aduerſarius inſtrm reijcere, poteritne
poſt iudicis terminum inſtrm proferre? Nequaq̃ alias vtique.
Nec nobis deſunt auctores grauiſſimi, quibus hãc cõmunem
ſniam cõprobemus. adeſt.n.Lanfr.de Orian.in d.c.9.de inſt.
product.ſub d.nu.36.vbi pro hac ſententia ſpeciem facti cla-
riſſimã eſſe aſſerit, in l.mancipiorum.ff.de optione legat.illud
& ibidem addens id ſenſiſſe Ioan.And.in clem.ſæpe.de verb.
ſignif.in gloſſ.in verb.non obſtante.hanc eãdem ſententiã ſe
quuti ſunt Iacob.de Are.& Cyn.in l.ſi ea.C.qui accuſare non
poſſ.hæc etiam placuit Angel.in l.1.§.edenda.ff. de edendo.

Sed velim accurate aduertas, vt cum producuntur inſtru-
151 mẽta, vel ſcripturæ in iudicio in vim probationis, † pars vo
cetur, vt ipſarum præſentiam videat alioquin ſcripturæ nnl'ã
fidem facerent: vt tradidit Maran.in d.ſuo Spec.tit.de inſtru.
produ.nu.18.auctoritate Bal.innixus idem aſſerẽtis in l.ſi qñ
in fi.C.de teſtib. & Ludouic.Rom.in conſi.176.col.2.de hoc
etiam videas omnino Iac.Portium in ſuis cõcl.regu.43.in 23.
ampliat.lib.1.cum ſeq.ampliat.

Verũ primo loco iſtud intelligas, non procedere, ſi profe-
152 rentur ad id tantummodo vt † inſtrueretur iudex: tunc enim
nullam partis citatio exigitur, iuxta Bal.in l.ſi qua per calũ-
niã, verſ.ſed pone.C.de epiſcop.& cler.quem refert, & ſequi-
tur Maran.vbi ſup.nu.18.

Deinde id locum ſibi non vendicare putes, ſi fiat produ-
153 ctio in fine termini, nam & tũc tata eſt productio † parte nõ
accerſita, ita Petr.Foller.in addit.ad eundem Maran.in d.ſuo
Specul.nu.45.doctrina eiuſdem Bal.fretus in l.fin. C. qui ad-
mitt.& Bart.in l ſed & alia.ff.de conſtit.pecun.

Nec vnquam tertiam illam limitationem prætetierim, con
154 ſtanter productionem teſtiũ permanere, † ſi ſcripturarũ pro-
ductio facta fuerit infra terminum ad proferendũ ſcripturas
ſtatutum, & poſt terminum præfixũ ad probãdum per omne
probationis genus, hæc eſt ſingularis Alex.doctrina in l.item
illa.ff.de conſtit.pecun.in addi.ad Bar.dixit etiam id ante eũ
tradidiſſe Bal.in l.qui ante calẽdas.ff.de verb.oblig.in addit.
& l.ſancimus in additio.parua.C.de iudicijs.& in l.ſi quãdo.
in vltim.quęſt.C.eod.de iudic.vt recenſuit Petr.Foller.in ad-
dit.ad Maran.in d.ſuo Spec.tit.de inſtrument. product.n.46.

155 Præterea in hoc animaduertas, huiuſmodi † præſentatio-
nem, vt noſtri loquuntur, poſſe etiam in die feriato fieri, ſcri-
pturas enim in iudicio adducere non eſſe actum, qui ad iudi
cium ſpectet, voluit Spec.in tit.de dilat.§.1.verſi.ſed pone in
156 dex.circa fi.ſed optime termini aſſignationem, † iudiciariũ
eſſe actum, dixit idem Spec.in eod.tit.de dilat.§. nunc videa
mus.verſi.ſed pone ecce. quem refert, & ſequitur Maran.in
d.ſuo Spec.d.tit.de inſtrum.product.nu.24.& 25.

Illud etiã te lector velim admonitum, producto inſtrumen
to, vel ſcriptura aliqua in iudicio: partem proferentem in a-
157 ctis, poſſe † relinquere copiã collationatã, vt Marãtæ verbis
vtar, & retinere originale penes ſe, ne in aliquo caſu in actis
perdatur, vel ſurripiatur: vt dixit idem Marant.vbi ſup.n.19.

Iſtud tamen reſtringas non habere locum, in originali mã-
158 dato procuratoris, hoc enim debet in actis dimitti, † alio-
quin non fidem facit, vt præcepit Bal.in l.inſtrumenta, ſub nu
me.6.C.de fideicommiſ.

Verumtamen hanc limitationem reſtringas pcedere, quã-
do illud mandati inſtrm eſſet ſimplex, ſecus ſi inſtrumentum
plura cõplecteretur capita, & mandata ad plures cauſas: tunc
enim producenti originale debet reddi, & illa particula mã-
159 dati, quæ faciat ad mandatũ, † in actis regiſtrari, hoc idem
fuit ex mente eiuſdem Bal.in eo.loco, & Spec.in tit.de inſtru.
editio.§.5.& in tit.de procur.§.publicatis. verſ.3.quod.quos
oẽs ſequit.Maran.vbi ſupra.qui ait hoc eſſe ſcitu dignum, id-
que paucis eſſe notum, & Petr.Follet.in additio. ad eundem
Marant.num.37.

Hinc etiam diligenter cõſideres, producto inſtrumento in
iudicio poſſe partem aduerſam præſentem ſe ſiſtere coram iu
dice, & in hæc verba ipſum rogare, vt illum, qui iſtiuſmodi
protulit inſtrumen.roget, velit necne eo vti, quod ſi ille aſſer-
160 uit, nõ poterit euitare poſtea † quin ſibi irrogetur pœna fal-
ſi, ſi de falſo arguatur inſtrumentum, nec etiam pœnitentia
adduci poterit, ſic ſenſit idem Bal.in l.ſi aduerſarius. C.de fi.
inſtr.& Bart.in l.eos.ff.de falſis, quos connumerat, & ſequitur
Lanfran.de Orian.in d.ſua praxi, c.9.de inſtru. produ.nu.43.
& plenius de hoc agentem videas Felinum in c. cum venera-
bili.vet.primus eſt.cum ſeq.de except.

Hæc ea ſunt, quæ nobis in hac quæſtione diſcutienda pro
noſtratum concluſionum explicatione, in mentem veniebãt,
longe plura dici poſſent, ſed in præſentia id tantummodo
perſequi, non eſt inſtituti noſtri.

QVAESTIO VII.

De tertia probationum ſpecie, quæ fit per confeſſionem.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio potius eſt ab onere probandi releuatio, quam proprie probatio.*
2 *In confeſſum nullæ ſunt iudicis partes, niſi in condemnando.*
3 *Confeſſio eſt probatio fortior ea, quæ fit per teſtes, & inſtrumenta.*
4 *Confeſſio eſt probatio probata, ac alijs verior & potentior.*
5 *Confeſſio dicitur maior quouis publico inſtrumento.*
6 *Confeſſio non comprehenditur à ſtatutis mentionem facientibus de probatione materia odioſa.*

7 *Con-*

Digitized by Google

7 Confeſſio duplex eſt, vna, quæ ſit extra iudicium, alia, quæ fit in iudicio.
8 Confeſſio plene probat aduerſus reum, ſi ipſe interrogatus in iudicio confeſſus fuerit omnes actoris poſitiones.
9 Confeſſio rei hanc habet vim, vt ipſe pro conuicto habeatur.
10 Teſtimonium contra ſe quilibet dicere poteſt, non autem pro ſe.
11 Confeſſio releuat, liberatque ab onere probandi, & omnes alias probationes faciendas delet.
12 Confeſſio mutui per Chirographum in iudicio facta, non extinguit cæteras probationes, ſi intra biennium probari poteſt, pecuniam non numeratam fuiſſe.
13 Confeſſio facta à marito de dote recepta ab vxore, ipſi nullum præiudicium facit, & vxor iam dotem repetens probare tenetur ipſam numeraſſe.
14 Confeſſio, vt confitenti præiudicet, multa neceſſaria ſunt, & ſexdecim caſus, vide remiſſiue.
15 Confeſſio, vt confitenti præiudicet, caſus nouem requiruntur, & qui.
16 Confeſſio facta à pupillo nihil ipſi præiudicat.
17 Confeſſio facta per metum, vel fraudem, vel vim, & in tormentis, irrita eſt, nec confitenti præiudicat.
18 Confeſſio veritatis, ſi per tormenta fuerit extorta, & poſt ipſa tormenta confeſſus in eadem perſiſtat, ipſi præiudicat.
19 Confeſſio facta per errorem, nulla eſt, & quolibet tempore ante ſententiam poteſt reuocari, Non fatetur, qui errat. ibid.
20 Confeſſio per errorem facta tunc dicitur, cum res aliter ſeſe habet, ac confitens arbitrabatur.
21 Confeſſio erronea nulla eſt, etiam ſi iurata, vel ſæpiſſime repetita fuerit, vel error ſit in facto, vel in iure.
22 Confeſſio facta per errorem iuris confitenti præiudicat, cum iuris ignorantia neminem excuſet.
23 Confeſſio erronea, ſi error fuerit facti, non ſtatim nocet, ſed quando damnum erroris ſit ſequutum.
24 Confeſſio non præſumitur errore facta, & id aſſerens ad probandum aſtringitur.
25 Confeſſio facta contra ſe rata eſt, & præiudicat, & facta pro ſe tantum, nullius eſt ponderis.
26 Confeſſio facta coram non ſuo iudice, vel coram incompetenti inutilis eſt, & nihil præiudicij afferre poteſt.
27 Confeſſio extra iudicium facta regulariter, & ſimpliciter non probat, ſaltem ſine cauſa.
28 Confeſſio extra iudicium facta, vim pacti in ſe habet, ſi ſit, vt ex ea confitens obligetur.
29 Confeſſio extra iudicium facta confitenti præiudicat, ſi ex ea ſcandalum oriatur.
30 Confeſſio extra iudicium facta, & ipſa omnes probationes tollit, dummodo pars eam per fide dignos, atque idoneos teſtes veriſſime comprobare poſſit, aut per iuramentum confitentis.
31 Confeſſio facta abſente aduerſario, vel eius procuratore, nullius eſt vſus, nec præiudicat.
32 Confeſſio facta de eo, quod eſt contra naturam, nulla eſt. Confeſſiones naturalibus conuenire debent. ibid.
33 Confeſſio de adulterio facta per impuberem, vel virilibus carentem, nullius eſt momenti, cum naturaliter hoc patrare nequeat.
34 Confeſſio facta contra rem fauorabilem, non præiudicat.
35 Confitens in iudicio cauſa libertatis, ſe eſſe ſeruum, præiudicat, niſi ipſe contrarium probet.
36 Confeſſio coniugum contra matrimonium publice contractum, matrimonio ipſi præiudicare non poteſt, ſed alio ſi contra aliud ſit, & facta pro matrimonio valet.
37 Confeſſio viri & mulieris ante iudicis eccleſiaſtici conſpectum facta aſſerendo ſe matrimonij vinculo eſſe aſtrictos, non probat matrimonium, ſi negatur a viro, nec contractum matrimonium eſſe cenſetur, quia confeſſio ſimulata fuit, & euitanda pœnæ cauſa, ſed ſi vir poſt hanc confeſſionem in ipſam mulierem verbo, vel facto conſenſerit, licet cum alia poſtea contraxerit, & ratum, & firmum cum prima matrimonium permanet.
38 Confeſſio de matrimonio in iudicio facta plurimum pollet vt confitentes pœnas ſubterfugiant, nec ſupplicia ſubeant, maxime ſi iurata fuerit, & præcedant alia indicia de huiuſmodi matrimonio.
39 Confeſſio facta de eo, vnde lis, vel controuerſia non oritur, vel oriri non poteſt, nullius eſt vſus.
40 Confeſſio facta ſuper eo, quod eſt contra ius euaneſcit.
41 Confeſſio nec pactum valet de his, quæ contra ius ſunt.
42 Ius non patitur, vt Iudæus Chriſtianum ſeruum habeat.
43 Confeſſio Chriſtiani dicentis ſe cum Iudæa contraxiſſe, ipſi non præiudicat.
44 Matrimonium inter Chriſtianum, & Iudæam contrahi non poteſt.
45 Confeſſio facta ab his, quibus contrahendi, donandi, vel aliud agendi facultas eſt interdicta, non probat, nec præiudicat.
46 Nullus omnia oculis mentis colluſtrare poteſt. Omnia non poſſumus omnes. ibidem.
47 Confeſſio, vt confitenti præiudicet, certa vtraque eſſe debet, & facta de re, vel quantitate conſtituta. Et ſi incerta, vel dubia ſit, nihil præiudicat, & nullius eſt roboris, nullumque ſortitur effectum.
48 Confitentis fauore in dubio fieri debet interpretatio.
49 Confeſſio non ſolum debet eſſe certa de re ipſa, à qua orta eſt, ſed etiam de loco, & tempore, & fieri debet ſuper re vera.
50 Confeſſio falſa poteſt ex ipſa manifeſta veritate reuocari.
51 Confeſſio in parte falſa non probat, & tota falſa præſumitur, & non veriſimilis fidem non facit.
52 Confeſſio facta per iram, & non ex mente, atque propoſito, inanis eſt. nec confitenti nocet.
53 Confeſſio furioſi is nec præiudicare, nec damnum inferre poteſt.
54 Confeſſio per iram, vel furioſi, ſi in iudicio fuerit facta, nec reuocata ſit, plene probat, & confitenti præiudicat.
55 Confeſſio, vt confitenti præiudicet, fieri debet à ſeipſo, & non per interpoſitam perſonam.
56 Confeſſio procuratoris, vel curatoris facta abſente domino primario, nullum præiudicium affert principali, ſi ipſe dominus contrarium probare credat.
57 Confeſſio procuratoris, ſi facta eſt præſente principali, vel eo abſente, ſed ſciente, aut permittente, ita principali præiudicat, ac ſi per ipſum facta fuiſſet.
58 Confeſſio ſi ſine cauſa ſit, regulariter non probat, nec confitenti præiudicat.
59 Confeſſio cum cauſa nominatur, quando confitens declarat, & manifeſtat cauſam litis, & iſta ſiue ſit iam extra iudicium quam in iudicio fiat poteſt, & vbiuis fiat, confitenti præiudicat, & omnes alias probationes tollit, dummodo de ea conſtet.
60 Confeſſio ſine cauſa inutilis eſt, nulliuſque momenti, nullamque fidem facit.
61 Confeſſio ſi fiat ante litis conteſtationem, iuſta de cauſa reuocari poteſt.
62 Confeſſio ſi ab aduocato facta ſit, cliente præſente, vel eo abſente, ſed ſciente, aut permittente, etiam ſi illi præiudicat, ac ſi per ipſum facta fuiſſet: poterit tamen per triduum ab ipſo cliente reuocari.
63 Confeſſio facta per errorem ab aduocato poteſt à cliente errore probato uſque ad ſententiam reuocari.
64 Confeſſio ab aduocato facta per errorem poteſt per procuratorem reuocari.
65 Confeſſio domini primarij facta poſt litem conteſtatam, ſi eius generis eſt, quæ confitenti fraudem facere poſſit, non poteſt ab ipſo reuocari intra triduum, niſi errore probato ſed ſi erraſſe planam fecerit, etiam vſque ad ſententiam reuocari poteſt.
66 Confeſſio aduocati in quo differat à confeſſione principalis.
67 Confeſſio facta per procuratorem reuocari poteſt ante ſententiam, errore tamen prius probato.
68 Confeſſus errans in iure ſtatim pro reuocato habetur.
69 Error iuris per aduocatum adductum uſque ad ſententiam reuocari poteſt.
70 Confeſſus per errorem in cauſa ciuili, ſiue capitali, ſi ad probandum errorem non admittatur, poterit tamen appellare.
71 Appellatione ſuſpenditur pronunciatum, nec recte dici poteſt negotio fuiſſe finem impoſitum.
Res iudicata dici non poteſt, vbi eſt à ſententia appellatum.
72 Confeſſio in principali cauſa errore facta poteſt in cauſa appellationis reuocari.
Error facti negotio nondum abſoluto nemini nocet. ibid.
73 Confeſſio quando pro parte poſſit acceptari, & pro parte reprobari, vide remiſſiue.
74 Confeſſio in criminali qua, & quo tempore confitenti præiudicet, vide remiſſiue.

ORDO doctrinæ poſtulat, vt poſt teſtium, & inſtrumentorũ explicationem allatam, his proxima probationis per confeſſionem tertia ſpecies ſubijciatur. Cuius argumenti genus quã longe lateque pateat, quam prope in infinitum fines ſuos propagauerit, nullus vnquam ſatis dicendo explicare valeat. Id nos non latuit, qui cæteris fortaſſe latius in concluſionibus noſtris id ſumus euoluti. Hoc in loco vero nõnulla tantummodo attingemus, ne bis idem, quod prorſus inutile, ac futile eſſet repetatur, quæ ſunt in vniuerſum tradita, quæque ad faciliorem iſtius materiæ cognitionem pertinere videbuntur. Illud igitur in primis, vt hinc potiſſimum exordiar: non eſt ignorandum, quod etſi confeſſioni inter probationum ſpecies locum in præſentia tribuerimus: cũctis tamen fere Dd. vnanimes ſunt arbitrati,
1 † ipſam potius eſſe ab onere probandi releuationem, quam proprie probationem, ſic teſtatus eſt Iaſ. in l. cũ te tranſigiſſe.
* C. de tranſact. ſub num. 10: de * communi etiam Dd. ſententia Decius eſt atteſtatus in rubric. de probat. num. 4. ea ratione adductus, quia cum confeſsio ab onere probandi releuet, ergo non eſt probatio. Vnde crebrius ille à iuris interpretibus ſolet vſurpari ſermo: In confeſſum nullas eſſe iudi-
2 dicis partes: † niſi in condemnando, l. proinde. ff. ad leg. Aquil. & l. i. ff. de confeſſ. Nec hic immorabor in multis alijs rationibus pro hac opinione adducendis, præſertim cũ idem Decius me hoc munere leuauerit: ipſe enim multas cum rationes, tum fundamenta pro eadem opinione retulit, quibus tamen omnibus ipſemet ſeſe obijcit: huic contrariam ſequitur opinionem ex alijs rationibus per eundem ibidem allatis. Cui opinioni fauet contextus cum gloſſ. in verb. Probatio, in auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. inquit enim ibi Accurſ. Probatio, vel per teſtes, vel per confeſſiones. Huc etiam pertinent allatæ rationes per Iaſ. in d. l. cum te tranſegiſſe. ſub num. 5. cum ſeq.

Quinimo dicere ſolebat Lanfranc. de Orian. in d. ſua pra-
3 xi, in tract. de confeſſ. in prin. † confeſsionem eſſe probationem fortiorem, quæ per teſtes fit, & inſtrumenta, ea de cauſa permotus, quia vbi eſt præſumptio iuris & de iure, nulla probatio admittitur in contrarium, niſi per confeſsionem aduerſarij, vt in authen. ſed iam neceſſe. C. de donat. propter nupt. & ibi gl. Bar. Cyn. Ang. & Iaſ. in d. l. cum te, ſub num. 7. per confeſsionem namque maiorem haberi certitudinem voluere Aret. & recentiores in d. rubr. de probatio. & ſequutus eſt Alciat. in tract. præſumpt. in princ. in verb. videndum, in
4 2. parte, nu. 8. † confeſsionemque eſſe probationem probatam, ac alijs veriorem, & potentiorem, tradidit Grammat. in decif. 36. nu. 66. Socin. Iun. in conſ. 39. nu. 18. lib. 2. imo, quod plus

5 plus eſt, confeſsio qnonis publico inſtrumento † maior dici-
tur: vt poſt Bal. conſuluit Crau. conſ. 61. nu. 3. & in conſi. 121.
nu. 4. Zaſius. conſil. 5. nu. 4. lib. 1. ſequitur Meroch. de recuper.
poſſeſſione, remed. 1. num. 217. & ſeq. Verum de hnius articu
li veritate videndus erit Aug. Beroi. in rubr. de probat. num.
6. verſic. vltimo, Abb. vſque ad num. 74. vbi diſtinctionem po
nit, & adeas ampliſſimum Cardin. Albanum in ſuis lucubra-
tionibus ad Bar. in l. vnica. ff. de officio conſul. num. 9. cũ plu
ribus ſeq. vbi defendit opinionem Bart. contra communem.
Videndus etiã erit Tancred. de ord. iudic. lib. 3. tit. de cõfeſ.
6 Quę omnia accurata conſideratione digna ſunt † propter
ſtatuta mentionem facientia, de probatione in materia odio
ſa, quæ non comprehendunt confeſſionem, ſecundum Alc. in
tit. de præſum. in prin. 2. part. nu. 8. & Abbas. in rubr. de pro-
bat. quamuis ibidem D. c. contrarium ſenſerit. cuius opinio
tunc pręcipue locũ ſibi vendicat, quando nõ ſumus in odio-
ſis, vt notatur ibi per eum: de hoc tamen videndus erit idem
Bero. in d. rubr. de probat. num. 75.
Sed hac omiſſa quæſtione, ad confeſſionis materiam pro-
pius eſt accedendum. Vnde ſciendum eſt duplicem eſſe con
7 feſſionem, † hoc eſt, vnam quæ fit in iudicio, alteram extra
iudicium, & quælibet iſtarum, aut facta eſt præſente, vel ab-
ſente parte, & aut cum cauſa, aut ſine cauſa. Quando igitur
reus interrogatus in iudicio confeſſus fuerit omnes actoris
8 poſitiones, tunc † cum iſtiuſmodi confeſſio plene probat ad-
uerſus hunc confitentem. l. 1. ff. de confeſſ. & l. 1. C. eod. & l. ſi
fine. ff. de interrogat. nullæ ſunt partes iudicis in huiuſmodi
confitente, niſi vt iudex pronunciet & condẽnet eum. l. pro-
inde. §. 1. ff. ad leg. Aquil. c. præterea. extra, de tranſact. hæc-
que confeſsio iſtius ſ... habet vim, & efficit, & hic confi-
9 tens † pro conuicto habetur, vel vnica. C. eod. de confeſſ.
ſententia enim ſua quodammodo ſe damnat, vt dixit Bar. d.
l. 1. ff. de confeſſ. Idem etiam protulit humani generis Salua-
tor Chriſtus in Euangelio ſecundum Lucam 19. ante med. ex
ore tuo te iudico, & argument. 21. diſtinct. c. nunc autem Spe
cul. in princip. tit. de confeſſ. Vnde non immerito à iure tum
10 Pontificio, tum Cæſareo cautum eſt, † quemlibet teſtimo-
nium contra ſe dicere poſſe, non autem pro ſe, vt retulit Tan
cred. in ſuo tract. de ord. iud. tit. de confeſſ. in iure.
Huiuſmodi vero confeſsio eſt illa, de qua ſupra memini-
mus hoc eſt, quę releuat, liberatque ab onere probandi, quę-
11 que omnes alias probationes faciendas deſtruit † & extin-
guit, vt atteſtatur Io. Andr. in c. bonæ, extra de elect. & Bal.
in l. ſi ex cautione. 10. q. C. de non numer. pecun. ſicut refert
Damhouder, in ſua practica ciuil. c. 172. nu. 4. quo in loco &
illud attigit, iſtud verum eſſe, niſi in mutuo per chirogra-
phum, & in dote, ſecundum Bald. in l. generaliter. 1. qõ. C. de
non numer. pecun. & in l. in contractibus. C. eodem, namque
12 † per confeſsionem mutui, per chirographum & in iudicio
factam, non extinguuntur cæteræ probationes, ſed imo infra
biennium probari poteſt, pecuniam non numeratam fuiſſe,
vt patet ex iam allatis iuribus. Quod idem de dote dicendũ
13 eſt, licet enim † quis in inſtrumento confiteatur ſe dotem ab
vxore recepiſſe, ſibi nullum præiudicium facit hæc cõfeſsio,
quin etiam vxor eam dotẽ repetens deuincta eſt ad id onus,
vt probet ipſam numeraſſe, vt ſancitum reliquere Imperato-
res Antoninus, atque Seuerus, in l. 1. C. de dote caut. nõ num.
& ita numerat iuxta Specul. doctrinam in d. tit. de confeſſ. §.
ſequitur circa finem. Quod intelligas, atque declares, vt iuẽ
fecit ibidem, & vt etiam nos infra annotauimus in regulis,
dos per confeſsionem.
Nec mireris iſtorum quæ diximus, multa enim neceſſaria
14 ſunt vt † ſuamet, alicuius confeſsio ſibi præiudicet: ſexde-
cim namque caſus enumerauit Speculator in d. titu. de con-
feſsis. §. ſequitur. cuius ego traditionem ſequor, ad eumque
me reijcio. Nubis in præſentia ſat erit in medium attuliſſe
carmine circa huiuſmodi neceſſaria, quæ cecinit Tancred. in
15 d. ſuo tract. de ordin. iudic. tit. de confeſſ. in † quibus carmi
nibus nouem tantummodo caſus eſt complexus. Hæc ſunt
carmina:

Maior ſponte, ſciens, contra ſe, vbi ius ſit.
Nec natura, fauor, lis, ius que repugnat, & hoſtis.

Primum igitur dixit, maior, quia à pupillo facta confeſ-
16 ſio † nihil ipſi præiudicat, imo nec valet, tutus eſt etenim
pupillus ipſo ab omni præiudicio, vt diximus in concluſio-
ne, confeſsio pupilli, vbi latius de his.
Secundo loco tradidit, ſponte, & ratione, quia confeſsio
facta per metum, vel fraudem, vel vim, & in tormentis irrita
17 eſt, † nec confitenti præiudicat, q. 6. c. 2. vbi dr, nec confeſsio
ſit extorta, ſed ſpontanea, & cauit etiam Vlpian. Iuriſconſul.
in l. 1. §. 1. ff. de q. & c. 1. extra quod metus cauſa, & 32. q. 2. c.
Lotharius. & nihil efficere quoad inditium ad torturam, re-
ſpondit Alex. in conſ. 5. in princ. lib. 1. quem ſequitur Hercul.
in tract. de proban. negat. nu. 198. circa medium.
Iſtud tamen intelligas, niſi veritas per tormẽta fuerit ex-
18 torta, † & poſt ipſa tormẽta in eadem confeſsione perſiſtat,
tunc enim ipſi præiudicat. De hac re fuſius egimus in con-
cluſione, confeſſio per torturam extorta.
Subiecit tertio loco, ſciens, etenim ſi per errorẽ facta fue-
19 rit, nulla eſt, quinimo quolibet tempore † ante ſententiam
poſſe reuocari, fuit ſancitum, in capitulo finali, extra de con-
feſsio. non enim fatetur, qui errat, vt Vlpianus inquit in l. 2.
ff. de cõfeſſ. & Imperatores in l. error. C. de iuris & facti igno
rant. l. 1. C. de falſa cauſa adiecta legato. & l. de ætate. §. qui
iuſto. ff. de interrogat. actio. per errorem autem facta confeſ-
20 ſio tunc dicitur, † cum res aliter ſeſe habet, ac confitens ar-
bitrabatur: vt 22. q. 2. c. in quibus. & l. ſi per errorem. ff. de iu-
riſdict. omnium iudic. ſic etiam tradidit Iodocus Damhoud.
in d. ſua praxi ciuili. cap. 173.
21 Quod quidem locum ſibi vendicare, debet intelligi, † etiã
ſi eiuſmodi confeſsio iurata, vel ſæpiſsime repetita fuerit,
vel error in facto, vel in iure fuerit: vt & animaduertimus in
concluſione, confeſsio erronea, in ampliatione.
Id tamen hoc limitate eſt circumſcribendum, non proce-
dere, ſi huiuſmodi confeſsio facta fuerit per errorem iuris,
22 tunc n. confitenti præiudicat † cum iuris ignorantia neminẽ
excuſat. 38. d. c. ſi in laicis l. 2. & l. cum quis. C. de iuris. & fa-
cti ignoran. Et hanc opinionem plus alijs ad veritatem acce
dere dixit Specul. d. §. ſequitur. quamuis Odofredus aliã fue
rit ſequutus ſententiam: vt atteſtatur idem Speculator vbi ſu
pra. ideo ſuper hoc videnda diſtinctio erit Dyni ſuper regul.
ignorantia de reg. iur. in 6. & ſuſius tradentem inſpiciat Da-
23 mhouder. in d. ſua praxi, d. c. 173. in fine, vbi inquit, † huiuſ-
modi confeſsionem haberi pro iudicato: ſecus, ſi error fue-
rit facti: tunc enim non ſtatim confeſsio nocet, ſed quando
damnum erroris eſt ſequutum: quia tunc nocet, non primo,
l. error. C. de iuris, & facti ignorant.
Declares ẽt, confeſsionem non pręſumi errore factam, ſed
24 id aſſerens † ad probandum aſtringitur, ſic docuit Barto. in
d. l. non fatetur. ff. de confeſsis. quem ſequitur Crau. in tract.
de antiquit. tempor. verſ. propoſitum noſtrum. nu. 56. & idẽ
etiam tradidimus in concluſione, confeſsio erronea.
Adiunxit quarto loco, contra ſe: ſi quis enim pro ſe tantũ
25 aliquid confeſſus fuerit, † iſtiuſmodi confeſsio nullius eſt
ponderis: vt quarta, quæſtione tertia, verſic. nullus in re: ſed
contra ſe rata eſt, & præiudicat: vt paulo ante dicebamus,
& cum ſuper electione extr. de confeſsis. & 14. qõ. 2. c. 1. & l.
de ætate. §. 1. ff. de interrogator. actionib.
Nec immerito huic ſuppoſuit, vbi ius ſit, hoc eſt, in iudi-
cio, & coram ſuo iudice. Etenim ſi confeſsio coram iudice
non ſuo coramque eo, cuius de ea re, vel iuriſdictio, vel iudi
26 candi poteſtas nõ ſit, facta fuerit, † inutilis eſt, nihilque præ
iudicij afferre poteſt. c. at ſi extra. de iudic. c. ad noſtram. de
conſuetud. & 15. q. 1. c. cum in clericorum &c. vt debitus, ext.
de appell. & l. 1. ff. de confeſsis. ſed de hac confeſsione, quæ
coram non idoneo, nec apto iudice facta ſit, videas, quæ ſa-
tis ſuperque ſcripſimus in concluſione, confeſsio coram in-
competenti iudice, & ad id idem ſpectat. 2. q. 1. in prin. Nec
27 ab re diximus, in iudicio, † quia ſi fit extra iudicium, regu-
lariter, & ſimpliciter non probat, ſaltem ſine cauſa, vt Specu-
lator tradidit in d. tit. de confeſsis, §. nunc. num. 2. Quod ta-
men intellige non procedere, ſi aliquid fieret extra iudiciũ,
28 vt ex eo confitens obligaretur, † vel ei præiudicium genera-
retur, hoc etenim caſu iſtiuſmodi confeſsionem vim pacti in
ſe habere meminit Tancr. in d. ſuo tract. de ordine iudicio. d.
c. de cõfeſsis. Exẽpli grã, affert l. fruſtra. & l. ĩ cõtractib. C. de
non num. pec. Secundo loco declarandum eſt, niſi ex illa cõ-
29 feſsione extra iudiciũ facta, † ſcãdalum, vt Gręca voce vtar,
oriretur aliquod: hoc nãq; caſu cõfitenti præiudicat, de hoc
exẽplo nos habere dixit ſummus Põtifex. in c. quã ſit graue.
extr.

ext.de excef.prel. De hac vero confeſſione extra iudiciũ co-
pioſe verba fecimus in ſua concluſione. Illud etiam ſcitu di-
gnum menti teneas, huiuſmodi extra iudicium cõfeſſionem
30 & ipſam omnes probationes tollere, † dummodo pars eam
confeſſionem per fidodignos, atque idoneos teſtes veriſſime
comprobare poſsit, aut per iuramentũ confitentis, vt præcla-
re prodidi Damhouder. vbi ſup. d.c.173. ſub nu.5. Et hęc bre
uiter de confeſſione extra iudicium attigiſſe ſit ſatis.

Quo ad aliam diuiſionis partem iam allatam, id eſt, cõfeſ-
ſionis in iudicio pertinet.

31 Scite † etiã protulit, hoſtis, nam ſi abſente aduerſario, vel
eius procuratore fiat confeſsio, nulli eſt vſui, nec præiudicat.
l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.& c.2.ext.eod.de con
feſ.& l.fin.ff.de interro.act.adeas etiã ſuper hoc à nobis vber
rim & affluenter exarata in concluſione, Cõfeſsio in iudicio
abſente parte.in 2.ampliatione.

32 Sapientiſsime etiã illud, † nec natura, non fuit omiſſum,
propterea quod cõfeſsio de eo, quod eſt contra naturã facta,
nulla eſt: confeſsiones etenim debere naturalibus conuenire
rñdit Paul.in l.cõfeſsionib.& Iabolen.in l.ſeq.§.ſi.ff.de inter.
actio. vt ſi quis confiteatur, virginem aliquã peperiſſe, pręter
beatiſsimam Mariam, 27.q.2.§.cum ergo. vel ſi quis patrẽ fi-
lio eſſe minorẽ faſſus ſit, vt inſti.de adop.& d.l.confeſsionib.
& l.ſeq. vel ſi eum deceſsiſſe confiteatur, qui ſuperuiuat, vt l.
inde Neratius.§.ſi.ff.ad l.aquil. vel ſi cõfiteatur eũ eſſe ſeruũ,
qui mortuus eſt.l.ſi aũt.§.1.ff.de interrog.actio. nã in his, &
iſtis ſimilibus facta confeſsio nihil pollet; nec pręiudicat, tã
quam contra naturã, quæq; fieri nullo modo poterint: vt per
33 Specul.tit.de poſi.§.7.verſ.16.nu.36. † vel ſi quis impubes,
vel virilibus carens accuſatus de adulterio fuerit, idq; ſe per
petraſſe confiteatur, nihil enim momenti eſt hęc cõfeſsio, na-
turaliter enim hoc patrare nequit. c.q ſedem.extra. de frigi.
&c.quanto.§.penul.de diuor. & c.1.de delic.puero.l.& ſi mi
nor 25.annis.ff.de adulte.iuxta Speculat.in d.§.ſequitur.n.7.

34 Nec vnqoam negabo doctiſsime additũ fuiſſe, fauor: † eo
quod confeſsio facta contra rẽ fauorabilem non præiudicat,
quare ſi ingenuus confiteatur ſe eſſe ſeruum, hmõi confeſsio
cõfitenti nihil afferre pręiudicij poteſt, propter libertatis fa-
uorem, vt l.interrogata.ff.de libe.cau.& id verũ eſt, niſi confi
teatur iſtud in iudicio cauſæ libertatis: tunc.n.confitenti præ
35 iudicat, † niſi ipſe contrarium probet, vt d.l.interrogatã. &
l.pen.in fi.ff.eod.& l.1.§.plane.ff.de appel.non tantum.ſecun
dum Spec.in d.§.ſequitur.verſ.10.nu.4. Fauor itẽ matrimo-
nij efficit, vt nulla confeſsio coniugũ contra matrimoniũ pu-
36 blice contractũ † ei pręiudicare poſsit, vt c.ex literis.ext.de
diuor.ſed cõfeſsio pro matrimonio profecto valet.c.cũ cau-
ſam.ext.de raptor. dũmodo non ſit cõtra aliud matrimoniũ:
vt fuit per Specu.proditum.d.§.ſequitur.ver.item etiã fauor.

Sed ꝙ modo diximus, cõfeſsionẽ pro matrimonio valere,
nõ ſine declaratione prætereundũ eſt, limitandum eſt.n.in ca
ſu figurato, vt per Spec.vbi ſup. verſ.ſed pone accuſator.n.6.
vt ſi quis à puellæ parentibus de ſtupro fuerit inſimulatus,
37 † & vterque vir, & mulier ante iudicis eccleſiaſtici conſpe-
ctum matrimonij vinculo ſe eſſe aſtrictos, cõfiteantur: nõ tñ
ex hac confeſsione probatur matrimoniũ, ſi negatur à viro,
cõfeſsio.n.ſimulata fuit, & euitandæ cauſa pœnę facta; ſicque
matrimonium eſſe contractũ non eſt cẽſendũ.l.ſimulate.ff.de
ritu nupt.c.tua.de ſponſal.& præcipue, quia ẽt fuit facta pro
pter metum.31.q.2.c.1.& 2.& c.Lotharius.ext.de ſponſalib.
verum ſi iſtiuſmodi vir poſt hanc confeſsionem in ipſam mu
lierem, verbo vel facto conſenſerit, licet cum alia poſtea con-
traxerit, ratum, firmumque cum prima matrimonium perma-
net.aliter vero dicendum eſt, ſi priuſquã verbo, vel facto con
ſenſerit in eam, cũ alia contrahit, tunc enim cum ſecunda va-
lidum eſt matrimonium, iuxta leges allatas. Huc etiã ſpectãt
notata per Ioan.Andr.in c.cum Ioannes.de cler.coniug.in 1.
quæſt.& not.in c.mulieri.de iureiur.

Cæterum, etſi confeſsio de matrimonio in iudicio facta ſit
38 inutilis, plurimũ tñ pollet, † vt pœnas ſubterfugiant, nec ſup
plicia ſubeãt, & in primis, ſi confeſsio ipſa iurata fuerit. Hæc
eſt Accurſij ſingularis, & perpetuò menti tenẽda doctrina, ꝗ
nuſquam in vniuerſo iure reperitur, præterquã in l.pen.ff.de
fideiuſ.& huic plurimũ tribuit Bal.in l.vnica.C.de cõfeſ. Eã-
dem ſequitur Lanfr.de Orian.in ſua praxi, vel tract.de cõfeſſ.
nu.18.verſ.quæro. & præcedant alia indicia de hmõi matri-
monio, iuxta Bal.in l.pen.C.de cõfeſ. cum alijs illatis ibidẽ
per Celſ.in additione ad Lanfran.vbi ſup d.verſ.quæro.

Annexuit iſti Tãcredus, lis, nullius eſt n.vſus confeſsio ni
39 ſi de ea re fiat † vñ lis, vel cõtrouerſia oriatur, vel gigni poſ-
ſit, vt d.l.cõfeſsionibus, ff.de interr.act.& c.cum olim.ext.de
off.iud.dele.ĩ fi. Quapropter ſi in lite, quæ inter patrẽ & filiũ,
dñm & ſeruum intercedat, cõfeſsio fiat, erit irrita, nec patri,
vel filio confitenti præiudiciũ afferre poterit, cum inter eos
nulla lis eſſe poſsit, vt dixit Caius in l.lis nulla.ff.de iudic.

40 Poſtremo loco dixit, Iuſve repugnet: † ſi nãq; cõfeſsio fiat
ſuper eo, quod eſt contra ius, euaneſcit. cõfeſsiones.n.ita ra-
tæ ſunt, ſi id, quod in confeſsione venit, & ius, & natura reci-
pere põt, vt prudẽtiſsime rñdit Iabolen.in l.ſi is cuius nomi-
ne.§.fin.ff.de interroga.act. De his enim quæ contra ius ſunt,
41 † nec pactum, nec cõfeſsionẽ valere, voluit Vlpian. in l.iuriſ-
gentiũ.§.prætor ait.& § ſeq.ff de pac.& c.ſi.ext.eod.de pac.
32.q.2.c.ſolet quæri.& ca.fin.extra de condi.appoſ. Hinc fit,
42 † vt cum ius, Chriſtianum ſeruum vt Iudæus habeat, non pa-
riatur.l.4.C.de epiſ.& cler.& c.1.& finali, ext.de Iudęis, ſi Iu-
dæus Chriſtianum ſuũ mancipium eſſe confiteatur, cuius no-
mine noxaliter fuerit conuentus, iſtiuſmodi confeſsio nihil
43 Chriſtiano præiudicet. † Vel ſi cũ Iudæa Chriſtianus ſe con-
traxiſſe faſſus fuerit, ipſi talis confeſsio non ꝑiudicat: ſcitum
eſt.n.in iure, matrimonium non poſſe cõtrahi inter Chriſtia-
44 num † & Iudæam, 28.q.1.c.caue Chriſtiane. quod vero con-
feſsio contra ius infructuoſa, inutiliſque ſit, ſentẽtia fuit Bar.
in l.ornamentorum.ff.de au.& ar.leg.cui aſſentitur Herculan.
in ſuo tract.de proban.negatiua, nu.198.

Quinimo confeſsionẽ ab his factam, quibus à legumlato-
45 ribus † contrahendi, donandi, vel iſtiuſmodi aliquid agendi
facultas ſit interdicta, non probare, nec præiudicare, reſpon.
Alexan.in conſ.55.col.pen.lib.1.& conſ.119.col.fi.lib.3.

Hæc ea ſunt, quæ nobis ſupperebant pro declaratione car-
46 minum Tancredi. Verum † cum nullus omnia oculis mentis
colluſtrare poſsit, nec omnia poſsimus omnes, vt inquit ille,
nonnulla conuentis in Tancredi carminibus addere cõſtitui,
quæ ſunt admodum neceſſaria ad hoc, vt confeſsio confiten-
ti præiudicet.

Illis igitur primum eſt ſubiungendum: vt confeſsio certa,
47 puraque ſit, † & de re cõſtituta, vel quãtitate ſit facta.l.certũ.
ff.de cõfeſs.& l de ætate.§.nihil.ff.de interrog.acti. 11 qit.2.
c.graue. Iccirco ſi ſit incerta, vel dubia, nihil ꝑiudicat, & nul-
lius eſt roboris, nullumque ſortitur effectum, c.in præſentia.
48 extra de confeſs.& pro confitente † in dubio fieri debet inter-
pretatio: vt per Dec.in cõſi.218.col.1.& cõſ.529.col.1. Alex.
conſi.115.in princip.lib.3.& in conſi.183.col.2.lib.5. Iaſ.in l.
fructus.col.3.ff.ſoluto matrim.Marſi.ſing.218.Dec.in c.cũ ve
nerabilis.nu.14.ext.de exceptionib. Pariſienſis conſ.99.col.
1.lib.3.quos omnes ad idem adducit Herculan. in ſuo tract.
de probanda negatiua, nu.198 verſi.9.fallit.

49 Et † non ſolum debet eſse certa de re ipſa, à qua confeſsio
orta eſt, ſed etiam certa de loco, & tẽpore, vt Pariſienſis conſ.
153.nu.31.vol.4.

Præterea debet eſſe ſup re vera, alioquin falſa cõfeſsio põt
50 ex ipſa manifeſta veritate reuocari, † vt ſatis liquet in l.inde
Neratius.§.vlt.& l.ſeq.ff.ad leg.Aqu.& in l.cũ falſa.C.de iur.
& fac.ignor. Immo vero ſi ex parte tñ falſa ſit, nõ ꝓbat, tota
51 .n. † falſa preſumit: vt Dec.cõſ.536.nu.10.refert & ſeqtur Her
culan.in tract.de proban.negat.nu.222.quia potius cõfeſsio
nẽ non veriſimile non fidẽ facere, tradidit idẽ Dec.in conſil.
596.nu.10.Pariſ.conſi.153.col.pen.nu.4.quos adducit idem
Hercul.in d ſuo tract.n.198.& idẽ dixit Rom.cõſ.420.nu.10.

Nec ſilebo ipſam ex mẽte, atque ꝓpoſito pmanare debere:
52 † quamobrem ſi quis ira percitus quod profeſſus fuerit, ina-
nis erit iſta cõfeſsio, nec ſibi nocebit: vt Lanfranc.de Oria.in
ſua praxi.c.7.de cõfeſsio circa princ. quẽ ſeqtur idẽ Hercul.
in d.trac.de proband.negat.nu.198.verſ 34.fallit. Hincque fit
53 † vt furioſi confeſsio ei nec præiudicare, nec dãnum inferre
queat: vt adductis ꝑ Spec.in d.§.ſeqtur, tit.de cõfeſſ.verſ.13.

Illud vero limites: nã ſi iſtiuſmodi cõfeſsio in iudicio fue-
54 rit facta, † nec reuocata ſit: tunc plene probare, & præiudica-
re confitenti voluit Dec.in c.atſi clerici.de iud.nu.18

Inſuper exigitur, ad hoc, vt ſua cõfeſsio ſibi præiudicet, vt
fiat à ſeipſo, & nõ per interpoſitam perſonam: vt per ꝓcura-
55 torẽ, aduocatum, & curatorem, † & per iſtiuſmodi: per iſtos

Digitized by Google

enim facta confeſſio non præiudicat principali, niſi in caſib.
notatis in cõcluſione. Cõfeſſio procuratoris, & in curatores,
& aduocatos, verum ſi principalem facta fuerit, tunc certe ei
præiudicat, vt l. vnica. C. de confeſ. & cap. 2. extra eod. tit. &
Iodoc. Damhoud. in ſua praxi ciuili, c. 173. nu. 22.

Hoc tamen declares locũ ſibi non vendicare ſi procurato
56 ris cõfeſſio † vel curatoris facta fuerit abſente dño primario,
& ipſe dñs contrarium probare velit, tunc. n. ſentiendum eſt
principali præiudicium nõ afferri, vt d. l. certum. §. ſi quis ab-
ſente. ff. de confeſ. c. ſi. extra eod. de confeſ. c. cum cãm. ext. de
appel. & c. cum olim, de cenſib. ſecundũ Spec. in d. §. ſequitur
57 tit. de cõfeſ. ver. 17. Verũ aliter eſt dicendũ † ſi præſente prin
cipali aut eo abſente, ſciente tñ, aut permittẽte confeſſus fue
rit, quia tunc ita principali præiudicat, ac ſi per ipſum facta
fuiſſet, vt & per eundẽ Damhouder. in d. c. 173. nu. 19. Quę ve
ro pars dicatur præſens, ſiue nuncius, ſiue procurator, aut ne
gociorum geſtor, ſiue alia quęlibet perſona pro abſente acci-
piatur, habes à Crau. conſ. 272. col. 6. li. 2. quem ſequitur Her-
culan. in d. trac. de proban. negat. nu. 198. verſ. 15.

Ad hæc requirit, vt cõfeſſio cũ cauſæ declaratione fiat: alio
58 quin † ſi ſine cauſa fit, regulariter nõ probare, nec pręiudica
re confitenti, vbertim & fuſe loquuti ſumus in concluſione,
Confeſſio ſine cauſa. nominatur aũt confeſſio cum. cauſa, qñ
confitens declarat, & manifeſtat cãm litis, vt ex qua cauſa, qđ
debetur, ſit ortum, an ex mutuo, an ex mercibus, an ex permu
tatione, ex domus cõductione, ex pacto, ex aliove cõtractu,
59 † iſtiuſmodi vero confeſſio tam in iudicio quam extra iudi-
cium fieri poteſt, vbiuis autem fiat, confitenti præiudicat, &
omnes alias probationes tollit, dummodo de eadem confeſ-
ſione conſtet, vt optime dixit Iodoc. Damhouder. in d. ſua
praxi, cap. 173. num. 6.

Quod autem confeſſio ſine cauſa ſit inutilis nulliuſq; mo-
60 menti, † nullamque fidem faciat, teſtis eſt optimus Alexãder
in conſ. 4. col. 1. lib. 1. & Iaſon in conſ. 73. col. 1. eod. lib. ſed fu
ſius id nos ſumus proſequuti in iam dicta concluſione.

Quibus ita declaratis, reliquũ eſt, vt examinemus, quæ cõ
feſſio, & quo tẽpore reuocari poſſit, & quo nequaquã. Qua
in re diſtinguendum eſt: nã, aut fit ante litis conteſtationem,
61 aut poſt, † quod ſi fiat ante litis conteſtationẽ, iuſta de cauſa
reuocari poteſt. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrog.
act. & Specul. in d. tit. de confeſ. §. poſtremo. in prin. & Tancr.
in trac. de ordin. iudic. d. tit. de confeſ.

Quod ſi fiat in iure, ideſt poſt litem conteſtatã, ſi hæc con-
feſſio ab aduocato facta ſit, ſui ipſius cliẽte præſente, vel eo
62 abſente, † ſciente tñ, aut permittente, tunc ipſi cliẽti, cui ipſa
cõfeſſio præiudicat, ac ſi p ſe ipſum facta fuiſſet, vt dixit Im-
per. Alex. in l. 1. C. de error. aduoc. & cap. olim. ext. de cenſib.
permiſſa eſt confeſſionis per triduũ reuocatio, vt cautũ reli-
quere Imperatores in l. ſi. C. eod. de error. aduoc. Et hoc caſu
ſatis eſt reuocatio ſimplex, vt c. cum cãm, ext. de appell. & ca.
cum olim. de off. deleg. & ca. præterea. ext. de teſtib. cogen. ſi
63 vero † per errorem fuerit facta ipſa confeſſio, clienti cõceſ-
ſum eſt, errore probato, vſque ad ſententiam reuocare.

Qui enim errat in facto, confeſſionẽ reuocare poteſt vſq;
ad ſniam, vt c. ex parte, ext. de confeſ. c. cũ cãm. ext. de appel.
64 & Spec. vbi ſup. d. §. poſtremo. † Quin etiam huiuſmodi reuo
catio confeſſionis aduocati per procuratorem poteſt reuo-
cari, vt d. c. cum cauſam. ext. de appel.

At ſi dñs primarius ſit, qui poſt litem conteſtatã confitea-
tur, & huius generis ſit confeſſio, quæ ei confitenti fraudẽ fa
65 cere poſſit, ipſi non eſt data facultas reuocãdi † ẽt intra tri-
duum, niſi errore probato, quod ſi ſe erraſſe planum fecerit,
nõ ſolum intra triduum, ſed etiam vſque ad ſententiam eã re-
uocare poteſt, ſed non antea: vt l. error. C. de iur. & fac. igno.
& d. ca. ex parte. ext. de confeſ. Hinc igitur vnicuique aperte
66 conſtare poteſt, quodnã ſit diſcrimẽ inter aduocati, † & prin
cipalis perſonæ confeſſionẽ. cliens etenim pure ẽt errore nõ
probato poſt aduocati confeſſionem intra triduum reuoca-
re poteſt. At ipſi perſonæ principali ipſam reuocare non li-
cet, ni prius aperte oſtenderit, ſe errore ductum fuiſſe.

Illud aũt, quod de principali perſona diximus, hẽt etiã lo-
cum in confeſſione facta per procuratorem: vt poſſit eã reuo
67 care, cum libuerit ante ſententiam, † errore tamen prius pro
bato, d. c. cum olim. in fi. extra de off. deleg. & d. c. fin. extra de
confeſ. & c. ſcriptum. in prin. ext. de elect. & ibi gloſ.

Cæterũ illud maxime dignum animaduerſione nunquam
præterierim, quod diximus, ea procedere, ſiue loquamur de
cliente, ſiue principali perſona quoad cõfeſſionẽ, in qua ver-
ſetur error facti, non aũt iuris, iuxta ſniam Specul. in d. § po-
68 ſtremo circa prin. † hic. n. confeſſus errans in iure, ſtatim pro
iudicato habetur. l. 1. C. de cõfeſ. & l. nõ fatetur. ff. eo. & Spec.
in d. §. poſtremo. in fi. quod tamen declares, niſi eſſet error iu
69 ris per aduocatũ adductum: quia iſtiuſmodi error † vſque ad
ſententiam reuocari poteſt: vt per Io. And. in addit. ad Spe-
cul. d. §. poſtremo, ſub nu. 1. in fi. ver. reuocari.

Nec minori dignũ eſt obſeruatione, quod dicturi ſumus:
nã ſi quis ad reuocationẽ probandũ errorem nõ admittatur:
70 vt quia velit poſt ſententiã reuocare, † poterit tamen appel-
lari, ſiue huiuſmodi confeſſio facta fuerit in cauſa ciuili, ſiue
capitali. l. cum fideicõmiſſum. ff. de cõfeſ. & in hmõi appella-
tionis cauſa error à principali perſona perpetratus corrigi
71 † põt, nãque appellatione ſuſpẽditur pronunciatũ, nec rectè
dici põt, negotio fuiſſe finẽ impoſitum l. 1. in fi. ff. ad Turpill.
& l. 1. C. de error. aduoc. nec ẽt res iudicata dici põt, vbi eſt à
ſententia appellatum: vt tradidit Specul. vbi ſup. nu. 9. Adeo
72 vt † ẽt in cauſa appellationis poſſit confeſſionem reuocare
in principali cauſa errante: errorem enim facti negotio non-
dum abſoluto nemini nocere, reſpondere Imperatores in d.
l. error. C. de iur. & fac. ignor. & d. c. fi. ext. de confeſ.

Si quis vero forte velit cognoſcere, an & quãdo pro parte
73 confeſſio poſſit acceptari; & pro parte reprobari, ad hoc,
vt probet confitentẽ, vel contra eum, in quem tendit ipſa con
feſſio, adeat Iaſonem, à quo hæc haurire poterit in §. item ſi
quis. il 2. nu. 19. & 20. cum ſeq. Inſti. de action.

Hæc habui, quæ de confeſſione in cauſa ciuili dicerẽ, nũc
74 ſupereſſet explicãda confeſſio in criminali, hoc eſt, quę, † &
quo tempore confitenti præiudicet: Verum quoniam hæc co-
pioſe & affluẽter in cõcluſione confeſſio in criminali, tradi-
dimus, in pręſentia id miſſum faciemus: ne pro ſuperuacaneo
bis idem repetere iudicetur, & ne longius noſtra trahatur di-
ſputatio, lector igitur illuc te reijcio.

QVAESTIO VIII.

De quarta Probationum ſpecie, quæ fit per euidentiam facti.

SVMMARIA.

1. *Probatio per euidẽtiam facti eſt adeo clara, vt nihil magis, nec iudex aliud, quam illam ſequatur, ad rem ipſam agnoſcendam.*
2. *Probationes non ob aliud in iure requiruntur, quam vt veritas in apertum prodeat.*
3. *Veritas illa nuncupatur, quæ per euidentiam patet.*
4. *Probationum nulla certior, quam quæ fit per euidentiam facti, quæ cuicunque alio generi præfertur, & omnes alias probationes ſuperat.*
5. *Probatio per euidentiam facti fortior de mundo eſt, & omnibus alijs validior.*
6. *Probatio per euidentiam rei admittitur contra iuramentum damnum paſſi, de detrimento illato, etiam quod ſtatuto caueatur, illi iuramento ſtandum eſſe, & illud habendum pro pleniſſima probatione, nec contrarium probari poſſe.*
7. *Probatio per euidentiam rei, & per aſpectum adeo omnium eſt optima, vt nunquã prohibita, aut ipſi derogatum cenſeatur.*
8. *Probatio per euidentiam rei omnibus eſt potentior, & inter omnes eius generis maior eſt illa, quæ fit per teſtes de viſu.*
9. *Probatio per rei euidentiam non reijcitur poſt deducta teſtificata, etiam ſi quis poſtea non admittatur ad probationem.*
10. *Probare ſi velim, quem non fuiſſe, vel fuiſſe vulneratum, id facile potero per oſtenſionẽ loci, in quo aſſeritur illatũ fuiſſe vulnus, abſque alia probatione neſcium.*
11. *Sententia condemnatoria de cicatrice licet non poſſit ferri, niſi adhibitis medicis tamen ſi ex inſpectione oculorum ipſa cicatrix eſt notoria, poterit iudex ſine medicis facere condemnationem.*
12. *Probari per ſolum aſpectum poſſunt, & liquido conſtare iudici, ſenectus, iuuentus imbecillitas, infirmitas, & ſimilia.*
13. *Controuerſia limitum dirimuntur, & definiuntur per ſolam loci inſpectionem.*
14. *Conſueta non eſt neceſſe, vt apponantur, vbi locus eſt euidenter notorius.*
15. *Probantur per rei euidentiam expenſa in aliquo loco facta.*
16. *Sententia nunquam tranſit in rem iudicatam, & ſemper reijci poteſt etiam ſine appellatione, vbicunque per euidentiam facti conſtat de eius iniquitate.*
17. *Statutum ſi extat, quod contra ſententiam de nullitate non poſſit opponi, locũ non habet in nullitate, quæ conſtat ex inſpectione actorum.*
18. *Statuto ſi reiecta ſint omnes exceptiones, illæ tamen opponi poterunt, quæ apparent ex inſpectione inſtrumenti, vel contractus, ſiue ſententiæ, aut alterius actus.*
19. *Præſumitur regulariter pro teſtamento, non quando ex ipſius inſpectione de aliquo eius vitio conſtat, vt de minori teſtium numero.*
20. *Oculis magis habenda eſt fides, quam auribus.*
21. *Euidentia facti ſæpiſſime non plene probat ad condemnandum, ſed tantummodo facit indicium.*

22 Nõ-

Digitized by Google

31 Homines quodammodo inter ſe conuenientes in forma pedum
33 Indicium furti per veſtigia,& ſigna pedum,infirmum eſt,& ad torquendum non idoneum,niſi alijs ſignis fuerit munitum.
34 Facinus cuiuſdam ruſtici,quomodo,& quam argute detectum fuerit,poſt numerũ ſequentem vide per totum.
35 Ruſticorum genus fere omne rapaciſſimum eſt,atque furaciſſimum.

TRanſeamus deinceps ad quartam probationum formã,
quæ per euidentiam facti fieri conſueuit.Cuius inter cæ
teras probationum ſpecies quam late pateãt vires, ſoli faces
adhiberem,ſi longa oratione planum facere conater.Nullus
id non videt:hoc patet ad ſenſum.Etenim ſi id,quod in con-
trouerſia verſabatur,Iudicis oculis ad manifeſtandum ſubij-
1 ciatur:†profecto cum hęc probatio ſit adeo clara,vt nihil ma
gis ad rem ipſam cognoſcendam, nihil aliud requirere Iudi-
cem dicendum eſt:vt c.euidentius.extra de accuſat. Nam cũ
2 nulla alia de cauſa probationes in iure requirantur, niſi † vt
veritas in apertum referatur,& ipſi iudici ſit nota:vt dicebat
Couarruu.in c.1.variar.reſolut.li.1.ver.7.nu.....diſplicere nõ
poſſum,vnde clarius,& manifeſtius Iudex veritatem cogno-
ſcere queat,quam ſi res ipſa ob ipſiuſmet oculos obuerſetur.
Quocirca factum eſt,vt Accurſ.recte tradiderit in auth.de in-
3 ſtrum.cautel.†Veritatem illam nuncupari,quæ per euidentiã
pateat:& merito ſane.Nulla.n.vt omnes noſtri aſſerunt,cer-
ti...eſt probatio,quam quæ fit per euidẽtiam facti.Hinc eue-
nit,v... iure optimo cuicunque probationum generi præfera-
4 tur:†v... prodidit Azo in ſum.tit.C.ad l.Aquil.in rubr. ſicut re
fert,& aſſentitur,atque cõmẽdat Bal.in rubr.de probat.col.1.
in fin.& in l.1.C.ſi aduer.lib.& in l.pen.C.de petic.tuto.& ip
ſemet Bal.in l.1.C.ſent.reſcin.non poſſ.& Abb.in c.1.de pur.
cano.Hi igitur vno ore aſſeruere hanc per euidentiam facti
probationem longe omnes alias ſuperare:vt retulit, & ſequu
tus eſt Iaſ.in l.1.ff.de non.oper.nun.ſub nu.10. Hoc idem pla
cuit Albæ in conſi.16.nu.8.affert ad hoc l.ſi irruptione. in fi.
ff fin.regun.& idẽ Alba cõſ.97.nu.3.cum adductis ibi per eũ.
ſit idem Iaſ.in l.de periurio ff.de in lit.iur.aſſerebat,huiuſmo
5 di probationem noſtrã†fortiorẽ de mundo eſſe,affert Azon.
& Bald.vbi ſup.nullamque validiorem hac,gl.ſcripſit in c.ad
noſtram,il a.in ver.requirit.de iureiur.quod ſequutus eſt Ma
rian.Soc.in conſ.61.nu.1.vol.3.Bald.in l.contra negantem.C.
ad leg.Aquil.quo in loco & illud ſubiunxit,vt ſi ſtatuto cauea
tur,vt de illato detrimento ſtetur iuramento damnum paſſi,
& non poſſit probari contrarium, & licet damnum paſſus ſe
6 in centum detrimentum accepiſſe iurauerit:† poſſe tamẽ con
trarium probari per euidentiam rei, quod amplius etiam ſi
per ſtatutum expreſſe ſancitum eſſet, ne in contrariũ proba-
tio admitteretur,vel in eo diceretur,illud iuramentũ habcu-
dũ eſſe pro plena,vel plenaria,vel pleniſſima ꝓbatione, aut
omnimodo,vel omnino iuramento fidem eſſe adhibendã,aut
ſimpliciter diceret,ſufficere iuramentum ad probationem,ẽt
ſi iuramentum fuerit pręſtitum parte præſente,& aduerſario
tacente,cuius intereſt.Nam licet in dictis caſibus regulariter
contrarium probari non poſſit:id tamen locum ſibi non ven-
dicat,ſi per euidentiam rei contrariũ probaretur,vt per aſpe
ctum:nam nõ obſtante dicto ſtatuto,admitteretur dicta pro-
batio per euidentiam rei, vt colligere eſt ex multis à Tiraqu.
collectis in tract.de retract.§.4.gl.1.nu.13.vſque ad nu.36.cũ
ſeqq.Et hanc quoque ſententiam fulcit Hipp.Marſil.in l.1.§.
ſi ſeruum.ff.de quæſt.vbi multa egregia adducit,vt hanc pro-
bationem per euidentiam rei firmet.

Vt iam nihil dubitãdum ſit,quin huiuſmodi probatio quæ
7 ſit per euidentiã,& aſpectum rei,† ſit omnium optima,vt &
ſupra diximus, & adeo quidem, vt nunquam prohibita,nec
ipſi derogatũ cenſeatur:vt dixit Alcia.in trac.præſumpt.in 2.
par.nu.19 Et idem Alex.in conſi.35.col.3.nu.8.vol.4. & cõſ.
39.nu.23.& 24.vol.6.& cõſ.166.in fin.vol.1. & Curt.Sen.cõſ.
69.nu.6.Tiraquell.qui erit inſtar omnium,vbi ſup.ibidem.n.
in vnum redigit omnes idem tenentes. Hinc igitur apertiſſi-
* me conſtat hanc eſſe*communem omnium noſtrorum ſenten
8 tiam:†huiuſmodi probationem cæteris omnibus eſſe poten-
tiorem,quod expreſſe atteſtatus eſt,vltra per Tiraquell.addu
ctos,Franc.Caſon.in ſuo tract.de iudic.tract.10.c.1.in princ.
Huc ſpectant nota.per Hercul.in ſuo tract.de proban. negat.
nu.246.& 247. & inter oẽs probationes per euidentiam rei,
maior omnibus eſt illa,quæ fit per teſtes de viſu,vt Franc.Ca
9 ſon.in d.c.1.vbi ſupra,n.1.& 2.†Verum quãuis poſt dicta
teſtificata quis non admittatur ad probationem: non tamen
per hoc reiicitur probatio per euidentiam rei, vt inquit Bal.
in l ſi quis teſtibus.in fin.C.de teſtib.quẽ refert.& ſequit Iaſ.
in d.l.de periurio.ff.de in lit.iurand.nu.4.& idẽ Saly.in d.l.ſi
quis teſtibus.col.vlt.ver.quæro,an põt,qbus aſſeurit Rom.in
l.ſi vero.§.de viro.in 31 fallent.ff.ſolut.matrim. & Stephan.
Bertrand.cõſi.337.nõ puto.col.2.li.1.& Marth.de Afflict.de-
ciſ.Neap.216.quotidie.n.3.Quos ad idẽ affert Tiraquell.vbi
10 ſupra numero 36. Vnde† ſi probare velim Titium non fuiſſe,
vel fuiſſe vulneratũ, id facile fieri poterit per oſtenſionẽ lo-
ci,in quo aſſeritur illatum fuiſſe vulnus,abſque alia ꝓbatio
ne teſtiũ:vt l.vulneris.ff.de iniur.Bald.in l.fin.C.de reb.cred.
& pertinet ad hoc l.pediculis.§.Neratius.vbi ex aſpectu va
ſorũ.ff.de aur.& argen.legat.& Hercul.vbi ſup.d.num.246.&
Angel.Aretin.in lib.Maleſ.verb.cicatrix. in 1.col.cuius hæc
11 verba:†Quod licet nõ poſſit ferri ſentẽtia cõdẽnatoria de ci
catrice,niſi adhibitis medicis,qđ tñ ſi ipſa cicatrix ex inſpe-
ctione oculorũ eſt notoria:tũc poterit iudex facere cõdẽna-
tionẽ ſine medicis.& idẽ dicit Bal.i l.1.col.1.C.vt q def. ad-
uo.quos refert & ſeqt Hipp.de Marſil.in dict.§.ſi ſerui.nu.11.
12 Quod idem dicendum eſſet in probanda ſenectute,†iuuẽ-
tute,imbecillitate, ſeu infirmitate, & ſimilia,quæ iudici per
ſolum aſpectum liquido patent & conſtant.De his enim tunc
amplius probatio non eſt requirenda,vt de ſenectute,& iuuẽ
tute animaduertimus in concluſione,Aetas per aſpectum, &
in concluſione,Infirmitas.
13 Idemque dicitur de limitum controuerſiis†quæ dirimun-
tur,& definiuntur per ſolam loci inſpectionem. l.ſi irruptio-
ne ff.fin.regun.Cui rei affine eſt,quod docuit Bart.in l.libello
rum.ff.de accuſ.& in l.demõſtratio falſa.ff.de cõd. & demon.
vbi ſic inquit,quod vbi locus eſt euidenter notorius, non eſt
14 neceſſe †quod apponantur confinia. Idem refert, & ſequitur
Marſil.in d.l.ſi ſerui.nu.12.

Nec aliter de expenſis in aliquo loco factis eſt dicendum:
15 nam & hæc probari† per euidentiã facti tradidimus in cõcl.
expenſæ.& de his no.Iodocb.Damhouder.in ſua praxi ciui-
li.cap.127.nu.4.

Iſtis omnibus eſt cognatum,vt firmius hanc probationẽ ful
ciamus, quod aduertit Bal.in l.1.in fi.C.ſentent.reſcind. non
poſſ.Vbicunque per euidentiam facti conſtat de iniquitate
ſententiæ,iſtiuſmodi ſententiam nunquam tranſire in rem iu
16 dicatam:quia ſemper reijci poteſt † etiam ſine appellatione,
per l.confeſſionibus.ff.de interr.act.& eiuſdem ſentẽtiæ fue-
runt Innoc.& Canon.in cap.fraternitatis. extr.de frigid. &
malef.& Alex.cõſ.248.incipien.ſtantibus.col.8.li.2. adducti
ꝑ Iaſ.in d.l.de periurio.n.5.ff.de in lit.iur.& idẽ Iaſ.in l.1.nu.
10.ff.de no.ope.nuncia.& idem refert,& ſequitur Tiraquell.
vbi ſup.d nu.36.§.4.gloſ.1.de retractat. de hoc etiam videas
Iacob.Rauul.in regul.160.in 2.ampliatione.

Quod pronunciatum etiam amplies,vt ſi ſtatutum extaret,
17 quod prohiberet †ne cõtra ſententiam de nullitate poſſet op
poni,vt non habeat locum in nullitate,quæ conſtat ex inſpe-
ctione actorum.ita Ancbar.conſi.212.incipien. ex iure cõmu
ni,circa fin. quem refert & ſequitur Hippol.de Marſil.d.§.ſi
ſerui.ſub nu.7.

Accurſius ẽt addit iſtis calculũ in l.1.§.hoc interdictũ per-
tinet.verſ.ſiue ſupremæ tabulę,verb.imperfectũ.ff.de tab.ex-
hib.Quod ſi à ſtatuto reiectæ ſint oẽs exceptiones, illæ tñ op
poni poterunt,quæ ex inſpectione inſtrumenti, vel cõtractus
18 ſiue ſententiæ† aut alterius actus,a quo per ſtatutum reiectæ
ſunt,apparent:iſtud etiam eſt ex mente ipſius Tiraq.vbi ſup.
nu.38.Verum iſtud eſt Bal.axioma in l.ſi ex prædijs.C.de eui
ctio.& no.d.gloſ.ad eundem Bal.refert,& ſequitur Barba in
c.cũ in iure.in pen.carta, col.vlt.de offic.deleg.& Ludouic.
Rom.conſ.42.incip.Viſis,quæ egregie.ſicut refert.Marſi.d.§.
ſi ſerui.nu.14.& per Rom.conſi.51.attentis his.ante fin.Quo
vero ad dictum dictæ gloſ.§.hoc interdictũ.videas adductos
per Marſil.vbi ſup.nu.13.Intelligendũ etiã ſtatutum illud non
procedere, quando incontinenti eas exceptiones probare
poſſum,vt ex allatis per Crauet.in conſi.207.nu.7.

Huic etiã confine eſt,quod traditur per Bar.in l.ſi poſt di
19 uiſionẽ.in fin.C.de iu.& fact.igno.† nã licet regulariter pro
teſtamẽto præſumatur:hæc tñ regula tunc vera non eſt, quã-
do ex ipſius inſpectione de aliquo eius vitio conſtat, vt de
minori teſtium numero:tunc enim non præſumitur pro teſta-
mento,ita dixit,& ſequutus eſt Marſil.vbi ſup.nu.9.

Ex ſupradictis reſpondetur, quod ex Greco in Latinum trã-
latum eſt illud Adagium, oculis magis habendam eſſe fi-
20 dem, quam † auribus, & quod Horatius cecinit.

Nec retinent patulæ commiſſa fideliꝰ aures.

Idem in arte Poetica:

Segnius irritant animos demiſſa per aures.
Quàm quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

Quæ omnia recẽſet vna cum alijs Hercul. in ſuo tract. de pro
band. negat. ſub num. 247.

Hæc omnia eo à nobis allata fuere, quo euidentiam facti, &
oculorum inſpectionem plene probare, & cæteras probatio
nes excludere planum faceremus.

Cæterum lector, illud te velim admonitum, ſæpiſſime in
21 vſu contingere ſolere † huiuſmodi euidentiam, quæ tamen
non plene probat ad condemnandum, ſed tantummodo fa-
ciat indicium, vt quis, verbi cauſa, apud capitalium cauſarũ
iudicem, de vuis à vinea furtim ablatis fuit delatus: ſiſtit ſe
ad iudicium, reus ad locum ducitur, in quo pedum, veſtigia
luto, vel puluere impreſſa conſpiciuntur, hæc cum ipſius rei
pede conuenire iudex deprehendit. Hęc profecto euidentia
facti earum non eſt virium, vt à reo pęnas exigere poſſit, li-
cet dilucide conſtet, de pedis cum veſtigio conueniẽtia, at-
22 que de furto. † Conueniunt enim quodammodo inter ſe ho-
mines in forma pedum, vnde facile iudex errare, atque labi
poteſt. Quinimo adeo infirmum eſt iſtiuſmodi iudicium: vt
23 nec ad torquendum ſit idoneum, † niſi alijs ſignis fuerit mu
nitum: tunc enim poterit reus torqueri, ſicut tradidit Frãc.
Caſon. in ſuis tract. de indicijs, tract. 10. cap 5. affert ad hoc
Bald. in l. non hoc. C. vnde legit. Sed aliter ſentit Alb. in l. in-
dicia. col. 2. C. de rei vend. vbi aſſeruit hoc indicium ad con-
demnandum accommodatum eſſe: quod tamen Caſon reij-
cit, vbi ſupra.

24 Huic ſubijciam † ruſtici cuiuſdam facinus propter argu-
tiam facti non prætereundũ, quod & in vrbe noſtra contigiſ
ſe memoria repeto. In viridario patritius quidam pepones
cum ſatos haberet, ruſticus ipſos furto (vt omne ferè ruſtico
25 rum genus eſt rapaciſſimum † atque furaciſſimum) ſubtra-
xit, furem dominus ignorabat, hinc eueniebat, vt furtũ pro-
batu difficillimum eſſet. Reperit forte fortuna cortices pe-
ponum dominus in eodem, vbi comederat loco ruſticus, in
ipſis interualla quædam propter duorum dentium, qui deci
derant, raritatem introſpicit. Ruſticus, ille, quem dominus
pepones rapuiſſe ſuſpicabatur, duobus carebat dentibus, ex
iſtiuſmodi indicio dominus ruſticum ad iudicem accerſit,
quo profecto iudex, & ruſtici dentium, & corticis interual-
la inter ſe congruere videt, ruſticus perpetratum facinus ex
cortice detectum conſpiciens, ſe pepones ſurripuiſſe, atque
comediſſe, illico faſſus eſt: qui commiſſi ſceleris meritas luit
pęnas. In carcerem enim detruſus eſt, & modica quadam pe
cuniaria mulcta condemnatus eſt, & licet ruſticus latrociniũ
non confeſſus eſſet, conuenientia tamen, & comparatio ſpa-
tij dentium, & corticis vrgens, & aptum indicium erat ad
torquendum illum: raro enim euenire ſolet, vt iiſdem denti-
bus careant homines, quibus ipſe ruſticus: ſed in forma pe-
dum ſecus eſt: multum enim in ipſa inter ſe congruunt homi
nes vt ſupra meminimus. Et hæc in præſentia ſufficiant de
Probatione per euidentiam facti.

QVAESTIO IX.

De quinta Probationum ſpecie, quæ ſit per iuramentum.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum non eſt proprie probationis ſpecies.*
2 *Iuratum quod eſt, habetur, ac ſi probatum ſit.*
Intellectus l. ſed & ſi poſſeſſori § ſin ff de iureiurando ibidem.
3 *Iuramentum eſt ſimile probationi, non probatio Nullum ſimile eſt idem. ibidem.*
4 *Iuramentum eſt iuſta & vera probatio.*
5 *Iuramentum multiplex eſt.*
6 *Iuramentum veritatis quid ſit.*
7 *Iuramento interuenientes ad probationem, & veritatem peruenitur.*
8 *Iuramentum iudiciale, quid ſit.*
9 *Iuramentum neceſſarium nominatum quid ſit.*
10 *Iuramentum neceſſarium probationis eſt ſpecies, quæ plene probare poteſt.*
11 *Iuramentum proprie probatio dicitur in his caſibus, in quibus præſtatur ex iuris diſpoſitione, vel ex forma ſtatutorum.*
12 *Iuramento damnum paſſi probatur damnum datum, ſi ſtatuto cautum eſt, vt de illato damno iuramento ſtetur.*
13 *Iuramento ſtandum eſſe etiam ſi lex, vel ſtatutum dicat: aduerſarius tamen probare poteſt contrarium.*
14 *Statutum condere de iuramento ad laicos non ſpectat, & ſi condant, ratum non erit.*
15 *Contra iuramentum ſtatutarium quibus caſibus non poſſit probari.*
16 *Statutum etiam ſi pleniſſimam probationem faciat, probatio tamen in contrarium admittitur.*
17 *Iuramentorum genera.*
18 *Iuramentum quæ probetur.*
19 *Iuramentum non probat, quando lex præſumit ſcientiam, aut quando eſt alia præſumptio contra illum, qui iurare vult.*
20 *Probatio per iuramentum recipitur, etiam vbi agitur de modico.*
21 *Præſumendum non eſt, aliquem velle pro modico deierare, aut aliud maleficium committere.*
22 *Iuramenti delatione non opus eſt, ſi actor plene, quod erat in controuerſia, confirmauit, & non præſtatur, ſi nihil prorſus probatum eſt.*
23 *Iuramentum eo tantum defertur, quo perfectum fiat, quod ſemiplena rationibus eſt demonſtratum.*
24 *Iuramentum iudicis arbitrio actori, vel reo præſtatur: vt probationem ſemiplenam adiuuet & validam perfectam atque plenam efficiat.*
25 *Iuramentum ad plenam probationem faciendam requiritur in omnibus ſemiplenis probationibus.*
26 *Iuramentum quando in plenæ probationis locum ſubſtituatur, vide remiſſiue.*
27 *Iuramentum in ſupplementum probationis peti poteſt vſque ad concluſionem in cauſa.*
28 *Iuramentum poſt petitionem quandocunque deferri poteſt ante ſententiam.*
29 *Iuramentum deferendum eſt reo, & non actori, quando actor pro ſe vnam probationem habet, & reus alteram.*
Iudex propenſior eſſe debet ad liberandum, quam ad condemnandum. ibid.
30 *In hominibus puniendis minus mali eſt, in clementia, ac lenitate inclinare, quam in ſæuitia, & acerbitate.*
31 *Iuramentum deferri non ſolet in criminalibus cauſis.*
32 *Cauſa criminales quas requirunt probationes.*
33 *Iuramentum in capitali cauſa aliquando tantarum eſt virium vt efficiat interdum reum pœnas ſubterfugere poſſe.*
34 *Iuramentum actori defertur, ſi non poteſt ablata probare, quando delictum vei eſt atrox.*
35 *Iuramenti delatio facta per vnam alteri parti rata eſt, ob inopiam probationis factæ.*
36 *Iuramentum quibus in cauſis famoſis, quæ ciuiliter aguntur, non deferatur.*
37 *Iuramentum non eſt reo deferendum, quando opportunitas ſibi offeratur potentiæ dicendi, vt per illud infamiam effugere poſſit.*
38 *Iuramentum deferre non facile debet iudex, quando cauſa etiam tota ciuilis eſt ardua, magna, & pluirimi ponderis.*
39 *Iudicis arbitrio ſtandum eſt, quæ dicatur magna, vel modica cauſa, inſpecta locorum, & perſonarum qualitate.*
40 *Cauſa aureorum, trium, vel decem, vel quinquaginta aureorum modica dicitur.*
41 *Cauſa magna vocatur inſpecto prætore, ſi quis cuius bona viginti aureorum ſummam non excedunt ab aliquo mille libras petit, & modica dicitur, ſi inter magnos principes de decem aureis ſit controuerſia.*
42 *Cauſa magna, vel parua nominatur loci vſu inſpecto.*
43 *Iudex ſacramentum deferre non poteſt in cauſa monachatus, vel matrimonij, vel ſimilia, quæ totæ ſpectet ad religionem.*
44 *Iuramentum neceſſarium non ſtatur, nec in probationis ſupplementum deferri poteſt, quando ſtatutum, ſeu lex requirit manifeſtiſſimas probationes.*
45 *Iuramentum non admittitur, vbi conditione appoſita, vera probatio exigitur, quæ fidem faciat.*
46 *Iuramentum deferri poteſt non obſtante ſtatuto in ijs caſibus, in quibus veræ, & concludentes probationes haberi non poſſunt.*
47 *Iuramentum deferri non poteſt contra illum, qui præſumptionem iuris per ſe habet in defectum probationis.*
48 *Iuramentum in defectum probationis ei præcipue deferendum eſt de cuius re agitur.*
49 *Iurantium dignitas animaduertenda eſt in iuramenta deferenda.*
50 *Iuramentum cui prius deferendum ſit, an actori, an reo.*
51 *Iuramentum nec actori, nec reo deferendum eſt, ſi actor nihil, aut non ſemiplene probet.*
52 *Actore non probante plene, vel non ſemiplene reus abſoluitur.*
53 *Iuramentum deferendum eſt reo, ſi ipſe ſemiplene probauerit, ſicuti actor.*
Iudex paratior eſſe debet ad abſoluendum, quam ad condemnandum. ibid.
54 *Neronis prolatum, quoddam laudatiſſimum.*
55 *Poſſeſſoris conditio in dubio melior eſt.*
56 *Iuramentum non defertur reo, cum actor plene, & ipſe ſemiplene probauerit.*
57 *Cautela actoris, vt iudex non deferat reo iuramentum.*
58 *Iuramentum à iudice deferendum eſt, & idem ab eo, ad quem negotium proprio nomine ſpectat.*
59 *Iuramentum deferre non poteſt procurator, niſi in tribus caſibus, & in quibus.*
60 *Iuramentum deferente altero ſi quis iurauerit, licet quo ad vtilitatem ipſius iurantis nihil proficiat, proderit tamen aduerſæ parti, ſi contra ſe iurauerit.*
61 *Iuramentum etiam nemine deferente, ipſi iuranti prodeſt.*
62 *Iuramento an ſtandum ſit pro ipſo iurante, vel contra eum, iudici arbitrarium eſt.*
63 *Iuramentum pro vna parte deferre parti aduerſæ, & pro altera parte probationem offerre, quando actori licebit.*
64 *Iuramentalis probatio, ſi contraria probatione infringatur, & labefactetur, admittenda non eſt.*

DE

DE iuramẽto pertractaturi, multi fortaſſe admiratione ca
piẽtur, quod inter probationũ ſpecies illud collocane-
1 rimus. Iuramentum enim † nõ eſſe proprie probationis ſpe-
ciem, quamplurimorum ſcribentium fuit opinio, inter quos
primus Io. Andr. fuit in rubr. extra de prob. vna cum multis
alijs poſtea per Dec. ibid. ſub num. 2. connumeratis. Quorum
* ſententiam communi * ſcribentium calculo eſſe receptam, at
teſtatus eſt Ang. Bero. in ead. rubr. nu. 76. & de hac commu-
* ni * meminere & Gomeſ. in §. item ſi quis poſtulante. num. 4.
Inſt. de acti. Marſ. in rubr. C. de prob. col. 26. Alex. in l. Imper.
col. 1. ff. de leg. 1. & Capicius in dec. 91. Quin & iſtam opinio
* nem tanquam tutiorem, & magis * cõem, & in iudicando, &
in conſulendo debere ſequi, reſtatum reliquere Franc. de Ac
colt. Aret. in c. 2. in 12. not. extr. de prob. ſicut refert Viuius in
ſuis com. opin. verb. iurament. cui aſſentitus eſt & Boer. dec.
85. num. 2. Quæ opinio multis tum auctoritatibus, & legibus
confirmatur per eundem Bero. vbi ſupra. Hinc igitur diluci-
de patere poteſt, iuramentum proprie non eſſe probationẽ,
ſed ficte, & improprie, & onere ſolum probandi leuare.

Ab hac longe diuerſam ſequutus eſt opinionem. Salyc. in
rubr. C. de prob. vbi pro opinionis ſuæ cõfirmatione aſſirmat
l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiur. Vbi Vlpianus I. C. reſpõ
2 dit. Perinde † habere quod iuratum eſt, atq; ſi probatum eſ-
ſet. Verum ſi diligentius animaduertamus, illa lex non pro
Salyc. ſed contra Sali. facit. Verbum enim illud, perinde, ſimi
litudinem declarat, vt docuit Barto. in l. ſi maritus. §. legis hu
ius hic. ff. de adult. Si igitur iuramentum eſt ſimile proba-
3 tioni, ergo non eſt probatio: † cum nullum ſimile ſit idem
l. ad ſimilitudinem. C. de epiſ. & cler. & Bar. in l. quod Nerua.
1. col. in fi. verſ. oppono, nullum ſimile. ff. depoſiti.

Tamen optime cum Salycet. conuenit, quod tradidit Iuſti
nianus Imperator, in l. fi. §. licentiæ C. de iur. delib. dixit n. Iu
ſtinian. vel per ſacramentum illius, ſi aliæ probationes defe-
cerint, cum quo conuenere plurimi alij, vt Bal. in auth. non li
cet nouo iure. col. fi. C. ſi cer. pet. Dec. in rubr. ext. de prob. &
plurimi alij relati per Franciſ. Viuium in ſuis commu. opi. in
ver. iurament. & præter eos per eundem ibi adductos, idem
placuit Crau. conſ. 207. & Io. Oldendorp. in ſuo breui cõpen
4 dio prob. † tradidit iuramentum eſſe iuſtam, & veram proba
tionẽ. ſed de veritate quæſtionis vltra Bero. in loco proxime
adducto adeas etiam Plot. in repeti. l. ſi quando. C. vnde vi.
nu. 55. ver. nota. cum ſeq. Iaſ. in l. 2. nu. 9. & 10. C. vnde vi. & in
l. cum te tranſegiſſe. num. 9. C. de tranſact.

Cæterum pro conciliatione iſtorũ ſcribentium diſtinguas
5 multiplex † eſſe iuram̃, vt per Aug. Bero. in d. rubr. vbi ſupra.
ad quem te reijcio. Sed hic oĩa iuramentorum genera in præ
ſentia perſequi noſtri non eſt inſtituti. Ea vero tantummò at-
tingam, quæ ad propoſitã probationis materiã pertinere in-
tellexero. Qua in re reperi, quatuor tm̃ iuramenta ad rem no
ſtram facere, hoc eſt iuram̃ ueritatis, in litem neceſſariũ & iu
diciale. Diſtinguamus igitur, aut loquamur de iuramento ve
6 ritatis † quod eſt iſtud, quod præſtatur teſtibus ad veritatem
dicendã: itẽ & illud, quod defertur debenti reſpondere po-
ſitionibus: itẽ & illud cũ iudex vt de cõtrouerſia inſtruatur,
teſtes, vel partes interrogat. Hõi vero iuram̃ non proprie pro
batio dr̃, quia ad probationem vltra iuramentum teſtis de-
poſitio requiritur, & reſponſio, ſeu confeſſio partis interro-
7 gatæ. Vnde potius dicendum eſt eſſe † quoddam, vt appellãt,
præambulũ, ipſo. n. intercedente, ad probationẽ & veritatem
peruenitur, vt inquit idẽ Bero. vbi ſupra, ex iurib. ibi allatis.

Secundum eſt iuramentum, quod in litem appellatur, de
quo iamiam dicemus.

Tertium iudiciale nũcupatur, quod eſt illud, quod à parte
8 parti in iudicio † iudice probante defertur. De quo uideas
quæ ſcripſerit Viuius in ſuis commu. opin. verſ. iuramentum
iudiciale. Et quãuis Bero. vbi ſupra eius ſit opinionis, iſtud
iuramentum proprie non eſſe probationem, ſi tñ accurate fi-
nis, cuius gratia deferatur, & eo præſtito, effectus, quem pa-
tiar, examinetur, intuenti parebit probationem proprie di-
ci poſſe. Ideo rationes per eum allatas conſideres.

9 Quartum reliquum eſt iuramẽtum † neceſſarium nomina-
tum, hoc eſt illud, quod à iudice actori vel reo, vt ſibi videbi
tur, ſolet deferri, cum in iudicio actor ſemiplene tantummo
do mentem ſuam probatione confirmauerit, & vt, quod ſemi
plene probatum eſt, perfectum fiat, iudex ipſi actori, vel reo
iuramentum defert. Licet vero iſtud iuramentũ proprie pro
10 batio nequaquam vocetur, inficiari tamen nequit † quin ſit
probationis ſpecies, quæ plene probari poſſit, vt per eundem
Bero. vbi ſupra, Adeas etiam Iaſ. de hoc agentem in §. item ſi-
quis. il 2. nu. 33. & 83. Inſtit. de actio. & Tancred. in ſuo tract.
de ordin. iudici. lib. 3. nu. 6. de probatio.

Hæc tñ eſt concluſio limitanda, vt ſibi locum non vẽdicet
11 in his caſibus, † in quibus ex iuris diſpoſitione, vel ex for-
ma ſtatutorum iuramentum præſtatur: hoc etenim caſu pro-
prie probatio dicitur, vt eſt contextus in l. ſi quñ. C. vnde vi.
& in c. fi. quod met. cauſ. & Bero. vbi ſupra nu. 81. iuramẽtum
12 in litem. Hinc fit, vt ſi ſtatuto cautum eſſet † vt de illato dam
no ſtetur iuramentum damnum paſſi, proculdubio iſtiuſmo-
di ſtatutum loquens de probatione damni dati, vel de dam-
no probato, haberet locum, & procederet contra damnum
dantem in probatione damni, quæ fieret per iuramentum, vt
per Dec. in d. rubr. de proba. col. 13. & Aret. in d. c. 2. extr. de
probar. quos refert, & ſequitur Viuius vbi ſupra.

13 Declarandum tamen eſt illud ſtatutum † vel diſpoſitio le
gis, vt ea nihil obſtante cõtrarium aduerſarius probare poſ-
ſit: & ſi lex ipſa, vel ſtatutum diceret, eidem iuramento ſtan-
dum eſſe. Nec hoc ſine ratione pertranſitiuã, vt inquit Alber,
conſ. 4. nu. 21. ad laicos non ſpectat de iuramento cõdere ſta
14 tutum, nec † ſi conderent, erit ratum. ideirco tunc nihilomi-
nus, vt dixi, contrarium põt probari per aduerſariũ. Et hanc
* eſſe * cõem, quæque magis veritati accedat opinionem, Ti-
raq. optimus eſt teſtis in tract. de retrac. §. 4. gl. 1. num. 3. Niſi
ſtatutum diceret, neceſſe ſtandum eſſe huic iuramento, vel lo
queretur, hoc iuramentum haberi pro plenaria probatione,
vel aſſereret pleniſſimam fidem adhibendam eſſe, aut pleniſ-
ſimam faciat fidem, ſiue dicat omnimodo, vel omnino, vt iu-
ramento credatur: aut quod iuramẽtum omnimodam fidem
15 † ſeu probationẽ faciat, vel ſimpliciter diceret, ſatis eſſe iu-
ramentum ad probationem, vel iſtis ſimilia verba loqueret,
vt aperte ex eo conſtaret, non admitti probationem in cõtra
rium: tunc. n. in his caſibus non poterit contrarium probari,
vt vnum adducendo, qui erit omnium inſtar, late Tiraq. vbi
ſupra in d. tract. de retrac §. 4. glo. 1. à princ. vſque ad nu. 36.

Sed aliter, & in his à nobis mò connumeratis caſib. ſenſit
Rom. in l. qui bona §. qui damn. ff. de dam. infect. quẽ ſequit
Rui. in conſ. 97. nu. 13. vol. 3. & vt refert Viuius vbi ſupra in
17 fine, vbi † aſſerit, etiam ſi ſtatutum illud pleniſſimam proba-
tionem faceret, probationem tamen contrarium admitti.

Nec illud te fugiat, iuramentũ iſtud, de quo huc vſque ver
ba fecimus, ex iuris, vel ſtatuti diſpoſitione iuramentum di-
ci in litem: cum, vt & ſupra admonuimus, multiplex ſit iura-
mentum, aliud veritatis, calumniæ alterum, actus confirmato
18 rium, conuentionale, ſiue voluntarium, in litem, † neceſſariũ,
iudiciale, & purgatorium: vt de his omnibus habetur per An
curſ. in rubr. ff. de iureiur. iuncta l. 1. & per gl. in c. fi. eo. tit. &
in c. 1. de iuramento calum. in 6. & latius per Aug. Bero. in di-
cta rubr. extr. de probationibus.

Secundo loco prior opinio reſtringenda eſt, non eſſe verã
in illo iuramento, per quod ignorantia, impedimentum nun
cij, renunciatio expenſæ contra contumacem, & animus pro
18 batur, omneque id quod ex ipſo animo, & mente oritur. † nã
cum hæc omnia per iuramentum probentur, vt de quolibet
in ſua concluſione dicemus, huiuſmodi probationem vere,
& proprie dici probationem conuincit Aug. Bero. vbi ſupra
in d. rubr. extr. de probat. ſub nu. 81. verſ. Idem dico per c. in
notuit. cum gl. de elect. & ibi Abb. Imol. & alij, iuncto cap. vt
circa, ad finem de elect. in 6. cap. ſtatutum, §. cum vero. & ibi,
gloſſ. de reſcriptis in 6.

19 Iſtud ſubintelligas tamen, locũ ſibi non vendicare † quan
do lex præſumit ſcientiam, aut quando ſit alia præſumptio
contra illum, qui iurare velit: tunc enim iuramento non pro-
batur, vt gl. 82. diſtinct. c. propoſuiſti in ver. non probatur, et
Bart. in l. inter omnes. §. recte ff. de furtis, & Domini. in c. eos
qui. col. 1. de temp. ord. lib. 6

Hoc tamẽ fallit, vbi ageretur de modico, quia tũc non ob-
20 ſtante præſumptione † recipitur huiuſmodi probatio per iu
ramentum, iuxta Abb. in cap. quoſdam. cir. fin. præſumption.
quem ſequitur Dec. in cap. cognoſcentes. col. vlt. extr. de con
ſuet. in 1. lect. quos refert Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig.
verſi. hinc eſt.

Neque iſtud ratione caret: non enim veriſimile eſt, nec eſt
21 præſumendum, aliquem velle pro modico deirare† aut aliud
* maleficiū committere: vt notat Alex. conſ. 74. viſo teſtamen-
to. col. 2 verſ. nec iura præſumunt. li. 1. & cōſ. 99. viſis proceſ-
ſibus, col. 8. verſ. non obſtat ēt ſi diceretur, in fi. li. 5. & Dec. in
conſ. 175. in cauſa falſitatis, col. 6. verſ. 2. nō obſtat. & col. ſeq.
Bal. Bar. & multi alij plurimis in locis id aſſerentes, quos idē
Tiraq. recenſuit, vbi ſupra, verſ. & id quidem.

Sed ſciſcitabitur à nobis quiſpiam, quo tempore id iura-
mentum deferatur. Qua in re dicēdum eſt, aut nihil omnino,
22 aut omne, & plene probatum eſt, † quod ſi actor plene, quod
erat in controuerſia confirmauerit, nulla certe opus eſt iura-
menti delatione, vt c. 2. extr. de probat. quemadmodum nec
præſtatur, ſi nihil prorſus fuerit probatum, iuramentum. n. vt
ſupra dicebamus, & infra trademus, eo tantum defertur, quo
23 perfectū fiat † quod ſemiplene rationibus eſt demonſtratū.

Exempli gratia: Actor quod erat in controuerſia, dum pro
bare vellet, quæ cauſa parui erat momenti, in qua duo ſoli te-
ſtes requirebantur, vnum tantummodo teſtem idoneum ha-
bebat, tunc profecto ſemiplene probat. l. Theopompus. ff. de
dot. præleg. l. iusiuran. C. de teſtib. l. 1. in fi. ff. quemad. teſtam.
aperian. & meminimus infra de ſemiplena probatione: ideo
24 præſtatur iuramentum iudicis arbitrio † actori, vel reo, vt ip
ſam ſemiplenam probationem adjuuet, & validam, perfectā,
atque plenam efficiat, quod ēt de omnibus ſemiplenis proba
tionibus eſt dicendum, vt de ſcriptura priuata, de compara-
tione literarum, per famam, & ſimilia, de quibus infra ſuo lo-
25 co trademus† etenim & in his ad plenam probationem faciē
dam requiritur iuramentum: ſed quando iuramentum in ple-
26 næ probationis locum ſubſtituatur † docebit additionem au
ctor ad Fel. in c. quoniam contra nu. 5. extr. de prob. At eum
non ſubſtituatur, prodidit Petr. Duen. in reg. 300. ampliat. 3.
& Gozad. in cōſ. 13. nu. 7. & Hercul. de proban. negat. nu. 199.
27 cum ſeq. & nu. 235. Nec illud te lateat† iſtiuſmodi iuramentū
in ſupplementum probationis poſſe peti vſque ad concluſio
* nem in cauſa, quod à cunctis ſcribentibus * communi conſen
ſu recipitur, quin etiam nonnulli proditum reliquere, poſſe ēt
peti poſt concluſionem, illud certe veriſſimum eſt, poſt peti-
28 tionem † poſſe quandocunque iuramentum deferri ante ſen
tentiam, vt ex allatis per Alex. late in conſ. 35. nu. 8. & 9.

Quod autem ſupra diximus, iudicis arbitrio relinquendū
eſſe, an actori, ſiue reo iuramentum deferatur, intactum nō re
linquam, Primo namque declarandum eſt, non procedere,
quando actor pro ſe vnam probationē, & reus alteram habe-
29 at: † tunc deferendum eſt reo, non actori. Propenſiorem enim
eſſe debere iudicem ad liberandum, quam ad condemnan-
dum, cauit Paul. in l. Arrianus ait. ff. de actio. & oblig. & huc
ſpectat. c. veniam nunc, & ibi gl. in verb. ſi faciendum. 35. q. 9
Nam ſi in alterutram partem inclinandum ſit, vt Circe dice-
bat, minus periculi eſſe, ſi nauis ad Scyllam potius paululum
30 inclinaret, quam ſi ad Charibdim† ita in hominibus punien
dis minus mali eſſe in clementia, ac lenitate, quam in ſæuitia,
& acerbitate, vt doctiſſime retulit Marcus Antonius Muret. in
orat. 11. cir. fin.

Secundo loco intelligendum eſt, ſibi locū non vendicare
31 in criminali cauſa, in criminalibus. n. cauſis† non ſolet defer
ri iuramentū, vt dixerunt Ant. de Butr. Abb. & alij in c. ſi pro
debilitate, de offic. deleg. has nāq. cauſas idoneis debere eſſe
munitas teſtib. vel inſtructas apertiſſimis documentis, vel in
32 dicijs ad probationē indubitatis † & luce clariorib. expedi-
tas, Imperatores cautū tradidere in l. fi. C. de prob. & ex indi
cijs perſpicuis probari cōuenire ſciuere Diocl. & Maxim. in
l. dolū. C. de dolo malo, & ſum. Pontif. in c. fi. extr. de iureiur.
& in c. ſciant cuncti. 2. q. 8. verumtamen ēt in capitali cauſa iu
33 ramentum aliqn̄ tātarum eſt virium† vt efficiat interdum reū
pœnas ſubterfugere poſſe, vt in ſatis venuſto caſu retulit Lan-
frācus de Orian. in ſua praxi. c. 7. de confeſsio. nu. 18. verſicu.
quæro Petrus, & Bert. & propterea ſi delictū rei ſit atrox, tūc
34 iuramentum actori defertur† ſi non poſsit ablata probare: vt
ſanxit Imp. Zeno, in l. ſi qn̄. C. vnde vi. & habetur in c. fin. ext.
qđ met. cau. & Specul. in tit. de iuram. delatio. §. ſi vero ſit cau
ſa. ſub nu. 70. verſ. Item ēt. Iudex igitur, vt dicebamus, non de
bet, neque poteſt deferre iuram: quod ſi pars altera deferat
35 alij, huiuſmodi delatio rara eſt† ob inopiam probationis fa-
cta: ēt ſi de illo crimine tranſigi non poſsit, nec talis iuramē-
ti delator poteſt appellare, ſi ille iurauit, & obtinuit: vt Spec
in d. tit. de iuram. delatio. & ibi Io. And. addition. ad eunden
in §. 1. an actor. & idem Io. Andr. in c. fin. extr. de iureiurand
ſuper 2. gloſſ.

Subnectenda eſt huic declaratio tertia, nō eſſe necem etiā
ſi cauſa ſit ciuilis, hoc eſt, quæ ciuiliter agatur: ſed tū quæ fa-
moſa ſit, vt eſt actio doli, furti iniuriarū, cauſa metus, & illa
ob quā quis de iure, vel ex ſentētia lata fiat infamis: vt l. 2. ff.
36 de his, qui notāt. infam. † in his enim licet ciuiliter ſit actū: ta
men, non defertur iuramentū, etiam ſi partes id poſcant. Ra-
tio eſt: quia ēt in his caſibus plena requiritur probatio, ex le
gibus modo adductis, d. l. dolum. & d. c. fi. de iureiur. & in pri
37 mis reo nō eſt deferēdum † oportunitas enim ſibi offeretur
peierandi, vt per iuramentum infamiam poſſet effugere: vt di
xit Iodoc. Damhauder. in ſua praxi ciuil. c. 179. ſub nu. 9.

Sequitur quarta declaratio: non. n. habet locum, licet cau-
ſa tota ſit ciuilis, ſed tamen ſit ardua, & magna, & plurimi pō
38 deris, † nā tunc iudex non facile debet iuramentum deferre:
vt l. legitimos. ff. de legitim. tutor. ſi vero cauſa parui ſit mo-
menti, an in ipſa iuram̄ ſit præſtandum, iudex id videri? vt
rebus, & hominibus, atque regionis vſu diligenter examina-
to, quod æquū ſibi videbitur, ſtatuat: vt per Damhoudet. in d.
39 c. 179. nu. 9. † iudicis etiam arbitrio ſtandum erit, quę dicatur
magna, vel modica cauſa, inſpecta locorum & perſonarū qua
litate: in aliquibus enim perſonis & locis, quæ eſt minor ma-
xima dicetur, arg. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic. & l. 1. &
l. Mela. §. fi. ff. de alimen. & cibar. leg. quamuis in nonnullis le
40 gibus modica dicatur cauſa † quæ ſit duorū, vel trium, vt l. ſi
oleum, in fi. ff. de dolo, & nonnunquam ſi ſit decem aureorum
vt l. 2. §. quamuis ff. ſi cui plus q̄ per l. falc. vel quinquaginta
arg. l. defenſores. C. de defenſ. ciuit. & l. nonnulli. ff. de accuſ.
vel trecentorum aureorum, vt §. iudicare, & §. audiē. auth. de
defenſ. ciuit. De quibus omnibus meminit Spec. in d. tit. de iu
ram. delat. §. nec enim, & in §. ſicut autem. Exemplum de per-
41 ſonarum qualitate tradidit hunc in modum, † vt ſi quis, cuius
bona viginti aureorum ſumma non excedant, ab aliquo mille
libras petat, tunc hæc cauſa magna vocabitur inſpecto peten
te, vel ſi inter magnos Principes ſit de decem aureis contro-
uerſia, erit minima, ſi homines inſpiciamus. Quod idem eſt aſ
ſerendum de regionis conſuetudine: in quibuſdam enim lo-
42 cis carius aliquid conſtabit † quam in alijs. Vnde loci vſu in-
ſpecto cauſa magna, vel parua nominabitur.

Huic quinta intelligentia eſt annectenda, ea eſt, cum cauſa
tota ſpectat ad religionem, vt in cauſa monachatus, vel matri
monij, tunc iudicem ſacramentum deferre nō poſſe eſt explo
43 rati iuris† ob probationis defectum, aliter vero ſentiendum
eſt, cum tota non pertineat ad religionem, tūc enim poſſe tra
didit Speculat. vbi ſupra nu. 7. §. ſi vero ſit cauſa. & Damhou
der. in d. c. 179. in fi. d. nu. 9.

Sexto loco reſtringas, & intelligas non procedere, quādo
ſtatutum, ſeu lex requirit manifeſtiſsimas probationes, tunc
44 enim huic neceſſario iuramento nō ſtatui † nec illud etiā in
probationis ſupplemētum deferri poteſt, quoniam iſto caſu
muniēda probatio eſt per plures idoneos teſtes, vel per con
feſsionē aduerſarij, vel per inſtrumenta, vt eſt ſingularis Ac-
curſ. doctrina, in l. fi. in prin. ff. quod met. cauſ. cuius traditio-
* nem * cōiter ſequuntur ſcribentes. in c. pia. de except. li. 6,
vt Viuius atteſtatur, in ſuis commu. opi. verb. iuramento. vbi
* rationem reddit. & de hac * communi meminit etiam Rip.
in d. l. fi. nu. 189. quibus idem aſſenſit Auguſt. Bero. in c. cum
45 ſit Roman. nu. 11. de appel. Soc. in conſ. 136. col. 3. vol. 2. † nō
enim admittitur iuramentum, vbi conditione appoſita vera
quæque fidem faciat, probatio exigitur, vt ex iuribus allatis
per Viuium, vbi ſupra.

Hanc communem ſcribentium ſententiam ſublimites, nō
habere locum in ijs caſibus, in quibus veræ, quæque conclu-
46 dant probationes, non poſsint haberi, † hoc etenim caſu po
teſt iuramentum deferri, non obſtante illo ſtatuto, & ita hanc
communem limitat Feli. in rubr. de prob. nu. 3. ſicut idem re
fert Viuius in d. verb. iuram. vbi ſupra cum alijs ibidem per
eum adductis.

Illis vltima declaratio eſt ſubijcienda. Nā iuramentum de
ferri non pōt contra illum, qui præſumptionē iuris pro ſe ha
47 beat † in defectū probationis, nāq; ſi pars aduerſa cōtraria
ꝓbare velit, duriore ꝓbatione grauatur, vt ſingulariter eſt Ac
curſ.

Digitized by Google

uaſ.doctrina in l.ſi.in verb.præſumptioni.ff.de eo,quod me. cau.& ibidem expreſſe Bald.ſimul cum plurib. alijs adductis per Ioan.Nic.in addit.ad Ale.in tracta.præſump.in 3. parte, numero 3.

Aliæ hic poſſent afferri limitationes & reſtrictiones,ne tamen oia,quę ſparſim à noſtris ſcripto relicta ſint, videar hoc in loco tranſcribere, te remitto ad Soci.in ſuis fallē. reg.204. vbi 80.limitationes adnotauit, & quāplures alias ſimiles recenſuit Plot.in l.ſi q6.C.vnde vi.vbi à nu.125.vſque ad num. 153.diuerſimode ampliauit hanc cōcluſionē,& ſubſeqnētib. uumeris annectit limitationem,hoc idem non omiſit Nicol. Boet.deciſ.85.per tot.& deciſ.86.95.& 305. Iacob.Menoch. etiam in ſuo vtiliſsimo trac.de arbi.iudi.lib.2. caſu 208.diligenter hanc noſtram conclnſionem explanatam relinquit.

Docuimus hactenus, quo tempore iuramentū ſit deferendum,vt qđ ſemiplenæ probationi deerat perficeretur,in pręſentia videndum erit cui ſit deferendum. Vnde primo ſcien
48 dum eſt,ei præcipue eſſe deferendum † de cuius re agitur, vt cap.videtur.ibid.quod enim melius. ext. qui matr.acc.poſſ. & l.Marcellus.§.fi.ff.rer.amot.

Deinde animus eſt aduertendus ad iurantiū dignitatē: vt qui magis vitæ probitate,qui dignitate, & præſtantia iudici
49 excellere videatur, † hoīc deferatur, vt l.legitimos.ff.de legit. tutor.quod idem in elect.facienda ſpectatur. 8.q.1.c.licet. & c.ſi.ext.de off.cuſtod.& idem etiam in teſtibus fit.vt c.in pręſentia.ext.de teſtib.cum alijs adductis per Spec.d.tit. de iuram.delat.§.quartum.ſub nu.7.& Damhouder. vbi ſup.in d. ſua praxi ciuil.d.c.179.nu.10.& 11.

50 Cui vero prius ſit deferendū videamus, † an actori,an reo. Si igitur actor quod erat in controuerſia poſitū,ſemiplene vt cū vno ſolo teſte probare, & nihil ex parte ſua reus confirmare poteſt,tunc iudex actori iuramentū defert, vt quod probationi ſemiplenæ deeſt,pficiatur , ne ipſa ſemiplena probatio ſit ipſi actori inutilis,quod eſſe non debet, vt l.ſi qn.in prin.
51 ff.de leg.3.& Spec.vbi ſup.verſ.ſed cui.nu.8. † quod ſi actor nihil,aut non ſemiplene probat,neutri deferendum erit: ſed abſoluitur reus:etiam ſi nihil probaſſet:actore enim nō probāte plene, vel non ſemiplene, reus abſoluitur, etiam ſi nihil
52 præſtiterit, † & in expenſis condēnatur, vt vulgata. l.qui accuſare.C.de edendo.& l.2.ff.de proba.& facit glo. in c bonæ 2.ext.de elec.facit ēt l.fruſtra.& l.actor. C.eo.tit. de probat. & inf.ſuo loco dicemus. Verum qn̄ actor probat cū probatio
53 ne ſemiplena,& idem reus efficiat, † reo deferendū eſt iuramentum : debet enim iudex eſſe paratior ad abſoluendum, quam ad condemnandum.vt c.ex literis. ext.de proba.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.capit.inter dilectos . in qnæſt.ext. de fide inſtrum.

54 Vnde laudatiſsima Neronis illa vox † ſi ex animo prolata eſſet,aut ſi ipſe in eadē manſuetudine perſtitiſſet,qui ſubſcripturus ſententiæ capitis in quēdā, Vtinam (inquit) nunquā didiciſſem litteras: vt dixit venuſte idē Marcus Ant.Muretus
55 in orat.11.circa fin.& in dubio † melior eſt conditio poſſeſſoris.l.1.ff.de condi.ob tut.cau.§.commodum Inſti.de inter. & licet alij alia ſenſerint . vt per Specul.vbi ſup. verſ.quid ſi actor. num.9.idem tn̄ ibidem dixit id eſſe verius.Aliter vero eſt aſſerendum,cum actor plene,reus ſemiplene probat:non
56 enim defertur reo † imo condemnabitur. Quod ſi timeat,& videat actor,ne iudex ex officio ſuo ſibi iuramentum,ſed reo deferat,per ca.fin.ext.de iureiur. l. poterit hanc interponere
57 cautelam, vt præcludat ipſi iudici viam † aſſerendo reum ad iuramentum præſtādum eſſe ſibi ſuſpectum. l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.

Hac explicata quæſtione, nunc poteſt quæri ſatis cōmode
58 à quo † ſit deferendum iuramentū.In quo breuiter eſt dicendum,à iudice deferri: vt ex adductis iam patet . Defertur itē ab eo,ad quem negocium proprio nomine ſpectat. Hinc fit, vt procurator nequeat deferre iuramentum , præterquam in tribus caſibus, vt ſi ſingulare mandatum habeat, vel ſi datum
59 ſit veluti in rem ſuā, † vel poſtremo ſi liberam, & vniuerſam bonorum habeat adminiſtrationem.vt cap.qui ad agendum. in ſi.de procur.lib.6.& Specul. vbi ſup.in ſi.

At ſi quis nomine ſuo ei iuramentum deferente iurauerit,
60 licet quoad vtilitatē ipſius iurantis nihil proficiat, † proderit tn̄ aduerſæ parti,ſi contra ſe iurauerit : vt Ioā.Fab.in §.itē ſi quis.ib2.Inſti.de act.in glo.verb.poſtulāte. vbi ita intelligit dictam gl.ſicut refert Iaſ.ibid.nume.18. per l.de ætate. §.qui interrogatus.ff.de interrogat. Quinimo poteſt etiam iſtud iu
61 ramentum † nemine deferente ipſi iuranti prodeſſe, vt ſi iurans diceret,pro ſe,& contra ſe ; nam hoc caſu ſi aduerſarius ex iſtius iuramenti confeſſione inniteretur, tunc teneretur ēt contra ſe recipere totum illud iuſiorandum,& ita iurāti prodeſſet : vt ibidem Ioan.Faber in d.gloſ. & ad hoc affert.l.Publia.§.fin.ff.depoſ.ſed Angel.in ead.glo.ſentit,id iudici arbi
62 trarium eſſe, † an ipſi iuramento ſtandum ſit pro ipſo iurāte, vel contra eum,poſito etiam aduerſarium id acceptaſſe : ſed de hoc latius,diſſerentem adeat Iaſon in d.§. item ſi quis . in ead.gl.nu.18.& 19.cum ſeq.

Nec illud obſeruatione dignum prætereundum eſt: nam ſi actoris libellus iſtiuſmodi ſit, vt diuerſas partes aliaque facta
63 cōtineat, † tunc per iudicem actori licebit pro vna parte parti ſuæ aduerſæ iuramētum deferre,& pro altera parte probationem offerre: tunc vero deuicta pars eſt, in oblatam partē iurare: vt ait Iod.Damhouder.d.c.179.ſub nu.13.

Illud etiam ſcitu dignum menti teneas , iuramentalem (vt
64 appellant) probationem † ſi contraria probatione infringatur,& labefactetur,admittendam non eſſe: vt reſpondit Roman. in conſilio 241.numero primo . Et hæc de iuramento hactenus.

QVAESTIO X.

De ſexta Probationum ſpecie, quæ fit per præſumptionem.

SVMMARIA.

1 *Præſumere eſt quaſi ante ſumere, accipiturque pro audere, vel tentare aliquid contra ius.*
2 *Præſumere vſurpatur pro aliquid ſumere.*
3 *Præſumere apud Rhetores præoccupare ſignificat.*
4 *Præſumitur pro putatur, aliquando ponitur.*
5 *Præſumere pro diuinare aliquid in dubio.*
6 *Præſumere accipitur pro coniectura, & aliquando pro actu, qui fit imprudenter, ac temeraria contrarie contra voluntatem ſuperioris.*
7 *Præſumptio dicitur exiſtimatio, quæ ex veriſimilibus coniecturis ducitur.*
8 *Præſumptionis definitio.*
9 *Præſumptio cognitio eſt veritatis ex circumſtantijs reſultans.*
10 *Præſumptio debilitatur, minuitur, atque mutatur, vt res ſuadent, quæ ipſam circumſtant.*
11 *Præſumptio eſt argumentum ad credendum vnum factum, ſurgens ex probatione alterius.*
12 *Præſumptio eſt alicuius facti dubij ex quodam indicio, aut plena, aut ſemiplena probatio.*
13 *Præſumptio eſt ratiocinatio ſumpta à veriſimili.*
14 *Præſumptio in genere ſumpta minus eſt quam ſimplex probatio, & minus quam indicium.*
15 *Præſumptio proxime veritati accedit, & veriſimilitudo appellatur.*
Præſumptionis natura ab irrationali abhorret. ibid.
16 *Præſumptio dicitur vera probatio in materia, in qua probationes præſumptione tantum fieri poſſunt.*
17 *Præſumptionum natura, ſeu genera.*
18 *Naturalia ij, quæ arte conſtant, ſunt nobiliora & priora.*
Cauſa naturalis præfertur accidentali. ibi.
19 *Præſumptio natura quæ ſit.*
. Quod naturaliter ineſt homini ſemper ineſſe præſumitur. ibi.
20 *Patres filios ſuos amore proſequi præſumuntur & è contra.*
21 *Pater ſi infanti nocumento filium obtulerit, non præſumitur exhibuiſſe, vt ſummo ſupplicio ipſum afficiat.*
22 *Pater ſi filium exhæredaret, præſumitur iniuſte exhæredaſſe.*
23 *Præſumptio hominis quæ ſit.*
24 *Homo non præſumitur iactare ſuum.*
25 *In dubio quilibet præſumitur bonus, & non malus. Naturaliter quilibet eſt bonus ibi.*
26 *Bonus quis præſumi non debet in alterius præiudicium.*
27 *Præſumptio temeraria quæ ſit.*
28 *Præſumptiones temerariæ, leues, inualidæ, & nullius momenti à iure repelluntur, nec mouere debent animum iudicantis.*
29 *In dubio debemus interpretari meliorem partem. In dubijs dubius animus ſemper ſe ſuſtet & operatur. ibi.*
30 *Præſumptio delicti in dubio nunquam capitur. Conſilium quod in vtramque partem poteſt accipi, in meliorem ſumi debet ibi.*
31 *Præſumptio iuris quæ dicatur.*
32 *Probatio contraria præſumptioni iuris an admittatur, vide remiſſiue.*
33 *Præſumptio iuris nonnunquam violenta appellatur.*
34 *Coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur, probabilis eſt.*
35 *Præſumptio omnis legis ſuper veriſimili innixa eſt.*
36 *Præſumptio illa, quæ ſit veriſimilior, efficacior eſt.*
37 *Præſumptio non eſt propria probatio, ſed releuatio probandi.*
38 *Præſumptio quando fiat pro aliqua parte aduerſa, quæ contrarium probare vult ductore probatione grauatur.*

39 *Actus*

39 *Actus præſumptus à iure in ipſo probatus dicitur, quod non probatur contrarium.*
40 *Paria ſunt, quod quis probet, vel quod habeat præſumptionem iuris pro ſe.*
41 *Probationes quando requiruntur liquidiſſimæ ad victoriam conſequendam, ſatis eſt probare præſumptiones à iure, inductas.*
42 *Præſumptio legis ſufficit, vbi lex requirit probationem per inſtrumentum.*
43 *Præſumptio iuris eſt probatio in materia pœnali & correctoria.*
44 *Iudex ex præſumptione iuris poteſt liberare, condemnare & pronunciare.*
45 *Præſumptio iuris non ſolum ſatis eſt ad impugnandum aliquid. ſed etiam delictum probare poteſt.*
46 *Præſumptio iuris in illis caſibus propriè probatio eſt, in quibus vera, & ſatis manifeſta probationes haberi non poſſunt.*
47 *Probatio contraria præſumptioni iuris admittitur.*
48 *Præſumptio iuris, & de iure quæ dicatur.*
49 *Contra præſumptionem iuris, & de iure, aliter non admittitur probatio.*
50 *Præſumptionem habens iuris & de iure aliter probare non obligatur.*
51 *Probatio per confeſſionem admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.*
52 *Confeſſio, & probatio contra præſumptionem iuris, & de iure, quando non admittatur.*
53 *Probatio per confeſſionem partis admittitur contra ſententiam, quæ tranſit in rem iudicatam.*
54 *Probatio contraria præſumptioni iuris, & de iure admittitur in his, quæ à partis conſenſu pendent.*
55 *Probatio ex rei euidentia, & ex notoria contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur. Quod declara, vt ſub nu. 17.*
56 *Probatione qualibet in contrarium ſublata, nunquam tamen illi derogatum cenſetur, quæ fit per euidentiam rei.*
57 *Præſumptio, quæ oritur ex ſententia, & re iudicata, recipit probationem in aduerſum per inſpectionem actorum.*
58 *Iudex perficere poteſt, quod notorijs deeſt, ſed notorium allegari debet.*
59 *Notorij allegatio fieri poteſt etiam poſt concluſionem in cauſa.*
60 *Notorium ſi oriatur ex iure, ſiue ex facto iuris non eſt allegandum.*
61 *Iudex ſupplere poteſt, ſi notorium facti à parte non producatur.*
62 *Notorium facti ſi non eſt permanens, & debeat probari, lex reijcit huiuſmodi probationem à præſumptione.*
63 *Probatio contra præſumptionem iuris & de iure recipitur parte nihil opponente.*
64 *Pars quæ non opponit, videtur renunciare fauori ſuo, & tacitè conſentire.*
65 *Probatio contra præſumptionem ſi fit per iter indirectum, admittitur.*
66 *Probatio contraria præſumptioni admittitur, antequam ſententia feratur.*
67 *Contra præſumptionem iuris & de iure, quamuis probatio non recipiatur, reſtitutio tamen in integrum, ſi iuſta cauſa ſubſit, admittitur.*
68 *Probatio per proteſtationem, quæ actum præceſſerit, vel interceſſerit in ipſo actu, admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.*
69 *Probatio in contrarium non admittitur, vbi per præſumptionem iuris, & de iure tollitur crimen.*
70 *Matrimonia omnia irrita, & nulla habenda ſunt, quæ aliter quam præſente Parocho, vel alio ſacerdote ex ipſius permiſſione, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus contracta reperiuntur.*
71 *Sponſalia de futuro hodie non tranſeunt in matrimonium etiam ſubſequuta copula.*
72 *Inſtrumentum publicum ſi adducatur contra præſumptionem iuris & de iure probat.*
73 *Probatio contra præſumptionem iuris, & de iure admitti poteſt propter honeſtatem perſonæ.*
74 *Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio, vbicunque publica vtilitas agitur.*
75 *Statuto etiam ſi caueatur vt probationes reijciantur, non propterea tollitur probatio, quæ admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*
76 *Probatio facienda eſt per plures idoneos teſtes, vel per confeſſionem aduerſarij, vel per inſtrumenta, vbicunque lex, aut ſtatutum probationes apertiſſimas requirit.*
77 *Probatio præſumptiua nullo modo recipitur, cum conditione appoſita vera probatio nominatur, & concludens probatio requiritur.*
78 *Præſumptionibus non eſt ſtandum in illis cauſis, in quibus agitur de capite, & requiruntur probationes meridiana luce clariores.*
79 *Iudex in ciuilibus antequam ex præſumptionibus motus vllam ferat ſententiam, omnia conſilio prius experiri debet, & cuncta circumſpectione accurata inueſtigare.*
80 *Iudex ad rei, quam actoris cauſam magis reſpicere debet, præcipue in criminalibus.*
81 *Exemplum Philippi Macedonis, vt potius reo quam actori ſuffragandum ſit.*
82 *Præſumptio probabilis quæ dicatur.*
83 *Præſumptioni probabili ſtandum eſt, donec contrarium probetur.*
84 *Præſumptio probabilis minimam impellit iudicem, vt ei pro quo præſumptio eſt, deferatur iuramentum, & ſententia feratur.*

REm inſtituto noſtro minime alienam, ſi de præſumptione in præſentia agemus, facturos arbitramur. Nam cum in probationum plenis, & veris formis explicandis hactenus ſimus immorati: nunc merito ad præſumptionis quæ & inter ipſas ſextum ſibi vendicat locum, declarationem me confero. Verum antequam iſtud aggrediar, nonnulla prius de vi, & vocis ſignificatione in medium afferam. Primum igitur om-
1 nium non eſt ignorandum † huc verbum, præſumere, eſſe quaſi ante ſumere. Interdum accipitur pro audere, vel tentare aliquid contra ius: vt fere Romani Pontifices eo verbo vtuntur. Alexander III. ex Concilio Lateranenſi, loquens de clericis, & monachis, ſed nec procuratores (inquit) villarum, aut iuriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquib. Principibus & ſecularibus viris, vt iuſtitiatius eius fiat, clericorum quiſque, exercere præſumat, hoc eſt, tentet, audeat. c. ſed nec, ne cler. vel
2 monach. ſecula. neg. ſe immiſce. Nonnunquam † præſumere, vſurpatur pro nudo facto, prout aliquid ſumendi. Vnde Plinius lib. 36. tradidit de farina cuiuſdam lapidis in certamine bibendi aduerſus ebrietatem à potatoribus præſumenda,
3 Theophraſtum laudans auctorem. Et apud Rhetores † præoccupare ſignificat, qui præſumptionem vocant: cum id, quod in aduerſarij cauſa, vel in iudicijs opinione contrarium eſſe, aut fore arbitramur, præoccupamus dicendo ac bonis rationibus, diſſoluendo. Quintil. libro 9. Mire vero in cauſis valet præſumptio, quæ πρόληψις dicitur: cum id, quod obijci poteſt,
4 occupamus, quæ præcipue procemio cõuenit † aliquando pro putatur, vt in l. vulgo. ff. de in lit. iuran. Vulgo præſumitur, Vlpianus inquit, alium in litem non debere iurare, quam dominum litis. Nec omittam Vale. Max. in libro 1. capit. quinto,
5 ſumpſiſſe pro eo, quod eſt præſagire, conijcere † ſeu diuinare aliquid in dubio æque fortuito dictu, quaſi certam ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit, &c. cap. 6. Præſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum, hoc eſt, coniecit, vaticinatus eſt. Nec prætenibo, apud noſtros accipi pro coniectura,
6 aliquando pro actu qui fit impudenter † ac temerarie cõtra voluntatem ſuperioris, per Ab. in c. decernimus. de iudicijs. & ibi Dec. nu. 46. & 48. & Feli. in c. Iudæi. de teſtib. atque per Alex. conſil. 223. num. 17. & ſeq. in 4. vol. Poſtremo loco ſolet etiam à Iuriſconſultis accipi ex veriſimilibus argumentis, &
7 coniecturis exiſtimare. Vnde † præſumptio, exiſtimatio, quæ ex veriſimilibus cõiecturis ducitur, de qua in rub. de probat. & præſumpt.

De qua verbi ſignificatione in pręſentia à nobis habendus eſt ſermo, quam ſic nonnulli deſcribunt. Præſumptio eſt con-
6 iectura, ſed diuinatio in rebus dubijs, collecta † ex argumentis, vel indicijs per rerum circumſtantias frequenter euenientibus: cuius definitionis inſigne exemplum eſt iudicium Salomon. 3. Reg. cap. 3. Quod refertur in capit. 2. de præſumpt.
9 Quibuſdam ſic definire placuit † quod ſit cognitio veritatis ex circumſtantijs reſultans. vt Calde. in c. veſtra. de cohabit. cler. quam ſequitur Gramma. deci. 28. nume. 21. illud inſuper addens, præſumptionem ex pluribus cõiecturis, & alijs pro-
10 bationibus manare debere † & ideo debilitari, muniri, atque mutari, vt res ſuadebunt, quæ ipſam circunſtabunt. Speculat. vero viſum eſt in tit. de præſumpr. §. 1. præſumptionem
11 eſſe argumentum ad credendum vnum factum, † ſurgens ex probatione alterius, & ibidem affert exemplum de concubitu, qui præſumitur ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum. c. nec aliqua 27. q. 1. c. dixit dominus. 32. q. 1. & cap. 3. de præſumpt. quam definitionem, ſeu potius declarationem tradidit ante eum Tancr. in ſuo tract. de ordin. iudic. eodem tit. de præſumpt. quæ tamen à Damhouder. non probatur in ſua praxi ciuil. cap. 178. Vnde Goffre. aliam attulit definitionem
12 generalem, inquiẽs, † præſumptionem eſſe alicuius facti dubij ex quodam indicio, aut plenam, aut ſemiplenam probationem. Huic aſſentiri videtur Damhouder. in eodem ſupra allato loco. num. 3. Bald. poſtremo in rub. de probar. aſſeruit, præ-
13 ſumptionem † eſſe ratiocinationem ſumptam à veroſimili. Quænam vero iſtarum validior ſit, tuum lector eſto iudiciũ: nihil enim à nobis prope modum de hoc eſt laborandum, ea præcipue de cauſa moti, quod generatim ſint hæ traditę definitiones, & quę nihil ad inſtitutum noſtrum pertineant, interim tamen illud ſcias, pręſumptionem in genere ſumptam
14 eſſe minus † quam ſimplicem probationem, & minus, quam indicium, & plus, quam pręſumptionem, vt per Clar. in §. fi. quęſt. 20. circa prin. in eius practica criminal. Et præſumptio
15 proxime veritati accedit † veriſimilitudoque appellatur. ca. conſtitutis. il primo, ibi, Quia veriſimile non videtur de teſtam. Et veriſimilitudo, vt dicunt, cognata eſt naturę. c. quia veriſimile, de pręſum. Crau. conſi. 61. nume. 9. & natura pręſumptionis ab irrationali abhorret: vt tradidit Bal. in c. 1. in §. ſi vero vaſallus. quid ſit inueſtit. Soc. conſi. 169. nu. 12. verſi. prgterea. vol. 2.

Quinimo pręſumptio dicitur eſſe vera probatio in mate-
16 ria in † qua probationes pręſumptiuæ rãtum fieri poſſunt, vt in filiatione, & adulterio atque iſtis ſimilibus, vt per Dec. in rub. de prob. nu. 17. & nu. 166.

Omiſſa igitur pręſumptionis in genere definitione ad ſingularum pręſumptionum formas me confero.

Vnde dicendum eſt, plures à noſtris tradi ſolere, quarum omnium

17 omnium naturam breuiter † nunc inueſtigabimus.
Alia igitur eſt præſumptio naturæ, alia hominis, alia teme-
raria, & leuis, alia iuris, quæ eadem eſt cum ea, quam violen-
tam nuncupant, rurſus alia iuris, & de iure, quam etiã neceſ-
ſariam appellamus, & alia probabilis, & diſcreta.
Primum igitur omniũ de præſumptione naturę, & quæ na-
turaliter ineſt homini, in præſentia dicere aggrediar, nec in-
18 iuria profecto. † Naturalia nãque his, quæ arte conſtant, eſſe
nobiliora, & priora, quæque ſenſibus noſtris primo ſeſe offe-
rant, nulli dubium eſt, præſertim, cum & cauſa naturalis præ-
feratur accidentali. l. qui habet in fi. ff. de tut.
19 Hæc itaque illa eſt, quam ſecundum naturam facimus † vel
ordinem naturæ. vt quia bonus fuit pater, bonus præſumitur
filius, ita colligere Imperatores Arcad. & Honor. in l. quiſqs
C. ad l. Iul. Maieſt. quodque naturaliter ineſt homini, ſemper
in eſſe præſumi tradidit gl. in c. ſi forte. de elec. in 6. & gl. atq;
Dd. in c. is qui fidem. de ſpõſalib. vbi hanc præſumptionẽ na-
20 turæ nominant. ex quo fit † patres filios ſuos amore proſequi
præſumi, & econtra: vt rñdit Paul. in l. iſti quidẽ. in fi. ff. quod
met. cau. & notat Inn. in c. cum locum, de ſponſalib. quem re-
fert Hippol. Marſil. in repet. l. vnicæ. ff. de rap. virg. col. 3. nu. 7.
& Feli. in c. afferte. de præſump. Vnde ſequitur etiã, vt ſi pater
21 iudici nocentem filium ſuum obtulerit † non præſumi exhi-
buiſſe, vt ſũmo ſupplicio ipsũ afficiat: vt cauit Martianus I.C.
in l. milites. la 2. §. pen. ff. de re milit. cũ iſtud maximopere na
turæ repugnet, etſi Iunius ille Brutus, qui primus Reges eie-
cit, amore Reipublicæ Romanæ impulſus, duos filios in iudi-
cium adduxerit, qui cõiurationis in Rempublicam Romanã
participes, Tarquinios in Regnum reſtituere volebant, ſe par
te conſule & ſpectante virgis cedi & ſecuri percuti iuſſerit,
vt dixit Liuius in 2. ab vrb. cond. lib.
Verum hæc omittamus tanquã à naturali propenſione re-
mota, nos vero naturam quoad eius fieri poſſit ſequamur.
22 Hinc etiam † euenit: vt ſi filiũ exhæredaret præſumatur in-
iuſte exhæredare, cum naturaliter filij parentib. ſint grati: vt
tradidit Accurſ. in l. fi. in prin. ff. quod met. cauſ. & propterea
onus hæredi incumbit: vt ingrati animi vitium filiorum pro-
bet. l. omnimodo. C. de inof. teſtam. Poſſem hoc in loco quã-
plurima alia iſtius generis exẽpla in mediũ afferre: verũ quia
Alciat. in trac. prçſump. reg. 1. cum omnib. ſeq. prçſumptionib.
in vnum redegit, & hoc onere me leuauit, ad illũ te reijcio,
vbi omnia fere, quæ ad naturalem præſumptionem pertinẽt,
accommodate, & ſatis luculenter congeſta reperies, quocir-
ca hic non immorabor, vt naturalis præſumptionis naturam
explicem.
Ad hominis igitur præſumptionem me accingo, quæ à iu-
23 re multis conſideratur modis. Et illa eſt † quæ in iure non eſt
expreſſa, ſed iudici committitur, vt inſpiciat quid ſibi videa-
tur, & an aliquam fidem faciat, iuxta l. minor. 25. annis adito
præſide ff. de minorib. & l. verum. ff. de donat. int. vir. & vxo.
& l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſtib. & ita ſenſit Bal. in l. ſiue
poſsidetis, nu. 6. C. de probat.
Illa etiam eſſe ſolet, cum ius de homine quid præſumit: vt
24 eſt quando homo † non præſumitur, iactare ſuum. l. Cãpanus.
ff. de ope. lib. l. cũ de indeb. ff. de prob. in fi. Itẽ in dubio quili
25 bet præſumitur bonus † & nõ malus, c. dudum de pſump. l. me
rito. ff. pro ſoc. l. ſeruos de mancip. l. iuriſiurãdi. C. de probat.
& gl. in c. 1. de ſcrutin. ſed & iſta præſumptio ẽt ipſa põt dici
præſumptio naturæ: quia naturaliter quilibet eſt bonus, ſecũ-
dum Accurſ. in l. fi. ff. quod met. cau. Socin. in conſ. 15. omni po
tens Deus adſit, viſis. col. 5. lib. 1. Marſil. in l. 1. nume. 67. C. de
ſicar. vbi alleg. concord. & Ang. in l. ſciendum. in fin. ff. de ver-
borum oblig.
Hanc tamen præſumptionem dicas locum ſibi non vendi-
26 care, quando ageretur, de prçiudicio tertij: † nam tunc in ali-
terius præiudicium non debet quis præſumi bonus, gl. eſt in
c. ſtatutum. §. cum vero. verſ. ab aliquo. de reſcri. in 6. & dixit
Felin. in c. cum in iure, in col 1. de off. deleg. & latius infra in
concluſ. Bonus.
Præſumptionum tertia ſpecies illa eſt, quæ temeraria voca
27 tur, eamque eſſe arbitramur, quæ deſcendit ex malis † & ma-
leuolis hominibus, quæq; ẽt leuibus ex cauſis oritur, atque
puerilibus, vt ſi quis aliquem cum muliere, colloquentem in-
ſpiciat, ſtatim præſumat, malitioſe eam alloqui. Atque etiam
ſi quis aliquam egregiam, & mulierem venuſtã videat prçter
conſuetudinem precioſioribus, ac ſplendidiorib. vti indumẽ-
tis, ac vltra morem monilibus, annulis, gemmis, & iſtiuſmodi
ornatiorem eſſe, & præſumat illa ſibi furto, cõcubitu, aut alio
turpi quæſtu cõparaſſe, temerarie pſumat: vt dixit Damhou-
28 der. in ſua prax. ciuil. c. 178. n. 8. oẽs enim iſtæ; & iſtis ſimiles
præſumptiones temerariæ, leues, inualidæ, & nullius momẽti
dicuntur, ac à iure repelluntur, nec permouere debet animũ
iudicãtis: vt c. 1. 12. q. 1. & c. oues. 6. q. 1. c. ſi quis vero. 86. di.
29 & c. licet Heli. de ſimon. in dubio enim † debemus interpreta
ri meliorem partem, vt c. eſtote. ext. de reg. iu. & in dubijs du
bius animus ſemper pie ſentit, & opinatur, iuxta illud D. Pau
li 1. Cor. 13. Chriſtiana charitas benigna eſt, non æmulat, nõ
30 cogitat malum, &c. Hinc eſt vt † nunquam in dubio capiatur
præſumptio delicti. l. merito. ff. pro ſoc. & conſilium, quod in
vtranque partem poteſt accipi, in æquiore debet ſumi, ſecun
dum Iaſ. in l. 1. in 6. col. C. de ſer. fugi. & late per Alcia. in trac.
præſum. reg. 3. præſum. 1. & qm̃ quilibet iudex hanc præſum-
ptionis ſpeciem à ſe repellere, & pro nihilo ipſam ducere de-
bet. Idcirco nos etiam hic eam repellemus, & de ea agere vl-
terius non proſequemur.
Iuris præſumptio illa vocatur, qñ lex aliquid de aliquo p̃-
31 ſumit † & ex hac præſumptione vltra ſeſe non proferens, ea-
dem lex aliquid ſancit: vt cauere Imperatores Maximianus
& Diocletianus in l. ſiue poſsidetis. C. de probat. & Alexand.
Imper. in l. 1. C. ad exhib. & I.C. Pomponius in l. Quintus Mu
tius. ff. de dona. int. vir. & vx. & I.C. in l. pactũ. ff. de pac. & an
32 † cõtra iſtã præſumptionem iuris admittatur probatio in cõ
trarium, Bar. id docere poterit in d. l. ſiue poſsidetis, & idem
Bart. in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. & Abb. in ca. is qui. de
ſponſalib. Hæc eadem illa eſt, quæ nonnunquam violẽta præ-
33 ſumptio ſolet † appellari, quæ ex veriſimili, & efficaci proba-
tione di manat.
Definitionis huius pſumptionis auctor eſt Alciat. in 3. par.
ſui trac. præſump. aſſerens, probabilẽ eſſe coniecturã ex certo
34 ſigno prouenientẽ † quæ alio non adducto pro veritate ha-
betur. Nec à doctiſs. Alciato in definitione primo loco teme-
re fuit dictũ, eſſe probabilẽ cõiecturã. Diſpiciebat etenim vir
35 ille oẽm legis præſumptionẽ ſuper veriſimili eſſe † innixam.
c. qa veriſimil. de præſ. & pñderat legũ præſumptiones non
aptari niſi ſup veriſimilib. vt ex notatis pro Bal. in l. fin. p illũ
cõrtex. in vlt. no. in 2. opp. C. de hær. inſti. & illã præſumptio-
36 nẽ, q̃ ſit veriſimilior † efficaciorẽ eſſe à Gordiano Imper. vna
cũ Bal. ſancitũ cognouerat in l. 2. C. ad l. Corn. de ſic. Hinc fit:
vt apertiſsime conſtet, quantũ fictio à præſumptione diſtet.
Fictio nãque falſo, præſumptio veritati innititur, vt fuit Ac-
cur. ſentẽtia in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act. cum alijs
allatis per Ioã. Nicol. in addit. ad Alciat. d. tract. præſum. in 1.
par. cir. prin. nu. 2. & à nobis infra dicetur in cap. de fictione.
Neq; ocioſe verbũ coniectura, ab eodẽ fuit additum, vt collo
37 caret diſcrimen inter probationẽ † nam præſumptio non eſt
proprie probatio. l. Lucius. vbi Dyn. & Bart. ff. de conditio. &
demon. Huc pertinet illud, nam qñ iſta iuris præſumptio eſt
pro aliquo, ipſo probandi onere leuato illud in aduerſarium
transfert: vt per Bart. in l. in illa. in fi. ff. de verb. obli. & ad hoc
tendit. l. ab ea. ff. de proba. & ſic non eſt proprie probatio, ſed
(vt dixi) releuatio probandi. Præterea qñ iſta præſumptio
38 ſtat pro aliquo, † pars aduerſa quæ contrarium probare ve-
lit, duriore probatione grauatur: adeo vt probationes effica
ciores requirantur, nec ſit locus delationi iuramenti in ſup-
plementum probationis, ſi ſemiplene probatũ eſſet per vnũ
teſtem, vel alio modo, vt ex multis collectis per Ioã. Nicol. in
addit. ad Alciat. in 3. par. vbi ſup. num. 3. & diximus ſupra in
ſpecie per iuramentum. Vnde ex his dicẽdum videtur, iſtam
iuris præſumptionem non dici probationem, imo eſſe diuer-
ſam, vt ait Alex. in l. 1. C. de teſtam. milit.
Contrariam tamen ſequutus eſt ſententiam Alciat. in d. 3.
39 par. ſui trac. præſum. ſub nu. 4. circa fi. Cum, inquit † factus præ
ſumptus à iure eo ipſo probatus dicatur, quod non probetur
contrarium, affert ad hoc Accurſ. doctrinam in l. 2. C. de erro.
calcul. & Accurſ. in l. ſi creditor. C. de pigno. act. cum alijs ibi
per eum allatis, ibique reſpondet idem Alciat. d. l. Lucius in
oppoſitum adductam.
Sed, vt Alciati opinionẽ cõfirmemus, primo pro ipſa facit,
40 cum pares caſus iſtos lex æquet, vel quod qui probet, † vel q
habeat præſumptionẽ iuris p ſe, quia iſtiuſmodi præſumptio
dicitur

Digitized by Google

dicitur liquidiſſima probatio.l.licet Imperator.& ibi Alexã.
& Iaſ.ff.de leg.1.gl.in l.ſi tutor perirus.C.de peric.tutor.cum
multis allatis per Hippol.de Marſil.in rubr. C.de probat.nu.
183.verſ.reſtat videre de alia ſpecie probationis.Deinde Al-
eiat.ſuiam confirmare videtur doctrina, quã prodidit Bal.in
41 d.l. ſi turor,† vbi ad victoriã conſequendã liquidiſſimę pro-
bationes requirũtur, ſatis eſſe probare pręſumptiones à iure
inductas, cui aſſentitur Feliu.in rubr.de probat col.1.quin-
42 imo iſta legis præſumptio ſufficit † vbi lex requirit probatio
nem per inſtrumentum. l.quæcunque iuncta l.1. C.de apoch.
public.li.10.quam notauit ad hoc Bal.in l.1.C.de fideicõmiſ.
& l.1.§.1.C.de rei vxor.act.& Moder.in l.pactũ quod dotali.
C.de pac.& idem ſequitur Alex. in conſ.126.num.6. & refert
Alciat.vbi ſup.vbi ait,idem ẽt procedere, ſi ſtatutum requi-
reret liquidiſſimas probationes,& ad hoc affert.l.1.& ibi Ful
43 goſ.&c. C.de teſtamen.militis. † ibique tradidit iſtam præ-
ſumptionẽ in materia pœnali,& correctoria.adducit Barr. &
Alex.in l.1.ff.de leg.1.Poſtremo ad huius opinionis cõfirma-
tionem ſpectat illud,indicem ex iſta iuris, ſiue violenta præ-
44 ſumptione † poſſe liberare,condemnare, & pronunciare,vt
habetur in cap.dixit domious.32.q.1.& in l.filium. ff.de his,
qui ſunt ſui,vel alie.iur.& in cap.litteris.de præſump. & non
ſolum ſatis eſt hæc præſumptio,vbi agitur de impugnãdo ali
quid,vt ſcripſit Paul.Caſtrenſ.in conſ.281.in cauſa iſta col.1.
45 vol.1.† verum etiam delictum probare poteſt,vt cauit Bald.
in conſ.364.quin.quęſt.lib.3.licet earum non eſſet virium,vt
quis capitaliter puniretur,vt reſpon.Old.conſ.197. viſo dili-
genter,quibus aſſentitur Crau.in conſ.6,nu.42.

Cæterum vt iſtorum iuris interpretum lites à nobis tandẽ
dirimantur,atque iſtæ inter ſe pugnantes opiniones cõcilien
tur,ſic ſtatuendũ arbitramur,hanc de qua loquimur iuris præ
ſumptionem in illis caſibus proprie probationem eſſe in qui
46 bus veræ † & ſatis manifeſtæ probationes haberi non poſ-
ſunt:in his etenim ſufficiunt præſumptiones,& verarũ proba
tionum locum obtinent: vt ex caſu per Viuium notato.videre
eſt io ſuis communib.opi.verb.iuramentum neceſſario.circa
fin.in hoc namq; caſu talis præſumptio, nõ tantum probatio
nuncupatur,ſed etiam liquidiſſima vocatur: vt conſtat ex al-
latis per Iaco.Nouel.in 2.tom.ad reg.Duen.reg.160.

Huic vero repugnans opinio in illis præſumptionib. vera
dignoſcitur,quæ in iudicis arbitrio ſunt poſitę,per ea,quę di
cit Rolan.à Val.de Incr.dot.q.76. num.21. & ex adductis ibi
per eundem.

47 Sed vtcũque res ſit, contra hanc præſumptionem † proba-
tionem in contrariũ admitti Speculat.prodidit in tit.de præ-
ſump.§.ſpecies.ſub nu.4.verſ.nam cõtra.& c.propoſuiſti.de
probationib. Vel illud ſaltẽ dicas in parui momẽti crimini-
bus,non aũt in grauiſsimis probationẽ inducere,vt per eun-
dem Specul.vbi ſup. nu.5. verſ.alias autem quantumcunque.

Quarta præſumptionum ſpecie explicata, ad quintam me
accingo;quæ illa eſt,quam noſtri pręſumptionẽ iuris & de iu
re notare ſolent.quã interdum ẽt neceſſariam appellant, nec
48 ſine cauſa profecto id nomen fuit ipſi impoſitum. † Dicitur
enim iuris pręſumptio,quia à lege introducta fuit,de iure ve
ro,quia ſuper hac præſumptione lex firmum ſancit ius, & eã
pro veritate habet,vt ex exẽplis notatis per Spec. vbi ſupra,
d.§.ſpecies,nu.5.verſ.neceſſario.& eam probationẽ affert,vt
49 ẽt iudicem ſecũdũ eã pronunciare permouere poſſit † adeo,
vt ẽt vno conſenſu à noſtris ſit traditum,cõtra talem pręſum
ptionem non debere admitti probationẽ in contrarium:vt l.
antiquæ.C.ad Velleian.l.fin. C.ad Macedon. l.à diuo Pio.§.ſi
pignora.ff.de re iud.& Specul.& Damhouder. vbi ſup.& Al-
ciatus.in d.ſuo tract.2.partis. nu.4. & ibi in addit. ad eundẽ,
& hanc concluſionẽ pro regula ponit Socin.in fallẽ.in regul.
384.incip.Probatio in contrarium.Ex quo fit, vt hanc pro ſe
50 præſumptionẽ habens † aliter probare non obligetur, ſed lex
ipſa ſatis probationem faciat: ſicut inquit Iac.Noueli.in reg.
160.Quod etiã locum ſibi vendicat, ſi is neget id, vnde tota
lis pendet,dummodo ſuper eo,quod negat,ſit hęc iuris,& de
iure præſumptio:hoc etenim caſu ẽt ſi pro negante ſit illa tã-
tum præſumptio,& pro affirmante poſſeſſio, qui iſtã præſum-
ptionem habebit,onerę aliter probandi leuabitur, & aduer-
ſario grauius probationis onus incumbet: vt ex allatis per
Herculanum,in ſuo tract.de proban.negat.nu.4.

Verum limites illud,quod diximus,pręſumptionem iuris,
& de iure non recipere probationem in cõtrarium, non pro
cedere in probatione, quæ prouenit ex ꝓbatione partis ad-
51 uerſæ:† tunc enim probatio per confeſsionẽ admittitur con-
tra præſumptionem iuris,& de iure,vt per Lãfr.de Oriano in
ſuo tract.de confeſ.in prin. cum ibi adductis per eum, & per
Iaſ.in l.cum te.nu.7.C.de tranſa.& dixi ſup.in ſpecie per cõ-
feſſionem, voluit etiam Corn.conſ.39. col.5. vol.4. littera G.
& ſequitur Iac.Nouel.in d.reg.160. 1.fallen. & ante eum di-
xit Dec.in rub.de probat.nu.160.& 161.

Hanc tamen declares limitationem tantum verã eſſe,ſi hu-
iuſmodi cõfeſsio in iudicio facta fuerit,ſed ſecus eſt, ſi extra
iudiciũ,& poſtea probare vellem per teſtes te extra iudiciũ
52 aliquid confeſſum eſſe,† tunc enim non admittit talis cõfeſ-
ſio,nec probatio contra iſtiuſmodi præſumptionem, vt ſentit
Alciat.vbi ſup.num.7.quo in loco ſcripſit etiam idem ſenſiſſe
Iacob.de Puteo in l.qui Romæ §.duo fratres.in prin.glo.ma-
gnæ.ff.de verb.obli. & ſubiunxit ita intelligendũ eſſe, quod
tradidit Fely.cũ multis cõcor.in d.c.qm contra. & Iaſ.in re-
per.l.admonendi,col.44.ff.de iureiur.vbi iſti iuris interpre-
53 tes in vniuerſum tradunt † contra ſententiam, quæ tranſit in
rem iudicatam, admitti probationem per confeſsionem par
tis,quod iuxta eundem Alciat.debet intelligi,ſi pars in indi-
cio hoc fuerit faſſa,& non aliter,ſed ipſum adeat Alcia.in eo-
dem loco,vbi multis rationibus firmiſsimis hanc intelligen-
tiam confirmat.

Secundo loco eadem limitatio eſt intelligẽda,vt in his ſibi
54 locum vendicet,† quæ à partis conſenſu pendent,ſecus vero
ſi ſimus in ea materia,in qua lex eius conſenſum non perpen-
dat,vt in matrimonio, per eundem Alciat.vbi ſupra, nu.9.in
fi.adducit ad hoc cap.ſuper eod.ext.de eo,qui cogn conſan.
vxo.per Abb.& alios in cap.is qui fidem.de ſponſalib.& Fel.
in cap.4.ext.de præſump.

Præterea reſtringas in probatione,q̃ conſtat ex rei euiden
55 tia & ex notorio,† hæc etenim probatio ex notorio cõtra hu
iuſmodi præſumptionẽ iuris,& de iure admittitur, vt ex his
conſtare põt,quæ ſupra attulimus in ſpecie, per euidẽtiam fa
cti,& conſuluit Roman.in conſ.350.col.8.cũ allatis per Fely.
in d.c.4.ext.de præſump.ſublata namque qualiber in contra-
56 rium ꝓbatione † nunquã tamen illi derogatum cenſetur,quę
fit per euidentiam rei,vt ex adductis per Alcia in d.ſuo trac.
de pręſum.ver.videndum eſt nũc,nu.16.cũ addit.ibi.ad eun-
dem.Huic rei cõfine eſt,quod præſumptio, quæ oritur ex ſen
57 tentia,& re iudicata,recipit probationem in aduerſum † per
inſpectionem actorum, vt ex adductis per Iacob.Nouell. in
reg.160.in 2.ampliat. & inſpicias, quæ Soc. animaduertit in.
regul.384.in 7.fallen.

Sed & hæc ſecunda limitatio eſt declaranda, vt procedat,
qñ illud notorium,quod appellant,afferretur in actis,alioqui
nullius eſſet momenti, vt ſcripſit Alexan. in l.vnica. C.vt quæ
deſ.aduocat.& in cõſ.118. col.pen. vol.4. & ſecundũ Alciat.
vbi ſupra.facit ad hoc l.ſi adulterium.§.ijdem Pollioni.ff.ad
58 leg.Iul.de adult.ad id ẽt pertinet illud † nã licet quod noto-
rijs deeſt,iudex perficere poſſit,hoc tñ notoriom debet alle-
gari,vt per Tiraq.in trac.de præſcri.§.1.glo.2. fol.9. vñ illud
addit,huiuſmodi notorij allegationem poſſe fieri etiam poſt
59 concluſionem † in cauſa iuxta D.Anto.in c.peruenit.de emp.
& vendit.& Afflic.in conſtitu.Siciliæ,incip.iuſtitiarijs.col.4.
verſ.item quæritur.

Hoc ipſum ſubintelligas tñ habere locum in notorio fa-
cti,ſed ſecus ſi huiuſmodi notoriũ,oriatur ex iure, ſiue ex fa-
60 cto iuris,† tunc enim notorium iſtud nõ eſt allegandũ, nam-
que iudex ex officio ſuo ſuper illo,quid ſentiat abſq; eius al-
legatione proferet,vt per contex.ſingularem i ca.Raynutius.
ext.de teſtam.& ibi Imol.& Abb.idemque Abb.in c.adferte,
de præſump.& Bal.in d.l.1.C.vt quæ deſ.aduocat. Fely.etiam
in ca.ad hoc.col.2.de appel.quos Tiraquel.adducit vna cum
alijs,vbi ſup.fol.11.

Deinde ſubintelligas, vt ſi notorium facti à parte non pro-
61 ducatur † iudicẽ tamen poſſe ſupplere,quod tradit Rom.cõſi.
227.in fi.licet ab hac remotam Alex.fuerit ſententiam ſequu
tus in d.l.vnica.C.vt quæ deſunt aduoc.part.

Declares poſtea iuxta Alciati ſniam in d.verſ. videndũ eſt
nunc,nu.17.hoc eſt, vt procedat in notorio facti permanẽtis,
62 vt loquitur Rom.d.conſ.450.aliter vero eſt † ſi notoriũ illud
facti non eſſet permanentis, ſed deberet probari, hoc nãque
caſu

Digitized by Google

taſu lex reijcit huiuſmodi probationem à tali præſumptione,
vt patet ex allato per Alciat.exemplo,eodẽ, quo ſupra loco.
Tertiam limitationẽ ad eandem concluſionẽ ſubnectam.
Etenim parte nihil opponente contra hanc præſumptionem
63 probatio recipietur. †Vnde ſi ſententia tráſierit in rẽ iudica
tam,parteque nihil opponente,victus iniuſte latã eſſe ſentẽ-
tiam probauerit,illa ſententia reijcietur, ſecũdũ Innoc: in c.
fraternitatis.extr.de frigid.& malef.& Dd.in ca.cum delicta.
extr.de reſcrip.cũ alijs per Felin.allatis in d.c.4.& per Iaſun.
in l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui.& Alex.cõſi.77. Redẽ
ptoris.col.vltima,vol.2.& Ludou.Rom. conſi.155. Duo ſunt.
64 nu.5.huius rõ eſt ſecundum Alciat.vbi ſupra:†quia pars,quę
non oppoſuit vř renunciare fauori ſuo, & tacite conſentire,
vt cap.2.de accuſat.in 6.per Bart.in l.1.in vltim.notab.C. de
dilatio. quæ tacita confeſſio ſibi præiudicat, vt etiam tenet
Alex.in l.iudex poſtquam.ff.de re iudica.
Quarto limita eadem concluſio eſt circũſcribenda, vt non
65 habeat locum † quando probatio contra hanc præſumptionẽ
fieret per iter indirectũ: vt gloſ.in clem.1. in verb.feciſſe nar
ramus,cum alijs allegatis per Alciat.vbi ſupra nu.13. vbi vl-
tra alius huius limitationis rationem reddit,& in additio.ad
eundem multa tradita ſunt,quæ huc ſpectant, quæ omnia per
te ipſum videas.
Hinc quinta limitatio ſequitur,vt non procedat,antequam
66 ſententia feratur prætextu iſtius†præſumptionis ná tũc tem-
poris in contrarium accipitur probatio,ſecundũ Felin.in d.
c.4.allegans gloſſ.quam not.Domin.in cap ordinarij. in prin
cip.verb.libere,de offic.ordin.in 6.ſed ſi Alciato credendum
eſt,hæc limitatio falſitatem olet, vbi ſupra,nu.18.vbi ait, eſſe
contra context.in l.final.C.ad Macedonian.& l.final.C.de ar
bitr.& l.antiquæ.C.ad Velleian.& contra omnium mentem,
vt ex adductis ibi per eum videre eſt.
Subijcias iſti ſextam limitationem: nam quamuis cõtra ta-
67 lem præſumptionem probatio non recipiatur † reſtitutio tñ
in integrum,ſi iuſta cauſa ſubſit, admittitur: vt animaduertit
Alciat.in d.tract.de præſ.2.part.nu.19.faciunt ad hoc notata
per Socin.in fallen.385.verb.probato termino.in 1.limita.
Et ſeptimam annectemus;admittitur.n.probatio per prote
68 ſtationem,quæ actum præceſſerit†vel interceſſerit in ipſo a-
ctu: vt gloſ.in c.vidua extr.de regula. vt pręſumptio eſt,vt no
uitia quæ profeſſarũ habitũ induerit, vel ſe in actibus ad eas
pertinentibus ingeſſerit,ſit ꝓfeſſa,niſi proteſtatio ꝓceſſerit: vt
c.is qui fidẽ,extr.de ſpõſalib.& ibi Butr.& Cardin.Alex. Hãc
vero limitationẽ dilates vt per Alciat.vbi ſupra, ſub nu.50.
verſ.& iſtud procedit etiam.
Sed hanc eandem ſublimites non procedere, vbi per præ-
69 ſumptionẽ iuris,& de iure†tollitur crimen: vt ſi duo inter ſe
ſponſalia contrahant in futurum, concubitu ſequuto ſpõſalia
tranſeũt in matrimonium præſumptum præſumptione iuris,
& de iure,non igitur in contrariũ probatio admittetur,d.c.is
qui fidẽ.& c.veniens.il 2.de ſpõſal.& licet ſpõſi proteſtẽtur,
& ſi ſequuto cõcubitu,eius nõ eſſe volũtatis, vt in matrimo-
niũ ſponſalia tráſeant,nec contrahere velle matrimoniũ, hæc
tñ proteſtatio inanis eſt,nihilq; prodeſt,nec releuat,nec huic
præſumptioni derogat iuris & de iure,quæ ex ipſo cõcubitu
oritur,& rõ eſt,cur huiuſmodi proteſtatio reijciatur;quia eſt
turpis,& fornicationis crimẽ inducit,nõ igitur mirũ eſt,ſi ni-
hil deroget præſumptioni iuris, & de iure fauore matrimo-
nij, & vt ſubterfugiat crimẽ introducta: vt per Panor.& Pręp-
oſit.in gloſ.c.per tuas.de cõditio.appoſ. & lariſſime in d.c.
veniẽs.il.2.de ſpõſalib.& ibidẽ Præpoſit. & Iaſ.poſt alios i l.
ab ſoliũ §.morte.col.8.verſ.3.concl.Bart.de oper.nou.nunci.
Hodie tñ ex ſacri Cõcilij Tridentini decretis c.1. ſeſſio.24.
de reformat.matrim.omnes iſtæ ceſſant præſumptiones,cum
70 in eo loco cautum ſit† omnia matrimonia irrita, & nulla ha-
benda eſſe,quæ aliter,quam pręſente Parocho,vel alio ſacer-
dote ex ipſius Parochi,vel ordinarij permiſſione, & duobus,
vel tribus teſtibus præſentibus contracta reperiuntur,& Illu
ſtriſſim.Cardinales ad declarationem eiuſdem ſacri Concilij
71 Tridentini præpoſiti ſciuerunt,in pluribus deciſionibus† ho
die ſponſalia de futuro non tranſire in matrimonium, etiam
ſubſequuto concubitu,in cęteris vero rata,ac firma permane
re: vt ante Tridentina decreta inueniebantur.
Octauam adijciam,quam nec Alciat.tetigit, ſi contra talẽ,
72 præſumptionẽ†deducatur inſtrumentum publicum: vt gloſſ.
in c.ordinarij,de offic.ordinar.li.6. iuxta Soc.in d.ſua regu.l.
384.probatio in contrarium.in 2.fallen.
73 Propterea ꝓp honeſtatem perſonæ limites,† nam tunc põt
admitti probatio contra iuris præſumptionẽ,& de iure,vt in
ea facti cõtingentia,in qua conſuluit Dec.in conſi.575.col.2.
in prin.nu.6.quem refert,& ſequitur Alba. in conſil.95. nu.9.
74 Vltimo loco reſtringas nõ procedere† vbicũq; publica vti
litas ageret: vt eſt ſingular.doctrina Iacob.Butri.in l.ſiue poſ
ſidetis.C.de ꝓb.ſicut refert,& ſeqt̃ Soc.d.reg.384. in 6.fallẽ.
Cæterum has omnes allatas de præſumptione iuris, & de
iure limitationes extendas,& amplies ſibi locum,non vendi-
care,etiam ſi ſtatuto caueretur: vt probationes reijcerentur,
75 † non enim tollere probationem, quæ admittitur contra præ
ſumptionem iuris,& de iure, ſicut ſunt caſus notati ſupra in
dictis limitationibus; vt ex congeſtis per Tiraquel. in tract.
de retract.§.4.gloſſ.1.nu.39.
Velim tñ,vt diligenter obſerues ad illud quod ſupra de ꝓ-
ſumptione dixi,hoc eſt,præſumptionem violentã,vel neceſſa
riam ſatis eſſe ad liberandum,& condemnandum, & pronun
ciandum,vt ex iuribus ſupra allatis,illud nunquam non proce
76 dere†vbicunque lex,aut ſtatutũ probationes apertiſſimas re
quireret: tũc etenim per plures idoneos teſtes,vel per cõfeſ-
ſionẽ aduerſarij,vel per inſtrumenta eſt faciẽda probatio: vt
notabiliter animaduertit Accurſ.in l.fin. in princ.ff.qđ met.
* cauſa,quẽ cõiter * ſequuntur cæteri in c.pia. de excep.lib.6.
nec ꝓſumptiones,quas ius ciuile recipit,ſufficerẽt,q̃ alias pro
77 legitimis probationibus haberẽtur,huius rei ratio eſt† quia
cum conditione appoſita vera probatio nominatur,& cõclu-
dens probatio requiritur, tunc nullo mõ præſumptiua proba
tio recipitur.l.Lucius. vbi Dynus & Bart.per illum text.ff.de
condit.& demonſt.Dec.in rub.extr.de probati. col.14. verſi.
3.ſi fiat mentio.& col.16.retenta prædicta, vt Viuius refert in
ſuis communibus opinionibus verb.iuramentum neceſſario.
Quo in loco hanc opinionem cõem reſtringit, non procede-
re in caſibus,in quibus verę,& concludentes probationes ha
beri non poſſunt, vt ex congeſtis per eundem vbi ſupra.
78 Nec illud ſilentio præteribo†huiuſmodi pręſumptionibus
non eſſe ſtandum in illis cauſis,in quibus agitur de capite: in
iſtis etenim requiruntur probationes meridiana luce clario-
res l.ſciant cuncti.C.de prob.l.inde Neratius. ff.ad leg.Aqui.
cum not.per Iac.Nouell.in regul.162.in 3.fallent. & in termi
nis Specul.tit.de præſum.§.ſpecies.ſub nu.7.
79 Quinimo etiam in ciuilibus†iudex antequam ex iſtis præ-
ſumptionibus motus vllá ferat ſententiam,omnia prius expe
riri cõſilio debet,cunctaque circumſpectione accurata inue-
ſtigare,atque ad rei,quã actoris cauſam magis reſpicere de-
bet,ipſique fauere,vt monuit Damhouder.d.c.178.ſuę praxi.
80 ciuil.in fin.†& præcipue in criminalibus, vt Speculat.tit. de
præſ.§.ſpecies.num.6.verſ.in ſumma nota, vt in exemplo per
eundem allato.Præſertim cum etiam Philippi (vt opinor) Ma-
81 cedonis exẽplo ipſi reo † quam actori ſuffragari debeat,qui
cum altera aure occluſa accuſatorem audiret, interrogatus,
cur id faceret,dixit,ſe eam ſeruare integram reo.
Vnde ad vltimam præſumptionẽ, quæ à noſtris probabilis
dř explicandam accedo, illaque dř, quæ eſt iudicis,hoc eſt
82 †quam iudex ex ſignis,& indicijs colligit.ſurgit.n.hęc ex ali
quibus ſuſpicionibus, vt qũ reus poſt peremptorias exceptio
nes allatas proponit dilatorias.Iudex.n.tũc præſumet, atque
conijciet,id ipſum agere, vt aduerſę parti negotium faceſſat,
vtque calumnietur.Atque ſi quid aliquando fuit patris,præſu
mitur & in præſentia hæredis eſſe, vel è contra, vel ſi Petrus
hanc rem,quæ prius Ioannis erat,nunc poſſidet, ergo præſu-
mitur Petrus hæres,vel filius Ioannis: vt per Damhu.in d.ca.
83 178.nu.10. † Et huic præſumptioni ſtandum eſt,donec con-
trarium probetur,nam & contra hanc probatio admittitur.c.
ſuper hoc.de renunciatio.& c.præſentiam,7.quæſ.1.& tantũ
ſemiplenam probationem facit,quod ſi teſtis vnus, vel alia
ſimilis addatur præſumptio,tunc plene probabit, vt ca. item
in criminalib.verſ.ſæpe,4.quæſt.3.
Hæc vero præſumptio minimum impellit iudicẽ, vt ei pro
84 quo † præſumptio eſt,deferatur iuramentum,& ſententia fe-
ratur: vt l.in bonæ fidei.C.de rebus cre.l.admonendi.ff.de iu
reiur.cap.ex inſinuatione.de procurator.& cap.ſicut conſue
tudo de probationibus.
Et hæc de præſumptione breuiter attigiſſe ſit ſatis.

QVAE-

Google

QVAESTIO XI.

De ſemiplena probatione.

SVMMARIA.

1 *Probationis ſemiplenæ definitio.*
2 *Teſtis idoneus, & habilis ſemiplene tantum probat.*
3 *Teſtes duo idonei, & omni exceptione maiores plenam probationem faciunt.*
4 *Iudex deferre poteſt iuramentum per ſupplementum ſemiplenæ probationis.*
5 *Teſtis vnius dictum facit ſuſpectas tabulas teſtamenti, ſed non plane euertit.*
6 *Fama adijcit fidem teſtimonio vnius, modo non inconſtans ſit, nec improbis aucto-
ribus, vel etiam ignotis exorta.*
7 *Rumor, ſiue fama ſæpe fallax eſt.*
8 *Probatio ſemiplena quomodo reſultet ex vno teſte in tantum, quod poſſit deferri iu-
ramentum ſuppletorium probationis, vide remiſſiue.*
9 *Teſtis vnius ſemiplena probatio tantum efficit, vt præſumptionem faciat, per quam
in aduerſarium probatio transferatur.*
10 *Teſti vni, quod fides adhibeatur, etiam contra fœneratorem, nec per ſtatutum, aut
conſuetudinem ſanciri poteſt.*
11 *Teſti vnico etiam Cardinali non eſt fides adhibenda.*
12 *Teſti ſoli ſtandum eſt ſi ita conuentum fuit inter partes.*
13 *Teſti vni creditur propter teſtatoris auctoritatem ſi teſtator mandat, vt ipſi creda-
tur.*
14 *Teſtis vnius depoſitio, probat, quando nemini nocet, & alteri prodeſt.*
15 *Atteſtationi vnius teſtis ſtatur, quando ipſe de re ſua teſtatur. Magiſtratui creda-
tur in his, quæ ad munus ſuum attinet. ibid.*
16 *Teſtis etiam infamia notatus, vel ſi alioqui inhabilis, ſi de re ſua deponat, probat.*
17 *Teſtis vnius probatio ſatis eſt in cauſis poſſeſſorij, quæ nullius ſint ponderis.*
18 *Aſſertioni vnius teſtis fides adhibetur in rebus arduis, in quibus nullo modo fieri
poteſt, vt plures teſtes haberi poſſint.*
19 *Teſtis vnus probat in cauſis, quæ breuiter, & ſummarie abſoluuntur & dirimun-
tur.*
20 *Teſtis valde dignus probat.*
21 *Fama regulariter non facit plenam probationem.*
22 *Probatio ſemiplena quæ per famam fit, vide naturam remiſſiue.*

CVm omnia, quæ ad plenam probationem cognoſcendã,
per ſex ipſius formarum explicationes allatas, neceſſa-
ria putauimus, abunde (vt arbitror) vt rei neceſſitas poſtula-
bat, hucuſque declarata ſint, altera iam inſtat tractatio, nec
iniucunda, vt de ſemiplena, vt noſtri dicunt, probatione aper
tius, & breuius quoad fieri poſſit diſſeramus.

Hactenus enim in illo ſatis amæno, & ſpacioſo verſicolorũ
florum, & plenorum viridario ſpaciati ſumus, nunc vero nos
non pigeat in hoc flaccidorum florum hortulo aliquantiſpet
immerari.

Iccirco non eſt ignorandum, probationem ſemiplenam eã
1 eſſe † per quam rei geſtæ fides aliqua fit iudici: non tñ tanta:
vt iure debeat in pronuncianda ſententia eam ſequi: vt per
Oldendorp. in ſuo breui compendio locorum communium,
in verb. probatio ſemiplena.

Ex cuius ſemiplenæ probationis hortulo quatuor minorũ
& pallidorum florum genera decerpere poterimus. Primom
2 quorum erit teſtis † idoneus, & habilis: hunc etenim ſemiple-
ne tantũ probare ſanxit Imp. Conſt. in l. iuſiuran. C. de teſtib.
& Paul. in l. 2. in fi. ff. quemad. teſtam. aper. & Alex. III. ſumm.
* Pontif. in c. veniens, & in c. licet de teſtib. & iſtud fore* cõitet
receptum eſt teſtatus Curt. in l. admonendi. nu. 187. ff. de iu-
reiur. ubi ponit hanc concluſionem pro reg. marmorea.

3 Huius ratio eſt, nam ſi duo teſtes idonei † & omni exceptio
ne maiores plenam probationem faciunt, vnus igitur tantum
ſemiplene probabit, ſic colligebat Accurſ. in l. 3. in verb. deci
di oportet, circa med. C. de reb. cred. & dixit Curt. in l. admo-
nendi. nu. 187. ff. de iureiur.

Quamobrem iudex, qui ſingula quæ cauſas cĩ cũſtans, diſ-
4 picit, ſi nihil refragari viderit, põt deferre iuramentũ ei, † pro
quo eſt quaſi probatio, id quod vocant ſupplementũ ſemiple
næ ꝓbationis. Vlpian. in l. ſi duo in princip. ff. de iureiur. Mul
tũ tñ (inquit) fidei, & auctoritatis apud iudicẽ patronũ habi
turũ, quin magis ſolũ patronũ ſe probaret, quod libertus iu-
5 raſſet alterũ patronũ nõ eſſe: † ſic vnius teſtis dictũ facit ſuſpe
ctas tabulas teſtamẽti, ſed nõ plene euertit Paul. in l. 1. 2. fin. ff.
quẽad. teſta. aperian. ſi qs, inquit, ſe neget ſigillũ ſuũ agnoſce-
re: nõ iõ qdẽ minus aperiunt tabulæ, licet alia ſuſpectæ fient.

Sicut autem iuramentum litigatoris confirmat teſtimoniũ
6 vnius † ita fama adijcit fidem, mõ nõ inconſtãs ſit, nec impro-
bis auctoribus, vel etiam ignotis exorta. Calliſtratus in l. 3. §.
eiuſdẽ quoque. ff. de teſtib. Alias, ait numerus teſtiũ, alias di-
gnitas, & auctoritas, alias veluti conſentiens fama, cõfirmat
rei, de qua quæritur fidẽ. Alioqui fama quantũuis inuulgata
7 non probat ſatis, ſed coniecturam facit † quia ſæpe fallax eſt
rumor. Paul. in l. vlt. ff. de hæredita. inſtit. quia tamen (inquit)
falſus rumor non ſolet obeſſe, &c.

Quomodo autem intelligẽdum ſit, quod ex vno teſte reſul
8 tat ſemiplena probatio, in tãtum † quod poſſit deferri ſupple
toriũ iuramentum probationis; vide Franciſ. Curt. in repetit.
d. l. admonendi. nu. 188. cum plurib. ſeq. ff. de iureiu. in quo lo
co latius, & melius, quam videri ab alio poſſit, concluſionem
hanc pertractat dilucide, ponendo limitationes, & fallentias
fere infinitas, vtiles, & memoria repetendas, quas, vt ipſe at-
teſtatur, compoſuit ex vſu, & ſtudio lucubrato.

Hæc vero teſtis vnius ſemiplena probatio, tantum efficere
9 poteſt, vt iſtiuſmodi præſumptionem faciat † per quam in ad-
uerſariũ probatio transferatur: vt Gozadin. tradidit in conſ.
75. col. pen. nu. 19. ſicut refert, & ſequitur Iaco. Philip. Port. in
ſuis concluſionibus, in concluſ. 5. lib. 1. prope finem. Idẽ etiã
Port. ibidem de hac re ad ſaturitatem cõgeſsit quamplurima,
hanc concluſionem pluribus modis ampliando & limitãdo:
ſed hic ea tantummodo adducemus, quæ magis ad rem no-
ſtram ſpectare nobis videbuntur.

Primum igitur amplies, vt nec etiam per ſtatutum, aut cõ-
10 ſuetudinẽ ſanciri poſsit † vt nullo diſcrimine habito vni teſti
fides adhibeatur, etiã contra fœneratorem, vt per Frideric. de
ſen. conſi. 16. & allegat. per Iaſ. in l. admonendi. fol. 20. de iu-
reiur. & Port. in d. concluſ. 5. vbi ſupra. vbi adducit Alex. ali-
ter conſuluiſſe in conſi. 188. vol. 7. col. 1. & ſeq. verum de hac
ampliatione late per Tiraquel. in tract. de iudic. in reb. exig. &
verſi. ſecunda ratio, vſque ad verſi. his adſtipulatur.

11 Amplies deinde † etiam ſi teſtis ille Cardinalis eſſet, vt ſcri
pſit Felin. in c. ſuper his col. 4. de fide inſtrum. quem refert Ia-
cob. Port. vbi ſupra, de qua tamen re latius infra in concluſio-
ne, aſſertioni Cardinalis, diximus, & ad locũ illũ te remitto.

12 Nunc primo loco limitanda eſt † vt locũ non habeat ſi inter
partes ſtandum eſſe illi teſti ſoli fuit conuentũ. l. 1. in princ.
ff. quar. rer. actio non dat. l. vlt. C. de fideicommiſſ. & per Caſ-
ſan. conſi. 37. col. 1. in fin. cum alijs allegatis per Iaco. Port. vbi
ſupra, & vltra ibi per eum alleg. faciunt dictæ ll. & vlt. modo à
nobis allatæ, & Alex. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. Crauet. cõſ.
100. n. 13. ad fin. vol. 1. & Bertrãd. in cõſ. 119. col. 1. in fin. vol. 2.

13 Deinde reſtringas † qñ teſtator mandat, vt vni teſti creda-
tur, vt in l. Theopomp. ff. de dot. prælegat. & ibi Dd. dicentes,
quod tũc ipſi teſti creditur propter teſtatoris auctoritatem.

Intelligas tamen iſtud, vt hic teſtis ſacramento ſeſe aſtrin-
gat, ita ſibi à teſtatore imperatum fuiſſe, vt per Felin. cap. ve-
nient. de teſtibus col. 7. nu... Hyppol. de Marſi. in l. ſi quis, ne
quæſt. col. 31. nu... ff. de quæſt.

Tertio loco limites, quando vnius teſtis depoſitio nemini
14 nocet, & alteri prodeſt † vt ſi quis deponat, aliquẽ ſacro fon-
te luſtratum fuiſſe, ſacratum templum eſſe, quempiam clericũ
eſſe, & de huiuſmodi, de quibus omnibus ſatis diximus in
ſuis concluſionibus, in his enim omnibus vnus teſtis probat,
vt ex adductis in dicta concluſione.

Quartam addas, cũ teſtis vnus de re ſua teſtatur nam tunc
15 tẽporis eius atteſtationi ſtatur. † vt creditur magiſtratui in
his, quæ ad munus ſuum attinent: vt per Dec. in conſil. 56. in
cauſa appellationis, nu. 4. & ante eum ſcripſit Paul. de Caſt. in
l. quicunque col. fin. de ſeru. fugitiu. & ex multis allegatis per
Gabriel. tit. de teſtib. concluſ. 1. nu. 18. limitat. 5. in quo loco
etiam contraria & concordantias habes adnotata.

Hanc limitationem dilates procedere, etiam ſi ille teſtis
16 infamia notatus eſſet † vel alioqui inhabilis: nam ſi de re ſua
deponat, hunc probare dixit idem Port. vbi ſupra, huius rei
teſtẽ laudat Paul. Caſtren. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex nox. cauſa
& Dec. conſi. 363. col. 1.

Subiungam & quintã, quando ſumus in cauſis poſſeſſorijs
17 quæque nullius prope modum ſint ponderis † ſatis eſt minimi-
lis per vnum teſtẽ probatio, vt aſſeruere Dd. in auth. niſi bre-
uiores. C. de ſent. ex breu. rec. per Mareſil. in ſing. ſuo. 1. & 2.

His ſexta adijciatur, quando eſſet arduum, vel nullo modo
18 fieri poſſet † vt plures poſsint haberi teſtes: tũc etenim vnius
teſtis aſſertioni fides adhibet, vt iuris interpretes docuere in
l. 1. § fi. ff. de verb. oblig. & Hippol. ĩ l. ſi qs ne qſt. col. 32. verſ.
& reſpõdẽdo dictis. ff. de qſt. & Iacob. Port vbi ſup. d. cõcl. 5.

19 Et ſeptimo loco limitabis in cauſis † quæ breuiter, & (ut no-
ſtri loquuntur) ſummarie abſoluuntur, & dirimuntur: Calca.
in conſi. 99. col. pen. Marſil. ſing. 433.

Vltimo

10 Vltimo loco reſtringas † in teſte valde digno; vt per Grã-
mat.conſi.13.col.3.

Secũda vero ſemiplenæ probationis ſpecies illa eſt, quę fit
11 per famam, quæ regulariter non facit † plenam probationẽ.
l.3.§.eiuſdem quoque, & ibi ſcripſit Accurſ. in verb. confir-
mat, cum Bar.ff.de teſtib. vbi etiam Card. Alban. nu.5. qui hãc
eſſe communem opinionem atteſtatur: quod etiam Dec. aſſe
ruit in c.1.nu.36.C.de appellat.

De cuius ſemiplenæ ꝓbationis natura multa à nobis eſſent
12 attingenda in præſentia † niſi de ea ad vnguẽ omnia eſſemus
proſequuti, quæ huc ſpectant in concluſione in verbo fama.
ibi.n.quamplurimas adduximus concluſiones, cũ limitationi
bus, ampliationibus, & alijs neceſſarijs ad vniuerſam famæ
probationem attinentibus, quæ omnia ſciens & prudens nũc
omitto, ne bis in eadem te immorer, lector illuc te reijcio.

QVAESTIO XII.

De tertia ſemiplenæ probationis ſpecie, quæ fit per comparationem litterarum.

SVMMARIA.

1 *Probatio ſemiplena, quæ fit per comparationem litterarum, quæ ſit.*
2 *Comparatio litterarum quomodo fiat. Litterarum comparatio ſemiplenam facit probationem ibi.*
3 *Comparatio litterarum plene fidem facit.*
4 *Scriptura fide digna, ex quibus fieri poſſit collatio litterarum, quæ ſint.*
5 *Cautela eorum, qui volunt ſe, & ſucceſſores ſuos eximere à comparandarum litterarum moleſtijs.*
6 *Auctoritas magiſtratus nunquam in dubium reuocari poteſt.*

DEueniamus nunc ad tertiam imperfectæ probationis for
mam, quæ illa eſt, quæ producitur ex litterarum compa-
1 ratione. † eſt autem litterarum comparatio vltimum ſubſi-
diũ indagãdæ veritatis, quoties neque teſtes, neque tabellio
poſſunt exhiberi, vt veritatem ſcripturæ, cuius controuerſia
vertitur, atteſtetur. Cum.n.alter litigantium producit ſcriptũ
aliquod, alter eam ſcripſiſſe negat, qui auctor ſcripturæ di-
citur certe res ſuſpcta ſit. Quare hoc unum ſupereſt: vt ex ali-
quo inſtrumento minime gentium ſuſpecto comparentur li-
2 teræ † hoc eſt character literarum vtrum omnibus numeris ſit
ſimilitudo inter vtrumque, an non ſit: ex eo namque ſequetur
veritas, aut falſitas inſtrumenti, quod profertur. quæ litterarũ
comparatio ſemiplenã facit probationem: vt tradidit Accur.
in l.admonendi.ff.de iureiu.& ibidẽ recentiores noſtri, & idẽ
Accur.in l.in bonæ fidei.C.de reb.cred.& idem ſentit Ang.in
§.ſi quis igitur.& Barth.Socin.in conſi.41.num.2.vol.3. licet
Accurſ.in l.3.§.1.verſi.ſpeciem.ff.de teſtib. in hanc deſcẽdat
3 ſententiam † hanc litterarum comparationem plene fidem fa
cere, & idem ait Alber.in l.ad comparationem.C.eod.tit.vbi
inquit ita * communi vſu obſeruari.

Verum ſi quis erit, qui veritatem quæſtionis huius altius in
dagare velit, adeat, quæ enucleate tradidimus in concluſio-
ne, comparatio litterarum, vbi ad ſacietatem neceſſaria pro-
didimus. Quod ſi quid deficiat, inſpicias Iac. Men.in illo ſuo
perutili tract.de arbitr.iud.car.114.per totum.

Sed roget quis, quæ eſt ſcriptura fide digna, ex qua fieri
poſſit collatio litterarum.

4 Huic reſpondeo. † Primum ſcriptura priuata, hoc eſt, chiro
graphum illius, cuius ſcriptura negatur, ſubſcriptũ tamen, &
approbatum, tribus teſtibus. Secundo ſcriptum foreñſe, id eſt,
apud iudicem confirmatum. Tertio inſtrumentum publicum
eiuſdem primi auctoris: cuius tamẽ fidẽ teſtes in eo deſcripti
prius teſtentur. Quarto ſcriptura, quam aduerſarius ipſe pro-
fert, non poteſt illi eſſe ſuſpecta, quin inde fiat collatio. Quin
to ſcriptum denique ex archiuio, ſeu loco, quo publice inſtru
menta reponuntur, nequaquam ſuſpectum eſt ad faciendam
comparationem litterarum, cuius archiuij meminit Vlpia. in
l.mortis.§.ſolent autem.ff.de pœnis. Hęc omnia probantur in
l.comparationes.cum auth.at ſi contractus.C.de fid.inſtru.&
recenſentur à Ioan.Oldendorp.in ſuo breui compendio pro-
bationum, c.de ſpecieb.ſemiplen.probatio.nu.9.

Quare Iuſtinianus in auth.de inſt.caut. & fid.§.in his vero
5 rectiſſime conſulit eis † qui voluerint ſe, & ſucceſſores ſuos
eximere huiuſmodi comparandarũ litterarum moleſtijs, eum
& tabelliones, ſeu notarij, & teſtes breuiſſimo tẽpore moriã-
tur plerunque, Poſſunt.n. impetrare ab idoneo magiſtratu, vt
perſpecta ſcripturæ (quatenus æquum fuerit) veritate, confir
6 met eam eſſe veram, auctoritate ſua † quæ nunquam poteſt re
uocari in dubium. Idque inſinuationem dicimus non exigen-
tem vllos teſtes priuatos. arg.l.in donationibus.C.de donat.

QVAESTIO XIII.

De quarta ſpecie ſemiplenæ probationis, quæ fit per priuatam ſcripturam.

SVMMARIA.

1 *Probationis imperfectæ quarta ſpecies conſtat ex priuatis ſcripturis, quibus non eſt plena adhibenda fides.*
2 *Scriptura priuatæ formas, & ſingularum vim, ac poteſtatem vide remiſſiue.*

QVarta vero imperfectæ probationis ſpecies eſt, quæ con
1 ſtat ex priuatis ſcripturis, † quibus non eſt adhibenda
plena fides: vt tractatur * cõmuni Dd.ſententia in l. inſtrumẽ
ta.C.de probatio.& dixit Io.And.in c.cauſam quæ, de prob.
& late Corn.conſi.58.per totũ.lib.3. & ante omnes interpres
Accurſ.in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l.a.ff.de fide inſtr.&
in l.in bonæ fidei. C.de reb.cred. Hoc autem, vt ad amuſſim
poſſit intelligi, adeũdus erit Io. Coraſ. cumulatiſſime de hoc
diſſerens, in repetit.d.l.admonendi. à nu.48. vſque ad nu.73.
2 vbi priuatæ ſcripturæ formas tradens † ſingularum vim, atq;
poteſtatem declarat.

Videnda etiã erunt illa, quæ & à nobis conſcripta fuere in
concluſione ſcripturæ, vbi ampliationes, limitationes, & de-
clarationes iſtius cõcluſionis facile reperire poteris, quę om-
nia hic tranſcribere, nimis longum eſſet, nec id æquum duxi-
mus: ſatis eſt enim nobis digito fontem monſtraſſe.

QVAESTIO XIV.

De coniectura.

SVMMARIA.

1 *Coniectura, indicium, & fictio inter probationum formas ſolent connumerari.*
2 *Coniectura præſumptioni cognata eſt, & pro præſumptione accipi ſolet.*
3 *Coniectura definitio. Coniecturæ aliam definitionem vide infra nu.15.*
Speuſippus Platonis ex ſorore nepos Platonicæ ſcholæ octo annos præfuit ibi.
4 *Coniectura à coniectu nuncupata fuit. hoc eſt directione quadam cationis ad veritatem.*
Coniectores vocantur ſomniorum atque monſtrorum interpretes. ibi.
5 *Coniectur alis ſtatus vocatur, cum per coniecturas quæritur, an aliquid factum ſit.*
6 *Coniecturas vulgo appellare ſolent colligaturas cuſtici Ticinenſes.*
7 *Coniectura à præſumptione diſtinguitur.*
8 *Præſumptio aliquando eadem eſt cum coniectura, quia ex ea vt plurimum ſolet oriri.*
9 *Coniectura ſignificat præſumptionem, & ambo dici poſſunt indicia probationum, vel adminicula.*
10 *Quod ex coniectura capitur, non proprie ſumitur.*
11 *Coniecturalis probatio ſub verbo probationis appellatione complectetur, dummodo lex pro veritate coniecturam habeat.*
12 *Coniectura legis, quæ ex argumento venit, probatio liquidiſſima vocatur.*
13 *Coniectura, & indicia habentur loco plenæ probationis.*
14 *Coniecturæ accedunt loco euidentiorum probationum in rebus dubijs.*
15 *Coniectura quid ſit. Coniecturæ alium definitionem, vide ſupra num.3.*
16 *Coniectura ijſdem diuiditur modis, quibus & præſumptio.*
17 *Coniectura ſpecies tres, ſcilicet, alia leuis, alia grauis, & alia violenta.*
18 *Coniectura temeraria quæ dicatur.*
19 *Coniectura probabilis illa eſt, quæ deducitur à veriſimili.*
20 *Coniecturis pertinentibus ad reſcripta, vel priuilegia Principis mentem ambiguis in rebus interpretamur.*
Principis mens regulariter talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.
Et permiſſum eſt, vt à nobis colligatur, dummodo non ſit admodum obſcura.
21 *Coniecturis, & ſignis mentem Principis elicere nobis datum eſt, cum ad Principem difficilis detur acceſſus.*
22 *Coniecturis poterit conijci, & colligi, atque declarari, an priuilegium ſit ex ijs, quæ ad perſonas, an quæ ad res pertinent.*
23 *Coniectura quarum munus eſt circa iudicia verſari, quæ ſint.*
24 *Coniectura, quæ ad delictorum interpretationem attinent, apertum faciunt, an & quando delinquendi voluntas adfuerit.*
25 *Coniecturas delictorum propemodum innumerabilis, remiſſiue.*
26 *Coniecturas circa conuentiones verſantibus diximus, qualis contrahentium fuerit voluntas in rebus itiam ambiguis.*
27 *Venditor ſcire præſumitur, qualis res vendita fuerit.*
Contractus præſumitur ſecundum conſuetudinem celebratus ibid.
28 *Coniectura, quæ ſpectant ad vltimas defunctorum voluntates, ambigue prolatas interpretandum, quæ ſint.*
29 *Coniecturas omnes vltimarum voluntatum, & quæ ad eas pertinent, vide remiſſiue.*

NOn videtur extra noſtram materiam, quam præ manibus
habemus, vt poſt omnes, tum plenas, tũ ſemiplenas pro-
bationes abſolutas, de cõiectura, iudicio, & fictione nõnulla

 diſſeramus,

Digitized by Google

diſſeramus,hæ etenim formæ proxime ad probationem acce
1 dunt,† & à noſtris legũ interpretibus inter probationum for
mas ſolent connumerari. Et primũ omnium à coniectura ex-
ordiendũ eſt, tanquam ab ea,quæ præſumptioni cognata ſit,
2 quæque nullo diſcrimine facto à noſtris † pro præſumptione
ſolear accipi:vt ex ijs conſtat:quæ tradidit nouiſſime Frãciſ.
Mantica.in ſuo tract.de coniect.vltimar.voluntatum,li.1.c.1.
Hæc igitur a Speuſippo Platonis ex ſorore nepore,qui Pla
tonicæ ſcholæ octo annos præfuit,hunc in modũ definitur, vt
3 ſit indiciũ rei larẽtis,& id, † quod quis per rationes,& ſigna,
& tẽpora,& huiuſmodi cnnijcit,ideſt cogitat,& colligit.Vn-
de Cicer.Cornific.Quantũ copiarum haberes,tum ipſa con-
iectura cõſequi poteram,tum ex litteris tuis cognoui.Fabius
4 vero Quintilianus lib.3.ca.7.à coniectu † nuncuparam fuiſſe
tradidit,hoc eſt,directione quadã rationis ad veritatẽ , vnde
etiam inquit idẽ:ſomniorum,atque monſtrorum interpretes
cõiectores vocamus.A Rhetoribus autem cõiecturalis voca-
5 tur ſtatus,cum per coniecturas quæritur† an aliquid factũ ſit.
Id præcepir auctor ad Herenn.lib.1.Rhet. coniecturalis eſt,
cum de facto controuerſia eſt .
Hoc modo:Aiax in ſylua poſtquã reſciuit , quæ feciſſet per
inſaniam,gladio incubuit.Vlyſſes interuenit,occiſum conſpi
catur,è corpore telũ cruẽtũ educit.Teucer interuenit,vbi pa-
trẽ occiſum,& inimicũ patris cũ gladio cruento videt , capi-
tis accerſit.Hinc qm̃ coniectura verum quęritur,de facto erit
controuerſia,& ex eo conſtitutio cauſæ cõiecturalis nomina-
6 tur.Ruſtici vero Ticinenſes† coniecturas vulgo appellare ſo-
lent colligaturas;quia ſuæ origini coniunguntur.nam conie-
cturæ,inquiũt,quædam ſunt, veluti colligaturæ,vt ſcribit Bal.
in l.1.nu.6.circa med.de priuileg.dot.& refert Mãtica in ſuo
tract.de coniectur.vlti.volunt.lib.1.tit.1.nu.2.
7 Nonnulli vero in ea fuerũt opinione† vt hæc coniectura à
præſumptione diſtinguatur; in quorum numero fuit Roman.
in l.1.nu.7.circa med.C.de teſtam.milit.Verũ tamen qm̃ præ
8 ſumptio ex coniectura vt plurimum ſolet oriri,†iccirco eadẽ
eſt aliqñ cum coniectura:vt accipit Celſus I.C.in leg.verum.
vna cum Accurſ. ff.de donat.inter.vir.& vxor.& Paulus in l.
vnica.ſimul cũ eodẽ Accur.io verb. cõiect.ff.ſi tabul. teſtam.
extab.ex quib. Soc.ſen.ita ſcripſit in l.cũ anus.nu.7.de cond.
9 & demonſt.† coniecturam ſignificare præſumptionem. Præ-
terea coniecturã, ſicut præſumptionẽ poſſe dici indicia pro-
bationum vel adminicula,tradidit Bal.in l.ſi conſtãte.§.ſi ma
ritus.in fin.ff.ſolu.matrim.& Corn.in conſ.329.nu.38.vol.1.et
Felin.in c.ſi aũt nu.3.de reſcrip.Quocirca quãuis qđ ex con-
10 iectura capitur†nõ proprie ſumatur,vt videtur context. ſin-
gul.in l.1.ff.ſi tab.teſtam.extab.& docuit Rom.in l.ſi cũ dotẽ.
in prin.nu.47.ff.ſolut.matr.& eundem cõtext.ſing.& aurcum
Curt.ſeo.nominat in cõſ.78.nu.9.& Lancello.Dec.in leg.oẽs
populi.nu.17.ff.de iuſti.& iu. & de hoc clarior habetur text.
in ca.ad Apoſtolicam.in verb.indirecte.de his quæ fi.à præla.
ſin.cõſenſ.Cap.nõ ideo tũ ex hoc innuere volumus, vt res ex
legitimis præſumptionibus & cõiecturis nõ ſit vera, & pro-
prie probatio:vt explicat Corn.conſ.185.nu.6.vol.2. etenim
ſub huius verbi probationis appellatione,nõ tantũmõ cõple
11 cti probationẽ,quæ fit per cõſpectũ,†ſed etiã coniecturalem
probationẽ,dummõ lex pro veritate coniecturam habeat: vt
prodidit Bal.in c.1.§.conuenticula.nu.8.verſ.præterea de pa
ce iuram.firman.Hinc illud ſequitur: vt cõiectura legis , q̃ ex
12 argumẽto venit†probatio liquidiſſima vocetur: vt dixit Se-
baſt.Sap.in repet.l.1 ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.num.
101.per cõtext.in l.ſi quis locuples.ff.de manumiſs.teſt.in fin.
ibi.apertiſſime , & alibi traditũ eſt ab eodẽ ſupra, cõiecturas
13 † & indicia haberi loco plenæ probationis, in l.de ætate.nu.
24.ff.de minorib.ex late traditis per Iaſon.in l.ſi quis ex argẽ
tarijs.§.prætor.col.3.ff.de edendo,& caſdem coniecturas ac
14 cedere loco euidẽtarum probationum † in rebus dubijs di-
xit Vdal.Zaſius in repetit.l.non dubium.ff.de legib.nu.7.
Coniecturæ autẽ definitio varie ſolet à doctoribus tradi:
vt varias in vnũ collegit idẽ Mãtica loco proxime citato, &
ibi.n.9.aliorũ definitionibus pro nihilo habitis aliam marte
15 ſuo excogitauit, Inquiens† cõiecturã eſſe rõnabile veſtigiũ
latẽtis veritatis,vñ naſcitur opinio ſapientis, ibique ſingulas
ſuæ definitiones partes examinat , & probare nititur ipſã ex
genere,& differẽtijs cõſtare alijſq; requiſitis,quæ ad verã, &
legitimã definiendi methodum pertinent,illum adeas, & tuũ
lector eſto iudicium, an ab ipſo recte fuerit definita conie-
ctura .
Huius autẽ coniecturæ tres eſſe formas idem docuit Man-
tica,de cõiect.vlt.volũt.li.1.ti.2.ſed eiuſdem cũ pręſumptio-
ne coniecturam eſſe naturę accipit.Hinc fit,vt cõcinetur iiſdẽ
16 diuidi poſſe modis†quib.& præſumptio, vt quemadmodum
præſumptio tres habet ſpecies,h.e.aliã hoĩs,aliã iuris, & aliã
iuris & de iure,ſic de coniectura,quæ à præſumptione,vt iam
dictum eſt;reipſa non diſtinguitur, debere intelligi . De iſtis
pręſumptionum formis à nobis nõ eſt hic immorandum,cum
(vt noſtis)paulo ante in c.de præſump. de vnaquaque fuerit
17 traditum.Illud tñ in præſentia addã, † aliam lenẽ,aliam gra-
uẽ,aliam violentam eſſe cõiecturã , vt de præſumptione pro-
didit Aucharan.in cõſ.302.nu.1.& Soc.ſen.in cõſil.160. vol.
& infra terminum citatos; etenim elapſo ẽt termino potue-
runt examinari, illorumq; depoſitiones cenſentur omnino fa
37 ctæ infra terminum, † teſtis. n. depoſitio ad iuramenti tempus
retrotrahitur, vt reſpõdit Roman. in conſ. 443. quo ad primũ
ſcilicet, nu. 5. & 6. quo in loco multis iſtud rationib. corrobo-
rat. Abb. in c. licet cãm. col. 6. de proba. qđ & ſciuere Dom. de
Rot. in deciſ. 345. nota qđ vbi eſt datus, in antiquis. alias ter-
tia. de dilat. & in deciſ. 587. alias 26. vtrũ duo mẽſes. de prob.
in antiq. ſicq; in praxi obſeruari ſolere tradidit Maran. in ſuo
trac. de ord. iud. 3. actu tit. de dilat. n. 19. ſi vero terminus fue
38 rit pſcriptus ad probandũ, † & probatũ cõſequendũ, tunc vt
iurẽt, nõ ſatis eſt infra terminũ, niſi ẽt intra illũ rogẽtur, alio-
qui poſtea nõ admittũtur, ſi ſine dubitatione tenuit Abb. ĩ d.
c. licet cãm, col. 6. & 7. de prob. & Soc. in cõſ. 47. col. 3. vol. 4. &
rñdit Bellam. deciſ. 715. ſi dato peremptorio. verſ. quid plura.
Bal. ẽt in cõſ. 153. in 5. vol. At circa hanc qõnem inſpicias, quę
tradidere Archidiac. & Io. And. in nouell. in c. pia. de except.
lib. 6. Speculat. tit. de teſte, §. qualiter. verſ. is quoque. & ibidẽ
Ioan. And. in addit. Calder. conſ. 1. ſub rubr. de teſtib.

Nec

Digitized by Google

Nec videre prætermittes DD.de Rot.in deciſ.74.alias 3.li
cet in remiſſione,de teſtib.in nouis,& deciſ.465. extra Rut.
in nou.quibus in locis ab illis legum Coryphæis ſolet inueſti
gari,an pars requiſitā diligētiā adhibuerit, vt teſtes rogarē
39 tur,† & per eam nō ſteterit, quin intra terminum teſtes exa-
minarentur,in quo caſu ad examen poſt terminum accipiun-
tur:aliter vero ſi fuerit adeo negligens,vt nihil intra terminu
petegerit. tunc enim ipſi eſt id adſcribendum, iidem etiam
40 Domini de Rota † iſtam poſt terminum ad examen admiſſio
nem de æquitate quadam,& non de rigore iuris eſſe dixere:
cum rigor iuris id poſt terminum non admittat.

Verum nolim illud,quod ſupra dicebamus,probationē eſ-
41 ſe faciendam poſt, †& non ante litis cōteſtationē,ſine decla-
ratione pertranſire.Quamplurimi.n.ſolent contingere caſus,
in qnibus nulla litis expectata conteſtatione probationes p
teſtes poſſunt fieri Ex quibus ille caſus eſt,qn̄ teſtes habētur
valetudinarij, qui ante litē conteſtatā rogari poſſunt propter
periculum imminēs,quod in morte verſatur: vt eſt ſancitum
in c.qm̄ frequen.vt lite non conteſtata.ex iſtorum ēt numero
42 ille eſt,† cū interrngandi exhibentur teſtes, qui diu ſunt ab-
futuri: nā & iſtiuſmodi ante litem conteſtatā debere recipi,
oēs rn̄dere iuris interpretes in d.c.quoniā frequenter. pract.
Papien in ſor.capitulor.qn̄ teſtes produc.ad æter.rei memor.
in gl.1.& Soci.ſen.in cōſ.244.col.3.li.2.& Soci.iun.in cōſ.86.
nu.14.vol.2.Quocirca illud in vniuerſum verū eſt, cū mortis
imminet periculū,vel ob ſenectutē,aut pp aduerſam valetudi
nem,ſiue qn̄ alijs mudis ipſorū vita in diſcrimen verſatur,vt
ſatis venuſte explicauit recenter doctiſſimus Iac.Menoch. de
arbit.iud.lib.2. cent.1.caſu 6u.61.& 62.Adeas ēt Speculat.tri
ginta ſex enumerantē caſus in tit.de teſte, §.nunc tractemus.
quos per te ipſum examinare poterit: cum præcipue de hac
re latius ſupra dixerimus in c.de prima ſpecie probat.quę fit
p teſt.verſ.vbi,apud quem,& à quo,&c. nu.43.cū plurib.ſeq.

Nec vnquam mihi imperare poſſem, vt illud præterirem,
probationes poſt litē conteſtatā perpetuo non accipi ſolere,
43 ſed tunc demū † cum ſit in cauſa concluſum, qua peracta, a-
ctorū productioni finis imponitur, adeo vt nihil aliud poſt
eā,quod ad cauſam ſpectet,produci poſſit, & nihil aliud ex-
pectetur,præterquam ſola ſententia.Huius enim vocis cōclu-
ſio,etymon omnibus prubationibus & defenſionibus produ
cendis fuiſſe renunciatum innuit. Conclnſio etenim in cauſa
44 partibus os obſtruit,& claudit † vt probationib. nullus am-
plius relinquat locus, vt nouiſſime teſtatū reliquit Bononien
ſis recens auctor in fua pract.indiciar.ca.2u.nu.22.ex allega-
tis ibi per eum,& ſupra per nos in ca.6.de 2. probationū ſpe-
cie,quæ fit per inſtrumenta,verſ.res exigit,traditum fuit.

Hoc verò nō ita ſiccis (vt aiunt) pedibus eſt prætereundū.
Multos etenim reperias caſus,in quibus ēt poſt litē conteſta-
45 tam probationes accipiuntur, quurum primus eſt † cum de
cauſa capitali agitur,in qua ad defenſionē rei puſſunt ēt poſt
in cauſa cōcluſum recipi teſtes,& defenſiones ad innocentiā
probandā,vt docuit Bart.in l.1.§.fi.ff.de quæſt.& in l.diui fra
tres.ff.de pęn.permultos ēt refert Maranta, de ord.iudicior.
in 2.par.princ.actu 3.nu.3. Præterea nec iſtud ſibi locū ven-
46 dicat † in cauſis beneficialibus,in qnibus, vel poſt factā con
cluſionem probationes accipiuntur,vt cauere Dn̄i de Rot.in
deciſ.1.ſi poſt cōcluſionē,aliàs 5.& deciſ.2.per eadē, aliàs 6.
de teſtib.in nouis.& deciſ.3u.fuit dubitatū,& per me in rela
tionib.publicis puſitū.in nou.dicētes de æquitate canonica,
47 & ſtylo palatij † in cauſis beneficialibus,& matrimonialibus
articulos admitti puſt concluſionē in cauſa,quod idē vr ſen-
tire Rut.in antiq.deciſ.257.ſciēdū eſt,quod qn̄ in cau.benef.
ſentiens auditorē in beneficiali cauſa poſſe pro iuſtiria reci-
48 pere (vt appellāt) informationē, † licet ſit in cauſa cōcluſum,
concluſioq; renocanda ſit,huius rei illa pōt aſsignari rō,nam
cum de beneficijs præcipue curatis agitur,ſuperior etiā poſt
concluſionē in cauſa,ēt partibus inuitis, ex officio ſuo nouas
recipit probationes,& negotium,ac ſn̄iam diligenter perpē-
dit,& examinat,propter animarum periculū, & ne quis per
ſurreptionē ad dignitatē aſcēdat,iuxta Rot.d.deciſ.1.alias 5.
de teſtib.in additione.adducit Inn.in c.Bertol.de re ind ſeq.
Feli.in c.cū dilectus, nu.13.& 14.verſ.modo iſtum tex. de fi.
49 inſtru.alleg.eund.in cōſ.74 Titius fuit decem,vbi aſſerit † iu
dicē ex officio ſuo poſt cōcluſum in cauſa poſſe recipere pro
bationes propter animæ diſcrimen,quo in loco etiam videre
poteris eundem connumerantem quamplures alios caſus, in
quibus probationes admittuntur,poſtquā fuerit in cauſa cō-
cluſum.Inſpicias etiam Mil.in repert.in verb. cōcluſio in cau
ſa,Guid.Pap.in quęſt.201.Renunciatione,additio.ad Capel.
Thol.q.12.nu.2.& ad q.146.nu.2.

Illud etiam ſilentio non eſt prætereundum, quod tradidit
Bal.in auth.iubemus.C.de iudi.& Feli.in c.cū dilectus,nu.2.
50 vbi declarat, de fide inſtrumentorū.† iuris allegationes poſt
litē cōteſtatā admitti,cuius rō eſt,quia iuris allegationes, vt
noſtri loquuntur,nō ſunt de proceſſu,& tantūmodo fiunt, vt
iudex inſtruatur,vt renuit Inn.in c.per tuas.de teſtib.& Alex.
in d.auth.iubemus.C.de iudic.Marāta de ord.iudi. par.6.tit.
51 de actor.edit 10.actu,nu.50.Hinc fit † vt quāuis in actis pdu
ctæ ſint,alteri parti non debeant edi,ex iā allatis auctoritati-
bus,etſi huic contrariam ſequutus ſit ſn̄iam Iaſ.in l.1.is apud
52 quem.col.2.& in l.1.§.edenda.ff.de edēdo,ea ratione,† quia
poſtquā allegationes in actis fuere regiſtratę,cōes factæ ſunt,
& propterea ſunt edendæ,vt cætera communia.

Hos tn̄ inter ſe hunc in modū cōciliare poterit,vt Innocen
tij,& aſſeclarum tunc demū vera ſit opinio,cū pars allegatio
53 nes non præſenat in actorum modū in proceſſu, † ſed priua-
tim ſolum iudici offert, vt melius doceri de cauſa poſsit, no-
litq; vt de actis ſint,tunc profecto verum eſt,ne edantur, illo
namq; caſu cōes non ſunt effectæ,cū extra proceſſum produ-
ctæ ſint,ſicque in praxi quotidie obſeruari ſenſit Marāta loco
54 citato.Sed Iaſonis ſn̄ia vera tunc erit † cū is,qui allegationes
produeit præſentatā in eis ſcribēdā,& in actis illas regiſtran
das curat,nā tunc erunt edendæ,d.l.1. §.edendæ.ff de eden.
Quinetiā poſt concluſionē in cauſa minores,mulieres, & ec-
55 cleſias,vt in integrum reſtituātur,petere poſſe † explorati iu-
ris eſt,qnia cum ſit concluſum,iſtiuſmodi læduntur, vt tradi-
dit Maranta de ord.iudicior.6.par.tit.de cōcl.in cauſ.act.15.
nu.3.qui ita ſentire Andreā de Iſern.in conſtit.obſcuritatem.
& habeti per Dd aſſerit in c.auditis.de in integ.reſtit.
56 Inſuper iuramenti ſuppletorij probatio † ēt ſi cauſa fuerit
concluſum,pōt admitti,modo tamen ante ipſam concluſionē
fuerit petitum,vt docuit idē Maranta d.actu 15.nu.4.vbi cō-
uenientia adducit, ſubiungens illud ita intelligendum eſſe,
quod dixit Alex.in conſ.53.col.fi.vol.1.

Nec ad idem Bal.doctrinā in rubr.C.de probat.col.3.verſ.
57 ego aliter,& ibi etiam Paul.Caſtrē.miſſam faciam † partis ēt
confeſsionem poſt concluſionem recipi.

Ad hoc addendū erit,probationem per euidentiam rei, &
58 loci aſpectū admitti,cū iſta probatio † quodcūque probatio-
nis genus lōge ſuperet,vt eſt ſn̄ia eiuſdē Bal. in l.cōtra negan
tē.i fi.C.ad l.Aqu & in l.ſi quis teſt.C.de teſt. & aſſentit huic
Marāt.eod.actu 15,n.6.quo in loco nōnulla tibi ſuppeditat,q̄
poſt concluſionē in cauſa fieri pn̄t, quę hic à nobis recenſeri
indignū ſumus arbitrati, cū extra propoſitam videantur ma-
teriam,lector illum adeas,ſi libuerit,atque ſi tibi fuerit opus.

Poſtremo loco nobis illud eſſet explicandū, cui ſit faciēda
59 probatio.† Verūtn̄.qm̄ ſuperius in c.quid ſit probatio,in ver.
ſubijciemus ēt,nu.24.ea attuliſimus, quæ ad huius qōnis bre-
uiſsimā declarationē ſpectare videbātur,hic nō eſſe repeten-
da cenſemus,ſed ad eundē locum te reijcio,vbi diſpicere po
teris,probationes iudici non parti faciendas eſſe, etſi quan-
doque parti fiant,vt in caſibus ibidem expreſsis, adeas etiā
Dec.in rubr.de probat.nu.25.quo in loco idem explicat.

Hæc habui cādide Lector,quæ pro aliquantula operis no-
ſtri Probationū declaratione breuiter, & enucleate dicerem,
ſcio,& apertiſsime diſpicio plura fuiſſe ꝓtermiſſa, multa ru-
di,indigeſtaque forma appoſita,nōnulla ita accuratè nō fuiſ-
ſe explicata,vt legentiū animus fortaſsis exigeret;ſed qm̄,vt
& ipſo egreſſu dicebamus,mētis noſtræ intentio tota nō fuit,
vt in his veluti pręluſionibus,atque præludijs diutius immo-
raremur,& multū operæ inſumeremus:cū hæc tradēda in vni
uerſum cenſuerimus, vt ad maiora aſcēſum præſtare poſſent,
iccirco ne mireris ſi, ita ad vnguem,& ad amuſsim multa non
fuiſſe tradita deprehendes.

Quæ omnia ex ipſo fonte,id eſt à concluſionū noſtrarū vo
lumine ipſo commodius petes, quando aliud eſt propinare,
aliud omnem ſeriem retinere. Quocirca ſi forte nonnulla te
deſecerint,concluſiones noſtras adire poteris, vbi omnia fe-
re quæ ſub probationum materiam cadere poſſunt, ad ſaturi-
tatem congeſsimus, & accumulauimus.

CON-

Digitized by Google

A

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

An Abbas, vt Abbas aliquid faciens, ſe Abbatem eſſe probare cogatur.

SVMMARIA.

1 *Abbas ſi aliquid tanquam Abbas facit, debet ſe Abbatem probare. & quando, nume. 4.*
2 *Exprimens ſe magiſtrum, vel presbyterum, vel aliam habere prærogatiuam, probare illam opus eſt.*
3 *Appellatione prælati venit etiam abbas.*
4 *Abbas antiquus probat ſe Abbatem per communem vulgi opinionem.*
5 *Præſumitur pro eo, qui multo tempore in beneficio deſeruiuit, illum fuiſſe canonice promotum, & nu. 9*
6 *Abbas, qui diu fuit in poſſeſſione, & illam probans ſufficit ei, abſque eo vt probet titulum, & nu. 8*
7 *Prælatus, vel alius vbi diutius fuerit in poſſeſſione, & ſit, non poteſt admitti contra eum exceptio defectus tituli.*
Intelligentia non datur deciſio. Rot. Roman. 335. nota cum poſt, in antiquis, ibidem.
8 *Rectori Eccleſiæ ſufficit longo tempore pro rectore in eccleſia eum habitum fuiſſe pro vero rectore & nu. 10.*
9 *Subdiaconus præſumitur, qui multo tempore in illius ordine ſeruauit.*
10 *Rector ſi fuit longo tempore in poſſeſſione, & communiter pro tali habitus, ſufficit hoc tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*
11 *Vt quis in beneficij poſſeſſione manu teneatur, ſufficit fuiſſe in illius poſſeſſione, ſicut vt ſibi beneficium adiudicetur.*
12 *Poſſeſſio diutina deducta, & probata in iudicio, leuat onere probandi titulum, & quando procedat. nu. 14.*
Titulus ex poſſeſſione probata in dubio præſumitur. nume. 12. non tamen huiuſmodi probatio ſola titulum transfert.
Ex tempore pro clericatu præſumitur, numer. 12. & quando, procedat numero 14.
13 *Præſumptio quantumcunque vrgens ſemper debet allegari.*
14 *Probationes debent plene fieri in materia obſeſſiua.*
15 *Veniens per viam obſeſſus non ſufficit probare pro abbate haberi.*
16 *Obſeſſus in criminalibus plene probandi.*
17 *Poſſeſſio diutina quo pacto accipiatur.*

ABBAS, ſi aliquid tãquã Abbas facit,
1 debet probare ſe talem† vel ſaltem eſ
ſe in quaſi poſſeſſione abbatię, vt ſcri
pſit Alex.conſ.70.col.fin.nu.15.verſ.
item non eſt probatum. vol.3.qui ad
hoc citat Hoſt. & alios Canoniſtas in
c.innotuit.de eo.qui furt.ord. ſuſce-
pt.lo.And.in c.ſuper his. de accuſat.
Inn.in c.veniens.de verb.ſignific. nu
* mero 4.verſ.& hæc vera videntur.& Ant.de But. in cap.quid
per nouale.nu.16.verſ.quandoque factum.dicto titul. huc re
ſpexit Rot.decif.349.nota quod ſi impetrans, in antiquis, vbi
2 † ſi quis ſe magiſtrum eſſe, vel presbyterum profeſſus fuerit,
vel alias habere prærogatiua,re deducta apud iudicem onus
ipſi probandi incumbet. His fere conceptis verbis tradidit
Bellam.dec.113.& 114.facit context.in l. non ignorat. C.qui
accuſ.non poſſ.& ibi late Bald.qui licet cum nonnullis ſupra
relatis Dd.loquatur in prælato,tamen idem eſt in abbate:et-
3 enim appellatione † prælati venit etiam Abbas, vt eſt text.
iuncta gloſ.in capit.decernimus.& ibi Abb.de iudic.eſt text.
in capitul.1.de ætat,& qualit.gloſſ.in capit. indemnitatibus,
de elect.libr.6.Abb.in capit.cum ab eccleſiarum prælatis, in
princ.de offic.ordin.late per Quintil.Mandoſ.in commen.ad
reg.Cancell.reg.26.quæſt.6.nu.4.Innoc,cap.quoniam.§ por
ro,vt lit.non conteſt.& in cap.firmiter. de ſumm. Trin. & fid.
catho.
4 Intellige prædicta procedere † quando contra Abbatem
mouetur quæſtio, ipſum non eſſe Abbatem, & recens fuerit
creatus Abbas;tunc etenim ei incumbit onus probandi ſe eſ-
ſe Abbatem aliter, quam per communem opinionem, ſecus
eſt in Abbate antiquo,& quãdo quæſtio mouetur inter alios,
vtrum ſcilicet talis ſit Abbas: eo enim caſu ſatis eſt probare
ab omnibus haberi pro tali,vt proditum eſt per Innocent in
dict.capit.veniens.poſt num.4.de verbo.ſignif.& per Abbas
dict.cap.innotuit.numero 6.de eo qui furt.ord. ſuſcep.& per
Alex.conſ.138.nu.7.ſub fin.verſic.his conſonat ſententia In-
noc.vol.1.& per alios ſupra relatos ab eodem Alex. in dict.
conſ.70.vol.3.& per Bart.in l.actuarios. C. de num & actua.
lib.10.optime deſeruiunt tradita per Boer.deciſ.123.nu.14.
& per Soc.ſenior. conſil.1.num.4.vol.2.huc ſpectat etiam de
5 ciſ.Rotæ 84.nota quod vbi contra.in antiquis:† vbi præſumi
tur pro eo,qui diu deſeruierit in beneficio, illum fuiſſe cano
nice promotum,idem docuit Ant.de But.in c. quid per noua
le.ſub nu.16. verſic.ad primum.de verb.ſign.
6 Secundo intellige hanc concluſionem† vt vera ſit,vbi Ab-
bas fuerit in poſſeſſione Abbatiæ, & longo tempore vixerit
vt Abb.quia tunc ſatis eſt probare poſſeſſionem abbatiæ abſ-
que eo, quod probetur titulus per litteras, vel per teſtes: vt
colligitur ex Rot.deciſ.264.talis opinio,in antiquis, ad hoc
affert axioma Innoc.in c.ſuper his.de accuſ. Illud inſuper ad
* dens;iſtam * opinionem ſecundum æquitatem ſemper con-
ſueuiſſe obſeruari.arg.l.3.ff.ad Macedon.iuncta l. Barbarius.
ff.de offic.Prætor.huius etiam fuit ſententiæ Abb. in c. nihil.
7 col.fin.de electio. aſſerens, quod vbi ſi prælatus † vel alius
diu fuerit in poſſeſſione, non poteſt admitti contra eum ex-
ceptio defectus tituli,ex cuius Abbatis pronunciato declara
tur nouiſſime deciſio Rotæ 335. nota cum poſt. in antiquis:
quæ ſine vlla dubitatione aſſerit, contra prælatum agentem
pro eccleſia ſua non admitti exceptionem,ſi obijciatur, non
eſſe prælatum nec in poſſeſſione prælaturæ ſuæ Eccleſię:quia
intelligi debet,quando longo tempore fuit in poſſeſſione ip-
ſius prælaturæ iuxta ſententiam eiuſdem Abb.in d.c.nihil.de
elect.tradit Feli. in c.1.in princ.de litis conteſt.& in c illud.
8 nu.5.verſ.nota primo.de præſump. vbi voluit † ſatis eſſe ali-
quem longo tempore in Eccleſia habitum fuiſſe pro vero re-
ctore:quia inducitur præſumptio tituli,ſiue agatur poſſeſſo-
rio,ſiue petitorio: huiuſque rei teſtẽ adducit Inn. in c. ſuper
9 his.de accuſat.inferentem ad illum † qui diu exercuit ordi-
nem ſubdiaconatus,qui præſumitur ſubdiaconus,& hunc ſe-
quitur Dec.conſil.118.viſo inſtrumento promiſſionis col. 2.
vbi ſequitur Rot.deciſio.264.nota,quod talis opinio in anti-
quis.concludit,vbi quis longo tempore fuit in poſſeſſione tã
10 quam rector† & iſtiuſmodi ab omnibus æſtimabatur, hoc ſa-
tis eſſe tam in petitorio,quam in poſſeſſorio, vt etiã videtur
ſentire Socin.conſ.258.in cauſa Vicarij.col.2.lib.2. Et farinæ
huiuſce multa operæ pretium fuerit videre tradita per Me-
noch.de recupe.poſſeſſ.nume.443.vſque ad numer.471.re-
med.5.
Primo ſublimita,vt prædicta procedant, quod ad id ſpe-
11 ctat, vt ſi quis manu teneatur in poſſeſſione beneficij † non
tamen

tamen ſufficere, vt ei adiudicaretur beneficiũ: vt voluit Rot.
deciſ.464.in antiquis, aſſerens iſtiuſmodi pręſumptionẽ non
efficere, vt poſſit adiudicari titulus beneficij, niſi probetur ve
rus titulus.c.1.de reg.iur.in 6.& ſentit Rot.deciſ.343.nõ præ
ſumitur.& deciſ.312.cler.exiſtens in poſſeſſ.& deciſio.40.vbi
reus, omnes, in antiquis. Vnde nota, quod ex poſſeſſione ſola
tempore nullo beneficij poſſeſſor ius præſcribit: quin tenea-
tur ſuperiori ita iubenti oſtendere verum titulum. Menoc.de
* recuper.poſſeſſ.nu.461.remed 5. Ratio eſt, namque in benefi
cialibus fas non eſt ea poſſidere abſque titulo, vt eſt* commu
nis opinio teſtimonio Caſſiodor.deciſ.2.tit.de cauſ.poſſeſ.&
propriet.& ex hoc collige auream limitationem ad regulã,
quod nemo regulariter cogitur docere de ſuo titulo, vt eſt
communis concluſio in l.cogi.C.de petit.hæred.

Secundo ſubintellige omni in caſu procedere, ſi huiuſmo-
di diuturna poſſeſſio fuerit probata, & deducta in iudicium
12 † quia tunc leuat onere probandi titulum, qui titulus præſu-
mitur ex illa poſſeſſione probata: vt habetur in c.ſi iudex lai
cus.de ſent.excõ.& notatur in allegata deciſ.32.in antiquis:
ſecus quando non eſt deducta & probata poſſeſſio: quia tũc
non procedit, quod eſt dictum, vt ex tempore præſumatur
pro clericatu: ita alias vidi in quibuſdam allegationib. olim
Domini Angeli de Ceſis, qui ſua ætate celeberrimus in Curia
Romana aduocatus fuit, in quadam Lugdunenſ Parochialis
Sancti Sulpicij coram tunc reuerendo Patre Domino Nico-
lao de Aretio ſacræ Rotæ auditore. Quod etiam confirmatur
13 ratione ex eo † quod præſumptio quantumcunque vrgens
ſemper debet allegari.clem.appellanti, de appellationib. ẽt
ſi ſit præſumptio iuris, & notoria, textus eſt ordinarius in l.ſi
adulterium.§.idem Pollioni.vbi Bar.ff.de adult. & eſt cõmu-
nis opinio, vt tradit Crau.conſ.257.col.fin.

Tertio intellige concluſionẽ, vt non procedat, quando per
14 aduerſarium contrariũ probaretur † quia forte exciperetur
de excommunicatione, quæ etiam per præſumptionem pro-
batur, ſecundum communem opinionem, de qua Pariſ.conſi.
104.nu.5.libr.4.vel conſtaret de vitioſo ingreſſu, puta per in-
truſionem, quæ titulum, & poſſeſſionem elidit intantũ, quod
ſpoliatus, qui alioqui ante omnia reſtituitur, ob eiuſmodi vi
tium non reſtituitur, vt per Men.de recup.d.reme.25.nu.464.
vel probaretur de non promotione, quo caſu eſſet materia
obiectiua, & deberet plene probari: vt per Bellam.deciſ.154.
verum ſi in caſum: nam tunc poſſeſſio longe non releuat poſſi
dentem, ex quo illa poſſeſſio tuetur tantummodo poſſeſſorẽ
beneficij, & non confert titulum, vt ſupra proxime diximus,
notat Fel.in c.ſicut.nu.29.verſ.3.aduerte de re iudic. & in c.il
lud.nu.6.verſ.3.eſt aduertendum, de præſump.poſt Hoſtiẽ. &
Abb.& alios ibi.per tex.in c.dilectum.de præb. & ibi Abb. in
2.col.dicens, prælatum, qui diu ſuſtinuit ſubditum, licet non
poſſit eum cogere ad oſtendendum titulum: poſſe tamen aſſu
mere onus probandi de non titulo, quod quidem fuit prola
tum à Caſtr.in conſ.48.col.5.& Imol.conſ.100.col.1.

15 Quarto intellige, vt non procedat, † qñ aliquis poſſeſſionẽ,
ſeu communem opinionem prælaturæ ſeu clericatus obijce-
ret alicui, quem diceret excommunicatum ex eo, quod manus
violentas iniecerit in clericum, ſiue Abbatem: nam tunc non
ſufficiet probare illum pro Abbate haberi, decidit Biſignet.ti.
16 de probat.deciſ.2. Ratio eſt † quia in criminalib. obiectiones
debent eſſe luce clariores, vt l.ſciant.C. de proba. & dicitur in
d. deciſ. 2. Cætera commodius explicabuntur in concluſione
clericatur, in concluſione ordo, in concluſione promotus, &
in concluſione titulus, infra ſuo loco. adeas etiam in conclu-
ſione prælatus, in concluſione poſſeſſorio, & in concluſione
agens.

17 Quo pacto autem accipiatur † iſta diuturna poſſeſſio, con-
ſulendus erit Io.de Ana.in c.licet Heli.col.13.in fi.de ſimon.&
Felin.in c.illud.nu. 4. & ſeq.de præſump.& late in c.ſicut nu.
29.cum ſeq.de re iudic.quibus in locis prædicti in ea eſſe opi
nione videntur: ſatis eſſe ſpacium triennij, & in quibuſdã ca-
ſibus decennij, & quandoque etiam annus vnus integer ſuffi-
cit, Rebuff in ſua praxi benef.gl.6.in rubr. de impetr. benefic.
&c.13.requiſito.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

An & quomodo Abbatis acta, vel Prælati conſenſu Conuentus, vel Capituli facta præſumantur.

SVMMARIA.

1 *Acta abbatis præſumantur facta de conſenſu cõuentus, idem de prælato ac conſenſu capituli, & quando hoc procedat, nu. 4 & 10*
2 *Quilibet bene agere præſumitur, & ſemper præſumptio delicti excluſiua admittitur*
3 *Acta in dubio debent intelligi, vt potius valeant &c.*
4 *Conſenſus regulariter non præſumitur, & nu. 7 & 9. & quando præſumatur. num. 10.*
5 *Solemnitates extrinſecæ diuturnitate temporis præſumuntur interueniſſe, quando eſt cuius initij memoria non extat nu. 6 & nu. 9.*
6 *Solemnitates præſumuntur, ſi de modico [illegible] agatur.*
7 *Conſenſum aſſerens interueniſſe in aliquo actu, illum probare debet.*
8 *Abbas debet probare conſenſum conuentus interueniſſe in actu, ſi opponatur ante illius executionem, etiam ſi ſufficiat tacitus conſenſus in actu interueniſſe.*
9 *Conſenſus expreſſus vbi requiritur, pro eo non præſumitur, nec tacitus aut coniecturalis ſufficit. & quando præſumatur, num. 12.*
10 *Conſenſus præſumitur etiam in caſu quo expreſſus requiritur*
11 *Filius, qui diu res hæreditarias poſſidet, præſumitur iuſſu patris præcedente adiuiſſe.*
12 *Præſumitur pro reo poſſeſſore, & pro actore ſi eius poſſeſſio ſit antiqua, vel actus ante quos ſine poſſeſſione.*
13 *Præſumptio iuris, tantum admittit contrariam probationem, ſecus iuris, & de iure.*
14 *Abbatis confeſſio excludit malam fidem, vt præſcriptio procedat, & quando procedat.*
15 *Acta Abbatis depoſiti non præſumuntur de conſenſu conuentus facta.*

1 ABbatis acta præſumi facta conſenſus conuentus † docuit
Luc.de Penn.in l.princeps.colum.2.in 20.præſump.C.de
princ.agen.lib.12 adducit Innoc.in c.ea noſcitur.de his quæ
fiunt à prælat.& per eundem Innoc.in c.veniens, in vlt.col.in
gl.in verb.contra dicit, de præſcr.gl.in d.c. cognoſcitur Rot.
deciſ.337.in antiq.& deciſ.105.vbi præſentatio, & deci.248.
prælatus.in antiquis, vbi in terminis habetur, prælatum, cum
agit nomine ſuo, & conuentus, præſumi agere conſenſu con-
uentus, cui deciſioni adhæret Fel.in c. edoceri. col.1.verſ.ſo-
lus prælatus.de reſcr.& dixit Nicol. Ab. Panorm.in clem.ve-
niens.col.6.in fi.de reſcr.quod etiam tradit Mil.in repert. in
verſ.prælatus præſumitur, inquiens pręſumi prælatum feciſſe
ea quæ fecit conſenſu capituli: idem voluit Auguſt.Bero.in c.
ex litteris, nu.21.de iure patr.facit l.ſiue poſſideris. C.de pro
bat.Ad hoc etiam erunt in conſilium adhibendi Arch. & Præ
poſit.c.diaconi.c.vlt.93.diſt.Card.conſil.118.Lambertin. de
iure patron.art.12.2.q.princ.1.parte 2.lib.nu.10.Abb.in d.c.
cognoſcitur.nu.9.de bis quæ fi.à prælat.Rot.deciſi.471.alias
4.in cauſa benefic.de confeſſ.in nouis, Bell.dec. 705. ſi appa-
ret, & 473.alias 3.ſi apparet de præſc.in nou.Neuiz.in conſi.
66.n.56.Rip.li.2.reſponſorum, de reſcr. & Bal.in Margarita,
ver.Abb.nu.14.& Hoſt.in ſumm.de his, quæ fi.à præla.

2 Quod quidem ea fortaſſe ratione procedit † quia quilibet
præſumitur recte munus ſuũ obire.c.ad audientiã, de præſcr.
nec præſumitur in eo delinquere, c.ſi.de pręſump.idẽ memo-
riæ mandauit Card.Zabarella conſ.118.Redemptoris poſtu-
lato.col.2.in fi.verſ.tũdeo: vel quia acta in dubio debẽt ſic ac
3 cipi, vt potius valeant † quam pereant, d.l.quoties.la 1.& ibi
Soc.ff.de reb. dubijs, notat Rol.à Valle.in conſ.95.nu.17.vol.
1.Io.de Amicis in cõſi.82.n.6.& Ruin.in conſ.26.vol.2.prout
abbatis acta petirent, ſi ſine conſenſu capituli facta præſume
rẽtur, arg.tex.in c.quanto, & d.c.ea noſcitur, de his quæ fiunt
à præla.notat ẽt Anch.in conſ.53.nu.3.& Rom.in cõſ. 36.n.2.

Contrarium videtur ſentire Anch.d.conſ.57.nu.5.& ſequ.
& Grat.in conſi.59.nu.19.vol.1.vbi clariſſime inquit, regulari
4 ter conſenſum non † præſumi, cui aſſentiri videtur Roc. de
Curt.in tract.iuris patr.verſ.competens alicui.12.quæſt.

Sed intelligenda concluſio eſt, vt tunc procedat, vbi Abb.
habeat capitulum, ſiue conuentum tempore actus, quod pro
bari debet præcipue ſecundum Anch.in d.conſ.57.nu.5. Verũ
tamen diffiteri non poterit, prout ipſe dicit, præſumptionem
eſſe, abbatiam habere capitulum.

Ex hac concluſione primo infertur, abbatem conſtituentẽ
procuratorem præſumi ex conſenſu conuentus inſtituiſſe. Ita
tradidit Abb.in d.c.ea noſcitur.nu.9.& Inn. ibid. num.2. Bal-
duin.etiam meminit in Margarita, in verb.Abb.nu.12.

Secun-

Secundo infertur, præſentationẽ ab abbate factam ex con-
ſenſu conuentus factam præſumi, iuxta ſententiam gl. Innoc.
& Abb. in d. c. ea noſcitur. Rot. in deciſ. 337. in antiq. vbi ali-
quis, quod quidem fuit prius dictum ab Inn in d. c. ea noſci-
tur, & ſenſit Alexãdri. poſt Archid. in d. c. diacon. l. vlt. 93. di-
ſtin. quam adducit Roc. de Cur. in d. ſuo tract. de iure patr. in
verſ. competens alicui, in 11. quæſt.

Ideoq; ſi Abbas litteras non oſtenderit, poterit tñ Epiſco-
pus tuto hmõi præſentationem admittere: nam iſta præſum-
ptio adeo eſt efficax, vt ei ſtetur, niſi contrarium probetur, vt
voluit Innoc. vbi ſupra, & huc pertinet Pauli reſponſum in l.
ſi. ff. de tut. & curar. & Rot. d. deciſ. 337. in antiquis.

Amplianda eſt hæc concluſio, tunc potiſſimum procedere,
5 concurrente. ſ. diuturnitate tẽporis, † nã conſenſus capituli,
tractatus, & aliæ ſolẽnitates diuturnitate tẽporis interceſſiſſe
præſumuntur: vt rñdit Alex. in conſ. 79. in 2. dub. volu. 1. Dec.
cauit. in conſ. 36. col. pen. in princ. & in conſ. 152. nu. 4. conſu-
luit Rolan. à Valle. in cõſ. 99. nu. 27. vol. 2 Ceph. docuit varijs
in locis in cõſ. 272. nu. 41. vol. 2. & in conſ. 148. nu. 17. vol. 1. &
in conſ. 135. nu. 26. eod. vol. quo tamen in loco dicit, id verũ
6 eſſe † ſi de modico præiudicio agatur: vt ẽt aſſerit Soci. ſen.
in conſ. 61. nu. 6. vol. 3. quod tamen locum ſibi vendicat, ẽt ſi
de magno tractetur præiudicio, teſte Crau. in conſ. 204. n. 10.
quando. ſ. eſt tempus, cuius initij memoria non extat in con-
trarium, ſi credimus Abb. in c. peruenit, de empt. & vend. vel
etiã quandoque ex curriculo annorum triginta, vt * cõmu-
nis eſt opinio teſte Bellono in conſ. 39. nu. 4.

Primo limita concluſionẽ non habere locũ, quando à con-
uentu obijceretur, à capitulo non fuiſſe præſtitum conſenſum
7 quia tunc in dubio præſumendum eſt pro non conſenſu, & o-
nus probandi conſenſum incũbit Abbati, namq; aſſerens con
ſenſum interceſſiſſe in aliquo actu, illum probare debet, argu.
l. actor. C. de probat. & l. 2. ff. eod. & animaduertit Soc. iun. in
conſ. 101. nu. 28. vol. 2. dũmodo conuentus id obijciat ſtatuto
tempore, vnde dicere ſolebat Abb. in d. c. ea noſcitur. ridicu-
lũ eſſe contrariũ arbitrari, ex quo ſemper Abbas diceret con
uentum cõſenſiſſe, quod maxime procedit in arduis, vbi pro
forma neceſſaria debet cõſtare de expreſſo cõſenſu capituli,
vt * cõis eſt opin. teſte Mediceo in ſuis reg. iur. in ver. Abbas.

Idem dicitur procedere, ſi opponatur ab extraneo, & op-
8 poſitio fiat ante executionem actus † quia tunc ẽt cõſenſum
fuiſſe præſtitũ, Abbas debet probare, quod itidem verum eſt,
ſi actus ſit, in quo ſufficiat tacitus cõſẽſus, quia nõ debet Ab-
bas cũ iactura illius, cuius intereſt, vagari. Actus enim ex ſe
eſſet nullus, ſi non interpoſitus fuiſſet cõſenſus, iuribus ſupra
adductis, ergo ille, cuius intereſt, põt vrgere, vt doceatur de
conſenſu, arg. c. cauſam. de indi. & eius quod not. gl. in c. 1. de
elec. li. 6. facit l. prætor. ff. de iureiur. & dicit Abb. vbi ſup. quẽ
ſequitur Lamber. in tract. de iure patr. art. 12. q. 2. prin. 1. par.
2. lib. nu. 9. & 10. Hoſtien. in ſumma vbi ſup. & Rot. deciſ. 473.
ſi apparet, in finalibus ver. in antiquis. & idem Bellamer. de-
ciſ. 703. ſi apparet. in fi.

Secundo limita non procedere concluſionẽ, vbi requiritur
9 conſenſus expreſſus † tunc enim nõ præſumitur pro cõſenſu,
qui eſt ſolennitas extrinſeca, quæ nunquã præſumitur, vt late
dixi in cõcluſione, ſolẽnitas extrinſeca, & tradit Abb. in d. c.
ea noſcitur. Crau. in conſ. 204. nu. 6. & Dec. in conſ. 409. nu. 3.
proinde nõ ſufficiet tacitus, & coniecturatus, prout ẽt reſpon
dit Rimin. in conſ. 82. nu. 10. vol. 1. & Ioã. de Amic in cõſ. 98.
nu. 2. & tunc requiritur cõſenſus expreſſus, quando pertinet
ad perficiendum actũ, & vt confirmetur, vel probetur, ſufficit
tacitus, vt inſigniter declarat Soci. ſen. in cõſ. 80. n. 21. vol. 4.

Contrariũ tamen videtur ſentire idem Ioan. de Amicis in
10 conſ. 63. nu. 26. † vbi expreſſe voluit conſenſum præſumi tunc
ẽt cum expreſſus requiritur, motus auctoritate iuriſcõſulti in
l. qui in aliena. in prin. iuncta l. ſi quis mihi bona. §. iuſſũ. ff. de
acq. hære. vbi filius, qui diu poſſedit res hereditatis, præſumi-
tur adijſſe præcedẽte patris iuſſu, & præcipuus tamen iuſſus
11 & † expſſus pro forma requiratur. De hoc tamẽ dicemus inf.
in concluſione, cõſenſus, & in cõcluſione. Aditio hæreditatis.

Hic tamẽ intellige, & declara, vbi requiritur cõſenſus ex-
preſſus, ſi actus ſit hmõi, qui in ſe poſſeſſionẽ, vel quaſi conti-
neat, & ille qui in mediũ affert cõſenſum capituli, ſit etiã in
12 poſſeſſione, præſumi pro conſenſu, ſi eſt reus, † & idem ſi eſt
actor, dũmodo eius poſſeſſio ſit antiqua, ſecus ſi eſſet recens,
quod ſi actor non habeat poſſeſsionem non præſumitur con-
ſenſus, niſi ſit actus vetuſtiſsimus, vel ſit lata ſententia, vt tra-
didit Anto. in d. c. ea noſcitur. de his, quæ fi. à præla. quem ſe-
quitur Mil. in repertorio, in ver. Prælatus præſumitur.

Tertio limites hãc eſſe præſumptionẽ iuris tantum, & non
13 iuris, & de iure † adeo vt admittatur probatio in contrariũ.
hinc fit, vt ei, qui hoc opponit, incumbat onus probãdi, vt di-
cit gl. in ver. deber. d. c. ea noſcitur, de his, quæ fi. à præl. quam
ſequitur Card. Zabarel. in cõſ. 18. inci. Redẽptoris poſtulato.
col. 2. verſ. ſed etiã præſuppoſito. vti teſtatur Feder. in conſil.
207. vt adhæret. Cephal. in cõſ. 138. nu. 17. vol. 1. & præcipit
Bar. in conſ. 120. nu. 3. cuius ſñiam probauit Crau. in cõſ. 195.
nu. 3. idẽ confirmauit Rimin. in conſ. 376. nu. 33. & ſeq. vol. 2.
nec prætermiſit Natta in cõſ. 473. n. 10. vol. 2. Soci. Iun. voluit
in cõſ. 62. n. 23. vol. 3. & aſſenſit Ioã. de Amic. in cõſ. 45. nu. 20.

Intelligas etiã præſumi conſenſum capituli interpoſitum
14 fuiſſe, vt excludatur mala fides in recipiente, † & ſic quo ad
præſcriptionem ſufficit conceſsio Abbatis, licet haud liqueat
de conſenſu capituli, qui in hoc præſumitur interceſsiſſe, pro-
ut dicit Rot. deciſ. 473. ſi apparet. in nouis. & Bellamer. deciſ.
310. ex minis. in antiquis.

Quarto limita concluſionem non procedere in actis factis
15 ab Abbate depoſito. Ratio eſt in promptu † nẽpe quia is Ab-
bas cum procurator conuentus conſtitui nõ poſsit, eius acta
de conſenſu conuentus facta præſumi non poſſunt, quod pla-
cuit Spec. de procuratore. §. 1. nu. 34.

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Abbas quando, & in quo poſsit pro ſuo monaſterio eſſe teſtis.

SVMMARIA.

1 *Abbatem admitti ad teſtificandum pro ſuo monaſterio, ſi procuratorem conſtituat.*
2 *Abbas recipitur in teſtem pro ſuo monaſterio, etiam ſi ſit actor, ſi procuratorem conſtituerit cum capitulo, nu. 2. & 3.*
3 *Abbas ſi ſolus pro ſe agat, vel ſolus procuratorem conſtituat non recipitur in teſtem. a num. 3 & 13.*
Teſtem eſſe, & principalem in cauſa, abſurdum eſt. nu. 3. & 13.
4 *Abbas ſolus ſecularis, procuratorem conſtituens, non eſt in illa cauſa teſtis, ſecus in regulari. Abbas regularis non videtur habere vſumfructum, ſecus ſecularis. num. 4.*
5 *Affectio in teſte non intereſſe conſideratur in cauſa communi cum capitulo.*
6 *Prælatus, & ſeculares, & regulares plenam habens adminiſtrationem. Prælatus ſecularis, ſiue ſolus, vel cum capitulo procuratorem conſtituat, non admittitur pro ſua eccleſia in teſtem. ibidem.*
7 *Abbas ſolus nomine eccleſiæ procuratorem conſtituens admittitur in teſtem pro ſua Eccleſia.*
Epiſcopus poteſt eſſe iudex pro ſua Eccleſia, quando eius procurator agit nomine eccleſiæ, etiam quod nomine proprio procuratorem conſtituat, ſi cauſa principaliter ad eum pertineat. ibid.
8 *Prælatus repræſentans perſonam principalem iurat de calumnia.*
9 *Abbas in cauſa monaſterij iurat de calumnia in animam ſuam de iure ciuili, at de iure canonico in animam maioris partis conuentus.*
10 *Abbas ſuper contractu teſtificatur.*
11 *Canonicus, Archipresbyter, & Rector pro eorum eccleſia teſtificantur.*
12 *Monachi ſunt mortui mundo. Monachi fratres minores, & prædicatores poſſunt cogi teſtificari, habita licentia ſuorum ſuperiorum.*
13 *Monachi, fratres minores & prædicatores, & homines de vniuerſitate, quando aliter veritas haberi non poteſt, teſtificantur pro cauſis eccleſiarum, & vniuerſitatum.*
14 *Abbas non ſolum poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij ſui, ſed etiam iudex.*
15 *Abbas non poteſt ſimul eſſe actor, & teſtis.*
16 *Vna perſona repræſentat alium, & fit vicem duarum perſonarum.*
17 *Abbas non poteſt teſtificari, quando de bonis ſuæ menſæ tractatur, ſecus de iuribus Eccleſiæ.*
18 *Prælatus non habens collegium, ſed ſolum adminiſtrationem eccleſiæ, non recipitur in teſtem in cauſa ſuæ eccleſiæ, niſi habeat œconomum generalem auctoritate epiſcopi conſtitutum.*
Epiſcopus agens tanquam adminiſtrator generalis poteſt teſtificari in cauſa ſuæ Eccleſiæ.
19 *Abbas remotus, vel depoſitus non admittitur in teſtem ſuper contractibus præcedentibus ſua Eccleſia.*

1 ABbatem poſſe eſſe † teſtem in cauſa ſui monaſterij ſanci-
tum eſt in c. inſuper. de teſt. & ibi Hoſtiẽ. Imol. in c. Albe-
ricus, eod. tit. de teſt. & vnanimes id tradidere Bal. in ca. & ſi
Chriſtus. nu. 45. de iureiu. Auſre. in ſuo trac. de teſt. n. 1. Nellus
à S. Geminiano in eod. trac. de teſt. nu. 14. Bertach. in tract. de
epiſc. in 5. par. 4. lib. poſt num. 16. Specular. de teſtib. §. 1. verſ.
ſed nunc quod rector. & Bart. in l. qui teſtamento. in princ. de
teſtam. Socin. in regu. 175. vbi atteſtatur de * communi Abb.
& Felin.

& Felin.in d.c.inſuper.de teſt.Alex.in l.ob carmen.de teſt.&
huc ſpectat,quod dixit Dec.in d.c.inſuper.nu 2.cũ ſeq. quo-
rum ſententia probatur à Pontifice Max.c.cũ nuncius.c.iuis.
c.nuper.de teſt.c.& ſi Chriſtus.de iureiur.c.prudentiã.14.q.
3.& Spec.idẽ voluit in §.reſtat videre.de iura.calum.Iac.Ae-
gid.in ſuo tract.ad reprob.teſt.nu.3.poſito inter tractat. Bar,
Primò amplia concluſionem procedere, etiã ſi talis Abbas
2 &† eius conuentus ſit actor in huiuſmodi cauſa,dũmodo con
ſtituerit procuratorem,ſicq; ſuę cauſæ alium elegerit iudicẽ:
nam tunc pro monaſterio ſuo Abbas, & quilibet de conuẽtu
poterit teſtificari,vt dicit Nell.à S.Geminiano, in d. tract.de
teſt.in uer.Prælatus,nu.14.Bertac.vbi ſupra,vbi adducit c.in
pñtia.de teſt.in 6.& Spec.de teſt.d.§.1.ver.ſed nũc ꝙ rector.
3 Intellige tamen,dummodo conſtituat Procuratorẽ † ſimul
cum capitulo,vt ex traditis ꝑ Aufrer.in tract.de teſt.n.1.ver.
ſi autem Prælatus.ſecus ſi ſolus Abbas procuratorẽ cõſtituat,
vel ipſe ſolus cauſam peragat:nã tunc reijcitur à teſtificãdo.
vt cõſtat ex multis allegatis ab eodẽ Aufre.in d.trac.in prin,
in ver.& aut ſolus prælatus,quẽ omnino vide,& Fel.in d.c.in
ſuper de teſt.Bertac.vbi ſupra.ea quidẽ ratione permoti;qñ-
quidẽ ipſe Abbas plurimũ cauſæ fauere,atque ſtudere videa
tur: vt notat Imol.in c.præſentiũ.de teſt. in 6.ſequitur Bart.in
d.l.qui teſtamentũ.Abb.in d.c.inſup.& Dom. in c.iudex,col.
1.de offic.deleg.in 6.vt refert Dec.in d.c. inſuper.nu.35.Aliã
in medium protulit rationẽ Abb.in d.c.inſuper. quia cũ con-
ſtituerit procuratorẽ nomine proprio , & ita agatur nomine
illius,in iudicio videtur eſſe primaria perſona.c.1.in fi.vt lit.
non conteſt.quod quidem eſt abſurdum,vt aliquis ſit in cau
ſa primarius,& teſtis,quam rationem minime probauit Aret.
in d.c.inſuper circa pricip.ijs adductus,quæ ibi adducit.
4 Iſtud vero, quod ſecũdo loco à nobis eſt traditum † Abba
tem ſolum conſtituentem procuratorẽ non poſſe probare pro
eccleſia,intelligas ſecundum Aret.in d.c.inſuper col.2.ver.ꝙ
autem dicimus,procedere tantum in prælato ſeculari,ſecus in
prælato regulari,quia non videtur habere vſumfructũ vt ſecu
laris,eundem Aretin.ſequuntur recẽtiores ibidem ſecundum
Dec.n.35.cui Decio vbiſupra magis placet concluſio Abbatis
5 indiſtincte loquentis,ea ratione † quia cum Dd.loquuntur in
cauſa communi cum Capitulo,non animaduertunt ad Prælati
emolumentum,ſed tantummodo ad ſtudium , vel animi affe-
ctionem,quam habere videtur prælatus, qui ſolus procurato
rem cõſtituit,& iſta ratio ita militat in prælato regulari, ſicut
in ſeculari.
Itidem quia iura in iſta materia nullum diſcrimen conſti-
6 tuunt inter prælatũ ſæcularem, & regularem, † etenim reipſa
vterque habet plenam adminiſtrationem : quod ẽt ſequutus
eſt Rom.in conſ.400.in propoſita quæſt. nu.7.vt inquit Dec.
vbi ſupra in d.c.inſuper.num.35.cuius dicta ẽt ſi vera ſint: tñ
quoad ipſe loquitur de opinione Aret. in d. c. inſuper.falſum
eſt per eum ibi fieri diſcrimen illud, qñ ſolus prælatus ſæcula
ris conſtituat procuratorem,cũ ibi Aret.aperte loquatur,præ
latũ ſecularẽ,ſiue ſolus.ſiue cum Capitulo cõſtituat procura
torem,nõ poſſe teſtimonium dicere pro ſua Eccleſia: vtilitas
enim cõis poteſt tribui ſibi ſoli, vt vſufructuario , vt ibidem
videre eſt in 3.col. verſ.quod aũt dicimus , cum alijs per eũ ,
paulo ante adductis:& ita ẽt intellexit Fel.in iam adducto c.
inſuper,nu.9.circa medium, vbi tamen improbat prædictam
opinionem,& illam reſtringit, quando prælatus ſecularis ſo-
lus conſtituit procuratorem,quia tunc non poteſt teſtificari,
Secundo amplia concluſionem,etiam ſi ſolus Abbas cõſti-
tuerit procuratorẽ,dummodo hoc fecerit nomine Eccleſiæ ,
7 non autem ſuo nomine † tunc etenim admittitur ad teſtifican
dũ:vt voluit Aret.Accur.in d.c.inſuper. ver.vnde,quia agitur
nomine ſuo.Et ratio eſt:quia in hmõi caſu Abbas non cenſe-
tur perſona principalis: pro quo optime deſeruit,quod in ele
ganti caſu tradit Bal.in l.1. C.ne quis in ſua cã iud. vbi vult ,
vt cum procurator agit nomine Eccleſiæ,& non nomine Epi,
poſſit tunc Eps eſſet iudex in cauſa:tũc nempe nequaquam
cenſetur duplex perſona,id eſt pars,& iudex.Imo idem Are.
vbi ſupra,illud inſuper addidit , quod ſi prælatus conſtituat
procuratorem ẽt nomine proprio:quia tamẽ cauſa ad Eccle-
ſiam principaliter pertinet,illa dicetur principalis perſona:
non aũt prælatus,ad quod probandum affert not. context. in
l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de l.2.& l.fideic.§.interdum.de
8 leg.3.† & qđ ſit verũ,inquit ipſe,ex eo liquet:quia ſi in iuſto
caſu prælatus repræſentaret perſonam principalem, iuraret
de calumnia,quod tñ non facit, vt in c. pen. & fi.de iur.calũ.
quibus permotus idem Aret.in eam ſententiam deſcendit, ẽt
in iſto caſu admitti prælatum ad teſtificandum.
Veruntamen,quoad iuramentum calumniæ præſtandũ per
9 Abbatẽ illud obſerues† vt imo Abbas in cauſa monaſterij de
iure ciuili iuret de calumnia: vt cum noſtris loquar,in animã
ſuã: iure aũt canonico in aĩam pleræque partis conuẽtus, iux
ta ſniam Bar.in ſuo tract.differẽtiarum inter ius can. & ciuil.
Tertio amplia concluſionem procedere,etiã ſi talis Abbas
10 contraxiſſet ſuper eo,de quo agitur † nam etiã tunc poterit
ſuper eo teſtificari,vt idẽ Nell,in d. ver.prælatus,cuius rei te
ſtẽ laudat Spec.in tract.de teſt.§.1.verſ.ſed nũquid actor, Idẽ
Nell.in eo.tractat.§.monachus , vbi id cõprobat auctoritate
Archid.& Io.And.in c.Romana,de teſt.in 6.& in c.ſuper pru
dentia.14. q. 2. quo in loco aſſerit eſſe contextũ ſingularem.
Quarto amplia concluſionem non ſolum procedere in Ab
11 bate,ſed etiã in Canonico,Archipresbytero † & Rectore: vt
dicit Aff.in dec.400.nu.2. fretus auctoritate Imper. in auth.
de Monachis.§.cogitãdum.& Iac.Aegid.vbi ſupra, nu.3. vbi
præcipue quærit,nunquid iſtæ perſonæ , cũ ſint ſerui Dei , &
monaſterij,cũ nihil proprij poſſideãt,& renuncient propriæ
12 voluntati.c.non dicatis.12.q.1.& cum † ſint mortui mũdo.l.
Deo nobis.C.de epiſ.& cler.poſſint cõpelli ad dicendũ teſti
monium,& pro locis ſuis teſtari,in eam denique deuenit ſen
tentiam,ipſos id efficere poſſe , motus in primis auctoritate
ſummi Pontificis in c.Monach.& in c.qui vero. 15.q.5.& Im
peratoris in auth.de ſan.Epiſ.§.ſi qñ,collat.9.Ampliat ẽt hãc
concluſionẽ idẽ Iac. Aegid. vt vera ſit in fratrib. Minoribus,
& Prædicatoribus: venia tñ a prælato prius impetrata . Imò
Nel.eodem in loco,nu.22.d.§.Monachus.quærens, an Mona-
chus,& Canonicus regularis,conuerſus, vel quilibet alius di
uinæ religioni addictus , vel qui aliter maioribus ſuis parere
ſit conatus,poſſit eſſe teſtis,abſque permiſſu eius,cui ſubeſt;
id neutiquam poſſe confirmat, præterquam in cauſis ſuarum
Eccleſiarum,& monaſteriorum,iuribus per eum allegatis.
Quinto amplia,concluſionẽ tũc tanto magis habere locũ ,
13 cũ † veritas aliunde non poſſit elici: vt conſulit Ceph.in cõſ.
75.nu.42. vol. 1. vbi ẽt huius rei affert exemplũ de teſtibus
vniuerſitatis,qui licet regulariter repellantur , ne in eã pro-
pria deponere videantur:tamen qñ aliter veritas haberi non
poteſt,admittuntur,ſecundum ẽt Gramm.in conſ.22.nu.9.&
ſeq.in crim.Hieron.de monte Migrali in tract.fi.regund.c.58.
Sexto amplia concluſionem: vt Abbas non ſolum poſſit eſ-
14 ſe teſtis † in cauſa ſui monaſterij,ſed etiam iudex.arg.cap.ſi
quis erga.2.q.7.quod eſt vetum,niſi cõuincatur vt ſuſpectus:
vt patet ex congeſtis per Fel.in c.cum veniſſent. col. pen.de
iud.per Dec.in c.poſtrem.de appell.& per Scot.qui de com-
muni ſententia atteſtatur.in conſi.174.nu.6.vol.1.
Primo limita concluſionẽ non procedere,ſi Abbas ſit ille,
15 qui agit: nã ſimul actor, † & teſtis eſſe non põt: vt Nell.in d.
ver.prælatus,vñ neceſſe eſt,vt ipſe vna cũ conuentu cõſtituat
procuratorẽ: vt ſup.dixi in 1.ampliat.& idẽ tradidit Aufr. in
d.ver.ſi aũt prælatus,& Fel.in d.c. inſup. de teſt. nã hoc caſu
cõſtituẽdo procuratorẽ ſimul cũ capitulo nõ facit hoc vt Ab
bas,ſed tanq̃ pars capituli,& ſic teſtificãdo,teſtificat vt alius
ſ.tanq̃ ꝑſona priuata: vt ſupra allegati Dd.tradũt: fieri nãque
põt,vt quis ſentiat aliqd tanq̃ ex collegio,vt illud vt priuatus
16 atq; † vnus & idẽ poſſit alium referre, duorũq; perſonã ſuſti
nere,cuius rei plura exẽpla per Abb.cõgeſta reperies in c.ex
litteris.de ꝓb.n.10.vſque ad 13.& notatur ꝑ Dom. poſt Rot.
in c.à collatione.de appel.li.6.ĩ cõſ.4.s.col.Aufr.vbi ſup.n.2.
Secundo limita concluſionẽ non procedere, ſi cauſa ſit ex
bonis mẽſæ ipſius Abbatis: cũ. n. in iſto caſu cauſa ſit eius pro
17 pria,non poterit teſtificari,nec iudex eſſe † cũ agatur de eius
cõmodo,vt cõcludit Abb.in d.c.cũ veniſsẽt.col.pe.poſt But.
& ſenſit Dom.in c.1.col.fi.de pę.in 6.Cald.in cõſ.6.ſub tit.de
iud.Bal.in c.litteras.col.1.de præſũ.Io.And. Dom.& Abb.in
d.c.inſup.de teſt.cũ alijs adductis ꝑ Aufret.in d.trac. de teſt.
* in prin.n.1. vbi atteſtatur hãc eſſe * cõem opinionẽ, & idẽ dr
de canonico; vt nõ poſſit teſtimoniũ perhibere in cã ſuæ præ
bendæ,& gñalis eſt concluſio in quolibet prælato, vt nequeat
ſuum dicere teſtimonium in cauſa ſuæ Eccleſiæ, qñ vergeret
q̃ſtio principaliter de bonis mẽſæ eius ꝑlati: vt de prædictis
* concluſio eſt * cõis teſte Viu.in ſuis com.opi.in ver.teſtes de
collegio

collegio 2.&ad hoc faciunt notata infra in conelnſione,cano
nicus teſtis,cum alijs notatis per Imol.in c.præſentium.de te
ſtib.in 6.& ibi Domin.in princ.in 4.col. & late per Felin. in
d.c.inſuper.nu.9.de teſtib.Idem Aufrer.in additione ad Ca-
pell.Toloſ.quæſ.204.his.vbi ſecns eſſe dicit,ſi cauſa ſit ex bo
nis communibus eccleſiæ ; quia tunc Abbas poterit eſſe te-
ſtis,& ita diſtinguendo conciliari opinionem Innoc.& Ho-
ſticnſ.quam diſtinctionem tanquam æquam ſequitur Domi-
nic.de S.Geminia.in d.c.pręſentium . & opinio Doctnris di-
ſtinguen.ſemper cęteris eſt pręferenda:vt conſulendo ſępius
ex Arc.& alijs ſcriptum reliquit Cephal. conſil.195. & conſ.
283.nu.21& conſi.208.nn.2.& conſi.240.nu.21.

Tertio limita concluſionem non procedere in prælato nõ
18 habente collegium†ſed ſnlum adminiſtrationem eccleſię,cú
iſtiuſmodi teſtis eſſe nequeat in cauſa ipſius Eccleſię, vt vo-
luit Ioan.Andr.in addi.ad Spec.de teſte.§.1.verſ. ſed porro,
per c.veniens:il.2.de teſtib.Feli.in d.c.inſuper.nu.8.Soc.reg.
175.fallen.4.Campeg.in tract.dc teſtibus . regu.9n. in fin.&
Aufrer.ad Capell.Toloſan.d.quęſt.204.

Sublimita,niſi eccleſia haberet Oeconomum generalẽ cõ-
ſtitutum anctoritate Epiſcnpi,vel ageret ipſe Epiſcopus tan-
quam generalis adminiſtrator , iuxta cap. fin. de ſucceſſ.ab
inteſt.nam tunc ceſſat ratio affectionis,quam habet ipſe con
ſtitutus procuratnr,qđ ob hoc videatur declaraſſe ſenſũ ani-
mi ſui.iuxta,l.ꝑtor.,ff.de iuriſdict.omn.iud.& ſic poterit pręę
latus teſtificari,vt cenſet in d.ca.inſuper.Abb.nu.5.quem ſe-
quitur Feli.ibid.nu.8.& Aufrer.vbi ſup.

19 Quarto limita concluſionem non pncedere†in Abbate re
moto,vel depoſito, qui non poreſt admitti ad dicendũ teſti-
monium ſuper cuntractibus pręcedentibus,prout notatur in
c.ex parte.in nouella de verb.ſignific.& per Bal.in d.c. ſi ve-
ro.qui feud.dar.poſſunt.& Calcan.conſil.125.nu.20. rõ enim
vero patet ad ſenſus naturalis dictamen , quandoquidem ex
ipſis contractibus tractari põt de eo exonerando, & de eius
laude, vel vituperio,ita quod diceretur contra ius deponere
* quaſi in propria cauſa.l.nullus.ff. de teſtib. & de * communi
magiſtraliter Suarez in ſuis cõib.opin.in verb.teſtes idonei.

Communia Abbreuiaturæ.

De abbreuiatura verba facturus,maiorum veſtigijs(vt no
ſtri moris eſt)inſiſtẽs,quidnã ea ſit,prius inueſtigabim᷑. Ab-
breuiatura igitur nihil aliud eſt quã(ne à cõi vſu loquendi re
cedam)baſtardellum,ſeu nota quędam compendioſa rubrica
lis ad inſtar indicis,in quo notarij rogati recipiunt inſtrumẽ
tum,qui ſtylus notarijs totius fere Italię cõis eſt.Et de iſta ab
breuiatura in concluſione, quę ſequitur , nos loquemur . Ex
eadem deinde abbreuiatura ijdem notarij ſumũt illud inſtru
mentũ,quod extenſum protocnllum appellãt,& illud exſcri-
bunt in alio libro,& de hoc infra in concluſioue,protocollũ,
agemus.Ex eodem poſtea protocollo ſumitur inſtrumentum
authenticum,qnod partibus tradilur,de quo infra in conclu
ſione,inſtrumentum , late pertractabimus. Hęc traduntur à
Bal.in l.noſtram.nu.3.C.dc teſtam.per Boer.in quęſt.252.nu.
8.per Soc.ſen.in conſi.277. viſis publico inſtrumeto.col.3.&
col.5.li.2.per Ioan.de Amic.in conſi.3.col. pen.Alex.in apo-
ſtilla.ad Bar.in l.Sempronius.ff.de legat.2.per Pariſ. in conſi.
28.nu.22.li.2.& in conſi.61.nu.3.lib.3. per Curt.ſen.in conſi.
56.ſup.proceſſ.col.pen.per Neuizan.in conſi.24.nu.8 p Aug.
Bero.in conſi.1.nu.5.cum ſeq.lib.2.per Gramm.in cnnſi. 127.
nu.6.in ciuil.per Cephal.in conſi.123.nu.6.vol.1.& per Soc.
iun.in conſi.142.nu.14.vol.2. & nouiſſimè de huiuſmodi ma-
teria tradit Didac.Couar.pract.quęſt.ca.19.

CONCLVSIO IV.

ARGVMENTVM.

Abbreuiatura inſtrumenti an plene ſoleat probare.

SVMMARIA.

1 *Abbreuiatura inſtrumenti ſolet plene probare,contra nu. 2 & nu.7.*
2 *Abbreuiatura eſt ſcriptura adhuc imperfecta qua non probat.*
3 *Sententia , qua nondum abſoluta,licet ſcripta nihil probat In, ſtrumentum tam ad ſubſtantiam obligationis quam probationis , debet omnino in ſcrip teſſe completum,nu.3.*
4 *Abbreuiatura,quando apparet ex ea notarium noluiſſe plus ſcribere,non probat. Notarium noluiſſe plus ſcribere ex imperfectione clauſula apparet.*
5 *Doctor intelligitur ſecundum legem,quam allegat.*
6 *Notarium habuiſſe protocollum pro perfecto,quando neceſſaria ad ſubſtantiam poſuit.*
7 *Notarius per dictionem,&c.intelligit omnia communia iuxta ſtylum ſuum,ſeu eo deficiente iuxta communem loci aliorum notariorum ſtylum.*
Capitula accidentalia inſtrumenti accipiunt interpretationem iuris,& conſuetudinis,ibid.
8 *Abbreuiatura habens locum,tempus,& teſtes neceſſarios non dubium,quin ſit manu notarii,licetque non ab eo ſubſcripta probat*
9 *Notarius non poteſt actum ſcribendi ipſum documentum alteri mandare,etiam ſtāte multitudine negotiorum,etiam ſi ſe ſubſcribat,& quod ſit manu eius partim,& partim alterius Et quod poſſit committere nu 13.*
10 *Inſtrumento fides non adhibetur,niſi appareat ſcriptum manu notarij de eo rogati.*
11 *Inſtrumentum notary demortui probatur per comparationem ſcripturarum.*
12 *Notary ſubſcriptio includit effectum præcedentium,& tantum operatur, quantum ipſa ſcriptura .*
13 *Abbreuiatura ſtatur,quando repugnantia eſt inter ipſam & inſtrumentum extractum,& per legala & in nulla ſui parte vitiatum protocollum ſubſtinetur extractum,& quando hoc Contrarium nu.14 & 17.*
14 *Inſtrumentum quando releuari a protocollo,& in publicum redigi debeat .*
15 *Abbreuiatura etiam cancellata ſtari,& quando,nu.18 & 27.*
Notarius quando poſſit inſtrumentum teſtamenti demortui extrahere, nu.15.
16 *Notarius corrigere poteſt errorem,& quando etiam parte,vel non,procedat,& numero.23.*
17 *Solennitates eadem in abbreuiatura requiruntur ,qua & in inſtrumento,& quomodo,ac in quibus caſibus procedat,vſque ad num.18.*
18 *Notary mos habet vim ſigni & ſubſcriptionis,& quando procedat.ibid.*
Inſtrumentum licet habeat ſubſcriptionem,et ſignum non lectum parte,non probat nu 18 & 26 & an locum loci habere debeat nu 23.
19 *Abbreuiatura notary carens ſigno non probat,& quando,nu.21.Contrarium vide ibidem,nu.19*
20 *Conſuetudo , & ſtylus notary quid operetur in inſtrumentis, & quando valeat, nu.24.*
Inſtrumentum confici debet ſecundum conſuetudinem,nu 20.
21 *Notario non creditur,niſi de eo,de quo eſt rogatus:& quando credatur, nu.22.23. & 21.*
22 *Notarius in dubio rogatus non præſumitur,ubi contrarium.*
Solennitas extrinſeca non præſumitur,& qua ſit,& quando præſumuntur, nu.22.
23 *Honeſtas viri facit præſumi pro ſe.*
24 *Abbreuiatura de ſubſtantia requirit locum contractus,annum,& alias non probat,& quando nu 25.*
Indictio eſt de ſubſtantialibus,nec ſuppletur per dictionem &c.num.25.
25 *Notarius quando in committendo errat,non poteſt ſe corrigere, & quando poſſit.*
Scriptura priuata valet ſine die,& quid in teſtamento,ibid.
26 *Abbreuiatura non habens teſtes an probet.& an illi requirantur teſtes in inſtrumento,an rogati requirantur*
Inſtrumentum quando non habet clauſulam , actum,&c.annum,vel locum , non probat ibid.
27 *Abbreuiatura etiam non cancellata non probat .*

1 ABbreuiaturam inſtrumenti¦plene probare affirmas Bal.
in rubr.C.de fid.inſtrum.nume.21.idem tradit Bart.in l.
fideicommiſſa.§.1.ff.de legat.3.& expreſſe dixit Lanfrancus
de Orian.in ſua prax.c.9.de inſttumen.product.num.17.cum
ſeq.per gloſſ.in l.argentarijs.de eden.Specul.de inſtrument.
edit.§.videndum.verſi.& nota quod tabellio, & doctiſſimus
Menoch.in conſi.48.nu.8.Cępoll.in conſil.ciuili.23. nume.4.
Fran.Mar.deciſ.Delphin.518.nu.1.cum ſeq.1.parte, & deciſ.
231.ead.part.& Dec.in conſ.444.nu.1.

Contrariam tamen ſequutus eſt ſententiam Nic. de Mata.
2 in d.rubr.C de fid.inſtrum.†ea ratione,quia abbreniatura ſit
ſcriptuta imperfecta,& ſic non probet,argum.l. contract.C.
eodem tit. de fid.inſtrumen. huic ſimile affert exemplum de
teſtamento,& ſententia,quę nondum completa , licet ſcripta
3 ſit†tamen nihil probat,vt de teſtamenro eſt text.in l.ex ea.ff.
de teſtament.& de ſententia eſt text.in l.1.C.de ſententijs ex
breui.recit.& licet ibi loquatur de contractu in ſcriptis quo-
ad ſubſtantiam obligationis,tamen idem dicendum eſt quo-
ad ſubſtantiam probationis,propter eandem rationem , vt l.
final.C.de conſtitut.pecun ſic cenſuit Ioan. And.in addit.ad
Specul.de inſtrum.edit.§.vidẽdum reſtat.verſ.& nota. quod
Tabellio.& And.Barbat.in addit.ad Bal.in d.rubr.nu.21.ver.
tu dic.Hoc pronunciatũ ſingulare arbitratus eſt Nic. de Mat.
ait ita eſſe decidendũ.Hoc idem ſatis venuſte conſuluit Paul.
Caſtrenſ.in conſi.307.incipien.ad primum.vol.1.per totũ, &
conſi.111.incipien.viſis ponderatiſque,nu.5.lib.1.bar.ſibi cõ-
trarius in l.Lucius.ff.de milit.teſtam.Huic opinioni ſubſcri-
pſit etiam Cy.in d.l.contractus. C.de fid. inſtrum. Signor.in
conſi.224.in quęſtione pręſuppoſita.nu.1.Ang.in conſil.275.
col.2.Gramm.in conſi.127.nu.6.in ciuil.& Cephal.in conſil.
113.nu.6.vol.1.& in conſ.13.nu 6.vol.2.

Verumtamen,vt hæ opiniones inter ſe conciliari poſſint,à
Bar.ſententia non eſſe recedendum arbitror. in l.ſi is qui cũ
4 teſtã.n.3.ff.de teſtamen.quo in loco ita diſtinguit†aut ex ip-
ſa abbreuiatura cõſtat,notariũ noluiſſe amplius ſcribere, qđ

E cogno-

cognoſci poterit ab imperfecta elauſula, vt, exempli gratia,
ita ſcriptum eſt, Titius vendit fundum Sempronlanum Seio
centum aureis nũmis, his cõditionibus appoſitis, videlicet,
nec alind preterea ſcriptum inuenitur, tunc certe non proba
ret, quia ipſe notarius ſtiuſmodi inſtrumentum imperfectũ
cenſeret, & ita intelligendam eſſe ait dictã l. contractus. vna
cũ Nico. de Matta. & ſectatorib. eius, cum ipſe in d. l. contra-
ctus. ſe tueatur, eamque pro opinionis, & rationis ſuæ funda-
5 mento adducat, dictum† enim Doctoris debet intelligi ſecũ-
dum leges per eum allegatas, ſecundum Bar. In l. non ſolũ, §.
ſi liberationis verba, ff. de liberatio. legat. nu 2 Qđ ſi liqueat,
notarium illud protocollum perfeciſſe, & abſoluiſſe, nec ĩ eo
amplius erat ſcripturus, quod cognoſcitur, qũ omnia neceſſa
6 ria † quæ ad ſubſtantiam rei explicandam pertinẽt, narrat, &
tantummodo quædam nullius fere ponderis prætermittit ca
pita cum hac dictione &c ſub qua intelligebat omnia cõia
7 aliorum cõtractuum† hoc quippe in caſu probaret, vt ibidem
Bart. Bal. voluere in d. rubrica, C. de fid. inſtrum. n. 21. vbi ait,
huiuſmodi accidentalia, recipere interpretationem iuris, &
conſuetudinis, vt ex iuribus per eum ibi allegatis, & hanc di-
ſtinctionem ſequitur Ant. de Butr. in conſ. 11. incip. Ieſu Chri
nomine, & Ioann. de Imol. in conſi. 91. de teſtament. & ſacro-
ſanctis eccleſ. in nom. domin. circa ſecundum dub. Idẽ probat
Paulus de Caſtro, in conſi. 191. viſis & ponderatis, quæ &c. n.
1. lib. 1. Iaſon in conſi. 196. in prænotato. col. 2. lib. 2. Panor. in
cap. cum P. Tabellio. col. 3. de fid. inſtrum. Albert. Bun. in trac.
de forma, fol. 82. col. 2. & Roland. à Vall. in conſi. 35 num. 33.
volu. 2. & hanc dictionem poteſt, & debet notarius extende-
* re iuxta ſtylum, & conſuetudinem ſuam, concluſio * eſt cõmu-
ni Dd. calculo recepta, teſte Pariſ. in conſi. 48. nu. 27. lib. 1. &
* ante illum de * communi opinione atteſtatur Alex. conſi. 163.
colum. final. lib. 7.

8 Quod quidẽ Bart. pronunciatum intellige procedere, † ſi
adiecti ſint teſtes neceſſarij, & locus, & tẽpus, licet nulla eſſet
ſubſcriptio notarij, dummodo ne quæſtio ſit, an ipſa abbre-
uiatura ſit manu notarij conſcripta, vt in ſimili reſpõdet Cra
uet. in conſi. 88. nu. 4. late Anton. de Butr. in dict. conſi. 11. Ca-
ſtrenſ. in dict. conſ. 191. nu. 5. & Grat. in conſil. 76. nu. 12. & in
9 conſi. 117. nu. 51. & in conſi. 140. nu. 34. vol. 1. Notarius† enim
non poteſt actum ſcribendi ipſum documentum alteri demã
dare, vt eſt textus in §. nos autem. & ibi gloſſ. auth. de tabel-
lio. & not. Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. & Gramm. in conſi.
127. nu. 5. in ciuil. Nec inſtrumento debet haberi fides, niſi cõ
10 ſtet ſcriptum fuiſſe† manu notarij de eo rogati, iuxta ſenten
tiam Alexandri in conſi. 198. col. r. verſic. 5. vol. 7. qui inquit,
quod cum notarius, qui dicitur recepiſſe inſtrumentum, non
ſupereſt, ſed è vita migrauit, debere fieri probationẽ per cõ-
parationem ſcripturarum: ideſt illam ſcripturam, ex qua erat
11 ſumptum illud inſtrumentum, † fuiſſe conſcripram manu No
tarij, qui ipſum inſtrumentum receperat, argument. l. ſi quis
decurio. C. de falſ. & gloſ. in authentic. & ſi contract. C. de fid.
inſtrument.

Quod vero fuit à nobis ſuperius traditum actũ ſcribendl
ipſum documentũ non poſſe per notariũ alteri demandari,
intellige locum ſibi vendicare etiam vrgente neceſſitate, vel
12 negotiorum multitudine, † etiamſi notarius ſe ſubſcribat, pro
ut dicit Caſtrenſ. in conſi. 209. vol. 1. ſecundum nouiſſimã im-
preſſionem, vbi tradidit, notarium poſſe omnia alij commit-
tere præter tria, audientiam ſcilicet, protocollum, & ſubſcri-
ptionem. Et licet Anchar. in conſi. 242. col. 1. velit, notarium
poſſe per alium conficere notam originalem, modo ſe ſubſcri
bat, quia ſubſcriptio videtur in ſe omnia præcedentia conti-
nere, ad quæ refertur: Natta tamen in conſi. 524. nu. 5. vol. 1. di
cit, hanc opinionem eſſe periculoſam, & contra multas deci-
ſiones ab eo ibidem congeſtas, illud preterea ſubiungens, ſu-
pradictam concluſionem etiam procedere, ſi ſcriptura ſit fa-
cta partim manu notarij, partim alterius; quia dicetur ſuſpe
cta: vt placuit Bal. in d. leg. contractus.

Amplia primo procedere concluſionem, etiamſi eſſet di-
ſcrimen inter inſtrumentum extractum, & abbreuiaturam:
13 quia ſta ur abbreuiaturæ† & ei creditur, dũmodo ſit cætera
ta, quod affirmat Bald. in conſl. 409. lib. 3. Quidam nomine Ci
colus, & plerique fere ſcribẽtes ita tradidere, in primis Bart.
in l. Sempronius Proculo. de leg. 5. & in l. ſi quis prętor, & ibi
Alex. ff. eod. Bald. in l. publicati. quęſt. 9. & ibi Angel. C. de te-
ſtament. gloſſ. in authen. tit. de tabell. §. penult. Lanfranc. de
Orian. in ſua praxi, capit. 9. de inſtrum. nu. 18. Alber. in l. con
tractus. C. de fid. inſtrument. late Alex. in conſi. 105. lib. 5. &
in conſi 175. lib. 7. & in conſi. 79. col. 2. nu. 3. vol. 5. Bal. in conſ.
11. lib 2. conſi. 409. lib. 3. Paul. de Caſt. in conſi. 371. in fin. col.
penult. lib. 1. & in conſi. 420. lib. 5. Iaſ. in conſi. 61. col. 1. lib. 1.
Roman. in conſi. 177. Bertran. in conſi. 39. data varietate. & in
conſi. 321. ſi inter protocollum. lib. 3. Corn. in conſi. 28. colum.
1. lib. 5. Boer. in deciſio. 552. nu. 7. & 8. Socin. in conſi. 277. vi-
ſo puncto inſtrument. verſ. 4. neceſſario, in fine ibi. ex quibus.
* cum ſeq. lib. 2. qui atteſtatur hanc eſſe * communem opinio-
nem, à qua in iudicando non eſſe recedendum, & iſtud am-
pliat etiam quod abbreuiatura eſſet cancellata. Menoch. cui
multum propter eruditionem tribuo, in tract. de arbitr. iud.
lib. 2. centur. 5. caſu 197. nume. 21. late Neuizan. conſi. 26. nu.
45. Alban. in conſi. 10. nume. 1. Felin. in c. quoniam contra. in
5. colum. de probatio. & in dict. cap. cum P. de fide inſtrumẽt.
Iaſo. in rubric. de actinnib. nu. 16. Bolognet. in conſi. 30. num.
10. Socin. iun. in conſil. 150. nu. 5. volum. 4. vbi aſſerit inſtru-
mento extenſo diffidenti ab origiuali non eſſe ſtandum, ſed
originali, & in conſi. 53. nu. 11. & in conſi. 98. num. 45. volum.
2. Cephal. qui multas auctoritates congerit. in conſi. 88. num.
44. volum. 1. Ioan. de Graſ. in trac. de ſubſtantial procurator.
in verſ. die 21. Nouem. nu. 11. vbi vult, per protocollum bonũ
poſſe ſuſtineri extractum, etſi vitioſum ſit, quod quidem me-
moria, & notatu dignum exiſtimatur, quia extractum debet
potius carere vitio, quam protocollum: vt in d. l. contractus.
C. de ſid. inſtrum.

Limita hoc non procedere, quando illud protocollũ, ſiue
abbreuiatura caret ſigno, vel ſubſcriptione notarij: per Me-
noch. vbi ſup. nu. 55. & notat etiam Roland. à Valle in conſi.
35. nu. 35. vol. 2. vbi dicit, notarium, cui à iudice conceditur,
vt in publicam formam redigat notas notarij iam defuncti,
nõ poſſe authenticare (ſic aiunt noſtri) inſtrumẽtum, & illud
exemplare, ſi nõ ſit in eo ſignum, & ſubſcriptio notarij, huius
rei teſtem adducendo Corn. in conſil. 21. col. 2. & in conſ. 118.
* col. 3. vol. 4. quia ſecundum magis * communem, de qua per
Boer. in deciſio. 37. nu. 8 iſta ſubſtantiam, & naturã reſpiciũt
inſtrumenti, prout etiam infra dicetur.

14 Secundo limita non habere locũ † quando inſtrumentum
illud in protocollo deſcriptũ aliqua falſi ſuſpicione laborat,
nam tunc releuari & in formam authenticam redigi non de-
bet, ſic reſpondit Rube. in conſi. 215. nu. 16. & 17. lib. 1. & late
per Menoch. vbi ſup. caſu 187. nu. 30. cum ſeq. ſentit Ruin. in
conſi. 51. nu. 12. lib. 5. Quas ſuſpiciones falſi recenſet Mantica.
in conſi. 84. nu. 3. & in conſ. 175. nu. 8 vol. 1. & Caſſan. in cõſ.
63. nu. 31. Idem eſt quando inſtrumentum continet à varieta
te aliena, vt cauit Ruin d. conſ. 51. nu. 12.

Ratio ſupradictę ampliationis eſt, ſi credimus Gramm. in
conſ. 66. nu. 58. in ciuil. quoniam cum abbreuiatura, ſiue pro-
tocollum ſit originalis ſcriptura, potius ei ſtari debet, quod
dicit procedere, vbi repugnantia reperitur eſſe inter proto-
collum, & exemplum inſtrumẽti traditum à notario, ſed vbi
diſcrimen reperitur in duo exempla tradita ab eodem nota-
rio, non eſt confugiendum ad protocollum, quoniam cum ip
ſa exempla, vel (vt vocãt) copię pręſumantur falſæ, neutra fi-
dem facit.

Contrarium ſenſit Abb. in c. cum P. Tabellio. 2. col. verſi. vl-
terius quęritur, de fid. inſtrum. Contrariam etiam ſententiam
videtur ſequutus Natt. in conſi. 46. n. 4. vol. 1. vbi dicit inſtru
mentum publicum leuari poſſe notula reperta inter rogatio
nes notarij defuncti, etiamſi careat eius ſigno, & nomine, mo
do conſtet de rogitu, iuribus per eum allatis.

15 Secundo amplia concluſionem † habere locũ etiã ſi abbre-
uiatura reperiatur cancellata: quia in eo caſu probatꝛ debitũ
pręceſſiſſe, & illi fuiſſe ſatisfactum: vt per Bald. in rubr. C. de
fid. inſt. col. 8. verſic. iuxta hoc quęro. Neuizan. in conſ. 54. nu.
5. circa medium, per Alex. in conſi 14. nu. 14. viſis cõſideratis.
li. 6. & ſentiunt And. & Im. in l. acta. ff. de re iudicat. quod in-
telligitur procedere, ſi de conſenſu omnium, quorũ intereſt,
fuerit cancellata: vt voluere Ange. & Imol. vbi ſup.

In materia vera nõ cancellationis, ſed erroris cõmiſsi p nõ
tariũ in imbreuiatura, eſt aduertendũ notariũ abbreuiaturã
ſiue inſtrũ, in quo apparet ipſum erraſse, non poſse corrige-
re, niſi pręceptum intercedat iudicis, parte vocata, & cauſa
cogni-

Digitized by Google

cognita, vbi error eſt in ſpectătibus ad partẽ, & mutat ſubſtã
16 tiam facti, † ſecus vbi eſt erratum in ſpectantibus ad notarij
munus, prout eſt annus dñi, vt conſuluit Gram. in conſ. 66. n.
53. in tit. tradit Bald. in l. generaliter. in vlt. not. not. C. de non
num. pec. Bar. docuit in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. in l. errore.
C. de teſtam. Alex. monuit in l. ſi vnus eod. tit. Imo. & Canon.
in c. ex literis, de fid. inſtr. Bar. in conſ. 508. & Io. And. in data
ſexti col. vlt. vbi ſubdit cauere debere notarium ab hmôi cor
rectione erroris, cum ſemel ſit ſunctus officio ſuo: quia in fal
ſitatis crimẽ poſſet prolabi. Et licet Bal. in rub. C. de fid. inſtr.
col. 10. dicat. quod ſi nondum mota erat quæſtio erroris in-
ter partes, & excplũ nõ erat datum parte notarium poſſe er-
rorem ſuum corrigere: ſed tñ idem Bal. vr̃ aliter ſentire in l.
cum proponeretur. ff. de leg. 2. dum loquitur per verb. forte.
& vr̃ id opinari ſatis eſſe notarium abſoluiſſe, & in publicã
ſcripturam retuliſſe. Ideo Gram. ſuperiori loco inter ſe cõci-
liando opiniones, dicit priorem procedere, vbi talis corre-
ctio ſit ſtatim, poſteriorem procedere ſi ex interuallo, ſecun-
dum ẽt Spec. in §. poſtremo. de inſt. edit. verſ. ſed nunquid, q
tñ dicit hanc diſtinctionem tm̃ habere locum ante datam
copiam parti: quia poſt non poteſt fieri illa correctio ẽt illi-
co, eo minus ex interuallo, prout ẽt affirmat Alex. in conſ. 17.
vol. 1. & Bar. in d. conſ. 208. nu. 5. Et quod de commiſſione iu
dicis ſpeciali cautus notarius addat omiſſum, ſeu appoſitum
corrigat, admonet Alb. conſ. 10. nu. 18. & id fieri debere ante
litem ſuperinde motam, idem Alb. conſ. 56. col. 1. Et quod no
tarius generaliter ex iudicis cõmiſſione oĩa ab ipſius officio
depẽdẽtia, ſi plenam cauſæ cognitionem non requiritur
expedite libere poſſit, * cõis eſt opinio, teſte Bar. Io. de Plat.
& Rebuff. poſt Lucam de Penna in l. 3. C. de iur. fiſci, lib. 10.

Tertio amplia concluſionem habere etiam locum in ab-
breuiatura, notarij defuncti etiam non extenſa, nec in publi
cam formam redacta ab alio notario viuo, dummodo non ca
ret ſuis ſolemnibus requiſitis, ſecundum Abb. in d. c. cum P.
de fid. inſtr. & Io. Bapt. Perret. in conſ. 61. nu. 8. vol. 1.

Quarto amplia concluſionem, vt etiam probet cõtractum
eſſe in ſcriptis celebratum: vt per Spec. de inſtr. edit. §. viden
dum verſic. & nota. quod tabellio.

Primo limita concluſionem, non procedere, qñ abbreuia-
tura nõ eſt publica, & perfecta quoad ſolemnitates, & cares
17 illis neceſſarijs requiſitis, quæ requiruntur in inſtrõ, † nã il-
lamet. & in abbreuiatura reqrũtur ad hoc vt probet, vt mul
ti rñdere præſertim Dec. in d. conſ. 447. nu. 7. Pariſ in cõſ. 27.
nu. 8. vol. 2. Franc. Marc. in dec. Delph. q. 518. in prin. & q. 231.
nu. 2. quia ſi non ſit iſtiuſmodi, nequaquã probabit, vt p Bal.
in rubr. C. de fid. inſtr. col. 6. in fi. q. 3. & in l. contractus, eo. tit.
col. 2. verſ. ſed quæro hic. Abb. in d. c. cũ P. Tabel. col. 3. d. verſ.
vlterius quæro, vbi relatis opinionib. ad id deſcendit, notã,
ſiue abbreuiaturam pro nihilo haberi, & non probare, ſi in
ſe non contineat requiſita neceſſaria publici inſtrĩ, cui opi-
nioni ẽt adhæret Imol. ibi col. 2. verſ. item non obſtat. & Fel.
ibid. col. 1. idem Bal. in l. fideicommiſſa. §. quoties, in ver. itẽ
facit iſta gl. de leg. 3. Alber. in d. l. contractus. C. de fid. inſtru.
Lanfr. de Oria. in c. qm̃ contra ver. inſtrm̃. verſ. quęro nunqd
protocollum, de prob. & late per Io. Andr. in additio. ad Spe
cul. de inſtr. editio. §. videndum. verb. & not. quod tabellio.
vbi Inno. ait, non probare, quæ non ſunt extenſa, cui conue-
nit Corn. in cõſ. 256. licet in hac vol. 3. & in cõſ. 94. vberrime
proſequutus eſt, col. 1. in cõſ. 70. duo veniũt. col. 1. & 5. vol. 4.
Ale. ĩ cõſ. 14. viſis, & cõſideratis, col. 2. verſ. & licet aliqñ vol. 6
Ceph. ĩ cõſ. 538. n. 14. vol. 2. late Crau. ĩ cõſ. 216. n. 5. Gui. Pap.
ĩ q. 19. Rol. à Val. in cõſ. 32. n. 57. vol. 2. & Capra. in cõſ. 57. n. 5.

Intellige iſtud non procedere in antiquis, quia pro requi
ſitis abbreuiaturæ in antiquis præſumitur, licet de eis non li
queat. Vnde fidem facit, vt rñdit Alex. Rub. in conſ. 10. nu. 8.
col. fi. teſtem laudat Rom. in cõſ. 303. ex ſcriptura, ſed de hoc
nullum verbum, vt etiam notat Crauet. in ſuo tract. de antiq.
temp. par. 3. ſect. vidimus in genere, num. 39. vbi ipſe quoque
iſtud confirmat, & ſequit Menoc. in trac. de arb. iud. in li. 2. cẽ
tur. 5. caſu 187. nu. 18. quo in loco arbitratur hoc eſſe uerum,
quando conſtat abbreuiaturam ſiue protocollum huiuſmo-
di eſſe illius notarij manu ſcriptum, & Ceph. in conſ. 170. nu.
25. vol. 2. vbi multas authoritates aſſerit id adeo eſſe verum,
vt etiam procedat, ſi de magno præiudicio agatur.

Contrarium tñ vr̃ probare idem Ceph. in conſ. 238. nu. 7.
vbi dicit non releuarẽ ſcripturam ſatis videri antiquam, nã
præſumptio, quæ ex tpis antiquitate ſolet oriri, ceſſat, quan-
do ex inſpectione ſcripturę cñſtat ſolẽnitates abſuiſſe: vt di-
cit concludere Caſtr. in conſ. 5 n. in antiquis, quem ſequit Iaſ.
in l. 1. 5. limit. C. qui admit. & Socin. Sen. in conſ. 46. nu. 41. in
col. pen. vol. 4. vbi inquit præſumptionẽ hanc ex temporis an
tiquitate deuenientem eſſe iuris tantum, non aũt iuris, & de
iure Ideo contrarium probari poſſe per inſtrumẽtorũ inſpe-
ctionem, cum multis alijs adductis per Ceph. vbi ſupra.

Hinc inferẽ, vt ſi abbreuiatura careat ſubſcriptione illius,
qui eam ſcripſit, tunc dicatur imperfecta, & per hoc nõ pro-
bet, iuxta Bal. ſuiam in d. l. contractus. col. 2. verſ. ſed quęro.
& in conſ. 158. ſi intereſt libẽr. 2. & in cõſ. 589. duo inſtrã. in
fi. Ale. in cõſ. 154. col. 3. vol. 5. & in conſ. 48. col. 1. li. 7. Pau. de
Caſt. Iaſ. in ult. not. in l. cũ antiquitas. C. de teſt. Ang. in cõſi.
150. ad hoc vt ſcripturæ, verſ. concludẽdo dico. Corn. in cõſ.
118. placet mihi Petro Philippo. col. 2. li. 4. & late per Pariſ. in
conſ. 27. nu. 5. vol. 2. Rub. qui atteſtatur hanc eſſe magis * re-
ceptam opinionem, in conſ. 144. nu. 2. & in conſ. 159. nu. 3. li.
4. & in cõſ. 211. nu. 13. li. 2. & in conſ. 11. nu. 23. li. 4. Rol. à Val.
in conſ. 44. nu. 4. li. 1. Did. lib. practica, quæ. c. 20. nu. 4. verſ. 7.
ad valorẽ & Rui. in conſ. 51. n. 12. vol. 5. cuius ſubſcriptionis
formam ponit Natta in conſ. 15. nu. 3. vol. 1. ſubſcriptio enim
tantum efficit, quantum propria ſcriptura, vt tradidit Ro-
man. in l. admonendi, col. 19. ff. de iureiu. per tex. in l. cum an
tiquitas. §. fi. C. de teſta. & ibi hoc notat Bal. & expreſſius Ca
ſtr. Bar. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vbi dicit ſcripturam
per alium conſcriptam, & ſubſcriptam per Titium, haberi, ac
ſi tota fuiſſet ſcripta per Titium, & Caſſ. in conſ. 31. num. 12.
Contrarium voluerũt Dec. in conſ. 447. n. 7. Cur. Inn. in conſ.
175. Crau. in conſ. 118. nu. 7. Bal. in d. l. fideic. §. 1. de leg. 3. Gy.
in l. contractus, in fin. C. de fid. inſtr. & ibi Salic. in 6. q. & tra-
dit Alex. in conſ. 14. Quorum opinio ſi eſt vera intellige pro
18 cedere in abbreuiatura notarij mortui † cum eius mors vim
habeat ſigni, & ſubſcriptionis, vt dicit Crau. in d. conſ. 158.
n. 7. & elegãter tradit Alex. in d. cõſ. 14. ſecus ĩ notario viuo.

Limita tñ p̃dictã illationem non procedere in inſtrõ parti
bus non lecto per notariũ: quia licet hr̃e ſubſcriptionem, &
ſignũ, nõ probaret, nec præiudicaret, arg. l. fi. vbi Bal. C. plus
val. quod agit. & notat Caſtr. in l. ne in arbitris, cum alijs ad-
ductis per Gram. in d. conſ. 69. nu. 71. & infra etiam dicetur.

Secundo infertur, abbreuiaturã, cũ caret ſigno notarij ſub
19 ſcribentis non probare † tanq̃ imperfectam, & mancam, vt
aſſeuerat Bal. in d. l. cõtractus. col. 5. & Paul. de Caſtr. ibi. col.
2. verſ. breuiter diſtinguendum. Bal. in l. Lucius, in fi. de teſt.
milit. Dec. in conſ. 97. dub. 2. Anch. in conſ. 431. præmiſſa ſine
allegationibus, Fel. in d. c. cum P. Tabellio. col. 2. n. 6. vbi arg.
pro & contra, tñ in c. 1. eo. tit. de fid. inſtr. nu. 9. aſſerit * com-
munem opinionem eſſe in protocollo requiri ſignum, & ne-
ceſſariam eſſe ipſius appoſitionẽ, vt plene Alex. in conſ. 154.
col. 3. vol. 2. vnde 1. conſiderat. verſ. cõfirmatur præfat. Corn.
in conſ. 226. in litera B. C. vol. 3. & in conſ. 49. in prin. & in li
tera C. Boer. in conſ. 48. nu. 8. vbi innumeras auctoritates cõ
gerit, & Bellamer. in conſ. 1. verſ. circa quartum.

Contrarium ſequuti ſunt Car. in d. c. cum P. Tabellio, vt re
fert Fel. verſ. quinto quæritur. Paul. Caſtr. in conſ. 292. quia in
puncto, dub. 2. li. 1. Idem Car. in conſ. 133. ad ſingula præmiſ-
ſa. col. pen. & non requiri ſignum conſultus rñdit Franc. Al-
bergot. inter conſ. Bal. n. 62. punctus talis eſt, li. 5. & ibi Bal. ſe
quit in conſ. 59. & in conſ. 158. quærit. li. 2. & in conſ. 35. li. 1.

Priori igitur opinioni adhærendo dic maxime habere lo-
cum. quando abbreuiatura reperiatur penes tertium, quia
tunc ſine ſigno non probat. Ita Ruin. in conſ. 11. col. pen. li. 3.
& Anto. Butr. in conſ. 11.

Sublimita priorẽ opinionẽ non procedere, cum notarius
ille exſcribere ſoleret ſine ſigno, & ſubſcriptione, & ab oĩbus
20 id vbiq; locorũ obſeruatur † vt fides adhibeatur abbreuiatu
ræ, & p̃tocollo ſine ſubſcriptione, & ſigno, ſi credimus Bal. ĩ
auth. ſi qs ĩ aliquo. col. pẽ. verſ. idẽ eſt videre. C. de ed. & Rui.
ĩ d. cõſ. 11. n. 24. li. 3. & Ale. ĩ d. cõſ. 14. col. 7. verſ. poſtremo. huc
ſpectat, qđ ſcribit Dec. ĩ l. vt liberis. no. 8. C. de col. & idẽ Dec.
in c. ſi ſcripturã. nu. 37. de fid. inſtr. & Bart. in l. ſi certis annis.
col. 3. verſ. Ego aũt dico. C. de pactis, Neuiz. conſ. 24. n. 5. q di-
cit, hanc eſſe magis * cõem opinionẽ Io. And. & poſteriores
* cõiter in c. 1. de fid. inſtr. vbi in hoc ſtandum eſſe arbitrantẽ

* conſuetudini, & hanc opinionē eſſe obſeruandam * in praxi dicit Barb.in d.rubr.de fid.inſtr.col.40. & qđ probet inſtrm extractum de protocollo carente ſigno notarij niſi conſuetudo aliter ſe habeat, conſuluit Card.in conſil. 133. inſtra.n. confici debent ſecundum conſuetudinem loci, arg.l.ſi prius. § recte placuit.ff.aq.pluu.arc.In quo ſi diſſimiliter ſoleāt cōfici inſtra, tunc propter iſtiuſmodi repugnantias ad ius cōd confugiendum erit, arg.l.nemo.§.temporales. ff.de reg. iur. & obſeruat Alex.in conſ.5.col.2.vol.5. Dec.in conſi.8.col. 3. & Rolan.à Valle.in conſ.87.nu.54.vol.2. & Lanfr. de Orian. in ſua praxi,c.9.num.9.vbi tñ intelligit id procedere, qñ ille notarius, qui confecit abbreuiaturas, ſit rogatus de inſtro cōficiendo, ſed vbi committeret alteri notario extractionem inſtrumenti de abbreuiatura ſua, non haberet locum, per ea, quæ ibi adducit. Et ita etiam intellexit Ruin.in d.conſ.11.

Tertio infertur, vt cum in dicta abbreuiatura non dř, ſcribentem notariū fuiſſe rogatum, tunc non probet imbreuiaturā, vt conſultus tñdit Ceph.in conſ.294.nu.37.vol.2. Ang.in conſ.200 per totum, & Dec.in c.1.nu.24.extr.de fid.inſtr.talis namque defectus reddit vitioſā ſcripturā, adeo vt ei nulla fides hř, nec releuari poſſit præſertim ſi non repetitur in ꝓtocollo, & corpore rogationum, vt per Bar.Ang.Bal. & alios in l.ſi quis ex arg.§ ſi initium.ff.de eden.& tradit Inn.in c.2. de fid.inſtr.Rui.in conſ.51.nu.12.li. 5. Ceph.in cōſ.238.n.12. vol.2.Fel.in c.qm contra.nu.15.extra de prob.Ita ēt cautum eſt iure municipali ciuitatis Ferrarię, ſub rubr.de proto.not.
* & qualiter debeant not.Cart.299. & hanc * cōem eſſe opin. atteſtatur Pariſ.in conſ.27. nu. 7.li. 5. teſtem laudando Alex, in conſ.154.col.3.& in cōſ.48.in cauſa.vol.5.& Corn. in cōſ. 70.in litera C.vol.4.quia reqrit notariū eſſe rogatū, cum ei
21 non credatur † niſi de quo rogatus ſit.§. nos aūt.& gl.ibi.in verb.iniungantur, in auth.de tabel & ibi.Bar.& Ang. ad idē gl.in clem.1.in verb.requiſitis, de hæret. alias eſt de iureiur. not.Spec.eo.tit.§ 1.qui incipit, breuiter.ver.& not.Bar.in d, auth.ſi quis in aliquo.col.pen.C.de eden Mantu.in conſ. 72. nu.7.& in conſ.136.nu.4.vol.1.Nec in dubio præſumitur rogitus: vt tradidit Abb.poſt Inno.in c.ſi ſcripturā, de fid.inſtr. & ibi Dec.nu.55.cum adductis ibi per eum, vbi etiam dicit
* eſſe * cōem: quia eſt quoddam requiſitū, qđ extrinſecus ad-
22 uenit † quod nō præſumitur, niſi probetur argu.in l.quęcūq; §.fi.ff.de publ.cū alijs in mediū allatis per Mant.in conſ.125. nu.7.vol.1.per Rol.à Val.in conſ.32.num.28.vol.2.per Alex. in conſ.48 col.pen.vol.5.per Affl.in deciſ.45.nu.9.per Dec.
* vbi teſtatur de * cōi, in c.1.de fid.inſtr.per Butigell.in l.ſciendum.n.58.cum ſeq.ff.de verb.obl.& per Grat.in conſ.82.nu. 24.& in conſ.142.nu.1. vol.2.& in cōſ.46.n.5.& in cōſ.13.nu. 16.vol.1.Quæ tñ extrinſeca ſolēnitas qñq; præſumit ex diutur
* no tractu tpis trigeſimi anni, vt de * cōi opi.Bellō.vbi ſupra.

Verūtñ ſi notarius aſſerat ſe rogatum fuiſſe ei credit, vt ex allegatis per eundem Dec.loco. modo à nobis allatq nu. 56. per Bar.& alios in l.ſciendum.ff.de verb.obli.per Alex.in cōſi.110.vol.2.per Nattā in conſ.146.nu.7.vol.1.per Rol.à Val. in d.conſ.32.nu.29.per Inno.in d. c.1.de inſtr.vbi dicit vtile eſſe, vt notarius in inſtro atteſtetur ſe fuiſſe rogatum, alioqui ſi id non agat, & decedat notarius, vel aliter conſtare nō poſſit de rogitu, inſtrm nullius erit ponderis, viſque ſuas amittet, & Innoc.ſequitur Alex.in conſ.153.col.3.vol.2.quod tñ procedit, quando notarius dicit ſe rogatum, vel publicauit inſtrm: vt not.Bar.in d.l.ſciēdū.de verb.obl. Dd.in l.publicati.C.de teſtam.& idē Bar ī cōſ.193.n.3.ſecus ſi dixerit ſimpliciter: Ego notarius ſubſcripſi, quamuis & in hoc multi iuerint in alia, omnia vt ex adductis per Dec. vbi ſupra, colligitur, & per Grat.in conſil.28.num.13.vol.1.

Contrariam etiam videtur ſententiam ſequi Socin.Iun.in conſ 178.nu.13.vol.2.vbi tradidit, quod licet requiratur rogitus notarij: nō tamen eius omiſſio debebit vitiare actum, veluti leuis ſolēnitas, iuxta l.1.§.fi.vbi Doct. ff. de vent.inſpi.& habetur etiam per Dd.in rubr.ff.oper.noui.nunciat.

Quod vero de rogitu paulo ante à nobis fuit traditum, rogitum eius generis requiſiti; quod extrinſecus adueniat, &
23 iſtiuſmodi requiſitum non ſolere præſumi. † Aduerte, id nō procedere concurrente diuturnitate temporis: quia tunc vel que præſumitur, iuxta ea, quæ accumulauit Rm. Sen.in cōſi. 292.nu.85.& in conſ.429.nu.25.& ſeq.vol.3.& Grat.in conſil.117.nu.7.& in conſ.91.nu.48. vol. 1.conſueuiſſe præterea præſumi propter eius viri qui actum gerit integritatem vitæ, prout dicit idem Rmin.in conſ.158.nu.16.vol.1.

Quarto infertur, vbi in abbreuiatura locus, in quo contractus fuit celebratus non eſt appoſitus, eam non probare, tan-
24 quā imperfectam † requiritur.n.neceſſario locus tanquā illius ſubſtantia, & ſolennitas, argu.c Abbate ſane §.pen.verſ. & his, de re iud.li.6 c.qm contra.de proba.& auth. qui.mod. nat.effic.leg.§ quantum.colla 6.& animaduertit gl.C.de contrah. ſtipulati.in l.optimā & ibi Cyn.Bal.& Io.Fab. in tit.de inutil.ſtipul §.item verborum.Ioā.And.in d.c.abbate. & ſup data VI.& Specul.de inſtr.edit.§.porro.alias incipit inſtrm. verſ.quod ſi locus.Abb.in c.cum dilectus.col.fi.de fid.inſtr. Paul.Caſtr.in cōſ.417.viſo in nouis.& Cor.in conſ.66.in hac conſultatione.col.2.& in conſ.216.licet.li.4. pedibus, ac manibus, vt dř in eandem deſcendere ſnīam DD.Rotæ in deciſ, 739.alias 5.dec.de fid.inſtr.in antiquis.in dec.440.alias deciſi.6.de conſuet vbi ſcribunt, non valere conſuetudinem, ne locus apponatur.Idem Boich.in pręcitato c.Abb.Idē Capel. Toloſ.q.492.Dec.in conſ.447.nu.6. & Natta.in conſ.239.nu.
* 1.vol.2.vbi tradit ab hac ſententia neminē diſcrepare* quin debeat deſcribi in inſtrumento locus præcipuus.

Et licet de loco loci multi multa dixerint, vnanimi tñ conſenſu ad id deuenere, etiam locum loci debere ſcribi: vt etiā docuit nos Bar.in l.de pupillo.§.qui nunciat.ff.de oper.nou. nunc.& Alex.in d.§.qui renunciat. & Canoniſtæ in c.1.&c. cum.P.Tabel.de fid.inſtr.Capel.Toloſ.d dec.492.vbi Apoſt, late, & Soci.Iun.in conſ.127.nu.2.vol.4.

Illud quidem ſine dubitatione dicendum eſt tunc locum loci ſingularis in contractu neceſſario non requiri, qñ actus poteſt contexte confici in qualibet parte eiuſdem loci, ſecūdum Car.in d.§ qui nunciat.& Soc.Iun.vbi ſup.nu.29. aliter quoque diſtinguit Capel.Toloſ.in q pręcitatā 492.& Dec.in d.c.ſcripturam.nu.24.& Boniſac.de Vital.in procem.Clem.

Ad illud tñ aīum aduertas, vt ſi antequā fieret per notariū abbreuiatura carens loco, & tpe anteciſſet alia abbreuiaturā aliter conglutinata, hēs & locū & tēpus, abbreuiaturam carētem loco, & tēpore nihilominus probare: quia virtute quadā in ea locus, & tēpus poſitum cenſetur: qm cenſetur repetitū, quod in ſuperiori inſtrumento in eadem filza poſito fuit expreſſum, argum.eorum, quæ dixit Bar.in d.l.ſi quis ex argen. §.ſi initium.col.9.ff.de edē.& Soc.Iun.in conſ.102.112. vol.4.

Quinto infertur, cum non eſt appoſitum tps, nullam fidē fa-
25 cere tanquā imperfectā † nā annus, & dies requiritur de ſubſtātia, arg.§.& hoc, auth.quib.mod.na.effi.ſui.& per gl.in auth.vt prę.nom.Imp.in verb.cūcto qſic ſolere obſeruari admonuit.& hoc idē animaduertit Abb.poſt alios, in c.1.de fid.inſtr.& Ale. de Ne.in conſ.27.n.7.qđ adeo verū eſt, vt ſi poſteā notarius diē, & mēſē prætermiſſū e memoria tenere aſſeueraret, fruſtra aſſeueraret, nullā etenim fide ipſi adhiberi conſuluit idē Ale.in cōſ.42.& Spec.de inſtr.ed.§.inſtr.ver.nūqd quo in loco ſcriptū reliquit per multos peritiſsimos viros, quos cōſuluit, idē vno ore cōfirmaſſe, qđ ſi notarius planū facere poterit ſe imprudēter, nō cōſulto diē, vel mēſē omiſiſſe apponere ſibi licebit, vt ēt cōmonuit Bar.ī l.Imper.ff.de ſtat. hom.vbi & illud addidit, id quidē poſſe fieri, ſed ꝑmittente iudice. Vnde obiurgat Bar.ibi notarius, qui in inſtro aliquid omittūt, & margini illud addijciūt, ꝙ ſupra per imprudētiā omiſsū eſt inſcio iudice, nec cā cognita, cui adhęret Bald. & Im ī d.l.cū ꝓponeret.ff.de leg.2.ī ñ.vbi tradūt, nō credi notario aſſerēti ſe errore ductū aliqua omiſiſſe in inſtro, niſi ꝓbet, qua in re lapſus ſit per teſtes: ſic itaq; neceſſariū eſt vt teſtes deponāt, quo menſe, & die fuerit celebratus cōtractus. Sed qm nōnulli iuris ĩterpretes aliter sētire vident, iō diſtinguit Bar.in d.cōſ.20.n.3.Aut qñq; cōſtat erratū eſſe, ſed nō liquet qua in re: vt ſi omiſſa ſit dies, error quidē dignoſcit, ſed non in quo ſi erratū, id eſt de certa die perſpicuū eſt: tūc notario aſſerenti diem menti tenere, debet credi, & hoc: quia eſt erratum in omittendo, ſed quando eſt erratum in cōmittēdo, vt quia appoſuerit vnam diē in inſtro, cum debuerit apponere aliā tunc certe nō poſſet notarius ſe corrigere, niſi doceret de errore per teſtes, vel alijs modis, vt l.quęd aſtringendæ.ff.de verb.obl.in 2.reſp.quia functus eſt officio ſuo.l. qualē.ff.de arbitris.qñq. eſt certum alio modo: vt quia de in dictione recordatur cū annis Domini, & tūc dicit conſuluiſſe Dynum; inſtrm non vitiari. Sed vt, vnde digreſſa eſt, eo ſeſe

Digitized by Google

ſeſe referat oratio noſtra, dum dicebamus, oĩno diẽ, & menſem de ſubſtãtia in inſtr̃o requiri, confirmes per gl. in l.gn̄ali. C. de tabell.li.10.in l.1.§.edit.in ver.die.ff.de edẽ. & Io.Plo. in l.ſi qñ, n.243.ver.liber rõnum.in fi.C.vñ vi. Boer.in d.cõſi. 208.nu.2.Nat.in conſ.47.n.3.vol.1.Rimin.ſen. in cõſ.384.nu. 23.vol.2.& Soc.iun.in cõſ.3.nu.2.cũ ſeq.volu.1. vbi huius rei affert exemplũ de teſtõ, & dicit teſtm̃ rõne incerti tp̃is vitiati, nec vllam poſſe fidem habere, iuxta contextũ apertiſſimũ in auth.quod ſine, verſ.& tẽpus, & in corpore vnde ſumit.C. de teſtam. & ita inq̃t declarare Dd.aſſerentes in inſtr̃is oĩno debere apponi annũ, mẽſem, & diem, licet non horã diei, idq; ratione confirmant: quia cũ teſtm̃ ſæpius poſſit confici, & vltimũ valeat.§.poſteriore.Inſti.quib.mo.teſt.infir.& l.cũ hi, in prin.de iniuſt.rup.neceſſe eſt tẽpus apponi. Et ita, ſi opus ſit, conſtet, quo tp̃e fuerit conditũ. Quod aũt diximus diẽ apponendam eſſe in inſtr̃o, intelligẽdũ eſt de die, qua conficit inſtrumentũ, iuxta ſñiam Spec.de fi.inſtr.in ptin.Bart.in l.ſi qs. §.ſi initium in repe.col.6.ibi, quanto dixi quod debet inſtr̃m. ff.de edẽ.& Caſſa.in cõſ.18.nu.18. & qđ indictio ſit neceſſaria, auctor eſt Dec.in d.cõſ.447.& per Dd.& Bar.in l.ſi librarius.ff.de reg.iu.& p not.in c.inter dilectos, in gl.in ver.indictionis.& in l.2.§.fi.C.de cõtrah.& cõmit.ſtipul. & Alexã. in cõſ.66.viſo.col.2.& in cõſ.113.diſcuſſis, col.3.volu.1.Corn.in cõſ.94.q̃a cauſa.& cõſ.118.placet mihi.li.4.Soci.iun. in conſ. 117.nu.3.vol.4.Bal.in c.cũ in iure, nu.16.de off.dele. quo in loco ſcripſit, indictionẽ, cũ ſit de neceſſarijs req̃ſitis, non poſſe ſubintelligi vi dictionis & c. poſſet quidẽ corrigi per notariũ viuentẽ, veluti ſi notarius appoſuiſſet indictionẽ decimãtertiã pro decimaquarta; quia talis error partib.nocere non debet, inrib.per Soc.alleg.Bart.vero dicere ſolebat in d.c. cũ P. tabell.de fi.inſtru.ſi in abbreuiatura deeſſet indictio, vel alia res neceſſaria, & teſtes naturæ legib.ſatisfeciſſent, non poſſe publicari, & quia tex.in 1.cõſtit.C ver.ita tñ, & §.fin. ver.ſed & ſi.C.de Iuſt.Co.cõfir.aliter innuere vr̃, vbi dicit, ſi quid deficiat ex ſolẽnitatibus, non tñ vitiari negotiũ, arg. l.1.in fi.de ventre inſpi.l.milites.C.de teſta.mil.& l.diuus.ff.de in integ. reſti.Hinc Bar.in cõſ.197.in prin.diſtinguit, ſit tale negotium nec ne, qđ debeat fieri i ſcriptis oĩno.Primo caſu ſi erat iſtiuſmodi, vt omnino ſcripturæ ſolẽnitatẽ deſideret, & dies deſit, res erit irrita, vr l.cõtractus.C.de fi.inſtr.Qđ ſi ſcripturæ ſolẽnitas nõ erat neceſſaria, ſed ad hoc fuit conſcripta ſcriptura, vt id quod factum erat probabilius probaretur, tũc ſcriptura valet, arg.l.1.& l.pen.ff.de fi.inſtr.& l.contrahitur.ff.de pign.

Intellige ſupradictã illationẽ procedere rantũ in publica ſcriptura; quia ſcriptura priuata eſt rata ẽt ſine die, arg.l.cum taberna.§.1.ff.de pig.& nota Soci.iu. ĩ d.cõſ.102.n.19.vol.4.

Sexto infertur ẽt cum in inſtr̃o, ſiue abbreuiatura nõ ſunt
26 appoſiti teſtes, illã non probare † cũ ſint neceſſarij, & requirantur, quod ſi defecerint, erit imperfecta, quemadmodũ ſentit gl.in d.l.gn̄ali.& eſt tex.in auth.de Tabellio.in princ.& in auth.de inſtrum.caut.& fid.§.ſed ſi inſtr̃o.in l.in donationib. C.de dona.& animaduertũt Imo.& Doc.in d.c.qm̃ contra.de pba.Pariſiẽſ.in cõſ.162.in prin.vol.4.Soci.iun.in cõſ.144.nu. 95.vol.4.Grãmat.in cõſ.14.nu.5.in ciuil. Alexã.in conſ.96.& his, col.5.vol.1.& ſatis eſt à Notario inſcribi, vt cõcludit Abb. in d.c.ſi ſcripturã.de fi.inſtru.per gloſ.in §.ſed & ſi inſtr̃m.in ver.adijciant.in auth.de inſtr.caut.& fid.& idẽ gl.in §.ſi vero abſunt.in verb.quantũ.de hæred.& falcid. & placuit Bald.in d.l.1.col.fi.verſ.ſed his q̃ro.C.ad Velleian.idẽ Alex.in l.iuriſgentium.§.quo fere.ff.de pact.quos refert & ſequitur Dec.in d.c.ſi ſcripturã, & in d.conſ.447.Nec requiritur teſtes eſſe rogatos ſecundũ Abba.vbi ſup.poſt gl. in c.teſtes.§.de his.3.q. 9.& in auth.rogati.C.de teſtib.not. Bald.in rubr. C.co.col.5. verſ.q̃ro igitur, quos etiam refert, & ſequitur Dec.vbi ſupra.

Septimo ẽt infertur ex illa prima limitatione nam ſi abbreuiatura nõ fuit corã partibus, & teſtibus lecta, non probat: vt docuere Bar.& Bal.in l.fideicõmiſſa.§.1.de leg.3. & idẽ Bal. in d.auth.quod ſine.C.de teſta.& Ang.in cõſ.74. dicta qõ.in prin.& in cõſ.274.ex themate.col.2.And.Sic.in cõſ.32.col.5. in li.2.& omnino vidẽdus erit Dec.in d.c.ſi ſcripturã, nu.4.cũ ſeq.id ẽt vidit Soci.iun.in d.cõſ.144.nu.96.vol.4.vbi dicit cũ inſtr̃m non habet clauſulã, Actũ, &c. vel lectum, &c. nõ probare, late Cagno.& alij in l.ſi librarius.de reg.iur.vbi Cagno.in ſpecie, nu.71.& ſeqn.Nec lectum in dubio inſtr̃m p̃ſumit, niſi notarius hoc teſtetur, vt voluit Bal.in l.fi.in prin. C.de ſen.ea breui.recit.& Soci.vbi ſup.idẽ animaduertit Bolog.in conſil. 53.nu.3.qui exemplum affert in teſtõ, nã dicit, vt plurimũ cõtingere ſolere teſtatorẽ, ne diutius teſtib.moleſtiam afferat, ſolere primo, quod in mẽte gerit notario exſcribendũ tradere, pœnitentia poſtea ductũ nolle notarium de illa volũtate eſſe rogatum, tradit Bat.in l.fideicõmiſſa.§.quotiẽs ff.de leg. 3.vbi eſt facti ſpecies maxime ſingularis in hanc rem, vt in l. hac conſultiſſima.§.at cum humana.C.qui teſta.fac.poſſ.

Intellige ſupradictam illationẽ procedere in cõtractibus, qui à natura ſua, & ſubſtantia à lege requiſita ſcripturã requirunt, alias ſecus: vt reſpondit Soc.iun.in conſ.102. nu.8.vol. 4.vbi multis auctoritatibus id comprobat.

Secundo limitãda concluſio præcipue eſt, qñ inſtrumẽtum ex abbreuiatura ſumptum, cancellatum liquido conſtat, quia
27 †tunc licet abbreuiatura ipſa non ſit cancellata, tñ non probat, ſicuti placuit Bar.in l.fi.ff.de his quæ in teſtam.delẽ.& ibi Bal.in col.2.verſ.itẽ faciunt prædicta, & Pau.Caſtrẽſ.in l.noſtram, in fi.C.de teſtam.& ibi Bal.quod tamen verum eſt, niſi inſtrumentum fuerit cancellatum conſentientibus partibus, quia tunc præſumitur voluiſſe etiam abbreuiaturam cancellari, vt dixit Bart.in d.l.fin.

CONCLVSIO V.

ARGVMENTVM.

An & quando præſentia, vel abſentia præſumantur, & quando, & per quem probentur.

SVMMARIA.

1 Abſentia præſumitur, niſi probetur contrarium.
Fundans ſe in præſentia, illam probet illud.
Facta non præſumuntur, niſi probentur, ibid & nu 2 & ibi contra, d num.1.
2 Argumentum à communiter accidentibus in iure validum.
Ciuis vbi habet domicilium præſumitur ibi præſens eſſe, ibidem.
3 Caſum abſentiæ allegare non ſufficit, niſi via probetur, & nu 4.
4 Abſentia vel præſentia quò præſumatur, & quando & à quo probanda, numero 6.
Fundamentum intentionis ſuæ quilibet probat ibid.
5 Canonici non præſumuntur ab eorum eccleſia abeſſe.
Qua tenentur reſidere in ſua eccleſia, ibid.
6 Scriptura inter [illegible] adeſſe præſumitur, & numero 7.
Verbum promiſit, poſitum in ſcriptura, præſumit præſentiam ſtipulatoris, ibidem.
7 Citatio præſumitur commiſſa ad partis inſtantiam.
Scripturam inter præſentes factam præſume, ſecus in epiſtola, ibid.
8 Sententia præſumitur lata partibus præſentibus.

1 ABſentiã in dubio præſumi † niſi contrariũ probetur, rñdit Alex.in cõſ.89.nu.13.li.5.& in conſ.92.nu.29.eod.vol.in conſ.98.li.2.& in conſ.177.nu.13.li.6.& voluit Spec.in tit.de actio.§.1.verſ.quod ſibi poſt, iũcto ver.ſeq. alleg. in argumẽ. l.ſi ideo C.de bon.quæ lib.Iaſ.in l.1.C.qui admitti.& Natt.in conſi.67.nu.6.vol.1. maxime procedit in citãdo ad actũ, vbi pñtia non præſumitur, niſi probetur, ita inter cæteros Cephal. conſ.203.num.5.li.2.nam qui ſe fundat in præſentia, debet illam probare, vt dixit Imo.& Butrig.in l.fi.C.de præſcri.long. temp.& Ang.in l.præſump. C.qui ob longũ tẽpus præſcr. vbi inquit, cautũ debere eſſe aduocatũ, vt conficiat articulos, & pbõnes præſentiæ, alioquin deficeret in ſalutati ſuo, quia p̃ſentia, cũ facti ſit, nõ præſumit, niſi pbet, alleg.tex.in l.in bello.§.factæ.ff.de capr.& poſtli.reuer.idẽ placuit Alex.in conſ. 118.n.16.li.2.& Frã.Balb.in tra.præſct. par.1.4.par.ptin.q.3. n.2.& ita fere ad verbũ decidũt Bal.& Ang.in l.emptor.verſ. ſed pone.C.de præſcri.lõ.temp.vbi dicit ſe vidiſſe ſæpiſſime ita fuiſſe obſeruatũ vbique, qđ ſequutus eſt Paul.Caſtrẽſ.in l. Titia.§.idẽ reſpõdit.i l 2 de ver.obli. Tiraq.de retrac.lignag. §.35.in ver.præſens, &c.& magiſtraliter per Balb.de præſcri. 4.par.princ.q.3.& facit à cõtrario ſenſu l.2.C.de ſta.& imag. quam adducit Dec.in c.3.loco.nu.36.de probat.

Contrariã ſentẽtiã ſunt ſequuti Bar.in l.is põt. de acq.hær. cui adhæſit Alex.ſibi cõtrarius in cõſ.89.in fi.li.5.& in conſil. 220.col.2.li.6.in d.l.is põt.de acq.hære.& Aret.ibi aſſerentes
* opinionẽ Bart.eſſe magis * iuri conſentaneã, argumẽto à cõmuniter accidentibus, quod in iure valet, & pro quo ſemper præſumitur.l.certi condictio.§.quoniã.ff.ſi cert.pet.ait enim magis communiter contingere ſolere, vt qui Placentiæ Ciuis
a ſit, & ibi habeat domicilium †ibique frequentius habitet, præſumatur ibi eſſe præſens magis, quàm alibi, ſic etiam ſcripſit

Digitized by Google

Natta in cõſ.67.n.5.vol.1.motus authoritate Ang. in d.l.em-
ptor.& aliorũ per eum allegatorũ,ita ẽt Aret.in cõſ.103.n.7.
& ſequitur Iaſ.ac Bar.in d.l.is pôt,n.69.& idẽ tenet Aug.in l.
fi.C.de præſcri.lõ.tẽp.Pau.Caſtr.in l.illud.n.6.C.de ſacroſan.
eccl.atq; ita ſenſit Bal.in l.fi.§.neceſſitate,in fi.q.fi.vbi abſen-
tia eſt facti,& facta nõ pſumuntur,niſi probent.Silua. in cõſi.
3.n.13.& Cepol.in cõſ.58.n.15.In ciuil.Vñ non ſufficit afferre
3 cauſas abſentiæ † niſi ẽt probentur,vt dixit Matt.Afflic.in cõ-
ſtit.Neap.de lit.cont.rubr.99.li.1.nu.28.& tradit Ant.de Ca-
nar.in tra.de excuſa.q.16.quẽ referr & ſequit Frã.Ma. Delph.
deciſ.q.626.nu.3.par.2.& q.174.vol.1.& allegat c.interpoſi-
ta.de appel.Mantu.in conſ.225.nu.15.vol.1.& D.Clar.in ſua
pract.crimin.§.fi.q.34.verſ.ſed nunquid.

Ampliãdum eſt,quod poſtremo loco diximus, vt allegans
4 abſentiam nõ ſolum teneatur probare illam,† ſed etiã illius-
modi adeo locorũ longinquitate remotum fuiſſe, vt facile nõ
potuerit conuocari,vt reſpondit Corn.in conſ.316.in lite.O.
la 2.vol.1.incip.quo ad primum.

Intellige tamẽ, vt cauſas abſentiæ proponere noĩe alicuius
* volens omnino audiri debeat,abſq; mandato:ita eſt * cõmu
ne Dd.ſcholæ votum,vt tradit Præpoſitus in ca.ſi qñ.2.q.9.n.
21.quod etiã procedit in criminalibus cauſis,vbi abſens con
** demnati poteſt. Hanc magis ** communem eſſe opinionem
profitetur Clarus in praxi ſua crimi.in fi.§.fi.33.ver.ſed quod
plus eſt,&c.

Ad conciliandas huiuſcemodi opiniones dicere poteris,
priorẽ opinionem habere locum,qñ allegatur præſentia:quia
tunc præſumitur abſentia,niſi probetur aliter. Et propterea
auctori adducenti præſentiam incumbit onus probandi.

Poſterior aũt opinio vera eſt,qñ affertur abſentia:tunc eñ
præſumitur præſentia, niſi probetur abſentia ab auctore ad-
ducente illã,ſi rõnem quæris;in prõptu eſt, quia non pſumit
in dubio pñtia,neque abſentia,ſed ſemp alleganti auctori in-
cumbit onus probandi tanquam fundamentum ſuæ intentio-
nis,quod fieri põt per diligentiã,alias ſibi aſcribetur, ita cen
ſuit Bal.in l.fi.§.neceſſitate.in fi.C.de bo.quæ lib.eandẽ opin.
opinatus eſt verã Tiraquel.in trac.de ll.connub.in ver.de ſon
mari,gl.1.nu.31.ſi non conſtat de domicilio, aut habitatione
ius,qui debuit præſtare præſentiam, ex allegatis ibi late per
eum.Id ẽt præ oculis habuit Grat.in conſil.77.nume.18.& in
conſ.91.nu.27.vol.1.& in conſ.130.num.1.vol.2.Socin.iun.in
cõſ.12.nu 3.vol 1.& Alex. de Neuo in conſ.46.nu.1.p tex.in
l.qui accuſare.C.de eden.l.fi.C.de rei vend.in c.ex literis.de
pba,c.inter dilectos.in fi.de fid.inſtrum.& in c.fi.de iureiur.

Priori opinioni ſi adhærere tibi placuerit,poteris illã limi-
tare,primo,vt nõ ſibi vẽdicet locum in oĩbus ijs, qui ratione
5 ſui officij tenentur certo loco manere, vt canonici † quorum
abſentia ab eccleſia nõ pſumitur : quia cum reſidere deuin-
ciantur.arg.c.quia nulli.& c.conquerente,de cler.non reſi.&
dicit Goza.in cõſ.66.n.6.id eſſe pſumere delictũ, vt p Craue.
in conſ.88.n.18.per doctrinã Oldr.in cõſ.198.inci. circa pri-
mum punctũ.col.fi.& Inn.in c.fi.de eo q mitt.in poſ.Ioã.Silu.
in 4.par.trac.de benef.q.5.& per Dec in ca.3.loco, nu.37.de
probat.vbi defendit opinionẽ Aret.in d.ca.3.loco,eiuſmodi
limitationẽ tenentis,nõ præſumi abſentiã illorũ, qui ſunt de
capitulo,nam abſentia non præſumit,vt dictũ eſt, in loco,vbi
quis reſidet niſi probetur,huius rei teſtem locu letiſſimũ lau
dat Decius Bart.in d.l.is poteſt,de acq.hæred. hoc idẽ etiam
vidit Pariſ.in d.conſ.99.nu.12.& 15.vol.4.& Goza.in d.cõſi.
66.nu.6.arg.l.merito.ff pro ſocio.quibus adde Franc.de Tur-
zan.in ſuis communibus opin.opinione 154.

Secũdo limita vbi pñtia eſſet de ſolẽnitate intrinſeca:quia
tunc nõ præſumit abſentia,ſed pñtia,vt voluere Ang.& Imo.
io l.his verbis.ff.de duob.reis.dicentes, qđ ſi verbum promi-
6 ſit,ſit poſitum in ſcriptura † præſumitur ẽt præſentia ſtipula-
toris,cũ promiſſio ſit facta per ſtipulationẽ,iuxta gl.in l.1.C.
de vſuris,non enim eſt neceſſe notarium dicere in ſtipulatio-
ne,de qua eſt rogatus,in pñtia talis,&c. vt p Ang. i l.optimã.
de cõtrah.ſtipul.cui ẽt aſſentitur Pau.de Caſtr. in l.illud ante
fi.de ſacroſ.eccl.& refert & ſequitur Feli.in c.tenor,n.3.verſi.
fallit 2.de re iud.Rui.in cõſ.131.n.1.& nu.4.li.1.& i cõſ.154.
n.11.li.5.rõ eſt,quia ille,de quo fit mentio in inſtrumẽ.ſemper
præſumitur præſens,ſecundum Imol.in conſ.8.nu.5.

Tertio fallit,non procedere,vbi eſt ſtatus,in quo cõmuni-
7 ter cõſueuit peruenire præſentia † quia tunc non præſumitur
abſentia:ita tenet expreſſe Ioã.An.in addit.ad Spe.de empt.
& vẽd.§.nũc aũt formã.& Oldra.in cõſ.117.ſolennitas enim
intrinſeca, quæ ſolet rei accedere, ſemp præſumit acceſſiſſe,
niſi aliter probet,vt per Mant.in cõſ.84.num.23. vol.1.arg.l.
ſciendũ.ff.de ver.obli.per Areti.in conſ.86.nu.1.arg.§.ſi ſcri-
ptũ.Inſtit.de inut.ſtipul.per Cephal.in conſ.256.n.63. vol.2.
& per Aret.in c.1.col.4.de iud. vbi illud elicit citationem in
dubio præſumi cõmiſſam ad petitionẽ partis: qa cõiter ſolet
peti,iuxta ſñiam Aret.in conſ.36.incip.caſus talis eſt. in fi.&
Soci.iun.in cõſ.17.n.2.& cõſ.97.n.14.vol.2.& ita dicit de ſcri
ptura q conſueuit fieri inter pñtes, vt apodiſſa, quæ præſumit
in dubio cõfecta inter præſentes, ſecus in epiſtola quæ ſolet
fieri inter abſentes,ſecundũ Bar.in cõſ.25.n.31.& Rimin.ſen.
in conſ.156.nu.3.vol.1.vt ſi in ea diceretur,confiteor me tibi
debere decem ex cauſa depoſiti:quia ibi nõ præſumeret præ
ſentia,ſed abſentia,niſi in ea adiecerit, quæ depoſuiſti penes
me Bononiæ,dũ eſſemus præſentes, & tibi promiſi reddere,
vt pulchre,& late per Imo.poſt Bar.& Ang.in l.Titia. §.idem
reſpõdit.il 2.de ver.ob.& ſequit Feli.i d.c.tenor. ver.facit 3.

Quarto limita non habere locum, qñ præſumptione iuris
8 † omnia præſumuntur rite facta,ſicut ſententia, quæ tranſiuit
in rem iudicatam,quia præſumitur lata præſentibus partibus
& non abſentibus,vt per Felin.in d.c.tenor.ex Inno.in ca.ſu-
per his,ad finem,ibi,ſed quid dicet,ſi excipiat,de accuſ.quo
in loco doctrinam magiſtralem huc ſpectantẽ tradidit extol-
lit Abb.in c.bonæ.il 1.col.9.de elect. & in c.quoniam contra,
col.14.de proba.& Feli.d.verſ.4.fal lit.in d.c.tenor.& Grãm.
in conſ.123.in ciuilibus,Gozad.in conſ.96. nu.13.

Quibus adde,quod hmõi ſententia,quæ ſemel in rem iudi-
catam tranſiuit,ſiue in præſentem,ſiue in abſentem,& contu-
macem,& ſiue verum,ſiue fictũ lata fuerit,dicitur ſemper ha-
* bere præſumptionem iuris, & de iure * communẽ dicit Im.
in c.in iure de off.deleg. Quod intellige maxime tunc proce-
** dere vbi ſententia de antiquo lata ſit, & e magis ** cõi Curt.
iun.in l.admonendi,nu.250.de iureiurã.quod autem dicatur
in ſententia tempus antiquum poſt multas varias Dd.opinio
* nes arbitrarium atteſtatus de * communi Auguſ.Bero.in cap.
quoniam contra,nu.152.de probat.

CONCLVSIO VI.

ARGVMENTVM.

Abſentia an, & quando præſumatur in bonam, vel malam partem.

SVMMARIA.

1 *Abſentia alicuius ſemper præſumitur in bonam partem, niſi ſemel malitioſe abfuerit.*

2 *Abſentia illius, qui aliquid facere tenebatur, iniuſta præſumitur, alias eſt, ſi non tenetur.*

Clerici reſidere eccleſia tenetur, ibid.

Quando dicatur iuſta cauſa abeſſe, ibid.

Maritus tenetur cum vxore morari, ideo nihil prodeſt abſentia, ibid.

3 *Abſens poſt citationem, vel notitiam literarum præſumitur malitioſe abeſſe.*

Præſumitur contra eum, qui ſine cauſa recedit.

1 ABſentiam † alicuius ſemper æqui boniq; conſulendam
docuit Bal.in l.bonæfidei C.de iureiu.quem refert,& ſe-
quit Pet.Duen.in reg.290.in 1.limi.in ver. fuga in criminalib.

Limita primo,niſi quis malitioſe à iudicio ſemel abfuerit:
quia tunc ſemper præſumitur ſubdole abeſſe,vt voluit Innoc.
in c.veſtra.in prin.de elec.& Luc.de Pen. in l. quemadmodũ.
C.de agri.& cenſ.lib.11.verſ.194.

Scdo limita nõ procedere in illo, qui tenebatur aliqd face
2 re † quia tũc eius abſentia præſumitur iniuſta, & doloſa niſi
iuſta probetur, vt l.quis.C.de dec.& l.fin.ff.vbi pupil.educar.
deb.Inn.in c.ſi aduerſarius.de eo,q mit.in poſ.cau.rei ſer.nu.
3.ver.& hoc intellige, vbi tradit exẽplũ in clerico,qui aſtrin-
getur reſidere in eccleſia,& maritus cũ vxore. Et ideo ſi ab-
ſunt alibi ſiue iuſta cauſa eorũ abſentia nihil prodeſt: vt per
Abb.in c.tua nu.11.de cle.nõ reſi.& in c.cõſultationib.de off.
dele.& ca.qñ.vt lit.non conte.& vt nec ẽt clerico iuuat,licet
abſit ex iuſta cauſa,ſi abſque venia prælati,cui ſubeſt, abfue-
rit,ſecundũ Nat.in conſ.41.nu.1.vol.1.& dicit abeſſe ex iuſta
cauſa,qñ abeſt pro ſuis negotijs, argu.c.præſentium.1.q.7.&
Nat.in conſ.91.num.9.ſed ſi nihil agere teneatur, præſumitur
iuſta,ſicque huiuſmodi præſumitur præſens, vt dicit Cacher.
in deciſ.

in deciſ. Pedemon. 95. n. 10. niſi abſentia probetur iniuſta: vt in l. ſi eam. §. ſi ex iuſta. ff de fideic. lib. facit l. 1. de mili. teſt. ſic & ad verbũ ſcripſit Mat. de Affl. ſuper feud. in tit. quo temp. mil. c. ſancimus. nu. 38. fol. 81. col. 2.

Tertio limita non procedere, quã quis poſt citationem vel
3 notitiam literarum ſponte receſſit † quia tunc præſumit malitioſe diſcedere: vt docuit Dec. in c. cõſul. n. 11. de off. deleg. per iur. alleg. in gl. 1. ibi. & per nota. per Bal. poſt Odofr. in l. quoties. col. fi. C. de rei vendic. & not. per Inno. in c. fi. de eo, qui mit. in poſſ. ex 1. decr. in d. c. conſultationibus. Idem Dec. in d. c. meminimus, nu. 10. de appell. & Inn. in d. c. conſultat. præſertim quã ſine cauſa receſſiſſe vt tradidit Inn. in d. c. fi. vbi inquit, præſumi contra eum, qui ſine cauſa diſceſſit à loco, in quo debet morari, ſequitur Abb. in c. perlatũ, in fi. qui fil. ſint legi. Car. in clem. 1. in q. 2. circa fi. de iu. Ant. de But. in c. i. col. 1 in fi. de fin. & tradit Imo. in cle. cũm q. in gl. in ver. deuoluta.

Ratioque viget in promptu, namque affectata, ſeu improbabilis abſẽtia nemini prodeſſe de iure debet. Tiraq. late de
* retract. lignag. §. 35. ver. ignorans. nu. 28. & ſeq. * de cõi opinione Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis, nu. 2. de oper. noui nunci.

CONCLVSIO VII.

ARGVMENTVM.

An & quando abſentia in præſcriptione, & per quos probetur.

SVMMARIA.

1 *Abſentia in præſcriptione probatur, probato quod is, contra quem præſcribitur, non eſt in territorio, in quo eſt præſcribens, & ibi non habere domicilium. nu. 2.*
2 *In præſcriptione magis identitas, vel diſparitas domicilij quam perſonæ, præſentia corporalis, vel abſentia attenditur. nu. 1.*
3 *Præſcriptio non probatur, niſi probetur, partes fuiſſe præſentes toto tempore præſcriptionis, & domicilium habuiſſe in loco, vbi agitur.*
Petens vel poſſidens, quid probare ſibi ſufficiat in præſcriptione. num. 3.
4 *Prouincia quot modis à doctoribus accipiatur, ibi remiſſiue.*
5 *Qui vult ſe præſcriptione decem annorum tueri probare præſentiam debet eius, contra quem præſcribit.*
Præſentia eſt facti, quæ non præſumitur, niſi probetur ibi.
6 *Præſcriptio eſt quid facti, quæ non præſumitur, niſi probetur.*
Præſcriptio non facile præſumitur.
Negligentiam alterius non præſumi. ibi. & nu. 7.
7 *Qui allegat præſcriptionem, quia eius fundamentum, illam probet.*
Abſentiam probandi cui onus incumbat ibi.
8 *Præſens quis præſumitur in ciuitate ſua, ſecus ſi ſit diuerſæ ciuitatis.*
9 *Abſentiam in præſcriptione ſtatutaria probari ex eo, quod à loco abeſt.*
10 *Abſens non videtur eſſe à ciuitate, in qua filios reliquit & filiam. Filij ſunt pars corporis. ibi.*
11 *Abſens metu morbi, iuſta cauſa abeſt, & præſens dicitur.*
12 *Præſcriptio non currit contra abſentem metu morbi, nec impeditum. nu. 13.*
Iuſtitia tempore morbi facile exerceri non poteſt ibi.
13 *Præſcriptio ſicut tempore belli dormit, ita & morbi.*
14 *Regula, non valenti agere, non currere præſcriptionem, eſt naturalis.*
Negligentia vbi non eſt, non debet eſſe pœna ibi.
11 *Abſentis tempus multiplicatur, nec contra eum præſcriptio datur.*

ABſentiam in præſcriptione probari aſſeueramus, probato quod in eadem prouincia vbi adhuc adminiſtratur per præſidẽ, ſeu in territorio, vbi ciuitates ſuas obtinent
1 adminiſtrationes, cuius eſt præſcribens, non adſit † ille, contra quem præſcribitur, vt inſtit. de vſuca. in princ. & ibi gl. in verb. præſentes, & in l. fi. C. de præſcri. long. temp. & ibi gl. & Dd. præſertim Feli. in c. quã frequenter. vt lit. non conteſt. nu. 10. Alc. in l. mulieris. ff. de verb. ſign. & Io. Petr. in pract. Pap. in for. reſponſ. rei verſ. præſcriptionis, n. 9. & Balb. de præſcr.
* in 9. par. 4. par. q. 4. in fi. vbi * de cõi atteſtatur adeo vt magis inſpiciatur, vt noſtri loquũtur, in præſcriptionibus identitas
2 vel diſparitas domicilij † quam perſonæ præſentia corporalis, vel abſentia, vt gl. in d. l. fi. C. de præſcr. long. temp.

Amplia concluſionem, vt ẽt dicatur probata abſentia in præſcriptione, probato nullam habere domicilium, nã tunc recte appellatur abſens, vt docuit Spec. de præſcr. verſ. quã dicatur, & Ceph. in conſ. 29. nu. 14. vol. 1. quo in loco prodidit,
3 præſcriptionẽ non probare † niſi probetur partes fuiſſe præſentes toto tempore præſcr. & habuiſſe domicilium in loco, vbi agitatur iudicium, quod iuribus per eum, & auctoritatibus adductis confirmat.

Verũtñ in hoc eſt diligenter aduertendum non ſatis eſſe, ſi probetur illum plurimis in locis habitaſſe, ſed extra prouinciam, ſi petens, vel poſſidẽs ſit ſub eodẽ præſide, vel vt ſupra, vel extra ciuitatis agrum petentis, & poſsidentis, ſi ipſa ciuitas habeat ſuam adminiſtrationem nulli ſubiectam, & ſuppoſitam iuriſdictioni Principis, vt tradidere Dd. d. l. fi. C. de præſcri. long. temp. & Alex. in conſi. 89. nu. 18. vol. 5. quot modis
4 autem † Prouincia à Dd. accipiatur, adeundus erit auctor additionum ad Capell. Tholoſ. in deciſ. 49. & latius Balb in d. tract. de præſcri pt. 4. part. principali, verſic. 4. opportune q̃ro.

Ad illud etiam accurate eſt inſpiciendum, ei qui ſe præſcriptione decennij tueri velit, huic onus probandi præſentiam
5 eius contra † quẽ præſcribitur incũbere: vt reſpondit Alex. in conſi. 89. nu. 29. lib. 5. & Franc. Balb. in tract. præſcript. part. 1. 4. par. princ. in q. 3. Nam præſentia eſt facti, & ni probetur, nũquam præſumitur: vt I. C. Triphonius cauit in l. in bello. §. factæ, ff. de capti. & poſtlim. reuer. Hoc idem protulit Rol. à Valle in conſi. 57. nu. 18. vol. 1. vbi expreſſe inquit, præſcriptionẽ, cum ſit quid facti, non præſumi, niſi probetur, arg. l. ſi emancipati. C. de collat. & per Bar in l. Celſus. ff. de vſucap. ita etiã Abb in conſ. 82. col. 3. vol. 1. vbi dicit præſcriptionẽ ita facile
6 præſumi non debere † quia nihil aliud eſſet, quam præſumere negligentiã alterius ſecundum Corn. in conſi. 136. col. fi. vol. 2. cum alijs adductis per Rol. vbi ſup. & in cõſ. 89. n. 30. & 32. Immo in dubio quis præſumitur abſens, eo ipſo, quod nõ cõſtat de præſentia: vt placuit Spec. tit. de acto. verſ. ſed quid ſi iſte, n. 45. & Bal. in l. fi. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ lib.

Et quia etiam fundamentum eius, qui allegat præſcriptio.
7 ergo † ipſe probare dẽt. l. ei qui. & l. in except. in prin. de pb. & videndus erit oĩno Bal. in l. emptor. C. de præſcri. lõg. tẽp. vbi clare exemplum affert, cui incumbat onus probãdi abſentia adeas etiã Tiraq. in tract. de vtroq; retract. fol. mihi 559. ver. præſens & abſens. gl. 3 & Ceph. in conſ. 40. nu. 53. vol. 1. vbi dicit præſcriptionem à negligentia aduerſarij ortã eſſe, probare debet, qui ea ſe vult tueri, ſecundum Ruin. in conſil. 111. prope fin. vol. 1. & Soc. Iun. in conſil. 64. nu. 14. vol. 1. arg. l. non enim. ff quib. ex ca. ma.

Iſtud tñ recte accipias, vbi dr̃ onus probandi præſentiam incumbere ei, qui vult ſe præſcriptione tueri, nõ habere locũ, ſi fuerit probatũ, ambas partes eiuſdem eſſe ciuitatis: qa tũc ſatis vr̃ habere intentionẽ fundatã ille, qui nititur p̃ſcriptione: vt per Angel. in d. l. emptor. & ibi Bald. & idẽ voluit Cor. in cõſ. 50. in cauſa, & lite vertente col. vlt. verſ. & licet in dubio. li. 2. Soc. Sen. in conſ. 121. viſa contingentia. li. 1. nu. 1. huc illa rõ, ſpectat: quia quis præſumitur præſens in ciuitate ſua
8 † & in eo loco, in quo habitat, ſecudũ Corn. in d. cõſ. 50. & dicit Bar. Imol. & Alex. ĩis l. põt. ff. de acq. hære. & late p Tiraq. in ll. connub. gl. 8. q. 2. & in d. tract. de præſcrip. gl. 6. d. verſ. p̃ſens, & hoc pacto vera eſt opinio Ang. in d. l. emptor. ſecus ſi partes eſſent diuerſæ ciuitatis: quia tunc non præſumitur præſentia ſed abſentia, & ita locum habet ſentẽtia Alex. in alleg. conſ. 92. nu. 29. lib. 5. per ſupra dicta, & quæ ſupra diximus in concluſ. abſentia præſumitur, & videas fuſius Balb. agentem de hac re in d. tract. de præſcript. 4. part. princ. verſ. quæro, n. 4. vbi ſingularem arbitratur hanc doctrinam Ang. & tibi videri tum iuri, tum rationi optime conſentaneam, nec etiam abhorret à mente Bart. in d. l. is poteſt.

9 Secundo intellige † non procedere in præſcriptione ſtatutaria, in qua abſentia probatur ex eo, quod abſit tantum à loco, licet ibi habeat domiciliũ: vt conſuluit Pau. Caſtr. in conſ. 94. nu. 3. vol. 1. Bal. in conſi. 488. nu. 1. vol. 1.

Primo limita non procedere in eo, qui reliquit in ciuitate
10 familiam, & filios, † qui cum ſint pars corporis, non videtur eſſe abſens à ciuitate, ſecundum Ang. in conſi. 269.

Secundo limita non procedere, quũ quis eſſet abſens metu
11 morbi † quia tũc ex iuſta cã recedit à loco, arg. l. 1. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. & notat Nat. in cõſ. 41. n. 1. vol. 1. & Rol. à Val. in cõſ. 81. nu. 3. vol. 1. ob idque dr̃ eſſe præſens, l. 1. C. de ann. excep. l. quæſitũ. de leg. 1. l. ſi quis ita. ff. de condit. & demonſt. cũ ſim. & Rom. in cõſi. 267. viſo punct. vbi pulchre & diffuſe. & Neuiza. in cõſ. 51. nu. 13. Grat. in cõſ. 137. nu. 7. vol. 2. Soc. iun. in conſ. 13. nu. 17. & in cõſ. 111. nu. 21. vol. 2. & in cõſ.
12 76. nu. 26. & in conſ. 144. nu. 61. vol. 1. & propterea † nõ dẽt ei currere præſcriptio, per regul. nõ valenti agere &c. l. 1. in fi. de ann. excep. gl. in c. audiris de præſcr. & dicit Calc. in cõſ. 3.
13 nu. 30. vbi hãc affert rõnẽ, quã tẽpore morbi † iuſtitia ita facile exerceri nõ põt: vt ẽt tradidit in conſi. 26. num. 8. & Rol. à Valle. in cõſi. 79. nu. 14. & in cõſ. 91. nu. 16. & 42. vol. 1. in quo

hæc

hæc verba loquit, quod præſcriptio ſicut dormit tēpore bel-
li, ita & tēpote morbi, non.n.contra impeditū currit vllo mō.
l.1.§.ſi quis autem.& ibi Bar.& Alex.de itin. actuque priuat.
ēt ſi impedimētū eius culpa accidiſſet.c.quia pp.de conceſſ.
præb.& ita ēt ait Alex.in conſi.58.col.pen.vol.5.quem refert
Rol.à Valle in cōſi.79.nu.16.vol.1.per tex.& glo.in c.diuerſi
tatē, de cōceſ.præben. Illud quidē nō eſt omittendū, eundem
Rol.nu.17.referre eandē Alex.aliter ſentire in conſi.220.col.
pen.in fin.vol.6.& Balb.in d.tract.de præſcr. in 4.par.3.par.
princ.col.3.verſ.3.principal.quæro.aſſerentē illā deciſionem
Alex.in d.cōſi.58.nō eſſe verā, & ab illa tū in conſulēdo, tum
iudicādo eſſe recedendū. Ideo cōclusionē, impedito nō cur-
rere præſcriptionē, limitat Feli.in c.ex tranſmiſſa.col.1.de p-
ſcr.nō habere locū in eo, qui poterat impedimētū amouere,
& non amouit, vñ ſubiungit, laudandū eſſe Alex.quod ſniam
mutauerit in d.conſi.220.vt ſupra ēt dictū fuit de abſentia, q
abſenti nō prodeſt, niſi ēt abſens probet ſe oīa feciſſe, vt impe
* dimentū abſentiæ, quātum in ſe erat, remoueret * cōis eſt opi
nio, de qua Iaſ.in d.§.ſi quis nu.2. Ratioque eſt: namque gene
raliter impedimētum non prodeſt ſi impeditus potuit illud
* amouere, vt eſt * cōis opinio per Boer.in deciſ.40.numē.5.

Quod vero diximus, impedito non currere pſcriptionem,
intelligendum eſt impedito impedimēto iuris, dicit Rimin.
ſen.in cōſi.386.nu.22.vol.2.motus auctoritate I.C.in l.1.ff.de
ſucceſſ.edict.& in l.2.in princ. ff.de bon.poſſeſſ.ſecund.tab.p
Bar.in l.ſenatus.ff.de offic.præſi.& in l.1.vbi ēt Bal.C.qui ad-
mitti, eadē ēt concluſio ſic eſt accipienda habere locū, licet
ſtatutum præciſe præſcriptionē induceret, arg.l.1.in fin.C.de
bon.mat.& animaduertit Natt.in conſ.437.nu.1.vol.1.ea rō-
14 ne pmotus, qa † regula illa, nō valēti agere, ne currat pręſcri-
ptio, eſt naturalis: qm̄ vbi nō eſt negligētia, ibi nulla dēt eſſe
pęna, ideo ēt in ſtatutis habet locū, his conceptis verbis lo-
quutus eſt Bal.in auth.niſi tricēnale tēpus.in prin.C.de bon.
mat.& Capra.in cōſ.120.n.4.vbi iō dicit abſentię tēpus du-
15 plicari abſenti † ne contra eū præſcriptū dicatur, argu.§.1.au
then.vt ſponſ.larg.& auth.quod ſi quis.C.de præſcr.lōg.tēp.

CONCLVSIO VIII.

ARGVMENTVM.

Abſentia in iudicijs quo modo probetur. & quot modis quis eſſe abſens dicatur, & quis eam probet.

SVMMARIA.

1 Abſentia in iudicijs probatur ex eo, quod quis eſt extra vrbis continentia, vel quod quis non citatus. vel citatus non adeſt, vel citare eſt difficile.
2 Paria ſunt, non facere, vel non commode facere poſſe.
3 Reus in principio cauſa in iudicijs ordinarijs in faciem citari debet, niſi ſit abſens.
4 Citatio ad domum non valet, niſi proponatur extra vrbis continentiam iuiſſe, quādo perſonaliter haberi poteſt.
5 Abſentia per famam probatur, & vulgi opinionem, & quando procedat, nu 7.
Et iudex poterit docere ſummarie quo citandus iuerit, ibidem & nu.7.
Et per diſcuſſionem nuntij fiendam nu 6.
6 Diſcuſſio ſicut de bonis, ita de perſonis.
7 Abſentia iuſta ratio dicitur, ſi ex illa impedimentū inſurgit, vt non poſſit cōparere.
8 Probatio ſimplex abſentia nihil concludit tanquam incerta.
9 Abſens in iudicio probatur, quando non interfuiſſe actis conſtat.
10 Comparentibus pro citato abſente, eius abſentia allegata, conceditur terminus arbitrio iudicis conſiderato.
11 Citatus ſi ignoratur in quo loco reperiatur, in prouincia eſſe præſumitur, nec inde exiuiſſe. & ſumitur contra eum præſumptio, cum familia, quo iuit, non dixit
12 Abſens extra prouinciam eſſe coniecturis probabitur vt ſi mercator, & ſimiles.
Item ſi in finibus prouincia habitaret, tunc non præſumitur eſſe in prouincia, ibi.
13 Abſens in lōginquis partibus, & vbi neſcitur, nō expectatur, ſicut in loco propinquo.
14 Abſentia quando probabilis, neceſſaria, odioſa, fauorabilis & voluntaria dicatur, & de poſitionibus faciendis & de probatione in materia, tam ex rei quam a cloris parte, vide ibi remiſſiue.

1 ABſentia in iudicijs probatur ex eo, † qđ qs extra cōtinen-
tia vrbis ſit, vt de iure reſpōdit Vlpi.vna cū Alciat.i l.ab-
ſentē, ff.de verb.ſignific.vel quod qs citatus non eſt, vel quis
citatus nō adeſt, aut quē citare difficile eſt.l.aut qui. ff. quod
vi.per Alciat.in l.mulieris.§.abeſt.de verb.ſignifi. Paria enim
2 ſunt, nō facere † vel nō cōmode facere poſſe.l.nepos Procu-
lo.ff.eo.& glo.in auth.hoc ius verſ.nō poſſit.de ſacroſ. eccleſ.
Bar.in trac.de citatione.n.3.& Gramm.in cōſi.152.n.6.cū 3.
ſeqq.in ciu. Quapp cū à l.ſit ſancitū, vt in iudicijs ordinarijs,
3 in initio cauſę reus corā, & in faciē debeat citari † niſi abſit,
vt l.2.C.qūo & qn̄ iudex l.ſcire oportet.ff.de excuſ tut.l.1.§.1.
ff.de lib.agnoſ.Bar.in l.4.§.ptor ait.ff.de dā.infect.Iun.& alij
in c.cām.de dolo, & contumacia.late per Sebaſt.Vant.in ſuo
tract.de nullit.tit.de nulli.ex defectu citationis.nu.23.& 33.
* quo i loco * oēs doct.ita ſentire affirmat, p Mil.i rept.i verſ.ci
ta.2 verſ.Rot.dec.48.valet citatio, in nouis, & p Ale.in conſ.
107.n.8.li.5.non valet citatio ad illius domū facta, niſi decla
retur, & pponat reū extra continētia vrbis ſeceſſiſſe, vel niſi
4 latitet, aut qn̄ † aliter pſonę copia hri non pōt: vt l.Fulcinius.
§.qđ ſit latitare, & §.ſi.ff.ex quib.cauſ.in poſ.c.qm̄ frequēter.
§.porro.cū gl.& actores, vt lit.non conteſt.Sebaſt.Vant.in d.
tit.de nullit.ex defectu citationis, n.90.cum ſeq.& Alci.in d.
l.abſentem.ff.de verb.ſign.& gl.in d.c.cām.de dolo & contu
macia, cuius doctrinā oium conſenſu à cunctis receptā locu
pletiſſimus eſt teſtis Abb.in cōſ.83.li.2.Dec.in cōſ.460.col.ſi.

Ab iſtorum ſnia diſceſſit Rim.Sen.in conſ.396.nu.2.vol.5.
vbi dicit citationem factam in perſonam eadem fere cenſeri
cum facta ad domum. Cum igitur lege ſit cautum, reum ali-
quando corā, & (ne à nrorum vſitata loquēdi formula diſce
dam) in faciem vocandum eſſe, ſatis erit, ſi Riminaldo credi-
mus, ſi ad domū tunc vocetur, quos vt inter ſe cōciliare poſ-
ſis, dicas nrām concluſionem procedere, qn̄ reus ip ſe haberi
non poteſt, maxima diligentia ad id adhibita, quia tunc dēt
citari ad domum, & citatio rata eſt, non ſecus, ac ſi reus ipſe
** præſens citatus fuiſſet, vt declarat Bar.& Alex qui de ** ma
gis cōi atteſtatur in l.4.§.prætor ait.ff. de dam.infec. & vide
late p Vāt.eo.tit.de nullit.ſent.ex defec.cit.n.84.cū plur.ſeq.

5 Amplia concluſionem, ēt probari abſentiām per † famam
vulgi opinionē. Bar.ſic docuit in extrau.ad reprimendum, in
ver.per edictū.n.6.vbi inquit, ſolam famam, & vulgi opinio-
nem in probat.iſtiuſmodi ſatis eſſe, Imperatoris auctoritate
cōmotus in contex.§.ſi vero.in auct.de exhiben.& introdu.
rei coll.5.& idem Bar.ibid.illud addidit, iudicis partes eſſe
diligenter perquirere, quem in locū ſucceſſerit, idque iudex
agere pōtuit ſūmatim, nec aduerſa parte vocata, ſicut refert,
& ſequitur Ant.de Canar.in tract.de excuſ.in 2.par.q.19.

Amplia 2.ēt probari per diſcuſſionem, quę fiet per nunciū
6 ſeu nuncios: nam ſicut fit de bonis ita.de perſonis, vt ſcripſit
Bar.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infec.cuius doctrinam retulit,
& probauit Ant.de Cannar.vbi ſupra d.q.19.

Verūtn̄ mō à nobis relatā ampliationē de fama ſic accipe
re poteris, vt falſa dignoſcatur, niſi concludat iuſtā rōnē ab-
7 ſentiæ: quia tunc dr̄ iuſta ratio † cum illa impedimento eſt,
quo minus apud iudicē ſe poſſit ſiſtere, vt ſi ad oras tranſma
rinas abnauigarit, uel locorū lōginquitate adeo ſit diſiūctus
vt ad ſe purgādum iter capeſſere nequeat. Hinc euenit, vt ru
8 mor ille abſentiæ probandus ſit † quo ſe contulerit, ſola, nāq;
abſentię probatio non concluderet tanq̄ incerta probatio, c.
in pſēria.de pb.& l.non hoc.C.vnde legit.fieri etenim poſ-
ſe, vt nō lōge inde abeſſet, atq.ſe pſētē poſſit exhibere, i hāc
ſniam loquutus eſt Ant.de Cānar.vbi ſupra 2.par.q.21.n.13.

Ampliāda 3.loco eſt concluſio: vt ēt abſēs in iudicio pbe
9 tur † qn̄ conſtat non interfuiſſe actis, vt receptioni teſtiū, qđ
meminit Feli.in c.qm̄ frequenter, nu.10.vt lit.non conteſtat.

Animum vero ad id, quod ſum dicturus lector aduertas:
nā ſi pro abſente citato in iudicio ſui copiā faciant procura-
tores, vel excuſatores, & vocatū abeſſe contendant, & idcir-
eo ad eum perquirendum, vt is poſſit inueniri, terminū ſibi
10 circūſcribi efflagitent, † iudex tū tpis, tū loci longinquitate
ſtudioſe examinata, arbitrio ſuo id ſtatuet, vt videre eſt a-
pud Iſern.in comment.ad con.Regni, ſub.rub.de liter.cit.in
verb.alleg.pbari, col.pen.ver.quid ſi non.adducit Bar.in ex-
trau.ad repr.men.iu uer.p edictū.n.7.qđ ſi, vbi citatus com-
11 moretur, ignoratur † tūc præſumit in prouincia conſiſtere,
& ab ea non exiuiſſe, vt per Iſern.vbi ſupra, cui aſſentitur do
ctiſſimus Menoc.de arbitr.iud.li.2.centur.1.caſu 40.nu.8.&
ita ſumitur præſumptio contra eum, nempe vt pręſumatur eſ
ſe in loco vicino, ne multū tpis ei concedatur, ea ratione, qa
illi ſit aſcribendū, quod non ſignificauerit familiæ, quo pro-
fecturus eſſet, ut idem ſapientiſſime aduertit Menoch. ibid.
ex auctoritate Iſern.loco modo à nobis allato, ſed qui pro-
babitur abſentem eſſe extra prouinciam, id commode per
12 coniecturas confirmari poterit † vt ſi is mercator ſit, & pere
gre proficiſci conſueuerit, & demonſtrandum præterea argu
mentis erit: cū diſceſſurus eſſet, bene nummatum abijſſe, vel
aliud quidpiā egiſſe, è quo conijci poſſit illum eo aio receſ-
ſiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, vt diu abeſſet, quibus id quoq; adijcies, idē indicandū eſſe, cū vltimos prouinciæ fines incoleret: nam tunc non præſumitur eſſe in prouincia, vt per Menoch. in eod. caſu, nu. 15.

Concluſionem noſtram volui ſic intelligas: vt habeat locū
13 in eo † qui abeſt in lōginquis partib. & neſcitur, vbinā terrarum degat, & ſit diu abſuturus, & nō in eo, qui abeſt in aliquo loco ꝓpinquo, & eſt ſtatim reuerſurus, expectādus eſt enim, donec ſit præſens, per ea quæ tradit Bal. in cōſ. 488. li. 1. & in cōſ. 344. li. 5. Frāc. Aret. in l. cū heres. ī prin. ff. de acq. hęr. Pau. de Ca. in l. cū antiquitas, in 3. not. C. de teſtam. Corn. in conſ. 241. de duob. col. 3. verſ. & hmōi ſtatuta. li. 2: & in cōſ. 151. vſ in hac cōſultatione, vlt. col. verſ. tā quod valeas. lib. 4. Paul. de Caſ. in cōſ. 276. quia probabiliter. col. 2. li. 1. & in l. ſi cū dote. §. ſi pater, poſt prin. ff. ſol mat. & ꝑ ea quæ latiſſime memoriæ tradidit Tiraquel. in trac. de legib. connub. in gl. 8. ver. de ſon Mari, num. 6. cum ſequen.

Quod tibi cordi erit inueſtigare, quando abſentia dicatur
14 ꝓbabilis, neceſſaria, † odioſa, fauorabilis, & voluntaria, adeas Bal. in l. ab eo. in vlt. col. C. quō & qn̄ iud. l marg. ver. ſnia. col. vlt. & gl. magiſtralis in ver. appellate. & ibi Bart. in fi. col. 2. & 3. ff. de reſti. in inte. in prin. ver. ſciēdū eſt, vbi plene Calca. in cōſ. 3. n. 29. & in cōſ. 26. nu. 1. Cephal. in cōſ. 146. n. 42. & conſ. 83. n. 6. vol. 1. ſi vero cognoſcere tibi in aīo eſt de probatione, & poſitionib. faciēdis in hmōi abſentiarū materia tā ex parte rei, quam actoris, hæc late docentē conſulas Roffr. de libel. forman. par. 1. de action. reſci. & Spec. vbi ſup. nu. 12. cum ſeq.

CONCLVSIO IX.

ARGVMENTVM.

Abſentia in ſtipulationibus quo pacto probetur, & quando illa vitiat.

SVMMARIA.

1 *Abſentia in ſtipulationibus probatur, probato quod ad inuicem audiri nō poterant partes, licet præſentes fuerint.*
2 *Abſentia ſicut impoſſibilitas ſtipulationem vitiat.*
Præſentia partium eſt de ſtipulationis ſubſtantia.
3 *Mutus non poteſt ſtipulari, quia loqui nequit.*
4 *Cauſa quia non requirit præſentiam partis, & valet ſtipulatio abſente parte.*
5 *Teſtis deponens de alicuius præſentia non concludit niſi & quod audiuerit depōdat.*
Præſentia non arguit intelligentiam naturaliter, nu. 6. & nu. 8.
6 *Verba teſtis naturaliter accipiuntur, & vt ſonant in facto.*
7 *Præſens non dicitur, qui non intelligit, & qui non prohibet.*
8 *Præſentia non includit intelligentiam ſecūdum naturalem intellectum, n. 11. aliud ſecus ſecundum ciuilem.*
9 *Præſentia intelligentiam includit, quando notarius dicit, præſentibus Titio, & Seio & num 10.*
10 *Verba iudicis, & notarij cum effectu ſunt intelligenda, legis, & teſtatoris vel contrahentis.*
11 *Notarius cenſetur in inſtrumento apponere verba, prout ciuiliter intelliguntur.*

1 ABſentiam in ſtipulationibus probari ex eo † quod ſtipulantes inuicem ſe audiri nequeūt, licet ſint præſentes optime docuit gl. quam ſequitur Bar. & Dd. in l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. & in §. item verb. inſtit. de inut. ſtipul. Alciat. in d. l. mulieris. §. abeſt. de verb. ſign. Fely. in ca. quoniam frequenter, vt lit. non conteſ. nu. 9. & gl. in l. abſens. ff. de verb. ſign.

Et adeo efficax eſt hmōi abſentia, vt vitiet ſtipulationem
2 ſicuti † (vt noſtrorū verbo vtar) impoſſibilitas, neceſſario nāque in ſtipulatione requiritur, vt partes ſint præſentes, quēadmodum cōe facit Grat. in conſ. 120. nu. 6. vol. 1. & quod ſe exaudiāt, nec ſatis eſt ipſos proferre verba, niſi alter alterius verba haurire auribus poſſit vt dicit Ang. Aret. in d. §. itē verborum. & Rimin. ſen. in conſ. 277. nu. 1. vol. 2. arg. l. ... in princ. ff de verb obli. & l. 1. C. de vſur. Vnde ſi vnus in conclaui, alter in cubiculo moraretur, & vociſerando alter alterius verba poſſet accipere, ij dicentur præſentes, & ſtipulari poſſunt, vt in hanc ſententiam ſcripſit Bar. in d. l. 1. in prin. nu. 8.

3 Quapropter mutus † non poteſt concipere ſtipulationem quia voce caret, vt l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ. & §. mutum, & ibi Dd. Inſtit. de inut. ſtipul.

Attamē illud reſtringas, quod dictum eſt de præſentia par-
4 tium nō procedere † in pia cā, quia pia cauſa non requirit pręſentiā partis: vt voluit Bal. in auth. ſimiliter. C. ad l. falci. & in l. illud, C. de ſacroſ. eccl. vbi expreſſim dicit, in pia cauſa ratā eſſe ſtipulationē factam parte abſente ēt per verba directa in ipſos abſentes, & in c. innotuit. de elect. & Rimin. ſen. in conſ. 118. nu. 19. & ſeq. vol. 1.

Primo amplia concluſionem, vt ſi teſtes deponant Titium, vel ipſos præſētes fuiſſe, nihil quo ad ſtipulationē deponere:
5 quia opus eſt, vt deponant ipſos etiam audiuiſſe: nā † tali caſu non præſumitur intelligentia, vt dicit Bart. in l. 1. in fi. ff. de auth. tuto. Bal. Raphael. & Imol. ī l. hęredes palā, in prin. ff. de teſtam. Idē Bar. in l. diē proferre. §. corā, ff. de ver. ſig. & in ſuo tract. teſtimon. §. teſtis dixit ſe aliquid ſcire. Rōnem huius rei quærens Ceph. in conſ. 185. nu. 31. vol. 2. eā eſſe rñdit: quia cū
6 verba teſtis naturaliter accipiantur † & prout ſonant in facto l. ſtipulatio iſta, §. hi qui. ff. de verb. obli. præſentia naturaliter intelligentiam non arguit, vt infra dicetur.

7 Præſens enim nō dicitur † qui nō intelligit, iuxta Bal. ſnīam in l. 1. in 2. q. de erro. aduo. & Bar. ibi. & in l. 1. §. propter. ff. de poſtulā. Spec. de teſt. §. 1. verſ. itē qui non prohibet. & Abb. in c. peruenit, de teſt. cogē. Soci. iun. in conſ. 19. nu. 10. vol. 2. vide Alex. in cōſ. 179. 2. par. & Feli. in d. c. qm̄ frequenter. vt li. non conte. in fi. & Ceph. in d. cōſ. 185. nu. 18. 20. & ſeq. vbi & huius
8 rei meminit, præſentiam † non arguere intelligentiā, pſertim in eo, ex cuius perſonæ qualitate notitiam haberi nō pſumitur, & in eo qui eſt præſens ad alium finem. Quid? quod idem Cephal. in eod. conſ. ſub nu. 22. protulit, quamuis ſi ſecundum naturam loquamur præſentiam neceſſario nō cōſequatur intelligentia, arg. d. l. 1. §. fi. vbi Bar. ff. de auth. tutor. attamē ſi iuris ciuiliter ſequemur, præſentiam cōplecti intelligentiā videbimus, arg. l. corā. ff. de verb. ſig. l. diem. ff. de arbit. & I nol. in d. l. hæredes palam. nu. 2. ff. de teſtam.

Reſtringitur tamē hęc ampliatio hoc pacto, qn̄ notarius in
9 inſtrō dicat, præſentibus Titio, & Seio † ſecundū Nat. in conſ. 124. nu. 12. vol. 1. nam etſi nou ſit additum, & intelligentibus &c. tamen præſupponit, & includit ipſorum intelligentiam, Bar. in l. corā. ff. de verb. ſign. & Aret. in d. §. item verborū, vbi
* atteſtatur ita * cōiter in praxi ſolere obſeruari per notarios, quibus haud dubie rñdent ea, quę ſupra dicta ſunt in concluſion. abſentia alicuius præſumitur, limita 2. Huc quoque peculiariter ſpectat doctrina Bart. in eod. tract. teſtimoniorū, §. teſtis dixit ſe aliquid ſcire. quia præſens, nu. 19. vbi dicit, qđ ſi notarius in inſtrō aliquid factum eſſe ab aliquo præſente nar
10 raret, de præſente, & intelligente intelligitur † cū verba iudicis, & notarij cū effectu intelligenda ſint: vt etiam idē dicendum eſſet, ſi lex, teſtator vel contractus diceret aliquid fieri debere aliquo præſente: quia ſemper intelligetur pñte, & intelligente, cuius ſniam merito comprobat ēt Soc. ſen. in cōſi. 114. col. 3. verſ. licet poſſet, volu. 1. ita itidem conſuluit Caſtr. quem refert & ſequitur Fely. in proœ. Greg. nu. 31. ver. & iſtis adde, & Alciat. in l. 1. in prin. nu. 3. ff. de verb. obli. Rōnem in medium profert Cephal. d. conſ. 185. nu. 30. qm̄ notarius cen
11 ſetur in inſtrumento apponere verba † vt ciuiliter intelliguntur, per Bart. in l. quod ſi nepotes. ff. de teſtam. tut. in l. 1. C. de vſur. & vt ſup. dictum eſt, præſentiam ſecundum ciuilē intellectum arguere, vt notabiliter memorat. Dec. in rubr. C. de in ius voc. in ſtipulatione. n. ſemper præſumitur præſentia: qa eſt actus, qui nō poteſt fieri, niſi inter præſentes, ſicuti id firmat Ruin. in conſ. 154. nu. 11. lib. 5. & in conſ. 131. nu. 4. & 5. lib. 1.

CONCLVSIO X.

ARGVMENTVM.

Abſentia aduocati quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Abſentia aduocati probatur iuramento clientuli.*
2 *Probatio abſentia aduocati eſt iuſta cauſa dilationem dandi, ſi breue ſit impedimentum, alias non.*
3 *Dicens, abſentem ſuum aduocatum, alium debet inuenire.*
4 *Quicquid probari poteſt per iuramentum, permittitur contrarium aduerſario probare.*
5 *Abſentia aduocati in cauſa ſummaria non eſt iuſta cauſa dandi dilationem.*

1 ABſentia aduocati probatur † per iuramentum clientis, ſic dixit Specul. in tit. de dilat. §. ſi. ad fi. quem refert & ſequitur Feder. de ſen. in conſ. 114. Quod ſi iſtius abſentiā egregie ꝓbauerit, merito cauſa prorogabitur, & differretur: vt ibi dē

Feder.

Digitized by Google

Feder.& Hipp.de Marſi.in rubr.C.de proba.n.131.alias 143.
2 & Caſſaneus in cõnſ.45.nu.30.†quod velim ſic accipias,cum
obſtaculum breue futurum, & abſens diu non eſt abfuturus.
3 quia tunc nulla danda dilatio eſt,ſed alium aduocatum†inue
nire debet,vt dicit Bar.in l.ſi longius, ff.de iudic.in princ.&
in l.1.ff.de vacat.muner.& in l.ſed ſi vnus,§.fin.ff.de iureiur.

Ad illud etiam animaduertendũ eſt,ſemperquicquid pro-
4 bari poteſt per iuramentũ†contrarium etiam permitti aduer
ſario,vt probare poſſit,quemadmodũ ſcripſit Chriſtophorus
Porc.Inſtitutio.de inutilib.ſtipulat.§.item verborũ, & late p
Tiraq.in tract.de vtroq; retract.§.4.gl.1.ſol.145.n.3.cũ ſeq.

Limita concluſionẽ non procedere.qñ cauſa eſſet ſumma-
5 ria:†quia tunc iſtiuſmodi dilatio danda non eſt,quod multis
confirmat auctoritatibus Caſſan.in d.conſi.45.nu.50.

CONCLVSIO XI.

ARGVMENTVM.

Abſentiam cauſa Reipublicæ eſſe probandam, & quis cauſa Reipublicæ abeſſe dicatur,vel ex iuſta cauſa.

SVMMARIA.

1 *Abſentia cauſa Reipublicæ probari debet,niſi dominus confiteatur.*
2 *Abſens cauſa Reipublicæ is eſt,qui mittitur à Principe,vel ad eos,ſecus de vna ad aliam ciuitatem.*
3 *Abſens partim publica cauſa,partim ſua propria,conſiderabitur,quod principaliter obſeruat ſi fuerit dubium ſuum principale motiuum.*
Abſentia cauſa Reipublicæ probanda,quæ ex parte actoris & quæ rei poſitiones ſint facienda.vide ibi,nu.3 remiſſiue.

1 Abſentia cauſa Reipublicæ probanda eſt†niſi dominus eã
confiteatur.Ita Innoc.in c.veniens. in princ. de accuſat.
& in c.cum dilecti,de dolo,& contuma.& nota.in c.cupien-
tes.de elect.lib.6.Ab hac opinione non receſſit Matt.de Affl.
ſuper prim.feud.tit.quo tempore miles,nu.17.
2 Abſens vero cauſa Reipublicæ is eſt,qui mittitur†à Princi
pe,vt deciſum reliquit Boer.in quæſ.17.nu.7.vel Republica.
vel è contra mittitur ad eos,ſecus quando mittitur à ciuitate
ad aliam,quia tunc non dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ, ſed
ex iuſta cauſa,vt dicit Iaſ.in l.cum quidam ff. de acquirend.
hæredit.Et fuſius de hoc agentem adeas eundem Iaſ.in §.rur
ſus Inſtitut.de action.nu.1.vſque ad 6.quo in loco connume
rat omnia genera abſentiarum.
3 Si quis vero partim Reipublicæ cauſa,partim ſua abſit†cõ
ſiderandum erit,quod præcipue ille perageret. per l. ſi quis
nec cauſam.ff.ſi cert.petat.per Iaſ.in l.non ſolum.§ ſi cum iu
re.nu.2.titul.de oper.nou.nuncia.& gloſ.in verb. negotij. in
l.nõ vere.ff.ex quibus cauſ.ma.atque Tiraquel.de retract. mu
nicip.§ 30.in gloſ.prima,nu.6.ſi autem de hoc ambigatur,il-
lum cauſa ſua non Reipublicæ diſceſſiſſe Bald. teſtari poterit
in c.cum dilecti.nu.4.de appella.

Quę vero poſitiones à reo,quę ab actore,vt iſtiuſmodi Rei
publicæ cauſa abſentia poſſit probari, afferendæ ſint,Roſred.
ad vnguẽ præcipit,de libell.1.part.de act.in rem reſci. p tot.

CONCLVSIO XII.

ARGVMENTVM.

Abſolutio ab excommunicatione quo modo probanda.

SVMMARIA.

1 *Abſolutio ab excommunicatione per literas abſoluentis vel teſtes probanda.*
Et idem in promiſſa abſolutione,num 7.
Dicenti ſe abſolutum non credi,nu 1.
2 *Excommunicatus ſemel ſemper præſumitur excommunicatus.*
Excommunicatum fuiſſe tempore actus,ſufficit ante actum probatum, fuiſſe,nu 1.
3 *Abſolutio per ſcedulam presbyteri abſoluentis probatur,ibi remiſſiue.*
Et per vnum teſtem,ſi conditionalis ſit excommunicatio,nu.6.
4 *Teſtis pænitentiarius habens auctoritatem abſoluendi illam probat.& ibi quare.*
5 *Nuncio iurato,& notario creditur ratione officij,ſecus in alijs.*
6 *Abſolutionem a, via excommunicatione per literas,vel teſtes probari.*
7 *Statutum,ne poſſit fieri probatio,niſi per ſcripturam,non habet locum in abſolutione ab excommunicatione.*

1 Abſolutionem ab excommunicatione debere probari per
literas abſoluentis† ſiue per teſtes,vel alio legitimo mõ
tenuere Domini Rotæ,deciſ.11.de ſententia.excommunicat.
in antiquis,& eſt tex.in c.ſicut nobis cod.tit.de ſent.excom-
mur.& ibi Abb.& Fel.vbi conſuluit,pro cautela in abſolutio
ne debere abeſſe teſtes, cui adſtipulatur Franc.Mar.Deciſ.
Delph.q.860.part.2.adeo vt nec credatur dicenti ſe abſolu-
a tum,niſi probetur abſolutus † quia excõicatus ſemel ſemper.
præſumitur excõicatus,quẽadmodũ voluit Crot.de teſt.par.
6.nu.103.ſol.mihi 281.& Grat.in cõſi.42.nu.5.vol.2. quo in
loco tradidit,ad probandum excõicatum aliquem fuiſſe tem
pore electionis,ſatis eſſe, ſi probetur excõicatum fuiſſe ante
electionem,iuxta regulam, ſemel malus, quod idem confir-
mant à nobis modo adducti Dd.& Dec.in c.ad audientiam,
in 1.notab.de reſcript.quod comprobat auctoritate contex.
in c.propoſuit,vbi glo.2.& Abb.de cler.excommun.miniſt.&
in d.c.ſicuti.& Rot.in d.deciſi.11.& Rom.in conſi.mihi 387.
in terminis propoſite conſultationis,& ibi Mandoſ.in addit.
& Imo.in clem.1.de priuil.eſt etiam tex.in c.poſt ceſſionẽ,de
probat.ſi intelligitur iuxta mentem Decij,& d.deciſ.Delphi.
680.par 2.& de probatione per ſcedulam presbyteri abſol-
uẽtis,tenuit Rot.Cur.Roman.vt per Paleot.in deciſ.ſua 220.
& in deciſ.269.quæ adhuc non ſunt typis traditæ.
3 Amplia, † vt imo per vnicũ teſtẽ poſſit probari abſolutio,
vt retulit Felin.in c.veniens,col.fin. de accuſa. & Hippol.de
Marſil.in l.1.§.idẽ Cornelio,de q̃ſt.& Cardi.in conſi.2.de te-
ſtib.& ſequit Gabr.in ſuis cõcluſ.li.1.de teſtib.cõcluſ.1.n.17.
4 Intellige primo:vt procedat hęc ampliatio,† qñ teſtis hu-
iuſmodi eſſet(vt appellant)pænitentiarius habens auctorita
tem abſoluendi,etenim cum priuſquam ad pęnitentiariæ, q̃
vocant,munus,promoueatur,iureiurãdo aſſeueret, ſe religio
ſe onus ſibi impoſitum adminiſtraturũ,fides ei omnino adhi-
benda erit in his, quæ in illo munere geſſit: quemadmodum
5 etiam nuncio†creditur,cum ſit iuratus,& publicus,vt reſpon
dit Cepha.in conſi.113.nu.12.vol.1.Mant.in conſi. 179.n.12.
& in conſi.191.num.96.vol.1.per text.in cap. cum parati. de
appella.in c.propoſuiſti.82.diſt.& in l.magis puto.§. ne paſ-
ſim.ff.de reb.eor.Grat.in conſil.30.nu.37.& 58.volum.1.& in
conſi.131.nu.1.vol.1.Io.de Amicis in conſi.119.nu.7.& Ri-
minal.Sen.in conſi.70.nu.19.vol.1.& in conſi.207.nume.21.
vol.2.& in conſi.403.nu.5.vol.3.vbi ſcribit,nuncio credi,qui
dicit ſe citaſſe:quoniam hoc pertinet ad eius officiũ,ſed ſibi
non credi referẽti citatum renuiſſe venire, iſtud enim nõ ſpe
ctat ad eius munus, quod idem contingit in notario iurato,
vt voluit Calder in d.conſi.2.circa medium,titul.de teſt.Rui.
in conſi.159.nu.16.vol.3.Bar.in l.iubemus.ff.de reg.iur.in l.2.
§.ſi quis neget.ff.quẽad.teſtam.aperiant. & in l.ſi quis decu-
rio.C.de fal.Imol.in conſi.105.Gramma. in conſil.65.nu.18.
in ciuil.Anchar.in conſi.178.num.6.& per Ioan. de Amic. in
conſi.120.nu.28.Vnde ſecus videtur eſſe ſtatuendum in alijs
hominibus,vt ſenſit Rot.per Greſcen.in deciſ.163.

Intelligenda ſecundo forſan loco eſt noſtra hæc ampliatio
vt non habeat locum,qñ excommunicatio fuerit lata condi-
tione aliqua,ſed ſecus eſt qñ excommunicatio eſt pura: quia
6 tunc debet probari abſolutio per ſcripturam,†vel per teſtes,
qui minimum duo debent eſſe.c.ſicut nobis, de ſent.excom-
munic.& ibi Panorm.quẽ refert & ſequitur Frãc. Mar.in de-
ciſ.Delphi.quæſt.860.par.2.num.2.vbi animaduertit iccirco
quẽlibet debere eſſe cautum ad præſeruandũ litteras abſolu
tionum,vt cauit glo.in cap.cũ in iure peritus.de offic.deleg.

Secundo amplia concluſionem, vt non ſolum habeat locu
7 in abſolutione,ſed etiam in promiſſione abſolutionis, † quæ
& ipſa per teſtes poteſt probari non obſtãte ſtatuto,ne poſſit
fieri probatio niſi per ſcripturam, quod tradidit Hippol.de
Marſil.cum allegatis in rubr.de probat.nu.50.& per Ang.in
conſ.200.n.5.& huiuſmodi probatio tandẽ efficit,vt conficia
tur inſtrumentum,ſic Salic.in l.ſi quis argentum.C.de donat.

CONCLVSIO XIII.

ARGVMENTVM.

De eo,qui ſe ab excommunicatione liberari efflagitet, an ic circo excommunicatum ſe confiteatur.

SVMMARIA.

1 *Abſolutionem petens probat ſe delictum commiſiſſe & nu 9*
2 *Petens abſolutionem à ſimonia,videtur fateri ſe ligatum crimine.*
3 *Priuatio habitum præſupponit,& venia culpam.*
4 *Qui petit immunitatem,confitetur ſubiectionem facti, quæ vera,vbi quis confitendo poteſt ſibi præiudicare,vide contra nu.5.*

5 *Abſo-*

5 *Abſolutio ſolet peti ad cautelam.*
Bonarum mentium eſt, culpam vbi non eſt, timere, nu. 5. & nume. 10.
6 *Culpa vbi non eſt, fauore animæ timenda.*
7 *Sententia excommunicationis non fertur propter crimen, ſed propter contumaciam.*
8 *Petens abſolutionem videtur fateri tantum conſcientiã læſam, non ſe excõicatum.*
9 *Abſolutionem petens excommunicationis in iudicio ſolenniter videtur fateri tacite ſe excommunicatum, ſecus extra iudicium ad cautelam vel ex humilitate, vel dolorem mitigando.*
10 *Probationes debent eſſe claræ, vbi agitur de probando crimine.*
Venia peti poteſt gratia humilitatis, num. 10.
11 *Excipiens, vel replicans non videtur fateri intentionem aduerſarij.*

1 ABſolutionem petẽs probat patraſſe delictũ, vt † ſe eſſe ex-
cõicatum, vt ſenſit glo. in ca. venerabilem, de elect. ſuper
ver. poſtulauit. quæ ad hnc quotidie ſolet adduci, & ibi Hoſt.
quam gl. ſequitur Bar. in l. decẽ. ff. de ver. obli. Alba. in cõſ. 34.
nu. 5. vbi teſtatur de * cõi concluſione, Inno. in c. per tuas, de
ſent. excõ. & Ioã. de Amicis in conſ. 18. nu. 10. cui optime qua
2 drat, quod petẽs abſolutionem ab excõicatione, † videtur fa-
3 teri ſe eſſe colligatum: nam priuatio † præſupponit habitum,
d. l. decẽ, & c. ad diſſoluendũ, de deſpon. impub. & idẽ cõſide
rauere Caſſan. in conſi. 1. nu. 16. Mantu. in conſ. 18 n. 28. vol. 1.
Cephal. in conſ. 93. nu. 9. vol. 1. & in conſ. 248. nume. 15. vol. 2.
Natta in conſ. 373. nu 25. vol. 2. Grat. in conſ. 41. nu. 22. vol. 1.
Ioã. de Amicis in conſ. 49. nu. 2. Capra in conſ. 44. nu. 4. & Ri-
min. ſen in conſ. 260. nu. 2. vol. 2. ea ẽt ratione, quia venia præ-
ſupponit culpam, arg. l. ſi ideo. C. de his quib. vt indig. c. verũ,
8 aliàs 9. diſt. c. nerui. 13. diſt ideo dicebar Rimin. ſen. in cõſ.
289. num. 41. & ſeq. vol. 2. Quod ſi quis patiatur ſe abſolui ab
excõicatione, quia videatur conſtitutus in poſſeſſione excõi-
cationis, vt excõicatum auerſandum eſſe, per relatum c. vene
rabilem. cui optime quadrat, quod aliqñ Nat. conſultus rñdit
in conſ. 299. nu. 5. vol. 2. abſolutionẽ petentẽ à crimine ſimo-
4 niæ (ſic eam nominant) videri † eum fateri ſe illi culpæ affinẽ
eſſe: quia priuatio habitum præſupponat. idem pollet, quod
reſpondit Alba. in conſ. 34. nu. 5. vbi dicit in ſimili eum qui pe
tit immunitatem, fateri ſe ſubiectum, & qui remiſſionem ta-
learum præteritarum poſtulat, eum ſe obligatum confiteri.
Quæ tamen vera ſunt, ipſe dicit, modo ſimus in his in quibus
poteſt aliquis confitendo ſibi præiudicare.

Hanc ẽt concluſionem ſequutus eſt Spec. tit. de proba. §. vi
dendum. verſ. ſed nunquid probatur. nec ab illa receſſit Mil.
in repert. in verb. excõi. probatur. aſſerens excõicationẽ pro-
bari per petitionem abſolutionis, inſiſtendo veſtigijs gl. in d.
c. venerabilẽ, & Bar. in d. l. decem. Huic tamẽ ſententiæ alacri
ter reclamat ac refragatur Inn. in d. c. venerabilem, nu. 4. & in
c. 2. de ord. cogni. Arch. in c. pia, de excep. li 6. & Collect. in d.
c. venerabilẽ. Ioã. And. in c. exhibita, de homicid. Spec. in tit.
de proba. §. videndum, verſ. ſed nunquid probatur, nume. 24.
Abb. in d. c. venerabilem, col. pen. quo in loco reprehendit gl.
in d. c. venerabilem, in d. l. decem, ff. de verb. obli. tenuit Rot.
in deciſ. 146. de ſent. excõ. & in deciſ. 330. de except. & obie-
ctin. in antiqu. Quorũ ſententiæ illud fauere vr̃, quod voluit
5 Put. in deciſ. 98. li. 2. aliquando abſolutionem ſolere † peti ad
cautelam, nam ſummus Pont. cautum reliquit, bonarum men-
tium eſſe timere culpam vbi culpa non eſt, in c. ad eius vero.
diſt. 5. & in ca. 2. de obſer. ieiu. Cui ſententiæ tã ſimile eſt, quã
lac lacti, quod ſcripſit Soci. iun. in conſ. 29. nu. 31. vol. 2. vbi di
6 cit, quod culpa vbi non eſt, † fauore tamẽ animæ timenda eſt.
Et tunc per iſtiuſmodi petitionem non probabit quis ſe eſſe
excõicatum, nec eſſe in quaſi poſſeſſione excõicationis, ſecũ-
dum Rimin. ſen. in d. conſ. 289. num. 41. His adſtipulatur, quia
7 ſententia excõicationis non fertur propter crimen, † ſed pro
pter contumaciam. Et ideo per huiuſmodi ſententiam nõ de-
bet cenſeri probatum crimen, etiã ſi excommunicator dicat,
quia furtum feciſti, & monitus, vt compareres, vel ſatisface-
res, non comparuiſti, nec ſatisfeciſti, ideo excommunicaui-
mus te, vt prodidit Felin. in c. teſtimonium, nu. 25. de teſti. &
per eum ibi allegat. & Alexã. in l. 1. ff. de oper. no. nunc. col. 2.
verſ. 2. not. quod autem propter contumaciam feratur ſenten
tia excommunicationis, ſenſit Alex. de Neuo in conſ. 68. n. 1.
per tex. in c. ex parte, de verb. ſign.

Eidem ẽt opinioni repugnant Pariſ. in cõſ. 1. nu. 88. vol. 4.
& alij multi, qui in hanc ſententiam deſcendere, abſolutionẽ
petentem videri tantum fateri conſcientiam ſuam læſam eſ-
8 ſe, non autem † ſe eſſe excommunicatum.

Iſtis ſigillatim ita reſpondendum, vt tandem noſtrã inter-
ponamus ſententiam, eſſe cenſeo, vt prior opinio procedat,
qñ aliquis petit abſolutionem in iudicio cum ſolemnitate,
9 quia tunc † vr̃ tacite fateri ſe excõicatum eſſe, & ſic intelligi
tur. c. venerabilẽ. & ꝑ ibi not. Abb. col. pen. in fi. vt dicit Mil.
in repert. in verb. excommunicatio. & probatur ex notatis
per Io. Andr. in c. cum dilectus. de ord. cogni. ſuper gl. pen. &
c. exhibita. de homic. ſi vero extra iudicium, & non ſolemni-
ter petatur abſolutio, ſiue ad cautelam, vel ſi petatur venia
cum proteſtatione, vel ad partis dolorem leniẽdum, vel pro
pter quandã humilitatem, tunc per talem petitionẽ non pro
batur crimen, vt perpendit Abb. poſt. Hoſt. & glo. in uerb. ve
niam, in fi. in d. c. exhibita. de homic. n. 6. & Feli. in c. teſtimo
nium. n 25. cum ſeq. vbi late, de teſtib. & Nat. qui ita expreſ-
ſe, vt ſupra, loquitur in d. conſ. 299. nu. 15. vol. 1. quo in loco
ex Rom. ſententia rationem affert in l. 1. in prin. de oper. no
10 ui. nunc. quia probationes debent eſſe claræ, † vbi agitur de
probando crimine, ſed venia peti poteſt gratia humilitatis:
tum quia, vt diximus, bonarum mentium eſt, timere culpam
vbi non eſt, & ultra Rom. eadem fuit mens, gl. in d. c. exhibi-
ta. in uerb. poſtulauit Bal. in l. 2. C. de inge. & manu. Imn. in l.
eum tale. §. fi. ff. de cond. & demonſtr. Et potiſſimum, quia ex
11 cipiens, vel replicans, † non videtur aſſentiri menti aduerſa
rij, arg. c. exceptionem obijciens, de reg. iur. in 6.

Hæc latius explicabuntur in concluſione, crimen, in con-
cluſione, delictum, & in concluſio, excommunicatio per ab-
ſolutionem, lector illuc te reijcin.

CONCLVSIO XIIII.

ARGVMENTVM.

An ſi probatum fuerit principale, ſtatim acceſſorium confirmatum cenſeatur, & quid in ſeparatis.

SVMMARIA.

1 *Acceſſorium probatur, probato principali, & contra, & nu. 3. & quando, nu. 4. etiã quod ſi ſint diuerſa natura, nu 5.*
2 *Acceſſorium non veſtit principale, vel probat illud eſſe verum.*
Poſito ſubſequente ponitur, & antecedens. nu. 2.
3 *Principale trahit ad ſe acceſſorium.*
Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali. nu. 3.
4 *Principale ſiue antecedens, quando non eſt neceſſarium, etiam ſi conſequens commodius poſſit locum habere, eo probato, non probatur conſequens.*
5 *Caſtro in feudum conceſſo probato, probatum eſt etiam hortum conceſſum ibi contiguum, licet hortus poſſit eſſe allodialis, & caſtrum feudale.*
Et quando hoc procedat. nu 6. & in legato, & venditione. nu. 10.
6 *De principali ad acceſſorium propter diuerſitatem rationis non infertur.*
7 *Mobilia in caſtro, vel domo feudali cenſentur allodialia propter diuerſitatem naturæ, quæ veniant acceſſorie, etiam ea in feudum data intelliguntur.*
8 *Mobilia accedunt naturæ immobilium, & illorum naturã aſſumunt, & pars fundi cenſentur, & quando. ibi nu 9.*
9 *Rota, putei, fiſtula, & canales cenſentur pars ædium.*
Et quid de bombarda, & armis. ibi.
10 *Hortus contiguus eſt de pertinentijs domus, qui tamquam paratus ad domum dicitur de domo, & eius pars, & quando.*
11 *Pes, manus, & alia membra dicuntur de corpore.*
12 *Contractum principalem probatum non valere, & acceſſoria in eo non valere, probata remanent.*
13 *Principali ſublato, & acceſſorium eſt ſublatum, & quando.*
Obligatione principali extincta, non extinguntur acceſſoria num. 13.
14 *Natura correlatiuorum contractuum eſt, vt vna parte ſublata, altera tollatur, & quando num 7.*
15 *Probata promiſſione vſurarum dotis, neceſſario dicitur ipſius dotis promiſſio probata, & probata ſolutione gabellæ pro aliquo contractu probatur ipſe contractus contra partes præſentes, ibi nu 15 & ibi contrarium.*
16 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*
17 *Contractus celebratus plurium rerum, una prohibita vendi reperta, non annullatur omnium rerum venditio.*
18 *Venditio aliarum non dicitur acceſſoria rei, quæ vendi non poterat, ſed vnaquæque de per ſe ſubſiſtere, & nu 17.*
19 *Probato principali non probatur acceſſorium, quando eſt diuerſa ratio.*
20 *Principali ſublato non tollitur acceſſorium.*
21 *Ratio eadem vbi non eſt, idem ius non eſt iudicandum de princi. ſicut de acceſſorio, nec contra.*
22 *Probata præſcrip circa acceſſoria, non cenſetur probata circa principalia.*
Præſcripta vſuratione non cenſetur præſcripta procuratio. ibi.
23 *Tantum dicitur præſcriptum quantum eſt poſſeſſum.*
24 *Præſcriptio iuriſdictionis extenditur etiam vltra quam poſſeſſum, dummodo poſſeſſio fuerit vacans.*

1 ACceſſorium probari probato ſuo principali, † & econ-
tra, multi dixere iuris interpretes, inter cæteros Bal. per
illum tex. in l. 2. C. de dot. promiſ. Dec. in conſ. 682. n. 10. & in
c. præ-

c.prætereą.nu.36.& in c.prudentiam §.fi.nu.7.de off.deleg.
& in c.cũ M Ferrarienſis.n.109.de conſtit.& rubr. C. de ed.
verſ.ſed rñderi põt & in rub.de feud.nu.2.verſ. & qñque ex
acceſſorio. nec alio reſpicit context.in l. quisqs. & quod ibi
notat Bar.C.de agricol.& cenſit.li.11.Hoc idem Aym.Crau.
de antiq.temp.par.1.ſect.4.limita.n.74.Alba.in conſ.116.n.
4.Silua.in conſ.102.n.12.vol.7.Soc.iun.in conſ.11.n.13.& 18
vol.3.per tex.in l.ſi inter leg.ff.de ſer.l.nec is,§,1. ff.de acq.
hæred.& in l.veteres,ff.de iti.actuque priuato,& in conſ.91.
nu.10.& in conſ.115.nu.9.& in conſ.134.n.90.co.vol.Aneh.
in conſ.387.nu.2.& Aret.in conſ.143.num.3.huius ratio eſt:
quia licet acceſſorium non veſtiat,vt inquiunt principale tñ
2 probat illud eſſe verum.Et certum eſt,poſito ſubſequēti po-
ni & antecedens,iuxta Dec.in eod.cõſ.682.n.10.& in c.pa-
3 ſtoralis.§.verum,n.5.de appell.tum ēt qa principale† trahit
ad ſe acceſſorium,arg.l.cum principalis,de reg.iur.e.acceſſo
riũ,eo.tit.&not.Mãt.in cõſ.89.n.17.vol.1.nec acceſſoriũ ſine
eo ſtare poſſe,dicit Nat.qui multos adducit in conſ.407.nu.
15.vol.2.& Soci.iun.in conſ.106.nu.1.volu.3. Ideo probato
principali,ſimul etiam erit probatum acceſſorium.

Quod tñ aduertas,non eſſe tunc verũ, qñ principale, ſiue
4 antecedens non eſſet neceſſariũ,†ēt ſi conſequens cõmodius
potuiſſet locũ habere,vt placuit Rui. in conſ.114 n,5.vol.2.

Amplia concluſionem procedere,ēt ſi acceſſorium & prin
cipale non eſſent eiuſdem naturæ:vt vnum allodiale & alte-
rum feudale:tũc.n.ex probatione vnius infertur ēt ad aliud:
5 vt ſi probetur fuiſſe cõceſſum caſtrum in feudum,† vtique vi
debitur ēt probatum conceſſum fuiſſe in feudum hortũ ibi
contiguum,& ſupra deductis, & ex c.acceſſoriũ, de reg iur.
in 6.& notatur in terminis per Aquen.in Spec.feud.in ti. ſeu
rub.quæ res in feu.dat.poſſ.col.7.in prin.& per Calc.qui loq
tur in ſimili in conſ.58.nu.9.licet hortus ibi contiguus poſſit
eſſe allodialis.& Caſtrum feudale,vt poſt Bal.ſcribit Præpo-
ſit.in prælud.feud.col.17.verſ.15.& Iſer.in tit.quæ ſint Reg.
in ver.& in plauſtrorũ,col.fi.vt refert & ſequit̃ Cagn.in l.cũ
principalia cã.ff.de reg.iur.n.13.q̃uis hoc ita non ſit in con-
6 feſſo,cum regulariter pp diſcrimen rationis,† non inferatur
de principali ad acceſſorium, vt dicemus infra in limit.

Pro cuius ampliationis confirmatione ſuccurrit, quod in
hãc ſniam prodit Cagn.in d.l.cum principalis.ff. de reg. iur.
nu.13.nam ſi mobilia,quę in caſtro, vel domo feudali ſunt,cē
ſeantur allodialia,propter alienam naturam.& rationeretũ,
7 tamen † quia acceſſorie veniunt ad rem principaliter in feu
do conceſſam,ipſa quoque in feudum conceſſa intelligũtur,
nec id mirum videri debet:nam in illis caſibus mobilia acce
8 dunt naturæ immobilium, † eorumque naturam aſſumũt,&
cēſentur pars fundi & feudi,permoti auctoritate Pauli I. C.
in l.qui fundũ in fi.& Vlp.in l.ſi aquæductus,cum legib. ſeq.
ff.de contrah.empt.vbi rotę,putei,& canales cenſentur pars
9 ædium: † & ideo non mirum ſi pro feudalibus habentur, vt
dicit Cagnol.eodem in loco,per adducta ibi per eum.

Hæc ita ſunt accipienda, vt habeant locum quando mobi
lia deſtinata & conſtituta ibi fuerunt,vt perpetuo deſeruiãt
vſui immobilium Caſtri & domus,vt ſunt bombardæ,muni-
tiones Caſtri,arma,&c.ſecus ſi conſtet eadem bona nõ fuiſ-
ſe ibi ad miniſterium domus poſita: quia tunc non veniunt
in conceſſione feudalium,per ea, quæ dixit Præpoſ. Mediol.
poſt Bal.in tit.de controuerſ.inueſti.in §.ſi quis de manſo.&
Iſern.in præallegato verſ.plauſtrorum,col.fin.in tit.quæ ſint
Reg.& per ea quæ in fortioribus terminis tradit Alex.in cõ-
ſil.penul.volum.1.circa princ.

Ex hac concluſione,primo infertur,ut eũ probatum ſit,do
mum fuiſſe conceſſam ſeu uenditam,vel legatam, dici etiam
probatum fuiſſe venditum,cõceſſum vel legatum hortum cõ
10 tiguũ,† tamquam acceſſorium domus, ſiue tamquam ex ad-
dita mentis domus,per maximam excellentiſſimi ingenij Pa
piniani auctoritatem in l.de prędijs,§.qui domum,ff.de leg.
3.& notat Alex.in conſ.pen.vol.2.viſis verbis,per totum, &
in conſ.54.li.3.& in conſ.26.li.4.& in conſ.32. & 204. lib. 6.
Barb.in c.1.col.10.de probat.Cępol.in trac.de ſeruit.vrban.
prędio.in tit.de ort.Dec.in cõſ.109.pro tenui,col.1.& 2.ver.
3.facit,quia ſtante.Fel.in c.Rodulphus,de reſcri.col.5.Paul:
de Caſtr.in conſ.92.incip.notandum eſt,in antiq.& in conſ.
172.li.1.Iaſ.in l.fi.col.3.de conſtitu.princip.& adeas Alex. in
l.plerique,ff.de in ius voc.Corn.in cõſ.206.n.11.li.3.&Cran.
in conſ.254.ratione ēt corroboratur:nam cum ille hortus tã-
quam comparatus ad domum dicitur de domo, & eſt eius
11 pars,† ſicut pes, manus & alia membra dicuntur corporis,
vt dicit Io.de Amieis,in conſ.1.nu.6.cum ſeq.

Iſtud tamen reſtringas non procedere, qñ hortus ille non
eſſet comparatus ad ipſius domus commodiorem vſum, vt
per Alex.in d.conſ.pen.nu.1.uol.2.adductus per contex. in
l.Olympico.alias fi.in prin.de ſeruit.vrb.præd.cum gl.ſua in
verb.legatum.& per Soc.iun.in conſ.76.nu.7.vol.2.& plene
in conſ.61.vol.3.vel quando aliter in conceſſione expreſſum
fuerit ut placuit Calc.in d.conſ.38.

Secundo loco infertur ex concluſione,ſi fuerit rationibus
12 confirmatũ non valere contractum præcipuum † probatum
ēt manere non ualere acceſſoria in eo contenta, ita rñdit Ro
ma.in conſ.42.viſis egregie.nu.3.in conſ.57.in fi. & in conſi.
115.ſub nu.3.verſ.his ergo præmiſsis.& in cõſ.171. poſt nu.
4.& in cõſ.346.n.2.Rip.docuit in l.1.§.ſi quis ita col.pen. ff.
de uerb.obli.Cur. iun.conſuluit in conſ.131.circa ingenioſã,
nu.12.Hippol.tradit in rubr.de fideiuſſ.n.352. Marant. inter
conſilia ciuil.Gram.in conſ.95.in cauſa præſentationis ante
nu.30.verſ.nec obſtare.habet.Tiraq. meminit de iuſt. conſt.
3.par.limita.7.n.27.Bal.voluit in l. ex teſtamento.C. de fidei
com.& idem in c.1.§.ſi quis,col.fi.de feud.dat. inuicem l.cõ-
miſ.in rub.extr.de præſcr.col.3.& in d.l.non dubium,col.9.
verſ.ſimiliter dico.C.de leg.nec abhorruit à mente Bar. in l.
quod meo.in prin.de acqu.poſſ.& Rom.retulit in l.ſi vero.§.
de viro.ff.ſol.matr.fallen.33.& Alex.nos hoc monuit in cõſi.
82.perſpectis hic,col.5.vol.2.atque protulit Bart. Cæpol in
cõſ.4.viſa quærela.col.2.nec omiſit Soc.iun.in conſ.129.nu.
39.uol.1.neque huius fuit immemor Feli.in conſ.25. nu.24.
idē proditũ reliquit Barb.in conſ.22.viſo puncto. in 5.colu.
vol.4.idque poſtremo vidit Ceph.in conſ.118.nu.32.volu. 1.
13 neque hoc rõne caret:nam principali ſublato, † ergo & ac-
ceſſorium,vt dicit Neuiz.in conſ.69.nu.16.vbi aſſerit id non
habere locum in ſummo iure:quia extincta primaria obliga
tione,nõ tñ extinguitur acceſſoria,arg.l.Stichum, in fi. prin.
ff. de ſolut.cum alijs per eum adductis. Rõ ēt eſt in prõptu
modo allatæ illationis,quia ea eſt natura eorum contractuũ,
14 qui mutuo ſe reſpiciunt,† vt vna parte ſublata,altera tollat̃,
argumen.l fi.ff.de acceptil.& l.cum venditio.ff.de rei uendi-
cat.& declarat Bar.cui cæteri aſſentiuntur in l.petens.in fin.
C.de pac.Bal.in l.ex teſtamento.C.de fideicommiſſ. & in c.2
de feud.dat.in vic.l.commiſſ.& Rimin. Sen. refert in conſil.
9 non eorum dicta reijciantur: quia † tunc liberatur à pœna talionis: vt traditum fuit à Spec. tit. de calu. §. ſi. per Bal. in auth. gñaliter, n. 9. verſ. 3. pp col. 5. C. de epiſ. & cler. & in l. 1. n. 8. C. de aduo. diuer. iud. vbi ēt Ro. n. 20. per Iaſ. in l. ꝑperādū, §. ſin aūt alterutra, n. 8. ver. quinta cōcl. & ibi Alex. n. 15. C. de iu. q declarat, nō ꝑcedere, qñ is q ſuccubuit, nō laboraret aliqua ſuſpicione, vt q ſcičter hotū teſtimonio vſ' fuiſſet. huc adhibeas Men. i tra. de arb. iu. caſ. 321. cēt. 4. n. 31. & Marſ. i ſin. 444.

Secundo limita non procedere, ſi reus abſoluitur: eo quia
10 fuit delatum ei iuramentum iudiciale, vel voluntarium: qa tunc accuſator non probans poteſt ſe purgare; ſecus ſi deferatur iuramentum neceſſarium, iuxta ſententiam Buttig. in c. ſi. de iureiu. & Iaſ. in l. ait ꝑtor, la 1. ꝑ illū tex. n. 14. ff. de iurein.

Tertio loco limites non habere locum, ſi accuſans probet
11 per vnum teſtem: † quia tunc ei licebit ſe tueri à calumnia, & à pœna talionis: vt voluere Accur. & Bar. in d. l. athletas, §. calumniator, ff. de infa. Bal. in add. ad Spe. de acc. ver. ſi. & in l. ſi. col. 2. verſ. qrit ipſe nūquid, C. de ꝑb. vbi dicit verū hoc eſſe, niſi reus probet cōtrarium, & videas Fel. in c. 2. nu. 3. de calū. At aliqs à me ſciſcitari poterit, quid ſentiendū eſt, cū in eodē caſu noſtro accuſator probat per vnū teſtē, an deferendū ſit ei iurum, quod dicunt ſuppletorium, adeo vt in reū accuſandum poſſit animaduerti, id optime explicantem Accurſium & oēs iuris iterpretes videbis in d. l. ait ꝑtor, la 1 ff. de iureiu. negātes eſſe deferendū, & idē in alio loco ſenſere Accurſ. & Bar. i l. marit', ff. de qō. & in l. admonēdi, col. 14. c. ti. de iureiu. & gl. in c. cū ſint partiū iura, de reg. iur. i 6. & Pan. in c. ſi. eo. ti.

Ab his totus eſt diuerſus Bal. in l. qui accuſare, cir. 4. not. C. de eden. ſed perperā. ſi fides eſt adhibenda Iaſ. in d. l. ait prætor, la 1. n. 19. vbi trib. argumentis cōprobat priorem opinio. tamquam communem ad quem omnino vidēdum te reijcio.

Quarto loco limirabis concluſionē eſſe verā, niſi accuſans probet contrarium, i. in nulla verſari calumnia: vt quia ꝑbet id publice apertum eſſe, vel aliter ſecundū Bar. in d. l. athletas §. calūniator, verſ. puto aūt, ff. de infam. & per Spec. de accuſ. § 1. ver. poſt hæc, & ſeq. atq; Fel. in c. 2. de calum. per eundem Bar. in l. 4. ver. vlt. no. C. ſi ſer. aut lib. ad decur. li. 10. Ang. in l. cum quidam, §. cum dicitur, ff. de aeq. hær. per Alex. poſt Bart. in d. l. athletas, ff. de fal. & in l. 1. in prin. ff. ad Turp.

12 Si vero accuſator probet tantum de fama, † an teneatur ad pœnam talionis, adeas Brixien. in ſuis quæſt. Vener. q. 83. vbi in vtramq; partem ratiocinatur, & eas refellit argumentationes: vberius vero differentem inſpicias Fel. in c. 2. num. 2. ver. quod autem de calum. vbi quæſtionem examinat.

Quinto limita, quando accuſator fuerit hæres: occiſus dixe
13 rit ſe interfectum à Sempronio, ſi Sempronius accuſetur, † in probationib. accuſationis deficiat accuſator, ignoſcendum tñ ei erit. ſic rñdit Vlpianus memorabiliter in l. qui eum maior, §. 1. ff. de bo. liber. & ſeq. in d. § calumniator, verſ. item puto, & de hoc videtur facti ſpecies i l. mater, in fi. C. de calū. ſenſit gl. in d. l. athletas, §. calumniator, & ibi Bal. nu. 5. ff. de his, qui not. infam. Crauet. in conſ. 178. num. 10. atque affatim Felin. in c. 2. nu. 8. de calum. & Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. ſi. q. 61. verſ. ſed pone.

14 Sexto limita, ſi apparet accuſatorē fuiſſe inſtigatum, & † impulſum ad accuſandum: quia tunc etſi non probet accuſationem, impunitas ei danda erit, quod placuit Bar. & Alex. in d. l. athletas, ff. de fal. & Alex. in l. 1. in prin. ff. ad Turp. & per Fel. in d. c. 2. de calum. & Barth. Soc. in conſ. 118. incip. Viſis narratis punctis, verſ. confirmabitur hæc opinio. in fine, vol. 1. & in conſ. 146. Viſo proceſſu, circa med. col. 6. eod. vol. 1.

15 Septimo limita, † quia in dubio accuſator præſumitur legitimus, niſi contrariū probetur: iux. add. Spe. tit. de acc. ver. 1.

Huic repugnare videtur, quod in concl. ſeq. dicimus, & ad hoc adhibe in conſiliū ſcribent. in l. 1. de aduoc. diuer. iud. & in l. 1. §. 1. ff. ad Turp. vbi ad ſatietatē hāc materiā examinant.

Quod velim ſic accipias, vt intelligendum ſit, antequā deficiat, ſed poſtquam ſuccubuerit, præſumitur calumniator, per ea, quæ tradit Alex. in l. properandum, §. ſin autem alterutra, num. 19. C. de iud.

Octauo limita non habere locum, ſi accuſator propter ne
16 ceſſitatem officij accuſauerit: † nā & ſi non probet, pœna calumniæ ei eſt condonanda, nam ius reipublicæ non debuit dimittere indefenſum, quod forte timore impenſarū dimitteretur, vt dixit Paul. in l. illud, ff. de pet. hær. & retulit. Hippol. de Marſ. in ſua pract. crim. §. ſupereſt, nu. 3. & in l. patre vel marito, n. 15. ff. de qō. l. 2. C. qui accu. nō poſ. & Pau. Grill. in tra. de relax. car. ti. de calum. §. quæro, an eo ipſo, n. 6. vbi inſuper illud addidit, de illius calūnia, quod doloſe, & calūnioſe egit, non ſit ſubterfugiturus pœnas calumniantis, per l. in Senatus, §. an ad eos, & ibi Bar. ff. ad Turpil. vbi loquitur ēt in iudice,
17 qui tenetur de calumnia, † qñ doloſe, & calūnioſe egit contra reum, conſule Tiraq. de pœn. cauſ. 58. nu. 2. & ea quæ infra dicentur in concl. actore non probante, amplia. 9.

Nono limita concluſionem: quia ad hoc, vt procedat, opor
18 ter prius probare dolū accuſantis, quo ꝑbato, † tūc poterit puniri, ut tradidit Bald. in l. & ſi legib. C. ſi contra ius. vbi ēt Iaſ. num. 2. cum ſeq. refert Bal. vidiſſe in quendam capitis pœna

fuiſſe

fuiſſe animaduerſum, quod falſo quendam apud iudicem detulerat exilio capitali fuiſſe mulctatum: adeo vt reus ille in maximum vitæ diſcrimen venerit, parumque abfuerit, quin fuerit interfectus, cuius accuſationis calumnia à Præſide Peruſino comperta, capite plectendum carnifici dedit accuſatorem, per illam l. & ſi legib. & huic deciſioni adhærent. Fulgo. & Paul. de Caſtr. ibi. & Iaſ. fuſius illam expendit.

CONCLVSIO XXV.

ARGVMENTVM.

Accuſator quando calumniator præſumatur, & quæ pæna ſit illi infligenda.

SVMMARIA.

1 *Accuſator non probans, calumniator præſumitur, quia tunc reus innocens exiſtimatur & num 5.*
2 *Accuſatio non probata calumnioſa præſumitur, exceptis certis caſibus, vt ibi. & n. 8. Etiam ſi accuſator de calumnia iurauerit, ibid. nu 2.*
3 *Accuſator ſuccumbens non poteſt in expenſis condemnari propter præſumptam calumniam, & num 5.*
4 *Fiſcus raro in expenſis condemnatur, vel procurator fiſcalis.*
5 *Accuſator raro ſolet condemnari in expenſis, quando agitur ex præſumpta calũnia.*
6 *Secus ſi de vera calumnia. & iudex ſimpliciter procedit ſuper accuſatione, vel querela, aut ex officio.*
7 *Succumbens in ciuilibus condemnatur in expenſis, etiam ſi iurauerit de calumnia.*
8 *Mater, vel pater accuſans occiſores filij, vel econtra, tollitur præſumptio calumnia.*
9 *Officialis, vel iudex abſoluens reum, non præſumitur calumniaſſe, nec dolus, quia habitis indicijs debent contra reos procedere.*

ACcuſatorem, qui non probet, præſumi calumniatorem
1 nemo † eſt qui ignoret, quia non probando reus exiſtimatur Innocens, quod clare probari videmus à glo. in cap. 2.
* de calu. in princ. & communi omnium * conſenſu id eſſe receptum teſtatur Felin. in d. c. 2. nu. 4. & Bened. de Vad. in add. ad reperto. Felin. in verb. accuſator. eo ipſo, idem aſſerit Abb. ibid. nu. 5. gl. melior de iure eſt, in d. l. athletas, §. calumniator. ff. de his qui not. infam. & vno ore ab omnibus comprobatũ retulit Abbas in c. calumniam. nu. 2. de pœn. Maria. in d. ca. 2. nu. 7. de calum. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 62. verſic. dixi ſupra,
* & eſſe communem * opinionem etiam confirmauit Apoſtill. ad Ang. de male. in ver. ad querelam, nu. 7. atque Villalob. in ſua collect. commun. opin. in litera C. nu. 2. qui refert Præpoſ.
* atteſtantem de communi * in ca. ſi quemquam, §. notandum, nu. 7. 2. q. 1. & aſſentitur Boſ. in tit. de accuſ. n. 19. & ſatis abunde Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 321. nu. 5. cum ſeq. & vide infra concluſionem noſtram, calumnia. & Mantu. in conſi. 43. num. 16. vol. 1. vbi expreſſe reſpondit, accuſationem
2 non probatam præſumi † calumnioſam præterquam in crimine adulteri, ratione officij, propter proximitatem perſonarũ teſtatoris auctoritate: & quando imminet damnum inſigne & maximum circa ipſum patrimonium.

Amplia: vt hoc idem procedat etiam ſi de calumnia accuſator iurauerit: quia non probando præſumitur etiam animo ca-
* lumniandi accuſaſſe: vt communem * dixerunt Alexand. in l. properandum, §. ſin autem, nu. 21. C. de iud. & alij quos refert Clar. d. q. 62. verſi. ſed quid. & Eman. Soarez. in ſuis commun. opin. nu. 32. Salyc. in l. qui crimen. nu. 14. C. qui accuſ. poſſ. vbi inquit, hoc in foro & in iudicijs verſantibus ſemper obſerua-
* ri * conſueuiſſe, à cuius opinione non receſſit Alberic. in d. l. athletas, §. calumniator. nu. 1. quod etiam voluit Affl. in 2. pār. conſtit. Regni, in rubr. 13. nu. 9. & in rubr. 62. nu. 5.

3 Intellige iſtud non ſufficere, † vt accuſatori ſuccumbenti mulcta irrogetur, vt teſtatur Alber. in d. §. calumniator. in fin.
* quo in loco aſſerit, iuris interpretes communi * ſententia huic opinioni ſubſcripſiſſe, quod idem aſſeuerauerit Bald. in l. qui crimen. poſt nu. 28. qui accuſ. non poſ. vbi proditum reliquit
* hanc * opinionem à praxi, & vſu communi confirmari, inquiens, ipſum nunquam vidiſſe iſtiuſmodi condemnationem impenſarum in cauſa capitali, vt refert Anan. in c. accedens, poſt num. 11. de accuſ. Card. Alexand. in cap. in primis, §. de
4 epiſcop. in fin. 2. q. 1. atteſtatur in ſacro palatio raro † vidiſſe condemnari fiſcum in impenſia, vel procuratorem fiſcalem, quod ſi aliquando fuit condemnatus, nunquam tamen illam condemnationem exigi perſpexiſſe, vt omnia refert Clar. loco ſupra citato.

Ab iſtis vehementiſſime diſſenſit Bart. in authẽ. de mandat. princ. §. deinde. nu. 3. & in l. 1. in princ. circa fi. ff. ad Turpill. &
* ibi atteſtatur * communem eſſe ſententiam, quem refert Soc. in conſi. 36. nu. 14. lib. 2. in cuius opinionem deſcendit Nicell. in concord. gl. ca. 47. incip. Expenſæ, qui refert Præpoſit. Mediol. præceptorem ſuum, in c. fi. de dolo & contum. ponentem reg. cum 20. limit. vbi ipſe Ant. ſatis ſuperque diligenter perpendit, & excutit materiam huius regulæ expenſarum, vt re-
* fert Diaz. reg. 20. nec defuere quamplurimi, qui omniũ * calculo comprobatam ſententiam, cum à iuris Cæſarei, tum etiã Pontificij interpretibus tradidere, ex quibus eſt Grat. in conſi. 97. nu. 1. lib. 1. à quorum numero fuit idem Card. Alex in d. c. in primis, §. de epiſc. col. 4. verſ. & quia, glo. 2. q. 1. inter quos extitit etiam Franciſc. Viu. commun. opin. in verb. iudex, iſtis
* aſſenſit, vbi de cõi * ſnia atteſtatur, & tradit Alba in conſ. 5. in primis verbis, poſſem ſexcentos hic congerere, ſed adhibendus eſt modus, & aurium ſatietati parcẽdum: præſertim cum me hoc onere leuarit Iul. Clar. in d. §. fi. verſi. ſed nunquid.

Quos iuris Coryphæos in gratiã reducere poteris hoc pacto, vt prior opinio procedat, quando agitur de præſumpta
5 calumnia: † quia tunc infreq̃uẽter ſolet accuſator mulctari & idcirco fit, ne delatores ab accuſationibus recedant metu huiuſmodi mulctæ, & delicta inulta impunitaque dimittantur.

6 Poſterior vero opinio habet locum † quando agitur de vera calumnia, & iudex ſimpliciter accuſationem proſequitur, aut etiam ex officio: ſed alio inſtigante, impellente, & ſtudioſe curante inquiſitionem, vt clare per Iul. Clar. d. verſic. ſed nunquid, circa fin.

Intellige prædicta ſi ampliationem maxime procedere in
7 cauſis ciuilibus, † in quibus ſuccumbenti mulcta irrogatur, etiam ſi iurauerit de calumnia. vt per Soc. in reg. 181. expenſarum, vbi tamen hoc limitat quinque modis.

Primo limita concluſionem, quando quis accuſat maximo
8 ſtudio ductus erga aliquem, † vt cum pater, vel mater accuſant occiſores filijs, vel econtra, l. mater. & l. calumniæ, C. de calumniar. & ratio eſt: quia illa generalis præſumptio calumniæ tollitur per ſpecialem præſumptionem amoris: vt tradidit Fel. in d. c. 2. de calu. vbi Petr. de Anch. voluit, iſtis caſibus exceptis, nõ præſumi quem calumniari, ſed regulariter optime exiſtimari, cui adhæſit idem Clar. in d. § fi. verſ. dixi ſup.

Secundo limita non procedere in magiſtratum gerente:
9 quia licet abſoluatur reus inquiſitus, † in eo tamen non præſumitur calumnia, neque dolus: neceſſitas enim officij eum purgat. nam cum primum ipſi magiſtratus indicia ſatis probabilia habent, debent contra reos inquirere, ita dicit Bald. in l. 2. per illum tex. C. qui accuſ. non poſſ. & in conſi. 177. præſuppoſito ſtatuto. in princ. lib. 1. & in conſi. 494. ſciendũ eſt, quod moneta. col. fi. verſi. de tertia inquiſitione, eod. vol. 1. & in d. l. athletas, §. calumniator. & in conſil. 451. quia in accuſatione inſtituta. verſ. 4. ratio. lib 4. late per Tiraq. de pœn. caſ. 58. n. 2. & dixi infra concl. actore non probante, ſub ampl. 9. vberrime per Menoch. in d. tract. de arbit. iud. caſ. 321. nume. 21. cent. 4. cum plur. ſeq.

Si alijs quinque modis iſtud reſtringere volueris, adhibeas Felin. in d. c. 2. & ibidem Abb. num. 5. ſi vero decem, conſulas Menoch. vbi ſupra, d. in caſ. 321. per totum, & vide infr. in concluſ. calumnia.

CONCLVSIO XXVI.

ARGVMENTVM.

An quis poſſit & accuſator, & teſtis eſſe contra accuſatum.

SVMMARIA.

1 *Accuſator non poteſt eſſe teſtis contra accuſatum, & quando ex conſcientia, & vt iudex inquirat.*
Nemo poteſt & accuſator, & teſtis eſſe, vt nu. 1. 8. 9. 10.
2 *Accuſator ſubijcitur talionis pœnæ.*
Nemo teſtis poteſt eſſe in cauſa propria.
3 *Teſtis non poteſt eſſe, qui accuſationem imperrauit.*
4 *Conſanguineus, nec familiaris de domo accuſatoris poteſt eſſe teſtis, & quando poſſit, nu 5 niſi conſanguineus vtriuſque, vel amicus.*
5 *Par affectio tollit ſuſpicionem.*
Conſanguineus, vel amicus inter alios integros examinatus, ſuppletur ipſius fides per alios, num. 5.
6 *Exceptio contra teſtes, quod ſint conſanguinei, vel alia obiectio, debet in ſpecie probari, & adfuiſſe tempore eorum depoſitionis.*
Conditio teſtis debet intelligi ſecundum tempus productionis, & præſtiti iuramenti nume 6.
7 *Teſtes affines, domeſtici, & familiares in criminalibus ad defenſionem admittitur.*

8 Ma-

8 *Mater puella, & conſanguinei pro matrimonio poſſunt eſſe teſtes contra nobilem per eos accuſatum amore filiæ captum.*
9 *Magiſtratus præſides accuſans, & denuncians delicta leuia, ei creditur.*
10 *Damnum paſſo quoad pretium rerum contra furem ſtatur iuramento.*
Vnde accuſator admittitur in teſtem, & facit fidem in ciuilibus.
11 *Accuſator in cauſa hæreſis eſt teſtis, & in quibus alijs, ſi ſta concl. 27. nu. 5.*

1 ACcuſator non poteſt eſſe teſtis contra accuſatum: † quis enim ferat teſtem, & accuſatorē? argu. c. forus, §. in omni. de ver. ſig. & c. accuſatores, 3. q. 5. & Spec. in tit. de teſt. verſic. quod ipſe, Nell. à S. Gem. in ſuo tract. de teſt. nu. 20. & eſt tex. in l. diui, ff. de acc. gl. s. in l. qui in iudicio, ff. de accuſ. quinimò accuſator iſtiuſmodi ſaltē impenſas ſoluere cogitur, ſi ſuccūbat, vt ex allatis per Aufr. in tract. de teſtib. nu. 4. & ſubijcit ſe
2 pœnæ † talionis, vt in l. fi. C. de accu. & diximus ſup. vnde poſſit nuncupari teſtis in cauſa propria quod prohibitum eſt, l. idonei, ff. de teſtib. quod vero accuſator teſtis eſſe non poſſit, reſpondere Gram. in conſ. 49. nu. 5. Gand. in tract. malef. rubr. qui accuſ. poſſ. 5. col. Marſ. in conſ. 33. nu. 3.

Amplia concluſionē, vt nec ille, qui accuſationē impetraue
3 rit, † poſſit teſtificari: vt dicit Spec. in tit. de teſte, §. 1. ver. itē, quod ipſe eſt teſtis, & accuſator, quem ſequitur Steph. Aufre. in tract. de teſt. num. 5.

Secundo amplia concluſionem: vt nec conſanguinei, aut fa
4 miliares, † ſiue è domo accuſatoris prodeuntes, poſſint aduerſus extraneos teſtimonium perhibere, arg. c. ſuper prudentia, 14. q. 2. & ita voluit Nep. de Mon. Alb. in tra. de teſt. n. 9. Rimi. ſen. in conſ. 316. n. 17. 18. & 26. vol. 2 Ceph. in cōſ. 65. n. 13. & in conſ. 85. nu. 53. & in conſ. 99. n. 59. vol. 1. iſtis acceſſit Nat. in conſ. 315. n. 8. & in conſ. 354. n. 4. vol. 2. Idē Ceph. in cōſ. 272. n. 13. vol. 2. Veruntamen aduertas, nam ſi teſtis, ſit vtriuſq; partis conſanguineus, in ſuſpicionem non adducetur, vt conſuluit Ceph. in conſ. 65. nu. 26. vol. 1. vt etiam, ſi erit vtriuſq; partis amicus, ſecundum Albam in conſ. 56. nu. 10. in promptu ra
5 tio eſt: quoniam par affectio ſuſpicionem tollit, vt ſcripſit Io. de Amicis in conſ. 119. nu. 4.

Secundo ad id quod ſum dicturus animum aduertas, nam ſi vnus teſtis, qui ſit conſanguineus, familiaris, vel amicus, ſit inter quatuor examinatos vna parte, cæteri integri teſtes ſupplēt fidē illius, vt admonuit Io. de Amic. in eod. conſ. 119. n. 6.

Tertio & illud diſpicias: licet enim teſtis conſanguineus & familiaris non ſit idoneus teſtis, ratione ſtudij propinquitatis, tamen quando eſt notæ, & probatæ fidei, nil de eius fide diminuitur, vt idem reſpondit Io. de Amic. in conſ. 120. n. 18. & ſeq. & in conſ. 74. nu 7.

Quarto hoc te velim admonitum, teſtes, cōtra quos opponitur, ipſos eſſe conſanguineos, domeſticos, familiares, infames, vel alia probabili exceptione ſuſpectos, non ſatis eſſe, ſi cōtra eos ita ſimpliciter, & indiſtincte objiciatur, ſed ſpeciatim dēt probari, ita fuiſſe tpe eorum depoſitionis: vt dixit Gram. in conſ. 36. nu. 6. & in conſ. 45. nu. 8. in ciuil. & ſequitur Ang. in conſ. 1. incip. Porrecta fuit petitio & in conſ. 308. inci. Factū. vbi ptcrea ſubiecit, quod minime obſtarēt dicta teſtiū, ſi depoſuiſſent, prædictos teſtes fuiſſe domeſticos, & familiares, quia illud verbum, fuiſſe, pōt intelligi, poſtquam teſtimonium dixerunt, & tā conditio teſtis debet intelligi ſecundum tempus productionis, & præſtiti iuramenti, per l. ſi arbiter, C. de ſent. Et per alias auctoritates adductas per Gram. vbi ſup.

Limita ſupradictam ampliationem non procedere quo ad
6 defenſionem, quia tunc † & affines, & domeſtici, & familiares in criminalibus admittuntur, vt conſuluit Nat. in conſil. 319. nu. 2. vol. 2. vbi id comprobat teſtimonio Spe. in tit. de inquiſ. verſ. ſed nunquid, cui adhæret Gram. in conſ. 12. n. 19. in crim. ſi tamen de illis bene ſentiant homines, & ſint integerrimi: vt dicit Gram. vbi ſup.

Primo limita in cauſa matrimoniali: nā hoc caſu accuſator poteſt eſſe teſtis: vt placuit Inn. quē refert Spe. in ti. qui matr. accuſ. poſſ. ſed Io. And. ibidem in addit. id improbat per orationem ibi adductā. Cōciliat tū hos inter ſe Aufr. vt Inn. pronunciatum poſſi procedere, qñ magiſtratus publicus denunciauit, vt in c. præterea. de teſtib. cog. vel qñ iſtiuſmodi religione adductus impedimētū matrimonij iudici ſignificauit: vt poſtea iudex ex officio inquireret. Et tūc poterit eſſe teſtis pro veritate. Idem prius voluit Sicul. in rubr. qui matr. accuſ.
8 poſſ. & Gram. in conſ. 50. n. 10. in ciuil. vbi ēt dicit † quod teſtes eſſe poſſint mater puellæ, & conſanguinei pro matrimonio filiæ plebeiæ aduerſus nobilē per eos accuſatum: captum amore prædictæ filiæ, per tex. in c. ſuper eod. de teſtib. vbi pulchre id tenet Abb Imo. Hoſt. & Fel.

Secūdo limita in magiſtratu Præſidis, qui accuſat, & denun
9 ciat delicta leuia: † vt quia viderit ludentes, vel ferentes arma, vel ſimilia, quia tunc ei creditur: vt not. Bart. in l. diuus, ff. de cuſt. reo. n. 8. Abb. Sic. in c. omni, col 2. de teſtib. & per eundem Bar. in l. 1. §. 1. ff. de off. præfect. vrb. & quod animaduertit Apoſtilla. in l. 1. ff. in ius vocati vt eant.

Tertio limita, quando quis paſſus eſt damnum, quia tunc
10 contra furem, vel prædonem † quoad probandum pretiū rerum ablatarum vel quantitatem, præſtatur iuramentum, ſicq; accuſator admittitur in teſtem, & facit in ciuilib. plenam fidem, vt docet Bar. in l. fi. ff. de in lit. iur. & not. Campeg. de teſtib. reg. 104. vbi adducit eundem Bar. ubi ſup.

Quarto limita non procedere in cauſa hæreſis † quia in ea accuſator aſcribitur numero teſtium, cum non perverſe, ſed Chriſtianæ religionis ſtudio impulſus id agere videatur. c. in omni negotio, de teſtib. quem textum ita ibi intelligit Anto. de Butr. & Abb. nu. 4. Iac. Spic. in inſt. cath. c. 62. nu. 36.

CONCLVSIO XXVII.

ARGVMENTVM.

Accuſatus capitaliter, an poſſit teſtimonium perhibere pendente accuſatione capitali.

SVMMARIA.

1 *Accuſatus criminaliter non admittitur in teſtem, nec contra nec pro aliquo pendente accuſatione, & quando procedat, n. 3 & 4 & in quibus cauſis, n. 5. vbi etiam contrarium.*
Accuſatione pendente opinio accuſati aggrauatur, nu. 1. vt integri ſtatus non dicatur, & quare quando procedat, nu. 6.
2 *Teſtis non repellitur tanquam criminoſus, licet crimen probetur niſi etiam quod iſtiuſmodi habebatur probetur.*
Omne crimen non repellit teſtem niſi graue. ibid.
3 *Iudex poteſt terminum præfigere, intra quem accuſatio probetur, vel recipi dictum teſtis debeat, reſeruata fide in euentum finita accuſationis.*
4 *Excipiens contra aliquem de crimine videtur eum accuſare.*
5 *Accuſatus accuſatione pendente poteſt teſtificari contra aliquem de ſimili crimine accuſatum, licet concurrant aliqua coniectura contra ipſum accuſatum.*
6 *Teſtis accuſati de falſo fides non omnino euaneſcit, ſed diminuitur, iudicato culpabili.*

ACcuſatus capitaliter per aliquem non poteſt ferre teſtimonium pro aliquo, vel contra aliquem pendente accu
1 ſatione in cauſa capitali, † ſic Venulcius in l. in teſtimoniū. ff. de teſt. c. teſtes, 2. q. 7. c. deniq;, de exce. c. fi. de teſt. & ibi Doc. Spe. ti. de teſte, §. 1. ver. itē pendente, cū alijs adduct. Nep. de Mon. Alb. in tra. de teſt. n. 133. & maxime ſi pſiſtit in eod. crimine, de quo accuſatus eſt, c. neganda, 3. q. 9. c. præceptū. 32. q. 5. c. teſtimoniū, de teſt. nā ex hmōi accuſatione oneratur opinio accuſati: vt nō dicatur integri ſtatus: ſicut ait Aufre. in ſuo tra. de teſt. n. 3. & de facto ſaltē cenſetur infamia inuſtus, vt prodidit Crot. in ſuo tra. de teſt. n. 103. in 3. par. & cōſultus rūdit Ri. ſen. in conſ. 385. n. 45. vol. 2. atque placuit Nat. in cōſ. 394. n. 9. vol. 2. & Mantu. confirmauit in cōſ. 138. nu. 10. vol. 1.

Præterea qui accuſans aliquem vinculum inſcriptionis arripit, vt vtar verbis Impp. in l. fi. C. de accuſ. etiam ſupra dict. eſt in concluſ. accuſator: ideo inſurgit vehemens præſumptio contra accuſatum: ut inquit Alber. de Malet. in tracta. de teſt. nu. 42. & Crot. ubi ſup. nu. 189.

Nec uero uelim obliuiſcaris, teſtem non repelli tanquā cri
2 minoſum, & ineptum † licet probetur crimē & (vt ſic loquar) inhabilitas: niſi etiam probetur criminoſum & inhabilem haberi, & exiſtimari, ſecundum Rim. ſen. in cōſ. 383. n. 50. uol. 2.

Succurrit & illud ſecundo loco, ut te admoneam, teſtē non repellere omne crimen: ſed ſolum graue, & animaduerſione dignum, ut idem tradidit Rimin. in d. conſ. 385. nu. 58. & Nat. ſequutus eſt, in conſ. 161. nu. 10. uol. 1. per tex. in auth. ſi dicatur, C. de teſtibus.

Amplia idē procedere etiam donec pendet inquiſitio, aut denunciatio, ſi credimus Fel. in d. c. fi. de teſt. ſed ſi fuerit præſumptio partē velle aduerſario ſubtrahere facultatē probandi, & ob id teſtes ipſius aduerſarij i diſcrimē capitis accerſan
3 tur † poterit iudex terminum præſcribere intra quē probetur accuſatio, uel dictū teſtis recipi debet, reſeruatur fide ipſius in euentū finitæ accuſationis, iux. formam c. frequēs, de reſti. ſpol. li. 6. ad quod ēt facit c. ex parte, de teſt. & ita ait Io. And. in

in addit.d.c.ſi.& ibi Abb.& Fel.& vide Aufr.vbi ſup.num.3. & Pet.Monca.in add.ad Crot.de teſti.in littera qq.

Secundo amplia nõ ſolum ſi quis à principio accuſatus eſt
4 de crimine,† ſed etiã ſi excipiendo ei obijciatur delictum,& crimen patraſſe:nam tunc etiam repellitur à teſtimonio . Ille enim,qui excipit contra aliquem de crimine , vr̃ eũ accuſare: vt in eo.c.ſi.de teſt.& per Alb.de Malet.in tra.de teſt nu.450.

Primo limita,vt poſſit teſtari ſuper crimine læſæ Maieſtat. c.quiſquis,6.q 1.

Deinde ſuper crimine hæreſis c.vtgentis,de hæret. & in c. fidei fauorem,eod.tit.li.6.

5 Præterea in crimine ſimoniæ.c.per tuas,el 1.de ſimo.† nam licet is accuſatus fuerit: tamen pendente huiuſmodi accuſatione,& cauſa criminali poteſt contra aliquem de ſimili crimine accuſatum dicere teſtimonium,licet concurrant aliquæ coniecturæ contra ipſum accuſatum de illo crimine: vt ex adductis per Crot.in tract.de teſt.nu.103.in 3. par. & not. in d. c.ſi.de teſt.& ibi per Siculum,& Spec.in tit. de accuſ. in ſi. & Aufrer.in ſuo tract.de teſt.nu.3.

Secundo limita non procedere in cauſa ciuili,vel cum agitur ciuiliter,nam eo caſu pendente capitali accuſatione poteſt recipi accuſatus pro teſte, vt inquit Aufr.vbi ſup. allegat, c.ſi.& c.teſtimo.de teſt.& gl.in c.ipſi Apoſtoli.2.q.7.& Nart. in conſ.138.nu.14 vol.1.

Aliter tamen videtur ſentire Rim.in conſ.75. nu.18. vol.1.

6 Tertio limita in accuſato de falſo;† nam eius fides omnino non extinguitur,ſi in teſtem adducatur: ſed admittitur,ſi poſtea illi culpæ affinis iudicetur,vt Bar.monuit in l.Barbarius, col.10.& 11.de off.præſ.quem ſequitur Aufr. vbi ſup. d.nu.3.

Quarto limita ſi contra illum agitur per inquiſitionem . vt Alber.de Malet.tradidit in eod.tract.de teſt.num.42.Quod ſi huius cõcluſionis materiam plenius inueſtigare volueris,adeas ſcribentes ad vnguem explicantes in eod.c.ſin. de teſt.& infra in concluſio.Criminoſus.

CONCLVSIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

An accuſans teſtes falſi, dicens corruptos, teneatur probare corruptelam & falſitatem,& quando,& quo pacto procedat.

SVMMARIA.

1 *Accuſans teſtes de falſo, dicens corruptos, debet probare corruptionem & falſitatem, alias ſuccumbit.*
2 *Clauſula, non ſe aſtringens, quid operetur.*
3 *Accuſans debet in libello accuſatoria ponere diem commiſſi criminis ad accuſati requiſitionem. Et quando procedat.*
4 *Dies ſi in libello accuſatorio ponitur,& non probatur, accuſator ſuccumbit.*
5 *Accuſatio quæ debet continere.*
Accuſator quæ debet inſpicere, antequam accuſet. ibi nu 5.

1 ACcuſans teſtes falſi dicens corruptos , debet † probare corruptelam,& falſitatem;alias ſuccũbit,ſic docuit Bar. in l.Fulcinius,§.qui hic.in 1.col.ver.& per hoc dicebam,ff.ex quib.cauſis in poſſ.eat.& videas de hoc Rayn.de Mont.Vbiano inter conſil.crim.conſ.1.

2 Primo limita non procedere ſi accuſatione fuerit appoſita in clauſula,non ſe aſtringẽs,&c. vt traditum fuit à Bar. & Dd. in l.dinus, col.2.verſ.facit ad prædicta , iunctis præcedentib. ff.de re ind.ad hanc rem adhibeas omnino eũdem Bart.aliter loquentem in l.1.q.6.C.de cond.indeb.& Bal.in l.falſum,C.ſi ex falſ.inſtrum.

Et ad hoc diligenter aduertas : nam accuſans debet appo-
3 nere diem patrati facinoris in libello ad petitionem accuſati vt poſſit ſe tueri probando,ea die fuiſſe alibi:iuxta ſententiã Bar.in l.is qui reus.col.6.verſ.ſed quæro cum in accuſatione, ff.de publ.iud.& ad verbũ reſpondit Vlpia.in l.2.§. ſi quis Epheſi.ff de eo,quod cer.loc.non enim inquit I.C.debet detracto altero loco experiri,ne auferat loci vtilitatem reo , idem Bar.in d.§.ſi quis,in ſi.& in l.Pantonius,§.1.verſ.nota ex hac, 1.gl.ff.de acq.hær.Iaſ.in d.§.ſi quis Epheſi , qui defendit hãc opin.à quibuſdam impugnationib.Fulg.Ang. in tract. malef. in gl.& ad hoc colloquium,quid ſi ego imploro,& Rom. in l. Pomponius.§.rei perduellionis,ff.de acq.hær.

Veruntamen illud declares,diem delicti debere apponi in libello ante reſponſionem accuſati:& nõ poſt: vt voluit Alex. in addit.ad Bar.in d.§.ſi quis:quo caſu ſatis erit, ſi afferat, ſe memoria non tenere:ſicuti placuit Ang.in l.liberorum , ff.de accuſ.vbi dicit ita in frequenti vſu haberi,plurima ad id ſpectantia cõgeſſit Iaſ.in d.§.ſi qs Epheſi.p to. ad quẽ te reijcio.

4 Quod ſi apponatur,& non probetur, dies † accuſatori ſuccumbendum eſt: vt habetur per eundem Bart.in d.l. is q reus, & in d.l.Pantonius,§.1.verſ.nota ex hac 1.gl.& ibi Pau.Caſt. in 2.col.& in l.denunciaſſe,§.quod tñ,paulo poſt princ. ff.de adult.& in d.l.is qui reus,col.8.verſ.ſed quæro,Bal.in l.1.col. 8.verſ.ſuper 7.puncto,C.qui acc.non poſſ.Sali.in l.pen. C.de app.& de hoc videas infra in concl.tempus, & concluſ.dies.

5 Si vero ſcire aues † quæ continere debeat accuſatio , iſtos in cõſilium voces,Franc.Caſſ.in ſuis ſing.q.crim.c.3.nu.7.Placen.in tract.de accu.nu.2.Boſſ.in tract.crim.tit.de accu. nu.2. & Gand.de maleſ.in tit.qual.fiat accuſ.col.2.

Et quæ inſpicere debeat accuſator antequã accuſet, adeas Spec.de accuſ.§.1.vſque ad verſ.cum autem.

CONCLVSIO XXIX.

ARGVMENTVM.

Reum abſolui accuſatore non probante illum turbaſſe poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de turbata poſſeſſione, ſi accuſans non probauerit dolum , reus abſoluitur.*

1 ACcuſatus de turbata poſſeſſione , ſi accuſans non probauerit dolum † reus erit protinus abſoluendus: vt ſcripſit ille iuriũ interpres Bar.in l.1.ff.ſi quis li.te.eſſe.iuſſ.ſue.facit, quod not.Bal.in l.ordinarij,C.de rei vend.& idem ſenſit Catald.de Boncomp.in conſ.58.n.5.inter cõſ.cri.vbi teſtes adducit ſupradictos Bar.Bal. & ſubdit eo magis pcedere quo per ſtatutum exigeretur dolus per l.ſi quis in tantam,C.vnde vi, & l.doli,iuncta l.1.in prin.ff.de ſer.corrup.

CONCLVSIO XXX.

ARGVMENTVM.

Acquiſita per mulierem conſtante matrimonio,an de bonis mariti acquiſita cenſeantur.

SVMMARIA.

1 *Acquiſita per mulierem conſtante matrimonio præſumuntur de bonis viri acquiſita, etiam ſumptum,& quomodo procedat, num 2.& 3 ibi contra. Et vide ibi cautelam, vt non cenſeantur de bonis viri acquiſita, nu.1.& nu 3.*
Quod procedit, etiam ſi vir confiteatur lucrum eſſe mulieris , nu 6. & ibi quando procedat,& quando non,nu.7.
2 *Maritus, vel hæredes (muliere negante non acquiſiſſe ex bonis viri) tenentur probare, quod conſtante matrimonio acquiſiuerit.*
Intellect.l.quintus.de don inter virum,& vxor.nu. 2.& 4.
3 *Eccleſiæ triumphanti nihil abſconditum.*
4 *Vidua quicquid acquirit ex bonis viri acquiſitum præſumitur , & quando procedat,nu.5.& 7.& ibi vide contra*
5 *Vidua eandem caſtitatem ſeruare debet, prout conſtante matrimonio,& vſque quo.*
6 *Confeſſio inter perſonas prohibitas non releuat,quia ſimulata præſumitur.*
7 *Donatio inter virum & vxorem eſt prohibita, nu 8.*
8 *Confeſſioni viri regulariter non ſtatur, ſe emiſſe de bonis vxoris , niſi veriſimiliter mulier bona haberet.*
9 *Confeſſio mariti prædicta acquiſita eſſe de bonis vxoris, nihil eſt contra præſumptionem iuris, quæ non tollitur niſi contrarium probetur, quoniam creditores, vel hæredes viri vellent pecunias repetere,& ibi vide contrarium.*
10 *Mulieri non creditur, ſi ipſa neget, acquiſiuiſſe ex bonis viri, quia non ſtatur eius aſſertioni, niſi probet, vide ibi contra.*
11 *Conciliantur præfatæ opiniones cenſeri ex bonis viri, vel non acquiſita, ibi remiſſiue,& quid in ambiguo, quia contra mulierem.*
12 *Onus probandi mulierem acquiſiuiſſe conſtante matrimonio , vel intra annum luctus incumbit agenti.*
Fundans ſe in tempore, illud debet probare.
13 *Signa vnde præſumptiones oriuntur, ſunt probanda.*
14 *Mulier etiam putatiua cenſetur acquiſiuiſſe ex bonis viri conſtante matrimonio putatiuo.*
15 *Mulier poteſt quærere ex ſua induſtria,& artificio in ſe, vel cum viro, ex aliqua honeſta negotiatione, quo apparente tollitur præſumptio, acquiſiuiſſe de bonis viri, ad lucra turpia,& quando, nu 8.*
16 *Commiſtio ſanguinis tollit ſuſpicionem adulterij, ſeu præſumptionem.& quando.*
Quis de commiſtus poſſit de adulterio puniri.
17 *Probatio vaccat ſine ...ptionem.*

18 Mulier ſenetur operari viuo non ſtare in domo vt corpus mortuum, & in quibus operibus, & ſecundum conſuetudinem loci.
Vir & vxor ſocij dicuntur, non tamen negotiare.
19 Confeſſioni viri in inſtrumento emere de pecunia vxoris abſentes non ſtatur, & quid de iure & hoc procedat.
20 Vxor quod poſſidet, ſuum eſſe præſumitur in iudicio poſſeſſorio, & quando procedat, ibid.
21 Præſumptio, quod quis non videatur deliquiſſe, non ſufficit ad eum condemnandum extraneo.
22 Præſumptio non debet extraneo prodeſſe, niſi allegetur. Opponi non poteſt de iure tertij, num. 22

ACquiſita per mulierem conſtante matrimonio, vt euite-
1 tur ſuſpicio turpis quæſtus † præſumuntur acquiſita de
bonis mariti, ſic reſpondit conſultiſſime Pomponius in l. quin
tus, ff. de dona. inter vir. & vxo. gl. Bal. Flor. Ang. Pau. de Caſt.
& Cor. vnanimes ſcripſere in l. cum oportet. C. de bonis quæ
lib. nec id prætermiſit Guliel. de Cun. in auth. licentia. C. de
epiſ. & cleri. huius etiã meminit Fran. Crem. in ſign. 6. incip.
in eis. Luc. de Pen. confirmauit in l. ſi tempora, col. 2. C. de fid.
inſtr. lib. 10. Alex. reſpondit in conſ. 31. viſo teſtamento, col. 1.
vol. 3. Soci. cõſuluit in conſ. 16. in cauſa. vol. 3. Sal. tradidit in
l. ſi mater. C. de contrah. empt. Dec. docuit in conſ. 237. in ca-
ſo propoſito, ad fin. vbi dat cautelam mulieri, vt pecuniam à
conſanguineis ſibi dãdam curet, & poſtea emat, quam nec o-
miſit Cepoll. caut. 149. Berta monu t in tract. de Epiſ. cart. 35.
col. 1. lib. 4. in 4. par. Barba. ſcriptum reliquit in tract. de Card.
in 1. tract. q. 3. col. 8. n. 21. Bern. Diaz. ſequutus eſt in reg. 9. Ne-
ui in ſylua nuptia. protulit ver. eſt nubendum, mihi fol. 114.
col. 3. in parua impreſſ. Boer. ſentit in deciſ. 81. n. 5. Ang. in cõſ.
141. incip. ſuper 1. puncto, Bal. id animaduertit in conſ. 30. in-
cip. proponitur, quod quidam. vol. 4. & in conſ. 53. incip. à li-
bello incipiendum eſt, eodem vol. & idem Ang. in conſ. 285.
ſuper 1. puncto, verſ. venio ad tertium. Aymo Crauet. com-
probauit in conſ. 81. n. 4. Abb. notatu dignum putauit in c. 1.
n. 3. de pecul. cler. Lambert. ad id reſpexit in tract. de iur. pa-
tro. 7. art. 8. q. princ. 1. par. 1. lib. n. 14. Didac. expoſuit in c. 1. de
teſta. n. 7. Bello. de hac re mentionem fecit in conſ. 17. n. 10. vbi
2 dicit, quod ſi vxor negaret quæſita cõſtãte matrimonio, † ma-
ritum, vel hæredes aſtringi ad hoc probandum, hoc eſt con-
ſtante matrimonio comparata fuiſſe, vt dixit Rip. in lib. 3. re-
ſponſ. 4. n. 1. & adhæret illi Hipp. Rimi. in §. 1. n. 135. Inſti. per
quas perſo. nob. acq. Cacher. ſequutus eſt, in deci. Pedemont.
140. n. 8. & 9. vbi exemplum adducit de feudo empto ab vxo
re, quia præſumitur emptum de pecunia viri, & ideo acquiri-
tur viro. Eſt quidẽ verum, quod dicit verius eſſe, quod reſpe-
ctu acquiſitionis, proprietatis, & poſſeſſionis non habeat lo-
cum diſpoſitio d. l. quintus, quia & ſi ex d. l quintus præſum-
ptio iuris inducatur, vt res empta ab vxore de pecunia mari-
ti præſumatur empta, turpis quæſtus euitandi gratia, non pro
pterea dicit lex illa, rem emptam ab vxore nomine ſuo ex pe
cunia, quæ præſumitur mariti, acquiri ipſi marito, cuius nomi
ne non fuit empta. Supradictam etiam concluſionem tamquã
* communi * vſu receptam videtur recenſere Plautus; dum in
Caſina introducit Myrinam mulierem ita Cleoſtratam allo-
quentem, quæ dicebat ancillam quandam ſuam eſſe.

Vnde ea tibi eſt? nam peculi probam nihil habere addecet.
Clam viro, & quæ habet partum, ei haud commodum eſt, quin viro aut ſubtrahat.
Aut ſtupro inuenerit, hoc viri cenſeo eſſe, quicquid tuum eſt.

Eam etiam tenet Bello. in d. conſ. 17. n. 11. vbi dicit verum
3 quidem eſſe, vt ſi pecunia eſſet vere mariti, † deciperetur Ec-
cleſia militans ſed nõ triumphans, cui nihil eſt abſconditum.
Quo vero ad ſupradictam cautelam, dicit aduertendum eſſe,
ne reddatur ſtatim illa pecunia conſanguineo, quia ſi hoc pro
baretur, adhuc prolaberetur in diſpoſitionem d. l. quintus.

Idem etiam vt in ipſa concluſione, cauetur ſtatuto Medio-
lanenſi, poſito ſub rub. quod acquiſita per vxor. lib. 1. c. 269.
vbi in hæc verba loquitur ſtatutum, quod ſi qua mulier con-
ſtante matrimonio rem aliquam vel ius acquiſiuerit, vel pe-
cuniam alicui mutuo dederit, vel alijs crediderit, totum id,
quod acquiſiuerit, vel crediderit, acquiritur marito, nec pro-
derit mulieri proteſtatio, ſeu renunciatio in contrarium fa-
cta per maritum etiam quocunque iuramento vallata.

Ampliatur primo concluſio, vt etiam procedat in inconcu
ba, & amaſia, quæ præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis amaſij: vt
per Franc. Crem. in d. ſign. 6. vbi refert Bal. ita ſentientẽ in l. 1.
C. de na. lib. & Barba. ſup. adducto loco, n. 21. idẽ Bal. firmauit
in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Gul. de Bened. tenuit in
repetitio. c. Raynu. §. cuidam Petro tradidere. nu. 100. part. 2.
& Hipp. Rim. tradidit in §. 1. nu. 136. Inſt. per quas perſo. nob.
acq. Ratio eſt ne & ipſa videatur corporis ſui copiam alijs
feciſſe, & ſic ob euitandam malam ſuſpicionem.

Aliam ſequutus eſt ſententiam Alciat. in tract. de præſum.
regul. 3. præſumpt. 26. nu. 2. vbi reſpondet & declarat dictam
opinionem aliter opinantium.

4 Secundo ampliatur concluſio † vt ẽt procedat in vidua, ſe-
cundum Bal. in d. l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ lib. &
receptiſſima eſt noſtrorum ſnĩa: vnanimes. n. id ſentiunt, Sali.
in d. authen. licentiam, poſt prin. C. de epi. & cler. Crem. in d.
ſign. 6. Boer. in deciſ. 81. n. 7. Pariſ. in conſ. 80. lib. 1. n. 12. vbi di
* cit hanc eſſe magis cõem * opinionem, Io. Lup. Hiſp. in repet.
rubr. de don. int. vir. & vxor. fol. mihi 5. col. 4. & fol. 29. ver. o-
peratur quartũ effectũ, vbi ponit tres ampliationes, & tres li-
mitationes ad reg. l. quintus, late Neui. in ſylua Nupti. ver. eſt
nubendũ, mihi fol. 115. Alb. de Roſa. in l. ẽt, C. de don. inter. vir.
& vxo. nouiſſi. Gabr. in ſuis concl. lib. 1 tit. de præſum. concl. 5.
n. 3. Bello. in d. conſ. 17. n. 12. Capra in cõſ. 13. col. 2. & Guil. de
Bened. in d. repet. c. Raynut. §. q cũ alia matr. cõtrah. n. 144. p. 3.

Huic opinioni aperte reclamat Alc. in d. præſum. 26. n. 4. ſci
licet, vt non procedat in vidua emente poſt annũ luctus, teſtẽ
adducit Ang. in conſ. 141. & idẽ intellexerũt Dec. in conſ. 227.
Crem. in d. ſign. 6. Pariſ. in d. conſ. 80. Franc. Rip. in l. fœminę. q.
20. n. 40. C. de ſecund. nupt. vbi de hoc abũde pertractat, alio
quin ſequeretur ſecundum Ang. in d. conſi. 141. nullã mulierẽ
poſſe acquirere tute, niſi oſtẽderit, vnde pecuniã ſibi compa
rauerit, & hoc etiam fuit de mente Albe. in d. l. ẽt, vbi diſtin-
guit, an mulier ſtatim poſt mortẽ viri emat, an ex interuallo.

Intellige igitur modo allatã ampliationem procedere qñ
vidua continuo poſt mortem mariti; & intra tp̃s luctus acqui
ſiuerit, quia tunc præſumitur ſemper acquiſiuiſſe de bonis ui
ri: nã ex quo tam breui tp̃e acquiſitio fuerit facta; præſumitur
ex uicinitate, & propinqtate tp̃is facta ex bonis mariti, arg. l.
ſi neutri. §. in bonis, ff. de priuil. cred. & dicit Boer. in d. deciſ.
81. n. 7. ne illius caſtitas polluatur. Gul. de Bened. in eadẽ rep.
c. Rainut. §. qui cum alia matr. contrah. nu. 245. vbi dicit ſecus
eſſe, ſi ex interuallo, & Rol. à Val. in conſi. 86. nu. 46. vol. 1. vbi
itidem dicit ſecus eſſe, ſi poſt annum luctus mulier acquiſiue-
rit; niſi emãſerit in adminiſtratione bonorum mariti, vt dicit
Ang. in conſ. 141. col. 1. & 2. vbi aſſignat rõem. Quia qñ mulier
emit primo anno luctus, dr̃ eſſe in matrim. viri, cum non poſſit
nubere, §. ſoluta, auth. de nupt. & ideo de bonis viri præſumi
5 tur acquiſiuiſſe: † quia per legem eadem caſtitas intra tempo
ra luctus à muliere deſideratur: quæ deſideratur conſtante
matrimonio, vt in corpore de reſtit. & ea quæ parit. in rubro,
& nigro, ſecus lapſo illo tempore, quo non iſtam caſtitatem
lex ſeruare voluit, cum viduæ nubendi permiſerit, nec viden-
tur eſſe in primo matrimonio, alias niſi ita eſſet, ſequeretur,
nullam mulierem poſſe quicquam ſibi quærere, niſi oſtende-
ret, vnde originem pecunia habuerit, quod eſt falſum ſecun-
dum Io. Lup. in repetit. rubr. de don. int. vir. & vxor. char. 50.
col. 4. Neuiz. in Sylua nuptia. fol. 14. à tergo, verſic. 1. amplia.
Crem. in ſing. 00. & Rip. in l. fœminæ, nu. 55. C. de ſecun. nupt.

Reſtringe iſtam intelligentiam procedere, quando nõ ad-
eſſet alia coniectura, per quam veriſimiliter iudicaretur, talia
bona acquiſita vltra annum luctus fuiſſe ex bonis mariti, alias
adhuc iſta præſumptio militaret, dato etiam, quod ad ſecun-
da vota tranſiuiſſet, ita declarat, & intellexit Ang. in d. conſil.
141. vbi docet indicia, ſecundum quæ iudicari poſſit, ex qui-
bus bonis potius potuerit mulier acquirere. Et illum ſequuti
ſunt Boer. in d. deciſ. 81. num. 10. Alciat. d. præſumpt. 26. nu. 5.
& Caſſad. in conſuet. fol. mihi 189. col. 2. nu. 8.

Secundo reſtringe intelligentiã ſupra allatã nõ procedere
qñ vxor mortuo viro remanſit in adminiſtratione bonorum
eiuſdem viri, forte cum filijs ſuis pupillis: quia tũc ſi non põt
aliunde lucrari, præſumitur ex bonis viri, & filiorum acquiſi-
uiſſe, per quam præſumptionem lucri tollitur alia præſumptio
delicti, vt per eundem Ang. in d. conſ. 141. & Boer. in deciſ. 81.
n. 8. Franc. Aret. in conſ. 31. cõſiderata diligẽter, quaſi per tot.
Præpoſ. in c. ſignificauit. in fi. de dona. int. vir. & vx. Frãc. Curt.
in conſ. 23. ego quoque, col. 2. verſ. nã præſumitur. Barb. in c. 1.
de pecu. cler. Bal. & Sal. in d. l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.
Pariſ. in d. conſ. 80. nu. 12. vol. 1. vbi duplici in loco confirmat
* hanc eſſe cõem * opinionẽ, de qua ẽt vide Bal. in cõſ. 53. vol. 4.
& Sil-

& Nimau.in conſ.86.nu.10.vol.2. vbi dicit quod mater vidua commorans cum pupillis, penes quam ſunt tantum bona pupillorum, ſi aliquid acquirit præſumitur acquiſiuiſſe de bonis pupillaribus, vt etiã ſcribit alio loco Bal.in conſ.ſcilicet 137. incipien.quædã vidua,lib.5.niſi aliunde bona habeat,ex quibus poſſet aliter conſtare.

Tertio ampliatur concluſio, vt etiam procedat ſi maritus confiteretur lucrum eſſe mulieris,& negaret proueniſſe ex ipſius propria pecunia: quia nihilominus adhuc vigebit præ-
6 ſumptio,ex bonis viri mulierem eſſe lucratam,† ex quo talis confeſſio inter perſonas prohibitas nullius ſit momenti,l.qui teſtamenta. ff.de proba.nam præſumitur ſimulata, & ficta, & à lege habetur pro ſuſpecta, etiam ſi nulla alia contra mulierem concurreret præſumptio iuris, vt per Bat.in l.ſi diuortio. ff.de verb.oblig.& propterea cenſeretur maritũ voluiſſe do-
7 nare vxori †quod eſt prohibitum,quare non ſtaretur huiuſmodi confeſſioni,niſi eſſet confirmata per mortem, ſecundũ Bal. in conſ.66.punctus talis eſt,vol.5.tenet Franc. Aret.in in cõſ. 31.col.penult.& idẽ voluit Alciat.in d.præſump. 26.reg.3.n. 16.Pariſ.in cõſ.62.n.5.vol.1.vbi n.8.arbitratur idẽ procedere,ẽt ſi confeſſio huiuſmodi eſſet corroborata iuramento mariti,auctoritate Bat.in l.Aurelio,§ fi.de lib.leg.Petr.& Cyn.in l.1.C.de ſacroſ.Eccl.Io.Andr.in addit.ad Spec.in rubr.de donat.int.vir.& vxorẽ,Alex.in l.ſi diuor.col.5.ff.de verb.oblig. & Socin.in l.1.n.18.ff.ſolut.matrim.& ita etiam dicit Crauet. in conſ.81. & Rom.in conſ.44. ex ſupra narrato themate.

Contrarium ſenſere,qñ conſtat ex confeſſione mariti pecuniam fuiſſe ipſius mariti.Alex.in cõſ.52.vol.4. Soc.in cõſ.65. in 20.arg.Signor.in cõſ.152.col 2.Ruin.in cõſ.44.col.2.vol.5. & Crauet.in conſ.61.col.3.Concilies tñ, vt infra in limitat.2.

Limita ſupra dictam ampliationem non procedere,quãdo mulier haberet bona propria,nam inquit Grat.in conſ.54.nu. 26. vol.1. quod marito confitenti ſe emiſſe de pecunijs vxo-
8 ris†licet regulariter non ſtetur propter prohibitam donationem inter ipſos,ſtatur tamen,quando eſt veroſimile, vt quia illa mulier habebat bona propria,iuxta etiam ſententiam Salic.in l.ſi mater.C.de contrah.emptio.

Intellige ampliationem habere locũ, etiam ſi hæredes, vel creditores mariti vellent repetere pecunias, vel res acquiſitas nomine vxoris,quia & tunc poſſent,non obſtante confeſſione prædicta, quæ nihil facit contra præſumptionem iuris,
9 †quæ tolli non poteſt niſi per ipſam mulierem contrariũ probetur: vt dicetur infra in limitationibus: ita etiam tradit Pariſ.in d.conſ.62.nu.18.ex allegat.abũde ibi per eum.

Et idẽ procedit,ſi per ſingularem ſucceſſorem vel donatarium opponitur mulieri,ſecundum Dec.in conſi.237. Neuiz. vbi ſupra in 4.ampliatione.

Refragatur huic Alex.in l.qui iure familiaritatis,ff. de acquir.poſſ.& in conſ.101.col.4.vol.7.Alcia.de præſumpt.d.regul.3.præſumpt.26 nu.7.

Idem dicendũ eſt,quando mulier negaret illã bona acqui-
10 ſiuiſſe à bonis proprijs,vel alterius: †nam cum hoc ipſa probare debeat,non erit ſtandũ eius aſſertioni.l. neque natales, C.de probat.c.in præſentia.eod.titul.tradit Ioa.Lup.Hiſp.in d.rubr.de donat.int. vir.& vxor.§. 60. ſol. mihi 65. ſequitur Neuiz.in Sylua.nupt.in dict.verb. eſt nubendum,num.21. & ſeq.Pariſ.in d.conſil.62.num.3. & ſeq.& Crauet.in conſil.81.

Contra ampliationem ſtat Sali.in l. cum propria,per illum text.C.ſi quis alteri,vel ſibi,in fi.& in l.ſi mater.C.de cõtrah. empt.Alex.in cõſ.24.viſis dubijs,col.1.n.5.vol.1.qđ eſt repetitũ in vol.4.cõſ.23 Soc.i cõſ.61.circa primã,col.1 n.3.vol.4.

Concilies ut per Alcia.in d.præſum 25.n.16. ubi cõſiderat
11 tres caſus ꝓ reſolutione quæſtionis,† quos uidere utile erit; quia ibi egregie declarat materiã,& uide Pari.in d.cõſ.62.n. 28.lib.1.ubi ſentit cõtra primũ caſum eiuſdẽ Alcia & Rip.qui conſuluit ſecundum opinionem Alcia.in reſponſ.lib.3.cap.4.

Quarto ampliatur:quia ſi ab utraq; ſint præſumptiones,ex quibus bonis mulier acquiſiuerit bona, & an tempore contracti matrimonij,an poſt,in dubio præſumitur contra mulierẽ, ut per Areti.in conſil.31.& per Alber.de Roſ.in d.l.etiam, C. de dona.int.uir.& uxor.

Diuerſum ab hac re uidetur uoluiſſe Alcia.in d.pſum.26.n. 6.ubi in eam deſcendit ſniam,onus probandi mulierẽ acqui-
12 ſiuiſſe conſtante matrimonio†uel intra annum luctus,incũbere agenti,auctoritate Sal.in d.l.quintus,& l.etiam, & ſequitur

Alex.in cõſ.42.vol.5. uoluit Bal.in l.ſi uxor. C.de cond.inſer. Et rõ eſt:quia iſto caſu agens corroboratam habet intentionẽ in tempore, vnde ipſe debet probare, iuxta no. in l.non ſolũ,
13 §.ſed vt probari.ff.de nou.oper.nuncia. Et quia † ſigna,vnde oriuntur præſumptiones,ſunt probanda,vt per eundem Alci. vbi ſupra,quem vide:quia ibi conciliat opiniones.

Quinto ampliatur concluſio, vt etiã procedat in matrimo-
14 nio putatiuo †ideſt,vt ea,quæ vxor cõſtante matrimonio putatiuo acquiſiuerit, præſumãtur quæſita ex bonis mariti,ſecũdum Tiraq.in tract leg.conub.in rub.de ſon mari.in gl.n.271.

Primo limita concluſionẽ non procedere,ſi mulier probet illa bona habuiſſe ante matrimonium,& in dotẽ ei non fuiſſe aſſignata,auctor eſt Bal.in l.fi. C.de pig.& in l.ſi vxor.col.2. verſ.denuo quæro.C.de cõd. inſer.nec ab illo diſſentit Alex. in cõſ.42.col.5.conſulte canit Crau.in cõſ.206.n.18.& in cõſ. 61.n.7.in fi.& Hippo.Rimi.cõmemorauit in d.§.1.n.142.Inſti.per quas perſo.nobis acq.in quæſitis.n.aute contractũ matrimoniũ ceſſat præſumptio, vxorem præſumi acquiſiuiſſe de bonis mariti: vt decidit hic Boet.in q.81.n.2.vbi & n.3.dixie idem eſſe,ſi mulier comprobet illa bona etiam conſtante matrimonio ex aliquo titulo ſibi emiſſe aut acquiſiuiſſe aliunde
15 honeſte:quia pecunia à cõſanguineis,ſibi oblata fuerit † vel fuit lucrata ex aliqua honeſta negotiatione, veluti, quia erat obſtetrix, vel manu medendo, vel texendo.& reſarciẽdo veſtes,aut inaurando, vel acu Phrygum more pingendo, veſtesve auro intexendo, ſiue lactãdo infantes alienos, vel vna cũ viro cauponariã exercendo,& huiuſmodi quamplurima alia, vt videre eſt per Abb.conſ.36.circa primũ, vol.2.& clarius p Bal.Sal.Ang.& alios in d.l.cũ oportet,C.de bon.quæ lib.Soc. cõſ.249.in materia.in fi.Barba.in d.ſuo tract.de præſtã.Card. 3.q.1.par.n.21.Alex.conſ.133.incip.vere.Petr.Gerar.ſing.99. Crot.in l.frater à fratre.col.34.ff.de cõd indeb. Rip.4.reſpõ lib.3.Neui.in ſylua nuptia. verſ. eſt nub. fol.mihi 115. col.3. verſ.6.limita Ruin.in conſ.96.n.2. vol.5.Alcia.d. præſum.26. reg.3.n.10.Caſſ.in cõſ 29.Fulg.in cõſ.198.in quæſtione ꝓpoſita,Alex.in conſ.42.vol.5. & in conſ.133.circa primũ, vol.4.
16 Nec id ratione caret:nam in iſto caſu † ceſſat ſuſpicio turpis lucri: vt dicit Bello.in cõſ.17.n.11.Ideo ceſſare debet præſumptio prædicta,arg.eorum,quæ no. in l.ſi qui adulterij, C. de adulter.vbi ſi qui accuſati fuerint adulterij,& obtẽtu proximitatis intẽta depulerint, per cõmemorationẽ neceſſitudinis crimini fidem derogando,dũ exiſtimatur non debere credi, quod contra adducitur, vel non potuiſſe committi, hi ſi poſtmodum in nuptias ſuas conſortiumque conuenerint,facinus illud, in quo fuerint accuſati manifeſta fide atq; indicijs euidentibus publicabunt,in quos Impp.ſeueriſſime vindicare iuſſerũt.Huc quoq; ſpectant l.diuus.ff.de teſt.in integ.& l. omnes.§.Lucius,ff.quę in fraud.cred.& l.non ſolũ.§.de uiro. ff.de rit.nup.& dicit Bal.in l.ſi certis annis,col.3. uerſ.cõcludo igitur.C.de pact.& Cor. in conſ.308. licet dicta allegata. col.pen.uol.1.& eo magis ceſſabit illa pręſumptio: cũ (ut diximus)
17 ꝓbatũ fuerit contrariũ, †nam probatio uincit præſumptionẽ,Neui.& Alc.ubi ſupra.& tenuit Bar.Cepol.caut.149. incip.nota auream,& Fran. Are.in d.conſil.31. in 4.circa fin.

Præterea ad hanc limitationem adhibeas Alex.in cõſ.209 ponderatis his.col.2.uol.6.& in conſ.24.uiſis dubijs,uolu.1 Barba.in conſ.25.ſcripſit Propheta.uolu.1.pract.Papi.in for libell.quo uxor agit ad dot.uerſ. tanquam bona paraphernalia, in quibus locis illi, quos modo nominauimus, uidentur
18 dubitare de iſta limitatione, †nã illa,cuius matrimonio conſenſit,in officio mariti eſſe debet,ut uerbis utar Hermogeniani in l.ſicut,ff.de ope.l.quod & Paulus reſpondit,l.ſed ſi uir. in princ.ff.de donat.int.uir.& uxo.Quapropter decidendum uideretur omne illud lucrum,tamquã ex operis debitis marito eſſet mariti; uel ſaltem dimidiam ratione ſocietatis contractæ:nam uir,& uxor dicuntur ſocij diuinę,& humanę domus, ut optime traditum fuit à Neuiza.ubi ſupra.

Alciato tñ in d.pſum.26.n.11.magis placet opi. Bal.in d.l. fi.C.de pig.tamq̃ uerior:quia licet uxor cogatur uiri negotiũ ꝓcurare,nõ tñ tenetur pro eodẽ negotiari,ut ẽt dicit Capi.in cõſ.72.n.15.ubi aſſerit,vxorẽ operari debere uiro operib.obſequialibus,ut iſternere lectũ, coquari (ut Plauti uerbo utar) & ſimilia,nõ fabrilib.uel artificialib.cũ ſtare nõ debeat in domo ſicut cadauer,ut dicit quoq; Bal.in l.1. C.de lega.& in l.ſi uxorẽ,C.de cõd.inſer.Rip.in lib.3.reſpon.c.4.n.4.ubi diſtinguit

Digitized by Google

guit quædã eſſe ſeruitia obſequialia, & quaſdã operas paruæ æſtimatione, & iſtas compelli vxorem præſtare io domo mariti iuxta conditionem perſonarum. Cæterum ſi vxor exercetet aliquam artem vel mercaturam, vel manu medererur, vel eſſet obſtetrix, quæ oon ſunt operæ domeſticæ, nec familiares tuoc quicquid acquirit ex iſtis operis; ſibi acquirit, nõ enim, vt dictum eſt, ad præceptum mariti cogitur vxor oegotiari, Alcia. tamen vbi ſupra putat in hoc ſtaodum fore conſuetudini, ſi aliqua eſſet ſecundum Hoſt. & cæteros in c. ſignificauit, de don. int. vir. & vxo.

Secundo limitatur, quando maritus intererat acquiſitioni & inſtrumento, io quo dicebatur, pecuniam ptoueniſſe ab vxore, & maritus hoc coofitebatur expreſſe, vel tacite, non repugnando, ſic profitendo dixit Sali. in l. ſi oon verũ C. de doоа. int. vir. & vxo. in l. ſi mater. C. de contrah. emp. & in d. l. quintus, & Bello. in conſ. 17. n. 11. quia tunc præſumuntur acquiſita ex bonis coniugis, & ſtandum erit aſſertioni mariti: vt dicit Soci. in conſ. 71. circa primum vol. 4. conſuluit Alex. in conſ. 24. vol. 1. quod eſt repetitum, io vol. 4. in conſ. 23. viſis dub. reſpondit Bal. in conſ. 77. punctus talis eſt, colu. 5. Alciat. docuit in d. præſum. 26. regu. 3. n. 16. Ruin. cauit. in conſi. 44. col. 2. vol. 5. Neui. tradidit vbi ſupra fol. 115. verſ. 3. limi. & Natta meminit in conſ. 30. n. 2. volu. 1. vbi dicit tunc vxorem non præſumi acquirere ex bonis mariti, quando in Inſtrumẽto dictum eſt de pecunia propria vxoris præſente viro, & conſentiente, nam tunc ſtatur inſtrumento, & creditur marito, vt etiam reſponſitauit Rip. in lib. 3. reſpon. d. c. 4. on. 2.

Quioetiam amplius dixit Sali. idem ſentiendum eſſe, quando maritus non ignorabat vxorẽ acquirere, & poſtea diu tacuerit eum muliere, nec aliquid obiecit, Sal. in auth. ſed iã neceſſe. C. de don. ante nup. per Fulg. in coof. 198. in quæſtione propoſita, atq; Ruin. io d. conſ. 44. n. 5. & per Neuia. in 4. limit.

Aliam ſequutus eſt ſententiam Pariſ. in d. conſ. 62. n. 28. Ideo coocilies, vt prior opinio procedat, quando pecunia emanauit ab vxore præſente viro, & oon contradicente, poſterior
19 uero qñ maritus emit feudum pro vxore abſente, † & confeſſus eſt pretium quod ſoluit, fuiſſe ex pecunia vxoris: quia tunc non ſtatur aſſertioni mariti, & ita diſtinguit Ruin. in d. conſ. 44. n. 5. volu. 5. & Alcia. in d. præſum. 26. Alex. in d. conſi. 24. vol. 1. Soci. ſen. in conſ. 65. nu. 8. vol. 1.

Diſſentire videtur ab iſtis Cach. in deciſ. Pedemoo. 140. o. 3. vbi dicit maritum ementem fundum pro vxore, & proteſtantẽ emere de pecunia donata uxori, acquirere uxori Pauli reſponſo motus in l. uxor marito. ff. de don. int. vir. & uxo. ubi Bart. & communiter Dd. ubi dicit id uerum eſſe, niſi appareret ex aliquibus coniectoris, & præſumptionibus uxorẽ aliũde bona ſibi comparaſſe, uel comparare potuiſſe, ſecundum Doct. in l. ſi filij. C. de don. int. uir. & uxo. & Salic. in l. cum proprie, in fi. C. ſi quis alteri uel ſibi.

Tertio limitatur non procedere in muliere diuite, quæ oubit uiro pauperi: quia tunc præſumitur acquiſiuiſſe de bonis ſuis peculiaribus, & nõ mariti: ut per Neuixan. ubi ſupra, uerſicul. 1. limit. per Alcia. in d. præſum. 26 n. 5. idem ſenſit Barb. in c. 1. col. 1. de pecu. cleri. & Ioa. Lup. in repeti. rub. de dona. int. uir. & uxor. ubi ſup. in 2. amplia. & cautum reliquere Bal. in conſ. 70. appareot. col. 2. circa, med. lib. 1. Corn. in conſ. 327. uol. 2. circa fin. lib. 1. & Cra. in conſ. 61. n. 7.

Nec aliter dicendum eſt, qñ maritus non erat eiuſdẽ loci, cuius erat uxor, & commigrauit io domũ uxoris: quia & tũc ceſſat iſta præſumptio: ut auctor eſt Crauet. in d. conſ 61. n. 7. q. tertim. cõprobat Sali. in l. ob maritorum. C. ne ux. pro mar. quẽ ſequitur Soc. in cõſ. 128. col. 2. uerſ. pro hac accedat. uol. 1.

Quarto limitatur nõ procedere, quando aliæ concurrerẽt præſumptiones, ex quibus iſtæ excluderentur, & cõſtare poſſet de cootrario, id eſt mulierẽ aliunde habuiſſe bona: ut per gl. in c. manifeſte. 12. 1. q. 1. idque ab omnib. fere præclariſſimis conſuleotib. approbatur; ut à Bal. in conſ. 67. lib. 5. à Rui. in conſ. 99. col. 2. uol. 5. Cran. in d. conſ. 61. Cor. in conſ. 133. col. 2. uol. 1. per Aret. in d. conſ. 31. col. 2. & ſupra dictum fuit.

Quinto limitatur non habere locum quoad poſſeſſorium; quia in poſſeſſorio iudicio mulier obtinebit, nec in eo inqui-
20 rendum erit de hac præſumptione † nam in poſſeſſorio illud quod poſſidet uxor præſumitur ipſius vxoris, vt per Bal. in d. l. ſi vxorem, C. de condi. inſer. Neui. vbi ſup. verſ. limitat Lop. & Alc. d. præſu. 26. n. 8. vbi declarat, iſtud locum vẽdicare, qñ vxor ſola poſſideret, alioqui ſi poſſideret cũ marito, tunc præſumeretur potius poſſeſſio mariti, & ipſum poſſidere iure familiaritatis, teſte Ale. poſt alios io l. qui iure, ff. de acqui. poſſ.

Sexto limitatur procedere quoad ipſum maritum, ſeu eius hæredes, qui poſſunt vxori obijcere, illa bona fuiſſe acquiſita de bonis ipſius mariti, ſecus quoad extraneom, quod proditum eſt à Bal. in d. l. ſi vxorem. col. fi. C. de cõdi. inſer. per not. in d. l. ob marirorũ, C. ne vxor. pro marit. nec ab illius opinione receſſit tum docendo, tum etiam conſulendo Alex. in d. l. qui iure, ff. de acq. poſſ. & io conſ. 101. iocip. ſuper. 1. dub. vol. 7. Alcia. retulit io allata præſu. 26. n. 7. Bello. mentiooem fecit in d. conſ. 17. n. 12. nec Hyppolit. Rim. intactũ reliquit in §. 1. n. 137. Inſtit. per quas perſon. nobis, acquir.

Reijcit hanc limitationem Alcia. in ſupra citato loco, quia oimis per ipſam reſtringitur text. in d. l. quintus, ff. de dna. inter. vir. & vxor. Ideo verius putat, quemlibet cuius intereſt, poſſe opponere, eum iſta præſumptio non ſit inducta ita demum ſi maritus velit, ſed in vniuerſum loquatur, vt euitetur mala ſuſpicio, & hanc ſoiam amplectuntur Dec. in conſ. 237. col. pen. & ante eum Bar. in l. 2. ff. de excep. Verũ Hipp. Rim. in d. §. 1. n. 137. dicit ſupradictam limitatiooem eſſe veriſſimã,
21 quemadmodum † præſumptio, vt quis in dubio ooo videatur delinquere, non ſufficit ad eũ condemnandũ: vt tradidere gl. Bar. & alij in l. qui iuraſſe, §. ſi pater. ff. de iureiur. & in l. merito. ff. pro ſocio. Non ſatis igitur erit, ſi dixeris, vxorẽ præſumi quæſiuiſſe de boois viri, vt euiterur delictũ, eaque extraneo coodemnetur, cũ iſtiuſmodi præſumptio adeo non ſit efficax, vt per illã poſſit ipſi pœna irrogari. Præterea obijciẽti id con-
22 donemus hanc præſumptionẽ militare, † non tñ extraneo prodeſſe debet, nam ita demum quid præſumitur, ſi allegetur, & non aliter, ſi igitur nobis eſſet in optatis, vt contra mulierem vrgeret hæc præſumptio, opus eſſet, vt extraneus cum ea cõtendens, eam in medium afferret, & in mulierem inijceret, quod quidem facere oon poſſet, ſic enim opponeret de iure mariti, & ita de iure tertij, quod fieri nequit, argu. l. 2. ff. ſi ag. vectig. & animaduertit Bart. in l. 2. de except. rei iud. merito igitur vxor contra extraneum obtioebit.

Septimo limitatur, quando mulier adminiſtrauit bona alterius, vt etiam ſupra à nobis dictum fuit, quia licet acquiſita ab vxore coſtante matrimonio in dubio præſumantur acquiſita de bonis viri, tamen id fallit, ſi adminiſtrauit bona alterius, quia tunc ſecus eſt: ſi ijs adhibenda fides, quæ annotauit Rol. à Valle in coof. 90. n. 17. vol. 5. qui adducit teſtes Alexan. conſ. 40. col. pen. vol. 3. & Salic. in d. l. quintus.

CONCLVSIO XXXI.

ARGVMENTVM.

An acquiſita per fratrem cum alijs fratribus viuentem poſt obitum patris hæreditate indiuiſa, cenſeantur acquiſita de paterno patrimonio, & iſtiuſmodi an debeant inter eos communicari, & quomodo inter fratres intelligatur contracta ſocietas.

SVMMARIA.

1 *Quod acquirit frater vitam degens cum fratribus defuncto patre, & hæreditate indiuiſa, dicitur acquirere à communi patrimonio.*
2 *Statutum Laudenſe præſumit inter fratres indiuiſos tacitam ſocietatem, & ſolum excipit acquiſitum ex donatione, vel ſalario.*
3 *Idem cauetur ex ſtatuto Mediolanenſi, & in illo excipitur vltra præfata, etiam ſucceſſio inteſtati, ex cauſa teſtamenti, ſiue codicillorum, vel dotis.*
4 *Inter fratres præſumitur contracta ſocietas, ſi poſt obitum patris ad eandem menſam, & in eadem domo communiter vixerint.*
5 *Societas dicitur leonina, ſi inter fratres omnia communicantur.*
6 *Acquiſita per fratrem, vt alijs communicentur, non ſufficit omnes ſimul habitaſſe hæreditate indiuiſa, ſed etiam tria copulatiue requiruntur, &c.*
7 *Societas dicitur initа quoad fructus hæreditatis communes inter fratres, non quoad alia.*
8 *Societas non videtur inducta per hæreditatem patris in communi retentam, & eius poſſeſſionem pro indiuiſo, ac ſimul cohabitationem, cum hæc omnia citra ius, & ſocietatis nomen fieri poſſit.*
9 *Actus noſtri voluntarij non vltra ſe extendunt, quam ex iis colligitur.*
10 *Concluſio non habet locum, niſi fratres negotia ſua promiſcue egerint, & ſine comparatione communibus expenſis viuendo bona ſimul habuerint, & diu ſimul habitauerint.*
11 *Acquiſita non præſumuntur de communi ſi inter fratres alius pupillus, alius minor, & alter furioſus extitit.*
12 *Societas non intelligitur tacite contracta cum minoribus.*
13 *Acquiſita per fratrem maiorem omnia bona adminiſtrantem præſumuntur de com-*

de communi acquiri, niſi ſit artifex, vel aliter acquirens.

14 *Societas licet non contrahatur inter fratrem maiorem, & minorem ſimul habitantes, tamen quia acquiſita præſumuntur acquiſita de communi debent communicari.*

15 *Acquiſita per fratres, vt in nu. 10. non præſumuntur acquiſita de communi etiam ſi tractaretur de vtilitate pupilli.*

16 *Societas tunc intelligitur contracta, & acquiſitio facta de communi, quando pupillus habet tutorem alijs fratribus communicantem.*

17 *Societas, & acquiſitio proximo dicta non procedit in pupillo ſine tutoris authoritate.*

18 *Acquiſitio de communi quando procedat, quando pupillus efficitur adultus, & ratificat geſta.*

19 *Quo nomine iubet teſtator aliquid fieri, eo factum præſumitur.*

20 *Societas non præſumitur contracta inter fratres maiores natu, cum nullus negotiatur propter nobilitatem, & diuitias, licet pro indiuiſo poſſideant hæreditatem, niſi aliter expreſſe dicatur.*

21 *Societas tacita non intelligitur, vbi non eſt commercium.*

22 *Si vnus ex fratribus proprijs negotijs incumbit, & alij hæreditaria bona eorum induſtria augent, non debent eorum labores amittere, ſed diuiſionis tempore eas habere præcipuos.*

23 *Societas non poteſt videri tacite contracta inter plures fratres, quando poſt obitum patris aliqui negotiantur, aliqui non, & ſupra nu. 20. ſecus ſi ipſi lucrarentur, & lucra etiam diſparia communicarent.*

24 *Societas itidem videtur contracta, quando alter negotiatur, & alij communicant omnia ſibi vndecunque prouenientia.*

25 *Societas tacita non impeditur ob diuerſitatem negotiorum.*

26 *Socialis affectus, & voluntas apparet ex actibus quantumuis diſſimilibus, ſicut inter nobiles non mercatores, qui & ſalaria, & dotes, & quæcunque alia bona acquirant, in communi conferant.*

27 *Quæ concurrere debent, vt abſque negotiatione cenſeatur contracta ſocietas.*

28 *Societas inter fratres non præſumitur, quando defuncto patre alter negotiatur, & alter non.*

29 *Societas ſi contrahitur inter aliquos, & vnus eorum nihil in ſocietate ponat, nec in ea ſe intromittat, cenſetur ſocietati renunciaſſe.*

30 *Societas non contrahitur donationis cauſa.*

31 *Societas lucri, & quæſtus non intelligitur contracta inter fratres, quorum alter tantum negotiatur, & alter ſtudio vacat.*

32 *Societas inducta tacite ex actibus vltra illos porrigi non debet.*

33 *Societas tunc non inducitur, quando qui negotiatur nihil impertit, niſi poſſeſſionum redditus, nec pro communi commodo operam præſtat.*

34 *Societas vt poſſit dici contracta, tribus caſibus diſtinguitur.*

35 *Societas nec expreſſe, nec tacite poteſt dici contracta, quando alter fratrum eſt pupillus, vt etiam ſupra nu. 10.*

36 *Societas cenſetur contracta, quando fratres ſunt maiores, & ſupradicta requiſita concurrunt.*

37 *Socij non videntur, quando qui negotiatur, facit nomine proprio, ſed ſi communi, ſocij iudicantur.*

38 *Societas non habetur pro contracta in voluntate, quando vnus ex fratribus ſe conſtituit debitorem de aliqua ſumma in libris ſuis, & ſtatuit domum creditricem.*

39 *Arbitrio iudicis eſt coniectura ſimplici non recedere à regula.*

40 *Acquirere non dicitur de communi vnus ex fratribus, ſi aliquem fundum emit ipſis præſentibus, & ſcientibus, & chartam pro ſe tantum recipit.*

41 *Acquiſitum tunc præſumitur communiter quando talis emerit alijs ignorantibus.*

42 *Emiſſe præſumitur de bonis communibus, & communi pecunia, cum emit nomine ſuo, & fratrum.*

43 *Acquiſitio facta per fratrem nomine ſuo, & aliorum ſi dicatur acquiſita de pecunia propria, debet hoc oſtendi.*

44 *Diuitiæ non veniunt aliunde, niſi à caſu, & induſtria.*

45 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

46 *Natura humana potius prona eſt ad deſidiam, & voluptatem, quam ad laborem, & induſtriam, & ad malum potius, quam ad bonum.*

47 *Dominium cenſetur acquiſitum etiam fratribus, ſi vnus ex eis prædium emit, & eius fundum ipſo inſtante deſcribatur in catastro ſibi & fratribus.*

48 *Acquiſita per fratrem induſtrium habentem aliqua bona propria, licet in communione viuat cum alijs, præſumuntur acquiſita ex bonis proprijs.*

49 *Societatis materia fuſius tractatur infra in concluſione ſocietas, nam ibi propria ſedes eſt.*

ACquiſita ab vno ex fratribus probatur acquiſita fuiſſe de
1 communi patrimonio, † ſi ipſe cum omnibus alijs fratribus ſimul cum hæreditate indiuiſa poſt mortem patris vixerit, arg. tex. in l. ſi fratres, ff. pro ſocio. l. ſi maior, C. fam. erciſ. & in l. non ideo, vbi gl. & Dd. C. com. diuid. Bart. docuit in l. cum duobus, §. idem Papinianus, alias in §. ſi fratres, C. eod. & in l. ſi patruus, C. com. vtr. iud. & melius, & plenius quam alibi in l. Titium, & Mæuium, §. altero, nu. 5. verſi. ex præfatis, ff. de adminiſtra. tutor. & in tract. de duobus, fratribus, nu. 14. nec ab hoc fuit alienus Bal. in d. l. ſi patruus, Cor. reſponſitauit in conſil. 24. viſis nonnullis col. 2. lib. 1. & conſil. 27. col. 2. lib. 2. Paul. de Caſt cauit. in conſi. 349. vol. 1. nouiſſimorum, conſuluit pluribus in locis Dec. in conſi. 66. vbi late & conſi. 68. pro reſolutione, & conſi. 304. in caſu propoſito: Soc. animaduertit in conſil. 4. vol. 4. Cæpoll. decidit in conſil. ciuil. 40. quidam. Bertr. ſequutus eſt in conſil. 39. col. 2 & 3. & conſil. 27. colum. pen. 2. vol. nouiſſimorum, Rub. Alexan. veriſſimum arbitratus eſt in conſ. 87. Alciat. neque diſſenſit, de præſumpt. reg. 1. præ-
* ſump. 25. in princ. vbi dicit hanc eſſe communem * opinionē,
* & de communi * atteſtatur Petr. Duen. regul. 3. Idem protulit Dec. in conſi. 21. viſo puncto, in prin. & in rubr. C. qui teſtam. facer. poſſ. Iaſon ad id latiſſime ſe fundit in l. 1. C. eod. tit. Cæpoll. nec reticuit in conſil. 26. nu. 5. & conſil. 123. in fin. conſil. 159. nu. 1. Spec. non ſuppreſſit in titul. de iudic. §. ſequitur videre de communibus iudicijs. Ioan. Bapt. Ferret. conſulendo ſenſit in conſil. 120. numer. 6. Alciat. conſiderauit conſil. 359.
2 numer. 1. vbi dicit † ita etiam caueri ſtatuto Laudenſi præſumente tacitam ſocietatem inter fratres, qui nunquam à ſocietate receſſerunt, & illud ſolum excipiente, quod acquiſitum fit ex cauſa donationis, vel ſalarij. ita quoque diſponit ſtatu-
3 tum Mediolanenſe, † excipiens tamen non ſolum quod acquiſitum ſit ex cauſa donationis, vel ſalarij: ſed etiam ex ſucceſſione inteſtati, ex cauſa teſtamenti, vel codicillorum, vel dotis.

Rationem huius concluſionis affert Mantua, in conſil. 303. num. 1. volum. 1. quam nullis verbis immutatis referam: quia, inquit ille, ex quo omnes fratres remanſerunt poſt mortem
4 patris † ad vnum panem, & vnum vinum in eadem domo, communiter viuentes cõtracta ſocietas præſumitur arg. l. 1. in fi. & l. ſeq. ff. de his qui deie. vel effud. l. Procula. ff. de prob. l. ſeruus communis. ff. de donat. int. vir. & vxo. & c. 1. §. ſi duo. de duo. fra. de no. bene. inueſt. in vſib. feud. Quo fit, vt omnia commo-
5 nicari debeant: † quoniam alioqui ſocietas non eſſet, niſi leonina, arg. l. ſi non fuerit. §. Ariſto. ff. pro ſoc. Verum, vt hæc concluſio vera ſit necne magis eluceſcat, repetendum eſt, quod Dec. ſcriptum reliquit in eodem conſil. 21. præſertim in col. 2. Non enim, inquit, vt acquiſita ab vno ex fratribus debeant alijs communicari, ſatis eſt fratres cum hæreditate indiuiſa co-
6 habitaſſe; † ſed tria ſimul requiruntur: vt vna cum hæreditate indiuiſa poſt mortem patris vixerint, vt omnia lucra inuicem communicauerint, & de eo, quod ſupralucrati fuerint ad inuicem rationem non reddiderint. Decium ita dicentem refert Neuiz. in conſil. 76. numer. 8. vbi aſſerit ea ratione, non ſufficere, vt hæreditatem paternam indiuiſam tenuerint, quia licet
7 inter ſe hæreditatis fructus communicauerint: † non dicuntur iniſſe ſocietatem niſi ſtricte quo ad illos fructus, non quo ad alia. Idem dicit ſentire Alex. conſi. 16. incip. viſo teſtamento, col. fin. volum. 6. & Cor. in conſil. 9. incip. præmittendum eſt, quod fratres. volu. 1. Idem multis authoritatibus comprobat Natt. qui tamen poſtremo conſtituit regulam negantem tan-
* quam meliorem, & magis communem * in conſil. 264. n. 1. vol. 2. cuius etiam rationem dicit eſſe: quia retinere patris hæreditatem communem cum fratrib. & eam indiuiſam poſſidere,
8 ac ſimul cohabitare, † hæc omnia fieri poſſunt citra ius, & nomen ſocietatis, vnde ex eis non debet videri inita ſocietas, argu. l. pro hærede. §. inde Papinianus, ff. de acquir. hæred. Et quia actus noſtri qui à voluntate pendent non vlterius ſe pro-
9 ferunt, † quam ex eis colligi poſſit, arg. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. vbi Bar. ff. de itin. actuque priua. & l. fin. C. ne vxor. pro mar. Idem Natt. in conſ. 91. n. 1. vol. 1. vbi quo ad illa requiſita dicit expreſſe ſupra dictam concluſionem affirmantem nõ ha-
10 bere locum, † niſi fratres vna habitauerint, in commune bona retulerint, communibus impenſis nulla ratione ſubducta vixerint & negotia ſua promiſcue egerint. Ita etiam Iaſ. in conſ. 5. lib. 1. incip. quia ſemper. Ferret. in conſ. 166. n. 6. Grat. latiſſime in conſ. 118. vol. 1. Martin. Laud. in conſ. 34. num. 1. & Rube. late in conſ. 87. & 95. in princ.

Primo loco concluſio noſtra affirmatiua eſt reſtringenda, vt
11 locum ſibi non vendicet, † quando fratres non ſunt omnes maiores, ſed alter eorum eſt pupillus, & alter maior, vel furioſus: quia tunc acquiſita non præſumuntur de re communi, arg. l. vt in conductionibus, ff. pro ſoc. & concludit Bar. in loco ſuperiori relato, & Iaſ. in d. l. 1. nu. 6. & in authen. quod locum, C. de collat. huc reſpexit Alciat. de præſum. 25. nu. 2. adſtipulatur Dec. in d. conſ. 21. viſo puncto. col. 1. & in conſ. 66. ex eod. fonte manauit, quod ſcripſit Bertran. in conſ. 26. ex cauſa in fi. vol. 2. conſimilem vim habuit illud. Bologn. in conſ. 7. colu. 2. eiuſdem notæ eſt traditum à Rom. conſ. 413. nu. 14. & in conſ. 291. incip. cum iſti fratres, cuius opinioni fauet Dec. in l. eo, qđ plus. §. pupillus, n. 2. ff. de regul. iur. nec id ignorauit Andr. Sicul. in conſ. 31. col. 2. li. 1. cui neutiquam eſt diſſimilis Cæpol. in d. conſ. 40. His finitimũ eſt, quod ſcriptis prodidit Cor. cõſ. 213. Philippi lib. 3. quibus haud dubie reſpõdit doctrina Soc.
12 iun. in conſ. 24. vol. 2. vbi dicit, eam eſſe rationem † quia cum minoribus non intelligitur tacite contracta ſocietas, ſi voluit Soc. ſen. in conſi. 160. colum. 5. volum. 2. cui optime quadrat Alex. in conſ. 48. column. 2. & 3. in conſ. ſeq. vol. 1. Idem pollet,

G quod

Digitized by Google

quod conſuluit Ancha.in cõſ.31.incip.quia quæſtio & in cõſ.
103. Iſtis ſubſcripſit Io.Bapt.Ferret.in d.conſ.166.nu.5.hanc
eandem ſententiam adiuuat Martin.,Land.in d.conſ.34.nu.2.

Quorum omnium conſenſus Riminaldum non deterruit,
quin id ipſum intrepide reprobarit in conſ.463.n.1.vol.2.vbi
23 dicit,† vt ſi frater maior adminiſtret bona omnia,neque vlla
arte aut induſtria comparauerit,quod acquiſiuit, præſumi de
re communi acquiſiuiſſe,teſtem afferendo Specu.eodem titul.
de iudic.§.vt autem.loquentem in fratre maiore,qui cum mi-
24 nore habitet.& concludentem,† quod licet inter eos ſocietas
non contrahatur, tamen debere acquiſita communicari:quia
præſumuntur acquiſita de communi patrimonio.

25 Amplia iſtam limitationem, vt procedat † etiam ſi ageretur
de vtilitate pupilli: vt per Bal. in l.cum oportet.in prin.4.co-
lum.C.de bon.quæ lib.quem ſequitur Iaſ.in d.l.1.C.qui teſta.
fac.poſſ.numer.6.

Primo ſublimita non procedere hanc limitationem,quãdo
ille pupillus haberet tutorem,qui alijs fratribus communica-
26 ret & alij ſibi, † nam tunc intelligeretur inita ſocietas, & ac-
quiſitio facta de communi, vt reſpondit Vlpian.in l.vt in con
ductionib.ff.pro ſocio,Bald.expreſſe in d.l.ſi patruus,col.vlt.
quẽ ſequitur Iaſon.in d.l.1.n.6.verſ.limita nunc.Alciat.d.præ-
ſum.25.regu.3.n.2.Rom.d.conſ.413.n.14.Bar in eod.tract.de
duobus.nu.17.circa fi.& Martin. Lauden.in d.conſ.34.nu.3.
27 † alioquin ſine tutoris authoritate nequaquam, decidunt Ia-
ſon de Aret.Rayn.Oldr.Bart.& alij in relato,§.altero.

18 Secundo ſublimita non procedere † ſi cum pupillus adole-
uiſſet, rata habuiſſet geſta, & id quod ad ſe pertinebat, quod
facere poteſt.cum tunc temporis habebat conſenſum: vt pla-
cuit Alciar.ſupra citato loco,cui conſenſit Alex.in conſ.49.co-
lum.1.nu 2.incipien.mature.vol.1. Iaſ. comprobauit in d.l.1.
n 6.verſ.3.limita.Bologn.confirmauit d.conſ.7.col 2 Dec.pro
tulit conſ.21.viſo puncto col.1.iſtis addas Corn.conſ.187.lib.
3.& conſ.33.lib.4.quia de pluribus ibi declarat,è quorum nu
mero etiam fuit Alex.conſ.23.2.col.lib.2.

In aliam ſententiam videtur deſcendiſſe Alciat d.reg.3.præ
ſumpt.25.num.3.

Tertio ſublimita non habere locum,ſi pater, mandaſſet, vt
19 communi nomine exerceretur,† quia quo nomine iuſſit teſta-
tor,eo nomine factum præſumi etiam ſi aliquis eſſet pupillus,
canit Scæuola in l.qui negotiationem, in prin.ff.de adminiſtr.
tutor.huic adhæret expreſſe Socin. per illum text.conſ.4.n.5.
quantum ad primum,vol.4.& Bald.id ſenſit in relata l.cum o-
portet,col.3.C.de bon.quæ lib.ſequitur Iaſ.vbi ſupra.Alex.re
ſponſitauit conſ.49.num.1.vol.1.

Secundo loco in primis limita non procedere,quando om-
nes fratres eſſent maiores natu; ſed nullus eorũ negotiaretur;
20 quod eſſent nobiles,& diuites:† tunc enim licet hæreditatem
paternam indiuiſam poſſideant; tamen non præſumitur inter
eos coita ſocietas;niſi expreſſe ſit dictum: vt concludit Bar.in
d.l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſtrat.tut.& in l.ſi
patruus.C.com.vtr.iud.& ibi Bal.idẽ Bar.in d.tract. de duob.
21 fratrib.n.21.vbi dicit eam eſſe rõem:† quia tacite ſocietas nõ
põt intelligi,vbi non eſt commerciũ,arg.l.coire.ff.pro ſoc.Iaſ.
in l.1.C.qui teſt.ſac.poſſ.n.7.Io.de Amicis in conſ.16.n.11.v-
22 bi etiam ad hãc rem dicit,† vt ſi vnus ex fratrib.habentib.hæ
reditatẽ,& bona cõmunia, incũbat peculiarib.negotijs, & ſi-
bi ipſi quærat,alij vero bonis hæreditarijs,quæ ex eorũ indu-
ſtria & laborib.diligẽti cultura augeãt faciãt faciantq; præcio
ſiora:eos non debere amittere ſuos labores,ſed tpe diuiſionis
illos debere habere præcipuos,iuribus & authoritatib.per eũ
adductis, ſupra dictam ẽt limitationẽ annorat Alciat.d. præ-
ſumpt.25.n.2. vbi idem voluit,qñ alter tantum eſſet mercator,
& alij nihil agerent, vt ẽt dicit Iaſ.in d.cõſ.5.lib.1. incip.quia
ſemper,vbi arg.l.ex parte.§.filius,ff.fa.erciſ. aſſerit, quod qñ
poſt mortem patris ſunt plures fratres;quorum alij negotian-
23 tur,alij non item † inter eos nullam videri contractã ſocietatẽ
tacite;cum non ſit aliquid, ex quo poſſit præſumi coita ſocie-
tas;nã per hoc,quod hæreditatem paternam ſimul indiuiſam
habeant & potiantur illa;non vr̃ inter eos idcirco inita ſocie-
tas,niſi vt modo cõmemorauimus,expræſſum ſit dictũ,ſecus ſi
ẽt ipſi lucrarentur, & lucra quamuis leniora & imparia com-
24 municarent: vt ẽt tradidit Mãtu.in conſ.303.n.4. vol.1. ibi aſ-
ſerit,itidem videri coitã ſocietatem tunc,† quando alter tan-
tum negotiatur; ſi alij tamen in cõmune conferant,omnia ſibi
ipſis vndecunque prouenientia; vt notarius, clericus, aduoca-
tus,& ſimiles,idem latiſſime dicitur per Bar.in §.altero,d.l.Ti
tiũ & Mæuiũ,ff.de admi.tutor.& per alios ſupra relatos: Et ad
hanc rẽ conſulas ẽt Alex.d.conſ.49.lib.1.& cõſ.23.viſis dubijs
lib.4.atq; adhibeas Corn.conſ.299.præmittendum,column.1.
lib.4.& adeas Bologner.conſ.65.viſo puncto,neq; Crauet.vi-
dere omittas in conſ 149.n.3.Bald.nunque inſpicias in cõſ.178.
lucra,lib.4.Nec velim arbitrer multiplicis,& varia negotiorũ
genere impedimento eſſe,quominus tacita ſocietas coita di-
25 catur locupletiſſimus mihi teſtis ad hoc† Ancha.conſ.302.nu.
7.incipien.materia de qua quæritur relatus enim per Natt. in
cõſ.91.n.1.vol.1.vbi ipſe idẽ dicit, referendo Bal. in d.l.ſi pa-
truus,in col.penult.Id eſt,quod ẽt ſi nullus frater negotietur;
26 poteſt † tamen ex actibus liquido conſtare ſocialis affectus,ſi-
cuti eſt inter nobiles, qui nullam exercent mercaturam, tamẽ
quæcunque bona,quæcunque ſalaria,quaſcunque dotes acqui
rant in commune conferunt,ex his enim actibus ſatis apparet
ſocialis voluntas quantumuis,vt dictum eſt, diſparibus,vt e-
tiam dicit Roma. in conſil.219. incipien. Cum iſti fratres lu-
cra.& Andr.Sicul.in conſ.22. incip ſcripſit clariſſimus.

27 Sublimita hanc limitationem procedere † niſi concurreret
diuturnitas,& pariẽtia longi tpis & cõis vſus viuẽdi, ac con-
iunctio ſanguinis, qa ſunt fratres:nã iſtis tribus concurrentib.
abſq; alia negotiatione,ẽt inter eos cenſebitur cõtracta ſocie
tas,vt voluit Iaſ.d.l.1.n.7.in fi.ex adductis ibi p eũ,& Crauet.
d.cõſ.149.n.4.Dec.conſ.68.pro reſolutione Alex.conſ.67.co-
lumn.3.verſ.non obſtat.lib.7.Anchara.conſ.149.plura dubia.
nu.3.& d.conſ.302.num.4.& Grat.in conſil.118.nu.22. vol.1.

Tertio præcipuo loco reſtringenda eſt noſtra concluſio af-
28 firmans † quando mortuo patre alter ex fratribus tantum ne-
gotiaretur,alter non item,quia iſto caſu non præſumitur inter
eos ſocietas, cum alter nihil in commune conferat, vt Paulus
reſpondit in l.1. in fin.ff. pro ſoc.ſentit Bartol. in ſupra citato
loco,quem ſequitur Iaſon.in d.l.1.nu.8. Pariſ.conſi.86.nu.13.
volum.1 Menoch.conſil.12.numer.13.Crau.conſil.26.num.4.
Cephal.conſil.247.num.14.volum.2.Deci.conſil.21.numer.4.
Alba.in conſil.53.numer.1.& 4. vbi etiam ait quod ſi contra-
29 cta fuerit ſocietas inter aliquos,† & vnus eorum nihil vnquam
communicauerit ex ſuis bonis, neque aliquo modo ſe ſocieta
ti immiſcuerit, cenſere iſtiuſmodi ſocietati renunciaſſe, & ita
non poterit quicquam ab alijs exigere,quamuis alij poſſint cũ
conuenire ad intereſſe.Sic vnanimes reſpondere Riminaldus
in conſil.130.numer.14.volu.1.Mantua in d.conſil .303.nu.2.
& Natt.in conſil.264.numer.2. volum.2. vbi rationem ſupra-
dictæ limitationis eſſe dicit,quia ille frater,qui negotiaretur,
magis videretur donare, quam ſocietatem contrahere, cum
30 alij fratres nihil communicent † & donationis cauſa ſocietas
non contrahitur, vt dixit Vlpian. in argumentum in l.5. in fin.
ff.pro ſoc.& not.Caſtren.in d.l. ſi patruus, & Bal.in conſ.482.
incipien.1.videtur dicendum volum.5.vbi licet in illo caſu in
quo cõſuluit inter duos fratres interceſſiſſet cohabitatio,com
menſalitas,litium, & cauſarum communis defenſio, & bono-
31 rum ſuorum indiuidua poſſeſſio,† tamen ex quo alter eorum
tantũ negotiabatur,alter ſtudio vacabat,concludit,poſt Bart.
non intelligi contractam inter eos ſocietatẽ lucri,& quæſtus,
quia alter tantum donare videretur,ex quo nihil ei confertur,
& ſolus negotiatur.Idem Bald.in l.ſi vnus ex ſocijs,§.ſi vnus,
ff.pro ſoc.vbi refert quæſtionem fuiſſe de facto in duobus fra-
tribus,qui quoſdam actus fecerant coniunctim, & quoſdam,
ſeparatim,& quidam illorum fecerat mercaturam proprio no
mine,dicit ſe dixiſſe non debuiſſe illam communicare cum a-
lio fratre,per illum textum,& quia ſocietas,quæ inducitur ta-
32 cite ex actibus † vltra illos porrigi non debet argum.l.1 §.ſi
quis hoc interdicto. ff.de iti.actuque priu. cum relata limita-
tione tranſit etiam Grat.in conſil.118. numer.4.volu.1. quam
dicit fuiſſe originalem theoricam Bartol.in d.§.altero.d.l.Ti-
tium Mæuium.ff. de adminiſtrat.tut. contra quam tamen ſen-
ſere Bart.Alexand.Soci & alij Dd. per eum adducti, qui nihi-
lominus conciliari poſſunt ſecundum Petr. de Perus. in tract.
de duobus fratr.colu.8. vbi dicit opinionem Barto. tunc pro-
33 cedere † quando ille,qui negotiatur, nihil in commune con-
fert niſi redditus poſſeſſionum, nec præſtat operam pro com-
muni commodo:quia tunc non inducitur ſocietas, & hanc eſ-
ſe veriorem opinionem ex eo probat,quod ipſimet Dd.qui te
nent contra Bartol. hoc expreſſe volunt, vt etiã dicit Iaſ.d.l.1.
colum.4.

Digitized by Google

col.4. C.qui teſtam.fac.poſſ.& tandem prædictam limitatio-
nem approbat Bar.in d.tract.de duob. fratribus,nu.17.qui ex
omnibus ſupra deductis colligit ſingularem diſtinctionem,
34 inquit enim † quando plures fratres vna vitam degunt, aut
nullus negotiatur,aut alter tantum,alter non,aut omnes. Pri-
mo caſu aſſerit non poſſe dici contractam ſocietatem licet hę
reditate paterna,& materna fruantur ſimul & indiuiſa,argu.
l.cum duobus,§.ſi fratres,ff.pro ſo.d.l.ex parte,§.filius,quod
vnum etiam ſupra dictum fuit,in 2.principali limitatione.
Secundo caſu,idem dicit ratione,de qua ſupra. Tertio caſu
35 dicit,† quod ſi alter eorum eſt pupillus, non poſſe exiſtimari
contractam ſocietatem,quoniam hoc non poſſet expreſſe,mi
nus tacite.vt etiam ſupra dictum fuit in prima limitatione ſi
36 vero † vterque ſit maior,& concurrant ſupradicta requiſita?
tunc cenſetur contracta ſocietas. Alteram etiam diſtinctio-
nem tradit idem Bart.in eodem tract. num.22. dicit enim aut
37 qui negotiatur,† facit nomine proprio,aut communi,ſi pro-
prio,non videntur ſocij,d.§:altero,ſi communi,ſocij iudican
tur,iuribus per eum adductis.

Quarto limita,quando vnus ex fratribus in libris debiti &
38 crediti conſtituit domum creditricem† ſeque debitorem in
parte ſummæ ſtatuit,tunc enim ex hoc actu declaratur, hunc
nolle coitam fuiſſe ſocietatem inter fratres ſuos, & illum,ita
Dec.conſi.21.col.4.

Sed Alciat.de præſumptio.ad reg.3.præſump.25. dicit hoc
39 eſſe in arbitrio iudicis † ne ex tali coniectura ſimplici rece-
datur à regula.

Quinto limita, quando vnus ex fratribus ipſis præſentib.
40 & ſcientibus aliquem fundum emeret,& † chartam(vt noſtri
loquuntur) pro ſe tantum reciperet,vt l.itaq;.ff.pro ſoc.l.1.§.
magiſtratu,ff.de exercit.act.ita Bal.in l ſocius,ff.ſi cert.pet. &
in l.1.C.ſi quis alteri,vel ſibi,& in l.ſi vt proponis,ad fi.C.de
rei vend.Iaſ.in d.l.ſocius,nu.2. Rim.in conſ.432. num.1. vo-
lum.3.

41 Quod aliter procedit † quando ille emerit alijs ignoran-
tibus,quia tunc præſumitur communiter acquiſitum.Ita tra-
didit Iaſ.in d.l.ſi ſocius,nu.2.vel quãdo eum emiſſet nomine
42 ſuo,& fratrum;† quia etiam tunc præſumitur emptus de bo-
nis communibus,& de communi pecunia, vt docuit Salice.in
d.§.cum duobus,§.ſi fratres,2.q.Bal.monuit in l. cũ oportet,
col.3.verſ.q̃ro quare fratres,C.de bo.quæ lib. & in conſ.260.
col.1. vol.1. & hanc opinionem eſſe de iure veriorem dicit
Natt.in conſ.350.num.6.volum.2.quia poſtquam fratres poſt
mortem patris permanſerunt in communione bonorum, &
43 vnus † ſuo nomine,& aliorum acquirit, ſi poſtea frater aſſe-
rere velit,& illa ſibi comparaſſe ex peculiari pecunia, neceſ-
44 ſe erit,vt id ipſe oſtendat:† quia cum diuitiæ non veniant a-
liunde,niſi à caſu,& induſtria,hoc probandum eſt:quia facta
45 non † præſumuntur,arg.l.in bello,§.factæ,ff.de capt.& poſtli.
reuer.præſertim,quia vt dicit idem Natt.vbi ſup.num.8.natu
46 ra humana tanquam in primo homine corrupta † procliuior
eſt ad deſidiam,& voluptatem,quam ad laborẽ,& induſtriã,
& ad malum potius,quam ad bonum,arg.cap.omnis ætas,12.
q.1.alteram hypotheſim in medium adducit Riminal.in con
47 ſil.130.nu.5.vol.1.vbi dicit, † quod ſi vnus ex fratribus vna
vitam agentibus prædium emerit, & chartam pro ſe tantum
receperit,ſi tamen ille fundus in cataſtro tunc deſcribatur ſi-
bi & fratrib.cenſetur vtroque caſu dominium acquiſitum om
nibus fratribus,ideſt,tam in charta,quam in cataſtro: hincq;
colligit paria eſſe quoad acquiſitionem, omnes fratres fuiſſe
nominatos in inſtrumento, vel rem acquiſitam per alterum
ex eis nomine proprio,quæ poſtmodum fuerit poſita & con-
ſcripta in cataſtro ſibi,& fratribus, vt etiam notat Rom. in d.
conſ.291.cum alijs congeſtis per Dec.in relato conſil.21. nu-
mero 10.

Sexto limita,quando vnus ex fratribus, qui aliquid acqui-
48 ſiuerit,haberet † aliqua bona peculiaria vltra paternam hæ-
reditatem:quia tũc licet vna cum alijs fratrib. in communio-
ne bonorum paternorum viuat,præſumitur tamẽ acquiſiuiſſe
ex bonis peculiaribus,plures authoritates congerit. Silua.in
conſ.86.nu.12.& ſeq.volum.2.vbi tamen duo requirit, ideſt,
quod haberet bona præcipua;& quod eſſet induſtrius, & di-
ligens,Rom.in conſ.274.Decius in conſ.255.col.fina.& Grat.
in conſ.135.num.51.
49 Poſſem † hic infinita prope congerere: ſed adhibendus eſt
modus,atque ne inter ſe concluſiones confundantur,plurima
alia in concluſio.ſocietas,vbi materiæ præcipua eſt ſedes,di-
cenda reſeruo.Interea ſi tibi libuerit ad id alia noſcere, libẽs
voto tuo ſatisfaciam,adeas in primis Corn.in conſ.103. col.
2.vol.1.& conſ.98.per totum, volum.4.Barth.Caſſan.in rubr.
ſeptimo,tit.de ſucceſſ.§.quinto,nu.17.fol.143.col.4. Aymon.
Publicium in gl.in conſuet.Aluer.tit.15.art.1.per totum. Sed
ad alia pergamus.

CONCLVSIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Acta iudicij quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 Acta iudicij non probantur,niſi per ſcripturam.
2 Acta iudicij quæ dicantur.
3 Acta vocantur publica triplici ratione,&c.
4 Acta probari poſſunt per teſtes deponentes ſpecifice,& ſic actum,& ſic ſcriptum fuiſſe.
5 Acta quæ neceſſario requirunt ſcripturam.
6 Acta poſſunt etiam probari per ſcripturam priuatam.
7 Acta probari poſſunt per teſtes,quando non requiritur ſcriptura,& econtra.
8 Libellus omnino requirit ſcripturam.
9 In cauſis ſummarijs ſufficit qualiſcunque petitio in ſcriptis redigenda.
10 Iudex in ſententia debet cum petitione conuenire.
11 Acta & proceſſus ſi ſint recentia,per ſcripturam probari debent,ſed ſi non ſint, per alias probationes probari poſſunt.
12 Pro ſententia præſumitur etiam quoad acta,licet de eis non conſtet, quando eſt antiqua,& lata partibus præſentibus,& non repugnantibus.
13 Sententia dicitur antiqua poſt lapſum biennij.
14 Sententia libellus,& ſcriptura amiſſa recte probatur per teſtes,& ſupra,nu 4 ſi tamen probetur prius,& ſcriptam,& amiſſam fuiſſe.
15 Amiſſio ſcripturæ quomodo probetur.
16 Scriptura amiſſa dicitur probata,quando probatur amiſſio,& tenor ſcripturæ.
17 Scriptura formalis magis requiritur in ſententia proferenda,quam in libello.
18 Libellus amiſſus poteſt probari per teſtes,ſicut ſententia & appellatio.
19 Libellus fundamentum iudicij.
20 Teſtes deponentes ſuper tenore,& amiſſione ſcripturæ,non probant ipſum factum, ſed probant inſtrumentum continens,& probant ipſum factum.
21 Scriptura amiſſa,in qua ſunt dicta teſtium,ſi extant alij deponentes primos ſolemniter examinatos,& talia dixiſſe,tunc eandem probant.
22 Scriptura redacta in ſcriptis,& notarij vitio amiſſa probatur per teſtes.
23 Notarius rogatus de conficienda ſcriptura,ſi per errorem, vel negligentiam omittit poteſt eius rogatus probari per teſtes.
24 Acta iudiciaria quando omnia ſunt perdita, iudex debet incipere cauſam reconter.
25 Sententia debet proferri ſecundum allegata,& probata.
26 Acta antiqua ſi extant,vel reperiuntur,facta noua non conſiderantur, & ſuper primis debet iudex iudicare.
27 Caſus amiſſionis inſtrumenti non debet officere creditori.
28 Inſtrumenti amiſſi non eſt opus petere refectionem, quando creditor vult agere, & eius creditum probare per teſtes.
29 Teſtes deponentes ſuper tenore,& amiſſione ſcripturæ debent eſſe periti ſſimi.
30 Libellus,& ſententia tantum neceſſario requirunt ſcripturam.
31 Acta non requirentia ſcripturam bene probantur per teſtes.
32 Sententia non ſolum ex actibus,ſed etiam ex teſtibus poteſt purgari.
33 Scriptura amiſſa per errorem probatur per teſtes,vt ſupra,nu 23.
34 Acta facta coram arbitro non valent ſine teſtibus,& per eos probantur, etiam ſi per notarium ſcripta.
35 Arbitro dicto non ſtatur,neque creditur ſuper actis coram ſe factis.
36 Acta etiam in compromiſſis debent redigi in ſcriptis, vel ſaltem per teſtes idoneos probari.
37 Verba omnis iuris ſolemnitate omiſſa,non tollunt ea, quæ inducuntur de iure naturali.
38 Iure naturali, & diuino non creditur vni teſti iuxta authoritatem Euangelicam.
39 Princeps,niſi ex cauſa,ſtatuere non poteſt,vt de actis iudici credatur.
40 Per verba, ſummarie,& de plano non videtur receſſum à confeſſione actorum.
41 Aſſertioni iudicis non creditur,etiam ſi procedatur ſine figura iudicij.
42 Arbitro quomodo credatur de proceſſu.
43 Multi proceſſus arbitrorum in nihilum redigi poſſunt, cum non adhibeant teſtes in eorum actis.
44 Scriptura non requiritur in cauſis breuibus,& exiguis.
45 Copia tabellionis quando haberi non poteſt,probatur per teſtes.
46 Scriptura requiſita ad probationem quando non poteſt adhiberi, probatur per teſtes.
47 Arbitrator habet poteſtatem procedendi ſine actis.
48 Teſtibus receptis,& interrogatis eſt adhibenda fides.
49 Acta per confeſſionem partis probari poſſunt.
50 Aſſertioni notarij actorum creditur ſine teſtibus,niſi contrarium probetur.
51 Actis iudicij per notarium ſcriptis creditur etiam ſine teſtium ſubſcriptione,dummodo in eis ibi contineatur.

52 *Acta iudicij ſatis conſtare dicuntur, quando notarius actorum de eorum tenore atteſtatur.*
53 *Iuſſus ſuperioris examinandi teſtes in actis apparere debet, alias notario actorum aſſerenti de iuſſu non creditur.*
54 *Acta probari poſſunt etiam per iudicem, vel arbitrum.*
55 *Quomodo in ſententia probetur per iudicem, acta proceſſiſſe.*
56 *Iudici non eſt credendum, niſi quatenus conſtat ex actis.*
57 *Iudici aſſerenti ſe vidiſſe libellum non eſt credendum.*
58 *Prædicta non procedunt, quando agitur de laude, vel temperatione, iudicis, vel arbitri.*
59 *Arbitratori atteſtanti de actis coram ſe factis non eſt credendum.*
60 *Aſſertioni iudicis, vel arbitri creditur, quando à partibus data eſt facultas procedendi ſine ſcriptis.*
61 *Iudici creditur de actis ordinarijs in caſibus, in quibus poteſt procedere ſine ſcriptis.*
62 *Acta probatoria ſunt maioris præiudicij.*
63 *Scriptura poteſt regi per teſtes.*

1 ACta iudicij † non poſſe probari, niſi per ſcripturam, habe
mus à Bar. in l. ne in arbitris, nu. 3. C. de receepr. arbit. in l.
emancipatione, C. de fid. inſtru. in l. in donatione, C. de don.
& ab Accurſ. in l. generali, C. de tabu. & in l. iuriſgentium, § q
ſere, ff. de pact. & nor. Bal. in l. geſta, ver. quæro nunquid, C. de
re iud. idem ſequutus eſt Bar. in l. ſi quis, §. ſi ioitium, verſic 2.
videndum, ff. de ed. & in l. fi. in vlt. ver. C. de edict. D. Adr. toll.
nouiſſime cauit Meno. in conſ. 100. num. 54. atque hoc ſentire
declarauit Fel. in c. quoniam contra, nu. 55. de probat. memo-
riæ prodidit Alex. in conſ. 37. col. fi lib. 3. & in conſ. 71. nu. 9.
lib. 1. hoc idem non latuit Rom. ſingu. 6. incip. quod miſſio, ſic
cenſuit Guid. Pap. q. 528. ita ſcripſit Alc. in l. pactum quod bo
na, C de pactis, illud etiam commendauit Gram. io conſil. 86.
num. 5. in ciuil. nec diſplicuit Soc. in conſ. 40 num 4. Corn. ne-
que ab hoc receſſit in conſ. 220. colum. 2. volum. 2. & veriſſi-
mum pronunciatum iudicauit, Pariſ. in conſ. 162. colum. 1. vo
2 lum. 4. etenim † acta iudicij dici omnes ſcripturas notarij a-
ctorum iuſſu iudicis conſcriptas, dixit Bal. io auth. quæ ſuppli
catio. C. vt lit. pend. & Rol. à Valle, qui alios refert in cõſ. 38.
3 nu. 2. vol. 1. vbi etiam dicit † prædicta acta vocari publica tri
plici ratione: quia coofecta à ootario, & ſic à perſona publi-
ca; item coram iudice: qui itidem eſt perſona publica, & io
iudicio, & ſic in loco poblico.

Ab iſtorum ſenreotia diſceſſerunt Innoc. Hoſt. Aor. de But.
& Abb. in c. quoniam cootra, de probat. col. fin. verſi. vlt. hic
quæritur, nu. 8. & Dec. no. 134. Bellam. deciſ. 67. de verb. ſign.
num. 3. Ruin. conſ. 16. num. 5. lib. 5. Marant. in ſuo Spec. par. 2.
act. 10. nu. 24. Rot. deciſ. 409. fuit dubitatum in nouis, ſed in-
tellige, vt ibi. Anch. in conſ. 226. n. 3. & videas Bellam. dec. 39.
4 conſuetudo, qui crediderũt. † etiam per teſtes poſſe probari,
qui eo in caſu compellentur deponere ſpeciatim ſic fuiſſe a-
ctum, & ſic fuiſſe ſcriptũ: dicit Bar. in d. l. ne in arbitris, in vlt.
oppo. C. de recep. arbit.

Intelligendum tamen eſt priorem opinionem procedere
5 in actis, † quæ neceſſario requirunt ſcripturam quæ ad iudicij
requiſita deſiderãtur, vt libellus, litis conteſtatio, & id genus
alia, vt per Ruin. conſ. 16. nu. 5. Fel. d. c. quoniam contra, n. 55.
&, Dec. num. 236. de probat. glo. & Barto. in l. fin. C. de re iudi.
idem Barto. in d. l. fi. in fi. C. de edict. diu. Adri. toll. Bellam. d.
deciſ. 67. in fi. & Grat. in conſ. 75. nu. 16. vol. 1. ſecus ſi non re-
quirunt neceſſario ſcripturam, vt ex examinatio teſtium, &
iſtiuſmodi: quia, & alijs modis, vt per teſtes poterunt ꝓbari,
iuxta ſententiam Bar. & Alex. in l. curent, ff. de teſtib. Soc. ſeo.
6 conſ. 46. n. 45. & ſeq. lib. 4. nec non etiam † per ſcripturam pri
uatam, prout dicit Bal. in d. l. ne in arbitris, & Io. de Amicis in
conſ. 93. nu. 19. vbi & ipſe diſtinguit, quando requiritur ſcri-
7 ptura, nec interponitur, non † poſſe actum illum probari per
teſtes: quando vero nõ deſideratur ſcriptura, ipſa interijcia-
tur nec ne, nihil refert: ſemper enim res geſta probari poteſt
per teſtes, vel aliter, per textum in l. cum quidam inſtrumen-
tum, in l. cum inſtrumentis, & in d. l. emancipatione, C. de
fid. inſtrum.

Nec hinc diſcedam donec te admonuero, dum ſupra dice-
8 mus, libellum de neceſſitate † ſcripturam requirere, id nõ ſibi
9 locum vendicare in cauſis ſummarijs, † quia in eis qualiſcun
que petitio ſatis eſt, clem. ſæpe, de ver. ſig. licet Io. de Amicis
in conſ. 1. nu. 3. dicat & iſtam qualem qualem petitionem in
10 ſcriptis redigendam eſſe ad hoc, vt iudex in ſua † ſententia
poſſit eum petitione conuenire.

Secundo intelligendum eſt prædictam opinionem habere
11 locum † quando proceſſus, & acta huiuſmodi recentia ſunt:
quia tunc per ſcripturam debent probari, vt concludit Cyn.
conciliando opiniones eadẽ l. mancipatione, C. de fid. inſtru.
ſecus ſi non ſint nouitia, quia & per alias probationes, quam
per oſtenſionem proceſſus, & actuum huiuſmodi poſſent ꝓ-
bari, vt per eundem Cyn. ibidem, & per Gram. in conſ. 15. nu
12 mero 5. in ciuil. vbi ad id colligit pro ſniã præſumi † quando
eſt antiqua, & lata partibus præſentibus, & non repugnantib.
quia tunc pro ea præſumitur, etiam quoad acta, licet de eis
non cooſtet ſecundum Bar. in l. admonendi, verſi. quid ſi repe
riuntur dicta teſtium, ff. de iureiur. Innoc. in d. c. quoniam con
tra, & in c. cum in iure, de off. deleg. & in c. bonæ, de ele. Abb.
in c. cum inter, col. 3. verſ. nor. vlt. de re ind. & in c. ſicut, col. 2.
verſ. 1. & ex his, eiuſdem tit. & iuxta eundem Gram. in conſi.
13 115. nu. 7. in quo loco habemus etiam † ſententiam dici anti-
quam poſt lapſum biennij, iuxta Hoſt. in eod. cap. cum inter,
& Bal. in c. 1. de mili. vaſal. qui contu. in vſib. feud. Guid. Pap.
in tract. de præſump. fol. 4. nu. 90. verſ. aliqua ſententia produ
citur, Calcan. in conſ. 15. vbi pleniſſime, Aret. in cõſ. 36. & eun
dem Gram. in conſ. 123. nu. 6.

Limitatur primo cooclusio, ſi libellus, vel ſententia, vel alia
14 ſcriptura amiſſa fuerit, † quia tunc recte probari poterit per
teſtes id omne, quod in eis continebatur, vt ſi deponant hoc
fuiſſe actum, vel illud fuiſſe ſcriptum, Bar. animaduertit in d.
l. ne in arbitris, C. de recept. arbit. in ver. contra hoc oppono,
& Fel in d. c. quoniam contra, de prob. nu. 55. & ibi Dec. nu.
236. M. Mant. conſ. 86. nu. 4. vol 2.

Sed prius probari debebit huiuſmodi acta ſcripta, & amiſſa
fuiſſe, quod ſupraſcripti Dd. tradunt, & Ferat. caut. 12. ad fin.
Menoc. conſ. 100. nu. 55. Cyn. in d. l. emancipatione, C. de fid.
inſtr. Soc. conſ. 46. n. 46. lib. 4. Rot. deciſ. 409. in nouis, & Abb.
15 in d. c. quoniam contra. † prout inter cæteros modos proba-
buntur amiſſa fuiſſe, veluti depopulationem oppidi, vel ciui-
tatis, licet id ſimpliciter probaretur: vt tradit Alba. in cõſ. 34.
n. 12 & Afſl. in dec. 13. col. 3. prout etiam probabitur amiſſio
libelli, vel alterius ſcripturæ legendo & voluendo proceſſum
ſi nõ reperiatur, arg. l. Titiæ textores, vbi Bar. in prin. in 2. no.
ff. de leg. 1. & in l. fi. C. de reb. cred. & no. Io. de Amicis in rela
to conſ. 93. num. 4. 5. & ſeq. vbi dicit hanc regulam tradere, &
ſentire cõiter Dd. acta iudiciorum requirentia neceſſario ſcri
16 pturam ad eorum eſſe, probata amiſſione, & tenore ſcripturę
dici probatam ipſam ſcripturam, quod etiam dicit procede-
re, qñ ſumus in actu ſcripturam non requirente, quod ſi inter-
poſita fuit ſcriptura, & amiſſa ſit, poteſt probari per teſtes res
ipſa geſta, vt non pereat rei veritas, arg. d. l. cum quidam in-
ſtrumentum, & d. l. inſtrumentis, & l. cum re, C. de tranſac. vbi
gl. & Salic. nam quod ad probationem, & modum probandi,
relati duo caſus non differunt; corroborat ita ſupradicta: nam
17 dicit, in ſententia proferenda † magis ſtrictè requiri ſcriptu-
ram formalẽ quam in libello: quia ſi diceretur ſine ſcriptis, &
ſolemniter eſſet nullius momenti, arg l. 1. l. ſtatutis, & per to-
tum, C. de ſent. ex breuic. reci. & c. fi. de re iud. in 6. & tamen ſi
fuerit lata in ſcriptis, nec reperiatur, quod eius iactura facta
ſit, probata amiſſione, & eius tenore, perinde erit, ac ſi nũc pre
manib. haberemus illã, & mandabitur executioni, ſi non ſit
mandata, vel ſi ita factum ſit, defendenda erit eius executio,
nec erit neceſſe, vt iterũ ſcribatur, per tex. in c. ſicut nobis, ubi
Inno. Abb. & alij, de re ind. Alb. in l. vnica, C. de man. princ. &
in l. qñ, C. de hær. eadem igitur erit rõne idem dicendum in
18 libello † cuius ſi iactura facta fuerit: vt poſſit probari ꝑ teſtes,
ſicut ſententia, & appellat. ſic io ſpecie declarat Bal. in l. geſta.
C. de re iud. col. 2. verſ. ſimiliter libellus. Ideo hinc colligebat
19 conſ. 95. nu. 8. Io. de Amic. † quod ſicut libellus ſi extaret, vt
fundamentum iudicij, probaret: Ideo ſi euanuerit probata a-
miſſione, & eius tenore æqualiter dicetur res, de qua agitur,
probata, vt poſſit ſuper eo de quo agitur, iudex ſniam ferre
adducendo textum meliorem, vt eius vtar verbis, de iure. in
c. olim, el 1. ext. de priuileg. ubi ſummus pontifex ſenteotiam
tulit pro monaſterio ſuper immunitate contra epiſcopum, ex
quo priuilegij amiſſi tenor, & amiſſio fuit probata per teſtes,
ac ſi ibidem extitiſſet ipſum priuilegium. Ratio eſt ſecundum
20 eum: † quoniam teſtes deponentes ſuper tenore, & amiſſione
ſcripturæ non probant ipſum factum, ſed probant inſtrumen
tum continens, & probans ipſum factum. & idem concludit
Abb. in c. Alber. de teſtib. vbi etiam Fel.

Quibus ſatis appoſite ſubijciemus, quod in hãc ſententiam
ſcripſit

ſcripſit Bart. in tract. de teſtibus, in 5. column. verſ. teſtis di-
21 xit, vbi ait † quod ſi amiſſa ſit ſcriptura, in qua extabat dicta
teſtium, ſi ſuperſint alij teſtes deponētes, priores illo ſolem-
niter examinatos fuiſſe, & talia dixiſſe, tunc eandem proba-
re. In hoc videas Paul. Caſtr. in l. ambiguitates. C. de teſtamē.
22 nu. 3. vbi ita diſtinguit, aut ſemel redacta in ſcriptis ſunt † &
culpa notarij fuit amiſſa ſcriptura, & tūc probatur per teſtes,
aut nunquam fuit conſcripta ſcriptura, ſed conſtat notarium
23 rogatum fuiſſe, vt conficeret, & ipſe errore, † vel negligentia
adductus omiſit, & tūc idem poteſt probari per teſtes, vt in-
fra dicetur, aut non apparet, rogatum fuiſſe, quia tunc ſecus
ſentiendum, eſt vt tradit idem Paul. Caſtr. in l. 1. § ſed conſul-
to. ff. de his quæ in teſta. dele. & ſentit clare Maran. in ſuo Spe
culo. 10. membro. actu 10. nu. 24.

Animaduertendum tamen eſt, Ioan. Iſern. in conſtitutione
Reg. incip. cordi nobis eſt, videri aliter ſentire, quia dicit, ſi
24 acta iudicaria ſint amiſſa, † iudicem debere incipere cauſam
recenter à capite, ad inſtar inſtrumenti amiſſi, ſed reſpondet
Io. de Amicis, in d. conſ. 93. n. 13. illud eſſe veriſſimum, quan-
do omnium actorum facta ſit iactura: & tunc ratio eſt, quo-
niam iudex non haberet, vbi tuto pedem poſſet ſiſtere in pro
25 ferendo ſententiam, † quæ debet ferri ſecundum allegata, &
probata, vulga. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. & l. de
vnoquoque, ff. de re iudic. & ita etiam dicit ſe ipſum limita-
re, & intelligere Iaon. de Iſer. dum quærit, quid ſi acta amiſſa
ſunt, & poſt conſtructum recens proceſſum iterum ſint amiſ-
ſa, an debeat iudicari ſuper primis actis, an ſecundis, & con-
26 cludit, ſuper primis iudicandū eſſe, † quia ſi extant acta an-
tiqua non requiritur, vt quæ recenter facta ſunt, tunc atten-
dantur. Nec dicit obſtare, quod aſſerit de inſtrumēto amiſſo;
illud debere refici, per tex. gloſſ. & Dd. in l. 2. C. de diſcuſ. lib.
10. & in authen. de man. princ. allegatum per ipſum And. de
27 Iſer. nam illud eſt fauore creditoris, † cui caſus amiſſionis in-
ſtrumenti non debet officere, ne veritas pereat, argum. d. l. cū
quidam inſtrumentum, & d. l. cum inſtrumentis, imo cōcludit
Ioan. de Amicis, quod ſi creditor amiſſo inſtrumento vellet
28 agere, & probare per teſtes eius creditum, † opus non eſſet
inſtaurationem petere inſtrumenti, argumen. d. l. cum te. C.
de tranſactio.

Et dum ſupra dictum fuit, poſſe probari tenorem, & amiſ-
29 ſionem ſcripturæ per teſtes, † aduertendum eſt, huiuſmodi te
ſtes debere eſſe admodum peritos, vt notarios, vel aduoca-
tos, qui vim atque robur ſcripturæ amiſſæ percipiant, vt do-
cuit Bar. in auth. ſi quis col. 2. c. de edē. cum ibi alleg. quem ſe
quitur Dec. in c. quoniam contra. de probation.

Secundo limitatur in actibus, quæ neceſſario & ex eorum
30 natura, ac eſſentia non requirunt ſcripturam, † ſicuti ſunt om
nia præter libellum, & ſententiam, quæ tantum neceſſario re-
quirunt ſcripturam, vt per Bar. Soc. in d. conſ. 46. n. 45. vol. 4.
Actus in dubio cuius nomine præſumatur factus.

SVMMARIA.

1 *Actus in dubio præſumitur factus nomine proprio potius quàm alieno.*
2 *Tutor licet faciat nomine ſuo,cenſetur tamen facere nomine pupilli.*
3 *Procurator licet non exprimat nomine domini facere: tamen præſumitur facere nomine domini.*
4 *Procuratoris factum factum domini dicitur.*
5 *Procurator tenetur,quando gerit actum reſpiciens ſeipſum tantum,& non dominũ.*
6 *Actus præſumitur factus nomine illius,qui erat obligatus ipſum facere,quando non conſtat de nomine.*
7 *Probationis natura eſt,vt neceſſario concludat.*
8 *Actus cenſetur celebratus nomine illius,ad quem negotium pertinet.*
Actus ſemper præſumitur factus ab eo,cuius commodum ad eum ſpectat.
Caſſij ſententia in publicis iudicijs.

1 Actus in dubio † præſumitur factus nomine proprio potius,quã alieno,arg.l.& magis,ff.de ſol.l.ſi ita ſtipulatus, la 6.§.Chryſogonus,ff.ver.obl.l.ſi pactum,ff.de prob.l. ſi non verum,l.filij,C.de don.inter vir.& vxo.l.poſt mortẽ, ff.quan. ex fact.tu.vel cur.l.Titium,§.præfectus,ff.de adm.tu. Quę cõcluſio cõi ſcribentium calculo recipitur,vt per Abb. in conſ. 2.nu.1.Iaſ.in l.pro hærede,ff.Papin.nu.11.& ibi adduct.ff.de acq.hær.Rom.in l.ſi finita.§.ſi eauſam,nu.3.ff de dam.infect. vbi remiſſiue Pau.Caſt.in l.Titius,in fi.ff.de conſt.pec.& Lau. Silo.in conſ.8.ou.11.Bal.in l.ad probationem,la 1.in fi.C. de prob.& io l.qui aliena,C.ſi quis alt.vel ſibi,& ibi Saly.& in l. cum proponas,vbi etiã Bar.& Bal.C.pro ſoc.Aret.in cõſ.164. col.6.& Alex.in conſ.173.vol.5.Bar.in l.poſt dotem, ff.ſolut. matr.Rom.in conſ.274.Dec.in conſ.21.n.11.Rim. ſen in cõſ. 600.16.& ſeq.vol.1.Soc.iun.in conſ.79.nu.50.vol.3.Soc.ſen. io conſ.113.nu.3.vol.4.Grat.in conſ.24.n.3.in conſ.33.n.50. vol.1.in conſ.12.nu.37.& io conſ.127.nu.5.vol.2. & Ceph.in conſ.250.nu.45.vol.2.

Primo limitatur concluſio: vt non procedat, quando quis facit id,quod nomine alieno eſt obligatus ad agendum, vt in
2 tutore,† qui licet faciat in nomine ſuo,præſumitur tamen,& cenſetur facere nomine pupilli,per l.Lucius,§.tutorem, ff.de adm.tut per Bar.in l.Titium,§.altero,ver.3.caſu. eod.tit. per Alb.in d.conſ.2.n.3.& per Grat.in conſ.24.n.4.vol.1.per tex. in l.eius qui in proniocia,ff.ſi cert.pet.

Secundo limitatur concluſio in procuratore , qui licet non
3 exprimat nomine domini facere,†tamen id eius præſumitur facere nomine,vt per Bar.in l.poſt dotem,nu.11.ff.ſolu.matr. & Iaſ.in l.eum procuratorem,no.2.ff.de ope. nou. nun. & in l.1. §.nunriatio.cum ibi adductis,eo.tit.per Pariſ.in cõſ.72.n.34. vol.1.cũ ibi adductis,& vide Laur.Silu.in conſ.8.nu.2. & ibi adduct.& Grat.in conſ.96 n.11. vol.1. quo in loco eã ratio-
4 tionẽ reſpondit † quia procuratoris factũ,factũ dñi dicitur. Soc.tamen ſen.in conſ.154.nu.15.vol 2. dicit, procuratorem
5 teneri,quando gerit actum,qui conueniat ſoli procuratori,& ad ipſum ſolum ſpectet,& non ad dominum:nam tunc nõ poteſt dici ipſum nomine domini geſſiſſe,arg.l.pcurator meus, §.fi.& l.ſed & hęc,§.prætor,ff.de procur.

Tertio limitatur concluſio, quando quis facit actum, qui
5 poteſt pertinere partim ad alinm,& partim ad ſe ipſum; † quatuor præſumitur nomine vtriuſque factus,l.fi.& l.poſt mortẽ, §.tutor,vbi Bar.ff.quando ex fact.tut.& Abb.in d.conſ.2.n.4.

Quarto limitatur concluſio,vt non procedat, qñ actus fuerit factus ab aliquo:ſed non conſtat cuius nomine id factum
6 ſit:† quia præſumitur tunc factus nomine illius,qui obligatus erat ad ipſum agendum,arg.l.fi.vbi Dd.C. de ali. pup. præſt. per quem tex.ita decidit Bar.in l.cum ſeruus,ff.de ver. oblig. Bal.in l.ſi plures,col.5.ver.itẽ oppono,C.de cond.inſer.Caſt. in l.cum ſeruus,de ver.obl.vbi prius Bar.& Fel.in l.ſicut, col. 16.ver.limita 2.nu 31.de re iud.Alex.in conſ.25. viſo inſtrumẽto,col.3.ver.nec hñt.vol.2.& Soc.iu.in cõſ.10.n.15.vol 3.

7 Quinto limitatur in materia probationis:quia † eius eſt natura,vt neceſſario concludere debeat.Ita Nat.in cõſ.141.n.3. 1.par.qui allegat Ant.de But.in c.ex literis,il 1.in fi.de ſponſ.

Sexto limitatur quoties in actu fieret mentio alterius , ad
8 quem negotium pertineret:† quia cenſeretur tunc actus celebratus nomine illius;vt ſi quis venderet rem Titij,vel rem cõmunem cum alio,nam cenſeretur vendere nomine Titij, aut nomine ſocij,per tex.in l.ab vno,vbi Alex.ff.de neg.geſt.per Bar.&D.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,ff.de leg.1.& per Cranet.in conſ.304.nu.1.

Septimo limitatur : quia imò actus ſemper præſumitur fa-
9 ctus ab eo,† cuius commodum ad eum ſpectat.iuxta not.per Dd.in d.l.cum ſeruum,ff.de ver.obl.in c.nonnulli,§.ſunt autẽ, de reſcrip.& per Rim.ſen.in conſ.21.nu.14.vol.1.vnde nõ ab re Cicero i publicis iudicijs ſemper fere crebris ſolebat vſurpare ſermonib.Caſſianum illud,Cui bono?vt io orat. pro Milone,& in M.Antonium.

CONCLVSIO XXXIX.

ARGVMENTVM.

Actus facti à furioſo,an & quomodo valeant.

SVMMARIA.

1 *Actus geſtus à furioſo,quo tempore præſumatur geſtus.*
2 *Actus ſemper interpretatur,vt potius valeat,quam pereat.*
3 *Actus furioſi vt in dubio ſuſtineatur,debet præſumi factus tempore ſanæ mentis.*
4 *Furor præſumitur continuari,licet caſualiter habeant dilucida internalla.*
5 *Furioſus de præterito non præſumitur de præſenti.*
6 *Teſtamentum furioſi habentis dilucida internalla præſumitur factum temporẽ ſani intellectus,ſi videtur factum ab homine ſanæ mentis.*
7 *Teſtamentum furioſi continens aliquam fatuitatem,præſumitur factum tempore furoris,etiam ſi habeat dilucida internalla.*
8 *Actus furioſi præſumitur ſecundum eius apparentiam.*
9 *Teſtamentum furioſi approbatum Romæ.*
10 *Stultus ſi facit actum ſanæ mentis valet.*
11 *Sententia cuiuſdam fatui Pariſienſis contra tabernarium fuit approbata per totum conſilium Pariſienſe.*

Actum geſtum à furioſo præſumi factum tempore furoris,
1 & † non tempore ſanæ mentis,teſtes mihi glo.eſt,iuncto tex.in ver.oſtenderis,in c.militas, 3.q.9. quam ibi ſequuntur ſcribentes alia gl.in c.ſi in ver.cõpet.in fi.de ſucceſ.ab inteſt. quam ſequitur ibi Abb.col fi.Alex.qui plura cumulat in conſ. 139.col.4.ver.his pſumptis,li.1.vbi et adducit rationes concluſionem probantes,& in cõſ.87.col.2.io cõſ.88.vol.2.& io cõſ.92.col.4.& 5.vol.5.late Pariſ.in cõſ.87 n.12.cũ ſeq.vol.3. & dicemus inſ.latius,i cõcl.furioſus,vbi materię ſuus ẽ locus.

In aliam tñ ſententiam vidẽtur deſcendere Dd.dum dicũt, ita accipiendum eſſe ſemper actum,& pro præſumendum, vt
2 potius valeat,† quam pereat,in l.3.& in l.diuus,ff.de teſt.mi lit.& in l.quãquam,C.eo.tit.Alex.in l.cẽturio,col.2.ff.de vul. Fel.in c.cum inter.de excep.in c.1.col.8.eir.fi.eo.Dec. in cõſ. 77.nu.5.Cæph.in conſ.216.nu.24.vol.2.Rol.à Val.in conſ.65. nu.16.vol.1 Soc.iun in cõſ.1.nu.19.vol.3.& in cõſ.35.nu.15. vol.4.Cæpol.in conſ.34.nu.4.in ciuil.Ruin.in conſ.26. vol.2. & in conſ.108.nu.8.vol.5.Gozad.in conſ.82.n.6.Grat.in cõſ. 81.nu.13.vol 1.& dec Pedem.163.nu.2.ideo actus à furioſo fa-
3 ctus,† vt in dubio ſuſtineretur, deberet præſumi factus tempore ſanæ mentis.

Quod ſi prior opinio tibi magis arridebit,cõcluſionem extendere poteris,vt procedat,etiam ſi actus fuiſſet celebratus per furioſum poſt furorem ex interuallo,& poſt longum ſpatium,vt voluerit Alex.& Corn.in l.furioſum, C. qui teſta.fac. poſſ.Anch.in conſ.5.nu.5.Alex.in relato conſ.87.col.4. verſi. cõſiderandum eſt igitur,vol.2.Pariſ.in d.cõſ.87.nu.15. vol.3.
4 oam † vt ipſe dicit,furor præſumitur continuari, licet aliquo caſu habeat dilucida interualla,per textũ in l.pen.C.de cura. fur.ita etiam reſpondit Io.Bapt.Ferret.in conſ.207.nu.1.glo. in ver.compo.in e.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.Alex.in conſ.92. col. 4.vol.5.Card.in conſ.56.col.2.cũ fi Iaſ.i l.pa re furioſo,col.2. ff.de his,q ſunt ſui,vel alie.iur.& Do.in eo.c cũ inter,de elec.

Id non ſentire ſed ab hoc diſſentire vr Rai.in conſ.8.nu.3.
5 vol.5.† vbi dicit furioſũ de pterito non præſumi de præsẽte.

Limita ſupradictam ampliationem, imò etiam concluſionẽ
non procedere in teſtamento furioſi, quia furioſi teſtamentũ
6 habentis dilucida interualla, † ſi videatur factũ ab homine ſa
næ mentis: præſumitur factum tempore ſanæ intelligentiæ, ſe-
cundum Bal in l furioſum, C. de teſt quem refert, & ſequitur
Alex. de Neuo in conſ 33. nu. 4. ſecus ſi aliqua diſpoſita in te-
7 ſtamento continerent aliquam ſtultitiam, † quia tunc præſu-
meretur condidiſſe teſtamentum tpe furoris, ſeu tpe nõ ſanæ
mentis, vt ita in dubio præſumi ſolet, iux. Ang. Arer. in ſuo tra.
crim. ſuper ver. ſcienter. & doloſe, Dñi. in c. 1. de cler. ægrot.
Dd. in d c fi. de ſucceſſ. ab inteſt. Barb. in conſ. 65. Gulielm. de
Bened. in rep. c. Raynutius, §. Adiectæ impuberi, n. 75. & Boer.
in dec. 23. nume. 62. vbi dicit id procedere etiam in furioſo
habente dilucida interualla, per exẽpla ad id indicando, quã
plures actus à furioſis factos, & latiſſ. hãc materiã declarãdo.

Procedit etiam d. limitatio in quolibet alio actu more ſa-
pientis facto, vt cauit Gram. in conſ. 128. nu. 22. in ciuil. vbi di
8 cit, ſi contingat dubitari, † an actus geſtus à furioſo fuerit fa-
ctus tpe furoris, an tempore ſanæ mentis, tunc ſi illæ actus ap
paret more ſapientis geſtus, præſumendum ſit illum fuiſſe fa
ctum tpe, quo non erat furioſus, ſed ſanæ mentis. alias ſecus,
per l. is qui, ff. de tut. & cur. dat ab his, & l. Titia, ff. de inoffic.
teſt. & ſecundum prædicta eſt intelligendum, quod dixit Bal.
9 in c. per quos fiat inueſt. de † exẽplo Sempronij Tuditani, qđ
recenſuit Valer. Max. lib. 7. c. 8. illius furioſi teſtamentũ recte
conditũ à Centumuiris probatum fuiſſe. Magis. n. inquit idẽ
Valer. Centumuiri, quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis
eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimauerunt, nam qñ ſtultus
facit actum, quem quilibet ſanæ mentis faceret, tunc valet, &
10 tenet † actus ille, ita voluit Io. And. in d. c. fi. de ſucceſſ. ab in-
teſt. & Hoſt. ac Abb. in c. ad noſtram, de conſue. vbi memine-
11 runt de ſnia † lata à fatuo illo Pariſienſi contra Cauponẽ, qui
egenum quendam cõpellere ſtudebat, vt ſuauitates odorum,
qui afflabantur è carnib. perſolueret, propterea quod illorum
iucunditate pellectus, ſuaue biberat, & maxima dulcedine co
mederat, nã iudicauit debere ſibi ſolui tinnitũ pecuniæ. Quæ
quidẽ ſnia ab vniuerſo Pariſienſi conſilio comprobata fuit,
quoniam quilibet prudens iudex ita decreuiſſet, & pronun-
tiaſſet, vt etiam dicit Anchar. in clem. ſi furioſus, de homic.

Communia Aditionis.

CONCLVSIO XL.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis, quomodo probetur, & præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Aditio hæreditatis quare ſit difficilis probationis.*
2 *Voluntatis ſcrutator eſt ſolus Deus.*
3 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
4 *Declaratio animi requiritur ad eſſentiam aditionis.*
5 *Animus ſolus ſufficit ad aditionem hæreditatis ſecundum Ang.*
6 *Modi & actus magis neceſſarij, & quibus in vſu forenſi vtimur, aditionis hæreditatis adducuntur.*
7 *Aditio hæreditatis ſolo animo abſoluitur, & eſt quid facti.*
8 *Id quod eſt quid facti non præſumitur, niſi probetur.*
9 *Aditio hæreditatis debet probari per eum, qui eam adducit.*
10 *In dubio præſumuntur extare hæredes.*
11 *Aditio præſumitur ex ſpatio longi temporis.*
12 *Aditio ipſa ſemper eſt allegenda, nec prodeſt probaſſe actum ipſum.*
13 *Poſitioni continenti, an aduerſarius habuerit animum adeundi, tanquam pertinenti reſpondere debet.*
14 *Aditio citius præſumitur in hæreditate aſcendentium, quam aliorum.*
15 *Cautela, ne adiens hæreditatem poſſit à creditoribus hæreditarijs conueniri, remiſſiuè, &c.*

1 ADitio hæreditatis † plerunq; difficile probari põt, vt re-
ſpondere Calliſtratus, & Vlpianus in l. 2. & 3. ff. de inter-
rog. act. & Boer. in dec. 42. ſub n. 28. qđ ẽt tradit Bar. in l. is põt,
de acq. hær. & Bal. in conſ. 273. nu. 8. vol. 1. incip. quia maritus,
dixit Mant. in tract. de coniec. vlt. vol lib. 12 tit. 9. n. 5. adducit
eundẽ Sal. in conſ. 31. in fi. & in conſ. 223. vol. 2. & in cõſ. 382.
n. 2. in fi. vol. 3. & in cõſ. 437. n. 2. eo. vol. qa in nuda, & occulta
2 volũtate cõſiſtit, † cuius ſcrutator eſt ſolus Deus, vt i §. fi. Inſt.
3 de hær. qual. & diff. & meminit Accur. in d. l. 2. Verũ † quia vo
luntas in mẽte retenta nihil operatur, ex regula iuris, de qua
in l. ſi repetẽdi, C. de cõd. ob ca. in l. 1. §. fin aũt, C. de cad. tol,
in l. cũ plures, §. locator horrei. ff. loc. & p Rol. à Val. in cõſ. 77.
4 n. 30. vol. 1. & per Mant. in conſ. 34. n. 6. vol. 1. † cũq; ea aditio-
nis natura propria ſit, vt animi declarationẽ, qualis illacunq;
ſit, deſideret, ſiue actu, ſiue verbo, nec ſufficiat nuda volũtas,
niſi foras proferatur, vt concludit Bar. conciliãdo opiniones
* inter ſe contrarias, in l. gerit, nu. 5. ff. de acq. hær. & ibi *omnes
ſequuntur, vt ibidem dicit Rom. num. 4. Rol à Val. in conſ. 77.
* n. 31. uol. 1. Mantu. in allato modo, cõſ. 34. n. 3. Bar. Imo. & oẽs
in l. gerit, ff. de acq. hær. præter Ang. qui diſſentit, aſſerens, ſo-
5 lum animum ſatis eſſe † nec actum, aut verba eſſe neceſſaria,
niſi ad probationem ipſius animi, qui aliter, quam per ea, quę
extrinſecus adueniunt, aut per iuramentum probari non põt
vt etiam tradidit Rim. ſen. in conſ. 20. nu. 2. vol. 1. cuius ſenten
tiam falſam & mendacem reſpondit Grat. d. conſ. 34. nu. 4. &
ante eum dicit Imo. in d. l. gerit, in prin. Operæpretium igitur
erit, vt ſtudioſè perſcrutemur, quæ nam ſint ea, quæ diximus
aduenire extrinſecus, quæ aditionem probare poſſint.

6 Quot † igitur ſint hi modi, & actus, per quos hæreditatis
aditio præſumatur, dictu difficile eſt: infinitos. n propemodũ
eſſe, nemo eſt, qui in iuriſprudẽtia verſatur, qui ignoret, quos
omnes ſi enumerando percurrere vellem, mihi maximum la-
borem, lectori offenſionem aliquam crearet. ſatius igitur erit,
ſi tantummodo quos forenſis vſus obſeruat, & maxime neceſ
ſarios, atque præcipuos, quos ex varia multiplicią; librorum
lectione colligimus, perſequemur.

Verum antequam ad hoc deſcendamus, præmittendum &
7 præſcribendum eſt, † aditionẽ hæreditatis, quia ſolo animo
abſoluitur, vt cum docendo, tum conſulendo tradidere legũ
profeſſores, Silu in conſ. 36. n. 3. per tex. in d. l. gerit, & in l. pro
hærede, ff. de acq. hær. Dec. in conſ. 652. n. 9. Ancha. in cõſ. 252.
n. 3. Ceph. in conſ. 203. n. 8. vol. 2. Mantu. in d. conſ. 34. nu. 2. &
Rim. ſen. in conſ. 132. n. 22. vol. 1. cumq; ſit quid facti, p textũ
in l. ſi auia, C. de iure delib. in l. bonæ fidei, cir. med. ff. de acq.
rer. dom. in §. fi. inſt. de hær. qual. & diff. per Bar. in l. ſi is qui, p
emptore, col. 6. ver. concludit ergo, ff. de vſucap. in d. l. pro hę
red. §. fi. p Dec. in d. l. quod noſtrũ, & in l. quatenus, ff. de reg.
iur, & per Anch. in d. conſ. 252. & cũ ſit quid facti, illã nõ præ-
8 ſumi, † niſi probetur, arg. l. neceſſarijs, vbi Bar. ff. de acq. hære.
l. in bello, ff. de capit. § factæ no. Nat. in conſ. 398. n. 44. vol. 2.
9 adeo † vt probanda ſit per eũ, qui eam in mediũ affert, illią;
innitur, vt reſpondit Signorolus de Homod. in conſ. 154. n. 4.
Bal in conſ 224. lib. 2. & conſuluit Rom. in conſ. 154. nu. 2. cu-
ius rei ratio illa reddi poteſt, quia aditio hæreditatis, poteſt
hæredi graue præiudicium inferre, ſi poſt implicita oneribus
hæreditarijs reperiatur, & ſentit Alciat. in l. ſi actione, n. 5. & 6.
C. de tranſact. Bal. in conſ. 273. factum dr̃ eſſe tale, col. fi. lib. 1.
in conſ. 31. Ang. col. 2. n. 2. & in conſ. 224. ſuper eo, quod quę-
ritur, lib. 2. conſ. 382. pro parte, col. 2. poſt med. nu. 2. & conſil.
437. ſuper dubia. lib. 3. Roma. in conſ. 224. iſta captura, col. 1.
circa med. Grat. in conſ. 146. nu. 9. lib. 2. Socin. iun. in conſ. 94.
nu. 36. lib. 1. Graue. in conſ. 33. n. 2. & in conſ. 37. nu. 4. Et hmõi
probatio debet eſſe certa, iuxta c. in præſentia. de prob. alio-
qui non poſſet dici difficilis probat. cõtra d. l. 3. interrog. act.
quinimò debet eſſe concludens, & plene probanda eſt, vt ad-
monuit Crauet. in iã allegato conſ. 33. nu 2. & in conſ. 37. n. 4.
& in conſ. 312 n. 3. verſ. 5. tradit ẽt Dec. in cõſ. 445. n. 52. & 53.

Limita, vt vera non ſit, quando agitur de hæreditate opu-
lenta, tunc. n. debere præſumi aditionẽ, eſt editũ in l. 1. in §. fi.
ff. ſi mulier ventris nomine, quam ad hoc allegat gl. in l. 1. in fi.
C. de teſta. milit. quam ibi approbant Bar. Bal. & Saly. & etiã
ſequitur Pau. de Caſt. in l. Pãtonius, col. 2. verſ. in textu ibi, ex
perſona, ff. de acq hær. & animaduertit Aym. Crauet. conſ. 33.
nu. 12. in fi. adducens ad hoc Cor. in conſ. 310. col. 2. ad fi. li. 3.
volens in hæreditate lucroſo de facili pręſumi aditionem, ſe-
cus autem in damnoſa. In aliam deſcendit ſententiam conſi-
lium Regium Neapolitanum in cauſa reclamationis Magniſi-
ci Michaelis Coſſi adhærendo regulæ, aditionem eſſe neceſſi-
tate probãdam, nec præſumi niſi probetur, vt retulit in ſignis
Doctor D. Vincentius de Franc. in dec. 60. num. 10.

Intellige tñ quemlibet præſumi habere hæredem, donec ſit
10 reclamatũ, nec reperiatur hæres † quia in dubio pſumuntur
extare hæredes, ſicuti docuit Accur. i l. ex facto, §. fi. ff. ad Tre-
bell. & Butr. & Pau. de Caſt. in l. ſancimus, §. cũ aut, ff. eo. tit. in
eamq; deſcendere ſententiã Dñi Rotæ in vna Romana vigin
ti milliũ inter Illuſt. D. N. ex vna, & creditores ex alia, vt per

Put.

Put.de eiſ.217.li.1. Contrarium videtur tenere Signor. de Homod. in conſ.165.nu.4.& Bal.in conſ.224.vol.2.Rom.in conſ. 154.nu.2.volentes prædicti, in dubio adirionem eſſe præſumendam,& quod ſi alia cõiectura capi poſſit,quam aditę hæreditatis,illam accipere debere,quæ aditionem excludat, & cum iſtis tranſit Mantica in ſuo tract.de coniect.vlt.vol.li.12. tit.9.nu.3.& ſeq.in quo loco iſtius opinionis reddit rationes concludentes.idem etiam voluit Bal.in conſ.224.vol.2.dicẽs ſi eſt talis actus,qui fieri duplici mndo poſſit, ab eo,ſ. qui ſit hæres & ab eo qui non ſit hæres,in dubio non præſumi quem
adire: Quod tñ non procedit,ſi interuenerit ſpatium longi tẽ
11 poris,† quia ex illo præſumitur aditio, vt placuit Anr. Gabr.
lib.1.de præſump.concl.1.nu.43.qui adducit Gra. in d. conſ.
146.Idem etiam reſpondit Ceph.in conſ.98.nu.27.vol.1.pet
* tex.in l.fi.l.ſi filius,C. de pet. hæredi. Fel.*& cæteri in c.ſicut,
de re iud.Oẽs in l.1.qui admit.& Dec.in conſ.442.n.22. & vide quæ dixi infra in concluſione,probationes per poſſeſſionẽ decennij. Prout nec ẽt locum ſibi vendicat, qñ ſumus in viro pio,& religioſo hærede inſtituto,in cuius corde charitas Dei diffuſa ſit,quia tunc præſumitur,adiuiſſe hæreditatem, etiam ſi ex nullam ſpem haberet aliquod conſequẽdi emolumentũ, qui ſatis obtinebit à Deo mercedem, ſi exercendo officium pietatis exequatur voluntatẽ teſtatoris,Bar.in auth.ſed cum teſtator,n.1.ad l.Falcid.& in l.nemo poteſt,n.4.& 5.de leg.1.

Verumtamen eſt animaduertendum, nam & ſi præſumatur
aditio ex curſu temporis,& etiã ex probatione actus neceſſa
12 rij aditioni,tamen ſi ipſa aditio non proferatur, † nihil proderit probaſſe actum ipſum,ideo ſemper eſt adducenda, vt ſingulariter cauit Alex.in conſ.94.col.2.plus dico,vol.2.Affl. in dec.14.nu.7.Maranta in d.l.is poteſt, nu. 88. vbi alijs iſtis ſimilibus id comprobat.

Quæ hæreditatis aditæ productio de iure poteſt afferri ẽt poſt concluſum in cauſa, in diſputationib. & iurium productionib. vt memorabiliter docuit Ant.de But. & Io. de Imol. in c.peruenit,de empt.& vend.quos refert Affl.in deciſ.178. nu.15.& eum ſequitur Maran vbi ſup.n.89.

Poſitioni cõtinuo,an aduerſarius habuerit animum adeun
13 di tamquam † pertinenti,reſponderi debet,Romanus meminit in d.l.gerit,nu.6.ff.de acq.hær.

Nec illud intactum relinquam, citius præſumi adirionem
14 in hæreditate aſcendentium,† quam aſiorum,vt voluit Bald.
in l.ſi matre,in prin.C.de ſuis,& leg.Mar.Soc.in cõſ.14.n.18. vol.4.Item facilius præſumitur aditio in hæreditate lucroſa quam damnoſa,Corn.in conſ.210.col.2. ad fi. lib.3. & refert Crauet.in conſ.33.nu.12.in finalib. verbis, cenſuit Bal. in cõſ. 298.nu.2.vol.5.& Nat.conſ.448.nu. 20. Cautelam vero ne a-
15 diens hæreditatem poſſit † à creditorib. hæreditarijs conueniri infra certum tempus,tibi ſuggeret Cæpol.in caut.223.& ibi ſuppeditabit Durant.de art.teſtan.de acq.hær.caut.15.

CONCLVSIO XXXXI.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis, & animus adeuntis quomodo probetur per verbum volo,& per verba demonſtratiua, condiſionalia,& enunciatiua.

SVMMARIA.

1. *Modi probandi aditionem hæreditatis diſcutiuntur.*
2. *Aditio hæreditatis quomodo probetur per verba*
3. *Verbum, volo, cum infinito iniunctum, cum ſit futuri temporis nihil diſponit, nec aliquam deliberationem inducit.*
4. *Aditio inducitur per verbum, volo, & quomodo.*
5. *Verbum, volo, infinitiuo adiectum in his, quæ à voluntate noſtra pendent, non diſponit.*
6. *Verba, volo eſſe hæres, propter eius eſſentiam ſtatim diſponunt.*
7. *Aditio non inducitur per verba, volo adire ſecundum Bologn.*
8. *Verbum, volo, eſt aptum ad complectendum omne tempus.*
9. *Animus deliberatus adeuntis, quomodo probetur per verba volo adire, & tria ponuntur exempla.*
10. *Verbum, volo, prolatum in actu ancipiti inducit aditionem.*
11. *Voluntas adeuntis, & ipſa aditio quomodo probetur per verba enunciatiua.*
12. *Verba prolata demonſtratiue declarant aditionem & probant animum adeuntis.*
13. *Nemo præſumitur dicere, quod mente non cogitauit.*
14. *Animus conſiſtit in verbis, ſicut faciens in ſpeculo.*
Et in ore, & in animo præſumitur eſſe vnum, & idem.
15. *Aditio non probatur per verba conditionalis, & actus adeundi conditionem non recipit.*
16. *Animus certus requiritur in aditione hæreditatis, & non dubius.*
17. *Verba enunciatiua in primis propter aliud emiſſa diſpoſitionem non inducunt ſecundum Anchar.*
18. *Verba obſcura, & generalia non probant aditionem.*
19. *In verbis dubijs ſtatur declarationi proferentis, qui ſi mortuus eſt, fides eſt adhibenda declarationi ſui hæredis.*

ADitionem hæreditatis probari per ſolam declarationem
voluntatis in ſuperiori concluſione tradidimus, ſiue ver
1 bis,ſine ſcriptura: ſiue factis,† in præſentia non inutile erit ſigillatim ſingula expendere, & primo ne recedamus à recto Bar.ordine in d.l.gerit,ff.de acq. poſ. docebimus quib. verbis aditio probetur,& gradatim de cæteris diſtincte & compoſite infra ſuo loco videbimus.

Primo itaque, vt hinc initium ſumam, adirio, hæreditatis
2 probatur per verba quæ nullam dubitationem habeant † ſed
clara,& diſpoſitiua,vt ſi quis dixerit,gero me pro hærede,vt l.pro hærede,ff de acq.hær. vel dicat,accipio,vel apprehẽdo, agnoſco,vel ſimilia,iſtam hæreditatem,tunc enim non eſt ambigendum aditionem hæreditatis probari,vt per Bart. in d.l. gerit,n.9.ver.circa primum,qui id comprobat per l.apud Anfidium,ff. de opt.leg.& eſt traditũ à Iaſ.in l.pro hærede, n.3. ff.de acq.hær.& in l.ſerui electione,nu.27.ff.de leg.2.& in eadem re congruit ſenſus,Alex.in d.l.pro hærede,nu.3.& in l. qui in aliena,nu.5.ff.de acq.hær.conuenit & Rom.in d.l. gerit,nu.8.cum ſeq.ſenſitq; Rober.Marant.in repet. l. is poteſt, nu.48.ff.de acq.hæred atque in eadem ſententia manſit Guliel.Bened.in repet.c.Raynutius,in verb.mortuo itaque teſtatore,il 1.num.375.

Primo ampliatur, vt procedat,licet huiuſmodi verba eſſent
prolata per verbum volo, vt ſi quis dixit, volo adire hæredi-
3 tatem,nam † hoc caſu licet verbum volo,cum infinito iniunctum,cum ſit futuri temporis,nihil diſponat, nec aliquod ratum & conſtans propoſitum demonſtret, vt tradidit Bar. in l. cunctos populos,C.de ſum.Trin.& fid.cath. vbi affert exemplum de eo,qui dixit,volo eligere Petrum in Abbatem, non
tamen elegit,vt etiam ibid.Iaſ.num.22. Tñ in caſu noſtro per
4 verbũ † huiuſmodi,volo,inducitur aditio, vt auctor fuit Bal.
iu d.l.cunctos populus,nu.2.cum alleg.ibi per ipſum, & per Soc.iun.in conſ.179.nu.59.vol.2.vbi dicit, aditionem hæreditatis induci,ſi quis conuocatis amicis dixerit, ſitis teſtes, quoniam volo adire hæreditatem,iuxta ſententiam Bar.in d. l.gerit,verſ.quæro quid ſi conuocatis amicis, & ibi Raphael, Cuma.quam ſententiam putat eſſe veriſſimã,Aret. ibi. col.3. & Imol eo.loco,n. 7.exiſtimat hanc eſſe veriorem opinionẽ.

Ab hac tamen opinione deflexit Alcia.in conſil.141.nu.8.
5 vbi dicit,† verbum,volo,infinitiuo adiectum in his,quæ à voluntate noſtra pendent non diſponere. Vnde qui dicit, volo adire hæreditatem,non tamen adit,vt inquit Bal.d.l.gerit,& hanc eſſe crebriorem ſententiam dixit Mãtica de coniect.vlt. vol.lib.12.tit.11.ſub nu.1.allegat Dd.& præcipuè Alcia. n.7. & Rip.nu.17.in l.ſerui electione,ff.de leg.1.& vide Mant.qui quæſtionem docte dilucidat.

Declara iſtam ampliationẽ, vt per Iaſ.in l. ſerui electione, nu.22.ff.de leg.1.vbi differentiam conſtituit,quando verbũ, volo,eſt iunctum alicui verbo infinitiuo ſignificante alium actum futurum: quia tunc nihil perfectum de præſenti diſponit.Secus quando prædictum verbum, volo, iungitur verbo
6 infinitiuo ſignificanti eſſentiam,† vt volo eſſe hæres, tunc enim diſponit ſtatim cum eſſentia ſit in eius voluntate abſque alio facto extrinſeco,aliud enim eſt dicere,volo adire, aliud volo eſſe hæres,vel volo hæreditatẽ: vt commonefecit Barto. in d.l.gerit,nu.1n.adeas ẽt Iaſ.in d.l.ſerui electione,num.23.
& 24.vbi ſolidam,& enucleatam de boc tradit doctrinã. Et
7 quod per huiuſmodi verba,volo adire, † nõ inducatur aditio,docet Bolog.in l.qui ſe patris, C.vnde lib. vbi tamen hoc limitat tribus modis,& latiſſimè excutit hunc articulum, numero 49.& ſeq.

Ab hoc propoſito videtur declinare idẽ Bar.in l.ſi qs ſuus, ff.de iur.delib.nu.9.vbi inter ea,quæ nuper attulimus, nul ũ diſcrimẽ conſtituit, & illud propius ad veritatẽ accedere arbitratus eſt Lud.Rom.in d.l.gerit,num.8.quia in vnaquaque
8 iſtarum orationum eſt verbum volo, † quod ad omne tempus complectẽdum eſt idẽ,iuxta ſentẽtiam Accurſ.iux.tex.in l.ſtipul.ff.de ver.obl.& vide Cyn.in l.2.C. de iur.& fac.igno.

Secun-

Digitized by Google

Secundo intellige prædictam ampliationem, vt procedat,
quando iſtiuſmodi verba, uolo adire, ſunt definite, & circum-
ſcripte prolata, vt rñdit Soc. ſen in conſ. 86. nu. 4. nol. 3. & tra-
9 didit Bar. in d. l. gerit, nu. 10. † vbi affert exempla, ex quib. po
teſt elici iſtiuſmodi certa deliberatio. Primum eſt, quod de-
betur ex præcedẽtib. vt ſi definitum fuerit illi tempus ad deli
betandum, & ipſe poſtea reſpõdeat, volo adire, quod appro-
bat Rom. in l. qui ſe patris, nu. 17. uerſ. 2. idem probo, C. und.
liber. & Alciat. in l. ſerui electione, nu. 7. uerſ. hic cõſequẽs eſt,
ff. de leg. 1. & ibid. Rip. n. 21. ſecundũ eſt, quando cognoſcitur
ex inſtanrib. i. nullo interuallo temporis intercedẽte ait uolo
hæreditatem adire, uel eſſe hæredem, & ſimilia: ut ibi Bart. &
id maximè procedit, ſi de hoc quis fuerit interrogatus, & ad
interrogationẽ reſpondetit, volo adire hæreditatem, quia &
eo caſu deliberate eẽſetur reſpondere, & ita adire præſumi-
tur, ut poſt Bar. in d. l. gerit, nu. 10. tradit Alciat. in d. l. ſerui ele
ctione, nu. 7. uerſ. ad hæc pertinet, ff. de leg. 1. & ibi Rip. n. 19.
qui hanc eſſe cõem opin. eſt teſtatus, Rom. etiam in ſpecie id
probat in l. qui ſe patris, nu. 12. verſ. aut præfata uerba profe-
runtur, C. vnde liber. Tertium eſt quando ex ſequẽtib. cogno
ſcitur, ut ſi poſt dicta uerba elabuntur tres menſes, ut l. fin. §.
ſimili modo, de acq. hær. quia tunc ex ijs omnib. caſib. & uer-
bis probatur certus animus adeuntis, ſecus uero ſi non defi-
nite uerba prædicta ſint prolata, ſed indefinite: quia uerbum
10 uolo, non inducit aditionem, † quando ſaltim eſt prolatum in
actu dubio, iuxta tradita per Bar. in l. potuit, C. de iure delib.
Neuiz. conſ. 9. nu. 15. gl. in d. l. gerit, & ibi Bart. nu 10. Corn. in
conſ. 77. col. pen. uol. 4. Abb. in c. ex literis, col. 2. de ſponſ. Ro-
bert. Matan. in repet. d. l. is poteſt, nu. 49. ff. de acq. hær. uideas
de huiuſmodi ampliatione uberrime diſputatum à Gulielm.
Bened. in repet. c. Raynut. in uer. mortuo itaque teſtatore, el 1,
nu. 359. cum plurib. ſeq. de teſtam.

Secundo ampliatur, etiam ſi per uerba enunciatiua pp ſe
declarata fuerit illa uoluntas, ut ſi quis confeſſus ſit, ſe eſſe hæ
redem, ita Bar. in d. l. gerit, nu. 14. vbi tñ hoc pronunciatum ita
declarat, ut procedat, quando talia uerba ab eo prolata fue-
11 rint, qui tpe probationis poterat adire, † quia tũc optime uo
luntas adeũtis probatur, & ſic ipſa aditio, ut d. l. gerit, ſecus ſi
proferantur ab eo, qui adire nõ poſſet: quia tũc ei nõ præiudi
cat, niſi quoad præſentes talis cõfeſſio: vt ẽt dixit Dec. in cõſ.
278. nu. 6. ubi ſcriptum reliquit, quod ſi hæres inſtitutus cõfi-
teatur ſe hæredẽ eſſe ẽt per uerbum credo, aditio hæreditatis
probatur, & Bal. in l. 1. in fi. nu. 21. de fal. cauſ. adiect. lega. & ad
id adeas Bal. in conſ. 363. uerbis inſtrumẽti, nu. 1. cũ ſeq. lib. 1.
& latius Mant. de coniect. ult. uol. lib. 12. tit. 11. nu. 5. qui exa-
minat articulum, hæc agẽtem iſt s adijcias D. Vincentium de
Franc. (ut uoluit) in deciſ. 60. nu. 15. cum plurib. ſeq. neque ui-
dere prætermittas Gozad. in rep. l. edita, in 3. not. C. de eden.
in quo loco eſt arbitratus tex. in d. l. cum precum, C. de liber.
cauſ. debere intelligi ſecundum tex. in d. l. edita, ut ſ. demum
noceat confeſſio in libello, nõ fuerit reuocata, uel emendata
ante litis conteſtationem, Gram. in dec. 103. nu. 205. & ſentit
Maran. ubi ſup. n. 50. ubi ẽt iſtud procedere ſentit, ſi in epiſto-
la aliquis ſcripſiſſet alteri, talis hæres Titij ſalutem, &c. & ſic
enunciaſſet propter aliud, vt in ſequenti ampliatione.

Tertio ampliatur, vt procedat, etiam ſi verba fuerint enun
ciatiua propter aliud, dummodo proferãtur per modum cau
12 ſæ, ſi quis dicit, id facio † quia ſum hæres illius, vel ꝓlata fue
rint demonſtratiue, vt ſi quis protulerit, ego tamquam hæres
tè ſaluto, & ſimilia, nam iſto caſu declaratur, & probatur adi-
tio, quia per huiuſmodi verba ꝓbatur, & declaratur animus
adeuntis, quia qualis fuerit, ſatis clare ex huiuſmodi verbis,
& factis colligi ſolet, ſecundum Rom. ſententiam in conſ. 96.
nu. 4. per textum in l. quod Labeo, ff. de ſup. leg. in l. ſcire, ff. de
tut. & cur. dat. ab his, in l. reprehendenda, C. de inſt. & ſubſt. in
c. ſignificaſti, de homic. per Aret. in conſ. 136. in princ. & per
Cæphal. in conſ. 96. num. 4. vol. 1. alias animus diceretur ipſis
13 verbis contrarius, quod non eſt pręſumendũ. † Nam nemo
præſumitur dicere, quod mente non cogitauit, arg. l. Labeo, §.
idẽ Tubero, ff. de ſup. leg. c. 2. requiris, de app. c. fi. de ver. ſign.
c. is aũt, 22. q. 2. & no. Crau. in conſ. 20. nu. 12. & in cõſ. 35. n. 6.
14 vbi dicit, animũ niti verbis, † ſicut facies in ſpeculo ſubſiſtit,
& in ore, & in animo præſumitur eſſe vnũ, & idẽ. ſupradictam
ampliationem tradit ẽt Bart. in d. l. gerit, nu. 15. vbi ait, quod
ſecus eſt, quando ſub conditione illa verba proferuntur, vt ſi
quis dicat, promitto decem, ſi hæres ſum, nam per hæc ver-
15 ba non probaretur aditio. † nimirum, quia actus adeundi cõ
ditionem non recipit, vt l. cum quis, in prin. ff. de acq. hære. &
l. actus legitimi, ff. de reg. iur. & quia etiã talia verba ſunt du-
bie prolata, nam in aditione hæreditatis requiritur aĩus cer-
16 tus, † & non anceps, vt l. is qui hæres, §. 1. & l. ſi is ad quẽ, & l.
hæres inſtitutus, ff. de acq. hær. Idem ſi dixerit, talem rẽ perti
nere ad ſe iuſto titulo, & legitima cauſa, nam per hoc nõ præ-
ſumitur habuiſſe aĩum adeundi, vt per Bal. in cõſ. 17. n. 1. li. 3.

In contrariam mentem videtur deſcẽdere Anch. in cõſ. 27.
17 nu. 2. dum dicit † verba enunciatiua in primis propter aliud
prolata diſpoſitionem non inducere.

Primo limitatur, vt tantum procedant, ſi verba ſint clara,
certa, & ſpeciatim dicta, ſecus ſi ſint obſcura, & in vniuerſum
18 prolata, † quia tunc per hmõi verba non probatur, vt Aymo.
Crauet. reſponſitauit in cõſ. 33. nu. 12. nam vt ſup. dictum eſt
in aditione hęreditatis actus clarus. & certus, & non dubius
deſideratur, vt ex dictis ll. allegat, & per Bat. ĩ d. l. gerit, n. 17.
vbi tamen ait, in hmõi verbis dubijs ſtandũ eſſe declarationi
19 proferentis & † ſi ipſe mortuus eſſet, aſſentiendum declara-
tioni ſui hæredis, teſtem ad id afferendo Iac. de Aret. in l. ſi qs
intentione, ff. de iud. & notatur in §. aliæ, Inſt. de act. Socin. in
conſ. 60. n. 12. conſilijs noſtris. li. 1. Secundo limita, ut animus
adeundi probetur, ex uerbis enũciatiuis propter aliud emiſ-
ſis, ut locum ſibi uendicet, ſi proferantur ab eo, cui hæreditas
eſt delata, & ſecus ſi prolata ſint ab alio qui non poteſt alium
hæredem facere, etiam ſi ſit legitimus adminiſtrator, ut dixit
Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 11. n. 11. ex not. in
l. potuit, C. de int. delib. & in l. pupillus, in prin. de acq. hær.

CONCLVSIO XLII.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis, quomodo probetur per ſcripturam.

SVMMARIA.

1 *Aditio hæreditatis probatur per ſcripturam.*
2 *Scriptura etiam inualida probat aditionem, & imperfecta voluntas probat voluntatem.*
3 *Scriptura imperfecta nil inducit ſecundum Neuizanum.*
4 *Verba per quæ filius videtur adire, & ſe immiſcere in hæreditate patris.*

1 ADitio hæreditatis præterea probatur per ſcripturã, † nam
in ſcriptis factum facilius decernitur, quam quando ſim-
pliciter profertur, ut l. 2. C. de ſent. ex breuicul. recit. & notat
Bar. in l. gerit, nu. 18. ff. de acq. hæred. & Mant. qui de hoc late
dixit, in tract. de coniect. vlt. volum. lib. 12. tit. 11. num. 9.

Ampliatur vt procedat, licet ipſa ſcriptura eſſet inualida,
2 quia † etiam aditio probaretur ex ipſa ſcriptura. Imperfecta
enim voluntas probat voluntatem, arg. l. fi. ff. de re. eorum l. in
teſt. C. de fideicom. & ita conſequitur in caſu noſtro, vt aditio
nem probet vt eadem l. gerit. & ibi Bart.

Declinauit tamen ab hoc conſilio Neuiza. in conſ. 26. n. 41.
3 vbi expreſſe dicit † ſcripturam imperfectam nihil inducere.

Secundo ampliatur, ſi in libello quis filius dicat ipſa bona
fuiſſe paterna, & perſtitiſſe in bonis paternis, & poſtea aſſeue
4 ret illa ad ſe ſpectare, & pertinere, † quia tunc videtur adire,
ſeu ſe immiſcere in hæreditate patris, eſt enim iſte actus, qui
non põt fieri præter nomen, & ius hæredis, ergo vr̃ adire, l. 1.
C. de repud. hęred. in l. ſi auia. C. de iu. deliber. & ita conſuluit
Franc. Aret. in conſ. 136. in princ. & Alc. in conſi. 574. nu. 17.

CONCLVSIO XLIII.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis quomodo probetur per facta.

SVMMARIA.

1 *Aditio hæreditatis probatur per facta.*
2 *Facta præparatoria quomodo probent aditionem.*
3 *Aditio irrita eſt, niſi hæres ſit certus, teſtamentum valeat, vel ne.*
4 *Ex facto præparatorio neceſſario ad adeundum non probatur aditio.*
5 *Animus dubius adeundi non poteſt dici adire hæreditatem.*
6 *Filius ſi intentat querelam, non præſumitur adire.*
7 *Cum ſumus in dubio licito, & illicito, interpretatio fieri debet in meliorem partem.*
8 *Iure fideicommiſſi quis præſumitur adire illicito, & iure directo inſtitutionis licito.*

9 *Aditio*

9 *Aditio hæreditatis non præſumitur in actibus dubijs, ſed in eis ſtandum eſt declarationi non ſolum hæredis, ſed hæredis hæredis.*

1 ADitionem hæreditatis † probari per facta, fuit auctor Bart. in d.l. gerit. n. 19. Iaſ. in conſ. 112. n. 2. vol. 4. Crauet. in conſil. 148. n. 10. Doct. in l. 1. & 2. C. de repudian. hæredi. & in l. potuit. C. de iur. deliber.

Sed quia multa, & diuerſa ſunt facta, ex quibus probatur quem adiuiſſe, ideo ordinatim & diſtincte de omnibus his ſeparatim infra dicemus, iuxta ordinem Bar. in d.l. gerit.

2 Primo igitur † probatur per facta præparatoria ad aditionem ipſam non neceſſaria, vt ego filius accuſo teſtamentum tanquam falſum, vel nullum, nam tunc per illud præparatorium nõ neceſſarium aditio probatur, vt l. cum quidam. ff. de bon. poſ. l. ſuus. C. de repudi. hæred. & nota: Bart. in l. quemadmodum. de inofficio. teſtam. Marant. in repeti. eiuſdem l. is poteſt. nu. 51. ff de acquir. hæredit. vbi atteſtatur hanc eſſe

* *communem. Non neceſſarium enim dicitur, quia cum ſit incertus, teſtamentum eſſe falſum, vel nullum, acquiritur mihi ipſa hæreditas, vt d.l. ſuus, & ibi Bal. nu. 4.

Diuerſum videtur reſpondiſſe Rom. in conſi. 403. n. 12. vbi

3 dicit † aditionem ad hoc vt rata ſit debere hæredem eſſe certum an teſtamentum validum ſit, nec ne, alioqui irrita eſt, & Salice. in d. l. ſuus qui in vtroque caſu, ſiue quis dicat teſtamentum falſum, ſiue nullum, exiſtimat ex hoc ſolo non præſumi aditionem cũ neceſſario non inferatur, an ex hoc velit potius ſe præparare ad deliberandum, nunquid immiſcere nec ne ſibi magis expediat.

* Concilies & intelligas, vt communis *opinio locũ ſibi vendicare dicatur conſiderata æquitate quæ ſuadet, vt ad fauorẽ *filij* intelligatur aditam fuiſſe hæreditatẽ: opinio vero Salicet. poteſt ꝓcedere de rigore iuris, vt declarat Manti. in trac. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. ſub n. 12. vnde fit, vt ſi hæreditas reperiatur lucroſa, intelligitur adiuiſſe illum, qui dicit teſtamentum nullum: ſi vero damnoſa non item, & ſi in dubio verſetur, tunc declarationi ipſius filij ſtandum erit, vt pulchre ſcribit Imol. in l. filio præterito. n. 48. & 49. ff. de iniuſto, & irrito teſtam. per l. pro hærede. §. 1. de acquir. hæredit. & per Doctrin. Bart. in l. gerit. num. 9. eod. tit. quod & approbat Mantica vbi ſupra nu. 12. in fi.

Præterea ſi poſt iſtiuſmodi præparatorium aliquid faciam, adire videor, vt ex ſupra in medium allatis ſatis liquet, ſecus vero ſi facta præparatoria eſſent neceſſaria ad adeundum, vt ſi aliquid facio, conditionem adimpleo, ſub qua fuit relicta

4 mihi hæreditas, † nam ex hoc præparatorio neceſſariũ ad adeundum (adire enim non poſſum ante imperfectam conditionẽ, vt l. 1. §. ſi parendi. ff. de cõdi. ob cau.) nõ probatur aditio.

Quod etiam extenditur, ſi peto mihi exhiberi teſtamentũ, vt inſtruar de iuribus hæreditarijs, quia hoc caſu adhuc habe

5 re videor animum ancipitem adeundi † vnde hic elici nõ poteſt, me velle adire, ex actibus enim indifferentibus neq; neceſſario, neque verisimiliter infertur aditio hæreditatis: quia vt inquit Bal. in l. potuit. in. 21. C. de iur. delib. non poteſt ex his capi determinata coniectura.

Et quod dictum eſt de teſtamento nullo, dic vt tunc locum habeat, quãdo filius in iudicio dixerit teſtamentum nullum, non autem ſi extra iudicium, ſecundum Bal. in l. filio præterito. col. 2. verſ. 3. quæro, de iniuſt. teſtam. quem ſequitur Mantica; d. t. 9. lib. 12. num. 12.

Limita iſtud tamen non procedere, ſi filius intentaret que

6 relam, † quia non per hoc præſumeretur adire, vt voluit Bart. in l. quemadmodum. de inofficio. teſtam. & in l. gerit. n. 19. ff. de acquir. hæred. & in l. cum quidam. n. 2. de bono. poſſeſſ. & Robert. Marant. vbi ſupra nu. 51. & tenent Socin. in conſ. 20. col. 1. vol. 3. & Bal. in l. ſuus. in 4. notab. vbi etiam Bar. C. de repudian. hæredita. Ratio eſt: quia cum à me proponitur querela, tunc etiam ſi velim adire, nõ mihi eſſet conceſſum: nam ex teſtamento non poſſum adire: quia non fui inſtitutus; neque ab inteſtato, quia ex quo per ſententiam nondum teſtamentũ eſt reſciſſum, adhuc dicitur valere, & cum propono querelã, non iccirco vt adeam, intelligitur propoſita, ſed vt potius parata ſit mihi via adeundi, qñ felicem exitum ſortitum erit negotium, vt ex traditis per Manticam in loco iam proxime citato, nu. 12. In quo loco iſtud extendit etiam, quod lata fuerit ſententia, & teſtamentum reſciſſum, & quia tunc non intelligitur filium adiuiſſe hæreditatem, niſi aliter apparet de animo adeundi, per ea, quæ in ſpecie tradit Bal. in l. poſthumus, §. ſi quis inſtitutus. in ſi ff. de inoff. teſta.

Secundo id planum ſit per factũ dubiũ, id eſt qñ dubitatur, an quis aliquid fecerit tanq̃ hæres, & ſic recta via, an tanq̃ nõ hæres, & ſic indirecte, nã hoc caſu, cũ ſimus in dubio recti, &

7 indirecti, † interpretatio fieri debet in meliorẽ partem, id eſt, id tanq̃ hæres feciſſe, ut l. merito. ff. pro ſocio, ſicque ipſum adiuiſſe, ut dicit Bar. in d.l. gerit. n. 20. & conſuluit Rom. in cõſ. 247. n. 4. ubi exemplũ ponit de eo, cui hæreditas ſpectabat iure fideicommiſſi, & iure directæ inſtitutionis, & concludit,

8 tanquã hæredem directe inſtitutum, † præſumi adiuiſſe, & ſic directe, & non iure fideicommiſſi, & ſic indirecte, permotus auctoritate cõtex. in l. duo fratres. in verſ. vlt. ff. de acquir. hæredit. Crauet. tñ in conſ. 197. n. 4. aſſerit, aditionem hæredi

9 tatis non præſumi in actib. dubijs, † qui poſſit ſe habere ad aditionẽ, vel affirmatiue, vel negatiue, ſed tũc tpis, ait, ſtãdum eſſe declarationi, non ſolũ hæredis ſed hæredis hæred. iuxta ſenten. Bar. in d.l. gerit col. 6. & 7. idẽ placuit Bal. in con. 306. vol. 3. & in conſ. 405. vol. 5. voluit Soc. ſen. in cõſ. 60. col. 6. vol. 1. & ſequutus eſt Rom in cõſi. 154. n. 2. cum alijs adductis per Crauet. vbi ſupra. quib. nouiſſime aſſenſit Manti. in ſuo tract. de coniectur. vltimar. volun. lib. 12. numer. 6. cum ſeq.

CONCLVSIO XXXXIV.

ARGVMENTVM.

Plurimi enumerantur modi, per quos probatur aditio hæreditatis, quorum etiam ſingulorum explicationem habes.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio bonorum, vel iurium hæreditatis alteri facta probat aditionem.*
2 *Volens conſequens, videtur etiam velle omne neceſſarium antecedens ad illud.*
3 *Acta contraria proteſtationi probant animum.*
4 *Proteſtatio filij volentis eſſe hæredem patris, & reſeruantis credita ſua, quomodo teneat.*
5 *Solutio æris alieni infert aditionem hæreditatis.*
6 *Aditio hæreditatis pendet ab animo noſtro.*
7 *Qui gerit actum contrarium, & nomen hæredis, habetur pro adeunte per indirectum.*
8 *Proteſtatio non tenet lege contrarium præſumente.*
9 *Ius proteſtationis tollitur per actum contrarium proteſtationi.*
10 *Quomodo procedat, & teneat proteſtatio.*
11 *Aditio hæreditatis quomodo inducatur, non obſtante proteſtatione.*
12 *Aditio non inducitur, ſi hæreditatis facta ſuit ſimpliciter.*
13 *Portio renunciantis accreſcit pro rata omnibus non renunciantibus.*
14 *Cedens iura, & bona hæreditatis non poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs.*
15 *Aditio probatur ex tranſactione hæredis cum legatarijs, vel creditoribus ſuper rebus hæreditatis.*
16 *Aditio probatur ex perceptione fructuum bonorum defuncti, & retentione instrumentorum penes ſe.*
17 *Statur declarationi cum iuramento percipientis fructus adierit, nec ne, & ſi ipſe perijt, iuramento hæredis ſui.*
18 *Aditio præſumitur ex eleemoſynis non neceſſarijs datis ex rebus defuncti.*
19 *Nemo poteſt largiri de alieno.*
20 *Eleemoſyna neceſſaria, quæ fiant defuncto, non præſumunt aditionem.*
21 *Celebratio exequiarum quare non probet hæreditatis aditionem.*
22 *Habitatio domus paternæ probat aditionem.*
23 *Vxor inſtituta hæres à viro per habitationem domus non præſumitur adire hæreditatem.*
24 *Pupillus per habitationem in domo hæreditaria non probatur adire, niſi per longum tempus habitet.*
25 *Pupillus, & tutor ſi ambo ingrediantur poſſeſſionem, & domum paternam, probatur ex hoc adire hæreditatem.*
26 *Habitatio domus obligata pro dote materna, non præſumit aditionem.*
27 *Per habitationem domus communis non videtur quis hæreditatem adire.*
28 *Habitans in domo communi cum ſocio cenſetur eam habitare propter ius, quod in ea habet, nec poteſt ſocius petere ab eo penſionem pro dimidia parte habitationis, ſi fuerit abſens.*
29 *Solutio debiti hæreditarij creditoribus hæreditarijs facta probat aditionem.*
30 *Quilibet poteſt ſoluere debitum alienum.*
31 *Actus ſolutionis huiuſmodi videtur eſſe ambiguus.*
32 *In dubio quis præſumitur ſoluere pro ſeipſo, non pro alio hominis grauato ſoluente.*
33 *Quibus ex actis inducatur aditio.*
34 *Acta aditionis à quibus fieri poſſint, & quomodo.*
36 *Filius ſi ſepeliat patrem, & iuſta ei faciat, non videtur animo adeundi id facere.*
37 *Donatio, & animus liberalis facile præſumitur in modicis.*
38 *Solutio alicuius modici debiti hæreditarij non inducit aditionem.*
39 *Modicum, & nihil, æquiparantur.*
40 *Adire dicitur, qui non ſoluit & in ſe creditum retinet.*
41 *Adire præſumitur, qui in tempore ſtatuto ad adeundum, vel repudiandum hæreditatem nihil fecit.*
42 *Adire videtur debitor teſtatoris inſtitutus hæres ſi in termino ſolutionis non ſoluit debitum.*
43 *Debitores raro ſoluunt in tempore non requiſiti, imo, vt experientia docet, etiam requiſiti ſæpenumero differunt.*

44 *Aditio non debet probari ex non ſolutione, ſecundum Bal & Corn.*
45 *Aditionem probari per receptionem debiti hæreditarij.*
46 *Hæreditatem adire videtur pater pro filijs, & ipſi filij, ſi diſtribuunt veſtes, vel mundum vxoris, vel matris charitatis erga Deum.*
47 *Aditio inducitur, ſi maritus mortua vxore det veſtes quotidianas pro anima ſalute.*
48 *Largiri nemo poteſt de alieno abſque furti crimine.*
49 *Veſtes precioſa, & magni pretij data vxori à viro, ei reſtituunt ſoluto matrimonio.*
50 *Veſtimenta data vxori à viro, ſi ſunt vilia, ſiunt mulieris, & quo ipſa diſtribuit hæreditatem adire videtur.*
51 *Statutum Mediolani quid diſponat in reſtitutione veſtis nuptialis, & precioſa.*
52 *Hæreditatem matris nam nomine infantis præſumitur adire vir, ſi dotem, aut vxoris hæreditatem per annum detinent.*
53 *Caſus prædictus dubius eſt per Doctores contrarium ſentientes.*
54 *Infantia dicitur fundamentum, & iuſtificatio aditionis, quando pater retinet bona vxoris pro infante.*
55 *Aditio hæreditatis probatur, quando pater feudum dotale poſſedit nomine filiorum.*

ADitio hæreditatis probatur tertio loco per ceſſionē bo-
1 norum† vel iurium hæreditaris alteri factā: nam niſi adi
ta hæreditate huiuſmodi ceſſio nō valeret l.ſi auia. C.de iur.
delibe.l.illud.l.gerit.ff.de acquir. hæredi.& notat Cranet. in
conſ.200.n.1.cum ibi allega. Socin.iun. in cōſ.107.n.1.vol.2.
Corn.in conſ.147.vol.1.& in conſ.236.diligenter conſideratis
2.col.lib.4.conſ.32.col.1.litera D.in conſ.211.in prin.& 3.
col.litera D.& in conſ.52.vol.2.& Socin.iun. in conſ.107.n.1.
2 vol.2.Et ratio eſt: quia volens cōſequens, videtur† ēt velle ōe
neceſſariū antecedens, quod eſt aditio, l.ad legatū. & l.ad rē
mobilē, ff. de procur.c.ſane de offic.deleg. & dicit Marant, d.
l.is poteſt n.56.ff.de acquir.hæred.Caſtr.in l.pactū quod dotali.
verſic.ſed ēt ſi non adijſſet, C. de colla.& in l.ſicut C. de
repud.hæred.Soc.ſen. in cōſ.34.vol.4.Bal.in conſ.304.vol.4.
vbi loquitur in caſu ſortiori & Alciat. in conſ.339.num.4.

Ampliatur, etiam ſi cedēs eſſet proteſtatus per illum actū,
3 non intelligere adire hæreditatem: †quia tamen per eundem
actum, qui neceſſario aduerſatur proteſtationi, probaretur
habuiſſe animum adeundi: cum illa ceſſio non potuerit fieri
citra ius, & nomen hæredis, vt idem reſpondit Soci. in d.cōſ.
107.nu.4.& ſeq.Rim.ſen.conſuluit in conſ.346.nu.17. vol.2.
Ancha.cauit in con.252.nu.3.& retulit Marao.in conſ.34.nu.
20.vol.1.& dicetur infra in concluſio.

Iſtis non diſſimulanter fuit aduerſarius Alciat.in cōſ. 344.
n.1.vbi dicit filium cedentem, vel dantem in ſolutum credito
4 ribus hæreditatijs cum proteſtatione† ſe nolle eſſe hæredem
patris; & cum reſeruatione creditorum ſuorum non eſſe hæredem,
quia iſtiuſmodi proteſtatio, eum adiuuat, motus per
text.in l.at ſi quis.§.pleriq; & in l.ſcriptus.vbi Bar.ff.de relig.
& ſumpt.fun.quem text. intelligunt Dd. procedere, etiam ſi
5 actus talis eſſet, qui alias hæreditatis aditionem inferret, †vt
ſolutio æris alieni, ſecundum Sali.Iaſ.& cæter.in l 2.C.de iur.
delib.& per Bar. & alios, in l.qui aliena.§ fi ff de acq.hæred.
Nec vllam vim facit, ſi diceretur quod tanquā contrarius deberet
præualere proteſtationi: quia iſtud nō procedit in his,
6 quæ pendent ab animo noſtro tantum,† vt eſt hæreditatis aditio
ſecundū Bar.in l.non ſolū, §.morte. ff.de oper.nou.nūc.
verſ.breuiter, & verſ.& tūc quæro, & in d.l.qui in aliena §.fi.

Hinc dicere ſolebat Cepha.in conſ.203.n.10.vol.2.vbicūque
quis gerit actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri nō
poteſt, licet gerat pro hærede, non tamen dici adiuiſſe recta
7 via, ſed† haberi pro adeunte per indirectum, & conſequentiā
illius actus, ad quem non permouetur potiſſimum ea mentē
atque conſilio, vt adeat & vt efficiatur hæres, & ſic actus ſemper
non fit ea voluntate, ſed eſt lex, quæ adeundi animū præ-
8 ſumit, †ideo merito proteſtatio lege contrarium præſumente
nō iuuat, ſecundom Caſtr.in conſ 264.incip. punctus de quo
quæritur, col.2.verſ.nam ille, qui fecit. vol.1.

Dicit etiam Soci.iun.in conſ.107.nu.2.vol.3.Non eſſe du-
9 bium quin† per actum contrarium proteſtationis tollatur ios
proteſtationis, ſed pro reſolutione contrariorum diſtinguen
dum eſſe. Quoniā aliquādo quis proteſtatur ſe nolle adire, &
adit, & tunc fortaſſe poſſet procedere, opinio Dd.tenentium
10 †illā proteſtationem adiumento eſſe.argu. d.l.qui in aliena.
§.Celſus.ff.de acqui hæred. Et ratio eſt: quia ille actus prote
ſtationi contrarius, id eſt aditio, per ipſum proteſtantem geritur,
& ab eius ſola voluntate pendet, & cum alio non communicatur:
vt tradidit Bar.quem ſequitur alij in eodē §.morte.
Aliquando vero poſt prædictam proteſtationem fit actus
per proteſtantem qui non poteſt fieri citra ius, & nomen hæ-
redis, & eſt actus qui cum alio communicatur, & geritur tamen
libere, & ex propria voluntate, nec aliquo timore: vt eſt
11 donare, aut cedere bona, vel iura hæreditatis,† & tunc non
obſtante proteſtatione præcedenti, inducitur aditio hæreditatis.
& à tali proteſtatione dicitur receſſum, vt docuere Bar.
& alij in l.pro hæred.§.Papinianus.ff.de acquir.hæredi.Bald.
in conſ.penul.& fi.vol.3.quam diſtinctionem ad verbum pro
bat Ruin.in conſ.157.nu.3.vol.3.

Primo limitatur, ſi ſimpliciter nulla facta mentione de do-
natione, aut ceſſione facta fuerit renūciatio hæreditatis: nam
12 †hoc caſu non inducitur aditio, ſed repudiatio, vt dicit Bar-
thol.Soci.in conſ.183.col.4.verſ.ſed tamen præmiſſi lib.2.cū
alijs adductis per Cranet.in relato conſ.200. vbi ait, quod li-
13 cet huiuſmodi renunciatio fieret vni tantum hæredi,† tamen
portio renunciantis pro rata omnibus non renūciantibus ac
creſceret.per l.ſi actionem.C.de pactis.& ibi Dec.in 3.no. &
Caſtr.in conſ.135.incipien.dubium facit.col.2. verſi.& ſi di-
catur, n 3 & in conſil.252.viſo puncto.col.1.lib.1.

Secundo limitatur concluſio, vt tantum procedat, vt ipſa
14 ceſſio rata fiat,† & non vt cedens conueniri poſſit à credito-
ribus hæreditarijs, vt ſentit Caſtr.in d.cōſ.252.quem expreſ-
ſe ſequitur Cranet. in eodem conſ.200.nu.2.

Quarto loco poteſt aditio probari, vt ſi quis inſtitutus hæ-
res tranſigat ſuper rebus hæreditarijs cum legatarijs, vel alijs
15 creditoribus: †nam ex hac tranſactione probatur adiuiſſe, vt
cōſuluit Bal.in cōſ.272.n.2. vol.5.ex rationibus per eū ibi al-
non repugnante prædicta ſententia poſſet iterum procedi
cõtra adulterum, & de adulterio condemnari, ad quod alleg.
tex. in l. ſi quis adulterij, C. de adult. quem notat Tiraquell. in
tract. ceſſ. cauſa. in verb. præſumptio. per alia ibi adducta. Huc
reſpexit vates ille feſtiuiſſimus Martialis, cum cecinit.

Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare poſſit:
Non nubis Proculina, ſed fateris.

Quod idẽ probatur per l. miles, §. licet, ff. ad l. Iul. de adult.
quod ſi abſoluatur adulter, itidem adultera erit abſoluenda,
ut uoluit Bapt. à S. Blaſ. in tract. de correl. n.29. Hipp. Marſ. in l.
ſi quis viduam, poſt num 23 io ſi. de quæſt. & eius condemna-
tio non nocet mulieri, ſed proficit abſolutio, ut placuit Iac. de
Belu. in pract. crim. tit. de lenonib. verſi.57.nu.26.

14 Tertio amplia, ut procedat concluſio, etiamſi † teſtentur
ſe conſpexiſſe ſolum uirum & mulierem occulte ſe deoſculan-
tes, uel amplexantes, Dec. conſ.577.n.12. Hipp. conſ.1.nu.45.
vol.1.& Campeg. d.reg.385. verſ.2. quia, ibi, & probatur for-
nicatio. fol.139. mihi, in paruis impreſſionib. Abb. in d.c. præ-
terea, gl.3. in l.1. de var. & extraord. crim. & ibi Ang. Sal. in l.
Gracchus, C. de adult. Aret. in tract. de malef. verſic. che hai a-
dulterato la mia donna, nu... Rol. à Vall. conſil.24.nu.6.vol.2.
Bar. in l.c.5.nu.2. ff. de adult. Ruin. in conſi.146.n.4.vol.4. Soc.
iun. conſi.32.nu.16.lib.2.& Grat. in conſi.50.n.4.vol.2.
Huic ſniæ optime congruit, qđ notat Bal. in c. tuę. de procur.
15 ubi † propter oſculum luxurioſum, uel ſi manus in papillas
immiſerit, probatur adulterium, alleg. c.1.& ibi gl. quib. mod.
* feud. amitt. quod axioma * omnes ſcribentes recentiores, &
maxime Dec. ſequuntur in rubr. C. de eden. Sed id, quomodo
ſit uerum, dicemus infra, in probatione, per oſculum.
16 Illud tamen limita † non habere locum in clerico ample-
xante mulierem, quia non præſumitur id cauſa adulterij face
re, ſed potius cauſa benedicendi, vel ad pœnitentiã cohortan
di, ut gl. in c. adſit.11.q.3.& Spec. in tit. de præſump. in princ.
Sed reprehenditur & reijcitur ab Abb. in c.1. de cler. non
reſid. & per Felyn. in c. præterea, de teſtib. & per Nic. Bell. in
repet rub. C. de eden. n.97. cum alleg. ubi refert Ang. dicentẽ,
A tali benedictione libera nos Domine.
Non omnino tamen eſt reijciendum illud, quod dr̃ de cle-
rico, præſertim ſi illa mulier eſſet uetula; minimum ſexagena-
ria, uel deformis, & turpiſſima, aut iſtiuſmodi, à qua criminis
adulterij ſuſpicio abeſſe poſſit, ut in ca.1.& ca.2. de cohabit.
cleric. & mulier. & in l. eum quem probabilem, C. de epiſc. &
cler. & intellexit Gul. de Bened. in repet. c. Raynutius, de teſt.
in verſ. duas habens filias, nu.208. alioqui falſam omnino gl.
illam arbitror, pręſertim ſi clericus ſit ſcholaris: quia tunc de-
prehenſus in iſtiuſmodi actu, non eſt probabile, illum ibi ad-
fuiſſe cauſa dicendi, Pater noſter, ut vtar uerbis Bal. in l. neq;
natales, C. de probat. etiamſi ille clericus eſſet religionis Mõ-
ris Carmeli, aut Montis Oliueti, & quantus maximus eſſe poſ-
ſet religioſus, quia ab huiuſmodi actibus omnino clerici ca-
uere debent, & frequenter inuiſere mulieres prohibentur,
etſi religioſæ & conſanguineæ ſint, c. peruenit, 18.q.2.& per
Gul. Benedicti in d. verb. duas habens filias, nu.209.
Quarto amplia, vt omnia ſupraſcripta procedant, etiamſi
17 huiuſmodi teſtes † viciſſim vnus poſt alium viderint adulte-
rantes per rimulam, Abb. in c. præterea, n.1. de teſtib. Crau. in
tract. de teſt n.187. fol.102. Nam licet ſimul non viderint, non
ex hoc dicuntur ſingulares, ſed ſimul vidiſſe, vt gl. in c. nihilo
minus.3.q.8.& de hac re vide Alber. de Roſ. C. de teſtib. l. te-
ſtiũ. n.9. Bal. in l. teſtiũ. C. de teſtib. Ang. in l. quærebatur. n.3. ff.
18 de teſtam. milit. Fulgoſ. in l. Aretuſa. n.1. ff. de ſtat. homi. qa † v-
bicunq; ordo vel viciſſitudo facti non permittit aliquid fieri
ſimul, ſed ſucceſſiue illud dicit̃ fieri ſimul, l. antiqui. ff. ſi pars
hæred. & l. Aretuſa. ff. de ſtatu homin. vt per Nell. à S. Gemin.
in ſuo tract. de teſtib. nu.187. & Sicul. in d.c. præterea. de te-
ſtib. Cyn. Bal. & Salic in l. teſtium, C. de teſtib. Ioan. de Imol.
in l. ſi pater captus. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.
19 Amplia huiuſmodi ampliationem, etiamſi † teſtis vnus aſſe-
rat admiſſum vna die, vel in vno loco; & alius, altera die & lo
co. Ita videtur ſentire Spec. tit. de teſt. §. iam de interrogato-
rijs, verſ. quid ſi vnus teſtis. Iaſ. conſ.11.vol.2. Cranet. cõſ.73.
n.3. Soc. iun. conſ.99.n.5.& 7.vol.2. Stephan. q.193. in addit.
In aliam tamen ſententiam deſcendit Ioan. Andr. in addit.
ad eundem Spec. vbi ſupra, n.17.& Grat. conſ.50.n.11.vol.2.
& nos infra dicemus, in probat. per teſtes.
Secundo amplia ſupraſcriptam quartam ampliationẽ pro-
20 cedere, etiamſi † huiuſmodi teſtes eſſent domeſtici: nam ſi ac-
cuſatur maritus vel vxor de adulterio, adulteriũ probari po-
teſt per ipſos teſtes domeſticos: quia huiuſmodi delicta ſo-
lent fieri clam, & occulte, & non coram multis, vt l. conſenſu.
ff. de repud. & Albe. de Malet. in tract. de teſtib. n.67.c.2. ita ẽt
tenet Socin. conſil.17.no.5.vol.1.& Grat. conſ.50.n.5.vol.2.
Limita ſupraſcriptam concluſionem, & eius ampliationes
non procedere, quando agitur criminaliter, quia tunc ex ſimi
libus non probatur adulterium, ſed ſolum, quoad ſeparatio-
nem thori, vt per Mattheſ. ſingul.119. Corn. in conſ.192. lib.4.
21 Cranet. conſ.205.nu.20.& 21. quia † in criminali, ſtante dicta
probatione, opus eſt, vt eruatur veritas ex ore vxoris vel vi-
ri adul-

terantis,qui ſi perſtiterint,& negauerint in tormentis,abſol-
uendi ſunt,Bal.in conſi.427.uol.5.& Roman.conſil.451.

CONCLVSIO LX.

ARGVMENTVM.

Adulterium nunquid probetur ex pernoctatione mulieris extra domum mariti.

SVMMARIA.

1 *Adulterium probatur ex pernoctatione mulieris extra domum mariti,& debet dotem amittere.*
2 *Adulterium non probatur ex pernoctatione mulieris extra domum viri per ipſum eiecta,nec ex hoc ipſam repudiare poteſt.*
3 *Adulterium non probatur,ſi mulier palam viro ſciēte extra domum pernoctauerit. Suſpicio ſiniſtra ceſſat in his,quæ palam fiunt ſecus ſi clam: quia ſuſpicio arguitur, ibidem.*

1 ADulteriū probatur ex eo,quod † mulier pernoctauit ex-
tra domum mariti,l.conſenſu,§.vir quoque pari fine, C.
de repud.Aut ipſo inuito,inquiunt Impp.Theodoſ.& Valen-
tin.ſine iuſta aut probabili cauſa foris,ſcilicet pernoctantem.
Felyn.in c.præterea,de teſtib. & ante eū Aug.in §. minores,
de nupt.in auth.Dec.in conſ.577.n.10. Boer.in q.297.n.9.ſe-
quitur Menoch.in conſ.31.n.21.& vide Alciat. reſpon.25, in
fi.Bald.in conſ.221.nam quandoque.lib.2.vbi conſuluit,ex ſo
lo diſceſſu à marito uſq; eo mulierem in adulterij ſuſpicionē
incidere,ut illi ſit dos amittēda.Et Grat.in conſ.50.n.1.uol.2.
2 Primo limita concluſionem non procedere,quando † uir il
lam extra domum eiecerit,& illa pernoctauerit apud propin
quos,imo etiam apud extraneos,quia cū ſibi ipſi cauſam de-
derit,mulier excuſatione digna eſt,nec poterit ex hac perno
ctatione dare libellum repudij.Gloſſ.in d.§.uir quoque.& eſt
text.in §.quia uero plurimas,.in authent.ut lic. matr. & aui.
collatio.8.& ſequitur Crau.cōſ.205.n.50.uerſ. ruſus illa lex.
Secundo limita,quādo mulier ſic pernoctaſſet, ut inde ex eo
3 poſſet tolli huiuſmodi ſuſpicio,ut ſi nō exiuiſſet clam,ſed † pa
lam,& ſciēte uiro:nā tunc ceſſat ſiniſtra ſuſpicio;ex his enim
arguitur ſuſpicio,quæ fiunt clam,l.1.C.de interdi.matr.iuxta
illud,Qui male agit,odit lucē.Et itidem,quę palā fiunt,tollūt
omnē ſuſpicionem, ut in hac hypotheſi ſapienter conſuluit
Crauet.de cōſ.205.n.4.uerſ.ad hæc ſi exiuiſſet, ubi adde l.nō
exiſtimo. ff.de adminiſt.tutor.& l.fi.ff.de rit.nup.Cyn.& Bal.
in l.nemo,C.de ſacroſanct.eccleſ. & alia,p totū, ubi pulchre
examinat iſtā cōcluſionē,& declarat context.in d.l.cōſenſu.

CONCLVSIO LXI.

ARGVMENTVM.

Adulterium an probetur ex deprehenſione viri in domo mulieris formoſa.

SVMMARIA.

1 *Adulterium probatur ex eo,quod quis inuenitur in domo alicuius, vbi eſt pulchra mulier,& quando procedit.nu.3 & contra quem nu.7 & 8.*
2 *Pulchritudo habet multum in præſumendo libidinem,hinc inde mulier formoſa vix poteſt caſte viuere.*
3 *Pulchritudo cum pudicitia litem quaſi perpetuam habent adinuicem.*
4 *Filius non tenetur regulariter dotare matrem, tamen ſi mater ſit pulchra & pauper poſſet dici teneri ne labatur in impudicitiam,& nu.5.*
5 *Tria ſunt ſuſpecta ad libidinem in muliere, iuuentus. pulchritudo. & paupertas.*
6 *De guſtibus non eſt diſputandum,quia vni formoſa alteri deformis eſt mulier.*
7 *Sententia tot,quot homines:& quot capita,tot ſenſus.*
8 *Homo ſæpe ingreditur domum ſine voluntate mulieris.*
9 *Sanguinis coniunctio tollit præſumptionem ſiniſtram inuenti in domo mulieris.*
10 *Inuentus in domo mulieris de die ingreſſus ex cauſa,quæ poſſit ſuſpicionem tollere, eam tollit.*

1 ADulterium porro probari ex eo, quod † quis inueniatur
in domo alicuius,vbi eſt pulchra mulier,docuit Bar.in l.
2.ff.de furt.in princ.& Abb.in c.præterea, de teſt.& c.literis,
de præſump.Lucas de Penna in l.quemadmodum,C.de agric.
& cenſit.lib.11.verſi.62.Bald.in l.falſus, in 4.oppo.ff.de furt.
Abb.in c.cum non ab hoīe,col.5.verſic.imo plus dicit.de iud.
Angel.Aret.in tract.maleſ.in verb.fama publica præcedente,
col.5.verſ.quæro,an vnum indicium. Paris de Put.in tract.de
ſyndic.in verb.officialis offenſa,per totum,Gulielm.Bened.in
repet.c.Raynut. in verb.duas habens filias, num.209.de teſt.
Dd.in c.3.loco,n.13.de prob.& Campeg.d.reg.385.verſic.6.
probatur.Soc.iun.conſ.32.n.16.Huic opinioni non ſe ſubſcri-
ſit Abb.in d.c.3.loco,de prob.& in c.3.loco, de præſump.col.
2.n.4.cui ſniæ Abb. aſſenſit Aret.in c.præterea, el 2.de teſt.&
eundem ſequutus eſt Dec.in d.c.3.loco,n.59.de prob.ea rōe,
quod vir potuerat ingredi domum mulieris, ipſa ignorāte,&
probata ignorantia mulieris,non eſt dubitandum de veritate
iſtius opinionis Abb.Verū ſi dubitetur,an inſcia,vel ſcienter
ipſa ingreſſus fuerit iuuenis, tunc attendenda erit qualitas
mulieris,& iuuenis,& ſecundum eam iudicandum,vt docuit
Dec.in loco iam allato,n.59.& ſtatim dicemus in 1.limit.
Sed inſpiciendum eſt ad Bar.nō tm̄ loquentem de muliere,
2 ſed de pulchra muliere,quia † illa qualitas pulchritudinis mul
tum momenti hēt ad præſumendam vtrinque libidinem.Tum
quia mulier formoſa vix pōt caſte & incorrupte vitam dege-
3 re; pulchritudo † enim cum pudicitia bellum inter ſe exitia-
le,inexpiabile,& internecinum gerunt,adeo vt lis inter vtrā-
que prope perpetua ſit, vt canit Ouidianus ille Paris:

Lis eſt cum forma magna pudicitia.

Et id genus alia multa annotauit Tiraq. de legib.connubia
lib.l.2.n.6.quocirca concluſio fortaſſis locū ſibi vendicare nō
poſſet,qn̄ vir eſſet deprehenſus in domo mulieris deformatę,
ut ſentit idem Tiraq.ad d.l.2.nu.9.à quo non vr̄ diſſentire,qđ
ante eum eleganter ſcripſerat Bald.Nouel.in tract.de dote,in
4 6.p.16.ſpecia.col.2.in fi.vbi in eam deuenit mentem,etſi † re
gulariter filius non teneatur dotare matrem,per iura ibi alle-
gata,tm̄ ſi mater ſit iuuenis,pulchra,& pauper,dicendum eſt,
filium poſſe compelli, ne labatur mater in impudicitiam.Vn-
de ibi Bal.Nouel.ad ſuſpicionem libidinis ponderat hęc tria,
5 † iuuentutem,pulchritudinem,& paupertatem. Et idem ſen-
tit Guliel.de Cu.in l.1.de inoff.dot.ibi,aſſerens,non cogi filiū
dotare matrē,ēt pauperē,niſi & pulchritudinis qualitas adſit.
Veruntamen vſus rerum optimus magiſter in aliam ſniam
deſcendere nos docet. Etenim vſque eo inexplebilis homi-
num libido prorupit,ut & in fœdiſſimas mulieres cupiditatis
ignes euomant,nec vllum fere diſcrimen conſtituant formo-
ſæ,ne an deformes ſint mulieres. Huc alluſit auctor ille Græ-
cus Stob.c.5.cum cecinit in hanc ſententiam:

Neque enim, quod deforme eſt,caret ſuſpicione.
Neque intemperans eſſe,quæcunque formoſa eſt, ſolet.
Quædam enim eos,qui ob formam multa largiuntur,
Non ſequitur: multas vero & mulieres videre,
Non pulchras aſpectu,coeuntes inſatiabiliter,
Et his,qui eis vtuntur, multa gratis offerentes.

Ex quibus facile colligere poſſumus, deformatas mulieres
adulterij ſuſpicione non carere,& eo vſque progredi,vt cum
hæ gratis ob deformitatem minime ſolicitentur, pretium libi
dinis ultro uiris offerre, ſua & maritorum bona in eam rem
profundentes.De quibus etiam conqueritur Ezechiel,ca.16.
Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti
cunctis amatoribus tuis,& dona dabas eis,vt intrarent ad te
vndique ad fornicandum tecum.Et Oſeas,c.4.Ephraim mu-
nera dederunt amatoribus ſuis.Idque potiſſimum faciūt de-
formes,& anus,vel teſtimonio Ariſtophan.Teſmophor.

Ἡ δ᾽ ἄρα τις δίδωσι μοιχῷ γραῦς γυνή

Quid igitur mirum, ſi cum ea ſit mulierū effrenata libido,
ut nec liberis,nec parentibus,nec patriæ, nec rebus ſacratiſſi-
mis,vt ſuæ cupiditati indulgeant,parcere ſoleant,deformi ēt
adulterio ſe contaminent? nec ab illis viri ſe abſtineant?Præ-
ſertim cum ea ſit vis amoris,ut quæ vni formoſa,alteri defor-
mis videatur.Facit enim amor ob oculos puluerē amantibus,
vt non facile uideant,quæ amori reluctātur. Illæ enim ſunt a-
moris ſummi vires, quæ uerrucas & næuos etiam in ijs, quos
amamus,commendant. Ij præterea ſunt amoris ingentes im-
petus,ut animi ijs rebus pelliceantur,quibus abſterreri pluri-
mum deberent.Hæc cā Platoni perſuaſit,ut amorem magnum
ac veneficum appellaret.Vnde hic optime congruit,quod de
Gryllo Vlyſſis ſocio legimus, quem Circe in ſuem cōmutarat.
Is enim beneficio Vlyſſis in priſtinam formam reſtitutus, non
deſijt in clamare,ſecum actum infeliciter, quod in hominem
rediſſet, qui tam ſuauiter antea in ſue viueret. Turpis enim
illius amoris vis ita in animum tyrannidem exercebat,ut ne-
que homini redditus humane ſapere cœperit.Iſtiuſmodi ſunt
illi,qui amoris œſtro perciti,mulieres Therſitæ faciem habē-
tes deperiunt:facilius enim clauum(vt aiunt) Herculi extor-
ſeris,quā illos ab illa inſania auerteris.Qua in re clare liquet,
nihil eſſe verius,quam Virgilianum illud in Bucol.Eclog.2.

Trahit ſua quemque voluptas.

Non enim omnibus idem eſt ſtomachus,& vt Homerus ille
cecinit Odyſſ.14.

Denique

Digitized by Google

Denique non omnes eadem mirantur, amantque.
Atque Litanus ſeruus apud Plaut in Aſinaria:
Non omnia eadem æque omnibus, he e, ſuauia eſſe ſcito.
Et Plin.lib.25.c.54. cum dicit, non eadem omnibus amara eſ-
ſe, aut dulcia. Variæ enim ſunt hominum voluntates, vt reſpō-
dit Vlp.in l.quia poterat, §.non enim, ff.ad Trebel. c quia di-
uerſitatem, in prin.de conceſſ.præb & ibi glo 1. & glo in c.ſo
per literis, ibi, & diuerſitatem corporum, de reſer. Et ꝓpterea
6 † de guſtibus non eſt diſputandum, eo qđ † tot ſint ſententię,
7 quot capita, vt eſt in prouerbio, c.ſicut in ſacramentis, § itē ſi
poſſet, de conſecr diſt 4 ibi, tot diuerſitates opinionū forſitā
inuenirētur, quot hoīes numerētur, & gl ſup verb opininnū,
& glo & Dd in c ſuper literis, de reſcri. & de conceſſ præb.
Et illud Ouidij: *Pectoribus mo es tot ſunt, q o in orbe figura.*
Sed tamen ſinamus, vt D Paulus monet ad Romanos 14. in
ſuo quenque ſenſu abundare. Nos inſtitutum, & inceptum
perſequamur iter.
Limita igitur, vt procedat concluſio, quoad delictum atten
tatum ex parte iuuenis, non autem ex parte mulieris Eſſet
enim abſurdum, & abſonum, ſi tantummodo ex illo ſolo actu
venerea coniunctio probaretur ex parte mulieris, vel delictū
8 perfectum ex parte iuuenis. Renitente † namque, & inuita
muliere ſępenumero ſolet quis ingredi, vt experientia docet.
Ita per Aret.in c.præterea, col.1.nu.5.de teſt. Abb. in c tertio
loco, nu.10.de prob. & in c cum non ab homine, nu 19 ver.
imo plus dicit de ind Diligenter tamen eſt inquirenda qua-
litas iuuenis, vt ſuſpicari poſſimus, qua ex cauſa lateret in do
mo, vt ꝓ tex in d c pręterea, in ſi in ver etenim, quem ad hoc
pōderat ibi Aret d nu 5. pro iſta limitatione faciunt pulchre
dicta per Ioſeph. Fontan. in conſ. crimin. lib 2 conſ 97 cū ſeq.
9 Secundo limita concluſionem, quando inuenti † in domo
alicuius mulieris, eſſent coniuncti aliqua cōſanguinitate, vel
affinitate cum illa, nam tunc abſque dubio tollitur omnis ſini
ſtra præſumptio contra illos repertos, vt conſuluit Ioan de
Amicis, in conſ 127 col fin verſ. item fuit probatum, per tex.
in l.non ſolum, § 1 & notat ibi glo ff de ritu nupt. & in l pen.
§. ſi vero pater, vbi & glo C de adopt.
10 Item idem procedit, quando † repertus in domo introiuit
interdiu ex cauſa, quæ poſſit tollere huiuſmodi ſiniſtram opi-
nionem, vt ſi inueniſſet puerum filium illius mulieris in via
plorantem, illumque capiēdo deportaſſet intra domum illius
mulieris, quia tunc ceſſat præſumptio concluſionis noſtræ,
glo.in l.1.C de ſicarijs, & Ioan. de Amicis, in d conſ 127. ver-
ſic. item fuit probatum.

CONCLVSIO LXII.

ARGVMENTVM.

An adulterium per auditum probetur.

SVMMARIA.

1 Adulterium probatur per auditum copulæ, vel commiſtionis ex tenui pariete, cortina, vel pallio in nocte.
2 Probatio viſus, quando non poteſt haberi in occultis, auditus, concurrente fama, habetur pro plena probatione. Vide contra, num. 3
3 Adulterium, ſodomia, & ſimilia, nedum non poſſunt per auditum probari, ſed nec etiam per aſpectum, quia directo probari non poſſunt.
4 Teſtis de auditu auditus nihil probat, etiam de auditu confeſſionis adulteræ.
5 Probatio de auditu per ſe ſola non ſufficit, etiam concurrente fama ad probandum adulterium, vt ſeparetur matrimonium, niſi alia adminicula, vt amor, vel amplexus, & ſimilia concurrant.
6 Singula ſi non proſunt, multa iuuant.
7 Copula non probatur, deficiente aliquo ex prædictis, niſi tractaretur de præiudicio magno diſſoluendi matrimonium, ſed de impediendo ſufficerent.

1 ADulterium inſuper probatur per auditū, vt † ſi teſtes de-
ponant, ſe turpis illorum concubitus ſonū auribus hau-
ſiſſe, vt ſi tenuis paries erat intermedius, vel nocturno tēpore
poſt cortinam, vel aulæam, qua lecti obducuntur. ſtetiſſent. &
nefando complexu venereoque coitu iungi audiuiſſent, ver-
baque huiuſmodi ſcelus detegentia percepiſſent: nam † tunc
ſi probatio aſpectus haberi non poterit, iſta probatio audi-
tus, concurrente fama, habebitur pro plena probatione. Ita
ap.in alleg.53.nu 3 & Feder Schenck, in tract de teſtib.nu.
.tom.13.fol 38.& Campeg.tract.de teſtib reg 385. verſic.
ito probatur, fol.mihi 159.in paruis impreſſionib.& verſ.
tex.eſt, & ibi Abb. in c.præterea, de teſtib vbi plene de
hoc ſcribentes, & per Bart.l.s ff.de furt.& in l.capite quinto,
ff.de adult.& Abb.in c.literis, de præſumpt. & alia alleg. per
Corſ.in repert.Abb.in ver.teſtis, & plura per Alex. conſil.24.
col.3.verſ.nec obſtat, quod iſte teſtis, vol.2. Anch.c.præterea,
nu.4.de teſtib.Ruin.conſ.71.nu.2.vol.3.
Cum iſtis tamen non congruit Roland. à Valle, in conſ.5n.
3 nu.3.vol.1.vbi dicit, † ſodomiam, adulterium, & ſimilia ne-
dum non poſſe probari per auditum, ſed nec etiam per con-
ſpectum, cum directo probari non poſſint, & Hippol.Marſil.
conſ.28.nu.5.
Et animaduertas, nos dixiſſe de auditu venerei cōplexus,
4 & coniunctionis: nam ſecus eſt, quando † deponunt de audi-
tu auditus, nempe quod ab alijs audiuerint, quia tunc nihil
probant, vt Dd.& glo.in c.præterea, de teſtib. vide Butr.in c.
præterea, nu.9.de teſtib.lib.5.par.2.
Etiamſi deponerent de auditu cōfeſſionis adulteræ, vt Iaſ.
in conſ.22.nu.3.vol 1.
Adeo vt nec huiuſmodi probatio de auditu per ſe ſola ſatis
ſit, etiam concurrente fama ad probationem adulterij, vt di-
rimi poſſit matrimonium, vt d.gl. & Dd.in d.c.præterea. Sed
5 † neceſſe eſt, vt cum teſtimonio, & fama concurrant alia admi
nicula, vt amor, riſus, iocus, miſſio nuncij, tactus, cohabitatio,
amplexus, oſculum, & ſimilia, quibus omnibus concurrentib.
forte ſufficerent, vt inter coniuges fieret diuortium, vt ſentit
6 Fel.in d.c.præterea, nu.3. Nam † quando nō proſunt ſingula,
multa iuuant, vt in c.literis, de pręſum.& c.cū cauſā, de prob.
l.rationes, & l.exēplo, C.de prob. Ouid.de remedio amoris:
Forſitan hæc aliquis, nam ſunt quoque, parua vocabis:
Sed quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.
* Afflict.deciſ.13.nu.24.& eſt communis *opinio, vt atteſtatur
Felyn.in d.c.præterea, nu.5.
Sed altero iſtorum deficiente, non eſſet probata coniūctio,
7 niſi † vbi non tractaretur de tāto præiudicio diſtrahendi ma-
trimonium, ſed quando ageretur de impediendo, ſufficerent:
vt ſi quis contrahere volebat matrimonium cum aliqua, &
obijciebatur, id fieri non poſſe, quia ille cognouerat conſan-
guineam illius, cum qua matrimonio iungi volebat: nam tūc
ſufficit leuis probatio vnius teſtis, vel ſola fama ad impediē-
dum matrimoniū, glo.in d.c.præterea, de teſt.per c.præterea,
de ſponſ.& c.ſuper eo.de cōſanguinitate. Quod ſi intelligere
exoptes, qūo probetur adulteriū tam ad matrimoniū ſeparā-
dum, quàm impediendum, quàm etiam ad omnē pœnam im-
ponendam, conſulas Lap.vbi ſup.alleg.53 & alios, referentē
Aegid.Boſſ.tract.crim. tit.de rap.mulieris, nu.11.& ſeq.

CONCLVSIO LXIII.

ARGVMENTVM.

An ad excludendum matrimonium per rumorem probetur adulterium.

SVMMARIA.

1 Adulterium probatur per ſolam famam, ad impediendum matrimonium.
2 Adulterium per famam probatur, quoad thori ſeparationem, concurrentibus teſtibus de auditu coitus ex tenui pariete.
3 Adulterium probatur per præſumptionem violentam cum fama.

1 ADulterium itidem probatur etiam per ſolā famā quo† ta-
men ad impediendū matrimoniū, nempe ſi quis contra-
here volebat cū aliqua, & illi obijciebatur, ſe adulterio cōta-
minaſſe cū illius cōſanguinea: nam tunc, ſi de eo rumor eſt, im
peditur illud matrimoniū. Ita Bal.in c.pręterea, de teſtib.n.8.
& gl.ibi, ꝑ c.pręterea, de ſpōſ.& c.ſup eo.de conſang. Cāpeg.
tract.de teſt.reg.385.qūo, & qualiter, ver. tertio probatur.
2 Amplia, vt etiam probetur, quoad † ſeparationem thori, vt
ſentit ipſamet gl.in d.c.præterea, vbi illud præterea ſubiūgit,
probari etiam quoad ſeparationem matrimonij, dummodo
concurrāt teſtes de auditu coitus, nēpe ex tenui pariete, &c.
* vbi ſupra diximus. Et iſtam glo.ſequuntur omnes * communi-
niter ſcribentes, vt atteſtatur Aret.in d.c.præterea, & Innoc.
3 ibid. inquit, per † præſumptionem violentam cum fama pro-
bari adulterium, arg.32.q.5. quem refert, & ſequitur Luc.de
Pen.in l.quemadmodum, C.de agric.& cenſit.lib.11.verſ.60.
præſumitur. Alex.conſ.189.n.10.uol.6.Io.de Amicis, cōſ.127.
uerſ.facio tertiā concluſionē, & Petr.de Barbo.de Padua.cōſ.
96.o.1.inter cōſilia criminalia, & 8. ac per totum, ac Io.Crot.
in tract.de teſtib.par.4.uerſ.quarta concluſio, nu.55.& ſeq.

Digitized by Google

CONCLVSIO LXIV.

ARGVMENTVM.

Nonnulli alij modi connumerantur, quibus adulterium poteſt probari.

SVMMARIA.

1 *Adulterium probatur per teſtes, dicentes, vidiſſe mulierem à viro oſculari, vel manus ad mammas apponi.*
Quod ex præparatorijs probatur, & ibi præparatoria quæ ſint.
2 *Mulier an per oſculum luxurioſum amittat dotem, ibi remiſſiue.*
3 *Adulterium probatur per oſculum luxurioſum.*
4 *Intelligentia verborum in rebus venereis, ibi remiſſiue.*
5 *Adulterium probari non ſolum concubitu, oſculo, immiſſione manuum in mamillas, ſed per quamlibet actum inhoneſtum.*
6 *Clericus oſculans mulierem, præſumitur facere bono zelo.*
7 *Adulterium probatur, ſi mulier, vel vir in eo deprehendatur.*
8 *Deprehenſio in adulterio non ſufficit ad illud probandum.*
Deprehenſa exponitur, id eſt, conuicta, ibid.
9 *Deprehenſio in adulterio inducit ex eo infamiam.*
10 *Adulterium manifeſtum quibus modis dicatur probatum.*
11 *Adulterium probari per collocutionem viri, & mulieris, & quomodo, vide per totum.*
12 *Adulterium probatur per confeſſionem adulteræ vide ibi contra.*
13 *Adulterium non probatur confeſſione adulteræ, vel adulteri, maxime impuberis, vel carentis genitalibus.*
14 *Impubes, vel carens genitalibus, naturaliter non poteſt adulterium committere.*
15 *Confeſſio de eo, quod eſt contra naturam, non valet.*

ADulterium quinimo probatur, ſi teſtes deponant, ſe vi-
1 diſſe † mulierem à viro deoſculari, vt per Roland. à Val
le in conſ. 59, n. 2. vol. 1. vel in teneris manus immiſcere papil
lulis, vt ille vates Pontanus cecinit lib. 1. Amor. in Anton. ci-
ned. vt per Bal. in c. tuæ. de procurat. per c. 1. & ibi gl. tit. quib.
mod. feud. amitt. & Bart. in l. c. 5. ff. de adulter. & videtur ſenti
re Deci. in rubr. C. de eden. nam ex præparatorijs adulterium
probatur. Marc. Blanc. tract. de indicijs, nu. 69. to. 15. fol. 157.
& quæ ſint præparatoria, ſiue præludia adulterij, docuit Ac
curſ. in l. quod ait lex. de adulter. ſuper verbo, in ipſis, alleg.
Ouid.

Viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum.

Et dixit Blanc. d. tract. n. 69. fol. 157. vbi cadit illa quæſtio,
2 an per † oſculũ luxurioſum mulier amittet dotem, de qua vi-
de ibi per ſcribentes, & plenius per Bello. per totum. Et quod
3 per oſculum † probetur adulteriũ, ſentire vr̃ Marc. Ant. Blãc.
in repet. l. fi. ff. de q. nu. 69. verſ. præparationes, vbi adducit gl.
in l. quod ait lex. & ibi ẽt Bar. ff. de adult. licet referat opinio-
nem Budæi in ſuis annotationib. ſecund. annot. 35. aliter ſen-
4 tientis, vbi declarat, quõ intelligenda ſint † illa verba, in reb.
venereis: quem ẽt ſequitur Ioſeph. Fontanel. inter conſi. crim.
lib. 2. conſi. 97. nu. 22. & ſeq. & pro concluſione ſentit Bart. in
l. 1. C. de extraor. cri. Grat. in conſ. 115. n. 9. vol. 1. vbi plus di-
5 cit, adulterium † probari non ſolum per concubitum, oſculũ,
manus ad mamillas poſitas, ſed per quemlibet alium actum
inhoneſtum, vt etiam dicit voluiſſe Dec. in rub. ext. de indic.
col. 2. & latiſſime ita ſentit Dida, epito. 2. part. c. 7. §. 6. n. 3. vbi
vr̃ tenere cum Bello. qđ per oſculũ & amplexũ non videatur
conuictam de adulterio, dicens, ex his vitã agere impudicã.
6 Limita concluſionem nõ procedere in † clerico oſculante
mulierem, quia præſumitur diuino adductus amore facere, &
cã benedicendi eam, c. abſit. 10. q. 3. & Alex. in l. 1. ff. de var. &
extraord. crimin. & Ang. Aret. de malef. verſi. adultera. 2. col.
& Bald. in l. quid ergo, §. ſi hæres, ff. de leg. 1. idem docet Abb.
in c. 1. de cler. nõ reſid. cum declaratione tñ ibi per eũ poſita.
7 Hinc etiam dicitur, adulterium probari, ſi † mulier ſiue vir
fuerit deprehenſus in adulterio: nam eo caſu non eſt opus, vt
teſtis probet adulterium, ſufficit enim probare, ipſam fuiſſe
deprehenſam in adulterio. Ita Hoſt. & Abb. in c. tua fraterni-
tas, de adult. nu. 2. & Ant. de But. ibid. nu. 2.
Ab hoc diſſident gl. & Ant. de But. ſibi contrarius in c. ex li-
8 terarum, de eo qui dux. in matr. quam poll. dicẽtes, non † ſuf-
ficere deprehenſionem, quia illa facit tantũ indicium, ideoq;
ibid. gl. exponit deprehenſam, id eſt conuictam, & bene, iux-
ta text. in l. 1. & ibi Bart. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. verunta-
9 men quę in adulterio † deprehenſa eſt, quaſi publico iudicio
damnata eſt, vt reſpondit Vlpi. in l. palam. §. ſi. ff. de rit. nupt.
de quo vide eũdẽ But. vbi ſup. & vr̃ ſentire idem Abb. in c. cũ
nõ ab hoĩe, n. 19. de iud. ſecundum diſtinctionem ibi poſitam.
10 Adulterium itidem manifeſtũ dr̃ probatum, vbi † conſtat,
mulierem à marito proprio diſceſſiſſe, & alicui publico con-
cubino adhæſiſſe, vel habere virum alium in domo, menſa, &
lecto, vt in c. tua. c. fin. de cohab. cleric. Abb. in c. intelleximus,
n. 6. de adult. vel ẽt, ſi frequẽter viros in ædes ſuas accedere,
vt cum illis adulterij cã ſe commiſceret, permittebat, facit l.
palam. ff. de rit. nupt. & quod not. in c. diœceſi, de vſur. & mul
ta per Petr. Barbo. inter conſi. crim. conſi. 96. lib. 1. & ſi inuen-
tæ fuerint penes illam mulierem literæ amatoriæ. Ita Pariſ.
conſi. 54. n. 64. vol. 4. per l. nõ epiſtolis, C. de probat. cum alijs
11 per eundem allegatis. Quinimo ẽt † per collocutionem viri
& mulieris probatur crimen iſtud, dum tñ ſit præmiſſa trina
monitio, nempe à marito mulieris, ne cum illo colloqueretur,
vel ipſi viro, ne cum vxore ſua itidem colloqueretur: nam ſi
poſt huiuſmodi trinam monitionem inuentus fuerit ipſum cũ
illa colloqui, poterit in ipſum animaduerti. Ex tali enim actu
oritur maxima & violenta præſumptio adulterij. Iaſ. in l. tran
ſigere, n. 5. & 6. C. de tranſact. & Panorm. in c. 3. loco, col. pen.
de probat. & Angel. Aretin. in trac. malef. in verſ. che hai adul
terato la mia donna. col. 5. verſ. an patre. Et eo magis iſta pro-
cedunt, quando huiuſmodi collocutio facta fuerit in loco ſe-
iuncto atque ſecluſo, vt Alexand. reſpondit conſi. 189. nu. 10.
vol. 6. & in auth. ſi quis, C. de adul. Luc. de Penn. in l. quemad-
modum, C. de agric. & cenſit. lib. 11. verſi. 61. & §. is quoque,
auth, vt liceat mat. & aui. collat. 8. facit c. ſi quiſquam, de coha
bit. cleric. & Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies, n. 4.
Quod in dubio crederem eſſe verum, ſi probaretur conſue
tudo adulterandi contra inuentum, vt per Rom. conſil. 167.
nu. 7. & 8. ſemel enim adultera, ſemper præſumitur adultera,
Angel. in auth. de teſt. & ea quæ par. §. ſi. col. 4.
12 Hic etiam addas, quod † ſi adulter vel adultera fateretur
adulterium, diceretur adulterium probatum per huiuſmodi
confeſſionem, iuxta ſententiam Aug. Bero. q. 84. nu. 7. & Ma-
rian. Soc. conſi. 32. nu. 17. cum ſeq. lib. 2.
13 Diſſenſit † tamen ab iſtis Rom. conſi. 167. Iaſ. conſi. 22. vol.
1. Pariſ. conſi. 137. nu. 28. & 29. vol. 4. Franc. Herc. in tract. de
proband. negat. nu. 198. verſ. 14. fallit. & Laurent. Syluan. cõſ.
80. num. 41. vol. 1. per ibi adducta.
Et hæc poſterior opinio eo magis procedit, quãdo confeſ-
ſio fuiſſet facta ab impubere, vel carente genitalibus qa tunc
14 nõ valet, ex † quo naturaliter hoc cõmittere nequit, c. ſedem.
de frig. & maleficiat. c. quãdo pro aliquo. pen. de diuor. cap. 1.
de delict. puer. & l. ſi minor. 25. annis. ff. de adult. Nã huiuſmo
15 di cõfeſſio eſt facta de eo, quod † eſt cõtra naturam; nil mirum
igitur, ſi irrita eſt, l. cõfeſſionib. & l. ſeq. §. fi. de interrog. actio.

CONCLVSIO LXV.

ARGVMENTVM.

An teſtes, vnus de vna die & loco, alius de alia deponens, adulterium probent; vbi etiam intelliges nonnullas alias adulterij probationes.

SVMMARIA.

1 *Teſtes dicentes adulterium commiſſum vna die & loco: alter alia die & loco, tamen probant adulterium.*
2 *Teſtes videntes viciſſim vnus poſt alium per rimulam & foramen, virum & mulierem commiſcentes, dicuntur conteſtes, & probant. & quare, & ibi vide contrarium.*
3 *Teſtes non reducuntur ad concordiam, quando per diuerſitatem actuum non remanet integra probatio, vt probent, ſed vt euitent periurium, & id, ſi probatio ſit æquiuoca, ſecus ſi ſuper quolibet actu integra remanet probatio, tunc ſit, vt probent, & euitent periurium*
4 *Cautela, vt teſtes in probatione adulterij nunquam poſſint conuenire.*
5 *Adulterium poteſt probari per cõnatum ad illud committendum, & ibi, per quæ indicia probetur remiſſiue. Vide contra in num. 7.*
6 *Teſtes vidiſſe dicentes tales ſe adulterantes per ſpeculum, & tunc cognouiſſe, non probant.*
7 *Adulter non poteſt teſtificari pro ſua amaſia, neque pro alio extraneo, ſi manifeſtus, vel de eo crimine condemnatus eſt, quia eſt infamis infamia facti.*
8 *Teſtes deponentes verum eſſe, talem commiſiſſe adulterium, tenentur etiam non interrogati reddere rationem, quia probant, & ſi non fuerint interrogati de cauſa ſcientiæ, ibid. quomodo procedat.*
9 *Teſtes ſuper adulterio deponentes, ſi ciuiliter agatur, & non interrogati de cauſa ſcientiæ, ſuper ea non repetuntur.*
10 *Teſtes de credulitate in materia probant. Et ibi vide rationem.*
11 *Adulter quomodo cognoſcatur, & qui ſint, & quomodo puniantur, & qui magis puniendi ſint, adulter vel adultera.*

12 *Adul-*

Digitized by Google

13 *Adulteri publici, & peccatores debent à curatis & prælatis euitari.*
14 *Adulter manifestus quis dicitur.*
15 *Adulterium probari per iuramentum adulteri, ſed mulier poteſt contrarium probare, vt ibi, & ibi contrarium.*

1 ADulterium illo † die & loco fuiſſe perpetratum, ſi quis
teſtis deponat, alius aliter aſſerat, ſicq; ſint ſingulares,
nō idcirco adulterij probatio euaneſcit, vt per Cap. Tholoſ.
deciſ. 11. & ibi addit. & deciſ 309. ibi, quamuis Spec. ꝑpterea
ꝙ adulteriū ſoleat iterari & repeti Huius rei teſtē laudat In-
noc. in c. qualiter & quādo de accuſat & Collect in c ex teno
re. de teſt. & tenet Iaſ. cōſ 11. vol 2. & dixi ſupra, cōcl 59 in 1.
ampliat 4. ampliationis Et hic eſt, vt teſtes, q eod. tpe nō uidē
tur virū & mulierē cōplexu venereo iungi, ſed viciſſim, & v-
2 nus poſt aliū, vt † quia viderint perrimā et fotamē mutuo eos
coire turpiter, dicūtur conteſtes, & ꝓbāt, quia cū iſte actus ſit
ſucceſſorins, nō videtur deponere ſuper diuerſis probationi
bns, ſed ſuper vna tantum, vt gloſſ in d c nihilominus, 3 q 9.
Cyn & Bal in l. teſtiū C de teſti Dd in l hac conſultiſſima, C.
eod Bar. in l quęrebatur ff. de re mil & ſupra, cōcl. 59. in am-
pliatione.

Aliter ſenſit eadē Capel Tholoſ deciſ 309 mota auctorita
te Io Andr. in addit. Spec. tit. de teſte. §. iam de interrogato-
rijs, nerſicul quid unus teſtis, licet in hoc ſe reijciat ad not p
Coll. ī d c ꝑterea. de teſt & huic opinioni fauet gl. no in d c.
nihilominus 3 q 9 et cōſuluit Io. de Ami. cōſ 127 2 et 3 col.

Diſtingue, ut ꝑ Stephan Aufrer in addit ad d. deciſ. 309 n.
31. & uide Abb. in c. cū tu, de teſt. & ibi Felyn col 3 nerſ mo-
do iſtis diuerſis. q oēs uidētur in hāc deſcēdere ſentētiā, vt ſi
ꝑ reductionē teſtiū ad cōcordiā ꝑ diuerſitatē actuū nō rema-
3 net integra ꝓbatio ſup quolibet actu, tūc † nō fit reductio, vt
ꝓbēt adulteriū, ſed vt euitēt periuriū Et idē eſt, ſi ꝓbatio eſt
æqniuoca, neceſſario nō cōcludēs intētionē producentis, qa
& tūc nō probant: ſi autē remanet integra probatio ſup quo-
libet actu, tūc fit reductio, vt probent & euitent periuriū, ſe-
cūdū ſupra allatos auctores, & intelligit Bero. q. 84 n 4 & 5.

Sed animaduertas cautionem, vt † teſtes nunquam poſſint
conuenire in probatione adulterij, quæ ita eſt, vt reus rogan-
dum curet actorem, an adulteriū, de quo agitur, ſemel tantū,
an vno loco tantū commiſſum fuerit: nam ſi confiteatur, nun-
quam (vt dictū eſt) teſtes poterunt conuenire. Ita dicit Spec.
in tit. de teſti § iam de interrogatorijs. & Io. Andr. in c cum
Ioannes. de fid. inſtrumen & Aufrer. in addit ad Capel Tho-
5 loſ. queſt. 309. & poterit probari † per aſſociantem ad id cō-
mittēdū Nell. in tract de teſt n. 18 tom 13 ſol. 97 & per quæ
indicia ꝓbetur, adeas Pari de Put in tract. de ſyndic §. quia.
n. 3. t. 1 a. fol. 135. & Alex conſ. 189. num. 1. vol 6.

6 Limita, ſi teſtes dicant, tales † inter ſe commiſcentes vidiſ-
ſe per ſpec. & optime cognouiſſe, nō probant, vt Campea vt
ſupra, d reg 385. in fin fol. mihi 140.

Nec illud omittā ſcitu dignū, adulterū nō poſſe teſtificari
7 ꝓ amaſia ſua, † neq; ꝓ alio extraneo, ex eo, quia eſt infamis in
famia canonica. Et apertiſſime ita cōſuluit Iulianus in l ſcio.
ff de teſt cui accedit Spec. in tit. de teſt § 1. n 25. verſ. itē exci
pitur, quod eſt fur. Nell. à S. Gemin. in tract. de teſt. n. 18. quos
refert & ſequitur Iac. Nonell. in ſuis regul. 216. num. 24. idem
Damhouder. in ſuo tract. de teſt. in prin. n. 19. Bald. eod. tract.
ver. 31. ex eo, quia talis dicitur infamis, & Aufre. in ſuo eod.
tract. de teſt. n. 10. & Arch. in c. præceptum, 22. q. 5 Ioan. Cam
peg. tract. de teſt. regul. 39. fol. 18. Intellige tamen hanc con-
cluſionem procedere in manifeſto adultero, & qui adulterij
crimine eſt damnatus, vt tradidit Aufre. d. loco.

Amplia, vt nec ille, qui comitatus eſt aliquem ad commit-
tendum adulterium, poſſit eſſe teſtis, etiam in cauſa ipſius
adulterij, adhibeas addit Innoc. in c. qualiter & quando, il 1.
de accuſ. contrarium vide ſupra.

Teſtes in materia adulterij deponentes verum eſſe, illos
8 adulterij † crimine ſe aſtrinxiſſe, coguntur reddere rationē,
etiam non interrogati. Ita Bar. in l. c. 5. ff ad l. Iul. de adul. Bal.
in l. ſolam. col. 2. C. de teſti. ſed ſi non fuerint interrogati de
cauſa ſcientiæ, Bal. in c. præterea, de teſt. nu. 21. nihilominus
probare docuit, ibique etiam idem voluit Innocen. dum ta-
men, ſi criminaliter agitur, vt poſſint denno interrogari ſuper
cauſa ſcientiæ, vt veritas eluceſcat, quod ſi malam cauſam red
diderint, nihil probabunt, quod ſi iterum rogati non fuerint,
9 probant nihilominus, quando † autem agitur ciuiliter, ſecus
eſt: nam tunc nō conceditur repetitio, vt Bal. in d. c. præterea,
& c. cum clamor. de teſt. vbi etiam Innoc.

Quinimo teſtis etiā de credulitate deponens, probat, nem-
10 pe † ſi dixerit, vidi tales amplexantes ſe, vel alia facientes,
vel in illo loco ſuſpecto, & opinor ipſos perpetraſſe adulte-
rium; nam tunc iſta credulitas concurrit cū aliquo ſenſu cor-
poris, & ideo non repellitur. Ita Alex. conſ. 24. col. 4. verſ. nec
obſtat, ſi iſtæ mulieres, vol. 2. per doctrin. Bartol. in l. 2. §. idem
Labeo. ff. de aq. plu. arcen. & per id, quod habetur in c. literas
de præſumpt.

11 Et adulter † quomodo conuincatur, docuit Petr. Lenande
rij in tract. de Doctor. & eorum priuileg. q. 49. 4 p. ver. quæro
an Doctor. & qui ſint, & quomodo puniantur, monuit Paul.
in tract. de viſit. q. 10. 2. p. n. 14. & an magis ipſi, quam adulte
ræ puniendi ſint, & quare, conſule Specul. de modo geren.
concil. par. 2. rubr. 49. n. 4. t. 2. fol. 142. & quæ pœna tam viri,
quam fœminæ ſit, adeas eundem Petr. d. tract. de priuileg. d.
12 q. 49. d. 4. par. † publicos peccatores debere à prælatis & cu-
ratis euitari, vt Specult. ibidem.

Adulter vero manifeſtus is dicitur, qui deprehenſus eſt in
13 actu veneris, ex † ſolo actu deprehenſionis. Sic tradidit Gu-
lielm. de Peruſ. conſ. 36. n. 4. inter conſ. cri. & Campe. tract. de
teſt. reg. 385. quomodo & qualiter, verſ. 2. quia, in fi.

14 Illis etiam non abſurde addi poterit, crimen † adulterij
probari poſſe per iuramentum adulteri, dicentis, ſe cum vxo-
re illius concubuiſſe, text. in c continebatur, ibi, viri ſtandum
eſt, vbi Abb. & cæteri, de deſponſ. impub.

Aduertendum tamen eſt, illam mulierem, non obſtante tali
probatione, poſſe probare contrarium, vt eſt tex. in c. propo-
ſuiſti, de probat. & ibi Cano. & gl in c. 1. de frig. & male. & in
c. quod autem. 27. q. 2. & in c. ſi quis acceperit, 32. q. 1. & Ti-
raq. in tract. de retract. Lignag. §. 4. gl. 1. num. 3. & Bell. in re-
pet. rub. C. de eden.

Sed ab hac ſententia receſſit Curt. iun. in d. rub. C. de eden.
ſed eum reijcit & improbat idem Bello. per ibi plura addu-
cta & allegata.

CONCLVSIO LXVI.

ARGVMENTVM.

Aduocatus an in cauſa ſui clientis teſtando probet.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus ſi adhibeatur teſtis in cauſa ſui clientuli, nihil probat, etiamſi teſtis ſit in aliquo contractu, vel inſtrumento ſuper quo agatur, & ipſe fuerit patrocinatus in cauſa, & num 15.*
2 *Affectio in teſte ſufficitur ad eum repellendum, & num. 10.*
3 *Poteſt tamen vt teſtis in actis deſcribi, quæ per clientulum geruntur in iudicio tempore aduocationis, vt de his teſtificetur in futurum, niſi ſit ſuſpectus etiam ad canonizandum inſtrumentum. Vide num. 12. quomodo procedat.*
4 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis etiam in cauſa appellationis, in qua fuit aduocatus in prima inſtantia, etiam quod in illa non ſit aduocatus. Vide ibi contrarium, & quando admittatur.*
5 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis, quando à parte pecuniam receperit, vt aliam non foueat, vnde nihil probabit.*
6 *Aduocatus ex receptione pecuniæ præſumitur affectum habere ad cauſam.*
7 *Qui nec in alia, in qua non eſt aduocatus, poteſt eſſe teſtis, durante eius patrocinio in vna, quia redditur ſuſpectus. Et ibi vide contrarium & limitationem.*
8 *Edictum de teſtibus vt prohibitorium.*
9 *Aduocatus admittitur in teſtem, parte, contra quam patrocinatur, poſtulante, igitur probabit.*
10 *Aduocatus qui nondum cœpit patrocinari in cauſa, licet conuenerit de ſalario, poteſt eſſe teſtis. Et ibi vide contrarium.*
11 *Aduocatus ante inceptum patrocinium admittitur in teſtem.*
12 *Aduocatus teſtis in contractu compoſitionis vel tranſactionis, in ipſa cauſa, in qua fuit aduocatus, poteſt eſſe teſtis.*
13 *Lis finitur per tranſactionem.*
14 *Aduocatus, quando aliter teſtes haberi non poſſunt, poteſt eſſe teſtis ſaltem pro iudicis informatione, vel pro habenda præſumptione.*
15 *Inſtrumentum, in quo aduocatus fuit rogatus teſtis, valet, licet poſtea cœperit patrocinari pro parte, in cuius fauorem eſt inſtrumentum, ſecus ſuper vitiis inſtrumenti, ſi de eo dubitetur.*
16 *Vox ſcripta aduocati facit fidem, etiam tempore patrocinij, ſecus vox viua.*
17 *Aduocatus locupletior partibus ſuper modica re admittitur in teſtem.*
18 *Aduocatus poteſt eſſe teſtis de vtriuſque partis voluntate.*
19 *Aduocatus dictum cum alio idem.*

1 ADuocatū † ſi in cauſa ſui clientis teſtimoniū dicat, non
probare, reſpōdit Arcadius in l. ſi. ff. de teſt. mādatis ca
uetur, inquit Iuriſconſultus, vt præſides attendāt, ne patroni
in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimoniū dicant. Ita
etiam ſanxit ſummus Pontifex in cap. Rom. eod titul. in 6. di-
xit etiā Iacob. Aegid. in tract. de teſt. num. 13. & tradidit Ale.
de Male. eod. tract. n. 44. in c. & voluit. Alb. de Roſ. eod. tract.
in princ. n. 13. & in §. expedita. 3. p. n. 2. docuit Nell. à S. Ge-

min.eod.tract.nu.31.monuit Mil.in reper.in verb.teſtis eſſe
non poteſt aduocatus.iſtorum ſententiæ adhæſit Fede.Schē-
ck.in d.tract.de teſt.num.36.& ſequntus eſt Aufrer.eo.tract.
de teſt.n.8.nec omiſit Bar.in l.deferre.§.idem decreuere.tit.
de iur.fiſ.Gramm.in conſ.41.num.5.in ciui.Ceph.in conſ.65.
nu. 22.vol.1.Pari.conſ.57.nu.17.vol.4.Ang.conſ.28.Quibus
1 in locis id propterea eſſe tradidere,nempe † propter animi
voluntatem in cauſam propenſam,quamuis in primis atque
peculiariter de illius vtilitate & commodo non agatur, vt p
Spec.in tit.de teſt.verſ.quod fuit in eadem cauſa.& gl.in 2.
q.7.& Cra.conſ.56.nu.4.& Rot.deciſ.381.in no.fuit dubita-
tum.Sic.in c.2.de arbi.Bal.& Iaſ.in l.dictantib.C. de teſta.&
Hier.Grat.cōſ.51.n.8.vol.2.Felyn.& alij in c.cū à nobis.n.13.
verſ.ex prędictis infert hic Ant.de teſti. Alex.ī l.ex libera.ff.
de quęſt.& in l.deferre.de iur.fiſ.Ioā.And.Sicu.Are.& alij in
c.olim.de accuſat.Phil.Frāc.in c.Romana.vbi eſt caſus, de re
ſtib.tradit Rauenna in §.1.Inſt.de teſta.pp ꝙ ſtudiū dicere-
tur habere conſimilē causā,ideo teſtis eſſe nō poteſt: ſic re-
ſpōdit Grā.in d.cōſ.42.n.5. in ciuil. Felyn.in d.c.pſonas.ext.
đ teſti. & Iaſ.ī d.l.dictāib.col.pē.Bal.de teſt.C.in l.oib.C.de
teſt.Pariſ.in cōſ.58.n.17.& 84.vol.4.& Rūni.ſen.in conſ.415.
n.18.& in cōſ.433.n.21.vol.3.& Grat.in conſ.51.nu.8.vol.2.

Primo amplia,vt procedat,ētſi aduocatus eſſet teſtis in a-
liquo cōtractu,vel inſtrumento,ſup quo nunc ageretur,& ip-
ſe patrocinaretur cauſæ: quia tunc etiā non poterit teſtis p-
duci,& Specul.de teſti.§.1.verſ.ꝙ ſi aduocatus.quē ſequitur
Albe.de Male.in eo.tract.de teſt.c.4.n.8.Veruntū etſi aduoca
3 tus teſtis eſſe nequeat,poteſt † tū deſcribi vt teſtis in actis,
quæ gerūtur p cliētulū in iudicio tēpore aduocationis,vt de
his in futurū teſtificari poſſit,But.in c.ex literis.n.2.de tranſ
act.vt etiam poterit teſtis adhiberi ad canonizadū (ſic enim
noſtri loquūtur) inſtrumentum,vt in d.c.ex literis.de tranſ-
act. & per Franciſc.in c.fin.col.pen.de teſt.in 6.

Quod poſtremo loco diximus ſic accipiendū eſt,vt falsū
conuincatur, qñ aduocatus eſt ſuſpectus teſtis in inſtrumen-
to,de quo nunc agitur,quia tunc nec teſtimonium dicere,nec
deponere pōt,licet per illud inſtrm probetur contractus, ſi
credimus Specul.in tit.de teſt.§.1.verſ.quid ſi aduoc.ſequi-
tur Alb.de Roſ.in ſuo tract.de teſtib.§.expedita.num.8.

In contrariam partē ampliationis nuper allatæ conſuluit
Crau.in conſ.56.nu.14.per ibi plura adducta.

Secūdo amplia idē procedere in cā appellationis, vt ſi in
4 † prima (vt vocāt) inſtātia fuiſſet aduocatus,in cauſa appel
lationis,nō poterit eē teſtis,ētſi nō ſit aduocatus,d.c.Roma
na.de teſti.ī 6.& tenet Lāfran.de Orian.in tract.đ teſti.n.90.
Nell à S Gemin eod tract n 31.Ang in conſ 28 Iac Nouell.
in regul 216.num 64 Aufr eod tract num 8 Innoc Io And.
& alij in c.inſuper de teſtib gloſſ in c ſtatuendo in verſ co-
gnitor 2.q 6.Grammat in d conſ 41 num 7

Alber de Roſ.opinio in tract.de teſtib § expedita nu 6.
cū hac pugnauit, nēpe aduocatū in cauſa appellationis teſtē
eſſe poſſe,Monricel in ſuo reper.de teſtib.in verb aduocatus.

Limita ampliationem non hēe locū,qñ in cauſa appellatio
nis producitur contra clientulū ſuū primę inſtantiæ,quia ad-
mittitur: vñ recte probabit Ita Ioan And.in d c Romana. &
Specul.in tit de aduoc § nunc tractemus in fin & not in l.fin
de teſt.vt etiam refert & ſequitur Philip Franc in d c Roma
na.de teſt in 6 nu.4 licet non ſit honeſtū,vt ibi ipſe inquit.

5 Tertio amplia ēt pcedere,qñ † aduocatus ab altera parte
pecuniam recepit, ne alterā foueat, quia linguæ Latinæ ſcri-
ptoribus præuaricator recte dicitur, quia tūc ēt non poteſt
eſſe teſtis,argum.c.eodē.l.1.q 1 & ita ſentit Albe.de Roſ.in
tract.de teſt.§.expedita.3.part.nu 4.vbi tenet,opinionē ve-
riorē eſſe cōtra Spec.in tit.de teſt §.1.n 75 ver ꝙ ſi recipit
6 pecuniā.Dū † enim pecuniā recipit,inclinatione volūtatis in
cauſam propendere videtur,vt ipſe Alber inquit.

Quarto amplia,vt ēt non poſſit teſtis eſſe in alia cauſa, in
7 qua nō eſt aduocatus:nā † durante patrocinio in vna:eſt ſu
ſpectus in alia,Mil.in ſuo repert.in ver.teſtes. n.6 & Anton.
in cap.ex literis.de tranſact.& Ceph.in cōſ.65. n.22 vol.1.
Ant.in c.ex literis.de tranſact.

Diſſenſit tamen Aufre.in d.ſuo tract.de teſt.n 8.& Lanfr.
de Orian.eod.tract.nu.9.quo in loco improbat,& reijcit Mil.
vbi ſupra. & Philip.Frāc.in c.poſtremo.de appell.vbi plene,
& eſt gloſſ.in c.Romanæ.in fin.de appel in 6.

8 Ratio eſt,quia † cum edictum de teſt.ſit prohibitoriū nec
à legibus interdictum deprehendatur, ne aduocatus in alijs
ſuis clientis cauſis,in quibus ipſe aduocatus non eſt,poſſit te
ſtificari: ex hoc fit, vt ipſe,tanquā idoneus teſtis, teſtimoniū
ferre queat,iuxta text.in l.1.ff.de teſtib.Aufrer.d.tract.nu.8.
* Et hæc eſt communis*opinio,contra Mil.pro cuius cōfirma-
tione facit quod dixit Bartol.in l. deferre.§. idem reſcripſe-
runt.ff.de iure fiſc.quo in loco affirmat,procuratorem non re
pelli à teſtimonio in cauſa,quam non agitat, licet prohibea-
tur in alia,in qua præſtat patrocinium.

Limita iſtam poſteriorem opinionem non habere locum,
quando altera cauſa eſt connexa, vel pendet ab illa,cui patro
cinatur,quia tunc ſecus eſt, vt no.in d.c.poſtremo, & per Io.
And.in c.1.de teſt in 6.Philip.Frāc.c.fin.col.fin.eod.tit.in 6.

Primo limita concluſionē non procedere, quando aduoca
9 tus † eſt productus cōtra clientulum ſuum in cauſa,cui fauet;
hōc optime teſtatur Accurſ.in l.fin. ff.de teſt.Albe.de Roſ. in
§.expedita,3.par.n.3.Nell.à S.Gemin.eod.tract.de teſt.n.31.
* & Alber.de Male.in tract.eod.c.4.nu.5.& ita ſequuntur *om-
nes Dd. vt atteſtatur Lanfran. de Orian.in ſuo tract. de teſt.
n.67.& Spec.in tit.de teſt.§.1.verſ.quid ſi aduocatus.n.75.&
Abb in c.2.n.12.de arbi.& Guid Pap.ſingul.982.imo iſto ca-
ſu poteſt compelli ad teſtificandum,ſi pars,à qua diffidet,re-
quirat,illum debere examinari.Ita etiā Aufrer.in d.tract.n.8.
& Anton.de Butr.in ſuo reper.in verſ.teſtis,in 27.col.per no.
à Cyn.& Iac.But in l.etiā.C.de teſt.& idē not.Bal.in l. māda
ris,in prin.ff.eod.tit.& Sign.cōſ.53.n.5.Pari.cōſ.70.n.4.vol.4.

Secundo limita non procedere, poſtquam deſijt eſſe aduo
catus, quia tunc poteſt teſtificari. Ita Aegid.in ſuo tract. de
teſt.num.13 & tenet Salic.in l omnib.C.de teſt.col 4.

10 Tertio limita in aduocato,qui † nondum cœpit pręſtare pa
trocinium,licet inter illū & clientem conuentū fuerit de mer
cede & præmio,& illud eſſet paratus præſtare: quia nihilomi
nus poterit teſtificari,eſt Accur.doctrina in l fi.ff.de teſt. quā
ſequūtur Spec.in d tit de teſt § 1 n 75 verſ.item quod dixi,
ſeqtur Fel. in c cū à nobis,col fi.de teſt Nell.à S.Gemin.eod.
* tract n 31.de* cōi atteſtatur Lanfr de Orian eod.tract n.90.
& Albe.de Malet.eod tract. cap.4 n 5 & Io Andr.in add ad
Spec.vbi ſupra,qui reprobat Gui de Suſ.contrariū tenetē Et
idem voluit Aufrer eod tract n 8 Alber.tamē in tract de re-
prob.teſt.in verb aduocatus,ſub rub quādo teſtes repellun-
tur ratione affectionis,col.1.videtur dubitare de hac limita-
tione,quia ex quo conuentū eſt,vt præſtet patrociniū, vide-
tur animū & ſtudiū cauſæ addixiſſe; ideo debet repelli ratio-
ne illius procliuitatis,præterquā quod animi propēſa volun-
tas futura ad causā eſt illa,quę ipsū in ſuſpicionē adducit: cō
* ſeqtur ergo,vt ſit repellēdus, cuius opinio vr æqua, licet ſit *
cōmuniter reprobata,vt ex ſupra allegatis conſtare videtur.

11 Quarto limita in illo aduocato,qui † prius dictum ſuum de-
poſuerat,& poſtea cœpit patrocinari.Ita Spec.ſecundū Hug.
in d.tit.de teſt §.1.verſ.itē qđ fuit,n.74.ſequitur Abb.in eod.
tract de teſt.in §.expedita,3.p in prin.n.4.Rom conſ.186.cir
ca fi.& Boſſ.eod.tract de teſt c de public.proc & teſt n.117.

12 Quinto limita nō procedere,quādo † aduocatus fuit teſtis
in inſtrumēto,nempe compoſitionis, vel tranſactionis,etſi in
ipſa cauſa,in qua fuit aduocatus,quia tūc poterit eſſe teſt.&
probabit.Ita Abb in c ex literis n.9.de trāſact.vbi reddit ra-
13 tionē,quia † per trāſactionē liti finis imponitur,& inſtrumen
tum in id tempus transfertur,in quo nō erat futurus aduoca-
tus.Idē no.Bal in l.fin ff eod de teſtib & in d c ex literis.n.3.

Sexto limita etiam non procedere, deficientibus alijs pro
bationibus,vt cum aliter veritas haberi non poſſit, vt ſi dica-
tur,aliquid actum fuiſſe præſente ipſo aduocato,& partibus,
14 nā tunc poterit † eſſe teſtis,argum l.conſenſu C de repud.&
id ſequitur Io.Andr.in add.ad Spec.tit.de teſt § 1 verſ.item
quod fuit,& idem Lanfr.de Orian in ſuo tract de teſt nu.67.
vel 90.& no.Ant. de But.in cap cum à nobis. & Io de Anic.
in cōſ 53. col.4.in fin & col 5.in princip Cranet cōſ 56.n 13.

Vel ſaltem, vt doceatur iudex, vel vt præſumptionem eli-
ciat Ita Albe.de Male,in ſuo tract.de teſtib.c 4.num 6.qui re
fert & ſequitur Imol in c cum à nobis.eod tit de teſtib.Matt.
Mattheſ.ſingul.188.num 2.

15 Septimo limita non procedere,quando † aduocatus,ante-
quam inciperet patrocinari,fuerat rogatus ad teſtificandum
aliquod inſtrumentum,& poſtea cœpit præſtare patrociniū,
quia

quia vt ratum ſtabileque ſit, huiuſmodi inſtrumentum valet,
licet adhuc ſit aduocatus: ſed ſi oriretur quæſtio ſup huiuſmo-
di inſtrumento, & ambigeretur de viribus ipſius, non poſſet
examinari, ita Abb. in c. ex literis nu. 1. verſ. & circa hoc de
tranſact. & eſt not Innoc. ibidem iſtam limitationẽ Abb ibid.
oĩum commodum vtilitas illa ſpectaret,ibi n.35.& hanc eſſe
** magis ** cõem opinionẽ dicit Iaſ. in l.cum hi.§. eam trãſact.
n.2.đ tranſact.Fel.in c.cãm,n.8.de iud.vbi hoc tradit tanq̃ re-
ceptiſſimũ ab oĩbus, licet neminem adducat, & hoc idem ſe-
quũtur prope infiniti congeſti per Arium Pinellum in 3.p.l.1.
nu.30.cum ſeq.C.de bon.mater.tenet ẽt ſoc.conſ.34.materia
pręſentis conſultationis,vol.3.vbi vult,ſufficere vtilitatem ec
cleſiæ,& contractum fuiſſe celebratum nomine eccleſiæ, ẽt ſi
aliqua ſolemnitas non interuenerit, ita confirmat velle Inno.
in d.c.fi.ne prælat. vices ſuas, & ibi hoc tenet Hoſtien. quem
ſequitur ibi Henri.Boic.in fi.& Paul.de Caſtr.d.conſi.2.col.2.
vol.1.quam opinionem amplies,ut procedat, ẽt ſi non ſubſit
aliqua utilitas, dummodo locatio fiat ad modicum tp̃s, & fa-
cta ſit nomine eccleſiæ : quia eo caſu prælatus põt locare ſine
vtilitate,& ſolemnitate ẽt in præiudicium ſucceſſoris:cũ præ
lato permiſſum ſit à iure locare ad breue tp̃s, clem.1.in fi.de
reb.eccl.non alienan.Ideo nõ eſt aliqua rõ,quare contractus
iſte non debeat tranſire ad ſucceſſorem,ex quo habet poteſta
tem à iure contrahendi,& nomine eccleſiæ contrahit quæ nõ
moritur,c.alienat.12.q.2. ita voluit Abb. in diſput.incipien.
Sempronius clericus,in 1.dub.verſ.in contrarium,& in verſ.
ſi vero ad tp̃s modicum,& hanc opin.tenet Card.in d.c.fi.ne
præla.vic.ſuas,& Maria.Soc.conſ.32.ex his quę ſuperius, col.
3.in 1.vol.& iſta etiam fuit opinio Anton.in d.c.fi.

Verum in hoc contrariũ ſentit Abb.in d.c.fi. col.2.ne præl.
vices ſuas,& ibid.Io.de Ana.col.5.atteſtantes ita communi-
* ter * teneri,& voluit Bellamer.in deciſ.748.ſuppoſito quod
Guido,quia eccleſia nõ poteſt obligari per prælatũ, niſi cum
euidẽti vtilitate,l.hoc.ius porrectũ.C.de ſacroſanct.eccleſ.&
l.fi.ff.de exercito.& probatio incũbit alleganti.vt not.Innoc.
in d.c.fi.ne prælat.vices ſuas.& ibi cæteri Doctor. hãc eandẽ
opinionẽ ſequitur Henri.Boic.poſt.alios in eod.cap.fin. quia
prælatus nõ habet poteſtatẽ exhauriendi bona eccleſiæ. c. 2.
de donat.ſecundũ Abb.& alios in dict. cap.fin.Calca.in præ-
alleg.conſ.144.col.6. Valet tamen locatio dum locans ſuper-
uixerit,ſecundũ Pau.de Caſtr.d.conſ.2.viſis omnibus ſupra-
ſcriptis, col. 2. volum. 1. & tunc eſt aſcribendum conductori
qui vtiliter,& ſolemniter non contraxit.

Intelligas tamen recidere in vtilitatẽ eccleſiæ,quando cõ-
mutatur in rem eccleſiaſticam duraturam,vt declarat Pet.Re
buff.tract.de deci.tit.compend.aliena.rerum eccleſiaſtica.n.
73.in paruis impreſſionibus.

Si quis priorem opinionem ſequi voluerit,quæ eſt verior,
** & ** certior ſecundum Caſſan. in conſuet.Burgun.tit.de ma
imſmortes.§.9.in conſ.num. 13.& 14.cui accedit in terminis
Soc.in conſil.29. viſo quodam inſtrumento. colum.3. & late
proſequitur Gabri.Sarein.in annotat.ad ſing.Matheſilan.155.
* num.11.cum plurib.ſequen.prout verinrem & magis * com-
munem eſſe atteſtatur.idem Arius Pinellus loco ſupra citato,
n.33.verſ.ego autẽ nõ dubito,tradit Affli. deciſ.87. & faciũt
quãplura alia not. per eundẽ Ariũ Pinellũ in locis iã citatis,
10 dicere poterit poſteriorem opinionem poſſe procedere, †
non vt contractus alienationis valeat, & teneat abſque duo-
bus requiſitis, ſed vt poſſi: ratus fieri ẽt ex interuallo per ec-
cleſiã adhibitis exinde ſolemnitatib.vt declarat Dec.in d.c.q̃
in eccleſiarũ,n.31.de cõſt.& Corſe.in ſing.i ver,pupillus,Iaſ.
in d.l.cũ hi,§.eã trãſact.ſub n.2.verſ, limita tñ,ff.de tranſact.
Matheſila.i ſing.155.not.qđ ſi minor, ſequit Fulg.in d.§.eam
tranſac.& tenet expreſſe Io.de Grad.in a poſt.ad Steph.Aufr.
in additio.ad Capell.Tholoſ.deciſ.98.& dicit,iſtud fuiſſe ſin
gulare,dictũ Inno.& oĩum doctorũ in c.1.de his q̃ fiũt à Præl.
firmat Glo.in c.1.ne ſede vac.facit,ꝙ not.Ang. i l.iuriſgẽtiũ,
11 & ibi.gl.ff.de pact.† vbi ſentiũt,vt ſi cõtractus bonę fidei ſit
celebratus dolo aduerſarij,eſt ipſo iure nullus,tñ ſit in manu
dolũ paſſi,ratũ habere cõtractũ ſi velit,& ita nuꝑ vidi decla-
rari ꝑ Do.Horatiũ Arrigoniũ Sacræ Reg. Catt. Al.in Romana
Curia aduocatũ, & in hac iuris ſcientia apprime doctum, &
verſatũ in vna Papiẽ.bonorũ, verten.inter ampliſſimũ Cardi
nalem Albanum,& Dominos de Palauicinis,coram Reueren.
Epiſcopo Papienſi,pro cuius tribunali in hanc ſententiã fuit
deciſum,q̃ quidẽ opinio intrepide ab omnib.eſt accipienda.

Hoc tñ intellige; vt ꝓcedat, niſi pars aduerſa ante iudiciũ
vel actũ perfectũ opponat defectũ ſolemnitatis,tunc.n.nõ e-
rit electio perſonæ priuilegiatæ volentis actum ſuſtinere ob
vti-

vtilitatem, vt pulchre voluit Bal.in c.1.colum.4.verſi. capio
primã gl.de pręſcript.ſequitur Io.Lup.in repet.rub.de dona.
int.vir.& vxor.§.68.col.1.verſ.ex iſtis infertur.Iaſ.in l.nõ eo
minus.n.1.verſ.limita.C.de ꝓcur.Fel.in d.c. cãm,n.9.de iud.
ſequitur Arius Pinellus in d.3.part.l.1.C.de bon.mater.n.33.
verſ.& tñ intellige, in quo loco firmat hãc ſniam eſſe receptã.
Secundo intellige, vt iſtud locũ habeat, quando clare con-
ſtat de vtilitate & commodo alienationis factæ ſine ſolemni-
tate: nam in dubio deficiente ſolemnitate præſumeretur non
vtiliter factus, vt nuncupatim voluit Bal.in l.quæcunq; verſ.
vt ſcias tamen.C.de bonis quæ libe.& Dec.conſ.532.pro ve-
ra reſolutione, colum. 2.ver. & in dubio, ſequitur Tiraquel.
de leg.connub.in verſ.de ſon.Mari.gloſſ.8.num.89.
Tertio intellige, vt prædicta non procedant, quando per-
ſona pro qua ſolẽnitas requiritur, eſt iſtiuſmodi, in qua mens
prorſus deficiat, vt patet in furioſo, & in infante, iuxta tex.in
l.furioſo.vbi Barto.& omnes, ff.de re iudi. & iſtud tradit Iaſ.
d.l.non minus, num.1.verſ.2.C.de procu.tunc enim alienatio
deficiente ſolemnitate etiam ſi ſit vtilis alienanti, non valet,
vt poſt prædictos ſenſit Arius Pinel.vbi ſupr.num.33. in fin.
hic tamen aduerte, quod vbi adhibetur & conſtat de ſolem-
nitate alienationis rei eccleſiaſticæ, præſumitur tunc etiã ꝙ
vtilis ſit ipſis eccleſiæ, vt notabiliter dicit Bal.in c.1.colu. 2.
verſ.querit Iaco.tit.qui feud.dar.poſſ. & in c.ſicut, in fi.de re
iud.Alexan.cõſ.79.circa 1.de quo quæritur.col.5.ver.ſortifi-
catur: quia ibi interuenit, lib.1.Dec.cõſ.532.ꝓ vera reſolutio
ne, col.2.verſ.& in dubio.Tiraq.d.gl.8.nu.89. & ex his plane
cõſtat ad quos pertineat onus probãdi cõtractũ, qui petitur
reſcindi, fuiſſe cõmodũ vel incommodũ contrahenti; nam ſi
interuenit ſolemnitas, præſumitur vtilitas, ideo minor & ec-
cleſia debẽt probare cõtrariũ. At ſi non interuenerit ſolemni
tas, ij qui cũ illis cõtraxerũt, debent cõtra probare vtilitatẽ.
12 Verum iuxta primam opinionem eſt ſciendũ,† ſolemnita-
tes, quæ de forma iſtius contractus requiruntur, eſſe plures:
quas in præſentia recenſere non inutile erit.
Igitur primo requiritur, antequã deueniatur ad alienatio-
nẽ rei eccleſiaſticæ cognitio cauſæ, an expediat eccleſiæ, ſeu
monaſterio illã alienationẽ fieri, vt ſentit Archi.in c.ſine ex-
ceptio.12.q.2.in prin.& in c.in venditionibus.17. q.4.cui ad
hæret Caſſa.in conſue.Burg.in ti.de mainſmortes.§.9.in cõſ.
nu.17.fol.mihi 310.ſequitur Redoan.in ſuo eleganti tract.de
reb.eccl.non ali.in rub.de cau.cog.nu.1.& 2.dixit Rebuff.in
tract.de alie.rer.eccleſ.in ver.proſpiciat, num.74.
Amplia, vt iſtud procedat, vt non ſolum debeat cognoſci
circa cauſam alienationis, ſed etiam circa rem alienandã, ſic
tradidit Rebuff.ſupra citato loco, teſtatur cõſ.Feder.137. qđ
voluit eſſe conſ.142.D.Io.& ſequitur Redoa.vbi ſupra, & ra-
13 tio eſt, quia †cum regulariter alienatio rei eccleſiaſt.ſit prohi
bita, vt ſuperius diximus, nõ poteſt deueniri ad alienationẽ
huiuſmodi, niſi cauſa legitima ſubſiſtente. Eſt ergo cognoſcẽ
dũ cauſa ſubſit, nec ne. Et an per iſtam cauſam expediat alie-
nari potius vnũ prædium, quam aliud, quod dirimi debet per
iudicem: fieri enim poteſt, vt ſubſit iuſta cauſa alienandi, &
tamen non expediat quodlibet prædium alienari, vt in l.ma-
gis, ff.de rebus cor.& per eundem Federi.d.conſ.142.quẽ ſe-
quitur Reb.in d.verſ.ꝓſpiciat, n.34.& colligitur ex tex.in d.
c.ſine exceptione.12.q.2.in ver.vt meliora ꝓſpiciat, alias nõ
diceretur meliora ꝓſpicere, q vẽderet res eccl.vtiliores. Ideo
parua prius debẽt vẽdi, §.hoc ius, 10.q.2.& p Rebuff.vbi ſup.
Diſſenſit ab hoc idem Federic.in conſ.ſuo 249.domino Mi
chaeli, per totum.
Intellige hanc ampliationẽ, vt ſi verũ ſit, vt in huiuſmodi
alienatione requiratur cognitio circa rẽ alienãdã, forte poſſet
14 dici, †hãc ſolemnitatẽ cognitionis cauſę pręſumi interueniſ-
ſe, ſi alienatio fuerit neceſſaria, vt dicit Federi.d.cõſ.249. ſub
n.2.verſ.præterea forte, per ea quæ notat Specu.in tit.de em-
ptio. & vend.§. nunc dicendum reſtat.verſ.& breuiter. licet
Fed. ibi dicat, huic opinioni multum repugnare, quod ſolet
de ſolemnitate extrinſeca & intrinſeca, de qua re nos infra
latius ſuo loco diſſeremus.
Quod etiã intellige, niſi ex vetuſtate tẽporis præſumatur
interueniſſe, cũ ſolemnitates extrinſecæ interueniſſe præſu-
mãtur, vt reſpõdit Rim.cõſ.292.n.85.conſ.429. n.25.vol.3.&
conſ.158.n.16.Grat.conſ.117.n.7. & conſ.91.nu.48.vol.1.&
dixit Alex.conſ.79.2.dubio.vol.1.tẽpore diuturnitatis con-
ſenſũ capituli, tractatũ & alias ſolemnitates præſumi, & De-
ci.cõſ.36.col.pen.in prin.& cõſ.152.n.4. Rol.à Val.cõſ.99.n.
27.vol.2.Cephal.cõſ.272.n.41.vol.2.& cõſ.148.n.17.vol.1.&
cõſ.135.n.26.vol.1.& P.Rebuff.tract.de decimis, tit.cõpẽdiũ
alien.rerũ eccleſ.n.37.in paruis impreſſionib. Et ſic iuris præ
ſumpt.dicit Grat.d.cõſ.& cõſ.317.poſt n.1.verſ.& iſta opi.vi
detur de iure verior, tã in iudicialib.ꝙ extraiudicialib. & in
hoc Dd.cõuenere, vt in l.ſciẽdũ.de verb.obli. & p alia ibi ad
ducta, vbi ſentit etiã in præiudicium tertij lapſu 30.annorũ.
Hippol.Marſ.ſingul.192.quod limit.vt ſingul.323.& 436.
Secũdo amplia, vt vſque eo, procedat, vt in huiuſmodi alie
15 natione requiratur cauſæ cognitio, †vt nec ẽt fides habeatur
inſtrumẽto, in quo dicatur ſolẽnitatẽ prædictã pręceſſiſſe, ſed
alijs ꝓbationib.id ꝓbandũ erit, vt docuit Rebuff. in tract.de
aliena.rer.eccleſ.in verſ.ꝓſpiciat.n.75.et Redoa.eo tract.rub.
de cau.cognit.n.46.& ſeq.teſtantur Dd.in c.1. de reb.eccleſ.
nõ alienan.in 6.dicit Guid.Pap.q.151.& Barb.cõſ.40.nu.32.
lib.1.& Ferr.in ſor.libell.in act. real.in gl.veris & legitimis,
16 n.72. Quinto, †nec ẽt credit ſũmo Põtifici aſſerẽti ſe alienaſ-
ſe ex cauſa ſuis cõſãguineis, vt per Præpoſ.in c.nõ liceat Pa-
pæ.col 2.12.q 2.Reb.vbi ſupra & Redoa.ſupra citato loco.n.
44. Vnde eo minus fides eſt habẽda epiſcopo, vel Abbati, aut
alteri inferiori, ne muniret, & pateret via fraudibus. Rebu.&
17 Red.vbi ſupra, †quia tũc nõ ꝓſumitur facta in vtilitatẽ eccle-
ſiæ. Alciat.tract.de præſump.ꝓſu.29.n.1.fol.33.reg.1. p auth.
quibuſcũq; modis.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi Dd.& c.decẽter.89.
diſt.facit gl c.peruenit.1.q.3.ſecus ſi ſeruatis ſolemnitatibus,
vt Bart.d.auth.& Feder.de Sen.cõſ.52.qdã ꝓlatus, ſatis eſt, ne
detrimẽtũ aliqđ patiatur eccleſia, c.ſi epiſcopus, 12.q.2.Alci,
vbi ſupra n.6.Bart.l. vbi lex.de vſuca. itidẽ iſto caſu nulla fi-
18 des eſt habẽda cõfeſſioni ipſius ꝓlati, †ſed aliũde dẽt cõſtare
de huiuſmodi ſolẽnitate cognitionis cãę, vt p aliud inſtrumẽ
tũ ſeparatũ ab inſtrumẽto alienationis, iuxta ſentẽtiã Petr.de
Peruſ.& Dd in c.qđ quibuſdã.de fideiuſſ.Anto.de But.in c.1.
* de depoſit.Anch.in clem.1.de reb.eccleſ. nõ alienan.& * ita
cõmuniter accipi à Dd.in dictis iurib.dicit Redoa.vbi ſupra
n.38.39.In hoc.n.caſu cõfeſſio ꝓlati nullius eſt põderis, vt vo
luit gloſ.in auth.de nõ alienan.& Bal.in authẽt.hoc ius.C.de
ſacroſ.eccleſ & gl.in l certũ, §.ſed in ipſos.ff. de cõfeſſ.Cald.
cõſ.5.an cõfeſſioni, in illo tit.Rebuff.vbi ſupra nu.75.Barb.in
cõſ.40.n 23.vol.1.incip.ꝓclare, niſi cõcurrãt aliquæ coniectu
ræ, Red.d.trac.de reb.eccl.non alien rub.an & quo ex mutuo
obliget eccl.in verb.uerbũ q, n.4.& ĩ verb.itẽ aduerte, n.11.
Quod maxime procedit, ſi ſumus in alienatione de mãda-
19 to p reſcriptũ Papæ, †qđ regulariter cõceditur in hæc verba,
ſi tibi p diligentẽ inquiſitionẽ rẽ in euidẽtẽ cedere vtilitatẽ
cõſtiterit, vel ẽt ſub hac verborũ formula, ſi per diligentẽ in-
quiſitionẽ cedere reperies, quę verba cõditionẽ præ ſe ferũt,
quocirca in cõditione videtur poſita cognitio euidẽtis vtili
20 tatis. †q cõditio dẽt adimpleri in forma ſpecifica, l.Meuius.
& ibi Bart.ff.de cõditio.& demõſtrat.& debẽt iudices dele-
gati ſeu cõmiſſarij diligẽter ĩquirere, & doceri, id eſt de oĩb.
tractare, de oĩb.cognoſcere, & de oĩb.inueſtigare, circa vtili-
tatẽ, & cõmodũ eccleſiæ, vt in hãc ſniam dixit Redoa.eod.lo
co, n.56.& innuit illud verbũ reperieris, innuere cauſæ cognĩ
tionẽ parte citata, Rot.deciſ.685.nota ſi ponat.ĩ antiq.Guid.
Pap.q.70.in cõmiſſionib. ſicut verbũ cõſtiterit hãc habet vĩ,
21 ut cõſtet per inſtrumẽta, uel per teſtes, ſiue ẽt per ſniam† uel
aliã clarã probationẽ, ut per Ale.in l.qui Romæ. §.Augerius.
n.3.ff.de uerb.obl.& ſequitur Redoa.ubi ſup. n.61.unde ex-
cluditur probatio per aſſertionẽ partis, quæ in iſto caſu non,
dicitur probatio legitima, cũ ſit pręiudicialis eccleſiæ, per ea
quę in terminis ſcribit Imol.in c.ꝙ quibuſdã.n.19.de fideiuſ.
Quæ aũt ſint ſolẽnitates requiſitæ in alienatione rei eccle-
ſię, adeas §.ſi uero contingat.& §.quẽcunq; aũt.auth.đ alien.
& emphy.& adhibeas Red.d.trac.rubr.de cauſis pp quas fiũt
alienat.n.18.& 19.p totã illã rubr.& q cãę ſint, ubi late id expl.
Limites illud, quod in concluſ.diximus, duo neceſſario eſſe
22 probanda, † ut non habeat locum quando eccleſia non eſſet
bonorum immobilium capax, uel ui fidecommiſſi alien.Hip-
pol.ſingul.132.alienatione rerum eccleſiaſticarum, quia tunc
ſolemnitas non requiritur. Et uide alia adducta ſuper hoc à
Redoa.tract.de rebus eccl.nõ alienan.rub.de caſibus, in qui-
bus fit alienat.rerum eccleſiæ ſine ſolemnita.in uerb.itẽ bona
fratrum, n.24.& Rebuff.d.compen.rei eccleſi.n.29.uerſ.5.qũ,
Secun-

Digitized by Google

23 Secundo limita in re ſterili & nihil ferente† quam alienare
eccleſiæ permiſſum eſt, auth. item prædium. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & c. terrulas. 12. q. 2. de quo vide Iaſon. in leg. 2. de of-
fic. eius cui mand. eſt iuriſdict.
24 Tertio limita, † niſi aliter eccleſiæ cõſuetudo ferret, per re-
lata à Iaſ. in l. 2. C. de iur. emph. n. 206. & ſeq. & Barto. l. vt iu-
ſiu. §. ſi liberi. de ope. libe. poſt n. 5. verſ. ſed hoc ius, ibi. niſi in
ciuitate, vel patria cõſuetudo, & reliqua, & ibi Pomat. in ad-
dit. ſuper §. quod de emphyteuſi, verſ. niſi forte cõſuetudo. &
verſ. & quoquo modo. ibi, ſed dicit forte debere attẽdi cõſue
tudinẽ, & Ferr. in for. libelli in actione reali, gl. veria & legiti-
mis, num. 74.
25 Quarto limita, † niſi concedatur ad tempus modicum, c. 1.
de reb. eccle. nõ alien. in 6. §. qui ẽr tractatus, à cõtrario ſenſu.
l. 1. de officio eius, cui mand. cap. qualis. 25. diſtin. gl. c. cũ apo
ſtolica. ſuper verb. intellige, de his, quæ fi. à præl. & ibi in ver.
perpetuus. Abb. c. continebatur. in ver. limita, eo tit. & gloſſ.
fin. cap. fin. 16. q. 1. & glo. 1. ea. can. 1. 2. q. 7. Arch. c. 1. de reb.
eccleſ. non alien. in 6. ſuper ver. perpetuis, ad hæc alia quam
plurima tradentem conſulas Redoa. tract. de reb. eccleſ. non
alien. tit. de caſibus, in quibus fit alienatio rerum eccleſiaſti-
carum ſine ſolemnitate: per totũ, & in verb. addo, n. 10. & ſeq.
26 Et idẽ eſt, † quando alienatur res parui & modici momẽti
vel vtilitatis, ꝑ iura in d. 4. limi. P. Rubuff. d. tract. de decimis,
titul. compend. alien. ter. eccl. nu. 24. verſ. ſunt tamen quidam
caſus, vſque ad num. 37. in paruis impreſſionibus. Tener Re-
doan. tract. de reb. eccleſ. non alien. rub. de rer. mobil. mod.
eccle. alien. num. 6. & 10. & poſt nu. 51. & ſeq.
Quod amplia, ẽt ſi iurauerit nõ alie. Redoan. vbi ſupra n. 7.
27 Quid aũt dicatur modicum, † vide ibi rubri. quid & quo-
modo dicatur modicum, cuius hæc verba ſunt, quandoq; vſq;
ad decem libras auri, alibi vſq; ad viginti marcas, alibi vſque
ad duos aureos, alibi ad quinquagita ſolidos, & reſpectu qua
litatũ, & conditionum perſonarũ, & quando magna vel par-
ua quantitas, quæ magna, & parua cauſa, eſt arbitrarium iudi
ci ſecundum qualitatem, & perſonarum gradum, vt ibi.
28 Quinto limita, niſi detur in emphyteuſim, † quia tunc non
requiruntur aliæ ſolemnitates, ſi conſenſu collegij, vel pleræ-
que partis concedatur. Redoan. in d. tract. de reb. eccle. non
alien. in verb. item alienatur, & alienari poteſt, n. 8. ſol. 245. &
in verb. ſeq. item alio caſu, ſub rub. de caſib. in quib. fit aliena
tio ſine ſolennitate, vide ibi, quando procedat.
Sexto limita omnia iura, quæ ſolemnitatem requirũt in re-
29 bus eccle. alien. † vt intelligant, niſi neceſſitas, & adeo vrgẽs
interuenitet, vt ſolemnia à iure reqſita obſeruari nõ poſſent:
vt c. placuit. vbi gl. 12. q. 2. & vide allega. ad hoc per Redoa.
d. tract. d. rub. in verb. quando autem vrget neceſſitas, num. 6.
cum alijs ſeq.

CONCLVSIO LXXVI.

ARGVMENTVM.

An poſſit præſumi, vel probari alimenta à matre filio præſtita donata, an animo repetendi data.

SVMMARIA.

1 *Alimenta à matre filio præſtita præſumuntur donata & non animo repetendi facta, ratione ſanguinis fauore alimentorum, ſecus à filio matri. nu. 2.*
2 *Aequitas magna in alimentis, & parentum affectus conſiderari ſolet.*
3 *Auia præſtans alimenta nepotibus, & neptibus præſumitur animo donandi.*
4 *Mater, & auia alens ſpurios filios, & nepotes præſumitur animo donandi, non repetendi, quia de æquitate canonica tenetur illos alere.*
5 *Mater adminiſtratrix bonorum filij, vel tanquam tutrix alens filios, vel nepotes, non cenſetur animo donandi, ſed repetendi.*
Adminiſtratio bonorum in perſona matris facit ceſſare præſumptionem donationis.
6 *Frater gerens negotia ſororis habentis patrimonium, illam dotans, cenſetur non animo donandi, ſed repetendi dotare, licet alias præſumeretur in dubio donare.*
7 *Mater proteſtans non animo donandi alere filios, vel nepotes, repetit alimenta, vide ibi contrarium.*
8 *Mater vel auia alens filios, vel nepotes cum proteſtatione animo repetendi, recuperat impenſas, etiam modicas factas in alendis filijs.*
9 *Expenſæ quæ ſint modicæ, vel paruæ, relinquuntur iudicis arbitrio.*
10 *Mater alendo filios viuente patre, qui eſſet diues, & ad eum ſpectaret onus alendi eos, non præſumitur animo donandi, ſed repetendi à patre.*
11 *Mater faciens magnas expenſas in alendis filijs, non præſumitur animo donandi, ſed potius repetendi, maxime ſi mater erat pauper, ſecus ſi modica eſſet expenſa.*

1 ALimenta à matre filio præſtita præſumi donata, † & non
animo repetendi facta, ſancitum reliquere Impp. Seue-
rus & Antoninus in l. 1. & Imp. Alex. in l. alimenta. C. de neg.
geſt. alimenta quidem, inquit Imp. Alex. quæ filijs tuis pręſti-
tiſti, tibi reddi non iuſta ratione poſtulas, cũ id exigente ma-
terna pietate feceris. vbi Cyn. Bar. Fulg. Alex. Bald. & alij ſcri
bẽtes. l. Neſennius. vbi gl. & Bar. ff. de neg. geſt. Bar. in l. ſi quis
à liberis. §. ſi modo. ff. de lib. agno. Man. in cõſ. 185. n. 36. vol. 1.
Rim. ſen. in cõſ. 398. n. 8. vol. 2. & hoc ratione ſanguinis, & fa
2 uore alimentorũ, cuius cauſa multa iure cõſtituta ſunt. † nam
magna in his æquitas, & parentũ ſtudiũ conſiderari ſolet. l. ſi
quis à liberis, §. vtrũq; § ſi mater. ff. de lib. agno. & l. pen. eo.
tit. & pro cõcluſione facit, qđ notat Ruin. cõſ. 145. n. 3. vol. 4.
& Cor. cõſ. 28. in fi. verſ. circa expẽſa, vol. 4. ecõtra aũt alimẽ-
ta à filio matri præſtata, præſumuntur animo repetendi data,
ita reſpondit Cor. conſ. 199. col. 2. verſ. circa ſecundũ, vol. 3.
3 Primo amplia idem procedere, † ſi alimenta præſtaſſet ne-
potibus & neptibus, quia militat eadem ratio: vt Thom. Di-
plo. in addi. ad Alex. in d. l. alimenta. ad hoc adducit Soci. in
conſ. 161. inci. pro deciſ. vol. 2. verſ. confirmatur, nam ratio.
4 Secundo amplia etiam procedere, ſi aleret ſpurios † nã prę
ſumitur etiam illis præſtaſſe animo non repetendi: quoniã de
æquitate canonica illos alere tenetur, ita conſuluit Bald. in
conſ. 258. verſ. alimenta tamen, vol. 1. Socin. cõſ. 161. inci. pro
deciſ. verſ. cõfirmatur: nam ratio. vol. 2. Abb. in c. cũ haberet,
n. 9. verſ. & aduerte. de eo, q̃ dux in matrim. q̃ poll. ꝑ adultet.
& ibi. Anch. col. 2. oppoſi. 4. & Præpoſ. col. pen. in prin. verſic.
tamen dicit hic Pan. & ibi etiam Hoſtiẽ. & Ant. de Butr. idem
Caccialup. in l. ſi qua illuſtriſſ. col. pen. verſic. & quod tale o-
pus, C. de Orfic. S. C.
5 Primo limita nõ procedere, † qñ mater tanq̃ tutrix, vel a-
lio iure adminiſtraret oĩa bona ipſius filij: quia tũc nõ præſu-
meretur animo donandi: ſed repetendi pręſtitiſſe alimenta,
quia adminiſtratio bonorũ in perſona matris facit ceſſare ꝑ-
ſumptionẽ donationis, vt probatur in l. Neſennius, ff. de neg.
geſt. & ibi Bart. n. 3. & Bal. n. 5. & tenet Ruin. cõſ. 171. n. 4. vol.
1. & conſi. 1. n. 23. verſ. ſecũdo, quia, vol. 3. Dec conſ. 616. n. 3.
Raphael. Comen, cõſ. 87. col. 2. & Corn. cõſ. 28. in fi. verſ. circa
6 expẽſas, vol. 4. ſicut ẽt videre eſt de fratre, † qui dotat ſororẽ
habentẽ patrimoniũ, quod ſi negotia ſororis gerit, nõ præſu-
mitur animo donandi, ſed repetendi, licet alias in dubio do-
naſſe præſumeretur, vt docuit Bart. in l. fi. C. de. dot. promiſ. &
in d. l. Neſennius, & dicit Ruin. d. cõſ. 171. n. 3. vol. 1. & faciũt
notata per Abb. in cõſ. 48. col. 2. in fi. verſ. ſed dubiũ eſt, lib. 1.
Secundo limita non procedere, quando mater eſt proteſta
7 ta, ſe alimẽta præſtare animo repetendi, † quia tunc cũ ſumus
in claris, & re ipſa conſtat, donatione non eſſe, non debemus
præſumere pro donatione, arg. l. continuus. ff. de verb. oblig.
* & probat context. in d. l. Neſennius, vbi Bart. & * communiter
Dd. Mãtu. in cõſ. 185. n. 37. vol. 1. Dec. in cõſ. 21. n. 7. & ĩ d. cõſ.
616. n. 4. Tiraquell. in tract. de vtroq. retract. § 36. gl. 2. nu. 53.
Ab hac tamen ſententia receſſi: Grãmat. in conſ. 146. n. 16.
vbi dicit matrem, etiam ſi fuiſſet ipſa proteſtata de alimentis
ipſis, non tamen repetere, ſecundum Bar. & Bal. in d. l. alimen
ta. & in d. l. Neſennius, & licet aliqui aliter ſenſerint, attamen
ipſorum opinio procedit, vbi alimenta fuiſſent legata, vt in l.
alimentis. vbi Barto. C. de tranſact. & melius in l. 1. col. 2. verſ.
nota, quod ſi legatarius. C. de fideicommiſ.
8 Amplia illam limitationem † procedere (ſtante huiuſmodi
proteſtatione) etiam ſi impenſæ in alendis filijs eſſent paruę,
& modicæ, vt per Alex. in l. 1. n. 3. verſ. verũ niſi, C. de negot.
9 geſt. Quæ autem ſint in hoc caſu modicæ, vel magnæ † relin-
quitur arbitrio iudicis. Purpura. in l. cũ quid n. 124. ff. ſi cert.
pet. & plenius & doctius per iuriſperitiſſimum Menoch. in
tract. de arbitr. iud, lib. 2. cent. 2. caſ. 169. cum ſeq. & præced.
Tertio limita non habere locũ, quando pater adhuc ſuper-
10 eſſet, & eſſet diues, & ad eum ſpectaret onus alendi: † quia
tunc mater alimenta ſuppeditando filijs, non præſumitur anĩ
mo donandi, ſed repetendi ab ipſo patre, illud feciſſe, vt per
d. l. ſi quis à liberis, §. ſi mater. iuncta gl. ibi. ff. de lib. agn. &
Bal. in d. l. alimenta. n. 2. in fi. C. de neg. geſt. Rui. in, d. cõſ. 171.
n. 2. vol. 1. & conſ. 145. n. 3. vol. 4. Alci. reſpõſ. 155. n. 3. Bar. Soc.
conſ. 5. n. 14. vol. 4. & Alexan. in d. l. alimenta, in princip.
11 Quarto limita quando impenſæ eſſent magnæ, quia † tunc
non præſumitur huiuſmodi alimenta præſtaſſe animo donan-

Digitized by Google

di,ſed potius repetendi,ita Alex.in d.l.aliment.n.8.in fi.præſertim ſi mater erat pauper,ut per Corn.conſi.28.in fi.uerſic. circa expenſas, uol.4. ſecus ſi eſſent modicæ, ut idem Corn. conſi.165.in fi.uerſi.expend.autem,eodem uol.4.quæ autem ſint magnæ,uel modicæ expenſæ,arbitrio iudicis relinquitur, ut diximus in 2.limitatione.

CONCLVSIO LXXVII.

ARGVMENTVM.

An vir vxorem ægram alens, præſumatur pietatis cauſa, & coniugali amore facere, & quo pacto alimenta probanda ſint.

SVMMARIA.

1 *Vir alens uxorem ægram præſumitur cauſa pietatis, & coniugali amore facere, nec videtur poſſe repetere.*
2 *Maritus alens uxorem cum proteſtatione animo repetendi, poteſt repetere.*
3 *Proteſtatio alimentorum animo repetendi quando operetur, vide remiſſiue.*
4 *Maritus quando tenetur alere uxorem, non valet proteſtatio, quod alat ipſam animo repetendi.*
Maritus in quibus caſibus teneatur alere uxorem, vide ibi remiſſiue.
5 *Maritus alens uxorem ſanam, non præſumitur non animo repetendi alere.*
6 *Secus ſi dos non eſſet promiſſa, vel quando promiſſa, ſed non ſoluta.*
7 *Alimenta præſumuntur præſtita ab illo, qui tenebatur talem nutrire.*
Vnde pupillus præſumitur educatus à tutore, qui tenebatur alere.
8 *Probationes circa alimenta ſunt difficiles, ideo ſufficiunt probationes per coniecturas, & per domeſticas perſonas.*
9 *Libellus quo pacto ſit formandus per actorem petentem alimenta.*
10 *Mulier petens alimenta debet probare non habere bona aliunde ad ſe alendum, quando ſunt ei relicta miſerationis cauſa.*
11 *Negatiuam quis tenetur probare, quando eſt fundamentum ſuæ intentionis.*
12 *Alumnus non poteſt eſſe teſtis pro educatore, & ibi vide rationem.*

1 ALimenta † quæ uxori ægre per virum præſtantur, præſumūtur cauſa pietatis,& amore coniugali preſtita fuiſſe. Sic ſanciuit Imp.Antoninus in l. quod in uxorem.C. de neg. geſt.Quod in uxorem, inquit Imp.tuam ægram erogaſti, non à ſocero repetere,ſed affectioni tuæ debes expendere, & ibi Alexan.in princ.Abb.in conſ.85.nu.4.uol.2. Videtur & Alex. conſ.31.nu.10.uol.6.& ideo non uidetur poſſe illa repeti, ita
* dicunt*omnes per illum textum,in l.quod in uxorem.Cachera.lattiſſime in deciſion.Pedemontan.132.n.19.
2 Primo limita non procedere,† quando proteſtatus eſt præſtare animo repetendi,quia tunc non præſumitur animo donādi præſtaſſe,& poterit repetere.Rom.in l.ſi uero.§.ne uiro. ſub n 76.uerſ.10.probatur.ff.ſolut.matrimon.& idē tangit in
3 cōſ.517.in caſu propoſito.& idē Abb.in alleg.cōſ.85.n.3.uol. 2.† & de iſta proteſtatione quādo operetur,ut repeti poſſint huiuſmodi alimēta,uide latius per Fulgoſ.in d.l.quod in uxorē. & dic breuiter ſecundum Bart.in d.l.quod in uxorem, quod
4 † q̄uādo maritus tenet̄ alere uxorē,nihil ualet proteſtatio,ſecus quādo nō tenetur, in quibus uero caſibus compellatur, uide illummet Bartol.et Fulgoſ.et Cyn.in d.l. quod in.uxorem,et late per Alexan.in l.in inſulam.§.uſuras.ff.ſol.matrim.
5 Secundo limita non habere locū in uxore ſana,† quia tunc non præſumitur præſtaſſe animo non repetendi, ut limitat ēt Alex.in d.l.quod in uxorē,n.7.ex mente Imolæ in l.in inſulā, §.uſuras,ff.ſolut.matrimo.Rom.in l.ſi uero.§.de uiro.ſub nu. 76.uer.10.probatur.ff.eod.tit. et idē Alex.in d.§. vſuras,ſub n.3.verſic.ſi vero mulier erat ſana,& tangit idem Rom. in alleg.cōſ.517.col.2.verſ.aut præſtita fuerint mulieri infirmæ,& idem Alex.in conſ.31.n.10.per ibi adducta, vol.6.Iaſ. in cōſ. 172.col.2.veſic.ſi ergo.lib.4. Ruin. in conſ.18.nu.20. vol.1. Pariſ.in conſ.23.nu.90.vol.1.& Cephal.in conſil.127.num.s. vol.1.& Grat.in conſil.57.nu.6.vol.s.
6 Limita tertio non habere locū,† quando dos non eſſet promiſſa,vt reſpondit Alex.in conſ.21.col.4.vol.7.& Grat. in d. conſ.57.vel quando eſſet promiſſa,ſed non ſoluta,iuxta ſententiam Cacherani,in d.deciſ.132.n.18.

Hic addas,alimenta præſumi eſſe præſtita ab ipſo,qui tene-
7 batur illum,vel illam alere.† Vnde pupillus præſumitur nutricatus à tutore,qui tenebatur illum alere,text.in l.fi.C.de aliment.pupill.præſtan,& ibi Bald,& Salicet, Corn.cōſ.110.incipien.in hac conſultatione,col.3.in litera M.vol.1. & in cōſ. 113.incip.circa primum,col.2.in litera L.eodem vol.1.& dicetur infra in concluſione expenſæ,Et quia † probationes circa alimenta ſunt difficiles,eum non ſoleant teſtes vocari,quā do perpetuo præſtantur,ideo ſufficiunt probationes per aliqua media,& coniecturas,vt per homines domeſticos,vt palàm habetur per Corn.alleg.conſ.113.col.2.verſ.item præmitto.eod. vol.1.& Bald.in conſ.323.in fi.vol.2.& idem Corn.in d.conſ. 110 in litera M.& de hoc vide late per Beninten.deciſ.Bonō. deciſ.43.per tot.in quo loco examinat,quando & quomodo alimenta ſemper eſſe in domo præſtita probentur, & ibi ponit contraria,& declarationes.
9 Verum in hoc iudicio,† quo pacto ſit formandus libellus per actorem petentem huiuſmodi alimenta, docet Bar.in leg. libertis,quos,§.manumiſſis.ff.de alim.& cib.leg. in 3.membro ſuæ diſtinct.quem refert,& ſequitur Viu.in ſuis cōmun. opin.
* in verſ.alimenta præterita, vbi de*communi atteſtatur, & mu
10 lieri petenti alimenta incumbit onus probandi, † ſe aliunde non habere,vnde alere ſe poſſit,ſi relicta ſint ei miſerationis
11 cauſa:illa enim † negatiua eſt fundamentum ſuæ intentionis, iuxta notata per gl.Bar. & Bald.in l.ſi vero.§.fina.ff.qui ſatiſdar.cogant.& refert Mil.in ſuo reperto.in vero alimenta.

Verum quia ille,qui aliter maxime ſolet educatorem ſuum reuereri,cultuque quodam,& honore dignari,eo quod vices
12 patris ſuſtinere videatur:† ideo pro ipſo educatore non poteſt eſſe teſtis,argum.l.quia parētes.ff.ſolut. matrimon. & gl. in l.reſtis idoneus.ff.de teſtib.voluit.Lanfr.de Orian.in tract.
* de teſtibus,nu.61.verſ.ita dicit, vbi de*communi atteſtatur, & Alberic.de Malet eo.tracta.de teſtib.in 1.part.n.26.verſic. vlterius dubitatur de alio parente nutrimenti. In hoc tamen verſabitur arbitrium Iudicis ex qualitate cauſæ, & perſonarum,ita ait Iacob.Nouell.in regul.216.nu.78.

CONCLVSIO LXXVIII.

ARGVMENTVM.

Aliquid alleganti,vel dicenti illud eidem probandum eſt,cuius rei gratia multa afferuntur exempla.

SVMMARIA.

1 *Allegans, & dicens aliquid id probare debet.*
2 *Allegans conſuetudinem debet illam probare.*
3 *Epiſcopus allegans conſuetudinem probat.*
4 *Veterem conſuetudinem allegans probat per iuramentum.*
5 *Allegans defectum debet probare concludenter.*
6 *Dolum allegans debet probare, quia regulariter non præſumitur.*
7 *Errorem iuris allegans probare debet, quia ſcientia præſumitur.*
8 *Scientiam allegans illam probare debet.*
9 *Allegans illegitimitatem alicuius illam debet probare.*
10 *Allegans impedimentum illud probare debet.*
11 *Litis pendentiam allegans tenetur illam probare.*
12 *Matrimonium allegans tenetur probare.*
13 *Metum allegans tenetur probare.*
14 *Mortem, vel vitam alicuius allegans tenetur probare.*
15 *Paupertatem allegans, illam probare debet.*
16 *Negotiationi alicuius quem propoſitum allegans tenetur probare.*
17 *Priuationem allegans illam debet probare.*
18 *Solutionem allegans illam debet probare.*
19 *Solemnitatem allegans illam debet probare.*
20 *Tempus allegans illud probare debet.*
21 *Vſurarium quem eſſe allegans, tenetur probare.*
22 *Legem fori per ſe allegans, tenetur probare eſſe obſeruatam.*
23 *Inteſtatum quem deceſſiſſe allegans tenetur probare.*
24 *Emancipationem allegans tenetur illam probare.*
25 *Teſtes plures habere potuiſſe allegans tenetur probare.*
26 *Subſtitutionem aliquam comprehendere allegans tenetur probare.*
27 *Procuratorem ſe allegans tenetur probare.*
28 *Notarium, vel clericum eſſe, vel poſſe viuere ex eius operibus allegans tenetur probare.*
29 *Poſſeſſionem ciuilem allegans tenetur eam probare.*
30 *Aditionem hæreditatis allegans tenetur eam probare.*
31 *Culpam allegans tenetur eam probare, vel in committendo, vel in omittendo loquatur.*
32 *Poſthumum natum allegans ad inualidandum teſtamentum debet probare.*
33 *Allegans exceſſum penſionis contra poſſeſſorem illum debet probare.*
34 *Allegans qualitatem, pro qua nulla eſt præſumptio, illam probare debet.*
35 *Allegans titulum ex diuturna præſtatione, neceſſario probare debet, præſtationes fuiſſe ex cauſa.*
36 *Allegans inquiſitionem factam fuiſſe, debet illam probare.*
37 *Allegans ſe legaliorem debet probare.*
38 *Allegans teſtes corruptos falſum depoſuiſſe, debet probare vtrunque ſcilicet corruptelam, & falſitatem, ſi ſe adſtrinxit.*
39 *Allegans ſe exemptum, & ad cautelam petens abſolutionem, debet ante omnia probare exemptionem.*
40 *Allegans tutores, & curatores male geſſiſſe, debet probare.*

41 *Alle-*

Allegans titulum ſingularem debet probare.
Allegans corpus ... in ſuam agendo non auditur, ſed excipiendo ſic.
Allegans etiam ſi eſſet Epiſcopus, tenetur probare, quod allegat.
44 *Iudex debet probare, quod allegat, etiam ſi dicat in ſententia, vel libello.*
45 *Sanitas mentis non probatur per dictum notarij in teſtamento.*
46 *Notario non creditur, ſi dicat in teſta mento, ſanus corpore, & mente teſtatus, error præſumitur, & propterea teſtamentum non vitiatur. Nec ſi dicat, mulierem certiorem feciſſe de virtute renunciationis alicuius legis, vel ſtatuti, niſi aliunde probetur, quod certiorem fecerit.*
47 *Præſentia mariti nõ probatur, ſi dicat notarius, mulierẽ feciſſe cõtra.tũ corã marito.*
Duo allegans vtrunque tenetur probare.
48 *Allegans habens præſumptionem pro ſe non tenetur probare.*
49 *Allegans ſi eſt in quaſi poſſeſſione, quarum allegat, non tenetur probare, etiam ſi poſſeſſio eſſet vaciliata.*
50 *Notorium non probatur.*
51 *Tribus modis limitatur, quod ſupra dictum eſt, in ſummo Pont. Cardinale, & in perſona legaliſſima.*
52 *Iudicibus non eſt credendum, quantalibet præfulgeant dignitate.*

1 ALlegans, & dicens aliquid † id probare debet, idq; quod
diximus probatur per glo. in c. non eſt. de conſuet. lib. 6.
& in clem. vni. de reſtitut. in integ. tex. in l. actor. C. de proba.
& ibi Cyn. Bar. & Bal. & Fel. in c. cum dilectus, col. pen. de ac-
cuſ. & Hypp. Marſ. in l. 1. § ſi quis dicatur, n. 4. ff. de quæſt. vbi
per duas col. allegat gl. & Dd. hanc concluſionem probantes,
& tex. in d. §. ſi quis dicatur, optime probat, vt ibid. ipſe Mar.
inquit, & pluribus hanc concluſionem comprobat Cachera.
in deciſ. Pedemont. 79. n. 41. & deciſ. 171. n. 11. & ſeq. n. 5.
2 Primo infertur ex hac concluſione, † vt allegans conſuetu-
dinem eidem ſit probanda, iuxta ſūmam Accurſ. in l. 1. in ver.
probatis, & 2. C. quæ ſit long. conſuet. & ibi Bald. in 1. notab.
& q. 27. Pariſ. in conſi. 31. nu. 13. vol. 1. & in conſi. 10. num. 14.
vol. 4. Florian. in l. is cui, ff. quemadmod. ſer. amit. Bart. in l. de
quibus ad fi. in 1. lectura, ff. de leg. & Gra. in conſi. 113. nu. 11.
3 vol. 1. † etiam ſi eſſet epiſcopus allegans huiuſmodi conſuetu
dinem, ſecundum gl. in d. c. non eſt, de conſuetud.
Secūdo infertur, vt allegans veneream coniunctionem, ei-
4 demmet incumbat onus probandi, † quod facere poteſt per
iuramentum. Ita Inno. in c. acceſſit, de ſponſ. & Bal. in Marg. in
ver. allegās, verſ. pen. & Card. Flor. in c. 1. de adulter. vbi Abb.
& Alex. conſ. 229. vol. 6. & Abb. d. c. 1 n. 5. dicit virginitatē præ
ſumi, & aſſerenti fuiſſe contaminatam incumbit probatio.
Limita, niſi publice mulierem in cõcubinatu haberet: quia
tunc poteſt eſſe nota, Abb. c. de illo, n. 2. de eo qui cog. conſan.
vxor. ſuæ. eo. l. ſi vicinis ſcientibus, C. de nupt. & vi tex. c. tua,
iuncta gl. in verb. non ex euidentia, de cohabit. cleric. & mul.
Limita etiam, niſi ſi vir aſſerens cognouiſſe vxorem, & v-
xor repugnet: quia fides eſt habenda viro, donec aliter probe
tur: vt Bermond. Choueron. tract. de connu. rub. de ſtupro, in
verſi. de quarta, num. 11.
5 Tertio infertur, vt allegans defectum † debeat probare, &
concludenter, ita Bal. in l. cum apud, C. de commun. ſer. man.
per l. miles, §. defuncto, ff. de adulter.
6 Quarto infertur, vt alleganti dolum, † munus incumbat il-
lum probandi: vt dicit Ioan. de Port. in l. ſi quis cum aliter, de
verb. obligatio. no. in l. quoties, §. qui dolum, ff. de probatio.
& per Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, § penul. ff. de edend. gl.
in l. ſi quis fundum, § Imperator. ff. de loc. gl. in l. cum ita, §. fi.
ff. de leg. 2. l. quoties, §. qui dolo. ff. de prob. Fulg. n. 127. col. fi.
Spec. in rubr. de pignor. verſ. ſed quis probat. nu. 17. & Ioann.
Andr. in addit. ad Spec. §. reſtat. ver. quid iuris ſit. nu. 3. ſuper
verb. de albo. cor. in litera E. ver. ſubdit. de dolo, & contum.
& gl. c. 2. de renunciat. in 6. & l. palam, §. ſequitur, dolo mal. &
gl. ibi ſupra ver. ſi in ea. cum regulariter dolus non præſuma-
tur, vt voluit Cor. in conſ. 328. col. 1. vol. 4. & Silua. in conſ. 46.
n. 4. vol. 1. & leg. quoties, §. qui dolo. de procur. Coſm. in prag.
ſãctio. ſi vero, ſuper ver. ea vice, verb. ſed nolēs facere, de elect.
7 Quinto infertur; vt allegans errorem iuris † probare illum
debeat, nam ſcientia præſumitur, ſic docuit Bar. in l. ſed ſi l. §.
ſcire, ver. ad vnum tamen aduer. ff. de pet. hæred.
Licet ab hoc diſſentire videatur Caſſ. in conſi. 1. in 3. prin-
8 cipali quæſito, nu. 14. vbi dicit, † alleganti ſcientiam illā pro-
bare debere: vt etiam dicit Fel. in c. 2. col. 2. de except. & Soc.
ſen. in conſ. 229. nu. 2. vol. 2. & l. verius, de proba. Quæ per fa-
mam probatur, Bart. l. ſi cui. §. iiſdem, num. 2. de accuſa. & in l.
Celſus, nu. 4. de vſucap: & per coniecturas, iuxta c. afferte. de
præſumpt. & quomodo probetur, & quomodo articuletur (vt
aiunt noſtri) adeas Crau. conſi. 193. nu. 7. de qua ſcientia vi-
de aliqua ad id ſpectantia apud Bal. conſi. 37. vol. 2.
9 Sexto infertur: vt † allegans illegitimitatem alicuius illam
probare debeat, Bald. in addi. ad Spec. de prob ver. qui dicit,
& not. in c. ſi forte, de elect. in 6.
10 Septimo infertur, allegantem † impedimentum debere &
illud probare, l. qui commeatu. & ibi Bar. ff. de re milit. & per
Fel. in c. ſciſcitatus, de reſcript. & probare debet vſum ſe dili-
gentia, Bar. in l. 2 §. quod dicimus, ff. ſi quis caut. & in l. præſes,
C. de appel. Inn. & Fel. in c. tranſm. de præſcr. Crot. conſ. 31. n. 14.
11 Octauo infertur † allegantem litis pendentiam illam pro-
bare debere, voluit Pariſ. cõſ. 47. n. 41. vol. 4. per ibi adducta.
12 Nono infertur, vt allegantis matrimonium † ſint partes il-
lius pbādi. Ita Pariſ. cõſ 61. n. 1. cū ſeq. vbi plura dicit, vol. 4.
13 Decimo infertur, alleganti metum † opus eſt, vt probet, l.
ſi. in prin. & ibi Bar. ff. quod met. cau. Pariſ. conſil. 10. nu. 33. &
35. vol. 1. & in conſi 5. n. 168. vol. 4. & in conſi 90. nu. 20. eod.
vol. per ibi adducta, qui probatur arbitrio iudicis, conſide-
rata perſona, Coſma. in gl. pragm. ſanct. in c. licet, §. item nec
credit, ſup verb. preeib. de elect. Rip. lib. 2. reſpō. c. 19. in prin.
14 Vndecimo infertur alleganti mortem † vel vitam alicuius,
neceſſe eſt, vt probet illam, docuit Bart. in l. ſi quidem, q 1. C.
ſolut. matrim. intellige agendo, arg. l. ſpado. §. qui abſolutus,
de excuſat. tutor & ſic limitatur gl. * cõiter approbata in l. 2.
§ ſi dubitetur, quemad. teſtam. aper. quæ vult præſumi, quem
uiuere vſque ad 100 annos, procedit in reo excipiente, ſecus
in actore. Allegans tñ quem deceſſiſſe ſine filijs, neceſſario cõ-
uenit cum qualitate ſtatus hois ab initio, & contradicens de-
bet probare Bar. in l. ſi prius, in 4 oppoſ. 3. partis, poſt nu. 17.
de nou. oper. nuncia. Bal. l. ex perſona, C. de prob. & ſic intelli
gitur l. ex facto, §. ſi quis aut. ad Trebell. et gl. in l. quoties, la 2.
de reb. dub. & Soc. in l. qui duos, §. cū in bello. n. 4. de reb. dub.
Duodecimo infertur, ut allegans paupertatem alicuius il-
15 lam probare † debeat, gl. & Bart. in l. ſi uero, §. qu. pro rei. in
uerſic. quæro ergo cui. ff. qui ſatiſdar. cogant. Petr. de Suſ. in l.
pen. C. quando fiſc. uel priu. & Franc. Aret. in l. neceſſarijs, col.
pen. in prin. ff. de acq. hæredi. Quæ iudicis arbitrio probatur,
gl §. hinc nobis, ſuper uerb neceſſitas iuncto tex. ibi, aut q ui-
libet neceſſitas, ubi Bar. nu. 18 auth. de hæred. & falcid. & q[uo]
probetur Alex. l. ſi conſtante, nu. 13. ſoluto matrim.
16 Decimotertio infertur † ut allegans præpoſitum quem eſſe
alicui negotiationi probare debeat, l. 1. & ibi Bal. C. de inſtit.
17 Decimoquarto infertur, allegantem priuationem † illam
probare debere, Bald. in l. ex perſona, col. fi. in prin. uerſic. ſe-
quitur de præſumptionibus, C. de probatio.
18 Decimoquinto infertur, alleganti ſolutionem, † illam pro-
bādā eſſe, l. 1. C. de prob. & l. 1. C. de ſol. Pariſ. cõſ. 90. n. 19. vol.
1. & Rimin. ſen. conſ. 61. n. 3. vel confeſſio ſoluti per teſtes ro-
gatos non tranſeuntes, vel fortuitos, qñ contractus eſt in ſcri-
ptis, c. teſtes § de his. 3. quæſt 9. l. teſtiū. C. de teſt. & auth. ro-
gati. C. eo. Azo in ſumma de teſtibus, § ſin autem. dicit, forſan
duos ſufficere non rogatos Speculat. § 1. n. 91. verſ. & talis eſt
caſus. de teſt. Affli deciſ 13. n 25. vſque ad 28. dicit indirecte
poſſe probari per ſcripturam, & per teſtes, per ibi allegata.
19 Decimoſexto infertur, † allegantem ſolemnitatem, debere
illam probare, gl. in l 1. C. de vſur. & ibi D. text. in l. quæcunq;
ff. de Public. & notat Rimi ſen. in conſ. 209. n. 7. vol. 2. intrinſe-
ca tñ præſumitur. l. ſciendū, vbi gl. ſuper verb. ſolemnibus, de
verb. obliga. Io Lup. in repet. c. per veſtras. de donat. inter vir.
& vxor. n. 4. ſol. 175. & extrinſeca ex antiquitate præſumitur, tā
in iudicialibus, quam extra. Dd. d. l. ſciendū. & Grat. conſ. 317.
poſt n. 1. verſ. & iſta opinio videtur de iure verior, vol. 1. de
quib. ſolemnitatib. diximus ſupra concl. 4. n. 22. & cõcl. 5. n. 6.
20 Decimoſeptimo infertur † alleganti tempus, illud probare
conuenire, c. literas. de reſcript. Bald. in l. ſi minorem, verſ. itē
adde. C. de in integr. reſtit. & omnino per Cæpol. de ſeruitut.
ruſtic. prædior. c. de ſerui paſc.
21 Decimooctauo infertur, † vt allegans aliquē eſſe vſurariū,
id probare debeat. Bald. in addit. ad Specul. de appel. verſ.
nota quod priuilegium.
22 Decimonono infertur, † allegātis aliquam legem fori, pro
ſe munus eſt, ut probet illam eſſe obſeruatam, & uſitatam, ut
Petr. Duen in reg. 38.
23 Vigeſimo infertur, † neceſſe eſſe allegāti aliquem deceſſiſ-
ſe ab inteſtato id probare debere. Iaſ. in l. 1. is poteſt. n. 88. ff.
de acq. hæred. & idem in l. ſi emancipati. n. 1. C. de colla.
24 Vigeſimoprimo infertur, † ut allegans emācipationem id

[illegible]

Digitized by Google

illã ꝓbandã cogatur. Cag. in leg. ſi emãcipati, n.40. de collat.
Vigeſimoſecundo infertur, alleganti plures teſtes haberi
15 potuiſſe † incumbit onus probandi, vt per Corne. in l. fina. C.
de teſt. per Iaſ. in leg. Gallus. §. quod ſi is. ff. de liber. & poſt
hum. & per Rolan. à Valle in conſ. 26. nu. 5. vol. 1.
26 Vigeſimotertio infertur, † vt allegans ſubſtitutionẽ aliquẽ
comprehendere, probare debeat, vt dicit Abba. in conſ. 140.
vol. 1. Pariſ. in conſ. 4. n. 24. vol. 3. Socin. iun. in conſ. 102. n. 23.
vol. 1. cum alijs adductis per Cephal. in conſ. 114. nu. 5. vol. 1.
27 Vigeſimoquarto infertur † allegantem ſe procuratorem ali
cuius, compelli ad faciendam fidẽ de ſuo mandato, per Dd.
in l. 1. C. de procur. & per Rolandũ à Valle in cõſ. 48. n. 1. vol. 1.
Vigeſimoquinto infertur, alleganti aliquem eſſe notarium,
28 clericum, † vel ſibi poſſe ex operibus ſuis victũ comparare,
incumbit onus probandi, vt per Roland. à Valle in cõſ. 54.
n. 76. vol. 2. & per Craue. in conſ. 72. n. 2. & in conſ. 150. col. 1.
29 Vigeſimoſexto infertur † allegantem ciuilem poſſeſſionem,
impelli ad eam probandam, & quid requiratur ad eius pro-
bationem, tradit Cranet. in conſ. 5. n. 11.
30 Vigeſimoſeptimo infertur, † vt allegans aditionẽ hæredita
tis teneatur eam probare, ſecundũ Crauet. in cõſ. 23. n. 2. per
Bald. in conſ. 273. col. fin. lib. 1. & per Rom. in conſ. 224. col. 1.
31 Vigeſimooctauo infertur † vt allegans culpam debeat eam
probare, ſiue loquamur in committendo, ſiue omittendo, iux
ta ſententiam glo. & Dd. in l. quotiens. §. qui dolo. ff. de pro-
bat. Barto. in l. exceptio. ff. de exceptio. Bald. in c. 1. de feud.
cul. non amit. & Ioann. de Amicis in conſ. 65. n. 4.
32 Vigeſimonono infertur, † vt allegans poſthumum natũ ad
reſcindendum teſtamentum, id debeat probare, ſiue agat, ſi-
ue excipiat, ſecundum Capram in conſ. 106. n. 1.
33 Trigeſimo infertur, † alleganti excuſſum penſionis contra
poſſeſſorem, illum probandum eſſe. Bellame. deciſ. 471. incip.
teſtis cum fama. Ang. conſ. 270. incip. Bonifacius epiſcopus,
col. fi. late per Hierony. Gigan. in tract. de penſionib. q. 9. n. 9.
34 Trigeſimoprimo infertur, † allegantem qualitatẽ, pro qua
nulla eſt præſumptio, illum probare debere, ſiue iſte ſit actor.
ſiue reus, c. 1. in fi. de gra. ſucceſſion. late per Oldaric. Zaſ. in
tract. de feudis, part. 11. n. 29.
35 Trigeſimoſecundo infertur, † vt allegans titulũ ex diutur-
na præſtatione, neceſſario probare debeat præſtationes fuiſ-
ſe ex cauſa, ſeu ex titulo deductas, alias diuturna præſtatio
non probat, vt per Salicet. in l. ſi certis annis. in vlti. col. C. de
pac. in ver. quæro. & clarius ibi in vlt. q. ſequitur Crot. cõſ. 94.
nu. 8. ex adductis ibi per eum.
36 Trigeſimotertio infertur, † allegantis inquiſitionem factã
fuiſſe, officium ſit illam probare. Alex. in conſ. 91. n. 7. vol. 7.
37 Trigeſimoquarto infertur, † allegantis ſe legaliorẽ, munus
eſt id ꝓbare. Bar. in l. ſi actor. in 7. col. i fi. in verb. q̃ro actor. ff.
de ꝓcurat. per gl. in l. ſi vero. §. qui ꝓ rei, qui ſatiſdare cogãt.
38 Trigeſimoquinto infertur, † allegantẽ teſtes corruptos fal-
ſum depoſuiſſe debere probare vtrunq;, id eſt corruptelã, &
falſitatẽ, ſi ſe adſtrinxit, alias non, l. falſum. C. ſi ex fal. inſtrum.
vide Barto. in l. Fulcin. §. cum hoc, in 1. col. in verb. ex hoc di-
cebã. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. & in l. diuus. in 1. col. in verſ.
q̃ro hic dicit. & ibi Dd. de re iudi. Bal. i l. 1. 6. q. C. de cõdi. ide.
39 Trigeſimoſexto infertur, † allegantis ſe exemptum, & ad
cautelam petentis abſolutionem, partes eſſe ante omnia pro-
bandi exemptionem.
40 Trigeſimoſeptimo infertur, † vt allegans tutores, & curato
res male geſſiſſe, debeat ꝓbare, l. ẽt & ibi Bar. C. ſi tut. vel. cur.
41 Trigeſimooctauo infertur † alleganti titulum ſingularem, il
lum probandum eſſe, etiam ſi ſit filius, cũ pro hærede vniuer-
ſali præſumatur. leg. ſiue poſſidetis. & ibi Bald. in tertio no-
tab. C. de probationib.
42 Trigeſimonono infertur, † vt allegans turpitudinem ſuã a-
gendo, nõ audiatur; ſed excipiendo etiã, Bal. in l. 1. 2. col. ver.
quæro hic vtrum. C. de cõdic. ob turp. cau. per l. mercalẽ. eod.
titul. & l. cum profitearis. de reuoc. donat. Iſtud ẽt procedit,
niſi allegat ad adiuuandũ aliũ, quia tũc poteſt, non autem ad
fundandã intentionẽ ſuã, ſi credimus Bald. & Bart. in l. 2. eod.
titul. & ibi Bald. in fi. vbi dicit, ad adiuuandũ ius dominij, vel
aliud ius reale, audiri allegantẽ turpitudinẽ ſuam, ſecundum
Bald. in l. 1. in fi. col. 1. verſ. quintus. l. vbi, in fin. ver. C. de fur.
vbi ſentit, allegare licere alicui turpitudinẽ propriã, vt ab ea
deſiſtat, nõ vt perſiſtat in illa, itẽ verũ, niſi aĩa in diſcrimẽ vo-
cet, q̃a licet eã allegare, hoc eſt denũciãdo. Inno. in c. tertio lo
co. in glo. in verb. proponebat, la 2. de pſump. & Bal. in Marg.
ver. allegãs. verſ. 1. & Io. Andr. in c. cõſanguinei. de re iud. De
hoc tñ vide Bart. & Alex. in l. iuſiurãdũ. §. ꝓcurator. in 5. col.
verſ. & ꝓ huius declaratione. vbi ponit magiſtralẽ diſtinctio
nẽ, & plenã, ff. de iureiuran. & in l. trãſact. C. de trãſact. & in l.
ſi ſeruus. §. 1. i fi. vbi ſimpliciter ſe remittit. ff. de leg. 1. & Bart.
in l. ſi creditorib. i verſ. modo hęc generaliter. C. de ſeruo pig.
dato ma. in ſpecul. de recu. §. effectus. verſ. ſed nũqd excõmu-
nicatio. Iſtis addas, vt nulli liceat allegare ꝓpriã turpitudinẽ
agẽdo, nec defendẽdo, ſecũdũ Bal. i Marg. verſ. allegãs, verſ.
fi. ꝓ notata i c. inter dilectos. de dona. Nec replicãdo, iuxta A-
lex. cõſ. 38. part. 4. ad finẽ. vbi dicit verũ cõtra eum, q agit de
damno vitãdo, l. viro. ff. ſolut. matrim. l. apud Celſum. §. Mar-
cellus. d do. exceptio. & p Felin. i c. ſciſcitatus. i verſ. nõ ſe, de
reſcri. & in cap. tertio loco, vbi plenius, & Do. Iaſ. May. in d. l.
iuſiurandũ. & Feli. in cap. lator de re iudi. per Franc. Are. duo
verba. in l. qui ſuperſtitis. in vlt. col. de acqui. hæredita. & in l.
tranſact. C. de trãſact. & in d. l. iuſiurandũ. in §. ꝓcurator. vbi
late, Iacob. Philip. Por. Imol. conſ. 16. nu. 62. Crauet. conſ. 105.
nu. 12. vol. 1. Ad ſaturitatem multa alia ad id ſpectantia te do
cebit Felin. in c. lator. col. 1. & 2. de re iudica. vbi ponit plures
caſus, in quibus auditur quis allegans turpitudinem ſuam.
Nec ita ſiccis pedibus, vt aiunt, pertranſire debemus has il
lationes, latius ſuo loco hæ explicabuntur.
34 Primo amplia cõcluſionẽ ꝓcedere, † ẽt ſi allegãs eſſet Epi-
ſcopus, q̃a nihilominus id ꝓbare debet, & gl. i cap. cũ nõ eſt,
in verſ. q̃ allegat. d cõſuetu. i 6. ꝑ c. ſi tãtũ. & cap. placuit. 7. q. 2.
44 Secundo amplia etiam ſi eſſet iudex, † & in ſua ſententia di
xiſſet, viſo libello, viſa litis conteſtatione, &c. nõ tamen ſuf-
ficit, niſi aliũde probetur, ita Barbat. in c. cum in iure. col. 13.
de offic. dele. & per alios, quos refert, & ſequitur Hippol. Mar
ſil. in leg. 1. §. ſi quis dicatur. n. 10. de quæſtio. Cephal. in conſ.
265. nu. 16. volum. 2. & Mantu. in conſil. 147. nu. 14. & in conſ.
38. nu. 3. & in conſ. 60. nu. 16. volum. 1.
45 Tertio amplia, ẽt ſi notarius dixiſſet in teſtamento † Titius
ſanus mente, &c. quia ex hoc ſolũ nõ probatur illa ſanitas mẽ
tis, vel etiã ſi dixiſſet, Titius ſanus corpore, & inſanus mente:
quia per hoc nõ vitiaretur teſtamentũ, nec ei crederetur, ſed
præſumeretur ita per errorem locutum fuiſſe, vt placuit Bald.
in leg. Imperator. col. 1. verſ. pone ergo. ff. de ſtat. homi. Iaſo.
in l. ſanum. col. 3. verſ. ſi autem notarius. C. qui teſt. facer. poſſ.
Cephal. in conſ. 62. n. 2. & in conſ. 72. n. 2. vol. 1. & in cõſ. 176.
n. 40. vol. 2. quicquid cõtra afferat Socin. ſen. in conſ. 289. n. 2.
46 vol. 2. † ſicuti ẽt ſi diceret ſignificaſſe mulieri de virtute renũ
ciationis alicuius legis, vel ſtatuti: vt perſæpe fit: nam niſi a-
liũde probetur certiorẽ feciſſe, nihil prodeſt, nec probat præ
47 ſentia, † ſi dixiſſet mulierẽ feciſſe cõtractum corã marito. ita
Hippol. Marſi. in d. §. ſi quis dicatur, de pri. habetur, n. 7. de ſe
cũdo n. 8. de 3. n. 9. & de notorio ꝓſequitur à n. 2. vſq; ad n. 17.
Quarto amplia. vt allegans duo teneatur vtrunque proba-
re, ca. licet, de probat. gl. & Dd. in l. diuus. de re iudi. Roman.
conſ. 110. n. 1. & 2. Weſemb. conſ. 6. n. 52. & 53.
48 Primo limita concluſionem præcipue nõ procedere, † ſi al-
legans haberet præſump pro ſe. l. ei incumbit, & ibi Bar. ff. de
ꝓbatio. & eſt gl in l. tutor. petitus. C. de peric. tutor. & Hipp.
Marſ. in d. l. 1. §. ſi quis dicatur. n. 25. ff. de quæſt. & gl. l. 2. d ꝓb.
in princ. ibi, hęc aũt fallit. & gl. §. nõ ſolũ, ſuper verb. vnius, In
ſtit. de legat. ibi. niſi præſumeret ius pro actore. & gl. l. actor.
C. de ꝓbat. ſuper verb. nõ aſtringit. & quãdo ꝑ rerũ naturam
nulla ſit probatio. d. l. actor. in fi. ibi, cum per rerum naturam.
49 Secundo limita † quotieſcunq; allegans eſſet in quaſi poſſeſ
ſione, quotũ allegat l. circa eũ, & ibi Bart. ff. eod. tit. de ꝓbat.
Amplia iſtam limitationem procedere, quamuis poſſeſſio
eſſet violẽta. l. vis eius, & ibi Bald. verſ. quæro hic. C. eod. tit.
50 Tertio limita, quotieſcunque allegaret rem notoriã; † quia
tunc non erit opus vt probet, iuxta gl. in clemen. appellãti. in
* verſ. alias, de appellationib. & ibi ſequũtur illam * cõmuniter
Dd. & Car. Imo. & Dom. in cap. cordi. in princ. 2. col. poſt Io.
Andr. de appellat. in 6. & idẽ not. Bald. in l. cũ fratrẽ, col. 3. C.
de his quib. ut indign. Alex. in cõſ. 226. col. 3. vol. 6. & in cõſ.
67. col. fi. vol. 7. Rol. à Valle in cõſ. 87. n. 23. vol. 1. & Cephal. in
cõſ. 75. n. 46. vol. 1. gl. i l. cives, ſup verb. ſi ſub iuſta, ibi, prima
enim probatione nõ indiget. C. de appel. An. in l. neceſſarijs.
nu. 5. de acquir. hæred.

Quarto

Digitized by Google

51 Quarto limita tribus alijs modis, † vt per Hippolytũ Marſ. in d. §. ſi quis dicatur. nempe in Pontif. Max, ibi n. 22. deinde in Cardinale, ibi num. 23. & poſtremo in perſona lagaliſſima, ibid. num. 24.

Licet in aliam ſententiã deſcendere videatur Mant. in cõſ.
52 60. n. 16. vol. 1. vbi inquit † iudicibus non eſſe credendũ quantalibet præfulgeant dignitate, arg. c. quoniam contra. de probat. c. cum à nobis. de teſtib. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Sed hæc hactenus: hæc enim omnia cõmodius & clarius ſumus explicaturi in ijs locis, in quibus ꝓpria ſedes eſt.

Communia Allodij.

CONCLVSIO LXXIX.

ARGVMENTVM.

Allodium quid ſit, & quibus modis probetur, & præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Allodialis dicitur res, quæ pertinet ad plenum, & directum dominium alicuius.*
2 *Allodium proprium dicitur, & liberum, & à nemine recognoſci.*
3 *Allodium eſt quædam proprietas, quæ non recognoſcitur niſi à ſolo Deo, & quos habeat effectus, ibid.*
4 *Quilibet in re propria eſt moderator, & arbiter.*
5 *Allodialis res quare magis præſumatur libera, quam feudalis, vel alicui ſubiecta. Omnis res ab initio erat libera, ibid.*
6 *Feudum ſeruitutem in ſe continet.*
7 *Allodialis præſumitur res conſiſtens in territorio Caſtri habiti in feudum à Vaſallo, niſi contrarium probetur.*
8 *Prædia in dubio præſumuntur feudalia, cum dubitatur de eorum latitudine, an emphyteutica ſint, vel feudalia.*
9 *Caſtrum vel oppidum liberum præſumitur, & allodiale.*
10 *Comes ſub dominio regis comitatum habens, iure proprio habere præſumitur.*
11 *Feudalis probatur res non allodialis, quoad recognitum de ea ſuperiori factum.*
12 *Recognitione non obſtante res præſumitur allodialis, etiam ſi ab Imperatore de ea facta fuerit inueſtitura.*
13 *Bona omnia præſumuntur feudalia, & non allodialia, quando quis fatendo ſe vaſallum, & inueſtitum de caſtro, requiſitus non vult oſtendere inueſtituram.*
14 *Allodialis non præſumitur eſſe res, quando aſſerens illam eſſe feudalem offert ſe ſtatim ad probandum.*
15 *Idem dicitur ſi viget fama publica, rem feudalem eſſe.*
16 *Fama publica transfert onus probandi in aduerſarium.*
17 *Maior pars rerum ſi eſt feudalis, alia etiam feudalis præſumuntur, & infra nu. 24. & contrarium per Nico. Bell. &c.*
18 *Feudalis præſumitur res, quando poſſidens aſſerit talem eſſe, & qui dicit allodialem probare debet.*
19 *Allodialis res non præſumitur ea, quæ in præteritum aliquid præſtitit Principi in ſignum ſubiectionis, vt loquuntur.*
20 *Præſumptio, quod bona allodialia ſint, ceſſat, quando ex verbis Principis narratur, ea fuiſſe conceſſa in feudum.*
Et quando etiam verba fuiſſent prolata ab alio, quam à Principe, vt nu. 21.
21 *Qualis qualis præſumptio operatur ſicut & fama. Et in antiquis pro plena probatione ſufficit.*
22 *Quo titulo prædeceſſor bona habuit, eodem præſumitur habere hæres, & ſucceſſor.*
23 *Bona quomodo feudalia præſumantur.*
24 *Bona ſita in territorio, de quo quis eſt inueſtitus, ſi pro maiori parte ibidem feudalia ſint, omnia feudalia præſumuntur, vt etiam ſupra nu. 17.*
25 *Prædia ſi diuerſa ſint, poſſidens vnum locum non habet præſumptionem in alio.*
26 *Bona annexa Caſtro infeudato ſi per alios poſſeſſa non fuerint, quam per dominos caſtri, feudalia eſſe præſumuntur.*
27 *Prædia ruſtica quando feudalia præſumantur.*
28 *Bona pro quibus vaſallus ſeruitutem præſtat, feudalia eſſe præſumuntur.*
29 *Præſumptiones ad dignoſcendum an bona feudalia ſint, an allodialia, traduntur per Natt. &c.*

1 ALlodialis res dicitur, quæ pertinet ad plenum † & directum dominium alicuius, vt reſpondet Paul. de Caſtr. in conſ. 161. & propterea allodium exponitur, id eſt proprium,
2 & dicitur liberum † & à nemine recognoſci, de quo loquitur gl. in l. at ſi quis, §. quis enim, ſuper verb. oportebit, de relig. & ſumpt. fun. & gl. l. ingenuum ſuper verb. libertinitatem, C. de ingenu. & manumiſ. vt per Caſſan. in conſi. Burgu. in tit. de ſucceſſion. §. 6. ver. & les enfans, num. 4. Vnde dicit Bald. in c. inter filiã, ſi de feud. fuer. contr. allodiũ eſſe quandã ꝓprieta-
3 tem † quæ nõ recognoſcatur, niſi à ſolo Deo, & ideo dr̃ allodialis, id eſt libera, & nemini ſubijcitur, ac in poteſtate vniuſcuiuſque eſt de illa diſponere, prout rerũ caſus poſtulaot, etiam abſque Principis iuſſu. cum ab eo non teneat, nec in hoc eum recognoſcat, vt dicit Caſſ. in conſue. ti. des iuſtices. §. 8. ver. le
4 ſigneur. n. 2. fol. mihi 81. † quia quilibet in re propria eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. etiam in abutendo, l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. heredit. ibi, cum re ſua abuti putat, quẽ tex. dicit ſingularem ad hoc Iaſ. in l. more. in 3. col. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. ſi. C. qui teſt. facer. poſſ.

Hinc videmus, vt allodialis res magis præſumatur, & libe-
5 ra, quam feudalis, † vel alicui ſubiecta, ita fere * omnes Doctores affirmant, & ratio eſt, quia ab origine ſua omne prædium cenſetur liberum à qualibet ſeruitute, cum quæcunque res ab initio eſſet libera, text. in l. altius, C. de ſeruit. & §. fin.
6 inſtit. eod. & † feudum dicitur ſeruitutem in ſe continere, gl. eſt in l. ſi cuius, §. ſi vſusfructus, verſic. porrer, ff. de vſufruct. cuius rationis vi conſtituerunt Doctores concluſionem hanc, quam ſequuti ſunt Grat. in conſi. 3. num. 9. volum. 1. & in conſil 9. num. 152. eod. volum. vbi alios adducit, & Gozadin. in conſi. 50 num. 8. Dec. conſi. 424. num. 8. & prius in conſi. 413. num. 7. & in conſi. 498. num. 3. in conſi. 588. num. 12. in conſil. 269. num. 1. & ibidem alios affert, & Cur. iun. atteſtatur de * communi, in conſi. 108. num. 15. & in conſil. 140. num. 4 & in conſi. 184. num. 1. Alex. in conſi. 128. num. 1. volum. 1. Pariſ. in conſi. 20. nu. 1. vol. 1. Caſſ. in conſil. 66. nu. 3. & per alios, quos ponit Alciat. in tract. de præſumpt. in 3. præſumpt. reg. 2. & in conſil. 160. nu 16. & conſil. 172. nu. 4. Alber Brun. in conſi. 1. in prin. verſi. & magis clare, & diffuſe in conſil. 2. idem Nic. Bell. in conſi. 10. poſt nu. 3. qui dicit huiuſmodi concluſionem eſſe canonizatam (ſic * enim ipſe loquitur,) Bertran. in conſi. 183. nu. 7. vol. 6. & in conſ. 168. nu. 1. vol. 5. Pariſ. in conſi. 23. vol. 1. Ruin. in conſi. 155. nu. 1. & conſi. 156. nu. 1. vol. 1. in conſi. 154. nu. 4. vol. 4. Imol. in conſi. 112. n. 14. Rebuff. in tract. de congr. port. nu. 127. Ceph. in conſi. 4. nu. 30. vol. 1. Natt. in conſi. 460. nu. 3. vol. 2 & late Calc. in conſi. 50. nu. 2. Burſat. in conſil. 10. nu. 12. Corn. conſi. 165. nu. 30. vol. 2. Pariſ. conſil. 148. num. 25. vol. 1. Maria. conſi. 67. nu. 5. vol. 1. & Dec. conſil. 269. & conſil. 252. & Alba. in conſi. 16. nu 2. & late per Roland. à Vall. conſi. a. nu. 11. vol. 3. & per Iaſ. in l. ſi prius, n. 40. cum ſequen. de noui oper. nunciat. Aluar. in c. 1. de controu. inter maſc. & fœm. de benef. & Marc. Mant. conſ. 1. nu. 10. vol. 2.

7 Amplia concluſionem etiam procedere † quando res eſſet in territorio, & (vt aiunt) pertinentiis caſtri, quod habebat vaſallus in feudum, quia niſi aliter probetur, pręſumitur allodialis, ita voluit Hoſtien. in c. nimis, colum. 1. de iureiur. & ibi Abb. col. 1. & 2. placuit Caſſan. in conſuetud. fol. 320. col. 4. & ſeq. Iacob. de S. Georg. ſequutus eſt in tract. de feud. in verſic. dictique vaſalli promiſerunt, col. 3 & ſeq. Pariſ. ita reſpondit conſi. 16. num. 21. vol. 4. vbi dicit de * communi, & idem de * communi atteſtatur Bello. conſi. 10. nu. 11. verſic. nam primo, vbi alios adducit. Et fuiſſe iudicatum * per conſilium Neap. refert Afflict. deciſ. 267. & alio etiam tempore, vt refert Iul. Clar. in §. feudum q. 18. vbi etiam de * communi atteſtatur, & ad id conſulendus erit Hieron. de Mont. de fin. reg. c. 96.

8 Aliud ſenſit Iaſ. conſ. 225. vol. 2. vbi ait † ſi dubitetur de latitudine prædiorum numquid ſint feudalia, vel emphyteutica, in dubio præſumi feudalia, & eiuſdem qualitatis eorum, intra quorum fines reperiuntur.

9 Secũdo amplia, etiam ſi eſſet caſtrum, vel oppidum, † quia nihilominus pręſumitur liberum, & allodiale, ita tenet Albin. conſi. 16. nu. 1. per ibi adducta, etiam ſi aliquis comes comita-
10 tum haberet ſub dominio Regis, † quia præſumeretur habere iure proprio, Hoſtien. & Ioan. And. in c. fi. in vet. reſpondeo, de iudic. & in c. nimis, vbi etiam Anton. de Butr. de iureiur. & Alc. in tract. de præſumpt. 2. regul. præſump. 3. o. 2.

11 Tertio amplia, vt procedat, † etiam ſi de ea re (vt noſtrorũ hac loquendi formula vtar) recognouiſſet ſuperiorem, vt Imperatorem, quia licet quoad recognitum res non probaretur allodialis, ſed feudalis, vt per Afflict. conſi. 178. nu. 2. ex allega. ibi per eum, tamen contra tertium talis recognitio non no-
12 cet recognoſcenti † imo non obſtante ipſa recognitione res præſumitur allodialis, vt poſt Bal. conſ. 178. lib. 1. Socin. conſi. 276. lib. 2. Barb. conſi. 50. lib. 1. Corn. conſil. 24. lib. 4. conſuluit etiam Alc. conſ. 178. n. 2. vbi validius ac latius iſtud extendit, etiamſi de re eſſet facta inueſtitura ab Imperatore, quia non noceret, niſi reſpectu domini, non autem aliorum.

Primo limita, qñ quis confiteretur ſe eſſe vaſallũ, & habuiſſe inueſtituram caſtri, & quarũdam aliarum rerum, & requiſi-
13 tus nollet oſtendere inueſtituram, † quia tunc oĩa bona pręſumuntur feudalia, & non allodialia, ita voluit expreſſe Hoſt. in ſumma in tit. de feud. §. quib. mod. & facit, quod not. Alber. de Roſ. in l. Titius Sempr. ff. de act. empt. & ſequitur Iacob. de S. Georg. in inueſtit. feud. in verſ. dictiq; va. ſal. in col. 5. & alio,

etiam

etiam ponit Alc.in d.reg.2.præſumpt.3.n.4.& Iaſ.a 35. conſ.
135.n,2.in fin.vol.2.& refert Nicol.Bell.in conſ.10.nu.5.& 6.
& poſt.no.10.verſ.non obſtat modo,ponit,quando ceſſat hu
iuſmodi præſumptio.& Ruin.in conſ.108.nu.23.vol.2.

Secundo limita non procedere, quando aſſerens rem eſſe
14 feudalem† offert ſe ſtatim probare eſſe feudalem .quia tunc
non præſumitur allodialis,adeo vt poſſit in poſſeſſionem mit
ti,ita Alb.conſ.78.n.16.& Gozad.in conſ.50.o.20. qui refert
ita limitando ſentire Andr.de Iſern.in c.ſi de feud.fuer.con-
trouet.inter dom.& agnat.

15 Tertio limita non habere locum concluſio† quando pro aſ
ſerente rem feudalem vigeret fama publica, huiuſmodi eſſe,
ita conſuluit Alex.in conſ.15.in princ. vol.5.vbi multos alios
16 adducit,& Goxa.in d.cōſ.50.n.24.†quæ fama transfert onus
probandi in aduerſarium, ita ibidem Gozadin. & Natta io
conſ.460.nu 17.volum.2.

Quarto limita,quando conſtaret pleranq; partem rerũ eſſe
17 feudalem,† nam tunc etiam aliæ præſumuntur feudales, per
c.1.de controo.inter maſc.& fœm.& ibi ſentit Andr. de Iſer.
Aluar.& Iac.de Beluiſ.per c.1.§.cũ autem,ſi de inueſtitu.fue.
controu.& facit Bald.in c.1.§.cum autem,de controu.inueſti
tur.Curt.iun. late in tract.de feud.part.2.q.6.& Ruin.in cōſ.
108.nu.23.vol.2.& Natt.in conſil.460.num.6.vol.2.

In contrariam tamen ſententiam deſcendit Nic. Bell.in d.
conſ.10.nu.12.& 13.

18 Quinto limita,quando aſſerens rem feudalem† poſſideret,
quia tunc feudalis præſumitur,niſi qui dicit allodialē,immu-
nem,probat,ita Dec.reſpondit conſ.517.col.fi.& Bald.in c.1.
verſi.& quid ſi dubitatur, de vaſ.qui cont. conſtit. Lothar. &
idem Dec.conſ.146.col.5.Barb.cōſ.17.pręclare.col.21.& re-
fert,& ſequitur Nic.Bell.d.conſ.10.n.8.& vide eundem n.14.
& Alex.conſ.15.col.3.verſ.ſufficeret, etiam ſi apparet. col.5.
Amplia hanc limitationem, etiam ſi aſſerens allodialem poſ-
19 ſideret,† dum tamē alias aliquid pręſtitiſſet principi territo
rij,vnde aliquod ſubiectionis ſignum conſtare poſſet,nā tūc
non præſumitur allodialis.c.1.§.ſi vero,quid ſit inueſtitura.
Et refert ſequendo Ale.d.reg.2.pręſumpt.3.verſ.& licet talia
comes.Afflict.ſuper conſtitut.reg.fol.110.col.4.& Iſer.ibi.ſi-
ue ī lib.1.ſub rub.de offi.iuſtitiar.dūmodo ītelligas,vt plures
eſſēt actus,iux.not.in l.ſi certis annis,C.de pactis,& inqt Alc.

Sexto limita, quando ex verbis narratiuis Principis nūcia
20 retur,& narraretur,talia bona fuiſſe conceſſa io feudū† quia
tunc ceſſaret præſumptio concluſionis,ita voluit Alex.cōſ.15.
col.2.ver.ſufficienter,ēt ſi probaret.col.5.quē refert,ſequitur
Iaſ.i d.cōſ.135.ī fi.vol.2.et idē Iaſ.ī l.ſi prius.col.14.de op.no-
nūciat.& Goz.in cōſ.50.n.27.& Natt.in d.cōſ.460.n.7.vol.2.

Amplia huiuſmodi limitationem,etiam ſi verba eſſent pro
21 lata,& narrata ab alio,quam à Principe,† nam etiam hoc ca
ſu induceret cuiuſmodicunque præſumptionem,quæ præſum
ptio eandem vim haberet, ſicut & fama, adeo vt in antiquis
pro plena probatione ſufficeret,ita conſuluit Alexand.d.cōſ.
15.verſ.vbi autem eſſeot,vol.5.per ibi allegata.

Septimo limita,quando eſſent probatum,bona, de quibos
22 ageret,qui præceſſit habuiſſe in feudum:† nam tunc præſumi
tur eod.titulo in hæredem, & ſucceſſorem perueniſſe, & ſic
non allodialia.Bald.in l.ſi cuius.ff.de vſufruct.And.Sicu.cōſ.
18.col.15.vol.2.quos refert Alci.in d.reg.2.præſumpt.3.n.5.

Octano limita, quando bona non eſſent in publicas tabu-
las relata,vel regiſtrata,vt noſtri aiūt,nec pro eis onera ſolu-
23 ta:quia† tunc feudalia præſumūtur,ſi fides eſt habenda,Natt.
in conſ.260.nu.15.vol.2.Ratio eſt:quia vaſallus non tenetur
ad collectas, ne duplici onere grauet: vt tradit And.de Iſer.
in c 1.in verb.& plauſtrorum,quę ſint regal.Iaco.d.S. Georg.
in tract.de homag.col.pen.& huc pertinet optima Accurſ.do
ctrina in l honotem.titul.de mun.& honor.

24 Nono limita,† quando quis eſſet inueſtitus de territorio,
& bona ibidem ſita eſſent maiori ex parte feudalia,quia om-
nia feudalia præſumuntur: vt dicit Natt.in conſ.446.n.8.vol.
2.arg.c.1.in fin.de contro.inter maſc.& fœm.

Sublimita tñ hāc limitationē, quod aut eſt vnum iotegrū,
ſicut vnus māſus:& tūc procedit limitatio,arg.l.eū qui ædes.
ff.de vſucap.l. vxori de leg.3.cū alijs adductis per Natt. vbi
25 ſup.n.9.aut ſunt diuerſa prædia pluríb.in locis,† & tunc qui
poſſidet vnū locū,non propterea habet præſumptionē in alio
loco,quē nō poſſidet,arg.c.1.§.ex eadē lege.de leg. Corrad.

Decimo limita, quando nullo intermedio bona connexa
ſunt caſtro infeudato, præſertim ſi non fuerint poſſeſſa per a-
26 lios,quā per dominos caſtri,† quia feudalia eſſe prædia præ-
ſumūtur,ſecundum Natt.in d.conſ.446.n.1.arg.c.quanto, de
iudi.l.quæ de religioſis. ff.de rei vendi. & eorum,quæ notat
Imol.in l.3.in prin.ff.de acquir.poſſeſſ.

Vndecimo limita,vbi inueſtitus de Caſtro,& iuriſdictione
vna cum prædijs ſoluit ampliſſimam pecuniam,quæ probabi
liter non fuiſſet ſoluta, niſi itidem prædia ab inueſtiente re-
27 cepiſſet,quia tunc pręd ia ruſtica feudalia præſumuntur,iux-
ta ſententiam Natt.in conſ.460.nu.13.vol.2.

Duodecimo limita,vbi quis pro bonis ſeruitutem præſtat,
28 vt vaſallus, † quia feudalia præſumuntur eſſe bona, auctore
eodem Natt.in d.conſ.460.nu.5.cum alijs per eum allegatis.

29 Plures alias præſumptiones ad dignoſcendum, † an bona
ſint feudalia,an allodialia,tradit Natt.in d.conſ.460.n.22.

CONCLVSIO LXXX.

ARGVMENTVM.

An alloquutio ſummiſſa ad aures faciat indicium tractatus delicti commiſſi, & an probet illud.

SVMMARIA.

1 Alloquutio ſecreta ad aures facit indicium tractatus delicti commiſſi, & quando procedat, nu. 2 3 & 4
Si ſtatim fuerit commiſſum, vel paruo interuallo, & ibi vide contrarium.
2 Alloquutio ſecreta poteſt eſſe bona, & mala, in dubio tamen bona præſumitur, & numero 4.
3 His tribus concurrentibus, allocutio ſecreta, inimicitia capitalis occiſi, & homicidium illico ſequutum, oritur plena probatio, nedum indicium non tamen poteſt condemnari, vt ibid.
4 Alloquutio ad aures ſecreta nullis præcedentibus inimicitijs non facit præſumi, nec conſilium, nec mandatum.
Aliud eſt colloquium, aliud eſt conſilium.
5 Delictum ſequutum ex interuallo poſt alloquutionem ad aures non facit præſum contra alloquentem.

ALloquutio ſummiſſa ad aures facit indicium tractatus
1 facinoris clanculum patrati,ſi continuo † fuerit cōmiſ-
ſum,vel breui aote tempore.Bart.in l.ſi venter.§.eorum.ff.de
priuil.credit.Blanc.in l.fi.ff.de q.nu. 232. Carre.io pract.in l.
obſeruare iurabis,n.134 Nouell.in pract.ad defenſ.c.an indi
cia pro rei,& c.n.92.fol.mihi 65.Hipp.de Marſi.conſ.3.n.15.
Bald.in l.1.3.col C.de ſeru.fugi.& in l.multum.C.ſi.quis alte
ri,vel ſibi.col.2.& Marc.Mant.conſ.315.no.10.vol.1.

Hoc nō placuit Bal.cōſ.270.inci.in quæſtione D.Milani.in
1.col.n.1.vol.1.repetito in conſ.382.vol.5.vbi im pbat dictū
2 Bar.ī d.§.corū.de prioi.credit.ex plurib.† & pſertī cū illa ſub
miſſa alloquutio in utrāq;partē ſiue bonā ſiue malā poſſit ac-
cipi,& in dubio bona ſit habēda,ut ibi per eū, & p ea q̄ dicit
Iaſ.in l.1.nu.24.C.de ſer.fugi.& ſequit Hippol.de Marſ.conſ.
21.num.13.& ibi multa adducit,& pluribus id axioma Bart.
proſequutus eſt idē Marſ.in repet.l.fin.C.de probat 19. cart.
Amplia priorem opinionem procedere etiam ſi teſtes depo-
nerent neſcire, quid inter ſe loquuti fuiſſeot, ita Blanc. in
pract.crim.in prin.n.134.Bart.in d.§ eorum.

Secundo amplia,vt ſi concurrant hæc tria,nempe alloqu
tio ſecreta, inimicitia capitalis occiſi, & homicidium ſtatim
3 patratum,non ſolum† orietur indicium,verum plena proba-
tio,vt tradidit Iaſ.in l.1.C.de ſeru.fugi.& Fulgo.in d.l.ſi ven
tri.§.fina.ff.de priuileg.credit.ſequitur Blanc.in repetit.l.fin.
o.232.ff.de quæſtio.vbi tamen non dat, per hæc quem poſſe
condemnari,ex allegatis ibi per ipſum.

Primo limita,vt non procedat concluſio,quando nullę an-
4 te interceſſerāt inimicitiæ inter alloquentē,& occiſum,† quia
tunc ex ea alloquutione non præſumitur aliquod conſiliū, ſi-
ue mandatum,cum aliud ſit colloquium, & aliud conſiliū, &
colloquiū poſſet eſſe bonum,& malum,& in dubijs debemus
æquiorem partem ſequi,& accipere,iuribus vulgar.& hanc li
mitationē tenet Felin.in c.afferte.in fin.de præſumpt. Alexa.
conſ.69.circa mediū,vol.2.Carre.in d.l.obſeruare iurabis,in
pract.n.134.Nouell.vbi ſupra.n.93. Hippol.de Marſil.in l.1.
§.pterea.n.58.ff.de quæſt. Blanc.in d.l.fi.n.232.ff.de quæſt.

Secundo limita,quādo poſt huiuſmodi alloquutionem ad
aures poſt longū tpis ſpatiū, nō vero ſtatim ſequutū fuerit
delictum,† quia tūc non præſumitur contra alloquentem, vt
per Iaſ.in l.1.C.de ſer.fugi.ſub n.31.uer.mirabiliter limita,&

Iacob.

Iacob.Nouell.in tract.ad defenſ.tit.an indic.pro reo dan.ſint num.93. Mar.Anton.Blanc.in pract crim.nu.134.

CONCLVSIO LXXXI.

ARGVMENTVM.

Alluuio quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Quo pacto probetur alluuio & quomodo teſtes deponere debeant.*
2 *In materia alluuionis ponuntur multa per Nat.*
3 *Quomodo quod per alluuionem eſſe adiectum probetur.*

1 ALluuio quo probetur,† & quo teſtes deponere debeāt, docuit Bar.in tract.tibe.tit.de allu. verſ.per alluuionē, n.3.vbi voluit teſtes probare,ſi dixerint,ſe vidiſſe minutatim incremētum allatum, & alluuionem fuiſſe additam à flumine perexigue,vt ibi eſt videre.Cōtrarium ſenſit Bap.Aym in ſuo eleganti tract. de alluuione nuperrime typis tradito.lib.1.c. 4.n.2.vet.mihi tñ,in quo loco reiecta rōe Bart.& Bal.arbitratur teſtem reddere concludētiorem rōem, ſi interrogatus de cā ſcientię dixerit,ſe ſcire,qm vicinus eſt,& quotidie ſorte agri illius aucti culturæ vacabat,vñ potuit ſæpe ſæpius animaduertere, & videre paulatim augeri ſundum, admonet & item ibi, ne teſtis dicat, ſe cognouiſſe quantum quoquo momento tpis adijceretur:qm rerum natura non patitur,mométa tpum per corporeum ſenſum percipi,ex Iaſ.in conſi.126.in fi.lib.4. & eo caſu tanq̃ valde ſuſpectus nihil pbaret,vt per eundē Aymum,& ex allegatis ab eod.in loco præcitato.Quod comprobatur ex Corn.in conſ.191.n.10.lib.3.vbi hac in re nedū diffi-
2 cilem eſſe probationem,ſed ēt impoſſibilem cenſuit† & multa alia in materia alluuionis te docebit Natt.in conſ.286.n.2. vol.2.Alciat.in cōſ.223.n.9.& ſeq.Boer. in conſ.23.Curt.ſen. in conſ.56.& Bologn.in conſ.14.per totum. Quo aūt per allu-
3 uionem eſſe adiectum† probetur,& vtrū ille qui agro ſuo per alluuionem adiectū contendit neceſſe habeat probare,à quo prædio detractum ſit illud incrementum,& an paulatim,vide eundem Aymum d.c.4.vbi ex conſtit.Imp.Gordiani in l.1.C. de alluuio,refert vtrunq; coniunctim probandum eſſe , id eſt accreuiſſe paulatim,& ex cuius agro detractum ſit illud incrementum,cuius ſniæ fuiſſe gl.2.in c.ex tranſmiſſa.de præſcr.& Bald.in rub.de rer.diuiſ.nu.20.ibidem notat,cui tñ opinioni idem Aymus non ſe ſubſcribit, quinimo ex rationibus, & auctoritatibus per eum ibi adductis contrarium confirmat.

CONCLVSIO LXXXII.

ARGVMENTVM.

Alternatio quomodo præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Alternatio inter æqualia præſumitur,vel parum diſtantia.*
2 *Statuto ſi caueatur,quem puniri pœna pedis,vel alia,illud alia,intelligitur de ſimili.*
3 *Pœna pecuniaria non cenſetur de genere pœna.*
4 *Abſciſſio capitis multum diſtat à mutilatione pedis.*

1 ALternatio præſumitur inter æqualia † vel parum diſtantia, ſic cōſuluit ſubtiliſſimus, & excelſi ingenij Papinianus,quem ſic Imp.Iuſt.appellat,in l.1.§.3.vero,in proœ. ff.& in l.generaliter,§.cum aūt,C.de inſt.& ſubſt.in l.1.ff. de reb. dub.Reſpōdi,inquit Papin.quod videri cætera prædia legaro voluiſſe defunctū cedere,ſi ſundi Seiani pretiū à fundi Meuiani pretio nō magna pecunia diſtingueretur. Idē ſequutus eſt Bald.in leg.conuenticulam,col.3.de Epiſ.& Cler.Iaſ.in l.eadem,§.Cato.col.2.ff.de verb.obl.Gaſſ.in conſi.35.nu.101.& Grat.in conſi.13.num.34.volum.r.

2 Hinc infertur, † vt ſi legi municipali caueatur, vt quis puniatur pœna pedis,vel alia,illud alia, intelligendum ſit de ſi-
3 mili, non verò de pecuniaria , † quæ non cenſetur de genere
4 pœnæ,nec etiam ſit accipiendum de abſciſſione capitis,† quæ multum diſtat à mutilatione pedis, ſic tradidit Neuiz.in Silua.nuptia.in vol.tractatuum,nu.225.& vide Bar.in d.l.1.

CONCLVSIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Altitudo quomodo probetur, per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Altitudo alicuius rei probatur per teſtes,& quomodo.*
2 *Teſtes ſi cauſam ſufficientem non reddant,altitudinem non probant.*

1 ALtitudo alicuius rei probatur per teſtes † deponentes illiuſmodi rem eſſe decem brachia,quia Seium illam metientem viderint,ſecus ſi deponerent,eſſe decem brachia,
2 quia eam inſpexerunt,† nam hoc caſu cum cauſam debilem & imperfectam reddant,huiuſmodi altitudinem non probant, vt per Bart.in tract.de teſt.num.47.

CONCLVSIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Ambaſciatores quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 *Ambaſciatores probari per literas ambaſiaria,& ſine illis eis non credi.*
2 *Literis ambaſiaria non eſt opus quando perſona eſt nobiliſſima , per excellens , & nota Principi.*

VIdi quandoque in controuerſiam aut diſceptationem vocari , an ambaſiatoribus (quos legatos Latini nominant) ſine literis ambaſiariæ, ſiue legationis ſit credendum
2 † in eamque ſniam itum,vt nulla ſit fides illis habenda,quinimo neceſſarium eſſe ad probationem ambaſiarię exhibere literas,tradidit Bar.in l.Palatinos,C.de col.ſun.lib.11.& refert ac ſequitur illum Bertach.in tract.de gabel.in 1.membro.par. 7.q.16.nu.35.& idē Bar.in l.ſi quis decurio.la.1.C.de decur. lib.10.& in l.quoties,C.de leg.eod.lib.10. & docuit Ioan de Pla.in l.Palatinos, C.de colla.fund.fiſc.lib.11. qui grati ſunt mittendi;ad quem vadunt,c.ad apoſtolica,in princ.de re iudicat.nu.9.vbi gl.ſuper verb.relabantur.

Limita non procedere quādo eſſet vir nobiliſſimus, & per
2 excellens,& notus Principi, † quia tūc nullis eſt opus literis vt eſt text.in c.nobiliſſimus,97.diſt.iuncta gl. quæ exemplum de Cardinale adducit,quod etiam ſenſit Rom.in l.ſciendum. nu.58.ff.de verb.obl.& Bart.in l.vnica,C.de ſuperind.lib.10.
* & ibi Alex.in add.atteſtatur de *communi & multos alleg. & gl.in ver.alio modo,in c.ſicut nobis,de ſent.excom.Innoc.in c.cum olim eſſemus,de priuil.vbi eſt optima gl.& idem Inn. in c.cum inte, de offic.deleg.Ant. de Butr.in c.qm contra,de probat.Ioan.de Plat.in l.Palatinos,C.de collat.fund.fiſc. lib. & nota tex.lib.11.Nos etiam docebimus infra in concluſione, Cardinalis,& in concluſione,legatus, nam etiam in leg.ſummi Pontific.ſecus eſt, vt per Card.97.d.c.nobiliſſimus.

CONCLVSIO LXXXV.

ARGVMENTVM.

Amicitia quomodo probetur per teſtes,& quomodo & quando præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Amicitiam probari per duos teſtes,& quid deponere debeant.*
2 *Amicus eſt alter ego.*
3 *Qualitas extrinſeca non præſumitur,niſi probetur.*
4 *Amicitia in genere præſumitur inter omnes.*
5 *Salutatio,& aſſidua conſuetudo præſumunt amicitiam.*
6 *Salutatio nedum amicitiam,ſed reconciliationem inimicitia præſumit.*
7 *Amicus præſumitur,qui ad aliquid agendum electus fuit.*
8 *Amicitia etiam hodie præſumitur inter olim amicos.*
9 *Amicitia maxima præſumitur propter hæreditatem, & legata hæredi relicta.*
10 *Idem velle,& idem nolle,debet intelligi in rebus licitis,& honeſtis.*
11 *Amicitia non eſt inter malos,ſed fraus,dolus,& conſpiratio.*
12 *Quod dictum eſt de teſtibus,procedit etiam ſi eſſent mulieres.*

1 AMicitiam probari † per duos teſtes auctor eſt Bald.in l. errore,col.1.in fi.verſ.item amicitia,C.de teſtam.& deponere debent, inter tales eſſe idem velle,& idē nolle, vt dicit Ang.in auth.de mon.§.cogitandū.Fel.in c. cū cām, col. circa fi.de teſt.Barb.in cōſ.3.n.27.vol.2.Io.de Amic.in cons.
2 148.n.11.vbi dicit,† ami cū eſſe alterum me, vt ēt reſpondit in conſ.85.n.14.& Nat.in conſ.298.4.vol.2.nā cū ſit qualitas
3 quæ foras emineat,non† præſumitur,niſi probetur,ita Hip.
4 Marſ.in conſ.24.n.14.lib.2. quod eſt verum ſingulariter,† vniuersè inter omnes præſumitur amicitia.l.ſi quis teſt.h. & ibi Bald.col.fi.verſ.not.quod ille,C.de teſtib.præſumetur ta-
5 men ex ſalutatione† & ex aſſidua conſuetudine,ita Mar.Ma. in conſ.173.n.6.vol.2.per ibi adducta,& Abb.in c.tepeſſitur,n.2.de accuſ.& Gramm.in con.42.num.12.& vot 34.n.6. & Ioan.de Amicis in conſ.41.& 85.num.17.

Amplia

by Google

Iacob.Nouell.in tract.ad defenſ.tit.an indic.pro reo dan.ſint num.93. Mar.Anton.Blanc.in pract crim.nu.134.

CONCLVSIO LXXXI.

ARGVMENTVM.

Alluuio quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Quo pacto probetur alluuio & quomodo teſtes deponere debeant.*
2 *In materia alluuionis ponuntur multa per Nat.*
3 *Quomodo quod per alluuionem eſſe adiectum probetur.*

1 ALluuio quõ probetur,† & quõ teſtes deponere debeãt,
docuit Bar.in tract.tibe.tit.de alluu.verſ.per alluuionẽ,
n.3.vbi voluit teſtes probare,ſi dixerint,ſe vidiſſe minutatim
incremẽtum allatum, & alluuionem ſuiſſe additam à flumine
perexigue,vt ibi eſt videre.Cõtrarium ſenſit Bap.Aym in ſuo
eleganti tract. de alluuione nuperrime typis tradito.lib.1.c.
4.n.2.vet.mihi tñ,in quo loco reiecta rõe Bart.& Bal.arbitra-
tur teſtem reddere concludẽtiorem rõem, ſi interrogatus de
cã ſcientię dixerit,ſe ſcire,qm vicinus eſt,& quotidie forte a-
gri illius aucti culturæ vacabat,vñ potuit ſæpe ſæpius animad
uertere, & videre paulatim augeri ſundum,admonet & item
ibi, ne teſtis dicat, ſe cognouiſſe quantum quoquo momento
tpis adijceretur:qm rerum natura non patitur,momẽta tpum
per corporeum ſenſum percipi,ex Iaſ.in conſi.126.in fi.lib.4.
& eo caſu tanq̃ valde ſuſpectus nihil ꝓbaret,vt per eundẽ Ay
mum,& ex allegatis ab eod.in loco præcitato.Quod compro
batur ex Corn.in conſ.191.n.10.lib.3.vbi hac in re nedũ diffi
2 cilem eſſe probationem,ſed ẽt impoſſibilem cenſuit† & mul-
ta alia in materia alluuionis te docebit Natt.in conſ.286.n.2.
vol.2.Alciat.in cõſ.223.n.9.& ſeq.Boer. in conſ.23.Curt.ſen.
in conſ.56.& Bologn.in conſ.14.per totum. Qño aũt per allu
3 uionem eſſe adiectum †probetur,& vtrũ ille qui agro ſuo per
alluuionem adiectũ contendit neceſſe habeat probare,à quo
prędio detractum ſit illud incrementum,& an paulatim,vide
eundem Aymum d.c.4.vbi ex conſtit.Imp.Gordiani in l.1.C.
de alluuio,refert vtrunq; coniunctim probandum eſſe, id eſt
accreuiſſe paulatim,& ex cuius agro detractum ſit illud incre
mentum,cuius ſñiæ ſuiſſe gl.2.in c.ex tranſmiſſa.de præſcr.&
Bald.in rub.de rer.diuiſ.nu.20.ibidem notat,cui tñ opinioni
idem Aymus non ſe ſubſcribit, quinimo ex rationibus, & au-
ctoritatibus per eum ibi adductis contrarium confirmat.

CONCLVSIO LXXXII.

ARGVMENTVM.

Alternatio quomodo præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Alternatio inter æqualia præſumitur,vel parum diſtantia.*
2 *Statuto ſi caueatur,quem puniri pœna pedis,vel alia,illud alia,intelligitur de ſimili.*
3 *Pœna pecuniaria non cenſetur de genere pœnæ.*
4 *Abſciſſio capitis multum diſtat à mutilatione pedis.*

1 ALternatio præſumitur inter æqualia † vel parum diſtan-
tia, ſic cõſuluit ſubtiliſſimus, & excelſi ingenij Papinia-
nus,quem ſic Imp.Iuſt.appellat,in l.1.§.3.vero,in proœ. ff.&
in l.generaliter,§.cum aũt,C.de inſt.& ſubſt.in l.1.ff. de reb.
dub.Reſpõdi,inquit Papin.quod videri cætera prædia legato
voluiſſe deſunctũ cedere,ſi fundi Seiani pretiũ à fundi Meuia
ni pretio nõ magna pecunia diſtingueretur. Idẽ ſequutus eſt
Bald.in leg.conuenticulam,col.3.de Epiſ.& Cler.Iaſ.in l.ea-
dem,§.Cato.col.1.ff.de verb.obl.Gaſſ.in conſi.35.nu.101.&
Grat.in conſi.13.num.34.volum.1.
2 Hinc infertur, † vt ſi legi municipali caueatur, vt quis pu-
niatur pœna pedis,vel alia,illud alia, intelligendum ſit de ſi-
3 mili, non verò de pecuniaria, † quæ non cenſetur de genere
4 pœnæ,nec etiam ſit accipiendum de ábſciſſione capitis,†quæ
multum diſtat à mutilatione pedis, ſic tradidit Neuiz.in Sil-
ua.nuptia.in vol.tractatuum,nu.225.& vide Bar.in d.l.1.

CONCLVSIO LXXXIII.

ARGVMENTVM.

Altitudo quomodo probetur, per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Altitudo alicuius rei probatur per teſtes,& quomodo.*
2 *Teſtes ſi cauſam ſufficientem non reddant,altitudinem non probant.*

1 ALtitudo alicuius rei probatur per teſtes † depone[illegible]
iſtiuſmodi rem eſſe decem brachia,quia Seium illam [illegible]
metientem viderint,ſecus ſi deponerent,eſſe decem brach[illegible]
2 quia eam inſpexerunt,† nam hoc caſu cum cauſam debil[illegible]
& imperfectam reddant,huiuſmodi altitudinem non pro[illegible]
vt per Bart.in tract.de teſt.num.47.

CONCLVSIO LXXXIV.

ARGVMENTVM.

Ambaſciatores quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 *Ambaſciatores probari per literas ambaſiaria,& ſine illis eis non credi.*
2 *Literis ambaſiaria non eſt opus quando perſona eſt nobiliſſima, per excellens, & nota Principi.*

VIdi quandoque in controuerſiam aut diſceptationem
vocari, an ambaſiatoribus (quos legatos Latini nomi-
nant) ſine literis ambaſiariæ, ſine legationis ſit credendum
2 † in eamque ſñiam itum,vt nulla ſit fides illis habenda,quini-
mo neceſſarium eſſe ad probationem ambaſiarię exhibere li-
teras,tradidit Bar.in l.Palatinos,C.de col.fun.lib.11.& refert
ac ſequitur illum Bertach.in tract.de gabel.in 1.membro.par.
7.q.16.nu.35.& idẽ Bar.in l.ſi quis decurio.la.1.C.de decur.
lib.10.& in l.quoties,C.de leg.eod.lib.10. & docuit Ioan de
Pla.in l.Palatinos, C.de colla.fund.fiſc.lib.11. qui grati ſunt
mittendi;ad quem vadunt,c.ad apoſtolica,in princ.de re iu-
dicat.nu.9.vbi gl.ſuper verb.relabantur.
Limita non procedere quádo eſſet vir nobiliſſimus, & per
2 excellens,& notus Principi, † quia tũc nullis eſt opus literis
vt eſt text.in c.nobiliſſimus,97.diſt.iuncta gl. quæ exemplum
de Cardinale adducit,quod etiam ſenſit Rom.in l.ſciendum
nu.58.ff.de verb.obl.& Bart.in l.vnica,C.de ſuperind.lib.1[illegible]
* & ibi Alex.in add.atteſtatur de * communi & multos alleg. &
gl.in ver.alio modo,in c.ſicut nobis,de ſent.excom.Innoc.in
c.cum olim eſſemus,de priuil.vbi eſt optima gl.& idem Inn.
in c.cum iure, de offic.deleg.Ant. de Butr.in c.qm contra.[illegible]
probat.Ioan.de Plat.in l.Palatinos,C.de collat.fund.fiſc [illegible]
& nota tex.lib.11.Nos etiam docebimus infra in cõcluſione,
Cardinalis,& in concluſione,legatus, nam etiam in leg.ſum-
mi Pontific.ſecus eſt, vt per Card.97.d.c.nobiliſſimus.

CONCLVSIO LXXXV.

ARGVMENTVM.

Amicitia quomodo probetur per teſtes,& quomodo & quando præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Amicitiam probari per duos teſtes,& quid deponere debeant.*
2 *Amicus eſt alter ego.*
3 *Qualitas extrinſeca non præſumitur,niſi probetur.*
4 *Amicitia in genere præſumitur inter omnes.*
5 *Salutatio,& aſſidua conſuetudo præſumunt amicitiam.*
6 *Salutatio nedum amicitiam,ſed reconciliationem inimicitiæ præſumit.*
7 *Amicus præſumitur,qui ad aliquid agendum electus fuit.*
8 *Amicitia etiam hodie præſumitur inter olim amicos.*
9 *Amicitia maxima præſumitur propter hæreditatem, & legata hæredi relicta.*
10 *Idem velle,& idem nolle,debet intelligi in rebus licitis,& honeſtis.*
11 *Amicitia non eſt inter malos,ſed fraus,dolus,& conſpiratio.*
12 *Quod dictum eſt de teſtibus,procedit etiam ſi eſſent mulieres.*

1 AMicitiam probari † per duos teſtes auctor eſt Bald.in l.
errore,col.1.in fi.verſ.item amicitia,C.de teſtam.& de-
ponere debent, inter tales eſſe idem velle,& idẽ nolle, vt di-
cit Ang.in auth.de mon.§.cogitandũ.Fel.in c. cũ cãm, col [illegible]
circa fi.de teſt.Barb.in cõſ.3.n.27.vol.2.Io.de Amic.in co[illegible]
2 148.n.11.vbi dicit,†ami cũ eſſe alterum me, vt ẽt reſpon[illegible]
in conſ.85.n.14.& Nat.in conſ.298.4.vol.2.nã cũ ſit qual[illegible]
3 quæ fo: as emineat,non †præſumitur,niſi probetur,ita Hip[illegible]
4 Marſ.in conſ.24.n.14.lib.2. quod eſt verum ſingulariter.† [illegible]
vniuersè inter omnes præſumitur amicitia.l.ſi quis teſt.h. [illegible]
ibi Bald.col.fi.verſ.not.quod ille,C.de teſtib.pręſumere [illegible]
5 men ex ſalutatione† & ex aſſidua conſuetudine,ita Mar.M[illegible]
in conſ.173.n.6.vol.2.per ibi adducta,& Abb.in c.repel[illegible]
tur,n.2.de accuſ.& Gramm.in con.42.num.12.& vot 3[illegible]
& Ioan.de Amicis in conſ.41.& 85.num.17.

Amplia

Digitized by Google

Amplia quod dictum eſt de ſalutatione, vt non ſolum præ-
6 ſumatur amicitia, † verũ ẽt ſi præceſſerit inimicitia, præſuma-
tur reconciliatio, ita Marc. Mant conſ. 325. nu. 15. cũ ſeq. vol.
7 1. item † ſi quis electus fuiſſet ad aliquid agẽdum pro ipſo, vt
l. amiciſſimos, & ibi Bart. ff. de excuſ. tut. ſimiliter ſi olim erat
8 amicus, qa † hodie ẽt pſumit inter eos amicitia. l. cũ in ipſius.
C. fam. erciſ. Fel. in c. ſcribebã, n. 3. ver. itẽ in paſſion. de pſum.
9 Propter hæreditatẽ ẽt, & legata hæredi relicta, † quia tunc
maxima amicitia pſumitur, arugm. l. amiciſſimos, vbi Bart. &
clarius Bal. tit. de excuſ. tut. & not. Io. de Amicis ĩ cõſ. 4. n. 18.
Aduertendum tamen eſt, dum ſupra dicebamus, probari
10 amicitiam per teſtes deponentes † inter tales eſſe idem vel-
le, & idem nolle, debere intelligi in rebus licitis, & honeſtis,
11 quia inter malos non eſt amicitia, † ſed fraus, dolus, & con-
ſpiratio, vt inquit gloſ. poſt Tullium in l. latæ. §. amicos. ff. de
verb. ſign. & Bal. in leg. eos. C. de teſtib.
12 Amplia quod dictum eſt de teſtibus procedere † etiam ſi
eſſent mulieres, ita Bald. in conſ. 40. vol. 2.
Et quæ maxima cenſeatur amicitia, docet Fel. in cap. quo-
niã Abb. de offi. deleg. in qua probãda quomodo ſint articuli
formandi, monet Fran. Cur. trac. de teſt. n. 65. to. 13. fol. 62.

CONCLVSIO LXXXVI.

ARGVMENTVM.

Amicus in quibus caſibus pro amico teſtimonium dicendo probet, & in quibus reijciatur.

SVMMARIA.

1 *Amicus maxima amicitia coniunctus non admittitur ad teſtificandum pro amico.*
3 *Amicus non in totum repellitur, ſed de eius fide diminuitur, & ſemiplenam probationem facit.*
4 *Amicus deponens facit magnam fidem ſecundum Bar. Capol.*
5 *Amicitia debilitat dictum teſtis, & ſic penitus non diruit. Et ibi contrarium.*
6 *Amicus repellitur in totum, quando amicitia talis eſt, vt inter eos ſit vnum velle, & nolle.*
6 *Teſtis idoneus eſt pro amico, qui vtrique parti eſt æqualis amicus.*
7 *Teſtis idoneus eſt pro amico, qui vtrique parti eſt æqualis amicus.*
Paritas amicitiæ omnem remouet ſuſpicionem.
Amicitia leuis non impedit teſtificationem.
9 *Amicitiæ defectus ſuppletur, quando adſunt alij teſtes idem deponentes, quod deponit amicus.*
10 *Si ad probandum aliquid duo teſtes ſufficiunt, & producuntur tres amici, probant, quia ex numero ſuppletur.*
11 *Amicitia honeſta, iuſta, officij pietatiſque plena eſt virtus, & talis amicus eſt idoneus teſtis.*
12 *Amicus verus pro amico ſuo non vult, niſi quæ bona ſunt, & æqua, vnde præſumendum non eſt, ſe pro amico falſo depoſiturum, cum hoc non eſſet nec bonum, nec æquum, quod Pericles exemplo confirmatur.*
13 *Amicus quando repellatur à teſtimonio.*
14 *Qui pro amico mentitur, non amat amicum.*
15 *Omnis amicus non dicitur integer teſtis noſtra tempeſtate, cum à communiter contingentibus ſint amici (vt aiunt) ſocialei.*
16 *Cauſa amicitiæ conſiderari debent à iudice.*
17 *Amicus amicitia inhoneſta, & turpi non admittitur, vt amaſius pro amaſia & è contra.*
18 *Amaſij potius ſolent timere minas amaſiarum, quam probatiſſimorum virorum.*
19 *Amaſius pro amaſia fas atque nefas committeret.*
20 *Amor puellarum ſubuertit rectum iudicium.*
21 *Amicus teſtis admittitur, quando deponit ſuper facto, à quo amicus nec commodũ, nec incommodum eſt accepturus.*
22 *Amici teſtes probant, ſi in eorum admiſſione non ſuit oppoſitum à principio.*

AMicus non fictus ſi habet idem velle & nolle cum amico, & cenſetur alter idem, vt in ſuperiori oſtendimus conclusione, non ab re hic adnectitur.
1 Amicũ maxima amicitia coniunctũ † non admittendũ eſſe
ad teſtificandũ pro amico, ſic reſpondit Calliſtratus in l. 3. ff.
de teſtib. gl. in c. accuſatores. i1 1. 3. q. 5. gl. in §. cogitãdũ. ver.
teſtes. in auth. de monach. Fel. in c. quoties. de teſtib. not. in c.
accedẽs, vt lit. nõ cõteſt. Bar. ĩ l. admonẽdi, n. 37. ff. de iureiur.
2 & idẽ Alc. in leg. latæ culpę. ff. dᵉ verb. ſig. vbi ait, † amicitiã pr
ſus veritatem impedire, idẽ Afflict. in feudal. tit. quib. cauſis
feud. amit. in gl. 3. verſ. porro qui dominiũ, n. 20. & conſuluit
Marc. Ant. Natt. in cõſ. 95. n. 13. in 1. part. vbi pulchre de hoc,
& Campeg. in tract. de teſtib. reg. 21. Pariſi. in conſ. 83. nu. 41.
vol. 1. & in cõſ. 53. n. 13. vol. 4. Alex. in apoſtil. ad Bart. in d. l. 3.
in ver. cõſiderare, verſ. quid autẽ de amico, vbi dicit iſtã cõ-
* munẽ *opinionẽ, Rom. in cõſ. 420. 1. col. verſ. 1. Alex. in cõſ. 78.
col. 2. ver. nõ obſtat ẽt, vol. 1. & in cõſ. 90. col. 3. verſ. præterea
afferit. volum. 2. & in cõſ. 18. col.. verſ. itẽ nõ eſt integer. vol.
4. Afflict. deciſ. 304. n. 13. iterũ Alex. in cõſ. 122. col. 2. vol. 2. So
ci. iun. in cõſ. 12. n. 10. vol. 2. Ruin. in cõſ. 68. n. 8. vol. 1. & ple-
ne per Moncad. in addit. ad Crot. in tract. de teſtib. part. 4. n.
* 105. & 180. in ver. maxima, vbi ipſe Crot. atteſtatur * de com-
muni opinione, & Grat. in conſ. 75. nu. 11. vol. 1. & Io. Bapti-
ſta Ferret. in conſ. 51. num. 20. & quando repellatur à teſtimo
nio conſulas Alberic. de Roſar. tract. de teſti. part. 1. §. ſupe-
reſt. nu. 9. tomo 13. fol. 66. & nu. 2. fol. 65.
Primo limita & intellige; vt non omnino repellatur ami-
3 cus, ſed † diminuitur eius fides, gloſſ. in §. cogitandũ vero, ſu
per verb. teſtes. ibi licet tanquam amico aliquantulũ minor
fides habeatur, in auten. de monach. & facit ſemiplenã proba
4 tionẽ. Bart. vero Cæpol. † reſpondit amicũ deponentẽ magnã
facere fidẽ, conſ. 31. nu. 4. in conſ. criminal. ſecundũ Cyn. in l.
eos. C. de teſtib. Idem Andr. in addi. ad Spec. in tit. de teſt. in
princ. quos refert, & ſequitur, & hanc eſſe veritatẽ ait Matth.
Affl. in feud. in d. verſ. porro quid dominiũ. d. n. 10. vbi ait hãc
opinionẽ confirmari ab Alex. de Imol. in conſ. 78. incip. in cã
accuſationis, vol. 1. & ad hoc facit ẽt quod cõſuluit Bal. ĩ cõſ.
5 455. n. 2. vol. 4. vbi ait, amicitiã debilitare dictũ teſtis, † nõ ve
ro penitus diruere: idẽ ſẽtit ẽt Lanfra. de Oria. in tract. de te-
ſtib. n. 84. ver. idẽ ſecundũ Cyn. vbi adducit gl. ſingu. in d. §.
cogitandũ. in auth. de monach. & clare reſpõdit Vlpian. in l.
ſciendũ. ff. de vſuris. Quid. n. inquit I. C. ſi amicos adhibẽdos
debitor requirat, vel expediẽdis debitis, vel fideiuſſorib. ro-
gãdis, vel exceptio aliqua allegetur? Mora certe facta nõ vi-
detur. Idem placuit Iacob. de Butr. in l. parentes. verſ. idẽ in
amico. C. de teſtib. Et Flori. in d. l. 3. n. 2. ver. itẽ nota. ff. eo. tit.
Secus vero reſpondit Cranet. conſ. 281. n. 4. vbi voluit: vt
neque etiam faciat ſemiplenam probationem, per doctrin.
Bart. in l. admonendi. col. 9. verſ. venio ad tertiũ, ff. de iureiur.
Sublimita tamẽ ſecundũ Nell. à S. Gemi. in tract. de teſt. n.
6 5. † quando eſſet amicitia talis: vt inter eos eſſet vnũ velle, &
nolle: quia tunc penitus reijcitur, per l. etiam, C. de teſti. &
Guid. Pap. ſingulari 748. intimus amicus, Hippo. Marſ. ſingul.
385. dixi quoddam vulgare, verſ. & ideo teneas menti.
Secundo limita, quãdo vtrique parti eſſet æqualis amicus:
7 nam † tũc eſt teſtis idoneus pro altero amico, huiuſmodi enim
paritas amicitiæ omnẽ remouet ſuſpicionẽ. l. non ſolum. §. 1.
ff. de rit. nupt. & huc adhibere poteris, quæ nos annotauimus
in cõcluſione, Conſanguineus, & ſupra in concluſione affinis,
& tenet in terminis Alb. conſ. 56. n. 10. per Dd. Bart. in d. l. non
ſolum. §. 1. & in l. parentes. in fi. C. de teſtib.
Tertio; quia dictũ eſt de maxima amicitia, limita non pro-
8 cedere, quãdo eſſet leuis; † quia tũc non impediret teſtificari,
ita voluit Spec. in tit. de teſt. §. 1. circa prin. quẽ refert, & ſeq-
tur Afflict. in feud. d. verſ. porro q dominiũ, & idẽ ſentiunt ſu
pra allegati Dd. & pulchre Natt. cõſ. 95. nu. 13. & 14. vol. 1. &
Bal. conſ. 50. videndum eſt primo, vol. 2. & gl. in l. ſciendũ, ff.
de vſur. & in c. accuſatores. i1 1. 3. q. 5. & Nell. à S. Geminia. in
* ſuo tract. de teſtib. n. 5. & hanc eſſe communem * opinionẽ at-
teſtatur Alber. de Malet. eod. tract. ca. 2. n. 17. & Ioa. Crot. eod.
tract. in 4. part. n. 193. & Stephan. Aufre. eod. tract. nu. 9. tenet
Bald. conſ. 441. col. fin. verſ. non obſtat quod vnus, vol. 1,
Quarto limita, quando eſſent alij teſtes, qui deponerẽt idẽ
9 quod deponit amicus, † quia tũc defectio expletur amicitiæ,
Iac. But. in d. l. 3. in prin. & tex. ibi in §. ideoque. vet. ſicut non
ſemper. ibi alias numerus teſtiũ. & ibi gl. d. ver. numerus. ibi.
vt qđ deficit in fide ſuppleat numerus. Hippo. Mar. ſing. 477.
in teſt. & Alex. in conſ. 78. vol. 1. Matt. Afflict. in feud. in d. ver.
porro q dominiũ. & Gram. in cõſ. ciui. 107. in fi. faciũt nota. p
Bald. in cõſ. 10. n. 4. vol. 5. Imo ẽt ſi ad probandũ aliquid duo
10 teſtes ſufficerẽt, † & pducti eſſent tres amici, probarẽt: qa ex
numero ſupplet, videas hæc pulchre tradẽtẽ Iaſ. in auth. ſi ve
ro, n. 4. C. de iud. Alcia. in l. latæ culpæ. §. amicos. de verb. ſig.
Imo. in l. q teſtam. in prin. tit. de teſtam. & Caſſ. in cõſ. 37. n. 2.
quod limita in cã ardua ciuili, vel criminali, Hipp. d. ſing. 477.
Quinto limita, quando amicitia inter eos eſſet honeſta, iu-
11 ſta, officij pietatiſq; plena, † qa tũc talis amicus eſſet idoneus
teſtis, nã huiuſmodi amicitia eſt virtus, vt ait Matth. Afflict. in
d. ver. porro qui dominiũ, n. 20. allegans ad hoc Hoſt. & Ioa.
And. in c. quoties. de teſti. ait enim ibi, verus amicus non vult
pro amico ſuo niſi ea, q̃ bona ſũt & ęqua. Vnde Pericles amico
rogãti vt p ſe falſum diceret teſtimoniũ, cui adiũctũ erat inſ-
iurãdũ, hoc eſt periuriũ, reſpõdit ſe qdẽ amicũ eſſe, ſed vſq;
ad arã: ſentiens aliquo vſq; gratificãdũ amicis, ſed citra viola
12 tionẽ in religionis, † ideoq; nõ eſt præſumendũ, ſe pro amico
ſuo

ſno depoſiturum falſum, quia hoc non eſt bonum, neq; æquũ,
vt ait etiã Iaſ. in addi. ad Port. in Inſtit. de reſtam. vnde Alex.
13 in conſi. 4. vol. 6. ait † ad hoc vt amicus repellatur à teſtimo-
nio oportere, ✱ eo amore diligat amicum, vt odio habeat
14 aduerſarium, ſed talis non eſſet verus amicus, † quia qui pro
amico mentitur, non amat amicum: ſed Rip. in l. admonendi,
ff. de iureiur. n. 77. ait, noſtra tẽpeſtate omnem amicũ non di-
15 ci integrum teſtem † ex quo à communiter contingentibus
ſunt amici, vt inquit burſales, & alleg. Felin. in d. c. quoties, de
teſti. Alexand. conſi. 13. lib. 1. Dec. in conſi. 105. ait tamen hoc
16 relinqui arbitrio iudicis, † qui conſiderare debet cauſas ami
citiæ: vt etiam ſentit Fel. in c. 1. de teſt. & Alex. conſ. 78. vol. 1.
Sal. in l. eos, ver. quæritur, an amicus, C. de teſt. vbi & Bar. n. 1.
& l. teſtium, §. ideoque, ibi. tu magis, de teſt. & §. ſi vero tale,
ibi. veruntamen ſi hoc iudicis prudentia, in auth. de inſtrum.
caut. & ibi gl. in c. 3. loco, ſuper verb. teſtium, ibi. tunc conſi-
derabit iudex, de probatio. Bald. in l. ſcripturas in princ. C.
qui pot. in pign. hab. verſi. ſtatur ergo.

Amplia, vt licet ſingulares non probent, tamen iudex poſ-
ſit eis credere, ſi ſint nobiles, & ſi ſecundum verba probent,
poſſit non credere, dummodo cauſam exprimat. Hipp. Marſi.
ſing. 114. vulgatum & tritum.

17 Et verum eſt, quod dictum eſt de amicitia honeſta & † iu-
ſta, nam ſi eſſet inhoneſta, & turpis, talis amicus non admitte-
retur: vt amaſius pro amaſia, nec econtra, ita not. Bald. in c. 1.
nu. 3. verſi. quæro nunquid, de teſt. & ibi Fel. & Cyn. in l. 2. C.
18 de teſt. vbi ait amaſios, † qui nimis ardent, magis ſolere expa
ueſcere, & timere minas amaſiarum, quam probatiſſimorum
19 virorum, & certum eſt fore, vt † amaſius pro amaſia ſas, atq;
nefas committeret, iuxta text. in l. 2. §. & cum placuiſſet ff. de
20 orig. iur. per quem text. dicit ibi. Bald. amorem puellarum †
ſubuertere rectum iudicium, cui adhæret Bauer. in §. pater,
col. 14. Inſtit. de reſtam. & Abb. in c. quoties, nu. 5. de teſtib. &
C. ille Iulius Cæſar nobis exemplo eſſe poteſt. Nam, deuicto
iam Pompeio cum hoſtem in Aegyptum vſque perſequeretur
magno exercitu, eo etiam interfecto, venit ad Cleopatram,
omnium quę in Aegypto tunc temporis erant formoſiſſimam.
Quæ cum intellexit ſe plurimum à Cæſare, & turpiter etiam
amari, voluit, vt Cæſar eam contentionem, quam iam diu cũ
fratribus habuiſſet, dirimeret. Egit igitur ſuam cauſam primũ
per amicos, deinde vero ipſa (quandoquidem omnium erat
facundiſſima) apud Cæſarem ſola verba contra fratres fecit.
At cæſar captus amore Cleopatræ, cum indulgens affectibus
in ea cauſa pro Cleopatra ſtare cõtra fratres, iniuſtam ſenten-
tiam pronuncians deprehenderetur, Aegyptiorum facto tu-
multu periclitari de vita cœpit. Itaque aufugiens, veſtemque
exuens, pernatando flumen, vitæ conſuluit ſuæ, idem etiam in
P. Clodio aperte videre eſt, qui violatarum religionum, ac
manifeſti adulterij reus, aliquos ex iudicibus ſibi datis illu-
ſtrium fœminarum (apud quas conſuetudine, & muneribus,
& ſuarum interuentu precum potens erat) promiſſo concubi
tu, & præſtito, adulteriorum ſtuprorumque participes, & ob
hoc ſi propitios fecit, alios magnis pecunijs corrupit.

Sexto limita, quando teſtis amicus deponeret ſuper re, à
qua nec commodum conſequi, nec detrimentũ accipere poſ-
21 ſet amicus, vt † ſi deponeret ſuper re vendita, quãdo amicus
vendens nõ teneretur de euictione, vt ait Alb. in l. 3. ff. de teſt.
quem refert Alb. de Malet. in ſuo tract. de reſt. c. 2. nu. 18.

Septimo limita, ſi in admiſſione teſtium huiuſmodi non
22 fuiſſet † oppoſitum à principio, ita not. gl. & Dd. in l. ſi quis
teſtibus, C. de teſtib. & ita Sal. col. 6. amicorum vero teſtimo-
nio in quibus credendum ſit, tradit Petr. Rebuff. in tract. de
priuil. ſcholarium, 104. priuil. nu. 15. fol. 402.

CONCLVSIO LXXXVII.

ARGVMENTVM.

Amiſſio quomodo probetur, & quando ſtetur iuramento amiſſionem aſſerentis, & quando non.

SVMMARIA.

1 *Amiſſionem pecuniæ, vel alterius rei allegans debet probare, alias ei non creditur.*
2 *Amiſſionem aſſerens probare debet euenisse ſine aliqua ſua culpa, & ſi id non probat præſumitur, quod culpa talem amiſſionem præceſſit, & vt doloſus tenetur ad damna.*
3 *Amiſſio vel furtum præſumitur factum culpa eius, qui tenetur de cuſtodia.*
4 *Iuramento aſſerentis amiſſionem non ſtatur, & quare.*
5 *Iuramento amiſſionem allegantis quando ſtandum ſit.*
Quod iuramentum dicitur iuramentum purgationis.
6 *Onus probandi talem habere res amiſſas pertinet ad eum qui dicit.*
7 *Quando de amiſſione creditur iuramento partis, onus probandi ſpectat ad aduerſarium: & illud iuramentum cenſetur purgatio quædam.*
8 *Iuramentum eſt exoneratio ab onere probandi & non probatio.*
9 *Iuramento de amiſſione quomodo, & quo caſu credi poſſit.*
10 *Iuramento debitoris creditur, quando tractatur de leui præiudicio aduerſarij, contra quem iuratur.*
11 *Amiſſio quando deducitur cauſa defenſionis, tunc probari ad eum pertineſſe.*

AMiſſionẽ pecuniæ, vel alterius rei allegantem debere pro
1 bare, † alioqui ei non credi, tradidere Bar. Alex & alij in
l. ſi quis ex argẽtarijs, §. an vero, ff. de eden. quos ſequitur Bar.
conſ. 156. n. 2. & 3. vol. 4. & dicit Bal. conſ. 476. factum tale eſt,
col. 2. lib. 1. n. 5. ſub fi. Corn. conſ. 318. n. 5. lib. 4. ibi. cum tale, vi
* de in hac materia, vbi dicit hoc * communiter probari à Dd.
& eſt gl. in §. fi. Inſtit. quib. mod. re contra. oblig. Spec. in tit. dẽ
pign. §. 1. verſ. & notat. & verſi. ſeq. & ibi Io. Andre. & dñ pet
Iacob. Butriga. in l. ſi quis fundum, §. Imper. ff. locati, Aretin.
conſ. 83. n. 10. verſ. modo iſta, & nu. 11. verſ. præterea dato.

Amplia, vt non ſolum aſſerens teneatur probare amiſſionẽ,
2 ſed etiam ſit aſtrictus † ad probandum prædictam amiſſionẽ
euenisse ſine aliqua ſua culpa, ad hoc vt excuſetur à pœna: vt
habetur in gl. in d. §. fi. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. vbi
ſcribentes hoc firmãt: ponit Bar. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ſi quis ex
argentarijs, §. an vero, ff. de eden. vbi adducuntur aliæ deci-
ſiones conuenientes. ſequitur Pariſ. conſ. 156. n. 5. Corn. conſi.
318. nu. 6. & ſi hoc non probetur, præſumptio eſt, culpam præ-
ceſſiſſe talem amiſſionem, quo in caſu qui culpatur tenetur ad
damna. l. ſi creditor. l. creditor. l. ſi nulla, C. de pignor action.
Corn. conſi. 108. videtur prima, in princ. in 1. vol. & conſi. 28.
vol. 3. Rom. conſi. 395. vt res clarior. col. fi. Pariſ. d. conſi. 156.
3 nu. 6. † Amiſſio enim vel furtum præſumitur factũ culpa eius,
qui tenetur de cuſtodia, vt habetur l. cum duob. §. damnæ. ff.
pro ſoc. & per Cæpoll. conſil. 18. ſtatutum Vincentiæ, col. 1.
Rom. conſi. 28. in hac conſultatione, lib. 3. nu. 3.

4 Secundo amplia, † vt ne etiam fides habeatur iuramento
ipſius aſſerentis amiſſionem, vt concludit Bart. in l. ſi quis ex
argentarijs, §. fin. ff. de eden. & ſuo tract. de teſtib. rubric. de
perempt. ſequitur Corn. d. conſi. 318. nu. 4.

Ratio eſt, ne ſequatur hoc abſurdum, nec vnicuique como-
datario, conductori, locatori, pignora habenti, & ſimilibus
habentibus res alienas, eſſet aperta via fraudandi creditores,
dicendo, ego amiſi caſu fortuito, & volo iurare, vt conſidera-
uit Corn. d. conſi. 318. nu. 5.

5 Intellige hanc ſecundã ampliationem procedere, † qñ ap-
paret res, de quibus agitur, perueniſſe ad aſſerentem amiſſio
nem, ſecus qñ non conſtat ad aliquem eas perueniſſe, & ipſe
dicat eas ſe non habere, tunc. n. ſtatur ipſius iuramento, l. præ-
tor. §. ſed ſi ſeruus, ff. de eden. l. cũ ita legatur, §. ſpecies, ff. de
l. 2. Cor. d. conſ. 318. n. 4. cum allegatis ibi per eu, & iſtud iura-
mentum dr̃ iuramentum purgationis, vt per Sal. d. l. ſi quis ex
argentarijs, §. fi. ff. de eden. Vñ ex hoc fit, vt tali caſu onus pro
6 bandi pertineat ad aduerſarium, † qui dicit, eum hr̃e res amiſ
ſas, vt dicit Fulg. in d. §. fi. & ſequitur Corn. loco ſupra citato.

Ex quorum dictis infertur, qñ de amiſſione creditur iura-
7 mento partis, † non cenſeri onus probandi ſpectare ad eum,
cuius iuramento ſtatur, ſed potius ſpectare ad aduerſarium,
& illud iuramentum non haberi pro probatione, ſed potius
pro purgatione quadam, text. in l. eum qui. in princ. ff. de iu-
8 reiur. vbi habetur † iuramentum eſſe exonerationem ab one-
re probandi, & non probationem, vt etiam not. glo. in l. cum
de indebito. in princ. ff. de probat. ſuper verb. legitimis.

Secundo intellige prædictam ampliationem ſecundam, vt
9 non procedat, qñ concurrunt illæ coniecturæ † vt credibili-
ter credi poſſit eius iuramento, vt ſi probaretur, ipſum aſſer-
uaſſe res in horreo, & de nocte fuiſſe fracta oſtia, vel aufugiſ-
ſe famulum, remq; fuiſſe, quæ facile poterat auferri, & aſpor-
tari à famulo. Iſto enim caſu credendum eſſet ipſius iuramen
to, vt declarat Cor. d. conſi. 318. n... verſ. & huiuſmodi conie-
cturis, loquuntur Dd. in d. l. ſi quis ex argẽtarijs, §. an & hęre.
vbi Bar. n. 3. & Card. Alb. conſi. 92. vol. 2. Dec. conſ. 130. col. fi.
10 Tertio ſublimita, vt non procedat † qñ agitur de leui præiu-
dicio aduerſarij, cõtra quẽ iuratur, nã tunc creditur iuramen-
to debitoris, Cor. in d. conſ. 318. n. 5. & facit l. theſaurus, & qđ

ibi

11 ibi habetur,ff.ad exhibend. Aduerte tñ † qñ amiſſo deducitur cauſa definitionis, vt quia dubitor uelit ſe liberare ab eo, ad quod tenebatur iure actionis, tunc probari ad eum perueniſſe, ut uoluit Bart. in l.ſi quis ex argentarijs, §.an & hæredi,
* nu.2.qui communiter * approbatur, ut dicit ibi Alexand.

CONCLVSIO LXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Amiſſio ſcripturarum quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Amiſſionem inſtrumenti, vel ſcripturæ probari per iuramentum.*
2 *Amiſſio apoſtolorum dimiſſoriorum conceſſorum appellanti probatur per iuramentũ.*
3 *Res amiſſa dicitur, quando facta diligenti inquiſitione non inuenitur.*
4 *Quando ſtetur iuramento de amiſſione ſcripturarum, & de earundem tenore.*
5 *Quando non admittatur iuramentum, & non probetur tenor ſcripturæ.*
6 *Amiſſio ſcripturæ per iuramentum probatur, ſi tractatur de modico præiudicio ſecus ſi de magno.*
7 *Amiſſio allegata à notario, qui cuſtodire tenebatur, non creditur, nec probatur per ſolum iuramentum*
8 *Notario non ſufficit diligens inquiſitio, & aliter quàm per iuramentum probare tenetur.*
9 *Notarij, mercatores, & ſimiles, qui ratione officij tenentur cuſtodire, nedum amiſſionem probare debent, ſed etiam per caſum fortuitum amiſiſſe.*
10 *Qui non tenetur cuſtodire, non tenentur probare, caſum fortuitum abſque ſua culpa, & probatio per culpam, & dolum incumbit aduerſarijs.*
11 *Culpa non probata abſoluitur ille, qui ratione officij nõ tenebatur cuſtodire.*
12 *Amiſſio per furtum, vel incendium exorta, culpa cuſtodientis præſumitur eueniſſe.*
13 *Cuſtodienti, & debenti incumbit onus probandi caſum ſine culpa.*
14 *In caſibus fortuitis clandeſtinis, vt in furto, probatio fit per coniecturas, & quomodo, & dicatur manifeſta probatio.*
15 *Amiſſio alicuius rei immiſſam nauem dicitur probata, probato naufragio.*
16 *In probanda amiſſione vltra iuramentum oportet, vt procedant aliæ coniecturæ.*
17 *Iuramento amiſſionis creditur deficiente alia probatione ſecus ſi aliæ poſſent haberi.*
18 *Amiſſio inſtrumenti, quod quis tenetur exhibere officio iudicis, non probatur per iuramentum ſed per legitimas probationes probari debet.*
19 *Viro integro, & iuſto adducenti veriſimilia creditur, ſed ſi ſit alienæ conditionis non creditur per ſolum iuramentum.*

1 AMiſſionem inſtrumenti, vel ſcripturæ † probari per iuramẽtũ obſeruauere gl.& cæteri Dd.in c.cũ olim, il 1. de priu.& Bar.in l.ſicut. & in l.emancipatione.C. de fid.inſt. & idẽ Bar.in l.ſi quis,§.an vero,col.penul.verſ. circa primũ, ff. de eden. Flor in lege aquilia ſideletũ.col.4. ff. ad l.aquil. text. gl.Bald.in fi.quæſtio.& Dd.poſt Cyn.in l.fi.C.de eden.Io.de
2 Sil in tract.de iureiur.par.2.q.1.n.6.& idẽ † in probãda amiſſione apoſtolorũ) vt appellãt) dimiſſoriorũ,q cõceduntur appellãti,poteſt probari per iuramentũ.ita Salyc.in l.præſes.C. de appel.& Hippolyt.de Marſ.in rubric.C.de ꝓbatio,n.147.
3 cũ alleg.& ratio eſt, † quia res dicitur amiſſa eo ipſo,quod facta diligenti inquiſitione nõ inuenitur, vt reſpõdit Paulus in l.3.§.Nerua.ff.de acquirend.poſſeſ.Felin.in c.ſi.de probat.& in c.ſicut.col.6.& verſ.quita declaratio.de iud.Aret.cõſ.119. Lan.in l.ſi qs ex argentarijs.§.tenet hæredi.ſub n.1 ff de edẽ.
Amplia & intellige,vt quãdo per teſtes quis probaſſet va
4 ſtationem, † depopulationem, furtum, incendium, ruinam, vel ſimilia, nedum ſtaretur eius iuramento de amiſſione ſcripturarum, verum etiam de tenore earundem. ita Aſflict. deciſ 13.nu.10.vbi allegat Paul.de Caſt. in l. ſicut iniquum C. de fid inſtr.& not.in l.ſi de poſſeſſione.C.de probat.& in l.ſi. C.eod.tit.de fid.inſtrũ,& in l.ſi quando.C. vnde vi, & tenet Alba.in conſ.24.num.12. cum ſeq.
Limita hanc ampliationem non habere locum quãdo quis vellet probare factum alienum nempe ſi filius dixiſſet,patrẽ
5 ſcripturam amiſiſſe, † & ad probãdum tenorem eiuſdem vellet præſtare iuramentum, quia hoc caſu non admittitur nec probatur tenor, ita Franciſ.Alberg.inter cõſi.Bald cõſ.401. in fin. verſic.addito, vol.3.& ipſe Bald.cõſil.482.in fin.vol.5. quos ſequitur Crauet.in conſ.157.in fin.nu.17.
Primo limita non procedere, niſi tractaretur de modico
6 præiudicio, † ſecus ſi de magno, vt per Iaſon poſt Barto. in l. huiuſmodi.§.ſi ita.nu.11.de lega.1.Felin.in c.ſicut.nu.18.de re iudic.& Alexan.in d. §.ſi ita. in fin.Hippolit.de Marſil.in rubric.C.de probat,n.126.cum alleg.& iterũ Felin. in c.ſi.in fi.de probat.Paul Caſtr.in l. veluti.§.hæc vox.n.2.ff.de eden.
Secundo limita no procedere, quando amiſſio allegaretur
7 à notario,qui tenebatur cuſtodire, † quia tũc ei nõ creditur, nec probatur per ſolum iuramẽtũ. Io. Andr.in addi.ad Spec. tit.de inſtrum.edit §.inſtrum.Fed.de Sen in conſ.101.& Alba.in conſ.113.n 8.in ſi.per Dd.Bart.in l.fin.C.de fid inſtr.& Alex.in l.præt.§.prætor ait,n.12.& Fel.in c.ſicut,n.18.verſic. quæ duo ponunt. de re iudic.& tali caſu nõ ſufficit etiam dili
8 gens inquiſitio, † quia nihilominus cogitur iſtiuſmodi probare aliter,quam per iuramentum, vt Bart.in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi.ff.de eden.& Bald.& Cyn.in l.ſi venditor.C.de pignorat.actio.& Felin.in cap. ſi.not.3. de probat. imo nedum
9 probare debent tales, qui ratione officij cuſtodire tenẽtur, † vt notarij,mercatores,& ſimiles amiſſionem, verum etiã fortuito amiſiſſe,l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.ff.de eden.ibi gloſſ.& Felin.in d.cap.ſi.de probat,quod ſecus eſt in illis,qui
10 non cogebantur cuſtodire, † quia etiam non compellitur probare caſum fortuitũ abſque ſua culpa, imo aduerſariorũ ſunt partes,vt probent per culpã, & dolum amiſſum fuiſſe,vt leg. dolum.C.de dolo.& leg. cum ita legatur.§.ſpecies.ff.de leg.
11 1. † qua culpa non probata abſoluẽdus eſt ille,qui ratione officij non tenebatur cuſtodire, vt gl.& Dd.in d.§.prætor.quod tamen non procedit in amiſſione per furtum, vel incendium
12 exorta, † quia in tali caſu præſumitur culpa cuſtodiẽtis id eueniſſe,vt leg.cũ duobus.§ damna.ff.pro ſoc.& ibi gl.in l.ſi vẽdita.ff.de peric.& commo. re. & ideo habenti & cuſtodienti
13 † incumberet onus probandi caſum ſine culpa, vt Bart. Paul. de Caſtr.& cæteri tradidere in d.§ prætor.& Alex. de Neuo inter conſ.criminal. conſ.92.n.6. aduerte tamen,amiſſionẽ in
14 caſibus fortuitis clandeſtinis,vt in furto, † probationem fieri per coniecturas,quæ dicitur manifeſta probatio,vt ſi probetur fores nocturno tempore fuiſſe fractas, vel famulum aufugiſſe,ita Bartol.Ang.Fulgoſ.Raph. & cæteri.in d.§.prætor.& Bart.in leg.ſi quando.in ſi.C.vnde vi.& in leg.1.ff.fur.aduer. naut. Speculat.in tit.de fur. & idem late in tit. de pignor. in princ.& facit quod notat Iaſon.d.§ prætor. & in conſ. 141. n.4.vol.4.quod ſi præterea probatum ſit,& rem aliquã fuiſſe
15 immiſſam in nauem. † & deinde probato naufragio, dicitur probata amiſſio illius rei,ita Crot.in conſ.122.num.34.
Tertio limita,& intellige non procedere ſimpliciter,nã vl
16 tra † iuramentum oportet,vt procedant aliæ coniecturæ, ſic ad verbum ſanxit Imper. Iuſtinianus in leg. teſtium.in ſi. C. de teſtib.& ita etiam dicunt Innoc. Ioan. Andr. & Abb.in c. cum olim de priui.
Quarto limita,& intellige, quãdo deficeret alia probatio,
17 quia † tunc creditur iuramento,ſecus ſi aliæ probationes poſſent haberi. ita Guid. Pap. quæſt. 244. & in ſingul. incipien. probatur amiſſio inſtrumenti,
Quinto limita, quando quis tenetur exhibere inſtrumen
18 tũ officio iudicis.quia tũc talis amiſſio † nõ probatur per iuramentũ, ſed debet probari per legitimas probationes,Bart. in leg.ſi qs ex argentarijs.§.penult.& ſi.ff.de eden.& Alex.in leg.huiuſmodi.§.ſi ita.ff.de leg.1.& Bal.in l.ſi.C.de.fid.inſtrũ.
Sexta limitatio,ſi ſit vir integer,& iuſtus,& adducat veriſi
19 milia, † vt quia domus ſit combuſta,ſecus ſi alienæ ſit cõditionis,quia tunc non creditur per ſolum iuramẽtum, ita Bald.in l.ſi.in ſi.C.de edend.Tiraquell.in l.ſi vnquam,in præfat. n.39. C.de reuocand.donat.Iaſ.in d.l.huiuſmodi,§.ſi ita nu.11.
Multa alia ad huius concl. materiam ſpectãtia in medium poſſent afferri,ſed dilucidius,& magis diſtĩcte ſuis locis hæc traduntur,præſertim in concl.inſtrumentum,ſcriptura,res,& in concluſione tenor & in concluſione,bona,lector ne grauere illas concl.adire.

CONCLVSIO LXXXIX.

ARGVMENTVM.

Nonnulli recenſentur modi, quibus amor inter amaſium, & amantem probatur.

SVMMARIA.

1 *Amor inter amaſiam & amantem quibus modis probetur.*
2 *Dicens aliquid eſſe factum amoris, vel libidinis cauſa probare debet.*
3 *Amans in alio corpore viuit, & amati faciem in animo ſuo ſculpit.*
4 *Amaſius pro amaſia non poteſt eſſe teſtis, & econtra.*
5 *De effectu amoris plura dicuntur per Crot. & Tiraquell.*
6 *Amor præſumitur inter patrem & filios maior, quam inter alios.*
7 *Amor in dubio non præſumitur in matre, quæ non diligit filium.*
8 *Pater plus præſumitur diligere [illegible], quam filium.*
9 *Amorem inter fratres præſume.*

AMor inter amaſium,& amantem probatur ex eo, † quod
1 abeat alterius domum frequenter, & inuiſat: vt Pariſ. conſil.

Digitized by Google

conſ.10.uol.2.n.33.& not.in c.3.loco.de præſumpt.ubi Dd.&
gl.& Bar.l.c.5.de adult. & ex alijs ſimilibus coniecturis, & ēt
per famam,nempe ſi rumor eſſet,Caiū Seiam deperire, quæ-
que ob ſingularem formam, atque uenuſtatem omnium in ſe
oculos & animos conuertere poſſet, ut inquit Franc. Hercul.
in tract.de caut.de non offend.c.17.nu.8.
2 Quod ſi aliquid eſſe factum amoris,& libidinis cā † dica-
tur,incumbit onus probandi ipſi,qui inhæreat in hoc,dū ne-
gat factum fuiſſe animo conuitiandi,ita Hercul.ubi ſupra,ſub
3 n.7.per doctri Ang in l.uerum,ff.de furt.uerum † quia amans
in alio corpore uiuit, & amati faciem in aīo ſuo inſculpit, ut
ex notatis per Tiraq.de legib.connub.l.13.n.46.& 47.Merito
4 amaſius non debet admitti in teſte pro amaſia, † neque con-
tra,ut uoluit Petr.de Moncad.in add.ad Crot.in tract.de teſt.
5 p.4.n.128. ubi plura dicit de † effectu amoris,& latius per Ti
raq.in tract.de legib.connubial.in l.2.nu.7.in l.7.nu.22.in l.9.
n.84.cum plurib.ſequentib.& in l.12.n.44.& in l.14.& in l.15.
quaſi per totum,& in l.16.nu.47. & Ioā.de Ligna.in tract.de
Amic.§.dubitari,& uide Bal.in c.in litteris,nu.3.de teſtib.
6 Amor tñ inter patrem, † & filios ſemper præſumitur, l.iſti
quidē, ff.quod met.cau.l.ſi pupillus,§.ſi pr̄,ff.de reb.eor.l.nec
ei,ff.de adop.§.fi.Inſti.de noxal.Alc.in trac.d̄ præſump.reg.1.
præſump.1.& maior quā inter alios,prout dicit Ceph.in cōſ.
164.n.21.uol.2.Ioan.de Amicis,in conſi.144.nu.5.Rimin ſen.
7 in conſ.261.n.39.uol.2.& Curt.ſen.in conſ.46.n.6. † & in du-
bio non præſumitur in matre,quæ non diligit filium,ut c.affer
te,de præſump.& Alc.in d.tract.reg.1.præſumpt.14.
Sed intellige,quia pater plus præſumitur diligere ciuitatē,
8 quam † filium,l.in albo.C.de decur.lib.10.Alc.d.tract.reg.1.
præſu.37.
9 Item amor præſumitur † inter fratres,c.literas,de præſump.
Alc.in tract.de præſump.reg.1.præſumpt.32.
Cætera habuiſti in concluſione, affectio, & alia addemus
in concluſione,dilectio.

CONCLVSIO XC.

ARGVMENTVM.

Quid præſumatur de ancilla ſuſcepta in vxorem à domino, & de reperta prægnante in domo domini,& an, & quando pro domino poſſit teſtificari.

SVMMARIA.

1 Ancilla ſuſcepta in vxorem à domino præſumitur ab eo efferri, & ſuperbe agere.
2 Ancilla non poteſt eſſe teſtis pro domino, & non caret ſuſpitione.
3 Ancilla eſt teſtis idonea,niſi opponatur,nec iudex poteſt eam repellere.
4 Ancilla examinata non facit indicium.
5 Ancilla poteſt teſtificari in his,quæ ſecreto fiunt in domo.
6 Ancillæ, & famuli admittuntur ad teſtimoniandum in his,quæ non poſſunt probari, niſi per domeſticos.
7 Id procedit quando ex natura actus,vt in probando adulterio,alij teſtes habiles nō poſſunt haberi,ſecus ſi teſtes idonei haberi poſſent.
8 Contractus matrimonij prohibetur clam contrahi.
9 Ad matrimonium probandum etiam ſi clam, & de nocte contractum ſit, non ſunt admittendi teſtes de domo,vel alias inhabiles.
10 Ancilla poteſt teſtificari eo tempore,quo deſierit eſſe ancilla ſiue famula.
11 Ancilla ſi reperta ſit prægnans in domo domini, non ſimpliciter eſt præſumendum contra dominum.

1 ANcilla quam dominus vxorē duxerit † præſumitur pro-
pter dominium efferri,& ſuperbe agere,auth.de nuptijs,
§.iucundum. Luc.de pen.in l.quemadmodum, C.de agric.&
cenſit.verſi.201.lib.10.ad idque referri poteſt antiquum pro
uerbium Palladæ,lib.1.Græcor.Epigram.
Μήποτε δουλεύουσα γυνὴ δέσποινα γένοιτο.
Quo ſignificatur,ancillam,aut ſi mauis;ſeruā noſtrā nō eſſe
in vxorē ducendā,quaſi & hæ plerunq; ſoleant eſſe erga mari
tos inſolentiores. Ad id reſpexit oīum ſapientiſſimus ille Sa-
lomon,qui Prou.30.veriſſime proditū reliquit:per tria moue
tur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere; & quæ ſequuntur.
2 Hinc merito † non poteſt eſſe teſtis pro domino, arg.c.in
literis,de teſti.l.2.C.eo.ita Ioan.de Amic.in conſi.196.n.15.
& Pariſ.in conſi.87.nu.81.vol.3. per doctri.Bal.in l.etiam,C.
de teſtib.& facit,quod ait Marc.Man.in conſ.213.n.30.vol.1.
vbi inquit ancillam non carere ſuſpitione.
3 Intellige tñ concluſionem,ſi opponatur: † quia alioqui eſt
idonea, & iudex non pōt eam repellere, iuxta ſnīam Ang.in
auth.de teſt.in princ.col.1.& Alex.de Neuo.in conſil.6.nu.3.
4 Intellige ſecundo,eo vſque concluſionē procedere,vt † an-
cilla examinata nec faciat indiciū,ſi credimus Abb.in c. in li
teris.in 3.not.de teſtib.quē refert Io.Amic.in d.cōſ.196.n.15.
5 Primo limita in his,quæ ſecreto fiunt in domo,† quia tunc
poteſt teſtificari,eſt Accurſ.doctrina in leg.3.C.de adult.quē
ad hoc allegat Damhoud.in ſuo tract.de teſt.in fin.nu.10. eſt
etiā text.in l.conſenſu.C.de repud.bona gl.in c.cum dilecti,
verſ.& ſi tres.extra de electio. bonus textus in c.fi. de teſtib.
6 cogen.& notat Alex. de Neuo in conſ.4.n.15. vbi inquit † in
his,quæ non poſſunt probari,niſi per domeſticos,admitti fa-
mulos & ancillas ad teſtimonium,vt ēt dicunt Bald.& Sali.in
7 l.2.C.de teſtib.& ratio eſt:quia † tunc ex natura actus à cōmu
niter accedentibus alij teſtes habiles nō poſſunt haberi: vt in
probando adulteria;eſt caſus præcipuus, vt declarat Abb. in
d.c.in literis, ſecus eſt ſi ex natura actus poſſit haberi teſtes
8 idonei: vt eſt in cōtractu matrimonij,† quod ꝓhibetur clam
cōtrahi: vt in titulo de clād.deſpōſa qa licet caſu aliquo non
habeātur teſtes idonei: quia clā,& tēpore nocturno ſit cōtra-
9 ctū,† non propterea ſunt admittendi huiuſmodi teſtes fami
liares vel alias inhabiles.ſecundū Abb.io cōſ.54.n.14. & ſeq.
lib.1.Alex.in conſ.152.n.15.vol.5.Dec.in cōſ.310.col.2.verſ.
& in iſto caſu.& Ioann.de Amic.in conſil.196.nu.17.
Secundo limita, quando eo tempore deſierit eſſe in ſerui-
10 tute,ſiue famulatu:† quia tunc poterit teſtificari, ita ꝑ alios
ibid.allega.Crot.in conſ.131.nu.15.
11 Verum ſi reperta ſit repugnans in domo domini † non ſim
pliciter præſumendum contra dominum,Ita Alciat. in tract.
de præſum.reg.3.præſumpt.37.nu.5.per doctrin.Bald.in l.fi-
lium,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien tur.

CONCLVSIO XCI.

ARGVMENTVM.

Animal,vt bos,vel equus,an probetur eſſe alicuius per ſtigma impreſſum.

SVMMARIA.

1 Animalia,vt bos,& equus quomodo probentur eſſe alicuius.
2 Agens pro boue,vel equo,quem dicit eſſe ſuum licet non probet dominium, ſufficit tamen probare illos ſuo ſtigmate inuſtos eſſe.
3 Res videntur eſſe cuius ſigno ſignata ſunt.
4 Probatio per ſtigma ſufficit etiam quoad poſſeſſionem,& dominium animalium.
5 Rebus ſuis prohibetur quis ponere ſtigma alienum.
6 Dominus poteſt animal ſuum propria authoritate reducere.
7 Animal probatur ſuum eſſe,ſi probata fuerit impoſitio ſtigmatis in dicto animale.

ANimalia, vt bos,& equus probatur eſſe alicuius, probā-
1 do † inuſta eſſe ſtigmate, quo illius grex imprimitur. Ita
Luc.de Pen.in l.ſtigmata. C.de fabric.lib.11.col.2. verſ.& no
ta hic argumentū: vbi ait.licet agens pro boue,vel equo, quē
2 aſſerit eſſe ſuū,nō probet † dominiū eius bouis, vel equi,ſatis
eſſe tñ probare illū ſuo ſtigmate inuſtū eſſe, & id comproba:
per l.pen.§.pen.C.de aquędu.lib.11.& l.1.ff.de ſer.fugi.in fi.
& argu.c.diſplicet.23.q.4.& c.ab exordio.35.diſtin. & Bart.
3 in d.l.ſtigmata.Res.n.vident̄ eſſe,† cuius ſigno ſignatæ ſunt,
arg.l.quod ſi neque.§.fi.ff.de peric.& com.rei.vend.& vide-
tur hoc expreſſum in c.ſi iudex.de ſentent.excom.lib.6.& ad
idem facit.c.quod quidam.in fin.1.q.1.& c.quemadmodum.
23.q.7.& poſtea ſignatur,de cōſecra.diſtinct.4.& c.ſane pro-
fecto,24.q.2.& c.fi.de vot.& infra not.in concluſ.arma, & in
concluſ.domus,& Bald. l.1.n.1.C. quæ res ven.l.non poſſunt.
vbi dicit,mercatores magnę auctoritatis habere ſigna,& ſtig
mata: vt fabri,quib.vtūtur ī ſuis mercibus,& operibus, & no
tarij in ſuis inſtrumentis, & auth.dos data. C.de dona. ant.
nupt.vbi Bald.dicit,ballas(ſic eas vocant)mercatorum præ-
ſumi.quorum ſunt ſigna.
4 Amplia † vt huiuſmodi probatio per ſtigma ſufficeret etiā
quoad poſſeſſionem,& dominium dicti animalis: vt idē Luc.
de Penn.d.verſ.& nota hic argumētum,vbi alleg.leg.3. C.de
5 bon.vacan.& de hac cauſa † prohibetur quis rebus ſuis pone
re ſtigma alienum,alleg.l.1.C.de naui. non excuſ.lib.11. & ſi
quis appoſuerit,perdit rem,l.ſacrilegij.§.qui cum,ff.ad.l.Iul.
6 pec.cum alijs ibi alleg.& refert alios † Dd. ſentire dominum
poſſe ipſum animal propria auctoritate reducere.
Limita vſq; eo procedere ſi probata fuerit impoſitio ſtig-
7 matis in dicto animale,† ſecus ſi non fuerit probata:ita idem
Luc.de Penn.vbi ſupra, qui alleg.d.l.3.C. de bon.vacan. & l
quod ſi neque,§.fi.ff.de peric.& com.rei vend.& leg. diſtra-
heret.C.de reb.alien.non alien.cum ibi notar.

CON-

CONCLVSIO XCII.

ARGVMENTVM.

An animal venditum morboſum, vel putridum apparens, tale præſumatur fuiſſe tempore venditionis, & traditionis.

SVMMARIA.

1 *Animal, vt equus venditus intra triduum mortuus &c. præſumitur infirmum fuiſſe venditionis tempore, & locus erit ædilitio edicto.*
2 *Animal venditum ſi morboſum apparens illico poſt contractum, tale præſumitur fuiſſe tempore contractus.*
3 *Præſumptio prædicta ſufficiens eſt, ſi modicum tempus interueniat: ſecus ſi plures dies: quia tunc ſimplex eſt.*
4 *Medicorum dictis ſtandum eſt tanquam peritis in arte.*
5 *Animal non præſumitur corruptum fuiſſe tempore venditionis, quando venditor probat poſt traditionem comediſſe herbas venenatas.*
6 *Teſtes quomodo deponere debeant, & quibus ſtandum, vide remiſſiue.*
7 *Actio in hoc iudicio qualis erit.*
8 *Animal quomodo probatur morbo lethali laboraſſe tempore venditionis, & traditionis.*
9 *Qui non comedit, nec bibit, ſanus non eſt, imo mortuo ſimilis.*
10 *Mortis celeritas in animali præſumitur ex vulnere, vel vlcere.*
11 *Inteſtinorum putrefactio, viſibilis, & apparens indicat animal omnino periturum fore.*

1 ANimal vt equus venditus, ſi intra triduum mortuus fue-
tit, & reperiatur eius cor putridum & marcidum, † præ-
ſumitur tpe venditionis fuiſſe infirmum, vnde erit locus ædi-
litio ædicto. vt dicit Ang. in l. ſciẽdum de verb. obli. quẽ refert
& ſequitur Alc. in tract. de præſump. reg. 2. præſump. 27. n. 11.
& ita cõiter Dd. ſentiunt in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obl.
vt ait Rip. in tract. de peſte, rub. de remed. ad cur. peſt. n. 141.
vbi pulchre de hoc Bal. in l. 1. col. pen. ver. itẽ faciunt ad mer-
catores, C. de ædil. act. & in l. 2. quæſt. 2. C. de reſcind. vend. &
idem Bal. & Flor. in l. paciſci, ff. de pact. Ioan. Andr. in add. ad
Spec. de empt. & vend. §. nunc videndum, verb. ſciendum, in
add. quiſquis emit bouem. Boer. in deciſ. 323. nu. 22. ubi quã
plures alios citat, & Riminal. conſi. 360. n. 11. vol. 2. ubi dicit,
2 † animal uenditum ſi poſt contractũ illico, uel paulo poſt ap-
pareat morboſum, præſumi fuiſſe morboſum tpe contractus,
ut etiam iudicatum fuiſſe Peruſiæ eſt atteſtatus Ioſeph. Ludo-
uic. in ſuis deciſion. deciſ. 118. quæ eſt fina. deciſ. 2. partis, quod
ſi intra triduum moriatur, periculo uenditoris moritur. Ioan.
Oldendorp. tract. de vſucap. §. bellum num. 3. & latius de hoc
Iaco. Nouell. reg. 226. ubi ponit ſeptem limitatio.
3 Limita, & intellige procedere, † ut dictum eſt, de modico
tpe, quia tunc erit ualida huiuſmodi præſumptio, ut per Iaſ.
in l. lecta. col. 13. ſub nu. 20. circa, med. uerſic. 1. eſt in ſpoliato.
ff. ſi cert. pet. ſecus ſi plures dies interceſſerint, nam tunc eſſet
4 ſimplex præſumptio, & niſi hoc medici aſſueuerarent † qui-
bus eſſet ſtandum tanquam peritis in arte, arg. l. ſemel, C. de
re milit. lib. 12. non ſufficeret huiuſmodi pręſumptio, & Alex.
in conſi. 148. uol. 2. & Riminal. ubi ſupra, nu. 13.
Secundo limita, quando uenditor probaret, infra triduum
5 poſt traditionem comediſſe herbas uenenatas, † quod etiam
iudicio relinquendum erit peritorum artis. Ang. in d. l. ſcien-
dum, de uerb. obl. & ibi oino Alex. & Abb. in c. iuſtum, de rerũ
6 permuta. Teſtes aũt qũo deponere debeant, † & quibus ma-
gis credendum, uidendus eſt omnino Alex. in conſi. 148. uol.
2. per tot. ubi uberrime examinat, & Bal. in conſil. 499. uol. 5.
7 Actio autem in hoc iudicio † erit redhibitoria, uel certe
quanti minoris, ut idem Bal. in alleg. conſi. 499.
8 Quod uero tpe uẽditionis, † & traditionis animal laborat
morbo lethali, probatur ex eo, quod nec comedit nec bibit,
9 nam qui hoc non facit; ſanus non eſt, imo mortuo ſimilis eſt,
in l. hac ff. de triticar. quam allegat Bald. in d. conſi. 499. uol. 5.
Probatur etiam, ut ſupra diximus, per mortis celeritatem,
10 quia † tunc præſumitur mortuum ex vulnere, uel vlcere, l. 1. C.
de emend. ſer. & Bal. in d. conſ. 499. vel quia inteſtina in putre
11 dinem reſoluta eſſe clare conſtet, † unde facile, & liquido pa-
teat animal omnino fore periturum, ut idem Bal. ubi ſupra d.
conſi. 499. per l. ædiles aiunt, ff. de ædil. edict.
Cætera ſcitu digna, huc ſubijcere noluimus, oportunius
hæc tradentur in concluſione, equus, mors, & morboſus.

CONCLVSIO XCIII.

ARGVMENTVM.

Mærere teſtatoris animam ob mulieris impudicam vitam, præſumitur.

SVMMARIA.

1 *Anima teſtatoris mortui propter impudicam vitam mulieris, cui legauit ſub conditione, ſi caſte vixerit, præſumitur triſtari.*
2 *Idem ſi mulier tranſeat ad ſecunda vota.*
3 *Filijs primi matrimonij ſit iniuria per tranſitum matris ad ſecunda vota.*

ANima teſtatoris mortui præſumitur mœrere ob mulieris
1 viuendi genus impudicum, aut impurum, † cui legauit
ſub conditione, ſi caſte vixerit, vt ex allegat. per Alb in conſi.
25. n. 12. & ita videtur ſentire Pariſ. in conſi. 95. num. 21. & 56.
vol. 2. Marſ. in conſi. 13. n. 8. gl. & Dd. præſertim Iaſ. in l. fideic.
C. de fideic. Ceph. in conſil. 59. nu. 6. vol. 1. & à Roll. à Valle in
2 conſ. 69. n. 34. vol. 1. imo † etiam per tranſitum ad ſecunda vo
ta. vt conſuluit Ruin. in conſ. 84. poſt n. 9. vol. 2. & Marian. Soc.
in conſi. 180. nu. 8. vol. 1. § nos igitur, & §. ſolutio, in auth. de
nupt. gl. & Dd. in l. 1. de ſecund. nupt. facit ca. fatendum, 13. q.
vlt. Alex. in l. mulier quæ. § cum proponetur, n. 9. ff. ad Trebel.
3 vbi etiam inquit † inferri iniuriam filijs primi matrimonij.

CONCLVSIO XCIV.

ARGVMENTVM.

Animus quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Animus directo probari non poteſt quia ſolus Deus eſt ſcrutator cordium.*
2 *Animi probatio eſt quaſi impoſſibilis.*
3 *Animus etiam per teſtes ſingulares probari poteſt.*
4 *Animum probari per coniecturas, præſumptiones, & ſimilitudines, de quibus in hac concluſione.*
5 *Animum probari per iuramentum, & quomodo.*
6 *Animi probatio per iuramentum tanti eſt momenti, vt nulla alia certior haberi poſſit.*
7 *Teſtes, qualis fuerit animus alterius, ſi prætulerint verba declaratoria, per ea teſtificari poſſunt.*
8 *Probationi prædicta contrarium probare volens non admittitur.*
9 *Doctores contrarium tenentes allegantur.*
10 *Quod permittitur actori, id debet permitti reo, cui tolleretur exceptio ſua, ſi non poſſit probari contrarium.*
11 *Statuto ſi caueatur, ſtari iuramento alicuius, venit nihilominus admittenda probatio in contrarium.*
12 *Statutum ſi diſponat, ſtari conſcientiæ alicuius, poteſt tamen probari contrarium dummodo cauſa ſit minus præiudicialis.*
13 *Nuncio, & executori iurato licet credatur in his, quæ ſpectant ad officium illius, poteſt tamen probari contrarium.*
14 *Animum probari per ſimplicem aſſertionem.*
15 *Poſſeſſio animo retinetur.*
16 *Animus cognoſcitur & probatur per verba.*
17 *Verba ſunt inuenta, vt animum dicentis exprimant, & declarent.*
18 *Quæ ſunt magis præiudicij licet conſiſtant in animo, probantur tamen per ſolum iuramentum.*
19 *Concluſionem procedere etiam in his, quæ ſunt magni præiudicij ſecundum Rom.*
20 *Dicto alicuius cum iuramento non ſtatur, quando contra ipſum extat aliqua præſumptio iuris.*
21 *Furi de furto conuicto ſe excuſanti, iuranti que credidiſſe, dominum rei conſenſiſſe, vt ipſam auferret, non creditur, & quare.*
22 *Nemo rem ſuam iactare præſumitur.*
23 *Dicenti ſe conſenſiſſe, vt furtum fieret de re, ſi fur non ſit affinis, vel amicus, præſumitur dicere ficte, animo ac tumultu, & cum habeat præſumptionem contra, eius aſſertio per iuramentum non probatur.*
24 *Citati ad domum iurare volentis ſe de citatione notitiam non habuiſſe, iuramento ei non ſtatur, & quare, & ibi contrarium.*
25 *Volenti probare ignorantiam conſtitutionis, edicti, aut ſtatuti nuper editi per propriam iuramentum, non creditur.*
26 *Nemo præſumitur ignorare, quæ omnes in ciuitate ſciunt.*
27 *Iuuenis ludens in tenebris cum virgine, per iuramentum non probabit non animo prauo, ſed bona fide ludere cum illa.*
28 *Homini bonæ famæ, & opinionis creditur per iuramentum, ſecus ſi ſit malæ, & homo leuis.*
29 *Statuto ſi caueatur, credi debere denunciatori, vel damnum paſſo cum iuramento, tamen non ſtabitur ſi infamis fuerit etiam ſola infamia facti.*
30 *Libro mercatoris infamis non eſt credendum.*
31 *Veneficij accuſatus ſi dixerit, ſe potionem non dediſſe animo necandi, & ſtatuto caueatur propterea non puniri, eius dicto etiam cum iuramento ſtandum non eſt.*
32 *Iuramento circa animum non creditur, quando alio modo poteſt probari.*
33 *Aſſerenti ſe arbitratum eſſe in illo tractu loco iure ſeruitutis, ſi nullus præfuit titulus, ei non creditur per iuramentum.*
34 *Allegant titulum reprobatum, & non bonum per iuramentum non eſt credendum.*

1 ANimus cum directo probari non poſſit, † cum ſolus Deus
ſit ſcrutator cordium, vt inquit Marc. Mant. in conſil. 24.
num. 4. volum. 1. per gloſ. in cap. de occidendis, 23. quæſt. 5. &
in clemen. exiui de paradiſo. de verb. ſignifi. & in l. 2. ff. de in-
terrogat. action. Barbat. conſil. 42. num. 14. per c. nouit. de iu-
dic. vol. 1. c. tua, in fi. de ſimon. cum concord. gl. in cle. vnic. de
relig. & vener. Sanct. Blanc. de indic. n. 57. tom. 15. Ioan. Lup.
in

2 in tract.de matri.& legit.p.2.n.6.& 10.vbi inquit,† eſſe quaſi
impoſſibilem probationem, vt plene Corn.cõſ.81.n.16.vol.1.
3 conſ.124.n.3.vol.3.& Homod.conſ.63.nn.3.vt ẽt † per teſtes
ſingulares probari poſſit,ſecundũ Cra.in conſ.2.n.33.& tener
Rot.deciſ.73.diuerſorum nondum typis tradit. qñ concurrit
publica vox,idcireo confogiendũ eſt ad coniecturas,præſum
4 ptiones† & ſimilitudines,vt idem Marc.Mant.vbi ſup.per ibi
adducta,& ſapientiſſime Monach.de atbitr.iud.caſ.361.nu.2.
Laur.Silu.in conſi.7.0.21.Soc.conſ.28.nu.14.vol.1.Mando.in
reg.cancel.reg.5.q.4.n.7.& Cor.conſ.48.in litera A.vol 3.ſed
quæ ſint coniectoræ & præſumptiones infra dicemus ſingulis
ſuis in locis. Generalem igitur conſtituimus concluſionem,
5 nempe † aimum probari per iuramentum illius,qui aſſerit id
habuiſſe in aïo,vel quod ſciuerit, vel ignorauerit,iuxta ſuiam
Mar.Soc.in conſ.123.n.19.vol.1.& in cõſ.28.n.19.vol.1.Guid.
Pap.q.614.& in conſ.223. vbi plene, n.13.verb.ſed qualiter.
Alc.de præſump.reg.3.præſump.16.Bel.in conſ.49.n.13.Bell.
deciſ.45.Rot.deciſ.43.in nou.ſi impetratum,& deciſ.79.nota
quod vbi,& deciſ.494.nota ſi imperretur,in antiq.Staphi.de
ſignatur.grat.& iuſt.tit.de commiſ.fol.mihi 172.verſ.ſolet tũ.
Hipp.Marſ.in rubr.C.de prob.n.122.Iaſ.in conſ.84.n.7.vol.1.
Rom.in l.gerit,n.5.ff.de acq.hæred.Neui.in conſ.5.n.38.Cra.
de antiq.tẽp.p.4.n.153.Rim.ſen.in conſ.216.n.22.vol.2.Abb.
in c.de his,n.6.de accuſ.vbi oẽs * ad hoc alleg.gl.in c.ſignifi-
caſti,de homic.vbi Fel.n.2.& gl,in §.aliæ Inſti.de act.vbi Iaſ.
Oldr.conſ.286.Ang.conſi.314.Anch.conſil.159.in fi.nu.44.&
conſi.174.nu.4.& 5.Rom.conſi.398.in fi.& in conſil.76.nu.5.
Grammat.vot.10.nu.28.Alexan.conſi.127.nu.15.lib.4.Hipp.
conſi.9.num.32.& conſi.96.nu.8.& Mar.Ant.Blanc.in pract.
crim.de re accuſ.incipien. datis defenſionibus,nu.65.& per
alios,quos enumerat Ioan.Nic.Arelat.in addit.ad Alciat. vbi
ſupra. Quintilian. Mando.ad reg. cancel.reg.5.q 4.num.2.&
Barbar.conſi.42.nu.14.vol.1.Ruin.conſi.1.nu.4. vol.5.

6 Primo amplia,† vt tanti ſit momenti huiuſmodi probatio,
vt nulla alia certior haberi poſſit,vt §.aliæ, Inſtit.de act.& l.ſi
cui.§.ijdem,ff.de accuſ.Bar.in l.inter oẽs,§.recte.ff. de furt.&
in l.2.§.ſi à pupil.ff.p emp.quos adducit Rot.in dec.42.i nou.
7 qđ verũ eſt, niſi aliqua verba declaratoria pceſſerint, † nã eo
caſu teſtes de aïo alicuius,qualis fuerit, teſtificari poterunt,
idque per verba declaratoria Bert.in verb.teſtes depo.n.175.

8 Secundo amplia, vt vſque eo concluſio procedat † vt non
admittatur contrarium probare volens, ita Domini Rot.de-
ciſ.79.in fi.in antiq.Dec.in c.interpoſita.§.1.de appell.& in c.
ſtatutum,§.aſſeſſorem de reſcrip.in 6.

9 Contrariam † tñ ſoiam ſunt ſequuti Fyl.in c.accedẽs,il 2.n.
14.vt lit.non cont.& in c.ſignificaſti,n.4.de homic.& Bar.in l.
2.§.ſi à pupil.ff.de vſuc.p empt.& in l.is qui põt,col.2.n.4.de
hom.& Bar.in l.2.§.ſi à pupil.ff.de vſuc.p empt.& in l.is põt,
col.4.đ acq.hæred.Bell.deciſ.45.excep.de nõ perhorreſcẽtię.
Iaſ.in §.ſed iſtę,col.25.verſ.3.ad noſtrã,de act.Tiraq.in tract.
de vtroq: retract.tit.đ terr.legnagier.§.4.gl.1.0.5.Capel.Tol.
q.236.item quidã Bolo.ubi dr̃,bis in fuiſſe deciſum,& conſti
10 tutũ in capella. Errõ eſt, † quia ſicuti permittitur actori, ita
debet permitti reo,alias ſi non poſſet probari cõntrariũ, tol-
leretur reo exceptio ſua,quod non eſt dicendum,c.paſtoralis
de re iud.ut latius diceretur in concluſione,perhorreſcentia.

Amplia poſteriorem iſtorũ opinionem vſque eo procede-
re,ut ẽt ſi l.municipali caueatur, ut credatur iuramento alicu
11 ius,† nihilominus ſit admittenda probatio in contrarium,ut
tradidit Ang.in l.qui reſtituere, ff.de rei nend. & alleg.glo.in
clem.1.de iure patro.& ex alleg.per Iaſ.in d.§.ſed iſtæ.n.95.
ubi notat id quod ait,d.gl.in clem.1.hoc eſt,ſi ſtatutum diſpo
12 nat,ut fides habeatur conſcientiæ alicuius,† tñ ſi cauſa ſit ni-
mis præiudicialis,iuxta gl.in c.ſtatutum,§.aſſeſſorem,uerſic.
relinquatur,de reſcript.in 6.& ad hæc facit Paul.Caſtr.in l.de
pupil.§.qui opus,ff.de nou.oper.nunciat.Bal.in c.ſi ſacerdos,
de offic.ordin.Io.de Anna.in conſ.34.incip.uiſis & diligẽter.

13 Infertur ex hac ſecũda opinione † ut ſi credatur nuncio &
executori iurato in his, quæ ſpectant ad eius officiũ,ut c.cum
parati.& ibi Dd.de app.& l.magis,§.illud,ff.đ reb.cor.poſſit
tñ probari contrariũ,ut gl.in c.propoſuiſti,in uer.nõ pbatur,
82.diſt.Imol.& Alex.in l.qui bona,§.qui bona,q damni, ff.de
dam infect.& ex multis allegatis per Tiraq.ubi ſup.n.6.Chri-
ſtoph.Porc.in §.item uerborũ.Inſti.de inutili.ſtipul. in princ.

14 Amplia concluſionem præcipuã procedere † ẽt in ſimplici
aſſertione,nempe cũ quis ſemel poſſedit, & nunc aſſerit poſſi-
15 dere. Aïus.n.huiuſmodi probatur per talẽ aſſertionẽ,† nã poſ
ſeſſio aïo retinetur,ita docuit Bar.in 2.lect.l.ſiue poſſidetis.n.
7.C.de pbat.per,d.§.aliæ.Inſtit.de act. & per l.ar ſi quis.§.ſi
16 interdũ,ff.de relig.& ſumpt.fun.& facit ẽt ad hoc illud vt † p
verba ẽt cognoſcat,& pbetur aïus,et eſt tex.iũcta gl.in verb.
põt,in l.qdã in ſuo,ff.de cõd.inſtit.& in l.de minore,§.tormẽ
ta.ff.de quæſt.& Bertrã.cõſ.324.n.5. vol.4.nam verba inuẽta
17 ſunt,† vt dicentis animum exprimant, & declarent vt inquit
Alc.lib.1.in prin.tract.de verb.ſig.& ante eũ Cicero ĩ topicis.

Primo limita concluſionem principalem procedere in his,
18 quæ ſunt parui præiudicij,ſecus ſi magni † quia tunc etiam ſi
conſiſtant in animo,non probantur tamen per ſolum iuramẽ-
tum,ita docuit Paul.de Lya.in clem.conſtitutione,de elect.&
Dom.de S.Geminia.in c.cos de temp.ord.in 6.Hippol.Marſi.
in ſing.655.incip.memoriæ.& Ioa.Nic.Arelat.in addit.ad Al-
ciat.de præſumpt.in d.reg.3.præſumpt.16.nu.6.

Contrarium tamen conſuluit Rom. in conſ.76.n.5. nempe
19 concluſionem procedere, † etiam ſi eſſemus in his, quæ ſunt
magni præiudicij.

Secundo limita, vt procedat concluſio, quando contra ip-
ſum aſſerentem iuramento non extat aliqua præſumptio iu-
20 ris,ſecus ſi extaret,† quia tunc non ſtatur eius dicto etiam cũ
iuramento, vt per Feli.in c.ſignificaſti.il 2.in 1.col.de homic.
& in c.inquiſitionis.§.quæſiuiſti.in penul.col.de accuſ.ſequi-
tur Hip.Marſ.in conſ.9.n.36.Crauet.de antiq.temp.part.4.n.
153.& Bar.in l.inter omnes.§ recte,de fur.n.3.vbi dicit,ſi fur
21 ſe purgare velit de furto commiſſo,† ita,qui habebat in ani-
mo,& credebat,dominum rei cõſenſiſſe, vt ipſam rem aufer-
ret,& iurat id credidiſſe, tamen non creditur illius iuramen-
to,quia habet præſumptionem cõtra ſe ipſum,vt imo crede-
22 ret Dominum nõ eſſe permiſſurum,† nemo enim præſumitur
iactare rẽ ſuam,l.qui vaſ.§.vetare.ff.de fur.cum ſim. & ipſum
Bar.refert Alc.in d.reg.3.præſump.16.n.2.q licet per quatuor
tationes oſtendat, huiuſmodi limitationẽ non eſſe veram, tñ
illam in fine tuetur,nempe procedere,quando præſumptio iu
ris contra iurantem eſſet magis efficax,& veriſimilis,quã illa
quæ ex teſtamento oritur,& pro iſta limitat.ſentit Imol.in ca.
2.de cõſti.col.9.Cardin.in clem.2.§.cæterũ. quæſt.7.de elect.
Rot.deciſ.444.incip.extra Rotã,ſiue item extra Rotã, in no.

Amplia huiuſmodi limitationem etiam procedere in eo,
23 qui vellet excuſare furem, † dicens ſe conſenſiſſe, vt furtum
facere de re ſua,quia ſi fur non erit affinis,vel amicus, præſu-
mitur illud dicere ficte, & animo iuuandi, nec probatur per
iuramentum huiuſmodi aſſertio,contra enim habet præſum-
ptionẽ,vt inquit Felin.in d.c.ſignificaſti,no.3. de homicid.&
uor.Innoc.in ca.2.col.9.de conſtit.& Card. in clem.ne Rom.
§ cæterũ,q.7.de elect.& Io. de Ana.in c.2. circa fi. de calum.

24 Primo infertur ex hac limitatione,† quod ſi quis fuerit cita
tus ad domum,ille autem citatus vellet iurare, notitiã nõ ha-
buiſſe de illa citatione,ipſius iuramento non ſtatur, quia ha-
bet præſumptionem contra ſe,nempe quia quilibet præſuma
tur ſcire, quod ſibi eſt denunciatum ad domum, vt gl.in l. ſi
tutor,verſ.oſtenderis,C.de peric.tuto.

Contrarium voluit Bald. in l.2.§ penul.in fi.ff.ſi quis caut.
quem reprehendit Iaſ.in §.ſed iſtæ.Inſtit. de act. & ibi etiam
Iaſ.à Bald.tamen ſtat Alciat.vbi ſupra,reprehendens Iaſon.

25 Secundo infertur,† vt ſi aliquis vellet probare ignorantiã
conſtitutionis,edicti,aut,ſtatuti nuper editi, p propriũ iura-
mentũ,nõ poſſet,nec ei creditur,ita Io. Andr.Innoc.& alij in
26 c.1.de cõſtit.& Iaſ.in d.§.ſed iſtæ n.92.† nemo.n.præſumitur
ignorare,quæ omnes in ciuitate ſciunt,vt Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,
vbi ẽt ponit aliam illationem,nempe de iuuene ludente in te
27 nebris cum virgine,† qui non probabit per iuramentũ,non
animo prauo,ſed bona fide ludere cum illa,vt ibi per eum.

Tertio limita,vt procedat in eo,de quo homines bene ſen-
28 tiunt † ſecus ſi male audiat,homoque leuis ſit,qui ei non cre
ditur per iuramentum ſuum, vt pro hac limitatione Iaſ.in d.
§.ſed iſtæ.nu.96.teſtatur Bald.in l.falſus,col.3.C.de fur.& gl.
in c.ſignificaſti.il 2.verſ.ſi eſt ita de homic.& qđ voluit Ang.
29 in l.qui in iudicio.ff.de accuſ.vbi inquit,ſi ſtatuto † caueatur,
vt fides habeatur renunciatori, vel damnũ paſſo cum iuramẽ
to,tamen non ſtabitur,ſi ipſi fuerint infames etiam ſola infa-
mia facti,& quod notat Bal.in l.cunctos populos, C.de ſum.
Trin.col.4.vbi ait,ſtatutũ diſponẽs vt credat libro mercato

M ria,

30 ris, † intelligi, niſi mercator fuerit infamis: quia tūc non erit credendum illi libro, non obſtante etiam iuramento, & pro iſta limitatione ſentit Archid. in c. quia præſulatus, nume. 4. 1. q. 4. & ſequitur Fel. in d. c. ſignificaſti, nu. 2.

Quarto limita in criminalibus: vt ſi lege municipali ſit can
31 tum, ne quis puniatur de delicto, nempe de veneno † ſi non animo interficiendi potionem dederit: de hoc animo nō erit ſtandum dicto ipſius, etiam cum iuramento, Marc. Ant. Blanc. in pract. crim. in verb. datis defenſionibus, fol. 36. nu. 69. nam animus ꝓbatur præſumptione facti. l. is qui. §. diuus, ff. de tut. cura. l. 1. §. diuus, ff. de ſicar. cum neque criminalia dirimantur iuramento, arg. l. fi. C. de prob.

Contrarium voluit Hipp. Marſ. conſi. 96. licet forſan adducta per eum procedant in ciuilib.

Quinto limita, quādo alio modo poſſet probari, quam per
32 iuramentum, † ſecus ſi non poſſet probari, vt late Lap. alleg. 94. per tot. Bal. in diſputat. quæ incipit, ſtatuto cauetur, col. 9. Card. in clem. 1. in fin. de pœn. & ibi glo. verſic. commode, & Felin. in d. c. ſignificaſti, num. 4. aſſerens id procedere in foro conſcientiæ, & alleg. glo. in c. ſignificaſti, in verſi. credendum, & clem. 1. in verſi. non habita, de priuileg.

Sexto limita in eo, qui ſine fraude opinabatur, bonaque fide arbitrabatur, ſe in eo loco profectum fuiſſe iure ſeruitutis:
33 nam hoc caſu, † ſi nullus titulus præceſſit, ei non creditur per iuramētū, ita Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, n. 9. ff. d' itin. act. priu. & Iaſ. in d. §. ſed iſta. Inſt. d' act. in gl. magna, ver. i primis ergo.

34 Quod idem procederet, † ſi allegaret titulū, tamen improbatum & irritum, quia nihilominus ei per iuramentum non eſſet credendum, ita Iaſ. in d. §. ſed iſtæ, nu. 23. Inſtit. de act.

CONCLVSIO XCV.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur animus.

SVMMARIA.

1 *Animus ex qualitate facti præſumitur, & probatur ita fuiſſe.*
2 *Animum meum ex operibus meis probo.*
3 *Animus talis præſumitur qualia facta ſunt.*
4 *Animus in animalibus brutis ex eorum factis præſumitur.*
5 *Animus hominis ex qualitate orationis indicatur.*
6 *Animus in ſequenti qualis fuerit probatur ex præcedentibus.*
7 *Animus qualis fuerit in præcedentibus probatur ex poſtea geſtis.*
8 *Animum in futuris præſumere difficile eſt.*

1 ANimus ex qualitate facti præſumitur, † & probatur ita fuiſſe, arg. l. qui alienum, §. actum, l. Paulus, ff. rem rat. hab. & not. Innoc. in c. bonæ, de poſtul. prælat. quem refert Ancha. in conſ. 240. n. 4. & Cra. in conſ. 105. n. 4. & facit l. duo fratres, ff. de acq. hæred & in l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit.
2 Nam Iob ait: † aīum meum ex operib. meis probo. Ita refert Bal. in proœm. decret. in verſ. rex Pacificus, n. 14. & Gram. conſ. 13. nu. 2. & 3. per plura ibi adducta, Cor. in conſ. 6. in litera R. ibi facto enim, vol. 3. Neuiz. in conſ. 50. n. 52. & Ceph. in conſ.
3 75. n. 3. vol. 1. vbi dicit † talem præſumi animum, qualia facta ſunt, & Grammat. deciſ. 37. nu. 6. ca. dilecti filij, vbi glo. ſuper verb. tacto, de appellat. & l. fin. C. ſi maior fact. Vant. tract. de nulli. tit. quibus mod. ſum. null. reper. poſ. nu. 103 ad 105. Abb. c. ad hæc, nu. 3. de appell. per c. 1. de præſump. & l. nam ludus, ad l. aquil. Marc. Blanc. tract. de iudic. nu. 48. to. 15. fol. 156. & l. ſi tñ, §. ei qui. de ædil. ædict. l. de quibus, in fi. vbi Bal. de legib.

4 Primo amplia procedere ēt in aīalib. brutis, ex quorū † factis præſumitur aīus, rex. eſt in §. ceruus. Inſtit. de rer. diuiſ & dicunt Anch. & Cra. vbi ſupra, & ex qualitate actuum illorum manifeſtatur. Paris de Puteo tract. de re mil. §. cum inter. nu. 5.

5 Intellige ēt procedere concluſionē in ſermone hois, † quia itidem ex qualitate orationis animus hois iudicatur, iuxta ſnam Bald. in l. ſed reprobare, in princ. ff. de excuſ. tut. & Rol. à Valle in conſi. 61. nu. 9. vol. 2. & Thom. Gramma. d. deciſ. 37. nu. 6. Soc. iun. in conſil. de duel. licet, nu. 18. to. 16. fol. 145.

Quam ſniam optime cōfirmauit Socrat. Nam cū diues quidam filium adoleſcentulū ad Socratē miſiſſet, vt indolem eius inſpiceret, ac pædagogus diceret, pr̄ ad te ò Socrates miſit filium, vt eum videres; tum Socrates ad puerū: loquere igitur, inquit, adoleſcens, vt te videā: ſignificans, ingenium hois non tam in vultu relucere, quam in oratione, quod hoc ſit certiſſimum minimeque mendax animi ſpeculum. eſt enim, vt inquit ille: oratio vmbra animi, cui Diogenes aſſenſit. Dicere enim ſolebat, ſibi videri mirum, quod cum ollam, aut operculum non emerent homines, niſi pulſu ac tinnitu exploratum, in emendo homine ſolo aſpectu eſſent contenti, ſignificans hominem nulla ex re melius cognoſci, quam ex oratione.

6 Et pariter animus qualis fuerit in ſequenti, † probatur ex præcedentibus, l. ſi ſeruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. & facit Bal. in l. quamuis, C. de fideic. Soc. conſil. 57. col. 6. ad fi. verſi. præterea, vol. 1. quos refert Crauet. conſi. 220. nu. 11. Ruin. conſil. 10. vol. 5 & conſi. 112. nu. 3. vol. 2. & vide Matth. ab Afflic. conſtit. Neapol. de pœn. eius, qui com. rub. 11. nu. 7. & 8. Mandoſ. ad reg. cancellariæ, reg. 5. q. 4. nu. 8.

7 Itē contra, ex poſtea geſtis † probatur, qualis fuerit in præcedentibus, arg. §. pauonum. Inſtitutio. de rerum diuiſio. l. ſed Iul. §. proinde, ff ad Macedon. gl. in l. Fulcinius, ff. quib. ex cau. in poſſ. ea. & ibi Bart. gl. in l. apud Celſum, ff. de dol. except. & not. Gram. in conſi. 22. n. 11. deciſ. Pedem. 71. n. 33. & deciſ. 90. n. 19. Dec. in conſi. 421. Ceph. in conſ. 3. n. 28. vol. 1. Rol. à Val. in conſi. 77. nu 33. vol. 1. Rim. ſen. in conſi. 72. nu. 11. & in conſil. 361. nu 12. vol. 1. & Grat. in conſ. 83. num. 6. vol. 2. Crau. in conſi. 77. nu. 10. per plura, ibi allegata. Soc. ſen. in conſil. 126. nu. 6. vol. 2. Soc. iun. in conſi. 144. nu. 10. vol. 3.

8 In futuris autem eſt difficile † præſumere, vt dixit Bald. in proœm. decret. in verb. Rex Pacificus, num. 14. & ex præparatione mentis dignoſci animum mouit Barbat. in tract. de præſtan. Car. q. 12. num. 15.

CONCLVSIO XCVI.

ARGVMENTVM.

Animus compenſandi quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Animum compenſandi probari ex coniecturis.*
2 *Prædium donatum a patre filiabus præſumitur animo compenſandi cum ſupplemento legitimæ.*
3 *Prædium datum ſorori à fratre cenſetur animo compenſandi cum eius legitima.*
4 *Teſtator legans, quando iubet legatarium contentum eſſe ſuo legato, animo compenſandi legaſſe præſumitur.*
5 *Teſtator legans filiæ pro omni eo, quod petere pōt, relinquere videtur animo compēſandi cum dote per eam recepta.*
6 *Subſtituens legans aliquid cui debebat ex diſpoſitione ſtatuti, cenſetur animo compenſandi cum debito ſtatuto, vel lege introducto legare.*
7 *Pater neceſſario tenetur ſoluere legitimam filijs ſuis ex legis diſpoſitione, & legans, vel donans, ſecus cenſetur animo compenſandi.*
Soluendo quod quis ſe obligauit, non cenſetur animo compenſandi cū debito ſoluere.
9 *Compenſatio non fit in debito voluntario ex contractu, vel actu immediate voluntario.*
10 *Compenſatio fit in debito voluntario quando ex verbis teſtatoris apparet legaſſe animo compenſandi.*
11 *Maritus legans aliquid uxori ſuæ, non cenſetur animo compenſandi cum dote, niſi expreſſe dixerit ſe legare.*
12 *Voluntas teſtatoris in compenſatione quomodo intelligenda.*
13 *Verba, lego pretium rei dotalis, quam vendidi, vim habent compenſationis, etiam ſi eo nihil expreſſum ſit.*
14 *Compenſatio ſufficit quod ex verbis ei æquipollentibus fiat.*
15 *Animus compenſandi non præſumitur in ſimpliciter legante.*
16 *Animus compenſandi non præſumitur, quando debitum eſt quantitas, & legatum ſpecies cum oporteat vt ab vtraque parte ſit quantitas.*
17 *Debitum conſiſtit in quantitate, & legando ſpeciem videtur totum diuerſum.*
18 *In ſtatu non eſt opus diſparatione.*
19 *Verba, lego de bonis meis, non præſumunt animum compenſandi.*
20 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
21 *Legatum factum videtur poſt id, quod erat debitum.*
22 *Pater relinquens aliquid filia non videtur compenſandi animo, niſi exprimatur, vel ex coniecturis aliud appareat.*
23 *Compenſatio non cadit in creditore legante debitori.*
24 *De hac concluſione reliqua videnda ſunt in concluſione Compenſatio.*

1 ANimum compenſandi † probari ex coniecturis reſpōdit Crau. in conſi 149. nu. 3. & in conſi. 131. nu. 14. vbi ſi pater donauerit inter viuos filiabus prædium, præſumitur donatū
2 animo compenſandi † cum ſupplemento legitimæ, iuxta not. in auth. præterea, C. vnde vir & vxor, & idem ſequitur de fra-
3 tre dante prædium pro dote ſorori ſuæ, qui † cenſetur dare animo compenſandi cum eius legitima, l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de leg. 3. Corn. conſ. 175. vol. 4. & Crauet. in d. conſi. 131. in fi. & adhoc facit, quod notat conſulendo Paul. Caſtre.
4 in conſ. 139. n. 2. vol. 2. vbi quando teſtator legans † iubet legatarium contentum eſſe ſuo legato, præſumitur legaſſe animo compenſandi, & huc etiam ſpectat, quod ait Abb. in conſ. 81. n. 2. vol. 1. vbi quando pater teſtator legat filiæ pro omni
5 eo, quod petere poteſt, † videtur relictum fuiſſe animo compenſandi cum dote per eam recepta, & Anch. conſ. 26. n. 5. in fi. vbi ſubſtitutus legās cui debebat aliquid ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, propter aditionem hæreditatis, illud legatum
6 cenſetur factum animo compenſandi cum debito † à ſtatuti, vel legis diſpoſitione introducto, ſed contra hoc conſuluit Cor. conſ. 29. vol. 1. quòd reprehenditur per Crauet. ex multis

ratio-

rationibus per eum in dict.conſ.131.allegatis,& in ſimilibus
conſuluit Io.de Anan.conſ.3.qui eius dicta diſtinguit, Crau.
d.conſ.131.vide pro concl.Dec.in auth.præterea,col.7.C.vn
de vir & vxor.
7 Primo limita concluſionem procedere,† qñ quis teneretur
ſoluere neceſſario ex legis diſpoſitione, nēpe pater legitimā
filijs ſuis,quia hoc caſu ſi aliquid legat, vel donat,cēſetur ha-
buiſſe animum compēſandi,ſecus vero ſi deberetur aliqd, ad
quod ipſe ſponte,& voluntarie ſe obligauit, qa tunc ſoluēdo
8 non cenſetur † animo compenſandi cum tali debito feciſſe,
l.ſi cum dotem,§ ſi pater,ff.ſol.matr.iuncta l.creditorē, ff. de
leg.2.& per Dd.in auth.præterea,C.vnde vir & vx. & Anch.
conſ.26.nu.4.& l.Titia,§.q in vita,ff.de leg.2.& ibi Bar.Ang.
* Boer.in q.92.n.2.vbi atteſtatur hanc eſſe * cōem ſcrib. & idē
ſequitur Bal.& alij in l.ſi vxor.C.de bon.auctor.iud.poſſid.
* vbi oēs * in hanc ſnīam deueniunt in debito voluntario ex cō
9 tractu,vel ex actu proxime voluntario nullā fieri cōpenſatio-
nem.Idē Pau.Caſt.in conſ.35.col.2.verſ.quinto ad idē,vol.2.
Sublimita non procedere,qñ ex verbis teſtatoris apparet
10 legaſſe animo compenſandi,† licet fuerit debitor volūtarius
ex aliquo contractu,vt late per Ang.Bero.d.q.92.nu.7.
Secundo limita non ſibi vendicare locum, qñ maritus ali-
11 quid legaret vxori ſuæ, †quia hoc caſu nō cenſetur aīus com
penſandi cum dote ſua,niſi expreſſe reliquerit vel ſpeciatim
dixerit,ſe vxori legaſſe animo compenſandi cum dote, alio-
quin clarum eſt,teſtatorem voluiſſe mulierem vtrunq; habe-
re,vt hoc confirmat text.glo.& Bal.in l. Titia, §.in vita, ver-
ſiculo ratio eſt,& text.in l.creditorem,ff.de leg.2.vbi dicitur,
12 euidenter apparere,& conſtare debere,teſtatoris voluntatē
fuiſſe, vt cōpenſaretur,q cognoſcitur,qñ teſtator dixiſſet. le-
go rē pro dote,ſeu ex cauſa dotis,quā habuit, vel lego rē vxo
ri pro cōpenſatione dotis,ſeu aīo compenſandi, vt eſt text.&
ibi Bal.in l.vnica,§.primū,C.de re.vx.act.ſed Ale. in l. ſi cum
dotē,§.ſi pater.in fi.col.2.ff.ſol.matr.air,idē procedere, ſi di-
13 xiſſet †lego ptium rei dotalis,q̄ vendidi,ēt ſi de cōpenſatio-
ne facienda nihil expreſſerit,cui ſnīæ ſubſcribit Bar. in l.cum
pater,§.q dotalē,ff.de leg.2.non.n refert an maritus dixerit,
lego gratia cōpēſandi,an vero vſus fuerit alijs iſtiuſmodi ver
14 bis,ex quib.pateat,ſe voluiſſe cōpenſare,ſufficit ēt,† vt æqui-
pollentib.fiat,l.Gallus,§.& quid ſi tñ,ff.de lib.& poſth.& ſic
15 procedit,qñ ſimpliciter legaſſet,†quia tūc non pſumitur aīus
Bal. & Sal. in d. l. 1. C. ſi rector prouin. vt per Alex. d. conſ. 194.
4 vnde licet † prohibeatur matrimonium inter magiſtratum, &
ſubditum, tñ non prohibentur ſponſalia, propter rationis di-
uerſitatem: quia ſi permitteretur matrimonium inter magi-
ſtratum, & ſubditum, poſſet magiſtratus iure ſuo cũ muliere
ditiſſima contrahere, quod matrimonium non poſſet diſſolui
5 in ſponſalibus, † quæ ſi contracta ſint, diſſolui tñ poſſunt, vt
ex adductis per Cyn. in d. l. 1. ſub nu. 1. C. ſi rector prouin.

Secun-

Secundo limita, vt concluſio nō ꝓcedat in materia, in qua
6 ſit facienda extenſio, vt in pœnalib. † quia tunc non opera-
tur, niſi in actu conſummato, gl. in d. clem. 1. in ver. cōtrahere.
de conſan. & affi. Abb. in c. 1. nu. 3. & ibi Dec. de poſtul. præl.
Alex. in d. cōſ. 194. n. 15. Cor. conſ. 147. col. 3. verſ. nec videtur
obſtare, l. oratio. vol. 1. Iaſ. in l. 2. col. ff. de iuriſd. om. iud. & in
l. quo minus, in 9. no. ff. de flum. & in l. cum quidam, colum. 3.
de lib. & poſthum.

Tertio limita, vt concluſio tantum procedat, qñ prohibi-
7 tio eſt ꝑſonalis impropriè, † quæ rei adhæret, & datur potius
cauſæ, quam perſonæ: vt in terminis l. fi. §. fi. C. de vſur. rei iud.
in quo loco habetur, tp̄s quadrimeſtre, quod datur reis prin-
8 cipalib. condemnatis, † datur etiam eorum fideiuſſoribus de
iudicato ſoluendo, & hoc ſingulari priuilegio illius cauſæ fœ-
neratitiæ: vt per Cyn. in d. l. 1. ſub n. 1. verſ. ſi de iure ſpeciali.
C. ſi rector ꝓuin. & l. quoties, n. 97. verſ. ad cōtraria ſic rñdet,
C. de precib. Imper. offer. quo in caſu recte ꝓcedit, vt ꝓhibi-
9 to principali, † præſumatur ēt prohibitum id, per qđ ad illud
peruenitur, ſecus qñ prohibitio eſſet de iure ſpeciali, & reſpi-
ceret perſonā, vt in terminis l. verū, §. 1. ff. pro ſoc. vbi benefi-
cium, quod conceditur ſocio, ne poſſit condemnari, niſi qua-
tenus facere pōt, non extenditur ad fideiuſſorem, vel ad hære-
10 dem, † quia beneficium eſt perſonale, vt ibi, quod non tranſ-
greditur perſonam, l. priuilegia, ff. de reg. iur. & l. in omnibus
cauſis id obſeruatur, ff. eo. & c. priuileg. de reg. iur. lib. 6. & ibi
Dyn. Cyn. vbi ſup. & Bal. in l. 2. col. 1. & ſeq ff. de iur. om. iud.

Ex hoc nimirum illud exijt, vt beneficium reſtitutionis in
11 integrum, quod datur minori, † non competat fideiuſſoribus,
licet tranſeat ad eius ſucceſſores, vt per Dyn. d. c. priuilegiū,
nu. 2. Item priuilegium nō ſoluendi vectigal datum fiſco, vel
12 eccleſiæ. † non competit emptorib. vt dixit Dec. conſ. 48. &
in d. l. in omnib. cauſis, & nu. 2. ff. de reg. iur.

Quarto limita non procedere, qñ actus non eſſet perpe-
tuo probibitus, vt ff. de rit. nupt. l. ſi quis officium. vbi Paulus
reſpōdet, vt ſup. diximus, nam quamuis matrimonium ſit ꝓhi-
13 bitum, † non tñ videntur prohibita ſponſalia, per quæ perue-
nitur, ad matrimonium, quia cauſa prohibitionis matrimonij
ad certum tempus erat prohibita, i. durante magiſtratu, ſecus
ſi cauſa prohibitionis eſſet perpetua, quia tunc prohibito an-
tecedenti præſumeretur prohibitum ēt id, per quod perueni-
tur ad illud, vt ſup. in concl. per d. l. oratio. de ſponſ. & dixit
Dyn. in c. cum quid prohibetur, nu. 5. & ibi Io. And. num. 1. de
reg. iur. in 6. Dec. in l. 2. col. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & in c. nam
concupiſcentiam. in 2. lect. col. 1. in fi. & ſeq. de conſt. & ante
eum tradidit Bal. in d. l. 1. col. 2. & ſeq. C. ſi rector prouin.

14 Quinto limita, vt non procedat in cōtractib. † vnde ſi ven-
do tibi vnum ex fundis meis, ad quem non poteris habere
acceſſum, niſi per alium ex fundis meis, nō videor tñ tibi ven-
dere cum illa commoditate ſeruitutis viæ, vel itineris per aliū
15 fundum meum, † ne fiat extenſio verborum ipſius cōtractus,
vltra quam eſt expreſſum, ita conſuluit Alex. in conſ. 194. con-
ſideratis verbis, in fi. verſ. confirmantur hæc lib. 2. alleg. l. ven-
dendo, ff. de contrah. empt. not. Bar. in l. 1. in fi. ff. de ſeru. leg.

16 Sexto limita, vt ſibi vendicet locum, † quando illud, quod
probibetur, directo tendit ad productionem illius, quod in-
hibetur, ſecus ſi per tranſennam, ita declarat Bar. in l. 2. cir. fi.
& ibi Iaſ. col. fi. ff. de iuriſd. om. iud.

CONCLVSIO CIII.

ARGVMENTVM.

Varijs in rebus quod tempus antiquum intelligatur, & quæ probationes ad id ſatis ſint.

SVMMARIA.

1 Antiquum intelligi poſt centum annos.
2 Antiquum quando dicatur, vide ibi remiſſiue.
3 Antiquum diuerſimode ponitur, & conijcitur per Menoc. & alios.
4 Vita communis hominum noſtro tempore breuior eſt, quam antiquitus tempore conſtitutionis, l. an vſusfructus.
5 Vita hominis ſpatium fuit centum annorum.
6 Fieri poteſt, vt homo viuat centum viginti annos.
7 Antiquum intelligi ſpatio centum annorum per magis communem opinionem.
8 Antiquum in inſtrumentis dicitur 90. annorum.
9 Titulus ex fundatione vt allegari poſſit, requiritur tempus centum annorum.
10 Tempus octuaginta annorum non ſufficit contra libertatem eccleſiæ.
11 In ſententijs inter abſentes tempus viginti annorum dicitur antiquum.
12 Probatio exacta, & plena non requiritur in factis antiquis, ſed leuiores ſufficiunt probationes, ſecus in nouis.
13 Probatio adminiculatiua, & præſumptiua ſufficit in antiquis.
14 Probatio qualis qualis ſufficit in antiquis, vbi etiam indicia, & probationes recipiuntur.
15 Antiquitas in multis caſibus inducit probationem ſine aliquo adminiculo, & quomodo.
16 In antiquis non eſt neceſſe probare poſſeſſionem.
17 Concluſio procedit etiam contra eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuſta cum titulo, & bona fide, non perfecta tamen præſcriptione.
18 Probatio præſumptiua & coniecturalis ſufficit in antiquis.
19 Coniectura, & præſumptiones à iure approbatæ ſunt veræ, & plenæ probationes.
20 Coniectura ſi in iure expreſſa ſint probationem faciunt, non quando ex factis contingentia eueniunt.
21 Præſumptiones in facto conſiſtentes, ſi non conſiderantur à lege, relinquitur arbitrio iudicis, an ipſis credendum ſit.

ANtiquum (vt prius dicamus cuius ſpatio introducatur)
1 poſt centum annos aliqui voluerunt debere intelligi, ſic
intellexit Arch. in c. ſi plures, 16. q. 7. voluit Alex. in conſ. 58.
vol. 4. placuit Bart. Soc. conſ. 88. incip. In cā, verſ. præterea iſta
concl. vol. 1. & idem tradidere Alex. & alij in l. cū aliqs, C. de
* iur. delib. vbi atteſtatur de cōi. * reſpōdit Pau. Caſtr. cōſ. 139.
vol. 1. docuit Iaſ. in l. admonendi, n. 209. ff. de iureiur. Dec. hu-
ius meminit in c. dilecti, de app. conſuluit Curt. iun. conſ. 90.
Crau. cauit conſ. 141. nu. 3. vol. 1. ſequutus eſt Dec. conſ. 13. &
42. & 321. huic adhæſit Affl. dec. 267. iſta acceſſit Cæpol. conſ.
98. nu. 36. vol. 1. confirmauit Nat. conſ. 383. nu. 5. vol. 2. qui at-
* teſtantur de cōi, * & idem de communi Iaſ. in conſ. 81. nume-
ro 3. volumine primo, & in conſilio 148. Viſo proceſſu, nume-
* ro octauo, libro 4. ubi pluries repetit hanc eſſe communem *
opinionem, & ita ſemper tenuiſſe in legendo, à qua etiam
non fore recedendum in iudicando & conſulendo, Franciſc.
de Curte. in conſ. penul. incip. Circa prim. in quo quæri vr̄,
* ad fi. vbi etiam ipſe dicit hanc eſſe communem * opinionem
in iudicando ſequendam, ſenſit Ruin. conſ. 173. nu. 3. vol. 4. &
in conſil. 141. nu. 2. uol. 5. & alios probauit Pet. Duen. in con-
cluſio. 299. fall. 7. & alios adducit Crau. in trac. de antiq. tēp.
in prin. nu. 4. & alios refert etiam Menoc. ſapientiſſimus de ar-
bitr. iud. caſ. 3. lib. 2. n. 6. vbi congerit ſeptem opiniones Dd.
2 circa hoc, nempe quando dicatur antiquum. Nam alij in arbi-
trio iudicis poſuerunt, alij poſt curſum 30. annorum: vt Affl.
decif. 13, nu. 23 gl. c. 1. in prin. ſuper verb. ſi antiquitus, de his
qui feud. dar. poſſ. Guid. Pap. ſing. 387. §. antiquitas, alij poſt
3 quadraginta, † alij per ſeptuaginta, alij per nonaginta, vt ip-
ſe Menoc. ibi retulit, adducendo auctoritates Dd. Alia fuit ēt
opinio vltra relatas per Meno. nempe ſpatio 56. annorū poſſe
dici antiquum, quæ eſt Alex. in conſ. 90. nu. 12. & 13. vol. 6. qui
conſiderat communem vitam hominum noſtri temporis, quę
4 breuior eſt, quam antiquitus tempore conſtitutionis, l. an v-
ſusfructus, ff. de vſufruct. & l. fin. C. de ſacroſanc. eccl. ex quib.
5 habetur ſpatium vitæ hominis † fuiſſe cētum annorum, & eſt
tex. in §. ſi vero. 2. collatio. anth. de Monach. vbi apparet fieri
6 poſſe, vt † homo viuat centum viginti annos, & hanc opinio-
nem ſequendo refert Alba conſ. 83. nu. 10.

** Tamen magis recepta opinio, & magis ** communis eſt; vt
7 antiquum † intelligatur ſpatio centum annorum, vt ſup. cita-
ti atteſtantur, & Cacher. in deciſ. Pedemon. 173. nu. 8 Cepha.
qui infinitos allegat, in conſ. 250. nu. 18. uol. 2. Mantu. in conſi.
72. nu. 3. uol. 1. & Mil. in ſuo repertorio, in uerb. antiquum.

8 Verum Domini Rotæ in hanc ſententiā deſcenderunt, † in
inſtrumentis antiquum tempus dici 90. annorū, ut annotauit
Put. in una Bono. Montis Cerreti contra epiſcopum Feltren.
pro una de Graſſis coram Dom. Mohedano 19. Ianuar. 1545.
deciſ. 208. in fi. lib. 2. non autem tempus 85. annorum, ut per
eundem Put. in una Lucana Canonicatus, & præbend. coram
Mohedano, 2. Decembris, 1541. dec. 213. li. 1. Quinimò ut poſ-
9 ſit † allegari titulus ex fundatione, requiritur tempus centū
annorum, ſecundum eoſdem Dominos de Rot. ut dixit Put.
met. d. deciſ. 213. in quo loco ſcriptum habetur, alias Rotam
habuiſſe tempus 70. annorum pro tp̄e antiquiſſimo, ut in una
Bonon. Chulcrij, tamen in caſu d. dec. 213. in quo tractabatur
de probando iure patronatus, & ſic contra libertatem bene-
ficij, inquit fuiſſe per Dominos concluſum, tempus 85. anno.

non haberi pro immemorabili,& antiquiſſimo,ſed regri ſpa-
tium centum annorum,ex eo quod tp̃s ibi fuit deductum , &
probatum per ſcripturas,& veriſimile eſt,vt ſicut probauit il
lud tp̃s per ſcripturas,probaſſet etiam antiquius tẽpus , ſi re-
uera extaret , & verum cum non probauerit , credendum eſt
non extare aliud tempus.Vnde ſecus eſt,ſi eſſemus in proba-
tionib.per teſtes,quia tunc cum ſit deducendum tempus pue
rilis ætatis,ſicque minimum nouem annorum,teſtis qui depo
neret de tempore annorum 85. ſatis diceretur deponere de
tempore antiquiſſimo,ut per eundem Put.d.dec.213.& facit,
10 quod animaduertit Zaſ.deciſ.68. † vbi ait contra libertatem
eccleſiæ non ſatis eſſe tempus 80.annorum.
11 In ſententijs vero tempus 20.annorum inter abſentes † di
ci antiquum,ſequitur Boer.in dec.124.nu.18.
Ex approbata omnium noſtrorum ſententia habetur, in fa
ctis antiquis non requiri exactam,& plenam probationẽ , ut
12 in nouis & recentib.exigitur,†ſed leuiores probationes ſuffi
cere omnes conſentiunt,indiciaq;,& cõiecturæ paſſim admit
liberis,de bon.poſ.ſec.tab.c.olim,de cẽſib.l.pe.de p̃b c.cum
tuntur,vt eſt tex.in l.cenſus & monumẽta,ff.de prob. l.qui ex
cauſam,eod.tit.c.veniens,de teſtib.Crau.in tract. de antiqu.
temp.vlt.par.ic 1.par.prin.n.30.& ibi n.31. ex ſententia Cal
13 canei,& Iaſonis affirmatur † ſufficere adminiculatã (ut ipſe
loquitur) & præſumptiuam probationem , Soc.conſ.266.nu.
31.vol.2.Vital.tract.de clau.n.3.fol.259 Calcan.conſ.56.nu,
11.Pariſ.conſ.104.nu.42.& 43.uol.1.Corn.conſ.24.nu 1,vol.
4.& conſ.62.nu.1.vol.3.conſ.35.nu.6.vol.1.Affl.deciſ.13.nu,
64.Caſtr.conſ.164.in principali cauſa, quæ vertitur coram ma
iore,col.1.lib.2.Alex.conſ.187.num.2.lib.2. Anch. conſ 310.
conſ.fi.Soc.ſen.conſ.187 col.5.verſ.ſecunda ratio.li.2. quo in
14 loco reſpondet,† qualem qualem ſufficere probationem, &
vide Soc.conſ.205.col.2.verſ.quarto optime,lib.2. vbi etiam
cauit indicia & coniecturas recipi.
15 Primo amplia,vt huiuſmodi antiquitas in multis caſib.†ẽt
inducat probationem ſine aliquo adminiculo, vt de conſtitu
to,nihil efficere, niſi probetur conſtituentem rem tenere , &
poſſidere tempore conſtituti,Ang.& Alc. tradidere in l.quã-
16 uis,§.conductor,ff.de acq.poſſ.& tñ in antiquis† non eſt ne-
ceſſe probare poſſeſſionẽ,nã ex antiquo præſumitur,vt Bart.
Soc.conſ.178.col.5.vol.2.per quos adducit Crau. d.tract. de
antiq.temp.1.par.verſ.viſo de fama,nu.20.fol.97.& 98
17 Secundo amplia,vt procedat etiam contra eum,†qui eſſet
in quaſi poſſeſſione iuſta,cum titulo & bona fide , non perfe-
cta tamen præſcriptione,vt optime dixit Iac.Menoch ex ſen
tentia Crau.vbi ſup.in tra.de arb.iud.li.2.cen.2.caſ.115.n.4.
Tertio amplia,locum etiam habere in eo caſu , in quo lex
18 exigeret plenam,& perfectam probationem,†nam & adhuc
in his antiquis ſufficit iſta præſumptiua,& coniecturalis pro-
batio,vt voluit Aym.Crau.in tract.de antiq.temp.d.vlt. par.
nu.35.Dec.conſ.54.nu.3.& in rub.de probationib.nu.13.vbi
19 affirmat coniecturas † & præſumptiones à iure approbatas,
eſſe veras,& plenas probationes.idem placuit Bal.in l.1. nu.
18.C.de fideicom.quem ſequitur Tiraq.in l.ſi vnquam,in ver
bo donatione largitus,nu.159.C.de reuoc.don. & ſentit Affl.
dec.44.nu.15.& Iaſ.in l licet Imperator,in 3.nor.ff.de leg.1.
Contrarius fuit iſtis Soc.ſen.coſ.194.col.ft. verſ.confirma-
tur, lib 2.
20 Priorem opinionem intellige,vt maxime procedat,† ſi hæ
coniecturæ in iure expreſſæ ſint,& non quando ex facti con-
tingentia eueniunt,vt dixit Menoc.d.caſ.115.nu.7. Verum ſi
p̃ſumptiones huiuſmodi lex nõ conſiderauerit,nec conſidera
21 re potuerit,tamquam in facto conſiſtentes. † tunc erit in ar-
bitrio iudicis poſitum qui accurate perſcrutabitur,an conie-
cturæ huiuſmodi ſint,vt ad ita credendum adduci poſſit , ita
cenſuit Meno.loco ſupra citato,nu.9. & ſentit Corn.conſ.19.
col.fi.ver.non enim eſt ſtatutum,li.2.du reſpondit nil hac de
re ſtatute iure noſtro ſtatutũ,& ob id iudicis arbitrio relinqui.

CONCLVSIO CIV.

ARGVMENTVM.

Antiquum an & quando probetur per teſtes de auditu.

SVMMARIA.

1 *Antiquum probari per teſtes de auditu.*
2 *Teſtimonium de auditu ſufficit ad probandum antiquum.*
3 *Auditus vt probet antiquum,intelligitur de auditu alieno.*
4 *Antiquum eſt ſpatium centum annorum.*
5 *Teſtis deponens ab antiquo,& dicens de ipſo facto ſe recordari,non probat.*
6 *Probatio teſtium de auditu in antiquis non ſufficit , niſi concurrat fama, aut aliud adminiculum.*
7 *Teſtes etiam domeſtici deponentes de auditu auditus in antiquis admittuntur.*
8 *Teſtes domeſtici admittuntur in his,quæ domi fieri ſolent, vel quæ per alios ſciri nõ poſſunt,& cum aliter veritas haberi nequit.*
9 *Teſtis deponens ſe audiuiſſe ab vno tantum,probat;*
10 *Teſtis dicens audiuiſſe ab vno,non ſufficit.quia ſaltem à duobus deponere debet , alias non probat.*
11 *Teſtis non probat,ſi dicit audiuiſſe ab vno,& ab alijs,& vnum nominet , & alios non.*
12 *Teſtes deponentes audiuiſſe à diuerſis perſonis,& non ab eiſdem, licet ſingulares videantur,tamen probant.*
13 *Teſtes ad hoc vt probent,deponere debent,audiuiſſe ab eiſdem perſonis,& non à diuerſis.*
14 *Teſtes non deponentes audiuiſſe ab eiſdem perſonis,dicuntur ſingulares & non probant.*
15 *Teſtes deponentes de credulitate,probant.*
16 *Parentela vel conſanguinitas de ſui natura ſunt difficilis probationis.*
17 *Dominium antiquum non eſt difficilis probationis,& ad probandum non ſufficiũt teſtes de auditu,niſi concurrat fama,vel aliud adminiculum.*
18 *Teſtes de auditu ſufficiunt ad probationem conſuetudinis, cuius initij non eſt memoria.*
19 *Teſtes de auditu non ſufficiunt ad probationem parentelæ, quando de ea tractatur ad effectum ſuccedendi.*
20 *Teſtes de auditu,quando agitur de magno præiudicio,non ſufficiunt, niſi concurrat fama.*
21 *Teſtes de auditu non ſufficiunt ad probandum dominium vel poſſeſſionem.*
22 *Quæ requirantur in teſtibus de auditu,& quomodo deponere debeant, vide remiſſiue.*

RETulimus ſuperiori concluſione nonnulla ſcitu digna de
temporis antiquitate,in præſentia recte mihi feciſſe vi-
debor,ſi poſtquam de hac re verba facere cœpi, hæc etiã non
iniucunda ſubiecero.
1 Antiquum probari † per teſtes de auditu , habemus pluri-
bus in locis,præſertim ex tex.in c.licet ex quadam , de teſtib.
& ibi Abb.& l.ſi arbiter,ff.de prob.& in l.2.§.Labeo,ff.de aq.
plu.arcen.Alexand.conſil.187.num.16. volum.2.vbi expreſ-
2 ſim aſſerit ad probandum antiquum † ſufficere teſtimonium
de auditu,quod idem approbat Iaſ.in conſ.65. colum.3. ver-
ſiculo tertio principaliter,volum.3.& in conſil.128. nume.1.
volum.1.& plurimi alij vno conſenſu,vt Franc.Aretin.conſil.
37.num.2.& Iaſ.in conſil.166.nume.2. Hippol.in rubr. C.de
probationibus,num.195.Hoſtien.cap.quid per nouale, & in
cap.veniens,de verb.ſignificat.Caſſan.conſil.54. columna 5.
* Dec.conſil.321.nu.8.Cæpol.in conſi.ciuil.11.&* communem
dicit Aret.in cap.tam literis,& in dicto cap.licet ex quadam.
de teſtib.& Crauet.dicto tract.de antiqu.tempor.in 1.parte,
verſic.viſo de fama,nu.2.Alba.in conſ.6. num.7. per doctrin.
Anch.in conſ.310.incip.Tres domini,colum.2.Socin.iunior.
conſ.86.nu.15.volum.2.Campeg.in tract. de teſtib. reg.206.
fallent.4.Ioan.Crot.in eodem tract.de teſtib.9. par. nu.366.
quæ eſt pars addita à Moncad.ibidem.Id vero diligenter ani
3 maduertas,dum dicitur de auditu,quia intelligitur de audi-
4 tu alieno,nam antiquum,vt ſupra diximus, eſt † ſpatium cen
tum annorum.Vnde ſi quis vellet de aliquod antiquum per
auditum ſuum probare,oportet talem teſtẽ exeedere annos
decem ſupra centum,vt gloſſ.meminit in cap.cum nobis, ver
ſic.centum annorum,de præſcrip. quod fere αδύνατον eſſe di-
xit Crauer.vbi ſupra,num.14. quod procedit etiam ſi depo-
neret ſe memoriam illius rei habere,quod in ſuis aduerſarijs
5 id ſcripſerit:nam nihilo ſecius non probare,† dixit Bald.in l.
iubemus,n.7.C.de teſtam.
Contrariam tamen ſententiam ſunt ſequuti Corn.conſ.78.
col.3.vol.3.& Ruin.in conſ.34.num.11. volu.1. per plura ibi
adducta,ideſt non ſufficere huiuſmodi teſtes de auditu , ſed
concurrere famam debere,vt etiam tenet Ceph.in conſ. 250.
6 nume.19.vol.2. vbi dicit, in antiquis † ſolam teſtium proba-
tionem auditus non ſufficere,niſi concurrat aliud adminicu-
lum,iuxta ſententiam Hoſt.& Io And.in c.licet ex quadam ,
vbi etiam Abb.Imol.& Fel.ex.de teſtib.& Calcan.in conſ.9.
per totum.
Priorem igitur opinionem , quippe quæ iuris interpretib.
magis placeat, ſequendo.
Amplia procedere,etiam ſi teſtes eſſent domeſtici:†qa ni-
hilominus admittuntur deponentes de auditu auditus in an-
tiquis: vt ꝓdidit Bal.in c 1.§.vaſallus,ti.de ſi feu. fuerit con-

trouer.

troner.inter dom.& agnat.& Apoſtil.ad decıſ.Toloſa.4.verſ.
idem in factis antiquis.
Limita hanc ampliationem non procedere,niſi huiuſmodi
8 teſtes deponerent de his,† quæ domi fieri ſolent, vel de his,
quæ per alios ſciri non poſſunt, aut aliter veritas haberi ne-
quit. vt late ſcribit Crauet.in d. tractat.de antiqui, tempor.
dict.verſi.viſo de fama.num.13.cum ſeq.
Secundo amplia, etiam ſi teſtis deponeret, ſe audiuiſſe ab
9 vno tantum, † quia ſufficeret: vt reſpondit Franc. Aretin. in
* conſ.37.n.4.per gloſſ.in l.ſi arbiter.ff.de probat.* communi-
ter approbatam: vt atteſtatur Ioan. de Imol.in leg.2.§.idem
Labeo.ff.de aqua plu. arcen.
Aliens tamen ab hac opinione fuit Cephal.in d.conſ.280.
nu.22. vbi dicit,non ſufficere, ſi teſtis dixerit, ſe audiuiſſe ab
10 vno:†quia ſaltim à duobus debet deponere,alioqui non pro
bat,motus auctoritate Inno.in cap.veniẽs, & c.quid per no-
uale.de verbor.ſignif.& per Socin.in l.Gallus,§.ille caſus,ad
fi.ff.de libe.& poſthum.cum alijs per Ceph.adductis,nec ſuf-
11 ficeret,† ſi diceret,audiuiſſe ab vno, quem nominet, & ab a-
lijs pluribus,quod tamen ſuo nomine non compellat,ſi credi
mus Corn.in d.conſ.78.nu.7.& Natt.in conſ.170.nu.5.vol.1.
Tertio amplia,etiam ſi teſtes deponerent audiuiſſe à diuer
12 ſis perſonis,& non ab eiſdem,†quia licet videantur ſingula-
res,tamen probarent,iuxta ſententiam Corn. dict.conſil.78.
col.1.in fin.volu.3.
Receſſit tamen ab hac opinione Alex.in conſ.82.n.3.vol.1.
cum ibi allegat.& ſequitur Deci.conſ.321.& ſentit etiam So-
cin.conſ.194.num.9.verſic.ſed ad primum,volum.2.& Crau.
13 vbi ſupra,nu.12.vbi concludit, † ad hoc vt probent, debere
deponere ſe audiuiſſe ab eiſdem perſonis, & non diuerſis,
prout etiam reſpondit Cephal. in dict.conſ.250.n.24.vbi di-
cit, omnino debere teſtes deponere ſe intellexiſſe ab eiſdẽ,
14 † non à diuerſis perſonis, alioquin dicerentur ſingulares, &
non probarent.
Quarto amplia concluſionem,etiam ſi deponerent de cre-
15 dulitate:† nam tunc etiam probarent,per text.in cap. quo-
ties.in fi.de teſtib.ibi,accepiſſe à maioribus ſuis,& credere.
Speculat.in § 1.col.9.verſ.qui deponit de credulitate.tit.de
teſtib.& Barto.in l.2.§.item Labeo.ff.de aqua plu.arcen.Iaſ.
in conſ.65.vol.3.col.4.circa prin.& Abb.in cap.licet ex qua-
dam,de teſt.Crauet.in dict. tract.de antiqui.tempor.1. part.
verſ.viſo de fama.fol.95.in princ.& Ale.cõſ.187.fi.col.vol.1.
Contrarium tamen conſuluit Corn. dict. conſ.78. in litera
E.volu.3. & voluit Crauett.vbi ſupra.n.5. ſed de hoc agetur
infra in concluſione,parentela,& dictum eſt ſupra in conclu-
ſione,affinitas.
Primo limita in primis concluſionem: vt tantum procedat
16 in his, † quæ ex ſui natura ſunt difficilis probationis: vt eſt
probatio affinitatis, vel conſanguinitatis: vt nobis præſcri-
pſit,c.licet ex quadam,de teſtibus,& ſequitur Corn.conſ.78.
col.3. vol.3. ſecus ſi ageretur de probatione ex ſui natura nõ
17 difficili, vt de probatione dominij antiqui.†quia tunc teſtes
de auditu tantum non ſufficerẽt,niſi concurreret etiã proba-
tio famæ,vel aliud adminiculum, vt ait Crauet. vbi ſup nu.4.
fol.96.& licet Dec.in conſ.148.n.5. aſſerat, ad probationem
18 conſuetudinis,cuius initij non extat memoria,† ſolum ſuffi-
cere teſtes de auditu:non tamen aduerſatur huic limitationi,
nam in caſu Decij concurrit poſſeſſio de præſenti, vel obſer-
uantia huiuſmodi conſuetudinis, & ſic vltra teſtes de auditu
extat aliud adminiculum,nempe illa obſeruãtia de præſenti.
& ita intelligit Crauet. ſupra allegato loco,nu.3.cum ſeq.
Contrarium eſt expreſſum in dict.capit. licet ex quadam,
ibi, non vtrique ab vno.& ibi gloſſ.& ſequitur Innoc.in cap.
veniens,de teſtib.& in cap.quid per nouale. de verbor.ſigni
ficat.Curtius iunior in conſil.17.col.1. & Corn.conſ.78. col.
3.volu.3.conſ.146.colum.2.eod.volum.2.
Sublimita illud, quod dictum eſt de conſanguinitate, non
19 procedere,† quando agitur de eius probatione, vt poſſimus
adire, quia tunc non ſufficiunt teſtes de auditu, ſic loquutus
eſt Pau.Caſt.in conſ.56.nu.7.vol.1.
Secundo limita non procedere,quãdo ageretur de magno
20 præiudicio, † quia tunc non ſufficerent huiuſmodi teſtes de
auditu, niſi tñ ex iſto teſtimonio induceretur, & ſequeretur
probatio famæ,quia tunc licet tractaretur de magno præiudi
cio,ſufficerent,eo quod cũ illis teſtibus concurreret fama, vt
docuit Abb.Hoſtienſ.Ioa.Andr.in dict.cap.licet ex quadam,
& Crauet. vbi ſupra,nu.3.fol.95.
Contrarium ſenſit Franc.Aret.conſ.57.num.4.
Tertio limita,quando ageretur de probando dominio,vel
21 poſſeſſione,† quia tunc teſtes de auditu non ſatis ſunt, vt di-
cit Crauet.de antiq.temp.part.1.n.305.ad fi.& Cephal. dict.
conſ.250.num.20.
22 Quæ autem requirantur in huiuſmodi teſtibus,& †quomo
do debeant deponere,ad verbum tradita ſunt in dict.cap.li-
cet ex quadam,& animaduertit Gabriel in ſuis concluſionib.
de teſtibus,concl.3. & Cephal.in d.conſ.250. nu.22.cum ſeq.

CONCLVSIO CV.

ARGVMENTVM.

Nonnulli recenſentur modi, quibus antiquum poſſit probari.

SVMMARIA.

1 *Antiquum probari per famam.*
2 *Papa per famam poteſt probare ciuitates eſſe de dominio eccleſiæ, licet non probet a-lijs inſtrumentis.*
3 *Fama ſola non probat antiquum etiam graue præiudiciale.*
4 *Fama ſola non probat antiquum, ſi ſumus in notorijs factis antiquis. Contrarium, ibidem.*
5 *Antiquum probari per ſcripturam priuatam.*
6 *Antiquum per ſcripturam priuatam probatur tantum ſemiplene.*
7 *Scriptura publica plene probat.*
8 *Teſtes æquiualent inſtrumento.*
9 *Antiquum probari per libros antiquos, vel per hiſtorias.*
10 *Antiquum probari per literas ſcriptas, ſeu inſculptas in lapidibus.*
11 *Libri, vel hiſtoria probant, quando ipſis adhibita fuit fides ab antiquo.*

POſtea quam referre cœpimus probationes, quibus quod
eſt antiquum commode argumentis confirmari poteſt,per
gamus & alias hic recenſere,quo res cognitu ſit facilior,& re
ctius penſum noſtrum abſoluamus.
1 Antiquum igitur probari† per famam aſſirmarunt Innoce.
in c.veniens.de verb.ſignif.in 6.gl.in l. at qui natura.§.cũ me
abſente.ff.de negot.geſt.Bal.in leg.proprietatis.C.de proba
tionib.Alex.cum alleg.in conſ.4.nu.11.vol.2. & in conſ.187.
n.3.eod.vol.Hippolyt.de Marſ.in rubric. C. de probationib.
n.159.Iaſ.in conſ.65.col.2.in fi.vol.3.& per multa ibi alleg.&
in conſ.128.n.1.vol.1.Rom.conſ.109.incipien. In propoſita
quæſtione,& in l.2.§. idem Labeo.ff. de aqua plu. arcen. vbi
2 infert ex hoc, † Summum Pontific. per famam poſſe probare
ciuitates eſſe de dominio eccleſiæ, licet illud non probet a-
lijs inſtrumentis Quod videtur ẽt ſentire Crau.in dict.tract.
de antiq.temp.in 1.part.verſ.viſu in hac.1. part.in princ.vbi
3 ait, † ſolam famam probare antiquum etiam graue præiudi-
* ciale.Et hanc eſſe *communem locupletiſſimus eſt teſtis Dec.
in cap.1.colum.4.numer 46.de appellationib & à concluſio-
ne ſtat etiam Bald.in auth.quas actiones,col.fin. C.de ſacro-
ſanct.eccle.Ruin.conſi.13.nu.3.conſi.111.nu.2.conſ.151.n.2.
& 3.conſi.137.num.2.volu.4.& conſ.103.nu.16.volu.5.Grat.
conſ.95.num.15.volum.2.Pariſ.conſ.52.num.80.volu.3.conſ.
23.n.236.vol.1.Gozadin.conſ.8.n.47. Cæſ.Lamb.in tract.de
iur.patro.lib.2.part.2.artic.4.quæſtio.princ.10.nu.13. & 14.
fol.332.Afflict.deciſ.277.num.1.& Alexand.conſi.90.num.2.
& 10.volum.6.& quod plene probetur, auctor eſt Iaſ. in leg.
cum aliquis,num.5.C.de iur.deliber.& Deci.conſil.65. verſi.
confirmatur & 2.volum.3.
4 Primo limita,niſi eſſemus in notorijs factis antiquis,† quia
alioqui per ſolam famam non probaretur antiquum, vt per
plura adducta conſuluit Corn.in conſ.304.in litera G.verſic.
his tamen non obſtantib.vol.3. contra hanc limitationẽ ſen-
* tit Deci.& atteſtatur de * communi in cap.1.vol.4.de appel
& refert Crau.d.tract.in 1.part.verſ.viſo in hac.1.part.nu.3.
vbi declarat mentem Corn.
5 Quinimo antiquum probari †per priuatam ſcripturam do-
cet nos Ant.de But.in c.2.de fid.inſtru.quem refert, & ſequi-
tur Iaſ.in l.cum aliquis.n.6.C.de iur.delib.& Capic.deciſ.86.
n.4.Socin.conſ.180.col.5.in fin. verſ.multum etiam operatur
antiquitas.volu.2. Dec.in c.cum cauſam, verſ.2.limitatur de
probat.Iaſ.in conſ.65.col.5.verſ.tertio confirmatur. vol.3.&
in conſ.166.colu.3.verſ.ad prædium accedat.volum.4.
6 Intelligas tñ † antiquum probari per ſcripturam priuatam
ſemiplene tantũ,non autẽ plene, vt ex relatis per Crauet.tract.
de antiq.

de antiquit.temp.1.part.verſ.viſo de verbis.n.2. & Marſil.in ſing.436.late dixi,& latius explicabitur infra in cõcluſione,
7 ſcriptura priuata.& in concluſione Apocha.†ſecus vero ſi eſſet publica,quia plene probatet,& vſq; eo vt in antiquis maior ſit adhibenda fides probationibus, quæ fiunt per ſcripturam,
8 ram,quam illis, quæ fiunt per teſtes,licet regulariter † teſtes pares ſint inſtrumento, cum in antiquis teſtes præſumantur obliuioſi, quod non contingit in ſcriptura, iuxta late notata per Neuiza.in conſ.25.nu.16.& conſ.160.n.14.
9 Ex quo fit, antiquum probari ẽt per libros antiquos, † vel per hiſtor.vt inq; Guid.Pap.in cõſ.88.n.2.cũ ibi alleg. Alba.in conſ.64.n.27.& Hieron.de Monte in tract. fi.reg.c.20.n.8.
10 Amplia,vt etiam antiquũ probetur per literas ſcriptas †ſeu inciſas in lapidibus,gl.in c.cum cauſam,in verb.per libros,&
* ibi omnes*ſcribentes,de probat.& gl.in c. ſiue.il 2.24.quæſt.2 Pau.Caſt.in l.ſi ſepulchrum.C.de relig.& ſumpt. funer.n.6.ſpecul.in tit.de probat.verſ.videndũ reſtat.n.12.verſ.uouo per libros.Alba.cõſ.54.n.27.& ex multis allegatis per Hipp.Marſ.in rubric.C.de probat.n.191.& facit Bald.in conſ.310.incip.An patronatus,volu.5.& ſequitur Deci.conſ.135.circa princip & Purpur.in l.1.n.155.ff.ſi cert.pet.Calc.cõſ.90.col.2.n.8.Bar.in l.1.in princ n.3.ff.de bon.poſſeſ.ſecũdũ tabulas.
11 Limita concluſionem, vt tantum procedat, †quando ab antiquo talibus libris,vel hiſtorijs adhibita fuerit fides,ſecus ſi non fuerit adhibita,ita Peli,in c,inter dilectos,colu.8.& in c.cum cauſam, vbi etiam Abb.de probat.& Bart,in l.1.ff.ſi cert.pet.& idem Hierony.de Monte,vbi ſupra.

CONCLVSIO CVI.

ARGVMENTVM.

Antiquum quomodo probetur per verba enunciatiua, ſiue narratiua.

SVMMARIA.

1 *Antiquum probari per verba enunciatiua, ſiue narratiua.*
2 *Antiquum probant verba enunciata, & narrata etiam propter aliud in priuilegio, vel reſcripto Principis*
3 *Antiquum probant etiam verba enunciata in aliquo inſtrumento priuato.*
4 *Verba in inſtrumento venditionis poſita, ſi aſſeraat bona eſſe in tali diœceſi, vel territorio etiam propter aliud enunciata probant in antiquis bona eſſe in eadem diœceſi, vel territorio.*
5 *Verba enunciatiua in antiquis probant, etiam quod tempore aſſertionis, vel enunciationis tale enunciatum non eſſet geſtum, vel geri non potuiſſet.*
6 *Verba enunciatiua non probant antiquum nec plene, nec ſemiplene, nec præſumptionem inducunt, ſi ſint obſcura, dubia, vel incerta, aut in genere.*
7 *Probatio per verba enunciatiua non valet contra tertium ſiue in præiudiciũ tertij.*
8 *Verba enunciatiua, in antiquo probant etiam inter alias perſonas, quam contrahentes.*
9 *Verba enunciatiua, ſi tractatur de magno præiudicio, ſemiplene probãt, & ſi de paruo, plene. Et quod probant antiquum in vtroque caſu, ibid. vide.*
10 *Verba enunciatiua plene probant antiquum etiam contra tertium, quando in pluribus ſcripturis illud enunciatur.*
11 *Probatio filiationis difficilis.*
12 *Verba enunciatiua tunc probant plene, quando concurrit longa poſſeſſio, quæ conuenit cum illis verbis enunciatiuis.*

PErgamus in inſtituto noſtro recenſendi probationes antiqui,è quibus illa prior ſeſe nobis offert.
1 Antiquum enim probari per verba enunciatiua,†ſiue narratiua,tradiderunt Anton.de Butr.& Abb. in c.cum dilectus, de ſucceſſ.ab inteſt.Iaſ.in conſ.56.n.1. vol.3. & in conſ.128.n.1.vol.1.Alex.conſ.90.n.15.vol.6.conſ.74.volu.3.Pariſ.cõſ.10 ʒ.n.47,vol.1.Dd.in l.cũ aliquis,C.de iur.deliberand. Alb.in conſ.83.nu.3.& 6.Dec,in conſ.146.vol.5.nu.14.
2 Amplia etſi eſſent enunciata, & narrata propter aliud † in priuilegio, vel reſcripto Principis, ita reſpondit Iaſ.in conſil.65.n.1.vol.3. vbi ad id teſtatur Anton.de But.in d.c.cum dilectus,de ſucceſſ.ab inteſt.& Alex,in conſ.6.vol.6. & idẽ Alex.conſ.15.n.3.vol.3.& Bertr.in conſ.99,col.2.n.2.vol.6. & Dec.conſ.152.col.penul.nu.1.Crauet.eod.tract.in princ.nu.8.
Secundo amplia,ẽt ſi huiuſmodi verba eſſent enunciata in
3 †aliquo inſtrumento priuato, vt voluit Iaſ.d.conſ.65.volu.3.n.1.verſ.confirmatur,vbi ait, ſi in tali inſtrumento de aliquo fiat mentio de confinijs, vel de diœceſi, ſiue territorio, tunc per ea probari ſupradicta.& id auctoritate comprobat Bald.Saly.Albe.de Roſ.& cæterorum in l.cum aliquis, de iur.deliber.quibus accedit Fraociſ.Aretin.in conſ.42.nu.2.incipien.Viſo conſi.vbi rationes adducit, & Bertran.in conſ.99. nu.2.
4 volum.6.& Alexand.conſ.12.nu.8.vol.4.vbi ait: †vt ſi in huiuſmodi inſtrumento, vt venditionis aſſeratur, vel enuncietur,dicta bona eſſe in tali diœceſi,vel territorio: tũc per hæc verba etiam propter aliud enunciata probari in antiquis talia bona eſſe in huiuſmodi diœceſi,vel territorio,& Iaſ.in cõſ.23.col.2.circa medium,vol.3. & Dec.in conſ.149.n.14.idem ſentit de confinijs,& dicetur latius in concluſ.confines.
Tertio amplia,etiam ſi tempore aſſertionis,vel enunciatio
5 nis, † tale enunciatum non eſſet geſtum,uel geri non potuiſſet: quia nihilominus probarent illa uerba, iuxta ſententiam Paul.Caſt.in conſ.202.nu.4.uolu.1.incip.in cauſa confinium, pro quo adducit Spec.in tit. de inſt.edit §.oſtenſo, ſed quid ſi poſt publicationem,n.27.& Crauet.de anti.temp.in princ.uerſicul.ampliatur,fol.30.
Contrarium ſentit Lanfranc. de Orian.in tract. de probat.in fi.& Paul.Caſtr.conſ.139.uol.1.incip.Pro declaratione,qđ fortaſſis fallit in antiquis: ut uidetur ſentire Crauet. ubi ſup.
Primo limita,quando uerba huiuſmodi eſſent obſcura,du-
6 bia,uel incerta,aut in uniuerſum prolata,†quia tunc non probaretur antiquũ,neque plene,neque ſemiplene,nec præſumptionem induceret.Ita conſuluit Oldrad. conſ.262. colum.2.n.4.incip.In quæſtione,quæ imponitur,ad hoc teſtatur Compoſtell.in c.cum dilectus,de elect.huic confine eſt,quod animaduertit Paul.Caſt.in cõſ.139.incip.Pro declaratione eius, de quo quæritur,lib.1.& Crauet.vbi ſup.in 1.part.n.27.
Secundo limita non procedere contra tertium,ſiue in præ-
7 iudicium tertij:† nam tunc nõ ualet huiuſmodi probatio per uerba narratiua: ut uoluit Crauet.ſupradicto loco,in uerſ.ampliatur,n.4.uol.30.ubi alleg.Paul.Caſt.in cõſ.139.col.2.incip.Pro declaratione,n.4.uol.1.& Alex.conſ.50.col.2. in fi. uol.1.
Contrarium uidetur ſentire Iaſ.in conſ.65.n.1.uerſ.confir-
8 matur,uol.3.ubi expreſſe inquit, † in antiquo probare etiam inter alias perſonas,quam contrahentes,& ſic contra tertiũ,uoluit & idem Bal.in l.pen.col.2.uerſ.item quod dicit glo.C.de iur.delib.& refert Cott.memor.in uerſ.antiquitas.& facit Bertran.in conſ.167.uol.3.in 2.par.nu.12. cum ibi alleg.
Hos inter ſe conciliat Cra.ubi ſup.nu.8.nam aut agitur de magno præiudicio, & tunc probatur ſemiplene, aut de paruo,& tunc plene,per rationes & iura ibi allegata.
Contra quam diſtinctionem ſentit Barb. in conſ.6.nu. 17.volu.2.vbi per multa ibi adducta concludit, non eſſe conſtituendum huiuſmodi diſcrimen,an agatur de magno, vel paruo præiudicio,& tenet,in vtroque caſu probari illud antiquũ per verba narratiua.
Sublimitatur hæc ſecunda limitatio per eundem Barbat.in
10 d.conſ.6.n.17.†quando in pluribus ſcripturis illud enunciaretur, nam tunc plene probaretur antiquum etiam contra tertium,quod etiam placuit Crauet.in d.verſ.ampliatur, nu.14.vbi plura adducit.
Secundo limitatur, quando ageretur de probatione diffi-
11 cili,nempe † filiationis, nam tunc probaretur etiam contra tertium, vt idem Crauet.vbi ſup.nu.12.
Tertio limitatur,quando concurreret longa poſſeſſio, quæ
12 conueniret cum illis verbis enunciatiuis; † probaretur enim tunc plene,ita cauit Alex.conſ.229.col.5.verſ.non obſtat etiã vol.6.quem refert, & ſequitur Crauet.vbi ſup.n.20.Ad id præterea adhibeas noſtram concluſionem,verba enunciatiua.

CONCLVSIO CVII.

ARGVMENTVM.

Antiquum per coniecturas, indicia, & præſumptiones, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Antiquum probari per coniecturas, indicia & præſumptiones.*
2 *In caſu regali, id eſt, in antiquo coniectura, & præſumptiones ſufficiunt pro plena probatione.*
3 *Probatio coniecturalis admittitur contra poſſidentem poſſeſſione iuſta cum titulo, & bona fide.*
4 *Probatio coniecturalis, & præſumptiua non habet obſtare iuſte poſſidenti.*
5 *Ius ex præſcriptione acquiſitum extinguit ius antiquum.*
6 *Probatio per coniecturas non admittitur in cauſa criminali.*
7 *Probatio de antiquo per præſumptionem non procedit in probandis ſubſtantialibus inſtrumentorum correctis.*

Ad

1 AD idem referẽdum eſt, quod & in præſentia dicturi ſu-
mus, nam antiquum probari per coniecturas, † indicia,
& præſumptiones, tum Cęſareo, tum etiam Pontificio iure re-
ceptum eſt, ciuili, vt l. cenſus, & monumenta, ff. de proba. & l.
qui ex literis, ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. canonico, vt in c.
cum cauſam, de prob. c. cum olim, de cenſ. iuris huius vtriuſq;
conſultiſſimi conſulẽdo probauere, Barb. conſ. 41. nu. 2. vol. 1.
Ale. cõſ. 90. col. 2. n. 8. vol. 6. Iaſ. cõſ. 128. n. 1. vo. 1. Anc. cõſ. 310.
nu. 2. incip. Tres domini magnifici, & conſ. fi. nu. 7. Alb. conſi.
83. nu. 8. per ipſos alleg. quos ſequitur Crau. tract. de antiqu.
temp. in prin. verſ. viſo de fama, nu. 31. fol. 99. & per congeſta
per Par. in conſ. 104. nu. 41. cum ſeq. vol. 1.
Primo amplia, etiamſi lex, vel ſtatutum requireret plenam
2 probationem, † nam in cauſa regali, ideſt, in antiquo ſufficeret
coniecturæ, & præſumptiones pro plena probatione, ita vno
ore aſſenſere Pau. Caſt. cõſ. 281. in cauſa iſta quinq;, col. 2. ver.
nec obſtat, ſi dicatur, & conſ. 282. col. 3. poſt med. verſ. & ſi di
catur, vol. 1. Dec. in rub. de prob ext. col. 17. verſ. 2. concl. & in
cõſ. 54. col. fi. verſ. nã ſolet, & late p Cra. in d. tra. vbi ſup. n. 36.
cũ ſeq. & noſtra tẽpeſtate nulli ſecundus eruditione, & legũ
peritia Iac. Men. de arb. iud. caſ. 115. li. 2. cen. 2. n. 5. Tiraq. in l.
ſi vnq̃. vet. donat. largitus, n. 159. C. de reuo. do. q alios refert.
Amplia ſecundo, vt etiam locum habeat contra eum q eſſet
ĩo poſſeſſione iuſta cum titulo, & bona fide, non tñ perfecta
3 præſcriptione; † nam & iſto caſu aduerſus talem poſſidentem
adhibetur hęc coniecturalis probatio, vt cenſuit Crau. de an-
tiq. temp. vlt. par. n. 33. in quo loco declarat, Soc. ſen. in conſi.
294. col. fi. verſ. confirmatur, lib. 2. ſentientem ibid. hanc cõie-
cturalem probationem non ſufficere contra iuſte poſſidentẽ,
quod negat Crau. loco ſup. citato, ea præcipue ratione, quod
adhuc præſumptio iuſtæ poſſeſſionis, non dicitur perfecta, ſi
non eſt perfecta præſcriptio, & cũ iſta opinione videtur tran
ſire Menoc. d. caſu 115. nu. 4.
Primo limita non procedere, quãdo liquet de iuſta poſſeſ-
ſione illius, contra quem agitur, nam tunc debet per alia me-
4 dia plene probari, † iſta enim probatio eſt coniecturalis, &
præſumptiua, quæ non debet obſtare iuſte poſſidenti, ita Inn.
& * cõiter Dd. in c. cum cauſam, de prob. prout refert Soc. in
conſ. 194. nu. 9. ver. confirmatur iſta concl. vol. 2. & iſta limita-
tio procedit, ſi reus præſcripſerit contra actorem, quia tunc
5 huiuſmodi probatio nullius eſt ponderis, † quia præſens ius
ex præſcriptione acquiſitum extinguit ius antiquum actoris,
ſecus ſi nondum fuerit præſcriptum, ita vt ſupra per eundem
Cranet. d. tract. de antiq. temp. d. verſ. viſo de fama, nu. 33. &
ſequitur Menoc. de arbir. iud. d. caſ. 115. lib. 2.
6 Secundo limita in cauſa criminali, † quia tunc non admitti-
tur huiuſmodi probatio per coniecturas, ita Pau. Caſt. in con
282. col. 3. verſ. & ſi dicatur, vol. 1. quem ſequitur Crau. vbi ſu
pra, num. 37.
Tertio limita non procedere in probandis ſubſtantialibus
7 aliquib. inſtrumentorum corroſis, nempe ſi corroſa, vel deleta
eſſet indictio, nam tali caſu in inſtrumento etiam antiquo nõ
præſumitur fuiſſe appoſita indictio, licet conſtet de annis, ex
quibus colligi poſſit, quæ indictio curreret, ſecundum Corn.
conſ. 93. vol. 4. per tex. in c. inter dilectos, de fid. inſtr.
Contrarium voluit Bal. in l. vnum ex familia, §. ſi cõmiſſa,
ff. de leg. 2. quem tuetur Crau. vbi ſup. à reprehenſione Corn.
& illum ſequitur per rationes, & iura ibi adducta.
Et à nobis dicetur infra in concluſione coniectura.

CONCLVSIO CVIII.

ARGVMENTVM.

Quo pacto antiquitas præſumat, & probet ſolemnitatem interceſſiſſe in omnibus actibus.

SVMMARIA.

1 *Antiquitas inducit præſumptionem, vt omnia in quolibet actu cenſeantur ſolemniter interueniſſe.*
2 *Antiquitas præſumit interueniſſe ſolemnitatem extrinſecam formalem, ſed nõ ſubſtantialem, vel materialem.*
3 *Præſumptio de ſolemnitate propter antiquitatem ceſſat, quando apparet ex facie inſtrumenti, ipſam ſolemnitatem non interueniſſe.*
4 *Solemnitas in inſtrumento præſumitur interueniſſe propter antiquitatem.*
5 *Ex curſu longi temporis tollitur omnis defectus, qui poſſet allegari in alienatione rei eccleſiaſticæ.*

ANtiquitati quantopere ſit à clariſſimis viris tributum il-
lud ſatis indicio eſſe poteſt, etenim antiquitatẽ proxime
accedere ad Deos tradidit Cicero de legib. & idẽ li. de orat.
Habet autem vt in ætatib. auctoritatem ſenectus, ſic in exem-
plis antiquitas, & li. de Amic. idem ſcripſit, Magnum eſſe vim
vetuſtatis, vnde nõ immerito Cælius Calcagnius in li. de imi
tatione, ſcriptum reliquit, antiquitatem in ſcriptis gratiã con
ciliare. Quocirca à noſtris recte traditum eſt antiquitatẽ in-
1 ducere præſumptionem, † vt omnia in quolibet actu cenſean
tur ſolemniter interueniſſe, ſecundum Dec. in conſ. 199. nu. 5.
& in conſ. 375. nu. 3. per ibi adducta. Et idem confirmat Soc.
ſen. in cõſ. 16. vol. 1. verſ. octauo probatur, & Fran. Curt. in cõſ.
76. vol. 2. verſ. ſed præmiſſis, refert Par. in cõſ. 104. n. 45. vol. 1.
Affl. in deciſ. 305. nu. 13. & in dec. 251. num. 6. in fi. & vide per
duas columnas Hyppol. Marſ. in ſingu. 323. Roland. à Valle in
conſ. 99. nu. 24. vol. 2. Mantua in conſ. 38. n. 34. vol. 1. Cotta in
ſuis memorabilib. in verb. antiquitas, & Marti. Laud in conſi.
45. n. 5. & ſeq. Marzar. conſ. 15. col. 3. verſ. eſto & nõ conceſſo,
quod conſenſus R. Epiſcopi requiratur, vbi quam plures idẽ
ſentiẽtes adducit, Alex. conſ. 79. vol. 1. & in cõſ. 45. in fi. vol. 3.
& cõſ. 113. col. fi. vol. 1. Dec. cõſ. 222 n. 6. Cur. ſe. cõſ. 277. co. 2.
2 Primo limita procedere tantum, † quoad præſumptionem
ſolemnitatis extrinſecæ formalis, vt quia in actu interuenire
debet conſenſus, vel auctoritas alicuius, vel ſubhaſtatio, vel
quid ſimile, ſecus quoad ſolemnitatem ſubſtantialem, vel ma
terialem, vt conſuluit Natt. conſ. 167. nu. 24. par. 1.
Secundo limita, quando ex ipſo inſtrumẽto conſtat ſolem-
3 nitatem non interueniſſe, † quia tunc ceſſat illa præſumptio,
ita Marc. Ant. Nat. d. conſ. 162. n. 29. & ante dixit Pau. de Caſt.
in conſ. 48. incip. in cauſa, quæ vertitur inter Reuer. col. 5. ſe-
cundum antiquam impreſſionem, & ſecundum recentem im-
preſſionem in conſ. 81. col. 3. vol. 2. Alex. in conſ. 1. col. penul.
vol. 4. Dec. in conſ. 13. col. 1. & in conſ. 627. in fi. Soc. in conſ. 2.
col. 2. vol. 3. Iaſ. conſ. 140. col. pen. vol. 4. dec. Neap. 107. nu. 5.
Curt. iun. in conſ. 130. col. 2. Gozad. in conſ. 72. clo. 1. Ruin. cõ
ſil. 28. col. fi. uol. 4. Gram. conſ. ciuil. 77. col. 2. & Iaſ. in l. 1. col.
5. C. qui admitti.
Contrarium huic limitationi ſentit expreſſe Fel. in c. ſicut
enim 33. vet. & vlt. declarat de re iud. ibi. q licet ex oſtẽſione
4 inſtrumenti pateat illã ſolemnitatẽ non interueniſſe, † tamen
pp antiquitatẽ vult, vt ſolemnitas præſumatur, teſtatur Petr.
de Anc. in conſ. 136. ex cõſilijs, in quo loco ſcriptum reliquit,
5 ex curſu longi tpis tolli omnẽ defectum, † qui poſſit allegari
in alienatione rei eccleſiaſticę, quamuis ex inſpectione in-
ſtrumenti conſtaret de non ſolemnitate. Idẽ tenet Dec. in con
ſil. 409. nu. 12. Soc. iun. conſ. 56. nu. 4. lib. 2. Ceph. conſ. 238. nu.
18. uol. 2. conſultiſſimus Iac. Meno. conſ. 1. nu. 203. li. 1. Feder.
de Sen. conſ. 49. & Rol. à Valle conſ. 2. nu. 118. & ſeq.
Cætera explicabuntur ſuis proprijs locis, nempe in conclu
ſio. ſolemnitas, cõſenſus, authoritas, titulus, decretũ, & hmõi.

CONCLVSIO CIX.

ARGVMENTVM.

An & quomodo fidem faciat apocha.

SVMMARIA.

1 *Apocha ſiue apodiſia quomodo probet.*
2 *Apocha plene probat.*
3 *Apocha probat etiam contra hæredes, vel ſingulares ſucceſſores.*
4 *Apocha non probat contra tertium.*
5 *Apocha requiruntur ſubſcriptiones trium teſtium.*
6 *Verba, quæ probant apocham, ſi proferantur à parte aduerſa.*
7 *Apocha probat etiam ſine ſolemnitatibus requiſitis.*
8 *Apocha non probat, & indiget alia probatione, quando debitor confitens manu ſua ſcriptam, dicit contenta in ea non eſſe vera.*
9 *Scriptura recognita mouet contra ſcribentem probationem validam contentorum.*
10 *Inſtrumentum ſolemne productum præualet apocha confeſſatæ.*
11 *Apocha probat contra inſtrumentum, ſi adſunt tres teſtes incorrupti, & integri aſſerentes ſe vidiſſe ipſam apocham, antequam conficerent publicum inſtrumentum.*

APocha, ſiue apodiſia (quã Cicero ſyngrapham nomina-
1 ret) † an probet, hac diſtinctione cognoſci põt: nam aut
debitor confitetur ſua manu ſcriptam, aut negat, & contẽta in
2 ea. Primo caſu erit concluſio, † apochã plene probare, iuxta

ſententiam Lanfran.de Orian.in c.qm contra,de prob. in tra.
de fid.inſtr.verſ.quæro vlterius,nu.54.Barto.in l.admonendi,
n.26.ff.de iureiur.per l.Publia.in fi.ff.depoſ.& ibi.Rip.n.101.
Iaſ.in l.admonendi,nu.88.& ibi Rom.n.62. vbi alleg. §.ſi qs
igitur.in ver.ex eo quia profeſſus non eſt,& ibi gl.in §.ſi ta-
men quiſquam,in ver.negationem,& in ver.ſufficiẽs,in auth.
de inſtrum.caut.& fid.Barto.in auth.& ſi contractus,C.de fid.
inſtr.Abb.in c.2.ext.co.ti.& Alex.conſ.82.in prin.in cauſa,&
lit.& in conſ.83.in prin.vol.4.circa primum dubium,& in cō
ſil.42.in cauſa,& lite,nu.16. & Dec.in d.c.2.de fid.inſtr.n.6.
dicit hanc concluſionem eſſe claram,aliam diſtinctionem po
nit Bal.conſ.380.lib.5.quàm per te potes videre.

3 Primo amplia procedere etiam contra † hæredes vel ſingu
lares ſucceſſores,contra quos etiam probant, ita voluit Crau.
in tract.de antiq.temp.in 1.par.verſ.viſo de verbis enuncia-
tiuis,nu.2.& nu.15.& per d.l.Publia.in ff.depoſ. & per l.ge-
neraliter,C.de non nu.pec.& per alios ibi adductos.

Contrarium ſentit Abb.in c.2.de fid.inſt.quem refert Dec.
ibidem,nu.6.vbi adducit Petr.Anch.in conſ.28.in prin.ratio-
nes adductæ Bertran.conſ.219.nu.2.vol.3.& conſ.219.nu.17.
4 vol.2.& alios † qui in aliam ſententiam deſcendunt, nō pro-
bare contra tertium,nam eſſet in poteſtate debitoris præiu-
5 dicare tertio, & ideo requiruntur † ſubſcriptiones trium te-
ſtium,per l.ſcripturas,vbi Bar.C.qui pot.in pign. hab.

Secundo amplia procedere etiam contra partẽ aduerſam,
6 nẽpe ſi † perſona illius ſcribẽtis fuerit approbata ab ipſa par
te aduerſa etiam in genere,ſi dixerit,ſemper habuiſſe illũ ve-
racem in omnibus eius dictis,& ſcriptis quia tunc talis apo-
cha probaret contra talia dicentem ſaltem ſemiplene,ſi credi
mus Crau.de antiq.temp.1.par.verſ. viſo de verb. enunciat.
num.17.ibi per adducta.

7 Tertio amplia † etiam ſi eſſet ſine ſolemnibus requiſitis,
quia tunc ſi ille,contra quem producitur, cōfiteretur eſſe ſua
manuſcriptam,probaret,ita Fel.in c.2.nu.11.verſ.quinto, de
fid.inſtrum.

8 Primo limita concluſionem non procedere,† quando debi
tor faſſus eſt,apocham manu propria eſſe ſcriptam,ſed cōten
ta in ea non eſſe vera, quia tunc non probaret, & indigeret
alia probatione,nempe ſuper contentis. Ita docuit Salic.in l.
ſuper chirographarijs,C.ſi cer.pet.& Rip.d.l.admonendi,nu
me.102.ff.de iureiur.vbi allegat Rom.conſ.404.incip.pro di
ſcutienda,in 1.dubio.

Contrarium voluit Bald.in conſ.198. ad intelligentiam,in
9 prin.vol.1.dicens † ex tali ſcriptura recognita oriri cōtra ſcri
bentem probationem validam contentorum in illa apodiſia,
per l.generaliter,C.de nō nu.pec.& per alias ibid. adductas.

10 Secundo limita † quando contra huiuſmodi apocham con
feſſatam produceretur inſtrumentum ſolemne,quia tunc plu-
rimum polleret inſtrumentum,quod placuit Fel. in c.2.n. 11.
in fi.per d.l.ſcripturas,C.qui por.in pig.hab.

Primo ſublimita,niſi tres teſtes incorrupti,& integri reco-
11 gnoſcerent apocham, † qui aſſererent ſe vidiſſe ipſam apo-
cham,antequam conficeretur publicum inſtrumentum,ita re-
ſpondit Bal.in conſ.198.col.2.verſic.& ex hoc pono, vol.1.&
conſ.466.vol.5.verſ.ex hoc pono.

CONCLVSIO CX.

ARGVMENTVM.

*Si debitor neget apocham, quomodo fieri poſſit, vt plene proba-
re valeat.*

SVMMARIA.

1 *Apocha negata à debitore quomodo plene probet.*
2 *Apocha quando facit tantum ſemiplenam probationem.*
3 *Probationem plenam faciunt duo teſtes deponentes,apocham fuiſſe ſcriptam à debi-
tore.*
4 *Teſtes deponentes de contentis in apocha,duo ſufficiunt,& quod viderint apocham
confici, tres eſſe debent.*
5 *Teſtes deponentes de viſu præualent alijs.*
6 *Arbitrio iudicis ponitur,cui teſtium magis fides ſit adhibenda.*
7 *Apocha propria manu ſcripta etiam non ſubſcripta cum teſtibus deponentibus ſe eã
vidiſſe probata erit.*
8 *Subſcriptio illius,qui iam ſcripſit,ſuperuacanea eſt.*
9 *Teſtes apocham probant etiam non ſubſcripti, dummodo interfuerint ſubſcriptioni
debitoris.*
10 *Teſtes de apocha quomodo deponere habeant.*
11 *Cognitio litteræ,vel manus alicuius quomodo habeatur.*
12 *Teſtes de apocha non probant deficiente vna ex ſolemnitatibus requiſitis in eorum
depoſitione.*
13 *Teſtes deponentes vidiſſe, & audiuiſſe partes committentes tertio ſcriptionem apo-
cha & ipſum ſcripſiſſe partibus,& teſtibus præſentibus,plene probant.*
14 *Duo teſtes ſufficiunt ad probandam apocham ſcriptam per tertium.*
15 *Apocha non ſubſcripta à partibus,vel à teſtibus,non probat.*
16 *Teſtes deponentes de præſentia,& de veritate præualent.*
17 *Arbitrio iudicis relinquitur,an magis teſtibus, quam comparationi litterarum ſit
credendum.*
18 *Apocha priuata vt plenam fidem faciunt,quid requiratur.*
19 *Comparatio litterarum concurrere debet ad probandum apocham.*
20 *Comparatio litterarum fallax.*
21 *Apocha non habet plenam fidem ex ſola litterarum comparatione.*
22 *Teſtes ſi ſunt fœminæ non probant apocham,& ibi contrarium.*

DE illius generis apocha egimus, quam debitor ſua manu
ſcriptam fatetur, videamus nunc de illa,quam idem de-
1 bitor negat.Etenim ſi apocha negata à debitore † ſit ab ipſo
ſubſcripta,& à teſtibus,qui deponant fuiſſe præſentes,quãdo
fuit ſcripta à debitore,plene probat,ita docuit Bar. ĩ l.admo
nendi,nu.26.ff.de iureiur.Ant.de But.in c.2.de fid.inſtr.Lan-
fran.de Oria.in tract.de fid.inſtr.nu.54.Imol.in d.c.2.col.3.
verſ.ſed aduerte,& in l.nuda,col.ſi.verſ.item adde,ff.de don.
& Salic.quem refert Alex.in d.l.admonendi,n.31.de iureiur.
& Iaſ.ibidem nu.88.& vide omnino Dec.in d.c.2.nu.2.

In contrariam tamen videtur deſcendere ſententiam Ro-
2 lan.à Valle in conſ.26.n.13.vol.1.vbi dicit,† apocham manu
debitoris ſcriptam, vel ſubſcriptam,& in iudicio negatam,te-
ſtium ſubſcriptione munitam,ſed adiutam depoſitione trium
teſtium deponentium illam fuiſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam
manu debitoris,facere tantum ſemiplenam probationem,au
thoritatibus per eum allegatis.

Primo amplia,etiam ſi duo tãtum ex teſtib.ſubſcriptis de-
3 ponerent talem apocham fuiſſe ſcriptam à debitore, † quia
tunc etiam erit probatio plena,& ſufficiens,ſecũdum Cyn. &
Iac.de Are.in l.comparationis,C.de fid.inſtr. prout refert,&
ſequitur Alex.conſ.81.nu.3.vol.2. vbi alios adducit, & vltra
illos eſt Dec.in c.2.nu.8.de fid.inſtru.Paul.Caſtr.in conſ.134.
in cauſa ſer.Ludouici li.1.Calcan.conſ.29.col.ſi.Bertran. con
ſil.409.num.2.vol.6.

Contrarium ſenſerunt Soc.in conſ.274.col.7.vol.2.& Aret.
conſ.64.nu.3.vt refert Menoc.de arbit.iud.caſ.114.nu.3. li.2.
priori opinioni accedit,Fel.autem in d.c.2.nu.3.verſic.tertia
4 declaratio,de fid.inſtr.inquit,† ſi teſtes deponant de conten
tis in apocha,duo ſufficere, ſi autem aſſerant ſe vidiſſe apo-
cham confici,tres eſſe debere.

Amplia iſtam ampliationem procedere,etiam ſi alij teſtes
per compationem literarum contrariũ deponerent,nempe
5 huiuſmodi literam non eſſe manu talis,† quia in tali caſu plus
poſſent teſtes deponentes de aſpectu, ita dicunt Dd. in §.ſi
vero tale.in auth.de inſtr.cau.& fid.& refert Alex.d.conſ.81.
in cauſa,& lite,nu.3.verſ.& pro iſta opin.vol.2.

6 Veruntamen id relinquitur arbitrio iudicis,† cui maior ſit
fides adhibenda,ſecundum Menoc.in d.tract.de arb.iudic.d.
caſ.114.num.17.

7 Secundo amplia etiam ſi apocha non eſſet ſubſcripta,† dũ
tamen ſit ſcripta propria manu,& teſtes deponant, vt ſupra,
quia tunc probata erit, vt voluit ſapientiſſimus Menoc. de ar-
bit.iud.lib.2.caſ.114.n.5.ex quo videtur ſuperuacaneam eſſe.
8 ſubſcriptionem illius,† qui iam ſcripſit,vide ibi per eum.

Tertio amplia,quamuis teſtes non eſſent ſubſcripti,ſed in-
terfuiſſent ſubſcriptioni debitoris,quando debitor ſuſcripſit
9 dictam apocham,nam † tunc probat.Ita tradidit Lanfranc.in
dicto tract.de fide inſtrum.num.54.& Alex.in l. admonendi,
num.31.verſic.Dic circa primum,ff.de iureiur.Roma.ibidem
num.60.Alexan.conſ.181.num.3.volum.2.& Iaſ.in d.l.admo
nendi,nu.88.Rom.in l.nuda,col.ſi.verſic.vltimo inquantum,
ff.de don.Fel.in c.2.num.14.verſ.ſeptimo limita, de fid.inſtr.
& Alexan.conſil.139.num.6.verſic.fortius, vol.6. & teſtes in
10 hoc caſu debent deponere † ſe vidiſſe illam ſcribi, & ſubſcri
bi manu eius,per quem aſſeritur ſcriptam fuiſſe, ſeque fuiſſe
præſentes,quando eam ſcribebat,alioqui nihil probarent, vt
gl.magna in auth.& ſi contractus,C.de fid.inſtru.& ibi Anto.
Butrig.& Bart.in l.nuda ratio.ff.de dona.& in l.ſcripturas,C.
qui pot.in pig.habeant,Bal.in auth.ſed nouo iur.C.ſi cer.pet.
* Bertran.conſ.184.vol.4.nu.3.vbi atteſtatur hanc eſſe * coem
opi-

Digitized by Google

opinionem. Alex. in conſ. 185. volu. 4. n. 4. & d. conſ. 181. nu. 3.
vol. 2. quibus in locis ait, non ſatis eſſe, ſi teſtes ſolū deponāt
11 ſe cognouiſſe, † & cognoſcere literam dicti aſſerentis eſſe ſuā
ex eo quia ſæpe viderunt illum ſcribentem, & illam apocham
eſſe ſcriptam, & ſubſcriptā manu illius, ſed oportet, vt deponant,
ſe præſentes fuiſſe tpe, quo ſcribebat dictam apocham,
illamq; eſſe, q̃ ſcribi viderunt; ita reſponderunt conſulentes
in locis, vt Soc. iun. conſ. 57. n. 18. vol 2. Ruin. conſ. 61. n. 3. cōſ.
64. n. 15. vol. 4. quod etiam ſequitur Bertrand. conſ. 409. nu. 2.
vol. 6. & conſ. 32. n. 9. vol. 2. qui dicit, etiam oportere, vt teſtes
deponant, quo tempore d. apocha ſcripta fuerit, & ſubdit e-
12 tiam deficiente † vna ex ſupraſcriptis ſolemnitatibus in depo
ſitione eorum, non probare, adeas eundem plene, & pulchre
tradentem ibidem modum deponendi in hoc caſu.

Amplia huiuſmodi tertiā ampliationem procedere etiamſi
teſtes deponerent, ſe vidiſſe & audiuiſſe partes tertio cōmit-
13 tere, & mandare, † vt huiuſmodi apochā ſcriberet, & ſcripſiſ-
ſe ipſis partibus, & teſtibus præſentibus; idque memoria te-
nere, & recognoſcere ipſam apocham, nam etiam in tali caſu
eſſet probata plene cum deponant per ſenſum congruentem
tali actui, vt inquit Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 88. verſi. ſed iſta
14 reſponſio. † & in hoc caſu duos teſtes ſufficere voluit Alex.
in d. l. admonendi, nu. 31. verſi. dic circa primam. Intellige ta-
15 men, ſi ſubſcripta ſit à partibus, vel à teſtibus † alioqui non
probaret, ita ſenſit diſtinguendo Rom. in d. l. admonēdi, n. 55.
verb. aduertēdum, quod vero nulla reperiatur ſubſcriptio te-
ſtium in hoc caſu, tenere vr̃ Rip. in d. l. admonendi, nu. 106.

Secundo amplia, etiam ſi contra huiuſmodi teſtes eſſet cō-
paratio literarum, ex qua argueretur, illum ſcripturæ characte-
16 rem non eſſe illius nominati per teſtes, † quia ēt in hoc caſu
præualent teſtes de præſentia, & de veritate deponentes, ita
Alex. in d. l. admonēdi, n. 31. verſ. dic circa primā, ff. de iureiu.
17 Hic vero caſus relinquitur arbitrio iudicis, † an magis te-
ſtibus, quam comparationi ſit credendum, nam pōt eſſe tanta
vis literarum comparationis, vel teſtium, vt vtroq; caſu quæ-
libet probatio per ſe poſſit eſſe efficax, & plena, ita Fulg. in d.
l. admonendi, n. 26. & ibidem Bar. n. 26. verſ. duo tamen poſſe.

Contra principalem ampliationem tenet Rol. à Val. in con
18 ſi. 26. n. 1. vol. 1. vbi dicit † ad hoc, vt apocha priuata plenam
fidem faciat, requiri, vt ſcripta ſit manu debitoris, & ſubſcri-
pta manu trium teſtium, qui teſtes viuant, & deponant de ve-
ritate ipſius apochæ, per tex. in l. ſcripturas, cum auth. ibi poſi
ta, vbi Bar. & Dd. C. qui pot. in pig. hab. in §. ſi quis vult caute
deponere, auth. de fid. inſtrum. quod etiā ſequitur Iaſ. in conſ.
129. col. 1. vol. 2. Alex. ſibimet contrarius in conſ. 80. nu. 5. vol.
4. & idem videtur ſentire in conſi. 112. nu. 7. vol. 2. & in conſi.
188. in fi. vol. 6. & melius probat Soc. ſen. in conſi. 274. num. 6.
vol. 2. vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum in iudi
cando, & Corn. in conſil. 88. col. 1. in fi. verſi. & licet videatur,
vol. 3. & in conſi. 159. col. fi. verſic. tamen idem, vol. 1. Aret. in
19 conſ. 64. & in conſ. 169. col. pen. vol. e. verſ. ſed dato, † qui te-
nent, non ſufficere, niſi concurrat ēt comparatio literarum.

Ratio eſt, quia comparatio literarum eſt admodum fallax,
20 & † characteris ſimilitudo facile poteſt effingi, adeo enim
homines ſunt procliues, & propenſi ad falſitates, ut peruerſo
ſtudio aliorum manus, & ſcripturas effingant. Idcirco ex ſola
21 literarum comparatione † apocha non poteſt plenam fidem
facere, ut dixit Abb. in c. ſcripta. de fid. inſtrum. & Afflict. tra-
dit in deciſ. 182. in fi. in quo loco ait, fuiſſe iudicatum in ſacro
conſilio Neapolitano, quem ſequutus eſt Dec. in conſil. 615.
col. 2. & conſuluit Pariſ. conſi. 1 [illegible]. nu. 32. col. 6. uol. 3. & in con-
ſil. 27. col. 6. nu. 52. uol. 2. & in conſil. 55. nu. 12. uol. 4. & appro-
batur in uiridario concluſionum iuridicarum, concl. 62. Intel-
lige, ut iſtud procedat, quoad plenā probationem, ſecus quo
ad ſemiplenam, quia ē tunc per ſolam comparationem litera-
rum approbata apocha ſemiplene probat ut decidit Bar. in l.
admonendi, col. 5. verſ. circa primam, ff. de iureiur. reſpondit
Paul. Caſtr. in conſi. 88. col. 1. & 2. vol. 2. & in conſil. 313. col. 2.
eod. vol. conſuluit ēt Alex. conſil. 58. col. 1. vol. 7. & hanc eſſe
* communem * Dd. ſententiam teſtatur Rol. à Val. d. conſil. 26.
num. 12. vol. 1. vbi concordantes citat, & ibi multa habentur,
quæ ad apochæ robur & vires confirmandas pertinent.
22 Primo limita principaliter concluſionem † non procedere,
ſi teſtes eſſent fœminæ, iuxta Bald. in l. ſcripturas, per illum
text. in verb. trium virorum.

Contrarium tamē ſequutus eſt Fel. in c. quoniam, de teſtib.
nu. 4. & in cap. 2. nu. 4. de fid. inſtrum. vbi refert Bal. ita tenen-
tem, quem ipſe reprobat. & idem voluit Iaſ. in d. l. admonen-
di, nu. 114. verſi. 3. intelligitur.

CONCLVSIO CXI.

ARGVMENTVM.

De apocha, quæ nullo teſtium fulta adiumento eſt, an & quo tempore probet.

SVMMARIA.

1 *Apocha nullo ſuffulta adminiculo teſtium nihil probat, nec videtur vllum robur habere.*
2 *Apocha huiuſmodi non facit ſemiplenam probationem, ſed ibi contrarium.*
3 *Apocha huiuſmodi non habet præſumptionem iuris pro ſe. Contrarium. an 4.*
4 *Præſumptio eſt, quem facile non conſcribere falſam ſcripturam.*
5 *Intelligentia ſecundæ ampliationis concluſionis.*
6 *Apocha prædicta etiam impreſſo ſigillo negantis non probat, ſecus ſi ſigillo publico.*
7 *Princeps non poteſt decernere, niſi ex magna cauſa, vt apocha nullo ſuffulta adminiculo teſtium probet.*
8 *Apocha ſine adminiculo teſtium, ſi eſt antiqua, & factum antiquum ſemiplenam probationem inducit.*
9 *Apocha reperta in publico Archiuio etiam ſine ſubſcriptione, vel teſtibus, plene probat, & etiam ſi ei ſolemnitatibus requiſitis.*
10 *Archiuium dat robur ſcripturæ non authenticæ.*
11 *Apocha facta mariti, & in ea ſcripta ſint res parafernales ipſius vxoris, probat.*
12 *Apochæ credendum eſt, quando viget conſuetudo, vt eis credatur.*
13 *Apocha etiam ſi in alieno loco agatur, habet eandem vim.*
14 *Apocha reperta penes debitorem etiam ſine ſolemnitatibus, probat contra creditorem.*
15 *Reſtitutio apochæ facta per creditorem debitori arguit liberationem.*
16 *Liberatio bene probatur, ſi debitor probet, apocham habuiſſe ab ipſo creditore.*
17 *Apochæ ſtandum eſt, quando partium conuentione pactum ſit, vt etiam ſine ſolemnitatibus credatur. Contrarium.*
18 *Suſpicio falſitatis non cadit, quando agitur de ſcriptura iam facta.*
19 *Scriptura in marmoribus, & lapidibus, ſi ſit antiqua, & ex conuentione partium probat.*
20 *Apocha non ſolemnizata probat, ſi is, contra quem producitur, confitetur propria eius manu ſcriptam eſſe.*
21 *Apocha vxoris probat debitorem ſoluiſſe etiam contra pupillum.*
22 *Apocha bene probat contra ſcribentem ipſam.*
23 *Apochæ cenſetur approbata approbatione ſe facta in genere.*

Reliquum eſt nunc, quod ad hanc materiam pertinet poſt-
quam de eo genere apochæ inſpeximus, quæ ſubſidio ali
quo fulta ſit, vt de ea, quæ caret adiumento, videamus.
1 Apocha igitur ſuffulta adminiculo teſtium † nihil probat, ar
gumen. l. in[ſtrumenta] domeſtica. l. exemplo. l. rationes. C. de
probationib. l. unda. ff. de donat. l. 2. & l. final. C. de conue-
niend. fiſci. debit. lib. 10. c. 2. ibi. non videtur alicuius firmita-
tis robur habere, de fid. inſtrument. vbi Dec. nu. 4. & Hyppo-
lyt. Marſi. in ſingulari 439. incipien. late ſatis dixi, in princip.
Afflict. in deciſ. 8. numer. 6. in fin. & refert Petr. Foller. in prax.
de cenſi. in verſ. quæ quidem executio. n. 61. Grat. in conſ. 66.
nu. 22. volum. 1. Rol. à Valle in conſ. 26. nu. 1. volum. 1. & Ioa.
de Amicis, in conſi. 101. num. 24.
2 Primo amplia, † vt nec faciat ſemiplenam probationem,
ita Bart. in d. l. admonendi, numer. 26. verb. apodiſia. ff. de iu-
reiur. & Fulgoſ. ibid. nu. 17. & Iaſo. num. 90. & Dec. in 2. c. n. 4.
de fid. inſtrument.

Sibi ipſi contrarius ab hoc diſſenſit idem Bartol. in l. ſcri-
pturas. in fine. C. qui pot. in pig. hab. id eſt, vt faciat ſemiple-
nam probationem.

Tamen Iaſon, in d. l. admonendi, n. 89. & ibi Alex. nu. 32. &
33. tenent, Bar. melius ſenſiſſe in d. l. admonendi, dum voluit,
non facere ſemiplenam probationem.
3 Secundo amplia, vt huiuſmodi apocha † nec habeat præ-
ſumptionem iuris pro ſe, iuxta ſententiam Bart. in l. 1. colum.
2. C. de iur. calum. & Dec. in d. c. 2. nume. 4. de fid. inſtrument.
quem refert & ſequitur Riminal. in l. 1. num. 29. ff. quod quiſ-
que iuris, & Iaſon, in l. poſt diuiſionem, circa princip. C. de
iuris, & fact. ignor.

Ab hac tamen opinione videtur diſſentire idem Bart. in l.
admonendi, ff. de iureiuran. Imol. Abb. & Fel. in c. 2. de fid. in-
ſtrum. & Roland à Valle in conſ. 26. nu. 14. ibi inquiunt, face-
4 re aliqualem præſumptionem ea ratione † quia quis ita fa-
cile non conſcribat falſam ſcripturam, ſecundum Alexan-
drum in conſ. 239. vol. 4. verſi. vbi autem ſcriptura. vol. 6. Iaſ.

* in conſ.129.col.2.in fin,vbi atteſtatur de*communi,& Ruin.
in conſ.79.colu.2.volu.4.
Ideo intellige ſupradictam ampliationem procedere quo-
ad præſumptionem,quæ transfert onus probandi in aduerſa-
rium,de hac enim intelligunt Dd.non autem de aliquali prę-
ſumptione,vt etiam dicit Cranet. de antiquit. tempor.par.1.
viſo de verbis enunciatiuis,n.7.vbi late reſpõdet Soc.in cõſ.
5 68.vol.4.† tenentẽ huiuſmodi apocham habere præſumptio-
nem iuris pro ſe & ſequitur Rip.in d l.admonendi, nu.98.
6 Tertio amplia, etiam ſi ſit impreſſa ſigillo negantis, † quia
tunc nec etiam probat.vt Iaſ.in d.l.admonendi,nu.91.per ibi
adducta.Secus ſi ſigillo publico,vt voluit Bal.i rub. C.de fid.
inſtrum.col.penult.verſ.ſecundum ſupplementum eſt, & per
alios quos adducit vbi ſupra Iaſ.
7 Quarto amplia,vt vſq; eo procedat,† vt nec Princeps poſ-
ſit ſtatuere niſi ex magna cauſa,vt huiuſmodi apocha probet
plene Rip.in d.l.admouendi,n.96. per c.1.de fid. inſtrumen.
Primo limita non procedere concluſionem principalem,
8 quando apocha eſſet antiqua,& factum antiquam, † nam tũc
ſemiplenã probationem induceret,ita inſigniter limitat Hip-
polyt.Marſil.in ſingul.436.Iaſ.in d.l.admouendi, nu.90.Tira-
quel.in tract.de præſcript.verſ.per 10.ann.gl.4 verſ.21.cũ ibi
adductis.Iaſ.in conſ.45.ſub n.1.verſ.tertio confirmatur.volu.
3.per doctrin..Anto.de Butr.in d.c.2. col.4. verſ.tertius caſus
eſt,de fid.inſtrumen.& idem refert per eadem verba ipſe Iaſ.
in conſ.166.ſub n.2.verſ.ad prædicta accedat.vol.4.& in l.cũ
aliquis.n.6.de iur.deliber. Felin.in d.c.7.nu.10. verſic.tertio
limita,& Ioan.de Amicis in conſ.101.nu.30.
Secundo limita concluſionem principalem nõ procedere,
quando huiuſmodi apocha eſſet reperta in publico archiuio,
9 nam † tunc etiam ſine ſubſcriptione, vel teſtibus plene proba-
ret,arg.auth.ad hæc,in fi.vbi Bart.& Dd.C.de fid.inſtrumen.
& notat Bal.in rubr.eod.tit.& in l.ſi vnus,circa med.C.de te-
ſtam.Alex.in conſ.138.vol.1. Caſtr.in auth. ſi quis in aliquo.
C.de eden.Iaſ.in d.l.admonendi.n.97.cum ibi adductis Fel.
in c.2.de fid.inſtrumen.n.9.Abb.in d.c.2.n.6.Roman.in conſ.
318.per de.authen.ad hęc,C.de fid.inſtrumen. vbi gl.& Bart.
& idem Iiar.in authen.& ſi contractus,nu.1.eo.& in 2.lectur.
col.1.verſ.ex quo ſequitur, vbi dicit verum, etiam ſi in ea in-
dictio,anni domini,& alia ſolemnia deſint,vt etiam dicit In-
nocẽt.in c.1.de procur.per tex.in c.ad audientiã. de reſcrip.
10 Rom.in conſ.165.† nam Archiuium dat robur ſcripturæ non
authenticæ per ſupradicta,& inquit Caſſan.in conſ.15. nu.2.
verſ.conſtat igitur.Bertrand.in conſ.172.col.4.verſ.& fuerũt
extracti.vol.2.in nou.& Corn.in conſ.171.nu.10.verſ.& ideo
videtur,vol.1.Alex.in conſ.245.in fin. verſ. prætera vltra di-
ctum librum.vol.6.Grat.in conſ.122.Gemінia.in conſ.82.col.
2.verſ.ſed opponitur.Boer.in deciſ.105.n.11.ampliatione,&
limitationes ad hanc fallentiã ponemus in concluſione,liber,
nam nonnulli ex allegat.Dd. loquuntur ſpeciatim de libris,
ideo videto dictam concluſionem, Liber.
11 Tertio limita, quando apocha eſſet mariti,† & in ea eſſent
ſcriptæ res parafernales ipſius vxoris,per l.ſi ego.§. dotis,C
de iur.dot.quod placuit Bald.in l.2.col.fi.C.ne vxor pro ma-
rito,& refert Iaſ.in d.l.admonendi.nu.94.& Baſti.Sap.in ad-
dit.ad Abb in c.2.in verb.quintum.
Quarto limita, quando extaret conſuetudo vt crederetur
12 huiuſmodi apochis, † quia tunc ipſis eſſet habenda fides, c.
cum dilectus,de cõſu.l.1.C.de emanc.lib.ſi credimus Ant.de
Butr.in d.c.2.col.3.& ibidem Imol.col.9.& tenet Innoc.in c.
cũ P.tabellio.de fid.inſtrum.& voluit Io.Andr.in additio.ad
Specul.in tit.de edit.inſtr.§.nunc dicendum.verſ.priuatorũ.
Amplia huiuſmodi limitationẽ procedere,etiam ſi in alie-
13 no loco agatur, † & apocha producatur, quia tunc habebit
eandem vim, ita eximie obſeruat Ant. de But.in d.c.2. & re-
fert Iaſ.in d.l.admonendi.num.95.& Baſti.Sap.in additio, ad
Abb.in d.c.2.in ver.Quintum:Octauus caſus.& Rom.in add.
ad Bartol.in d.l.admonendi,in verb.Apodiſſa.
Quinto limita,quando huiuſmodi apocha reperitur penes
14 debitorem,† quia tunc licet non habeat ſolemnitates requiſi
tas,tamen probat contra creditorem, nempe debitum eſſe ſo
lutum, vel remiſſum,ſicuti ſenſit Sal.cet.in d.l.admonendi ff.
de iureiur.vbi alleg.gl. ſingularẽ in l.inter artulas. C.de cõ-
uen.fiſ.debit.lib.10.& facit tex.in l.creditorem, & ibi Bal.C.
15 de re pigu.† vbi habetur reſtitutionem apochæ factam debi-
tori per creditorem indicate & præ ſe ferre liberationem.
Sublimita hanc limitationem,niſi debitor probaret huiuſ-
16 modi apocham habuiſſe ab ipſo creditore, † nam tunc bene
probaretur liberatio, ſecus ſi ſimpliciter apocha eſſet penes
debitorem,ita egregie docuit Rom.in d.l.admonendi, n.65.
per ibi adducta,& refert Fel.in c.2.nu.8.de fide inſtrum.
Sexto limita,quando partium conuentione eſſet credendũ
17 apochæ etiam ſine ſolemnitatibus,†quia eo caſu eſſe ſtandũ,
& valeret pactum.Ant.de Butr.in d.c.2.de fid.inſtrument.al-
leg.Bartol.poſt Cyn.in l.fi.ff.de præt.ſtipul.& Bart.in l.Theo-
pompus, ff.de dot. præleg.& vide Socin.in l.1.§.fi.nu.5.cum
ſeq.ff.de verb.oblig.
Contrarium tamen voluit Innoc.in c.cum P. tabellio,eod.
tit.de fid.inſtrum.prout etiam refert Rom.in d.l.admonendi,
n.56.& illum ſequitur Bald.in d.c.cum P.& in l.Imperator.ff.
de ſtat.homi.& in l.de quibus,ff.de legib.& Roma.in conſil.
205.incip.in puncto propoſito breuiter, in princ.& videtur
cum iſtis tranſire etiam Rip.in d.l.admonendi,nu.67.
Vltra adducta per Felin.in d.c.2.n.13.cum ſeq.de fid.inſtru
18 men.qui à noſtra limitatione ſtat,dic †cum agitur de ſcriptu
ra iam facta, tunc procedat prior opinio, quia tunc nulla eſt
ſuſpicio falſitatis,ſecus in alio caſu,ita Dec.in d.c.2.n.10. de
fid.inſtrum.& Alex.in l.1.§.fi.n.3.ff.de verb.oblig.& pro hoc
facit Bart.in l.1.in princ.n.3.ff.de bono.poſſ.ſecund.tabul.v-
19 bi ait †ex cõuentione partium ſcripturam in muris,& lapidi-
bus probare, dummodo ſit antiqua, & id probat auctoritate
contex.& gl.in l.monumentorum, C.de reli.& de hoc dixi-
mus ſup.in cõcluſione,antiquũ probatur per literas ſculptas.
Septimo limita, quando ille, contra quem producitur hu-
iuſmodi apocha non ſolemnizata (vt noſtrorum verbo vtar)
20 confiteretur manu ipſius eſſe ſcriptam, quia tunc probaret,
arg.l.Publia,§.fi ff.depoſit.l.cum de indebito.§.fi.ff.de prob.
& notat Fel.in d.c.2.nu.11 verſi.5.limita.de fid.inſtrum.Bal.
in conſi.466.in princip.vol.5.Caſtr.in conſi.312. in 2.dubio.
lib.2.& ſupra eſt concluſio conſtituta.
21 Octauo limita non procedere in apocha tutoris † quæ pro
bat debitorem ſoluiſſe etiam contra pupillum, arg.l.Lucius,
§.tutelæ,ff.de adminiſtratio.tutor.l.creditorem,vbi Bal.C.de
remi.pign.& ita tenet Barb.in conſi.54.col.6.verſi.ſi vero di-
cta confeſſio.per ibi adducta,& refert Tiraq.in tract.de vtro-
que retract.§.1.gl.18.nu.93.& Raphael Cuman. in conſi.24.
teſtator filio.col.2.& in conſi.31.col.2. in fi.3.dubitationis.
Nono limita non procedere contra ſcribentem ipſam apo-
22 cham,† quia tunc recte probat,arg.l.Publia. §.fi.ff.depoſit.l.
generaliter, C.de non numer.pecun.& notat Lap.alleg.77.n.
4.per l.iubemus,& l.exẽplo.C.de proba.Cel.Hug.in apoſt.ad
Rebuff.in l.1.n.4.C.de nau.nõ excuſ.li.11.Bal.in conſ.275.col.
2.li.3.Gem.in conſ.9.& Crau.de antiquit.temp.par.1.nu.97.
23 Decimo limita non procedere, quando ille, † qui negat a-
pocham eſſe alicuius, vel contenta in ea non eſſe vera, faſſus
ſit,ſcribentem fuiſſe virum fide dignum,ſentit Soc.conſi.113.
num.4.& 5.vol.4.& illum refert Crauet.de antiquit. tempor.
verſic.viſo de verbis enunciatiuis, num.17. cum alijs ibi ad-
ductis,& vide infra concluſio,Epiſtola.

CONCLVSIO CXII.

ARGVMENTVM.

Pluribus modis aliquem eſſe apoſtatam poſſe probari.

SVMMARIA.

1 *Apoſtatam aliquem eſſe probatur, ſi habitum monachalem defert coopertum habitu ſeculari, vel clericali.*
2 *Habitum coopertum portans habetur, ac ſi non deferret.*
3 *Habitus religionis quare deferri debet deſuper omnes veſtes.*
4 *Portans habitum coopertum, & velatum eſt apoſtata, & excommunicatus.*
5 *Quod latet, dicitur non exiſtere, ſiue non eſſe.*
6 *Ex delatione habitus coperti multi monachi hodie excommunicati ſunt, & apoſtata.*
7 *Apoſtata quare dicantur offendere [illegible], & legem.*
8 *Veſtes [illegible], & profeſſorum diſpar eſt, vt vnus ab alio cognoſcatur. Et ſit diſpar veſtis, Iudæi, & Chriſtiani*
9 *Quod non apparet, eſſe non videtur.*
10 *Apoſtata dicitur, qui portat habitum ſeparatum ſuperiorem à capucio.*
11 *Monachus [illegible] apoſtata ſi ad negotia ſecularia ſe conuertit.*
12 *Apoſtata large modo dicitur etiam, qui contra Dei præcepta operatur.*

13 Apo-

13 *Apoſtata non dicitur, qui ex aliqua iuſta cauſa, vt timore, vel ſimili habitum cooperit.*
14 *Apoſtata non dicitur tranſiens ad minorem ordinem, etiam iniuſſu ſuperioris, & quare.*
15 *Apoſtata large, eſt tranſiens ad minorem ordinem.*
16 *Apoſtatam, & excommunicatum eſſe, qui tranſit ad alium ordinem, nullo iure cautum reperitur, ex permiſſione iuris.*
17 *Apoſtata non admittitur in teſtem ad probandum apoſtaſiam.*
18 *Apoſtata quare periurus, & ei non creditur, & ipſe iure excommunicatus.*
19 *Supplicationes apoſtatarum Imperatori, vel Regi porrecta non admittuntur.*
20 *Apoſtata dicitur, quando recedit à fide.*
21 *Apoſtata eſt, qui non obtemperat præceptis ſuperiorum vel ſacris canonibus.*
22 *Apoſtata dicitur propter irregularitatem.*
23 *Apoſtata cenſetur, quando recedit ab habitu, non portando tonſuram vel coronam, vel habitum clericalem.*
24 *Apoſtata dicitur, & excommunicatus recedens à ſtatu aſſumpto, religionis habitū dimittendo cum aſſumptione ſecularis vitæ.*
25 *Apoſtatæ renitentes ad religionem, ſi nolunt redire, debent excommunicari.*
26 *Differentia inter apoſtatam, & hæreticum tres.*
27 *Apoſtata eſt, qui omnino à fide Chriſti deſciſcit.*
28 *Hæretico pœnitenti, & renuncianti hæreſis iudices parcere debent, ſeu apoſtantibus pœnitentibus non quo ad pœnam temporalem.*
29 *Contra hæreticos mortuos proceditur, vt damnatur eius memoria.*
30 *Contra apoſtatam mortuum ſolum intra quinque annos procedi poteſt.*
31 *Monachus an & quibus modis per dimiſſionem habitus apoſtata cenſeatur.*
32 *Monachi in quibuſcumque locis exiſtant, ſiue etiam in lecto quieſcant, ſemper debent habitum Monachalis vitæ, & quo pacto debeat id accipi.*

1 APoſtatam aliquem probatur ex eo† quod monachus qui
monachali veſtitu indutus incedere ſoleat, virilem to-
gam vel etiam clericalem induat, ſic conſtituit Ioan. Andr. in
regul. certū, de regul. iur. lib. 6. in mercu. & eſt gl. in clem. quo-
niam, in verb. extrinſeci, de vita, & honeſt. cleric. dixit. Ioan.
Imo. in d. clemen. quoniam. n. 31. & ibi Boni. de Viral. in verb.
dignitatem. nu. 9. cum enim monachalem virili veſtitu obdu-
2 ctum induat† habetur, ac ſi non deſerret, & non ſecus ac ſi di-
mitteret, Franc. in c. 2. n. 2. ne clerici, vel monach. li. 6. nā iſtud
3 veſtiendi genus debet deſerri deſuper omnes veſtes† per qđ
oſtendatur ſtatus religionis illius, quia habitus eſt ſignū ſta-
tus, ſed non illum præſefert niſi palam & aperte induatur, vt
per eundē Io. de Imo. ex alleg. ibi per eum. Et dixit late Frāc.
de Plat. in tract. de excōmunica. §. 9. de relig. qui temere habi
tū ſuæ religionis dimitteret. n. 2. & ſeq. inquiens, ita fuiſſe ſao
citum Bononiæ, alleg. Landul. Paul. de Leaz. & Franc. de Ma-
4 tones, omnes tenētes † induentem habitum coopertum & ve
latū, eſſe apoſtatam, & excommunicatum. Idem ſentit Beat.
5 Ant. in tract. excommu. c. 53. n. 3. & ſeq. & quod latet† dicitur
non exiſtere, ſiue nō eſſe. l. in lege. ff. de contrah. emptio. & a-
lijs adductis per Anchara. in d. clem. quoniam, n. 7. hinc fit, vt
ex huiuſmodi veſtitus genere multi monachi hodie ſint excō
6 municati, † & apoſtatæ, ſecundū ſupra citatos Dd. in d. clem.
quoniam. & Io. An. in c. Deus qui. de vita, & honeſt. clericorū.
* *De cōmuni atteſtatur Calca. in conſ. 123. n. 1. vbi dicit iſtiuſ-
7 modi† apoſtatas dici fraudem facere menti, & legi. quoniam
ratio (vt dictū eſt) cur religioſis veſtem non dimittat, vel ha-
bitum, eſt, vt cognoſcatur religioſus à nō religioſo, vnde diſ-
ſimile eſſe ſolet induendi genus nouitiorum & profeſſorum
8 † vt cognoſcatur vnus ab alio. argu. c. fin. de relig. dom. ſic di-
ſpar veſtis Iudæi, & Chriſtiani, arg. cap. nōnulli. de iudæis, ſed
ſimulans habitum iſtud diſcrimē aufert, ſicuti per dimiſſum:
9 quoniam religioſus à non religioſo cognoſci nō poteſt, † qđ
enim non apparet eſſe non videtur, ergo, &c.
Amplia, vt procedat, etiam ſi ferat habitum ſeparatum ſu-
periorem à capucio, (res enim nouæ, nouam uerborum expli
10 cationem deſiderant) quia & tunc dicitur apoſtata, ut per
Paul. in clem. ne in agro. §. rurſus, de ſtatu reg. refert Brixien.
ſuo repert. in uerb. apoſtata. uerſ. 27. Philip. Franc. in d. cap. 2.
nu. 2. ne clerici uel monachi, lib. 6.
11 Secundo amplia, ut etiā procedat, † ſi monachus mundana
negotia gerat, quia & tunc probatur ipſum eſſe apoſtatam, ut
notatur in c. ex literis, de uita & honeſta. clerico.
12 Tertio amplia, ut etiam procedat ſaltim largiter in eo† qui
à Dei præceptis deſciſcit, ut dicitur in Eccle. 10. initium ſu-
perbiæ hominis eſt apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, receſſit
cor illius. cum alijs adductis per Afflict. ubi ſupra, num. 18.
E quorū numero fuit Aquila Pōticus, qui 12. anno Hādria-
ni claruit, uanitatibus aſtrologicis deditus, à quibus ne Chri-
ſtianus quidē factus abſtinuit. Ab eccleſia itaq; proſcriptus,
proſelytus factus eſt, & circunciſus. Hebraicæ linguæ operam
dedit, & poſt 72. interpretes Biblia in Græcam linguam tradu
xit, id maxime ſtudens, ut omnia Prophetarum de Chriſto te
ſtimonia deprauaret. Atque Vlphilas, qui poſt Theophilum
Gothorum epiſcopus Orthodoxus, magnam eorum partem
conuertit. Poſtea tamen cum Gothi ab Hunnis expulſi, ad Va-
lentem Imp. pro ſedibus impetrandis legationem miſiſſent,
Vlphilas cum cæteris miſſus Conſtantinopolim, illic Arianis
communicauit, & poſtea ad ſuos reuerſus, totam eam gētem
Ariana labe infecit. Fuit & Porphyrius ſophiſta, qui cum à
Chriſtianis quibuſdam Cæſareæ Paleſtinæ vapulaſſet, atra bi-
le percitus Chriſtianiſmum abiurauit, & eorum odio, qui pla
gis illum affecerant, contra ſacras ſcripturas blaſphemias ef-
fundere cœpit. Infinita eſt propemodum iſtorum hominum
colluuies, ſed hæc ſatis ſint, modus enim omnib. in rebus eſt
optimus, vt dicere ſolebat ille Philoſophus.
Primo igitur limita, vt nō procedat, niſi qñ religioſus teme
13 rarie obducat, vel dimittat habitū, ſecus† aūt ſi ex aliqua iu-
ſta cā, vt timore, & ſimil. quia tunc nō dicitur apoſtata, c. 2. &
ibi gl. in verb. temere, ne clerici vel monach. Beat. Ant. in tra-
cta. de excom. c. 53. n. 3. & ſeq. idē Frāc. de Platea in d. trac. de
excom. d. §. 9. n. 3. in quo loco ex mēte Tētilini aſſerit, q̄ ſit cā
probabilis deferendi habitum rectum relinqui arbitrio boni
viri, tñ ſicut non dicitur quis aſſumpſiſſe habitum qui ſtatim
eſt dimiſſurus, ſic non dicitur amiſiſſe habitum quem iuſta de
cā dimiſit, & ſtatim eſt recepturus, vt Alex. III. Pōt. Max. qui
mutato habitu fugiens, manus Federici ſubterfugit, vt & in
Euſebio Samoſateno Epiſcopo Orthodoxo, q à Valente Imp.
Ariano in Thraciā relegatus, aſſū pto militari habitu circumijt
Syriā, Phœniciā, & Paleſtinā, Eccleſias confirmans, & Epiſco-
pos conſtituens tandem ſub Gratiano Samaſatam redijt.
14 Secundo limita, vt non procedat, nec dicatur apoſtata † ſi
tranſeat ad minorem ordinem, & id iniuſſu ſuperioris, vt per
Innoc. in c. intelleximus, de ætat. & qualit. nu. 2. in fi. & rō eſt,
quia etſi tranſeat ad minorem religionem, tamen nulla in te
repugnant ijs, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis, cum ſemper ali
cui ſit pariturus, vt ibidem tradidit Innoc. & in c. ex parte, de
temp. ordi. & Abb. in c. Ioann. n. 8. de regular. & vide per Ar-
chid. c. fi. 50. diſt. & eſt deciſ. 16. Capell. Tolo. & ibi Aufrer.
Intellige hanc limitationem, vt & ſi non ſit vetus apoſtata,
15 quoad pœnas, c. 2. ne cleri. vel Monach. lib. 6. tamen large a-
poſtata eſt, vt ibi notatur, & ita dicit Abb. in c. Ioannes, de re-
gul. prope fin. quem ſequitur Aufrer. ad d. deciſ. 16. nec refert
vt in prima & ſecunda religione vitæ genus obſeruet, quia li-
cet non ſit præuaricator in ſubſtantialibus regulæ, tamen præ
uaricator quoad obediētiam ſui Abbatis, cui parere cogitur,
c. ſicut. de iureiur. & Abb in d. c. Ioannes in fin.
Contrariam tamen videtur ſequi ſententiam Calcan. in d.
conſil. 123. in princip. vbi dicit, nullo iure cautum reperiri
16 † tranſeuntem ad alium ordinem ex permiſſione iuris, ſi ha-
bitum illum ordinis aſſumpſerit, eſſe apoſtatam, nec excom-
municatum, nam iſte caſus non eſt ex numero illorum, quos
recenſet gl. in c. ex parte, de temp. ord. nec in c. 1. de apoſta.
Illud obſeruatione dignum nunquam omittam, ad proban
17 dum apoſtaſiam non adhiberi † teſtem apoſtatam. vt docuit
Campe. in ſuo tract. de teſt. reg. 42. teſtatur Ant. de Butr. in ſuo
repert. in d. verb. teſtis, 24. col. & eſt text. in c. Beat. 3. q. 4. in fi.
quinimo neq; ad probandum quiduis aliud: tū quia apoſtata
eſt periurus, nā regulares aſtricti ſunt iuramento ad obedien-
18 tiā, & religionem, & † dñr periuri, quia ſine iuſſu receſſerūt,
& propterea eis no creditur tanq̄ manifeſte periuris, tum qa
apoſtata eſt ipſo iure excom. c. 2. ne cler. vel monac. li. 6. & di
xit Monticell. in ſuo tract. de teſt. in ver. apoſtata, & Afflict. in
19 conſtit. Reg. li. 1. de apoſtat. n. 4. & ſeq. vbi ēt dicit † ſupplica-
tiones apoſtatarū Imperatori, vel Regi porrectas nō admitti.
Veruntamen vt iſtius materiæ concl. clarius eluceat & per-
20 cipiatur, ſciendum eſt, † apoſtatam vno ex iſtis tribus modis
nuncupari. Primo qñ recedit à fide, 2. q. 7. c. non pōt. Secundo
21 qñ † præceptis ſuperiorum ſponte nolit parere, vel ſacris ca-
nonibus non obtemperet, 3. q. 4. c. alicui, & c. ſi quis, de maio.
22 & obed. Tertium dř apoſtata † propter irregularitatem in
quam incidit altero de duobus modis. Primo, qñ recedit ab
23 habitu non portando tonſuram, vel coronam † vel habitum
clericalem, 20. q. 3. c. 1. 2. & 3. c. 1. & 3. de apoſtat. & negotia
humana adminiſtrando, ca. ex literis, de vita, & honeſt. cleri-
cor. & c. perpendimus, de ſent. excomm. vel qñ recedit à ſtatu
24 aſſumpto religionis † dimittendo habitum & virilem veſtem
ind..., quo caſu apoſtata dř excommunicatus, c. vt periculum,

ne cler.uel Monach.in 6.quibus caſibus debent tales apoſtatę
reuocari ad religionem, & ſi uoluerint redire, rectius egerint,
25 quod ſi noluerint, † debent excommunicari. Et de iſtis trib.
modis apoſtaſiæ, ideſt fidei, inobediētiæ, & irregularitatis, la-
te diſſerit Afflic.in conſtit.reg.li.1.de apoſtatantib. per totū.
26 Secundo loco non eſt ignorandum, tres eſſe † differentias
27 inter apoſtatam, & hæreticum. Prima, quia apoſtata eſt, † qui
omnino à Chriſtiana religione deſciſcit, adeo vt ex Chriſtia-
no efficiatur Iudæus, arg.l.1.C.eo.tit. hæreticus, qui in aliquo
fidei artic. errat. Secundum diſcrimen eſt, quia hæretico pœni
28 tenti, & renuncianti hæreſes iudices debent parcere, † ſed a-
poſtatantibus pęnitentibus non parcitur, vt in l 2.& l hi qui.
C.de apoſt. ideſt, quoad pœnam temporalem, ſed quoad Deū
cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet, ut dicit gl.
in d.l.hi qui. Tertia differentia eſt, quia contra hæreticos mor
29 tuos pōt procedi † vt damnetur eius memoria ēt rōe bonorū,
ut notatur in l.quiſquis, C.ad l.Iul.maie. & habetur in l.Mani-
chæos, C.de hæret. vſq; ad annos 50. ut concludit Alber. in l.1.
30 C. de apoſtat. † ſed contra apoſtatam mortuum ſolum infra
quinque annos pōt procedi, poſt uero taliū memoria accuſari
non pōt, ſic loquutus eſt Afflic. vbi ſupra in rubr.tit.de apoſt.
Tertio limita non procedere, ſi Monachus dimittit habitū
in lectulo, vel eius cella, vel dum balneū intrat in occulto, &
31 ſimilibus, † quia non per hoc cenſetur apoſtata, ſed tunc qn̄ ſe
dat conſpectui hoium ſine habitu, uel cum habitu uirili, uel
clerici ſecularis ſine iuſta cā, ut per Domin.de Sancto Gemi.
in c.periculoſa, ne cleric.uel monach.lib.6.& tenet Franci.de
Plat.in d.tract.de excommu.excommu.2.§.9.n.4.& B.Anton.
in d.tract.excomm.c.53.n.4.& 5.in quo loco admonet, quod
c.Heli.20.q.1.& c.ſanctimonialis, 23 diſt.ubi vr̄ adnotatum,
quibuſcunq; in locis Monachos exiſtentes, ſiue in lecto quie-
32 ſcentes † ſemper, & conſtāter debere habitu Monachali vti,
non ita ſeuere intelligenda eſſe, ne fieri poſſit intermiſſio na-
turalis, prout prima facie videntur uerba innuere. Idē firmat
Franc.de Plat.in d.tract.de excomm.excomm.2.d.§.9.n.4.

CONCLVSIO CXIII.

ARGVMENTVM.

An & quando fides habeatur apoſtilla adiectæ inſtrumento, & quomodo probet.

SVMMARIA.

1 Apoſtilla vt probet, quid notarius dicere debeat in ſubſcriptione ſua.
2 Apoſtilla reperta in qualibet parte inſtrumenti, ſtante mentione per notarium facta de ea in ſubſcriptione probat.
3 Apoſtillata pluribus in locis debent ſigillatim nominari in ſubſcriptione.
4 Prolatum generaliter pro ſpeciali habetur.
5 Apoſtilla ſi inuenitur appoſita in margine poſt confectum inſtrumentum, & ſubſcriptionem ipſius, ei non creditur, nec notario aſſerenti eam feciſſe.
6 Apoſtilla probat, ſi eodem tempore, quo conficitur inſtrumentum & ſubſcriptio, notarius de ea mentionem faciat, ſecus ſi poſt, & ex interuallo.
7 Quid cenſeatur de apoſtillis additis in margine teſtamento.
8 Apoſtilla pertinens ad factum notarij tantummodo probat, licet de ea nulla mentio fiat in ſubſcriptione.
9 Vis apoſtillæ poſitæ in margine conſideranda.
10 Dicto notarij non ſtatur, ſi tractatur de eius commodo.
11 Inſtrumentum ſemel aſſumptum in formam publicam, & aſſignatum parti ex eo, quod ibi ſcriptum ſit in margine, factum, & aſſignatum, non poteſt reaſſumi mortuis omnibus.
12 Atteſtatio de apoſtilla in ſubſcriptione notarij non eſt neceſſaria, quando nulla eſt dubitatio quin ſit manus eiuſdem notarij, contra an. 18.
13 Atteſtatio non requiritur ad alium finem, niſi vt ſciatur, an ipſemet notarius fecerit apoſtillam.
14 Atteſtatio requiritur, vt cognoſcatur, apoſtillam factam non poſt inſtrumentum confectum.
15 Apoſtilla ſi confecta ſit eodem tempore, conſtat ex diuerſitate literarum, vel atramenti, ſiue alia coniectura.
16 Apoſtilla etiam ſcripta manu perſonæ incognitæ probat, ſi eſt ſubſcripta manu ipſius notarij.
17 Subſcribens ſe ſcripturæ factæ per alium, ita ſibi præiudicat, ſicut ſi ipſe totam ſcripſiſſet.
18 Apoſtilla etiam facta manu ipſius notarij ſi in ſubſcriptione de ea non eſt facta mentio, non probat.
19 Solutio intelligentia Paul. de Caſtr. in conſ. 131. verſ. nec nocet.
20 Apoſtilla ſi in controuerſia ſit, cuius manu ſit facta, ſi notarius non atteſtatur in fine, non probat.
21 Apoſtilla ſcripta alieno atramento in ſuſpicionem falſitatis prolabitur, præſertim concurrentibus aliis, quæ inducunt talem præſumptionem, alias non dubitabilis.

1 APoſtillā probare, † ſi notarius in eius ſubſcriptione atte-
ſtatur, & mētionē faciat eam ſcripſiſſe, vt ita dicat, quod
ſuperius additum, vel apoſtillatum eſt in tali linea, fuit apo-
ſtillatum nō errore, aut dolo, ſed per me notarium, ita docuit
magnus ille magiſter Bar.in l.ſi vnus, in fi.C.de teſt.& ibi Ale.
n.8.Iaſ.n.9.verſ. ego paucis concludo. Duran.in tract.de art.
teſta.tit.de mut.teſta.caut.6.& hæc practica colligitur ex l.1.
& ibi Bar.ff.de his, quæ in teſta.delēt.& ibi ēt Bal.& facit tex.
in l.diuus, la 1.§.item ſenatus, ff.de falſ.& Canon.in c.ex lite-
ris, de fid.inſtru.Abb.conſ.10.o.2.verſ.nō obſtant verba.lib.1.
Primo amplia ꝓcedere, ſiue apoſtilla reperiatur ī margine
2 inſtrumēti, vel in corpore, aut in principio, ſiue in fine † nam
ēt tunc, ſi illa adſit mentio in ſubſcriptione per notariū facta
probat. Ita Iaſ.in d.l.ſi vnus, n.9.vbi ꝓ hoc alleg.Ioa.Andr, in
add.ad Spec, in tit.de Inſtr.edi.§.oſtenſo.in verb.dixit Rolā-
dinus, & vr̄ ſentire Curt.iun.conſ.145.n.17.per ibi adducta.
Primo limita nō procedere, qn̄ plurib. in locis eſſet apoſtil
3 latū, † nā tunc non ſatis eſt ſi dicatur, quod ſuperius eſt apo-
ſtillatū, &c. ſed debet ſigillatim recenſere oīa loca, per d.l.di-
uus, §.ita ſenatus: ff.ad l. Cor.de falſ. cum ibi no.per. Bart.&
Abb.in c.cū venerabilis, in fi.de relig.dom. ſecus ſi vno tm̄ lo-
4 co eſſet apoſtilla, † nā tunc in vniuerſum prolatū pro ſingulari
haberetur: vt inqt Duran.de art.teſtan.tit.de mot.teſt.caut.6.
Secundo limitatur, quando poſt confectum inſtrumentum,
& ſubſcriptionem ipſius appoſita inuenitur in margine ali-
5 qua apoſtilla, † cui tunc non creditur nec notario aſſerenti
eam, vt monuit Bal.in d.l.ſi vnus, quē ſequitur ibi Paul. Caſt.
& Ang.in conſ.279.& Alex.in conſ.59.col.penul.n.5.vol.2.&
6 ſic ſupraſcripta concluſio procedit, † quando eodem tempo-
re, quo conficitur inſtrumentū, & in eadem ſubſcriptione no-
tarius de ea mentionem faciat, ſecus, vt diximus, poſt ſubſcri
ptionem, & ex interuallo, & ita ſentit Corn.in conſ.60. col.2.
vol.4.Soc.in conſ.227.n.8.vol.2.& Afflict.in conſtit. Reg.lib.
1.de fer.& ſalar.n.37.vbi dicit, ita in vſu forenſi obſeruatum
7 fuiſſe, † ſi teſtamentum reperiatur ſcriptum in protocollo no-
tarij, & in margine ſunt additę nōnullæ apoſtillæ continentes
ſpectantia ad teſtamētum, & in fine teſtamenti nulla facta ſit
mentio de illis apoſtillis, illud teſtamentum debere accipi
ſine illis apoſtillis, quia illæ apoſtillæ non dicuntur habere
diem, & alia ſolemnia, prout etiam infra dicetur.
Sublimitatur ita ſecunda limitatio, non procedere, quādo
apoſtilla huiuſmodi non pertineret ad negotium cōtrahentiū
8 ſed † notarij tantummodo, & vt ratum eſſet inſtrumentū, nam
tunc fides haberetur verbis, & notarij, & probaret, licet nullā
mētionem fecerit in ſubſcriptione, ita Bar.in l.in fraudem, §.
ſicut ff.de teſta.milit. quem ſequitur Iaſ.in d.l.ſi vnus, nu.9.C.
de teſt. ita ēt ſentire videtur Afflict.in conſti.Reg. vbi ſup. de
fer.& ſalar.n.72.vbi tamen dicit, vidiſſe antiquos regios con
9 ſiliarios ſic dirimiſſe hāc quæſtionem, † vt cōſideretur vis il-
lius apoſtillæ in margine poſitæ, vt ſi ſcriptum fuerit, factum,
& aſſignatū, & ſit quæſtio ſuper ſalario, qa notarius, vel eius
hæres dicit factū, & aſſignatū, & ideo petit ſalariū: pars vero
10 negat, habuiſſe, & non credit dicto notarij † qa agitur de eius
cōmodo, vt in l.omn, cū ſimilib.C.de teſta. ſi vero agatur de
eo, qđ intereſt notario, tūc illa verba probāt, quod fuit factū,
& aſſignatū, quia notarius atteſtatur factū propriū, & hoc, qn̄
non agitur de reaſſumendo (ſic à noſtris dicitur) illud inſtru-
mentu iterum, ſed frangeretur, vt iterū aſſumatur ex protocol-
lo in formā publicam quia ſemel fuit aſſumptū in eandē for-
11 mā, & aſſignatum parti, † tunc ex hoc ſolo, quod ibi ſcriptum
eſt in margine, factū, & aſſignatū, non poteſt reaſſumi omnib.
ex hac vita migratis, vt falſitatis ſuſpicio declinari, poſſit, nā
ſine nullo negotio potuiſſet notarius promiſſis in fraudē im-
pelli, vt poneret rogitum in contractu, & teſtes mortuos, &
poſt hæc in margine ſcriberet, factum, & aſſignatum, ea de
cauſa, vt poſſet poſtea reaſſumi in formam publicam.
Tertio limitatur, vt non ſit neceſſaria dicta atteſtatio de il-
12 la apoſtilla in ſubſcriptione notarij, † quando nulla dubita-
tio eſſe poteſt, quin ſit manu eiuſdem notarij conſcripta vt
declarat Pul. de Caſt.conſ.131.incipien.dubium facit, verſi.
nec nocet, quod notarius, vol.2.& idem ſentit Corn.conſ.60.
verſ.nec obſtat quod in margine, lib.4.Bal.in l.noſtram, nu.2.
C.de teſtam.Alex.conſ.59.n.5.& 147.n.11.lib.2.cū ibi alleg.
Crauet.conſ.88.nu.4.vbi huius rei reddit rationem (ſecundū
eum) firmiſſimam, quæ nunquam labefactari poterit, idcir-
13 co † enim illa atteſtatio requiritur, vt clare conſtare poſſit, an
idem notarius illam conſcripſerit, alius ve: verū cum idē cla-
rium ſit, ſupernacanea huiuſmodi videtur atteſtatio, arg.l.1.
in fin.ff.de act.amp. ſed quamuis hæc ratio in ſe vera ſit, tamē
mihi

nihil ad nos in præſentia pertinet,alia etenim de cauſa requi
ritur mentio dictæ apoſtillæ in ſubſcriptione, non vt cogno-
14 ſcatur cuius manu ſubſcripta, † ſed vt intelligatur non poſt
inſtrumentum confectum, & ex interuallo abſentibus parti-
bus,idque falſo feciſſe notarium,per Bal.Alex.Caſtren.& Iaſ.
& cæteros in d.l.ſi vnus,C.de teſtam.
15 Tueri tamen poſſumus Crauettæ rationem†quando ex di-
ſcrimine literarum,vel atramenti ſine alia coniectura cõſtat,
non ex interuallo, ſed eodem tempore confectam fuiſſe apo-
ſtillam,vt per Bal.in l.noſtram.C.de teſtam.nu.2.
16 Amplia dictã limitationem,vt procedat†etiam ſi apoſtilla
ſit ſcripta manu hominis ignoti,tamen ſubſcripta ſit manu ip
ſius notarij,quia tunc etiam probat vt concludit Petr.de An-
cha.conſ.242.incipien. prius de iuribus probatio,& ſequitur
Alex.conſ.14.n.18 lib.6.& conſ.129.n.4.lib.1.quia ex ſubſcri
ptione præcipue eſt ſumenda fides,vt ibi.Et propterea qui ſe
17 ſubſcribit ſcripturæ factæ per aliũ,† ita ſibi præiudicat, ſicut
ſi ipſe totam ſcripſiſſet,ex allegat.per Ale conſ.147.n.4.lib.2.
Contra hanc tertiam limitationem ſenſit Felin.in c.ex lite-
ris,ſub n.9.verſ.quinta declaratio,de fide inſtrumen. vbi vo-
luit per ibi allegata,quando etiam conſtaret, apoſtillam fuiſ-
18 ſe manu ipſius notarij conſcriptam, † nihilominus ſi in ſub-
ſcriptione non fuerit de ea facta mentio, non probare ex eo,
quia non habet requiſita,nempe diem,conſulem,&c. & teſta
tur.ad hoc Paul. Caſtren. in d. conſ.131. dubium facit,quod
fuit alleg.in limit.per nos pro parte affirmatiua.
19 Sed recte intuenti † facilis erit ſolutio.nam Paul. Caſt.in d.
conſ.131.verſ. nec nocet.inquit: non nocere illo caſu, quod
notarius non meminerit illius apoſtillæ in ſubſcriptione,cum
conſtaret manu ipſius notarij fuiſſe exaratam, ſed quia fuit
obliterata,conſtabat cuius manu fuiſſet illa deleta, conſuluit
tale inſtrumentum debere releuari, ac ſi huiuſmodi abolitio
non eſſet facta.Non autem loquitur de apoſtilla,vnde vide-
tur concludere contra mentem Felin.apoſtilam probare ſine
mentione in ſubſcriptione,quando conſtat manu ipſius nota
rij fuiſſe factam.
A Felin.tamen ſtat Ruin.in conſ.68 nu.3.& nu.5.vol.4.vbi
inquit, etiam ſi conſtaret de manu ipſius notarij, non facere
20 fidem,†niſi in ſubſcriptione facta fuerit mentio,& ibi etiam
ſi eſſet incertum,cuius manu fuerit facta apoſtilla,ſi notarius
non atteſtatur in fine,non probat,& ſic contra ampliationem
ſupra poſitam ad hanc tertiam limitationem. Et idem tenet
Ruin.in conſi.215.num.16.volu.1.
Quarto limita,vt non ꝓcedat concluſio,ſi ipſa apoſtilla eſt
21 ſcripta alieno atramento,†tunc enim in falſitatis crimen pro
labitur,per ſupra dicta,& per Cur.iun. conſ.52.in fi. & Ruin.
cõſ.68.n.5.vol.4. Quod maxime procedit,ſi concurrant alia,
quæ inducant huiuſmodi præſumptionẽ,alioqui res erit con-
trouerſa, vt Aymon Crauer.d.conſ.88.n.7. & tradit Soci. ſen.
conſ.94.ſub n.8.verſ.circa tertium dico,lib.1.vbi aſſerit eſſe
leuiſſimam præſumptionem.

CONCLVSIO CXIV.

ARGVMENTVM.

Quæ probare compellatur appellans, & quo pacto ſit probanda appellatio.

SVMMARIA.

1 *Appellans probare tenetur ſe iuſte appellaſſe.*
2 *Iuſte appellans quis intelligatur.*
3 *Appellans elapſis decem diebus omni remedio priuatur.*
4 *Appellatio quid ſit.*
5 *Iuramentum non ſufficit ad probandum appellationem congruo tempore interpoſitam.*
6 *Appellationem interpoſitam probans, probare etiam debet intra decem dies appellaſſe.*
7 *Appellans duo probare debet,& quæ.*
8 *Dicens ſolemnitatem extrinſecam illam probare debet.*
9 *Appellans tria & quatuor etiam probare tenetur,& quæ.*
10 *Decem narrantur,quæ debet ſeruare appellans.*
11 *Appellatio præſumitur interpoſita intra decem dies, ſi pars appellata fatetur appellationem petendo cauſam ſuper ea expedire.*
Et ibi contrarium.
12 *Abſenti non eſt neceſſe,vt probet ſe appellaſſe intra decem dies.*
13 *Appellatio à ſententia nulla debet debito tempore interponi,niſi nullitas de per ſe ſit deducta abſque appellatione,quia tunc probatio nullitatis ſufficit.*
14 *Appellans nedum probare debet diem,quando appellauit,ſed etiam horam.*
15 *Appellatio non eſt recipienda à iudice ad quem, nec ei cenſetur deuoluta iuriſdictio niſi probetur,rite fuiſſe appellationem interpoſitam.*
16 *Appellationem probari per teſtes.*
17 *Appellatio non probari per vnum teſtem,Et ibi contra.*

APpellantem†ſe iuſte appellaſſe,cogi ad probandum,ſan-
1 citum reliquere Impp.Diocl.& Maxim.in l.hi,qui ad ciui
lia,in fi.C.de appellat.Cum igitur, inquiunt Impp.ad munus
vocatus appellaueris,apud præſidẽ prouinciæ iuſte te appel-
laſſe oſtẽde.vbi Bar.in 3.notabil.n.3. & in l.1.in princi. verſ.
dic ergo.ff.ſi tutor.vel curato appell.Bal.in d.l.hi qui ad ciui-
lia.1.notabil.n.1.& poſt n.3 verſ. & prædicta ſunt vera, & in
c.ex parte Adæ.n.18.col.4.verſ.vlterius nota.in eod.verb.de
teſtibus,Spec.titu.de appellat.§.de officio,in fi.verſ.itẽ quæ-
ritur,ſi conſtat per teſtes,tradit Cyn.in d.l. hi qui in 3.notab.
poſt n.3.verſ.4.opponitur,ubi ẽt Io.Fab. verſ.oſtende, C.de
appella.idem Cyn.in l.per hanc,nu.4.verſ.4.opponitur.C.de
temp.repar appella.Rot.deciſion.quinquageſima nona.alias
316.ſi poſſeſſor beneficij,in nouis,tit.de appellat.gl.in c.in ꝑ-
ſentia,ſuper verb.ſtandum,ibi,ſe iuſte appellaſſe,& ibi Abb.
col.6.poſt.n.15.verſ.dic ſi dubitatur, de renunciat.trãſit Mil.
in repertor. in verb.appellans non ſolũ debet probare ſe ap-
pellaſſe,& docuit Guid.Pap.in tractat.de appella.verſ.10.cõ-
cluſio.n.8.ibi.1.quæro,& in deciſ.436.cum materia,poſt n.8.
verſ.ſic diſtingue,cenſuit Iaſ.in l.pro tribunali.colu.7.nu.34.
verſ.confirmatur,ff.de re iudic. conſuluit Loffred. conſ.20.in
cauſa mota per Magnificũ Antoniũ Vulcanum,n.13.verſ.tum
quia ei qui appellat meminit Tiraquell.de retract.Lignagier.
§.1.& obſeruauit pract. Papienſ.in forma de appella.à diffini
tiua,in gl.in verb.& in quantũ.verſ.proinde quæritur, & hãc
eſſe ſniam cõmuni calculo receptã eſt nouiſſime teſtatus An-
ton.Gabr.in ſuis concluſionib lib.2.tit.de appell.concl.5.n.1.
2 Iuſte aũt appellaſſe intelligitur is †qui rite,& idoneo,aptoq;
tpe interpoſuit appellationem, id eſt antequam decem dies
elabantur,poſtquam de ſnia certior factus ſit,nam elapſis de-
3 cem diebus † oi remedio appellans priuatur,iuxta glo.ſniam
ſingul.vbi ẽt Abb.in c.ad reprimendum,in verb.ſuſpendatur,
de offic.ordina.Ceph.in conſi.163.nu.1.vol.2.& in conſil.82.
nu.54.vol.1.Guid.Pap.q.436.nu.8.Soc.ſen.in conſ.24.nu.20.
vol.1.Paul.Caſtr.& Bart.in d.l.hi qui ad ciuilia. nu.4. Dec in
conſil.295.nu.3.& Capella.Toloſ.deciſ.341.verſi. concluſum
4 fuit,nam † appellatio eſt intentio appellantis cui innititur,
vt oſtendat iniquam ſententiam, & idcirco eſſe retractan-
dam,ita Vant.late de nullit.proceſſ.tit.à quo,& quibus mod.
nu 21.per plura allegat.& Bart.in l.1.ff.ſi tut. vel curat.appel.
& Sigiſm.Loffred.in conſi.20.nu.13.per plura adducta.
5 Amplia,vt ad probandum huiuſmodi appellationem †con
gruo tempore, nempe intra decem dies interpoſitam fuiſſe,
non ſufficiat iuramentum,ita docuit Felin. in c.quo ad conſul
tationem,n.27.verſi.6.concluſio.de appell.per deciſ.Rot.74.
incipien.ſciendum eſt,quod ſi procedatur,de appell. in anti-
quis,alias 822.ſed contrarium infra.
Secundo amplia,vt non ſatis ſit,ſi probetur appellationem
6 interpoſitam, † niſi etiam probetur intra decem dies appel-
laſſe,vt in c.Rom.verſ.ſi vero,& ibi Ioan.Andr.de appel.in 6.
Fel.in c.ad conſultationem,nu.25.de ſent. & re iud.& Tiraq.
de vtroque retract.tit.de retract.lign.§.1.gl.16.nu.8.& Rot.
deciſ.190.incip.quo ad reuocationem attentatorũ,in nou.quã
etiam refert Fel.vbi ſupra,nu.30.de appell. & Vant.de nullit.
proceſſ.tit.à quo,& quibus mod.&c.n.2.fol.56. & deciſ.125.
ſufficit acceptanti, in nou.Philip.Franc. in c.non ſolum, in 1.
7 notab.de appell.li.6.Neceſſe igitur eſt,vt †duo probet appel
lãs,primo appellaſſe,deinde infra decẽ dies appellaſſe,non.n.
ex hoc cõſequitur,ſi dicatur,hic appellauit,ergo intra decen-
8 dium appellauit,quia qui dicit ſolemnitatem extrinſecã,† il-
lam probare debet,vt l.quæcunque,ff.de publicia. ſecundum
Compoſtel.in c.cum dilectus,de elect.& annotauit Apoſtilla.
9 ad d.deciſ.190.in nonis.Quinimo appellans † tria probare te
netur.Primo ſe appellaſſe.Deinde ex cã iuſta.Poſtremo infra
decem dies,ſi credimus Ioan.Andr.in d.c.Rom.Item & quar
to loco debet probare, quod infra tempora ſit proſequutus,
arg.c.cum ſuper.de re iud.His vero nõ contentus Spec.in tit.
de appell §.quater. verſi.item cautus,& ſeq. verſ.decem ſunt,
verſ.item appellans,& verſ item ſi debet ſoluere, decem enu
10 merat,quæ appellanti ſeruanda ſunt.† Primo,vt cauſam gra-
uaminis inſerat,ſiue illati,ſiue comminati.Secũdo ſe intra de-
cem dies appellaſſe.Tertio,vt ſit vera cã grauaminis.Quarto,
curet,

Digitized by Google

ceret, vt iudex pronunciet ſuper exceptione oppoſita, velit admittere nec ne. Quinto, vt appellet coram iudice, vel appellationem iudici ſignificet. Sexto, vt aduerſarium de appellatione certiorem faciat. Septimo, vt in ſcriptis appellet. Octauo, vt appellans inſtructus accedat, vel mittat procuratorem inſtructum ad totam cauſam. Nono, vt enitatur cauſam appellationis finiri intra annum. Decimo, vt in appellatione nomen aduerſarij exprimatur.

Primo limita huiuſmodi ampliationem non procedere, quã
31 † pars appellata confiteretur, ipſam appellationem, nempe ſi peteret cauſam ſuper appellatione expediri, quia tunc præſumeretur pro appellatione, ipſam eſſe interpoſitam intra decem dies. Ita Bellamet. deciſ. 684. incip. quamquam.

Contrariam tamen ſententiam ſequuti ſunt Dd. Rot. in allegata deciſ. 190. vel 30. de appellat. & refert Felin. in d. cap. quoad conſultationem, num. 25. prope fi.

Secundo limita huiuſmodi ampliationem, vt nõ procedat,
32 quando ſententia eſt lata contra abſentem, † quia illi abſenti non eſt neceſſe, vt probet ſe appellaſſe intra decem dies, ex eo, quia præſumitur, quod appellauerit infra illud tempus decem dierum à die ſcientiæ, quia non præſumitur ſcientia, iuxta ſententiam gl. & Dd. in c. conſultationi. de appell. lib. 6. Io. Bapt. Ferre. in conſi. 98. nu. 5. Bellamer. in deciſ. 349. incipien. ſicut præſumitur. Crot. in conſil. 7. nu. 14. & tenuerunt Dd. de Rot. vt per Chaſſan. deciſ. 31. & Pereg. deciſ. 100. lib. 2. quæ nondum typis ſunt traditæ, ac Veral. deciſ. 2. lib 2.

Tertio amplia concluſionem procedere etiam in appella-
33 tione à ſententia nulla, quia licet de nullitate ſententiæ conſtet † ſi tamen non probat appellationem legitime, & idoneo tempore interpoſitam, non obtinebit, niſi nullitas ex ſe eſſet deducta abſque appellatione, quia tunc ſufficeret probatio nullitatis, ita voluerunt Abb. & Ioan. Andr. in c. dilecto. per illum text. de appell. & refert ibidem Dec. nu. 2. & refert etiã Vant. de nullit. proceſſ. vbi ſupra.

34 Quarto amplia, vt nedum debeat probare diem † quando decimo die appellauit, ſed etiam horam, ita voluit Fel. in d. c. quoad conſultationem, nu. 26. de re iudic. Aret. in l. 2. §. dies, ff. quando appell. ſit & Paul. Caſtr. in auth. hodie, C de appel. & Aret. in c. ſignificaſti, in 5. notab. de teſtib.

35 Quinto amplia vſque eo procedere, † vt niſi probetur, appellationem rite fuiſſe interpoſitam, non ſit recipienda à iudice, ad quem appellatur, ita Dec. in c. eccl. nu. 2. notab. 2. de appell. Imo non cenſetur deuoluta iuriſdictio ad ipſum iudicem, ad quem, vt per Peruſ. in d. c. cum in eccl. not. fi. & refert Gigas in addit. ad eundem Dec. vbi ſupra in litera A.

Sexto amplia vt concluſio procedat etiam in illo, qui appelat pro ſuo intereſſe, vt admittatur in cauſa, nam & ipſe tenetur probare legitime intra tempus appellaſſe, vt ſcriptum reliquit Zuccard. in repetit. l. fi. n. 297. verſ. ex quibus deprehenditur error. C. de edict. Diui Adria. tollendo. intellige tamen iſtud, vt huic tertio ſufficiat probare ſaltim ſemiplene, vt per Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, in princ. de re iudic. quem ſequutus eſt Zuccard. in iam allat. l. fin. d. nu. 297. & ſeq.

Septimo amplia, vt maxime locum ſibi vendicet. cõcluſio, ſi appellans nititur impugnare ſententiam ex capite iniuſtitiæ, quia tunc ei incumbit onus probandi iniuſtitiam, vt dixit Bart. in d. l. hi qui ad ciuilia post n. 4. verſ. quandoque quæritur. C. de appellat. & videtur ſentire Inn. in c. 1. poſt. n. 2. verſ. ratio diuerſitatis, & verſ. ſed eſt vis, de ijs quæ fi. à maior. par. c. voluit Bal. in c. in præſentia, nu. 3.5. not. intellige vt id demũ ſibi locum adſcribi poſſit, quando vtraque pars ipſam appellationem proſequitur, & negat appellans latam fuiſſe ſententiam ipſo citato; vel alias per alium modum abnegatiuũ, tunc ipſe appellans per acta probare tenetur, ſecus ſi ageretur de probatione, quæ fit directo per teſtes, vel inſtrumenta, quia tunc ille probare debet in cauſa appellat. qui habebat probare in prima inſtantia, vt docuit Bart. d. l. hi qui ad ciuilia. poſt d. n. 4. verſ. quandoque vtraque pars, & n. 5. verſ. ſi vero. C. de appellat. & in l. 1. verſ. aut vtraq; pars proſequitur. ff. ſi tutor. vel cura. appell. Bal. in d. c. ex parte Adæ. n. 5. ibi, not. qđ excipiẽs, de teſtibus. Cyn. in d. l. hi qui ad ciuilia, poſt n. 4. verſ. 4. opponitur, & ibi Io. Fab. verſ. in negotio principali. C. de appella. Capel. Toloſan. d. deciſ. 341. item condemnatus, verſic. quædã eſt probatio. & ibi Aufre. verſ. nec etiam præſumitur. * inquiens hanc eſſe communem* ſententiam de mẽte Siculi in ca. quoniam contra, de probat. Guid. Pap. deciſ. 436. num. 8.

Octauo amplia, vt concluſio locum habeat etiam in appellante ab interlocutoria, quia & ipſum appellationem ſuam iuſtificare debere cauit I.C. in l. ait prætor. §. præſumitur, ff. de min. & Sum. Pontif. in clem. appellanti, de appellat. Bal. in d. c. ex parte Adæ. n. 18. verſ. vlterius nota. & n. 20. verſi. 4. quod talis appellans, de teſtib. Cyn. in d. l. per hanc, col. fi. poſt n. 5. vt quærimus cui incumbat onus probandi ſñiam ſic latam.

Nono amplia concluſionem, vt procedat etiam quando iudex arctauerit dilationem, & fuerit appellatum, quia ipſe appellans debet probare, iudicem non potuiſſe talem dilationẽ coarctare, nec ſubfuiſſe cauſam arbitrandi, vt Iaſ. d. l. pro tribunali, poſt nu. 33. verſi. quis autem, ff. de re iud.

Intellige hoc procedere, quando dilationes eſſent arbitrariæ, ſecus ſi à iure determinatæ, quia tunc appellato incumbit onus probandi ſubſuiſſe cauſam abbreuiandi, vt Iaſ. d. l. qui pro tribunali, col. 7. poſt d. nu. 33. d. verſic. quis autem debeat probare.

36 Si quis vero roget me, quo pacto † appellatio poſſit probari, ex ſententia Innoc. reſpondebo, per teſtes, in c. ſicut nobis, de re iudic. & ibi alij Dd. quos ſequitur Bal in l. fi. nu. 18. C. eod. tit. & Mil. in ſuo repertorio, in verb. probatio. verſic. probari poteſt ſententia, & appellatio.

37 Amplia † vt poſſit etiam per vnum teſtem probari, ita Rot. deciſ. 409. fuit dubitatum, in nou. vide contra Bellam. deciſ. 67. in fi. deciſ. 339.

CONCLVSIO CXV.

ARGVMENTVM.

Nonnulla alia recenſentur, quæ ei, qui appellat, probanda ſunt.

SVMMARIA.

1 *Appellans ſententiam iniuſtam probare debet in cauſa appellationis.*
2 *Appellans debet potius loqui alternatiue, quam coniunctiue.*
3 *Sententia iniuſta quæ dicatur, & quæ iniqua.*
4 *Libellus concipi debet caute, dicendo ſententiam iniquam ſiue iniuſtam, quod Bononiæ ſeruatur.*
5 *Appellanti quando incumbat onus probandi, & producendi copiam actorum.*
6 *Appellatur probatio eo ipſo quod nil in contrarium conſtat & ibi contrarium.*
7 *Appellãti quando incumbat onus probandi, & producendi omnia acta, & totum proceſſum.*
8 *Appellanti incumbit onus probandi in arbitrarijs.*
9 *Probatio directa quæ dicatur.*
10 *In cauſa appellationis ſi agatur de probatione directa, probare debet is, cui in prima inſtantia incumbebat onus probandi.*
11 *Appellatione interpoſita omnia remanent in eodem ſtatu.*
12 *Appellatus probare debet, ſi appellans habet intentionem ſuam fundatam in iure communi, & econtra.*
13 *Quando neutra pars habet intentionem fundatam de iure communi. vide remiſſiue.*

PRoſequamur & cætera cenſere, quæ appellanti ad probandum neceſſaria ſunt.

Appellans itaque inter cætera debet probare in cauſa ap-
1 pellationis † ſententiam iniuſtã, nam qui appellat, dicit iniquam, vel iniuſtam ſñiam, ideoque probare debet, l. ei qui dicit. ff. de probat. ei incũbit, inquit Paulus, probatio qui dicit, non qui negat, & debet detegere ẽt iniquitatẽ, vel iniuſtitiã ſentẽtię, l. hi, qui ad ciuilia, C. de appellat. & ſequitur Vant. in tract. de nullit. proceſſ. tit. à quo & quibus mod. n. 21. verſi. & poſtmodũ eandẽ appellationẽ, & eſt tex. in §. illud in authẽ. de appell. & in l. ampliorẽ. C. eod. tit. de appella. notat Ale. in cõſ. 101. n. 3. verſ. quarta. vol. 2. & Dec. in c. cũ in eccleſ. n. 2. de appellat. & eſt alius tex. ĩ l. 1. ff. ſi tut. vel cur. appell. & ibi Bar. in princ. Guid. Pap. deciſ. 20. vbi diſtinguit Spec. in tit. de ſenten. §. fi. n. 17. verſ. ſed nunquid appellans, & ea ratione ſupra dictum fuit, appellantem debere probare ſiue dicere ſñiam
2 iniquam, vel iniuſtam, † quia appellãs debet potius loqui alternatiue, quam coniunctiue, nam non debet dicere ſñiam iniquam, & iniuſtam, quoniam poſſet ſibi eſſe contrarius, iniuſta
3 enim ſententia dicitur † quando iudex contra rigorem iuris iudicat, ſed iniqua, quã contra æquitatem, iniqua vero, & iniuſta, quã contra vtrumque. ſecundum glo. ord. Inſti. de iniur. in verb. iniuſtitia, nam ſi ſententia eſſet ſolum contra æquitatẽ, male diceretur iniuſta, & iniqua, & econtra, ſecundũ Cæpol.
4 in rubric. de teſta. col. 21. vbi dicit, † libellum concipi debere

caute

ſtute, id eſt, dico ſententiam iniquam, ſiue iniuſtam, & ita di-
cit ſeruari Bononiæ.

Primo amplia, etiam ſi vtraque pars proſequeretur appel-
lationem, & appellans diceret de iniuſtitia, vel de nullitate,
nempe quia ipſo non citato, vel non præcedente cauſæ cogni
tione, & iſtis ſimilibus condemnatus fuit: † quia tunc appel-
lanti incumbit onus probandi, & producendi copiam acto-
rum, ad oſtendendum quicquid ipſe dixerit, ita docuit Bar. in
l. 1. ff. ſi tut. vel curat. appel. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appell.
Capel. Toloſan. deciſ. 341. verſ. aut vtraque pars, & Guid. Pap.
quæſtio. 436. n. 8. verſ. quandoque vtraq; pars, & videtur ſen-
tire Papien. in for. appell. in verb. & in quantum, poſt num. 6.

6 Secundo amplia, imo etiam probat † eo ipſo, quod quid
contrarium non conſtat, ita tenet glo. fi. in l. hi, qui ad ciuilia,
in fin. C. de appell.

Contrarium tamen ſenſit Bart. reprobando huiuſmodi gl.
in l. 1. ff. ſi tutor, vel curat. appella.

Primo limitatur concluſio non procedere, quando appel-
latus vult appellationem ex aduerſo interpoſitam proſequi,
& declarari optime fuiſſe iudicatum, & male appellatum:
7 † quia tunc ei incumbit onus probandi, & producendi omnia
acta, & totum proceſſum: nec ſufficit producere partem illo-
rum actuum, & proceſſus, qui pro ipſo facit. ita voluit Vant.
de nullit. proceſſ. in verb. à quo vel quibus modis, nu. 21. ver-
ſic. ſi autem appellatus, vbi late, & atteſtatur de ſtylo, & ob-
ſeruantia Curiæ Romanæ.

Sublimita hanc limitationem nõ procedere in arbitrarijs,
8 in † his enim onus probandi incumbit ipſi appellãti, ita Abb.
in c. quoad conſultationem, nu. 18. de re iudic. & colligitur ex
notatis per Innoc. in c. ad petitionem, & ibi Dd. de accuſ. ad
quem ſe remittit Bar. in l. 2. ff. de re iud. vt refert Apoſtill. ad ip
ſum Bar. in d. l. hi, qui ad ciuilia, C. de appel. in verſ. debet pro
bare, in fi. & ſentit Papien. in prac. tit. de for. appel. in verb. &
quantum, poſt nu. 6. ibi, aut fuit appellatũ ab interlocutoria.

9 Secundo limita concluſionem non procedere, † quando a-
gitur de probatione directa, nempe de illa, quæ fit per teſtes,
vel per inſtrumenta: nam tunc in huiuſmodi cauſa appellatio
10 nis debet probare, cui in prima inſtantia † erat onus iniun-
ctum probandi, ſiue ſit appellans, ſiue appellatus: ita conclu-
dit Bar. in d. l. hi, qui ad ciuilia, per illum tex. C. de appel. & in
d. l. 1. ff. ſi tut. vel cur. appel. Guid. Pap. q. 436. poſt nu. 8. & Ca-
11 pell. Toloſa. deciſ. 341. verſi. quædam eſt probatio. † nam ap-
pellatione interpoſita omnia remanent in eodem ſtatu, vt in-
quit Bar. & Guid. Pap. vbi ſupra, & videtur ſentire Papienſ. in
d. tit. de for. appell. in verſi. & in quantum, & Abb. in c. quoad
conſultationem, nu. 18. de ſent. & re iudicat.

Tertio limita, vt non procedat concluſio, quando appellãs
12 habet intentionem ſuam fundatam in iure communi, † quia
tunc appellatus debet probare, propter præſumptionem iu-
ris, quæ transfert onus probandi in aduerſarium: ſecus in præ
ſumptione iudicis, quæ non transfert onus probandi, niſi in
ætate, l. de ætate, & ibi gl. ff. de minor. ita Bal. in addi. ad Spec.
tit. de appell. in 2. additio. incip. confeſſus in tormentis, mihi
col. 10. verſ. quæritur, quis debeat probare, ſi vero intẽtio ap-
pellati ſit fundata de iure communi: tunc appellatus debet
probare, l. hi qui ad ciuilia, & l. ciues, C. de appel. & dicit Bal.
13 vbi ſup. vbi etiam habes, † qñ neutra pars habet intentionem
fundatam de iure communi, quem per te poteris videre.

CONCLVSIO CXVI.

ARGVMENTVM.

*Appellans an, & quando probare debeat impedimentum proſe-
quendi appellationem, & quomodo probetur.*

SVMMARIA.

*1 Appellans impeditus proſequi appellationem, probare debet impedimentum, quare
non eſt proſequutus intra legitima tempora.*
2 Species impedimenti proſequendi appellationem ſunt ſex, quas vide remiſſiue.
3 Appellans quæ probare debeat vltra impedimentum.
*4 Appellans non faciens quantum in ſe eſt ad remouendum impedimentum proſequen
di non excuſatur. contrarium, ibid.*
*5 Appellans impeditus non tenetur probare impedimentum, quando notorium eſt,
omnem diligentiam fuiſſe irritam, & vanam.*
*6 Appellans impeditus ſi adeundo iudicem potuiſſet impedimentum remouere, & per
negligentiam illud omiſit, ſibi eſt aſcribendum maxime ſi facile impedimentum re-
mouere poſſet.*
*7 Appellans vltra impedimentum probare etiam debet proteſtationem factam, in
qua ipſum deducat, & proteſtetur per ſe non ſtare.*
*8 Ioan. de Imol. ſemel obtinuit in vna cauſa appellationis, in qua appellans impedi-
tus, non fuerat de impedimento proteſtatus.*
*9 Deciſ. Pedemont. abunde tractat materiam, quando proteſtatio de impedimento ap-
pellandi neceſſaria ſit, nec ne.*
10 In terris maritimis eſt conſuetudo, vt fiat proteſtatio de impedimento appellandi.
*11 Proteſtatio non eſt neceſſaria, ſi alio modo poteſt conſtare de impedimento appellan-
di, & potius eſt de conſilio quam de neceſſitate.*
*12 Proteſtatio de impedimento appellandi quando ſit neceſſaria, & quando non, vide
ibi per totum.*
*13 Impedimentum proſequendi appellationem probari poteſt per proprium iuramẽtum,
Contrarium, ibid.*
*14 Impedimento proſequendi appellationem non defertur iuramentum in ſupplemen-
tum etiam ſi impedimentum probatum ſit per vnum teſtem.*
15 Impedimentum quando & quomodo poſſit probari per iuramentum.
*16 Impedimentum ſi eſt difficilis probationis, probatur per iuramentum, etiam quan-
do tractatur de magno præiudicio.*
17 Iuramentum non eſt deferendum ſemel periuro, nec ei credendum.
*18 Leuatus onere ſatiſdandi propter cautionem iuratoriam, ſi ſemel fuerit periurus,
nunquam poſtea leuabitur illo onere per dictam cautionem.*
*19 Iuramentum pro probatione impedimenti non defertur, quando agitur de magno
præiudicio tertij.*
20 Iuramentum non defertur illi qui ſemel iurauit ſuper eodem facto.
21 Contrarium iuramenti probari poteſt.

RECenſuimus nuper probationes, quæ ab appellante, cui
ad appellationem proſequendam nihil eſt impedimen-
to, ſunt afferendæ, videamus nũc quid ab eo ſit probandum,
qui impeditus eſt quo minus appellationem proſequatur.

1 Appellanti impedito proſequi appellationem, † probandũ
eſt impedimentũ, cur non ſit proſequutus intra legitima tpa,
tex. eſt in c. ex rõe, & ibi ſcriben. de appell. & in l. fi. §. illud, C.
de temp. appel. & in l. qui commeatus, ff. de re milit. & ibi Bar.
& tenet Alex. in conſ. 82. n. 10 vol. 3. & conſ. 79. nu. 2. vol. 7. &
Dec. conſil. 677. verſic. ſed breuiter. quos ẽt refert, & ſequitur
Hercul. de probã. negat. poſt n. 25. verſi. 3. infertur, & verſ. 36.
Soc. iun in conſ. 76. nu. 80. cum ſeq. lib. 1. & late per Crauet. in
in conſi. 240. per totum, & in conſi. 270. verſi. circa ſecundum
dubium, per totum, Pariſ. conſi. 108. n. 11. vol. 4. cuius quidem
2 impedimenti † ſex ſunt ſpecies, quas late proſequitur Abb. &
Imol. in d. c. ex ratione, nu. 3. & ſeq. poſt Inn. ac alios, quos al-
legant, prout etiam dicit Cach. in deciſ. Pedemont. 12. nu. 11.

Primo amplia, vt nedum debeat probare impedimentum
huiuſmodi, ſed etiam diligentiam, & conatum ad illud tollen
3 dum. adeo † ſi illud non obſtitiſſet, proſequutus fuiſſet intra
tempora appellationem, per tex. in c. in præſentia, de probat.
& in l. qui commeatus, & ibi Bart. ff. de re milit. Alex. in conſil.
49. n. 5. vol. 2. Philip. Franc. in c. cupientes, §. quod ſi per vigin
ti. in princip. de elect. in 6. Fel. in c. ex tranſmiſſa. nu. 2. de præ-
ſcrip. Dec. in conſ. 454. nu. 6. & in conſ. 552. nu. 6. & in d. ca. ex
ratione. nu. 19. de appell. vbi examinat, & diſtinguit articulũ,
& ibi verſ. ſed tamen, atteſtatur de communi opinione, & Iaſ.
in l. properandũ, §. pen. nu. 4 verſ. 6. adde. C. de iudic. & Balb.
in tract. de præſcrip. in 2. p. 6. o. princ. nu. 6. verſ. ex quo infer-
tur, & Alex. in l. 2. §. quod diximus, nu. 6. ff. ſi quis caut. Crau.
in conſi. 151. nu. 22. vbi multis in locis alleg. Corn. & ex con-
geſtis per Vant. in tract. de nullit. proceſſ. tit. ex defectu iuris
ord. nu. 166. verſi. & erit. Pariſ. in conſ. 34 nu. 19. lib. 1. & vide
4 Afflict. deciſ. 50. & Boer. deciſ. 40. Ratio eſt, † quia non faciens
quantum in ſe eſt ad remouendum impedimentum, non pur-
gatur, quia videtur, & præſumitur ipſum affectare, prout ele-
ganter inquit Iacob. de Aren. & Bal. in l. quibus diebus, ff. de
cond. & demõ. arg. l. fi. C. ne ſanc. bapt. cum alijs adductis per
Io. de Amicis, in conſil. 6. num. 22.

In contrariam tamen deſcendit ſententiam Fulgo. in d. l. 2.
§. quod diximus. n. 2. verſ. ego autem, & ibi Paul. Caſtren. per
l. fi. poſt prin. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeruet. vt refert, reijcit,
& improbat Alex. in d. §. quod diximus.

Hos inter ſe concilies, vt diſtinxit Dec. in d. c. ex ratione,
col. pen. verſ. pro reſolutione. de cuius diſtinctione agemus
in concluſione, impedimentum.

5 Limita primam opinionem, vt non procedat † quando om-
nibus apertiſſimum eſſet, omnem diligentiam fuiſſe irritam,
& inané, vt per Dd. in c. ex tranſmiſſa. de præſcr. & Nic. Boer.
deciſ. 40. n. 7. & ſequitur Contard. in l. diffamari. in limitatio-
nib. nu. 117. C. de ingen. & manumiſſ.

Secũdo limita, vt procedat quoad impeditus potuiſſet ad-
6 eundo iudicem auferre impedimentum † & per incuriam
neglexit illud remouere, tunc illi eſt aſcribendum, vt plene
per Feli. in c. ex tranſmiſſa. col. 1. de præſcrip. Contard. qui a-
lios

Digitized by Google

lios citat in d.l.diffamari.in limit.n.119.intellige illud proce
dere,dummodo impedimentum facile amoueri poſſet,vt vi-
tia præfatos ſentit Deci. in cap. in nomine Domini, in 5. no-
tab.de teſtibus.Socin.iun.in conſ.76.nu.81.lib.1.Gomez. ſu-
per regul.cancell.de triennali poſſeſſ.quæſtion.71.
Secundo amplia,vt nedum debeat probare impedimentũ,
7 ſed † & proteſtationem factam,vel coram iudice,vel notario,
in qua deducere debet tale impedimentum, & proteſtari per
ſe non ſtare,ita voluit Alex.in conſilio 104. n.5.& 6.volum.2.
& in conſilio 114. n.3.& 4.vol.5.& eſt gl.in cap.cnpientes. §.
quod ſi per viginti.in verb. propoſita.& ibi Ioa. de Imol.vbi
9 refert ſemel obtinuiſſe in vna cauſa appellationis, † in qua ap
pellans non fuerat proteſtatus de eius impedimento, quem
refert Alex.ſupra allegato conſ.164. & 114.& Iaſo.in l.11 §.
quod diximus,n.7.ff.ſi quis caut.& eſt glo.in c.fin. de appell.
notat etiam Cacheran. deciſion. Pedemontan.12.num.7. vbi
abunde tractat materiam,quando proteſtatio † neceſſaria ſit,
necne.& Soc.iun.in conſ.104.nu.26.volum.3.
Contrarius tamen huic opinioni fuit Bart.in d.l.2.§. quod
diximus,nam vbi tantummodo dicit, in terris maritimis con
10 ſueuiſſe,vt talis proteſtatio fiat, † nec infert, propterea eſſe
neceſſariam,quod optime animaduertit Iaſo.ibidem no.7.&
prius expendit Franc.de Aret.in conſ.162.incipien.verũ eſt,
& idem Alex.ibidem n.7.vbi voluit, quod ſi alio modo, quã
11 per proteſtationem poſſet conſtare de impedimẽto † non eſ-
ſe neceſſariam huiuſmodi proteſtationem, & ab iſta opinio-
ne ſtat Abb in c.plerumque,de reſcript. & in c.ex tranſmiſſa,
de præſcript.& Pau.Caſtr.conſ.21.incip.in cauſa detentionis,
col.6.& tradit etiam Alex.in l.qui in aliena.§.1.col.3.ff.de ac-
quir.hæredit.quod quidem magis ad conſilium,quam ad ne-
ceſſitatem ſpectat, vt monuit Bar.in l.2.§.dies,ff.qñ appell.ſit.
col 7.verſ.itẽ fallunt, & nouiſſime tenuerunt Domini de Rot.
vt refert Veral.deciſ.126.lib.1.nondũ typis traditæ,vbi volue
runt,ſatis eſſe, ſi conſtat de impedimento ẽt ſine proteſtatio-
ne,& ita alias tenuiſſe eandem Rot.in vna Hiſpalen. Schola-
ſtriæ de menſe Octobris 1533.refert & ſequitur Ludouic.Go-
mez.in ſuis cõmentar.ad regul. cancell.regul. de annali poſ-
ſeſſore.quæſt.76.n.2.in quo loco affirmat, quod pendente in
auditorio Rotæ articul.pſenti in cauſa proxime relata, eo ad
longum diſcuſſo negotio, tandẽ Dd.voluiſſe non eſſe neceſſa
riam proteſtationẽ,& ſufficere aliunde probare impedimen-
tum, & hãc opinionem ſequuti fuere Dd. prædicti tamquam
æquitati magis proximã:quia Rotæ ſufficit conſtare de impe
dimento legitimo abſq; alia proteſtatione,quę proteſtatio id
circo inducta fuit: vt cõſtaret per iudicẽ extitiſſe,quo minus
appellãs proſequeretur cauſam; qui quidem effectus optime
haberi poteſt per legitimas probationes,ſicut & per ipsã pro-
teſtationẽ,ideo potius videtur id bene eſſe pro faciliori pba
tione,q̃ neceſſaria,vt per eundẽ Gomez.loco ſupra citato in
fine.allegat.tradita per Dec.in l.in omnib.cauſis, la 2.n.10.ff.
de regul.iur.& facit, quia vbi habetur finis ad quẽ inducta eſt
proteſtatio,ſine ipſo ſeruato,& cõſequuto, nõ curatur de ea,
arg.Clem.cãm,de elect.vbi licet pro forma in caſu illius tex.
requiratur intimatio:tñ vbi pars haberet notitiã negotij: q̃a
ad illũ finem introducta fuit intimatio,ſufficit:vt ibi dicitur,
& facit tex.in l.ſi mater.de inſtit.& ſubſtit.vbi in his,quæ re-
quiruntur pro forma,non refert,quid ex æquipollentib. fiat.
Sic inter ſe has opiniones cõciliare poteris:nã aut impedi
12 mentum eſt facto iudicis,& tũc procedit prima opinio: † q̃a
tunc debet appellatus ꝓteſtari,aut facto ipſius appellãtis:&
tũc non eſt neceſſaria ꝓteſtatio:ita voluit Afflict.deciſ.50.n.
10.Cõrard.q̃ allegat idẽ ſentiẽtes in l. diffamari.in limitat.n.
119.C.de ingen.& manu.& voluerũt Imol.in c.fi.de appel.&
Peruſ.in c.ex ratione,col.6.verſ.ſed dubitatur, eo.tit.quos ẽt
ſequitur Dec.in d.cap.fi.n.6.verſ.& quod dictũ eſt,aut ẽt im-
pedimentũ prouenit à caſu fortuito:& tũc ẽt non eſt neceſſa
ria proteſtatio.Pariſ.conſ.32.n.20.lib.1.Boer.deciſ.40. Iaſ.&
Ale.in l.de pupillo.§.ſi q̃s ipſi prætori.ff. de noui.operis nun-
ciat. ita Imol.in d.c.fi.& Card.Alex.quos refert Rip.in tract.
de peſt.in 2. par.2.partis principalis,dub.6.verſ. ſed Io.de I-
mol.in ſeq.qui conſtituit ibi regulã, proteſtatione no eſſe ne
ceſſariam,ſiue impedimentũ proueniat facto iudicis, ſiue fa-
cto appellantis,aut caſu fortuito,per ibi adducta,quæ regula
eo magis procedit,qñ impedimentũ eſt clarum, nam tunc nõ
erit neceſſaria proteſtatio,ita intelligit Afflict. d.deciſio.50,
nu.5.& ita conſuluiſſe Paul.Caſtren.conſi.286. incipien. viſis
his,quæ ſuperius,& videtur ſentire Alex.in d.l.2.§.quod dixi
mus,& refert idẽ Rip.vbi ſupra,& ibi ẽt ponit tres limitatio-
nes ad ipſius regulam,quas per te vide, & tenuit Boer. dicta
deciſione 40.n.7.Verum contra Afflict.in deciſione quinqua-
geſima,& alios eiuſdem ſnīæ tenet Cæſar Vrſillus in addit ad
d.deciſ.in quo loco reprehendit eundem Afflictum & retor-
quet ab eo allegata contra ipſum & præcipue Alex.in d.l.pro
perandum,§.ſin autem,vbi totum contrariũ dixit,ibique Vr-
ſillus atteſtatur communẽ * opinionem eſſe,quod requiratur
proteſtatio,& ad hoc quamplura ibidem congeſſit,& de * cõ-
muni ẽt cõſtat ex his quæ tradit Tiraquell.in tract.de retract.
lignagier.§.9.gl.3.& vltim.n.9. cum ſeq.& vide latius Deciũ
in conſ.357. in cauſa Dominæ Mariæ,vbi nõnullas tradit limi
tationes,in quibus non requiritur proteſtatio, & maxime qñ
notorie apparet ex actis de impedimento, & per Crauet. in
conſ.131.neminem exiſtimare,nu.22.& in conſ.179.in cauſa
appellationis,n.9.& conſ.182. videtur qood iudiciũ iudicis:
n.15.in quibus locis ſcriptum reliquit, quo pacto etiam ꝓba-
ri debeat impedimentũ,& inter alia adnotat ibi probari de-
bere ab eo, qui ſe fundat in impedimento, de quo etiam per
Corn.in conſ.109.1.aſpectu,litera A.vol.2.vbi ait,multa de-
bere facere impeditum,ne pęnam incurrat,quæ etiam ponit
Dec.in conſi.454.iuridicam eſſe arbitror.nu 6. & latius infra
ſuo loco in couclusione,impedimentum,dicemus.
13 Intellige quoad cõcluſionem, † vt poſſit probare huiuſmo-
di impedimẽtum per proprium iuramentũ,iuxta ſnīam Spec.
in tit.de appell.§.nunc breuiter,n.6.verſi.quid ſi ergo,& de-
clarat Caſſan.in conſuetud.Burgund.rubr.4.§.20.ſol.189.n.1.
cum ſeq.verſi.de hoc impedim.Iaſ.in d.l.properandum,§.ſin
aũt vterque.1.col.C.de iudic.vbi plene de intelligentia gl.c.
cupiẽtes,§.quod ſi per viginti,in verb.propoſitum,& Feder.
de Scu.in conſ.114.incip.ſuper puncto,verſ.& quod ad pro-
bandum,refert Spec.Abb.& * omnes ſcribentes ibi in cap.ex
rõe,nu.11.de appell.& idem voluit gl.in c.cum olim. de pri-
uileg.& in l.fi.C.de fid inſtrum & facit tex.in c.ſtatutum,§.1.
verſ.iuramẽ.de reſcript.in 6.& c.q̃a pp de elect & c.1.22.q.1.
& Oldrad.conſil.60.incip.eſt tempus, col.fi.verſic. qualiter,
Guid.Pap.in tractat.de appellat.nu.61.q.99.& deciſ.205.per
totum. Rot.deciſ.155. id eſt addit.2.incipien. ſed pone. in fi.
in nou.& deciſ.858.dominus Papa,col.pen.& deciſ.303.no-
ta quod vbi aliquis dicit ſe impeditum,in antiquis,Guid.Pa-
pa deciſ.436.num.27.addit ad qu.Capell.Toloſan.q.44.item
fuit quæſitum, ſi appellandi, in fi. ſequitur Felin. in cap.per-
ſonas,col.2.in fi.de appellat.
Contrarium tamen ſenſere Philip.Franc.in c.cupientes, §.
quod ſi per viginti,nu.7.de electiõ.& Abb. in d.c.ex ratio-
ne,nu.11.cum ſeq Pariſ.conſi.108.nu.11.vol.4. Alex.in l.2.§.
quod diximus, & uidetur text. apertiſſimus in l.fi.§.illud, C.
de temp.appell.ibi,euidentiſſ.probationibus.
Amplia iſtam ſecundam opinionem uſque eo procedere,
14 ut † etiam ſi huiuſmodi impedimẽtum fuiſſet probatum per
unum teſtem,non deferatur iuramentum, in ſupplementum:
ita inquit Gigas in addit.ad Dec.in d.c.ex ratione, nu.6.uerſ.
perſonæ,de appel.& refert ita tenuiſſe Iaſ.in l.admonendi,in
repetit.nu.10.uerſ.2.infertur,ff.de iureiur.idem uoluit Guid.
de Suzar.in auth.ei qui.in fi.C.de temp.appell.
Concilies inter ſe huiuſmodi opiniones, & dicas, quod ſi
15 impedimentum non poſſit probari per teſtes, † quia difficili-
mum ſit,poterit probari per iuramentum,dummodo non aga
tur de magno præiudicio, & homo ſit integer, & frugi. per
l.theſaurus, ff.ad exhibend.& l.fi.C.de fid.inſtrument.& ſen-
tit Abb.in d.cap.ex ratione, nume.11. uerſic. ſed aduerte. &
Philip.Franc.in d.c.cupientes,§.quod ſi per uiginti, nume.7.
Iaſ.in d.§. quod diximus, num.2. uerſic. ſi uero impedimen-
tum, ſecus ſi eſſet facilis probatio per teſtes: ut idem Iaſ. ubi
ſupra, & dixit expreſſe Rot.deciſ.155. ſi arctus terminus, in
ultim.addit.uerſi.ſed dubitatur,in nou.& deciſ.858. Domin.
Pap.col.pen.uerſi.ſed cum procurator.in antiq.
16 Amplia iſtam re conciliationem,ut procedat † etiam,quan
do agitur de magno præiudicio,ſi impedimentum ſit difficі-
lis probationis, ut Bal.reſpondit in conſilio 308.lib.4.Signo.
de Homod. conſilio 19.column.3. Boer.qui alios citat. deci-
ſione 294.num.16.
Dum igitur ſequimur priorem opinionem tamquam com-
munem

Digitized by Google

munem * ex allegatis,& vt atteſtatur Gigas in addit.ad Dec. in d.c.ex ratione,de appel.nu.16.verſ.perſonæ, in fi.

Primo limita non procedere in eo,qui ſemel fuit perinrus,
17 quia † ei non erit credendum,nec deferendum iuramentum, ita limitat idem Gigas vbi ſup.per tex.ſing.in c.paruuli,22.q. 5.& tenet Alex.poſt Rom.in d.l.2.§.quod diximus,n.4.& Iaſ. ibid.nu.3.& faciunt norata per Boer.dec.394.nu.19.cũ alleg. ibi per eum,& facit notab.dict.Bal.in auth.ei qui iurar,C.de bon.auct.iud.poſſ.quo in loco ſcriptum teliquit, quod ſi quis
18 fuerit leuatus onere ſatiſdandi propter cautionem inratoriã, ſi ſemel fuerit periurus,nunquam poſtea leuaturum onere ſatiſdandi per cautionem inratoriam,quod & commẽdat Contard.in terminis iſtius limita.nu.123.Quinimò tequiritur ſecundum eundem Contard.ibid.vt ſit vir honeſtus,nec ſuſpectus,conueniatq; allegatum impedimentum ex qualitate facti,vt per Hipp.in l.1.nu.35.ff.de quæſt.Soc.iun. conſ.29. nu. 14.lib.1.Boer.d.dec.394.nu.16.

19 Limita,vt locnm non habeat, † quando agitur de magno præiudicio tertij,vt ſi tractaret de priuatione iuris alterius, quia tunc non defertur iuramentum per probatione impedimenti,vt conſuluit Card.Par.conſ.108.nu. 11.lib.4. Gomez. Reg.Cancel.de trien.poſſeſſ.q.57.

Sublimita hanc limitationem, niſi impedimentum difficile poſſet probari,Bald.conſ.308.lib.4.Signot.de Homod.conſi. 19.col.3.Abb.in conſ.64.Io.And.in addit ad Spec.tit. de appel.§.nunc breuiter,ver.quid ergo,Bar.in extrauag.ad reprimendum,verb.ſummarie,ver. quomodo cognoſcemus,Boer. qui alios citat deciſ.394.ſub nu.16. & ſequitur Coutard. in l. diffamari,in limit.nu.121.in fi.

20 Secundo limita non procedere in eo † qui ſemel iurauit ſuper eodem facto, quia amplius ei non defertur iuramentum, ſacramentalis enim probatio nõ niſi ſemel admittitur,ita monuere Alex.Iaſ.& quos ipſi alleg.vbi ſup.i d.§.quod diximus. ibiq; Bal.& Ang.& eſt tex.in l.fi.ff.de bon.auth.iud.poſſ.Pau. de Caſt.& Ang.in l.veluti,§.fi.ff.de eden.Marc. Ant. Bauer.in tract.de virt.iuram.nu.65.& ſequitur Contar. vbi ſup.n.137.

21 Tertio limita,& intelligas,vt † poſſit etiam probari cõtrarium,ita decuit Tiraq.de vtroque retract.§.4.gl.1.num.7. per doctr.Inn.in c.quia propter,col.pen.de elec. Iaſ.in §.ſed iſte, nu.14.Inſtit.de act.Contard.loco ſupracitato,nu.127.plurib in præſentia non explicabimus,cum ſuis in locis hæc declaraturi ſumus in concluſione,impedimentum, vbi late.

CONCLVSIO CXVII.

ARGVMENTVM.

Appellatio an & quando deſerta præſumatur, & appellationis renunciatio, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Appellatio deſerta non præſumitur,& quare in dubio iudex pronunciare debeat pro non derelictione.*
2 *Validitati fauendum ratione dubitationis,& pro ea interpretatio capienda aduerſus nullitatem.*
3 *In pronunciando ſuper derelictione non perit ius alicuius partis,ſed remanet incolume.*
4 *Appellans in dubio non præſumitur appellationem ſuam deſerere,nec ei renunciare.*
5 *Caſus ex quibus deſertio appellationis probatur,deſcribuntur.*
6 *Appellationis cauſa deſerta dicitur,ſi tranſacto anno non eſt in ea proceſſum.*
7 *Appellationis cauſa quando non dicatur deſerta per lapſum anni.*
8 *Appellans habet biennium ad proſequendum appellationem, ſi aliquid facit infra annum.*
9 *Appellatio deſerta eſt poſt lapſum primi anni,ſi nullum obſtet impedimentum.contrarium.nu.10.*
10 *Sententia non confirmatur,niſi poſt lapſum bienny.*
11 *Impedimenta in dubium reuocant,an appellatio ſit deſerta.*
12 *Argumentum à poſſibili per aliud poſſibile tollitur.*
13 *Appellatio melius eſt, vt non cenſeatur deſerta, ſicut in dubio deſerta non præſumitur.*
14 *Appellatio deſerta dicitur lapſo termino dato ad ſe præſentandum coram iudice ad quem.*
15 *Appellatio deſerta eſt ſecundum conſtitutionem Regni, ſi intra quinquaginta dies non præſentatur proceſſus.*
16 *Appellatio deſerta non dicitur,ſi appellãs ſe præſentat coram conſilio Principis, licet id non agat coram iudice appellationis in termino ei aſſignato.*
17 *Appellatio cenſetur deſerta,quando appellans monitus à iudice certa die, & hora, non comparet in eodem tempore ad recipiendum apoſtolos.*
18 *Appellans licet non inueniat iudicem,nec poſſit apoſtolos habere, tamen omnem debet adhibere diligentiam.*
19 *Secunda appellatio non obſtat,quin appellatio deſerta dicatur,quando appellans nõ comparet die præfixa ad recipiendum apoſtolos.*
20 *Appellatio non cenſetur deſerta propter prorogationem termini, licet in eo appellans non compareat.*
21 *Terminus ad proſequendum appellationem licet ſit annus, tamen per iudicem ab ipſo detrahi aliquid poteſt.*
22 *Appellatio deſerta remanet, ſi intra terminum præfixum à iudice non proſequitur.*
23 *Quartus caſus deſertionis appellationis, de quo in concluſione, tripliciter limitatur.*
24 *Appellatio non habetur deſerta, quando appellans arripit iter ad iudicem ad quẽ.*
25 *Arreptio itineris ad iudicem quando non ſufficiat.*
26 *Appellatio deſerta cenſetur,quando appellans apoſtolos non petyt.*
27 *Appellatio deſerta redditur,ſi per appellantem ſtat,quo minus omnia litis certamina compleantur,& cauſa ad finem perducatur.*
28 *Renunciatio appellationis,quomodo probetur.*
29 *Renunciatio appellationis non probatur,ſi appellans proteſtatur executionem ſententiæ non petiiſſe animo renunciandi.*
30 *Renunciatio appellationis inducitur per actum contrarium appellationi.*
31 *Renunciatio appellationis non inducitur,ſi id,quod facit appellans proteſtationi contrarium,non acceptatur à parte.*
32 *Renunciatio appellationis generaliter probatur per aditionem ad iudicem à quo.*
33 *Appellans non renunciat appellationi,quãdo agit coram iudice à quo ad impugnandum geſta per eundem.*

1 APpellationem deſertam non præſumi † imò in dubio iudicem debere pronunciare pro non derelictione, docte pronunciauit Pau.de Caſt.in l.1.per illum tex. ff.ſi quis caut. quem omnes * ſequuntur, vt ibi Alex.num.21.quorum auctoritati ſubſcripſit Iaſ.num.17.& in auth.ad hæc, nume.3.C.de iud.ex eodem fonte manat,quod voluit Caſſad. deciſ.4. in fi. de appellat.& deciſ.9.num.10.eod tit.vbi atteſtatur ſuo tempore ſemper * Rot.in hanc deſcendiſſe ſententiam,cui aſtipulatur Vant.de nullit.proceſſ.tit.quib.mod.ſenten. null. repar. nu.128.Hieron.Gigas idem ſcripſit in tract.de penſ.q.95.nu. 2.nec alio reſpexit,quod conſuluit Pariſ.conſ.124.in fi.vol.1. eiuſdem notæ eſt quod tradidit Cephal.in conſ.77. num. 25. vol.1.ad hæc facit,quod dicit Rim.ſen.in conſ.90.n.17.uol.1. conſimilem vim habet illud Grat.in conſ.163.nu.12.vol.2.& hanc opinionem confirmat Ioan.Bapt.Ferret.in conſ.98.n.6. huc vergit plurib.in locis Dec. conſ.87.nu.7. & conſ.445.nu. 45.& conſ.677.nu.1.nec minus adiuuat,quod reſpondit Soc. iun.conſ.3.nu.49. vol.2. cui conuenit doctrina Felin. in c. ſignificauerunt,num.1.de teſt.nam ratione dubitationis eſt fauendum validitati,& pro ea aduerſus nullitatem capiẽda in-
2 terpretatio,l.ſi pars,ff.de inoff.teſt.l.inter.in fi.l.quoties,ff.de reb.dub.& per alia quæ congerit Vant.de nullit.proceſſ.in t. rubr.num.24.item quia in pronunciando † non perit ius ali-
3 cuius † partis,ſed remanet incolume,ita Pariſ. conſil.115. in princ.vol.1.& Marant.in ſua pract.in tit.de appel. num. 397. q.8 & Fab.dec.Rot.59.in fi.lib.2.nondum typis traditæ,præ-
4 terea † quia appellans in dubio non præſumitur ſuam appellationem deſerere,eique renunciare,vt Rot.dec.63.circa fin. de appel.in nouis,alias 476.

5 Permulti autem ſunt caſus,† ex quibus derelictio appellationis probatur,quorum nonnullos hic ſubiungere non grauabimur.

Primus eſt,quando ex inſpectione actorum apparet intra
6 annum non eſſe proceſſum in cauſa appellationis,† nam tunc tranſacto anno dicitur cauſa deſerta,per textum,in authen.ei qui appellat.C.de temp.appell.in cap. perſonas, & in c.cum ſit Romana,de appel.& voluit Bal.in l.ſi contra. in verſic. ſed qualiter probatur,& ibi Guid.de Suzar.C.de app.nec diſſenſit ab hoc Maran.in ſua pract.tit.de app.in q.3.prin.verſi.ſequitur modo videre,nu.217. vbi late examinat iſtum articulum,& Alex.de Neuo cauit in conſ.6.nu.17.

7 Limita tamen non procedere,† quando in illo primo anno per appellantem cauſa fuiſſet commiſſa,& citata pars, & inhibitum,quia etiam tranſacto anno cauſa huiuſmodi non dr̃ deſerta,ſecundum Dominos de Rota,vt per Anchar. dec.11. nondum typis traditæ, & videtur ſentire alio in loco Rot. ut refert Pelegr.deciſione prima,lib.2.vbi inquit appellantem,
8 ſi † aliquid faciat infra annum, habere biennium ad proſequendum appellationem,nec dici appellationem deſertam, Cachetan.tamen in deciſione Pedemon.28.num.1.ſeq. vbi late inſiſtit ſuper veritate iſtius limitationis, tenet, appellatio-
9 nem eſſe deſertam lapſo primo anno, † ſi nihil impedimento fuerit:quoniam alius annus non datur niſi propter impedimentum,vt per Capel.Tholoſ. in q. 244. Contrarium tamen dicit ſentire Bar.in auth.ei qui,in fi.C.de temp.appellat. vbi dicit,

10 dicit,† lapſo primo anno ſententiam non confirmari, niſi elapſo biennio, quem ſequitur Bal. in l. eos, col. 2. verſ. ſcias tamē.
11 C. de appel. dicens rationē eſſe, quia impedimenta ante biennium obſtare potuerunt, quæ cum in facto conſiſtant, in dubio eſt, an appellatio ſit deſerta. Secundo, quia licet argumen
12 tum à poſſibili † per aliud poſſibile tollatur, attamen in dubio interpretatio fit in meliorem partem, ſed melior pars eſt:
13 vt appellatio non cenſeatur deſerta: vt in dubio † deſerta nō præſumitur, ergo præſumptio huiuſmodi ſumenda eſt: vt obſiſtere potuerint impedimenta in primo anno. Dicit tamen Cacher. communem **magis eſſe priorem opinionem: & omnia contraria refellit,

Secundus caſus, quando præterijt terminus circūſcriptus
14 ad ſe ſiſtendum coram iudice, ad quem: † quia iſto tranſacto dicitur deſerta appellatio per c. perſonas, & c. ſæpe, de appel, & per l. a. §. fi. C. de temp. app. & not. Bal. & Dd. in l. ſi præſes, verſ. pone iudex à quo. C. de app. & Mat. Matheſ. ſing. 21. īcip. not. practicam, ver. 3. & ſecundum conſtitutionē Regni, ſi in-
15 tra quinquaginta dies non præſentauit proceſſum,† perinde eſt, ac ſi appellatum non fuiſſet, & ſic deſerta: vt inquit Afflic. dec. 175. in prin. & in conſt. Reg lib. 2. de app. nu. 20. & refert etiam Maran. in ſua pract. tit, de app. poſt nu. 217. verſ. Regni eſt aditum.

Limita tamen iſtum caſum non procedere, ſi appellans dediſſet ſe in conſpectum conſilio, quod Principis perſonam re-
16 fert, & fuerit proteſtatus: † quia tunc appellatio non dicetur deſerta, licet in termino ſibi aſſignato coram iudice appellationis ſui copiam non fecerit, iuxta ſententiam Bar & aliorū in d. l. ſi præſes, C. de app. & Rim. ſen. in conſ. 364. n. 11. vol. 2.

Tertius caſus eſt, quando index à quo monet appellantem ad certam diem, & horam ad recipiendum apoſtolos, appel-
17 lans autem illa hora non comparet, licet ante, vel poſt, † nam tunc cenſetur & habetur appellatio pro deſerta, arg. clem. 2. §. verum, de app. vbi Card. quē tex. recitat pro ſingulari Mat. Matheſ. ſing. 21. incip. not. practicam, idem etiam tenet Boer. in conſ. 43. nu. 3. & Soc. iun. vbi late in conſ. 31. nu. 1. vol. 1.

Amplia etiam ſi iudex tali hora ſtatuta non profectus fuiſ-
18 ſet ad locum, † quia ſi veniſſet appellans non potuiſſet apoſtolos habere, tamen debet omnem adhibere diligentiam, illam enim conſiderat lex, non ipſius iudicis, ita refert pro mirabili Maran. in ſua pract. in tit. de app. q. 8. princ. nu. 409. verſic. ſextus caſus,

Secundo amplia, etiam ſi appellaſſet die latæ ſententiæ, & iudex eadem die detuliſſet appellationi, & præſcripſit terminum ad recipiendum apoſtolos, & poſtea etiam intra decem
19 dies iterum appellaſſet, quia † ſi non venerit illa die iam ſtatuta, appellatio dicetur deſerta, nec obſtabit ſecunda appellatio, ita ampliat apoſt. ad alleg. ſing. Matheſ. refert Fel. in d. c. pſonas, n. 1. verſ. ampl. & Rot. dec. 23. de app. nu. 8. in antiquor.

Limita nō procedere, quando iudex prorogauit terminū,
20 & † in illo termino appellans ſui copiam nō fecit, quia ex eo non cenſetur deſerta appellatio, ſufficit enim petijſſe bis in primo termino, ita fuit deciſ. per Dom. de Rot. dec. 57. de appel. in no. alias 460. nu. 2. ſi auditor appellanti.

Quartus caſus, quando iudex ſtatuit terminum ad proſe-
21 quendum appellationem,† quod facere potuit, nam licet de iure habeat annum, tñ poteſt ab illo tempore detrahi per iudicem à quo, c. perſonas, & c. cum ſit Romana, & ſim. de app.
22 ideoq; ſi intra illum terminum præfixum à iudice † non proſequitur, appellatio deſerta cenſetur, ita per plura Mar. in ſua pract. tit. de app. q. 8. prin. nu. 401. & in q. 2. prin. verſic. 21. limita & iſtum quartum caſum tamen limitat ipſe Marant. tri-
23 pliciter † nempe. Primo non procedere in perſona, quæ poteſt petere reſtitutionem in integrum.

Secundo, quando non ex illius negligentia, ſed iudicis, vel à ſecretis, ſiue auditoris facto.

Tertio in beneficialibus, in quibus etiam ſi iudex ſtatuiſſet terminum, tamen illo tranſacto non dicitur deſerta appellatio, ſed neceſſe eſt, vt etiam elabatur terminus iuris, vt ibi per eum.

24 Limita tum, & quarto,† vt ſufficiat, vt arripiat iter ad iudicem ad quem etiam alio non facto, ita loquitur Abb. in c. cum cauſa. per illum tex. de re iud. & Spec. §. nunc breuiter, verſic. quid ſi pars, de app. & refert Fel. in c. perſonas, poſt nu. 1. ver. circa terminū. & tenuit Rot. dec. 20. de appe. in antiquior. In-
25 tellige tamen † vbi non eſſet præſcripta certa dies ad ſe ſiſtendum apoſtolico conſpectui, quia tunc non ſufficeret arreptio itineris, vt per ipſam dec. 20.

26 Quintus caſus eſt, † quando appellans apoſtolos non petijt, quia tunc cenſetur appellatio deſerta: vt in l. eos, §. apoſtolos, C. de appel. vbi Bar. Inn. in c. 1. eo. tit: & Gram. in conſ. 109. num. 15. in ciuil.

27 Tādem appellatio deſerta exiſtimatur, ſi † per appellantē ſteterit, quominus omnia litis certamina ad exitum perducantur, & cauſa optatum finem cōſequatur, ſecūdum Cacher. in dec. Pedemon. 12. nu. 5.

Alios recenſet caſus Marant. vbi ſupra, qui vnicuique ſunt obuij.

28 Renunciatio vero appellationis probatur,† ſi appellans petijt ſententiam, à qua appellauit, executioni mandari coram iudice à quo, vt in l. à ſolutionem, C. de re iud. & in c. ſolicitudinem. in fi. ext. de app. & no. Bar. in conſ. 150. nu. 2. & Roma. in conſ. 9. per totum.

29 Limita tamen non procedere, † ſi appellans fuerit proteſtatus, ſe illam executionem nō poſtulaſſe animo renūciandi appellationi, vt reſpondet Bar. in d. conſ. 180. per text. in d. c. ſolicitudinem, in fi.

30 Secundo fit renūciatio appellationis, † ſi appellās aliquid moliatur, quod aduerſetur appellationi, & qui ibi jpſi cōtrarius ſit, vt not Dd. in c. cum veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſ. & Rim. ſen. conſ. 364. nu. 1. vol. 2.

Limita tamen nō procedere, ſi id, quod facit appellans cō-
31 trariū proteſtationi,† nō acceptetur à parte præſente, vt not. Ant. in c. gratum, de off. deleg. vel ei pars aduerſa non repugnaret, vt not. Ang. in l. nihil, §. filius, ff. de inoff. teſt. & Butr. in c. quæſt. de app.

Et vt vno verbo me expediam, in vniuerſum probatur re-
32 nunciatio appellationis,† per aditionem ad iudicem à quo, ſecundum Aneh. in conſ. 6. nu. 3.

Limita tamen, vt non procedat, quotieſcunq; appellans ageret coram iudice à quo ad impugnandum geſta per eundē
33 iudicem, quod docuit gl. or in c. ſi à iudice, in verb. teneris, de app. in 6. & Gozad. in conſ. 18. nu. 9.

CONCLVSIO CXVIII.

ARGVMENTVM.

An & quomodo non probata in cauſa principali, probari poſſint in cauſa appellationis.

SVMMARIA.

1 *Non probata in cauſa principali, probari poſſunt in cauſa appellationis.*
2 *Lex per hanc, C. de temp. appel. vocatur per Cyn. lilium inter ſpinas.*
3 *Mandatum non probatum plenum in prima cauſa, poteſt probari in cauſa appellationis.*
4 *Idem dicitur de alijs non probatis in principali cauſa, quæ probari poſſunt in cauſa appellationis.*
5 *Appellatus in cauſa appellationis probare poteſt, quod in principali non probauit.*
6 *Appellatus vti poteſt nouis probationibus.*
7 *Non probata coram arbitro, probari poſſunt coram iudice, ad quem confugitur ratione laeſionis.*
8 *Recurſus ad iudicem ad quem habet vim appellationis.*
9 *Dolus arbitratoris non probatur ex nouis actis.*
10 *Probationes ſi non fiunt facto arbitratoris occurrente, de nouo fieri poſſunt ad probandum eius dolum.*
11 *Exceptio dolus tota quomodo poſſit opponi.*
12 *Probatio poteſt fieri poſt terminum ſi per iudicem in termino non admiſſa iniuſte.*
13 *Probatio omiſſa doloſe coram arbitratore, non probabis de nouo coram iudice recurſus. Et ibi ſecus.*
14 *Probationes in cauſa nullitatis, & appellationis ſi de nouo oriantur, poſſunt, & debent recipi, non obſtante ſtatuto, vel iure communi prohibente.*
15 *Non probatum probari, & non deductum deduci poteſt, etiam ſi tantum dictum ſit de nullitate ſententiæ.*
16 *Poſitiones factæ in prima cauſa poſt litem conteſtatam mutari poſſunt in cauſa appellationis.*
17 *Verbum dubium in cauſa principali prolatum, in cauſa appellationis declarari poteſt.*
18 *Teſtes producti in principali cauſa, in cauſa appellationis publicari poſſunt.*
19 *Poſitio & confeſſio erronea reuocari poteſt in cauſa appellationis.*
20 *Exceptio falſi tuerne in prima cauſa excluſa, in cauſa appellationis iterum opponi poteſt.*
21 *Non probata probari, & non oppoſita opponi poſſunt in cauſa appellationis.*
22 *Bona fides, & titulus in cauſa appellationis allegari & produci poſſunt.*
23 *Poſſeſſio aduerſarij in cauſa appellationis probari poteſt.*

28 Ha-

24 *Hæres opponens ex perſona defuncti auditur in cauſa appellationis.*
25 *Procurator non productus in principali producet in cauſa appellationis.*
26 *Recommendatio in cauſa appellationis fieri poteſt.*
27 *Exceptio peremptoria ignoranter omiſſa in principali, in cauſa appellationis opponi poteſt.*
28 *Exceptio dilatoria non poteſt opponi in cauſa appellationis.*
29 *Appellans vel appellatus in cauſa appellationis producit, etiam ſi à lege ſtatutus ſit terminus ad probandum.*
30 *Interlocutoria ſatisfaciens ex actis primo factis, non ex nouiter deducendis.*
31 *Appellatio ab interlocutoria reſpicit retro deductum deductis iudicis, ſed à diffinitiua in ſupremum ſuum oculos habet.*
32 *Appellatio ab interlocutoria quare odioſa, & à diffinitiua magis fauorabilis.*
33 *Sententia diffinitiua delegati quare odioſa dicatur.*
34 *Sententia interlocutoria non derogat ordinariæ iuriſdictioni, & magis fauorabilis, quam diffinitiua.*
35 *Sententia interlocutoria dicitur quilibet iuſſus iudicis.*
36 *Sententia diffinitiua ordinem iudiciarium requirit.*
37 *In cauſis matrimonialibus, & alijs fauorabilibus proceditur non ſeruato ordine iudiciario.*
38 *Sententia diffinitiua ſcripturam requiri pro forma.*
39 *Appellando ab interlocutoria requiritur, quod ſit illatũ grauamen, & a diffinitiua nullo etiam exiſtente grauamine appellari poteſt.*
40 *Interlocutoria vbi, & quando poteſt probari, & iuſtificari ex actis nouis in cauſa appellationis.*
41 *Abſens de nouo probare poteſt, etiam ſi interlocutoria ſit lata contra eum.*
42 *Idem etiam ſi interlocutoria habet vim diffinitiuæ.*
43 *In appellatione ab interlocutoria probari poſſunt non deducta in prima inſtantia, ſi nouiter allegata, & probata ſuperuenerunt.*
44 *Appellans non probabit in cauſa appellationis, ſi in principali doloſe noluit probare, vt expenſis partem aduerſam fruſtra fatigaret. Contrarium ibi.*
45 *Exceptiones dilatoriæ in cauſa principali omiſſæ, in cauſis appellationum opponi non poſſunt.*
46 *Appellatio quem ſtatum reſtituat.*
47 *Exceptiones dilatoriæ non oppoſitæ in principali cauſa quando poſſint opponi in cauſa appellationis.*
48 *In terminum a lege præfixo, ſi in prima inſtantia non ſunt oppoſitæ exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ in cauſa appellationis opponi non poterunt.*
49 *Terminus hominis ſuccedit loco termini legalis.*
50 *Nouum & diuerſum ab eo quod continetur in articulis deductis, probari non poteſt in cauſa appellationis.*
51 *Quæ tamen tam deducta in principali cauſa deduci poſſunt, non alia noua non deducta prius.*
52 *Probationes nouæ quando recipi non debeant.*
53 *Timor ſubornationis teſtium non ſolum in cauſis clericorum, ſed etiam laicorum contingere poteſt. Vide ibi contrarium.*
54 *Appellans in cauſa appellationis quando alios teſtes poſſit producere ſuper articulis publicatis.*
55 *Appellans probare de nouo non poterit in cauſa appellationis, ſi in prima inſtantia diſtulit, vt aduerſarium magis fatigaret.*
56 *Negligenti iura non ſubueniunt.*
57 *Concluſio non procedit, ſi iudex inquirat ſententiam ſuam non poſſe iuſtificari in cauſa appellationis.*

1 IN cauſa appellationis poſſe probari, & deduci,† quod non
ſuit probatum in cauſa principali ſanxit Imp. Iuſtinianus
2 in l.per hanc, C.de temp.app.& ibi Cyn.qui †illam legem vo
car lilium inter ſpinas, ibiq; Bar.in l.eos qui, §.ſi quid autem.
C.de app.& in l.eum qui, ff.de temp. appel. notatur in c.fra-
ternitatis, de teſtib.l.ſcio, ff.de app. Iaſ.in l.ita demum, col.3.
& ſeq.C.de proem.ſequitur Rebuff.in tract.de reſcriptis, art.
3.gl.4.verſ.regula ergo fingenda eſt, tomo 2. & dixit ante eũ
Fel.in c.cum Ioannes, per illum tex.de fide inſtrum. num.17.
vbi ponit regulam, & late examinat hanc cõcluſionem, tenet
Rot.in dec.1.vt lit.pend.alias 13.in additio. num.2. in nou.
Corn.conſ.241.in litera H, vol.4.& in conſ.73.in fi. in lite.O.
3 vol.2.& Soc.iun.conſ.131.nu.21.vol.3.† propterea ſi in pri-
ma cauſa non fuerit probatum plenum mandatum, poterit
probari in cauſa appellationis, l.Tirianus, ff.quod cum eo. ſic
dicendum erit de alijs non probatis in cauſa principali, quia
4 poterunt probari in cauſa appellationis,† vt eſt diſpenſatio
in prima inſtantia nõ probata, quæ in cauſa appellationis po
terit probari, vt per Rebuff. vbi ſup.nu.3.in quo loco enume-
rat alios caſus, & quamplures alij non cenſentur per Firman.
in reper.in verb.appel.nu.164.quos poteris videre, & nõnul
los ponit Fel.in d.c.cum Ioannes, nu.17.
Primo amplia concluſionem, vt procedat etiam in appella
5 to, nam &† ipſe poterit in cauſa appellationis probare, quod
in cauſa principali non probauit, tex.eſt in d.l.per hanc, C.de
temp.appell.ibi tam appellatori, quam parti aduerſæ, & pro-
batur in l.ampliorem, in prin. C.de appel.Spec.in tit. de app.
6 §.1.verſ.ſed pone, vbi dicit, †appellatum poſſe vti nouis ꝓ-
bationib.ſequitur Rebuff. vbi ſup.nu.4. ibiq; adducit in eã-
dem ſententiam deſcendentes Rot.dec.365.ſi à diffinitiua.in
nou.Anto.Imol.& Abb.in c.cum Ioannes, & ibi Fel.numero
38.de fide inſtrum.in quo loco idem Felin.reſtringit amplia-
tionem hanc tribus modis, vt ibi per eum.
Secundo amplia concluſionem procedere etiam coram iu
7 dice,† ad quem cõcurritur ratione læſionis illatæ ab arbitris,
nam & coram eo poſſunt probari nõ probata coram arbitro,
iuxta l.ſocietatem, § arbitrorum, ff.pro ſocio. Ita conſuluit Fe
deric.de Sen.in conſ.285 incip.Petr.Rector Eccleſię, per to-
tum, Fel.in d.c.cum Ioannes, nu.22.allegat inter alios D.Ant.
in cap.Quintauallis, verſic.venio ad ſextum, de iureiurand.
8 Ratio eſt, † quia recurſus huiuſmodi habet vim eiuſdem ap-
pellationis: vt reſpondit Feder.dicto conſilio 285.numero 2.
vide M.Anton.Blanc. in tracta.de compromiſſ. quæſtio.10.in
fine, & iſtud amplectitur Rebuff.in tract.de reſcrip. cap.3.gl.
4.num.8.
Hanc ampliationem reſtringe primo, vt non procedat, ſi
9 ageretur de probando dolo arbitratoris, † quia tunc nõ pro-
babitur ex nouis actis, iuxta ſententiam Bar in l.ſocietatẽ, §.
arbitrorum, ff.pro ſoc.& D.Ant.& Imol.in d.c.Quintauallis,
quos ſequitur Fel.in d.c.cum Ioannes, nu.13.
Intellige tamen hanc reſtrictionem, vt non procedat, ſi fa-
10 cto arbitratoris occurriſſet,† ne fierẽt probationes, eo enim
caſu illæ denuo poterunt fieri ad probandum eius dolum, ſe-
11 cundum Ant.de Imo.in d.c.Quintauallis. pro quo facit,† etiã
exceptionem dilatoriam poſſe opponi poſt litem conteſtatã,
quando facto iudicis, vel partis fuit quis impeditus oppone-
re ante, vt dicit gl.in c.ex conqueſtione, de reſtit.ſpol. itidem
probatio non admiſſa iniuſte per iudicem in termino poteſt
12 fieri † poſt terminum, vt not.Anto.in c. tam literis, per illum
tex.de teſtib.quæ quidem multa ſunt obſeruatione digna, vt
per Fel.in d.c cum Ioannes, nu.23.in fi.
Secundo reſtringe dictam ampliationem, vt non procedat,
ſi pars ſcienter, & doloſe omiſiſſet producere probationem
13 coram arbitratore,† quia tunc non producet, neq; probabit
denuo coram iudice recurſus, vt docuit Bar.in d.§.arbitrorũ.
D.Ant.d.c.Quintauallis, ſecus ſi per iniuriam, vel ſimplicita-
tem omiſiſſet, vt poſt alios dicit Fel.in d.c.cum Ioannes, nu.
24.& huic reſtrictioni adde quod infra dicetur in 2.limit.
Tertio amplia procedere, etiam ſi extaret ſtatutum, vel a-
liter ius commune, quod prohiberet recipi probationes in
14 cauſa nullitatis, vel appellationis, † quia illo non obſtante
poſſunt, & debent recipi, ſi recenter oriantur, vt per Rebuff.
in loco proxime citato, nu.7.vbi allegat argum.l.ſi fullo.ff.de
condict.ſine cau.facit, c.paſtoralis, de excepc.& dicit Bart.in
l.inuitus, vlt.commu.C.de procur.
Quarto amplia, vt concluſio procedat, etiam ſi non ſit ap-
15 pellatum,† ſed ſit tantum dictum de nullitate ſententiæ, quia
& tunc poterit non probatum probari, & non deductum de-
duci, quod placuit Bal.in d.l.1.in antepe.col.C. quando pro-
uocare non eſt neceſſe, quem refert & ſequitur Fel. in c. cum
Ioannes, nu.25.de fid.inſtr Rebuff.in ar 3.gl.4.nu.6. de reſcr.
16 Quinto amplia primo cõcluſionem vſque eo † procedere,
vt in cauſa appellationis poſitiones mutari poſſint factæ in
prima cauſa poſt litem conteſtatam, ſi credimus Bal.in addit.
ad Spec.in tit.de app.ver.poſitiones factæ.
17 Sexto amplia vſque eo procedat, † vt verbum quod in ſe
dubitationem contineat prolatum in cauſa principali poſſit
declarari in cauſa appellationis, vt probauit idem Bald. in l.
Pomponius, §.plures, ff.de rei vend.
18 Septimo amplia vſque eo procedere,† vt poſſint teſtes ꝓ-
ducti in cauſa principali publicari in cauſa appellationis, vt
auctor fuit Bal.in tit.de pace conſtan.§.in cauſis, col.2. & in
l.prolatam, in fi.de ſent.
19 Octauo amplia vſque eo procedere,† vt poſſit poſitio, &
confeſſio erronea reuocari in cauſa appellationis, ſecundum
Spec.de app §.pen. verſ.ſed nunquid.
20 Nono amplia vſque eo procedere,† vt exceptio falſi tuto-
ris excluſa in prima cauſa poſſit iterum opponi in cauſa ap-
pellationis, ad quam cautio non extẽditur, iuxta Bal.in addi.
ad Spec.de tutor. verſ.conſuluit Dyn.
21 Decimo amplia:† vt non ſolum poſſint probari non proba
ta, ſed etiam opponi in oppoſita, vt voluit Spe.de procur.§.1.
verſ.ſed quod ſi procurator.
22 Vndecimo amplia,† vt bona fides, & titulus allegari, & ꝓ-
duci poſſint in cauſa appellationis, ſicuti retulit Bald.in d.l.
per hanc, C.de temp.app.col.6
23 Duodecimo amplia,† vt poſſeſſio aduerſarij poſſit ꝓbari in

cauſa appellationis,iuxta ſententiam Bal.io d.l.per haoc,co-
lum.7.verſ.pone actor probauit.
24 Decimotertio amplia,† vt audiatur hæres in cauſa appel-
lationis opponens ex perſona defuncti quemadmodum pro-
tulit Bal.in d.l.7.verſ.pone deceſſit.
25 Decimoquarto amplia,†quod procurator producet in cau
ſa appellationis non producta in cauſa principali,quæ fuit o-
pinio Cyn.Bald.& Dd.in d.l.per hanc,col.vlt.
26 Decimoquinto amplia,† vti cauſa appellationis poſſit fie-
ti reconuentio, ſi fides eſt habenda Dd. poſt Cyn.in auth. &
quoniam,C.de ſent.
Decimoſexto amplia, vt exceptio peremptoria ignotáter
27 omiſſa in cauſa principali † poſſit opponi in cauſa appella-
tionis,vt tradidit Butr.& Abbas in c.inter monaſterium, col.
6.de re iud.ſecus tamen eſt in dilatoria omiſſa in cauſa prin-
28 cipali † quia non poteſt opponi in cauſa appellationis, arg.
l.ita demum,C.de procur.
Decimoſeptimo amplia, quod appellans, vel appellatus
29 producit in cauſa appellationis,etiamſi in cauſa †principali
ſi ſtatutus terminus à lege,vel iudice ad probãdom, vel pro-
ducendum,vt ſcripſit Inno.in d.c.cum veniſſent, de teſtam.
& io c.cum dilectus,de fid.inſtr.
Primo limita,vt concluſio non procedat, quando appella-
30 tio eſſet interpoſita ab interlocutoria, † quia iſto in caſu in-
terlocutoria ipſa debet purgari ex actis primo factis, & non
ex nouiter deducendis,clem.appellanti,de app.l.2.ff.eo. Fel.
in d.c.cum Ioan.no.26.de fide inſtr.Rebuff. vbi ſup. num.10.
concludit Io.de Anan.cõſ.56.in cauſ.col.1.tenet Bar.in l.eius
qui.ff.de app.& in l.ait prætor,nu.4.ff de minor.& in l.eos q.
§.ſi quid autẽ,C.de appel.Matth.de Affl.dec.79.nu.3.Roma.
ſing.278.& ſing.399.Capic.dec.5.ou.14.Meno.de arbit. iud.
lib.1.q.72.ou.5.& Rot.dec.1.vt lit.peoden.alias 13.in addit.
31 n.2.in oou.ratio eſt,† quia appellatio ab interlocutoria poſt
ſe reſpicit deducens dedecus iudicis,vt in c. vt debitus, de
appell.ſed appellatio à diffinitiua ſpectat ad ſupremum finẽ,
& propterea Bal.in l.eos,§.ſi quid autem ad fin.C. de appel.
quem ſequitur & refert Fely.vbi ſup.dicit appellationem ab
32 interlocutoria aliquando eſſe tolerabilem, ſed ramen odio-
ſam,quia derogat iuriſdictioni ordinarij,ſed appellationem
à diffinitiua eſſe magis fauorabilem, ideo magis adiuuandũ
per quaſcunq; probationes,vt ſenſere Bal.Fel & Rebuff.locis
ſupra citatis,iſtud poſtremum,quod diximus de odio,& fauo
33 re,non vr̃ falſitate carere. † quia etiam ſententia diffinitiua
delegati dicitur odioſa, qa detrahit iuriſdictioni ordinariꝫ,
vt confirmauit gl.in c.1.in verb.proceſſus,de expenſ.in 6. &
tameo poteſt purgari ex nouis probationib. Preterea illud ẽt
à veritate alienum eſſe vr̃,ſententiam interlocutoriam dero-
34 gare ordinariæ iuriſdictioni, † imò videretur magis eſſe fa-
uorabilem ſententiam interlocutoriam, quam definitiuam,
35 quia ſententia interlocutoria † fertur nullo iuris ordine ſer-
uato:quia quilibet iuſſus iudicis dicitur ſententia interlocu-
totia,l.quod iuſſit, ff.de re iud. ſecus in ſententia diffinitiua,
36 quæ † requirit ordinem iudiciarium,l.prolatam, C.de ſent.
hinc igitur fit,vt interlocutoria in hoc ſit fauorabilis,ſicut cã
37 matrimonialis,& aliæ cauſæ fauorabiles,in † quib. procedit
non ſeruato ordine iudiciario pp maximum fauorem, clem.
38 diſpendioſa.de iud. item ſententia definitiua † requirit ſcri-
pturam pro forma,l.ſi.C.de ſent.ſecus in interlocutoria,glo.
in l.s.ff.de accuſ.quocirca diſpicere nequeo,cur odioſa ſit in-
terlocutoria.Similiter dum fuit dictũ pro ratione iſtius limi-
tationis,appellationem ab interlocutoria poſt ſe reſpicere &
39 diffinitiuam ſpectare ad ſupremũ finem,i. †in interlocutoria
requiri,quod ſit illatum grauamen à quo appellatur, ſecus in
diffinitiua,à qua poteſt appellari nullo etiam exiſtẽte graua-
mine,vt declarat Bart.in l.ait prætor,§.permittitur, ff.de mi-
nor.ex hac inquam ratione nihil effici videtur, quia eſt eadẽ
cum dicto,nam ex hoc,quod in appellatione ab interlocuto-
ria requiritur expreſſio grauaminis,ex hoc ſequitur non poſ-
ſe iuſtificari,niſi illud grauamen,quod fuit deductum,ſecun-
dum Bar.in l.eius qui,col.pen.verſ.quarto quæro, de appell.
quæ ratio ceſſat in diffinitiua.Sed ratio,quę eſt eadem cum di
cto nihil valet,vt docuit Accur.in l.ſi.de off.procur.Cæſar.in
ea igitur ſum opinione,in hac te ſatis firmam, & validam ra-
tionem afferre arduum eſſe.
Primo ſublimita,& intellige hanc limitationẽ procedere,
niſi grauamen illarum ab interlocutoria diſcutiatur cum ap-
40 pellatione à diffinitiua,† quia & tunc poterit probari, & iu
ſtificari in cauſa appellationis ipſa interlocutoria ex actis no
uis,vt monuit Bal.in l.generaliter,§.1.per illum tex.io penul.
col.C.de reb.cred.& ſequitur Fel.vbi ſup.Intellige tamẽ hoc
procedere io terris Imperij,ſed ſecus eſt in terris Eccleſiæ,in
quib.obſeruatur,quod ſupra eſt dictum per d.clem. appellan
ti,& declarat Bal.in d.§.1.in pen.col.quem ſequitur Fel.loco
proxime citato.
Secundo ſublimita,vt non procedat, quando interlocuto-
ria eſſet lata contra abſentem,l.ait prætor, vbi Bart.ff.de app.
41 recipien.tunc enim poterit denuo probare, cum noo debeat
ſibi aſcribi,cur non illam allegauerit, ex quo tunc temporis
præſens non erat,Reboff.vbi ſupra,num.vndecimo, & idem
42 erit † quando illa interlocutoria habebit vim definitiuæ,vel
non poſſit definitiua reparari,ſiue aliquid recenter ortum ſit.
c.inſiouante,de off.delegat.Aufrer.ad deciſ.Tholoſ. io prima
parte,rubr.an appellans aliqua de oouo produceos,in princ.
& ſequitur Rebuff.in d.glo.4.numero 11. Cardin. io d. clem.
appellanti.quæſt.9.num.9.Roman.ſingu.278.tenet Bald.in l.
minoribus,nu.8.C.de his,quib.vt indign.Corn.conſ.87. in li
tera E,vol.3.
Tertio ſublimita non procedere, quando nouiter illa alle-
43 ganda,& probanda inciderunt,†quia tunc etiam in appella-
tione ab interlocutoria poterit illa probare, licet non eſſent
deducta in prima inſtantia, vt eſt de mente Cyni & Baldi in
l.inuitus,C.de procur.ſequitur Rom.in ſing.278 incip. clem.
appellanti,& ſequitur idem Bald.in d.l.per hanc,ou.29.C.de
temp.appell.
Secundo limita concluſionem non procedere,quando ap-
44 pellans potuiſſet probare in cauſa principali,† & tameo do-
loſe omiſit,vt partem aduerſam fruſtra fatigaret io expenſis
gl & Dd.in c.ad audientiam,il 2.de reſcrip.vbi Anto.Abb.in
c.except.de except.Fel.in d c.cum Ioan.nu.27.de fid. inſtru.
ſequitur Rebuff.in d.tract.de reſcrip.ar.3.gl.4.nu.9. & tenuit
Soc.in tract.fallen.reg.323.producit.
Contrarium tamen ſenſit Imol.in d.c.ad audientiam,& in
c.Quintauallis,de iureiur.quem oon reprobat Fel.vbi ſupra,
nu.28.ratio ſecundem eos eſt,quia tex.in d.l.per hanc, C. de
temp.appel.cui innititur concluſio noſtra, loquitur ſimplici-
ter,nec reperitur declarata,vel immurara per alia iura. Vnde
nec nos declarare,vel immutare debemus, vulgara l. præſes
prouinciæ,ff.de off. præſid. poterit tamen opponens impẽſa-
rum mulcta illi irrogari,iuxta c.exceptionẽ,de except. quod
verius putat Fel.in d.c.cum Ioannes, nu.28.& ita etiam ſer-
uari confirmat Rebuff.d.glo.4.ou.9.quia vix poſſet probari,
partem dolo omiſiſſe.
Tertio limita, vt concluſio non procedat in exceptionib.
45 dilatorijs,quæ in cauſa principali fuerint omiſſæ, nõ poſſunt
exinde in cauſis appellationum oppooi, per text.io l.ita de-
mum,C.de procur.qui tex.alibi non iouenitur,ſecundũ Bald.
ibi.& dicit Fel.in d.c.cum Ioan.nu.29.verſ.3.limita,ſequitur
46 Rebuff.d.gl.4.art.3.nu.13.ratio eſt,†quia appellatio non re-
ſtituit priſtinum ſtatum,in quo erat cauſa ante litem conteſta
tam,ſed eum tantum,in quo erat poſtea,vt per Bald.io d.l.ita
demum,& ſequitur Fel.& Rebuff.vbi ſop.Ang.Aret in §. ap-
pellantur,col.24.ver.addas,quod liceat,Inſt.de except.
Sublimita hãc limitationem non habere locum in termino
47 præfixo ab homine,† ideſt, à iudice ſtatuente termioum ad
opponendas dilatorias,nam ſi pars illas non oppoſuit io cau
ſa principali,poterit proponere in cauſa appellationis,vt per
Ant.io c.paſtoralis,de excep.per d.l.per hanc,C.de temp. ap
pel.ſecus tamen eſt in termino præfixo à rege,quia tunc exce
ptiones dilatorias,& declinatorias, quas nõ oppoſui ĩ prima
48 inſtantia,† non potero etiam opponere in cauſa appellatio-
nis,vt dicit Rom.ſing.ſuo 145.incip.vltimo dico,vbi de hoc
plurimum geſtit,aſſerens nunquam hoc fuiſſe auditum,& eſſe
memorabile dictum Guiliel. cui aſſentitur Ang.in rub.de ex-
cep.col.25.in ver.5.q̃ro.in inſtit.ſequitur Rebu. d.gl.4.nu.14.
Contra primum membrum iſtius ſublimitationis ſtat Abb.
io d.c.paſtoralis,in vlt.col.& illum ſequitur Fel.io d.c.cõ Io.
49 ſub nu.29.ea ratione,†quod terminus hominis ſuccedit loco
termini legalis: ſique id dederimus iſtum non eſſe excluſum
vt termini præfixi à iudice,erit tñ excluſos ſaltem propter li
tis conteſtat.factã in cauſa principali,per d.l.ita demũ,C.de
procur.

procur.allegata vero per D.Ant.loquuntur de exceptionibus petemptorijs,vt animaduertit Fel.vbi ſup.

Quarto limita,vt concluſio non procedat,ſi velim aliquid
50 omnino nouum, & diuerſum probare in cauſa appellationis ab eo,quod continebatur in articulis iam deductis : tũc enim iſtud erit prohibitum,niſi fauore publico,per l.ſi mater . §.fi. cum l.ſeq.de except.rei iud.l.eos,C.de app.Pet. de Bellaper. in qõ.ſua 120.incip.de temporib.& in q.248.incip.interdum
51 quæritur,† & ſic illa , quę pertinent ad iam deducta in cauſa principali,poſſunt deduci,non autem alia noua prius nõ deducta,vt dicit Abb.in c.ſi iudicauerant,de except. quẽ refert & ſequitur Felin.ibi in 4.col.ibi,propter hoc maxima lætitia exultat,& dicit huius gratia dari ſingularem declarationem ad l.per hanc.& ad c.cum Ioãnes,de fid. inſtr. hoc etiam pro ſingulari refert,& ſequitur Hippol.de Marſ.ſingu.240. incip. regula legis,& dicit Fel.in c.prudentiam,col.1.de off. deleg. quem ſequitur Rebuff.in d.tract.de reſcrip.ar.3.gl.4. nu.14.

Quinto limitatur concluſio principalis non procedere,qñ nouæ probationes eſſent ſuper eiſdem articulis iam publica-
52 tis,vel directo contrarijs,† quia tunc ne quis ſubornetur,nõ debent recipi,ideſt cautũ in clem.2.de teſti & Bar.in d.l. per hanc.C.de temp.app.& idẽ Bar.& Dd. in auth. qui ſemel,C. de prob.Abb.& Fel.in c.fraternitatis,de teſtib.Rot.dec.671. nota,quod ſi in aliqua,in antiq.& io dec.1. ille qui obtinuit , de teſtib.in antiquior.

Amplia iſtam limitationem non ſolum habere locum de iure Pontificio,ſed etiam Cæſareo,vt conſuluit Guid.Pap.conſ. 35.& latiſſime Mar.Soc.in c.fraternitatis,col.25.& ſeq.de teſtib.& ibi Aretin.& Lanfran.in c.quoniam contra, col.11.de
53 prob.in §.teſtium depoſitio.Boer.ſing.27.in verb.teſtis.†nã illa ratio,ne quis ex teſtib.ſubornetur , in vniuerſum prolata eſt,& poteſt contingere non ſolum in cauſis clericorum , ſed etiam laicorum,ita Guid.Pap.in alleg.conſ.35.

Ab hac tamen ſententia receſſerunt Azo Cyn. Bar. Bald.& Sal.in auth.qui ſemel,C de prob.per glo.ibi,quem tamen reprobat Guid.Pap.vbi ſup.dicens nondum fuiſſe compilatam dictam clementinam tempore Accurſij,nec illã vidiſſe,quod
* vero hæc poſterior opinio ſit * communis , atteſtatur Alex.in l.iubemus,n.16.C.de iud.& Guid.Pap. ſibi cõtrarius in ſing. 109.& Bar.in l.per hanc,nu.5.verſ.alij dicunt,C.de tẽp. app.

Primo ſublimita huiuſmodi limitationem nõ procedere,
54 quando teſtes non fuiſſent rite examinati,quia tunc etiam in appellationis cauſa denuo alios teſtes appellans poterit ꝓducere ſuper eiſdem articulis licet publicatis, ita cõſuluit Alex. conſ.213.nu.17.vol.2.& no.gl.in d.clem.fi.de teſt & teſtatur
* de communi * io l.qui per ſalutem,num.2.ff.de iureiur.tenuit Rot.dec.163.non obſtante,in nou.& 391. ſi ad inſtantiam,in nou.& in dec.140.nota qualiter,in antiq.& dec.437.fuit dubitatum,in fi.in nou.Afſl.dec.33.n.4.ex qua poſſunt colligi alię ſublimitationes,ſicuti etiam in deciſ.216.& Guid. Pap q.72. Bertran.conſ.37.vol.2.

Cætera commodius explicabuntur in concluſione , teſtes poſt dicta teſtificata.vbi ipſius materiæ propria ſedes eſt.

Sexto limita concluſionem principalem non procedere ,
55 quando † appellans potuit in prima inſtantia producere , & probare omnia,ſed tamen diſtulit:vt magis fatigaret aduerſarium,& tunc non poterit in iſta cauſa appellationis probare
56 de nouo,nam † negligenti iura non ſubueniunt,l.pupillus, in fi.ff.de his,quæ in fraud.cred.pro limitat.tenuit Bal. in d.l. per hanc,C.de temp.app.Soc.in reg.323.fall.1.eſt gl.in c.inter monaſterium,de re iud.Barb.conſ.35.col.1.in fi.lib.3. Iaſ. in rep.l.admonendi,nu.57.de iureiur.& Neuiz.conſ.19.n.16. qui alios retulit,& tenentes contrarium in hac fallentia .

Septimo limita concluſionem principalem nõ procedere,
57 ſi † iudex inquirat, quoniam ſententiam ſuam non poteſt teſtificare in cauſa appellationis, vt inquit Bal. in d.l. per hanc, col.8.verſ.quæro nunquid inquiſitor.

CONCLVSIO CXIX.

Argumentum.

Appellationis dilatio quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ſi & in quantum, quid operetur in delatione appellationis.*
2 *Iudex appellationem admittendo cum clauſula, ſi & in quantum non videtur appellationi detuliſſe.*
3 *Iudex admittendo appellationem interpoſitam à diffinitiua ex cauſa probabili cum clauſula , ſi & in quantum , quare dicatur ei detuliſſe , & illam admiſiſſe.*
4 *Appellatio ab interlocutoria vel diffinitiua,quæ tranſiuit in iudicatum , eſt irrationabilis, & ex admiſſione cum clauſula , ſi & quantum , non intelligitur admiſſa.*
5 *Appellationi delatum fuiſſe non probatur ex eo,quod dicatur in actis , iudicem benigne appellationem recepiſſe.Contrarium,nu.6.*
6 *Iudex dicens,recipio appellationem appellationi deferre cenſetur .*
7 *Verba recipio appellationem,prolata poſt habitam ſcripturam,ad ipſam appellationem referuntur,non ad ſcripturam.*
8 *Iudicis à quo,proprium eſt appellationem recipere, & recipere idem eſt , quod deferre.*

Appellationis delationem non probari ex eo,quod iudex detulit adiecta clauſula, ſi & in quantum de iure tenea-
1 tur,& non aliter,† optime fuit traditum,efficit enim clauſula huiuſmodi,vt ſi appellatio iterponatur iuſta de cauſa , iudex dicatur ei detuliſſe,quod ſi vera & certa ratione careat , non intelligitur admiſſa,vt conſultus reſpondit Rom.in cõſ. 501. quem ſequitur Felin.in cap.cum contingat,num.12. ff. de off. deleg.& nec eruditiſſimus omiſit Iacob.Menoch.in tracta.de recuper.poſſeſſ.ad nonum remedium,n.331.idem confirmauit Natt conſ.566.circa fi.lib.3.probauit Soc.iun.in conſ. 16. num.15.& conſ.28.num.14 lib.1.idem pollet quod cauit Rolan.à Valle conſ.77.nu.18.lib.1.cui quadrat Alciat. reſp.403. num.3.certiſſimi enim,& clariſſimi iuris eſt,in qualibet cauſa
2 iudicem † admittendo appellationem cum dicta clauſula,nõ videri appellationi detuliſſe,vt nos docuit Phil.Fran.in cap. cum appellationib §.ſi vero,num.11.de appel.lib.6. Soc.conſil.47.nu.61.lib.4.late per Rot.Bon.dec.1.Maran.in ſuo Specio 6.par.nu.162.car.90.

Intellige prædicta non procedere,quando verſamur in appellatione à definitiua , & appellatio interponitur ex cauſa
3 probabili,tunc † enim iudex admittendo cum clauſula , ſi & in quantum de iure,dicitur ei detuliſſe,& illam admiſiſſe,tũc enim iſtiuſmodi conditio ſuſpenſa,& incerta non pendet,ſed continet in ſe veritatem:etenim quamuis iudex dicat,ſi & in quantum,&c.compellitur tamen rationi cõſentaneam admittere,& talis conditio per dictam clauſulam , ſi & in quantũ , ex tali caſu reſoluitur & ad id,quod præſens eſt,refertur, nec actam tenet ſuſpenſum , ſecus ſi appellatio ſit ab interloquutoria,vel à definitiua,quæ tranſitum fecit in rem iudicatam ,
4 probabiliq; † ratione careat,vt ex inſpectione ipſius ſententiæ apparere poterit,quia tunc ex admiſſione cum clauſula,ſi & in quantum,&c.non intelligitur admiſſa, ſi poſtea apparebit id non eſſe permittendum: vt in deciſ.Bonon.n.1.& alleg. ibi per eum,& per Contardum ad l.vnicam,C.ſi de moment. poſſ.fuer.appel.in limit 13.17.18.in quo loco,& num. 19. & ſeq.declarat, & exornat hanc concluſionem plurib. per eum ibi adductis,quæ ibi videri poſſunt.

5 Amplia concluſionem,† vt nec etiam probetur fuiſſe delatum appellationi ex eo,quod in actis dicatur , iudicem benigne recepiſſe appellationem,quæ fuit ſententia Spec.in titu. de app.§.nunc dicamus,in fi.vbi tamen refert Clem. IV. ſententiæ contrarium.

Contrarium cenſuit Abb.in c.oblitæ,nu.3.de app. per c.ſæpe,eo.tit.& ibi ſequitur Dec.n.2.Phil.Fran.poſt Imol.in c.ſę-
6 pe,nu.4.de app.quo in loco notat,† iudicem,ſi dicat,recipio appellationẽ,cenſeri deferre appellationi,& propterea Specul.& Abb.vbi ſupra,admonent, vt iudex ſit cautus in reſpondendo.

7 Intellige tamen hanc opinionem procedere,† quando illa verba proferuntur,poſtquam recepta fuerit ſcriptura appellationis , tunc enim talia verba non poſſunt reſpicere ipſam ſcripturam,vel vocem appellantis, ſed eſt neceſſe illa verba referre ad ipſam appellationem,vt per Contard.in l.vnic.C. ſi de momen.poſſ.limit.13.nu.43.

Quod omni controuerſia vacare videtur, quia recipiendo videtur detuliſſe,per capitulo ſæpe, & capitulo interpoſita ,
8 de appellat.vbi patet,† proprium iudicis à quo eſſe appellationem recipere,& recipere idem eſſe quod deferre , & iſto modo poteſt intelligi illa ſententia Clementis IV. ſecundum Gemin.in capitulo primo,§.in quibus,in fine,de appellatio. libro 6.

CONCLVSIO CXX.

ARGVMENTVM.

Appellatio an & quomodo intra decem dies interpoſita præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Appellatio intra decem dies interpoſita præſumitur.*
2 *Appellationis tempus ab initio vtile eſt, & non currit ignoranti.*
3 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
4 *Citandus per edictum appellare poteſt, niſi de ipſius ſcientia, & contemptu expreſſe conſtet.*
5 *Abſens contra quem lata eſt ſententia, poteſt appellare poſt decem dies à tempore ſcientiæ.*
6 *Ignorantiæ præſumptio ceſſat, ſi ſententia lata eſt contra præſentem, vel abſenti intimata fuit.*
7 *Intelligentia Rot dec. 316 & Phil. Fran in c bon fidei.*
8 *Continuatio temporis, & dierum per copulam denotatur vt in nomine, & citra.*
9 *Quæ differentia ſit dicendo, citra, vel & citra, & quid importet copula hæc, nu 10.*
10 *Appellaſſe præſumitur quis infra decem dies, appellando à grauamine, de quo dicat notitiam habuiſſe à decem diebus citra, ſecus ſi ponat copulam, & citra.*
11 *Appellatum præſumitur infra decem dies, ſi dicatur, quem appellaſſe à grauamine decem diebus citra.*

APpellationem præſumi interpoſitam inter decem dies,
1 adeo † clarum eſt, vt probatione non indigeat. Hinc fit, vt rata ſit appellatio eius, qui dicit appellaſſe à grauamine, de quo dicit ſe habuiſſe notitiam citra decem dies, ſecũdum ſummarium Rot. dec. 316. alias 39. de appel. ſi poſſeſſor, in nouis, Phil. Fran. in c. bonæ, col. 8. q. 8. de app. in 6. tenuit Bellam. dec. 349. ſicut præſumitur, & dec. 684. quamquam, de appe. in
2 fi. † Ratio eſt, quia tempus appellationis ab initio eſt vtile, & non currit ignoranti, gl. in c. concertationi, in verb. ſi ſcierit, de app. in 6. & † in dubio præſumitur ignorantia, reg. præſu-
3 mitur, de reg. iur. in 6. & l. verius, ff. de proba. cuius opinionis fuit etiam Præpoſ. in d. c. bonæ, col. 6. verſ. 6. requiritur, de appel. Fran. in d. c. concertationis, in fi. de app. allegans, hoc etiã velle Rot. deciſ. 364. alias 16. tit. de dol. & contu. cum iura clamitent, in nou. in fi. quo in loco fuit conſtitutum, hoc modo
4 citandum per edictum poſſe appellare, niſi expreſſe conſtet de ipſius ſcientia, & contemptu, vnde in hanc deſcendit ſententiam, in dubio præſumi ignorantiam, cui adhæret Rom. in l. ſciendum, nu. 10. de verb. obliga. His quoque conneuit Rot. deciſ. 125. ſufficit acceptanti, in nouis.

Intellige, vt iſtud maxime procedat, quando ſententia fit
5 lata contra abſentem, † qui poteſt appellare poſt decem dies à tempore ſcientiæ, nam hoc caſu cum præſumatur ignorãtia, præſumitur etiam appellaſſe intra decem dies à tẽpore ſcientiæ, vt in terminis declarat Bellam. d. dec. 349. ſicut præſumitur. Hinc fit, vt fortaſſe aliter videretur dicendum, ſi ſententia
6 fuerit lata contra præſentem, † vel quando abſenti fuiſſet intimata (vt forenſi verbo vtar) quia tunc ceſſat ratio ignorantiæ præſumptæ, vt ait Bellam. dec. 684. quamquã, in fi. de app.

Contrarium concluſioni videtur ſentire Fel. in c. quo ad cõſultationem, col. 14. verſ. tertia cõcl. de re iud. in quo loco re-
7 prehẽdit Phil. Fran. in d. c. bonæ, & ſummariũ d. dec. 316. † inquiens Rotam hoc ibi non dixiſſe, ſed id ſenſiſſe, vt ſi in actis dicatur Titius appellauit à grauamine ſibi noto citra decem dies, non intelligatur appellaſſe intra decem dies, ſed poſt, & nulliter, & hoc ex ſummo iure, ſecus autẽ de æquitate. Quocirca ſi eius mentem ſequamur Rot. ibi innuit, inſpectis regulis iuris cõis contrarium fore dicendum contra id, quod verum arbitratus eſt Phil. Fran. vbi ſup. verum ſi diceretur in actis, inquit Fel. Titius appellauit à grauamine à decem dieb. & ci-
8 tra, † quia per copulam oſtenditur continuatio temporis, & dierum, tunc exiſtimandum eſſe appellationem infra decem dies, & Fel. ſequitur Balb. in rep. l. Celſus, nu. 147. ff. de vſucap.
9 vbi diſcrimen conſtituit, † an dicatur, appellauit à decẽ dieb. citra, & à decẽ dieb. & citra, Quia copula &, innuit cõtinuationem tpis, & dierum, & admonet hanc concluſionem maxima obſeruatione dignã, quod quotidiana ſit in vſu forenſi, & vltra prædictos eandem concluſionem ſequitur Lanfranc. de Otian. in c. quoniam contra, col. 24. circa med. nu.... verſic. ſuper iſta continuatione, de probationib. & idem Fel. in c. licet cauſam, col. 5. nu. 8. eod. tit.

Verum vt id, quod ſentio, libere dicam, Franchi cõtra Fel. ſententia propius ad veritatem accedere videtur, & à me ſtat Nicol Mil. in reper. in verb. appellans non ſolum, qui omnino labefactat & proſternit iſtud dictum Fel. vbi voluit, præſumi aliquem appellaſſe infra 10. dies, qñ appellauit à grauamine,
10 de quo dicit habuiſſe notitiam à 10. dieb. & citra, ſecus ſi interponeret copulam dicendo, 10. dieb. & citra, teſtem laudat Rom. conſ. 306. licet iſtud in meo codice non inuenerim. Eſt tamen vera opinio Mil. quia vbi dicitur, quod appellauit à decem diebus citra, ſufficit, ſi non ignorauerit vna die ex decem diebus; ſecus ſi diceretur à decem diebus, & citra, quia tunc copula oſtendit continuationem temporis, & dierum, vnde poteſt declarari, illum vltra decem dies appellaſſe. Id
11 igitur firmum ac ſtabile manet, vt dicamus † præſumi inſ. 10. dies appellatum, quando diceretur quod quis appellauit à grauamine decem diebus citra.

CONCLVSIO CXXI.

ARGVMENTVM.

Approbatio ſententiæ, aut ſcriptura quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Approbatio ſententiæ, aut ſcripturæ probatur, ſi pars dixerit, quod ſemper habuit ſcribentem pro perſona veridica.*
2 *Aduerſarij dicto ſtandum erit, ſi eius dictum & perſona approbata fuit.*
3 *Approbatio perſonæ nihil facit quoad approbationem dicti aut facti.*
4 *Approbando perſonam iudicis, non intelligitur approbare eius dicta.*
5 *Approbata perſona teſtis & non dicti ſaltem facit ſemiplenam probationem.*
6 *Approbatia ſcriptura non probatur ex ſola taciturnitate.*
7 *Excommunicationem incurſam poſt appellationem non cenſetur quis approbare patientia, aut taciturnitate.*
8 *Approbatio inducitur ex facto aliquo, & non ex facto.*
9 *Quando quid concorditer fieri debet, ex ſolo ſilentio non dicitur concordia fieri, ſed requiritur voluntate declarato*
10 *Scriptura priuata quomodo ex taciturnitate cenſeatur approbata.*
11 *Inſtrumentum ſciens recipiens, in quo conſtituitur procurator, tacite ad officium illud ſe obligat, nec illud amplius recuſare poteſt.*
12 *Sponſalia ab initio nulla ob conſanguinitatis impedimentum, ſi poſt diſpenſationem Papa contrahentes ea taceant, nec reaccent illa approbata cenſentur.*
13 *Non contradicere, & approbare paria ſunt.*

APprobationem ſententiæ, aut ſcripturæ, vel cuiuſlibet alte-
1 rius actus probari ex eo, non eſt ignorãdum † quod pars dixiſſet, ſe ſemper habuiſſe ſcribentem hominem veracem, & integerrimum in omnibus eius dictis, & ſcripturis, tunc enim iſtiuſmodi ſcripturam probare contra partem, licet in ſpecie non approbauerit ſcripturam, reſpondit Alexan. conſil. 113. num. 4. lib. 4. fretis auctoritate Scæuolæ in l. Theopompus, ff. de dot. prælegat. cui aſſentitur Aymon. Crauet. in ſuo tracta. de antiqu. temp. 1. par. verſic. viſo de verbis, nu. 17. & nimirum
2 hoc quam verum ſit hinc facile conijcere poſſumus, † nam ſi hominem, ſuique aduerſarij pronunciatum probauerit, ei quia ita probat, & dicto, & eiuſdem aduerſarij relationi fides eſt habenda, quod ſcite conſuluit Alex. d. conſ. 113. nu. 5. & ante eum dixit Spec. in tit. de teſt. § reſtat. verſic. hoc tamen fallit, Iaſ. profitendo ſequitur in l. admonendi, nu. 200. ff. de iureiu.

Limita, vt non procedat, quando approbatio generatim, non autem ſigillatim concepta ſit, vt ſi dictũ fuerit, ſcribentẽ eſſe virum honeſtum, & probatum, & nihil de facto, aut ſcriptura, de qua quæſtio eſt in vniuerſum, vel particulatim, quia
3 tunc † approbatio hominis nihil facit quoad approbationem dicti, aut facti, arg. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. c. ſi quis teſtib. 4. q. 3. c. præterea, & ibi notata de teſtib. ſentit Alexan. in d. conſ. 113. nu. 4. in fi. & Crauet. vbi ſupra, num. 18. huc ſpectat, quod habetur in c. ſuper quæſtionem, de off. deleg. vbi quis
4 iudicem probauerit † non intelligitur approbare eius dicta, vt etiam dixit Gem. in conſ. 15. colum. fi. in princ. idem etiam notat Rim. ſen. in conſ. 300. nu. 103. vol. 2. per textum in d. l. ſi quis teſtib. cum ibi notatis.

Intellige hanc limitationem procedere tantum quoad plenam probationem, non autem ſemiplenã, quia ex tali approbatione ſaltẽ ſemiplene probabitur, vt ex his, quæ ſcribit Bal. in l. in bonæ fidei, colum. pen. ver. ſed dubitatur de vno, C. de
5 reb. cred. vbi † & ſi approbetur tantum perſona teſtis, & non dictum, tamen eius teſtimonium probare ſemiplene aſſeritur, & eũ ſequit Iaſ. in d. l. admonendi, n. 200. ff. de iureiu. vbi eſſe ſing-

ſingularem limitationem cõfirmat cum Bal. etiam tranſit ſimpliciter Sal. in d. l. bonæ fidei, in 12. col. ver. circa præfata quæro de caſu quotidie occurrenti, probanir Crau. d. trac. de antiq. temp. in 1. par. ver. viſis, de verbis, nu. 18.

Secundo limita, vt non procedat, ſi quis tacendo non contradixerit ſcripturæ, quam ſæpius præ manib. habuit, quia ex
6 ſola taciturnitate non probatur approbatio, vt per Inn. in c. olim, el 3. in fi. de reſt. ſpol. vbi ex patientia, aut taciturnitate non cenſetur quis approbare excommunicationem, in quam
7 quis incidit poſt appellationẽ, † nec renunciare appellationi, quod ſequitur Abb. in c. gratũ, de off. deleg. & dixit Dec. cõſ. 98. ad fi. & Bal. meminit in l. ei qui, ver. quæro nunquid ſi dñs, C. ſi ex ſalſ. inſtr. nec prætermiſit Alex. conſ. 101. col. 3. verſ. & hoc clarius ſenſit Bal. lib. 6. ea ratione approbationem induci
8 ex facto aliquo, & † non ex non facto, vt reſpondit Soc. conſ. 104. col. 7. poſt med. lib. 4. vt eſt taciturnitas, quæ nihil eſt, vt per Bal. vbi ſup. & conſ. 321. verba cõpromiſſi. lib. 5. vbi ait ex
9 ſolo ſilentio nõ dici cõcordia fieri, quã omnium ſenſa in illa re cougruere debent, ſed requiri declarationem voluntatis.

Contra vero ſcripturam priuatam ex tali taciturnitate, &
10 non cõtradictione eius, qui eam præ manib. ſæpe habuit † & cenſeri approbatam, conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 314. ſub n. a. in ſi. incip. omiſſo primo & ſecundo, li. 2. ſequitur Iaſ. in l. quæ dotis, n. 90. ſolut. matr. pro quo adducit optimum context. in clem. 1. de procurator. vbi ſi quis receperit ſciẽter inſtrumen
11 tum, in quo conſtituitur procurator, † vt tacite ſe obligare ad illud officium, nec poteſt amplius illud recuſare, & ad id cor roborandum pertinet id, quod conſuluit Cald. in conſ. 1. in fi. de ſpon. vbi quando ſponſalia ab initio ſunt nulla ob impedimentum coniunctionis ſanguinis, ſi poſt diſpenſationem Pontificis Max. contrahentes taceant, † nec reuocẽt ſponſalia, cen
12 ſentur † illa approbare, & cum iſta opinione tranſit etiam Crau. d. ſuo tract. de antiq. temp d. §. viſo, de verb. n. 22. par. 1. & in par. 2. in prin. nu. 19. tenuit Abb. conſ. 18. ſub nu. 7. verſic. tertio dixi, lib. 2. idem Crau. conſ. 54. nu. 4. vol. 1. & ratio iſtius
13 contrarij eſt, † nam non contradicere, & approbare, paria ſunt, ſi credimus Bartol. in l. ne in arbitris, ad ſi. verſ. veuio ad verſiculum finalem, C. de arbitr.

CONCLVSIO CXXII.

ARGVMENTVM.

Aquæ bonitas quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Aquæ bonitas ex aſpectu incolarum probatur, & quomodo.*
2 *Effectus cuiuſdam generis aquæ in Italia, & fontis in Inſula Chio.*
3 *Aquæ bonitas probatur, ſi in vas æneum, vel Corinthium ſparſa maculam non fecerit, & per alia, vt ibi.*
4 *Aquæ bonitas cognoſcitur, ſi fuerit limpida, & placida, & alias habeat qualitates, vt ibi.*
5 *Bonitatem, & ſalubritatem aquæ cognouiſſe maiores inſpiciendo iecinora pecorum.*

1 AQuæ bonitas probatur ex aſpectu incolarum, † ſi ſint corpore robuſti, colore nitidi, non gibboſi, non ſtrumoſi, nõ vitiati cruribus, non lippis oculis, & non fatui, tradidit Rip. in ſuo tract. de peſt. par. a. nu. 13. fol. mihi 38. vbi narrat in Italia
2 extare quoddã genus aquæ, † q q biberint eos effici turgidis gutturib. & in inſula Chio fonte eſſe quendã, ex quo qui biberint fieri inſipientes, vnde deſcriptũ eſt in eo epigramma, iucundam eſſe potionem fontis, ſed bibentes ſaxeos futuros.
3 Secundo probatur, ſi in vas æneum, | vel Corinthium ſparſa maculã non fecerit, neq; in fundo vaſis arena limus ve inueniatur, ſi legumina cũ ea aqua coniecta, & ad ignẽ poſita celeriter percocta fuerint, ſic dixit idem Rip. vbi ſup. nu. 15.

Similiter cognoſcitur bonitas aquæ, ſi fuerit limpida, & perlucida, † & quocunq; profluxerit locum ab omni inquinamine reliquerit, neq; muſcum, neq; iuncos produxerit: vt ibidẽ
4 loquitur Rip. nu. 13. dicit: maiores, vt cognoſcerent bonitatẽ,
5 & ſalubritatem aquæ, inſpexiſſe iecinora pecorum, † quę his locis paſcebantur, & pluries experti ſunt, quod ſi liuida, vel vitioſa reperiebantur, ex aqua, & pabulo malignis id venire arbitrabantur. Et ideo illuc commigrabant, verentes aquam illam humanis corporib. peſtilentem futuram: vt ibi per cũ. idem ad literam recenſet Caſſan. in ſuo tracta. catalog. gloriæ mundi, par. 12. 18. conſideratione: vbi multa alia mirabilia de aquis recenſet, quæ nimis longum eſſet referre.

CONCLVSIO CXXIII.

ARGVMENTVM.

Aqua an, & quibus modis probetur eſſe propria alicuius.

SVMMARIA.

1 *Aquam propriam eſſe alicuius probatur ex eo, quod naſcatur in ſuo prædio.*
2 *Aqua poſtquam ingreſſa eſt fundum alicuius eius propria effecta fuit, & de ea facere poteſt, quicquid vulit, & diuertere, quo ei placuerit.*
3 *Aquam continere poteſt ille, in cuius fundum ingreſſa eſt, ob vtilitatem ſuam: nec ei prohiberi poteſt ab habentibus prædia inferiora.*
4 *Aquam ducere de flumine publico, vel priuato ſi liceat alicui, ei competit ius prohibendi quoſcunque aliquod opus facientes per quod impediatur aquam ducere more ſolito.*
5 *Habens ædificium in flumine publico, & ex eo aquam ducens ad prædia irriganda non poteſt alius eum impedire, vel quid facere, per quod ei tale commodum auferatur.*
6 *Aquam retinere ſuperiori non licet, quo minus ad inferiorem fluat.*
7 *Licitum non eſſe alicui in ſuo ædificare, nec aliquid facere, quod vſum alterius incommodet.*
8 *Aqua quando eſt priuata, neque alteri ius quæſitum, non poteſt impediri, quin ad inferiora prædia labatur.*
9 *Aqua licet naſcatur ex prædio alicuius, tamen efficitur publica, poſtquam ad publicum locum peruenit.*
10 *Aquæ principium in aquarum ducta non inſpicitur, ſed alueus, & meatus, vnde pertranſit.*
11 *Aqua fluens ad locum publicum, publica efficitur.*
12 *Dominus prædij, à quo aqua originem trahit, illam ad libitum poteſt diuertere.*
13 *Partes ſunt aquam ire ſuper terram & ſubtus terram.*
14 *Aqua etiam ſi per mille annos elapſa fuerit ad inferiora prædia, tamen pro libito Dominus loci originis aquæ poteſt diuerti quocunque ipſe voluerit.*
15 *Aquæ naturalis defluxus ex fonte ſuperiori non inducit præſcriptionem, vel conſuetudinem.*
16 *A re inanimata nihil nobis acquiri poteſt.*
17 *Aqua defluens ad inferiora prædia opere manu facto, ſciente, & patiente domino aquæ præſcriptionem inducit, nec poteſt exinde inuito domino fundi inferioris aliunde diuerti.*
18 *Factum hominis, vt ſeruitutis acquiſitionem inducat, quale debet eſſe.*
19 *Aqua flumen magnum faciens non poteſt à domino fundi duci, quo ſibi placuerit, ſecus ſi flumen paruum faciat.*
20 *Aqua occupata præſumitur ab habente prædia ſuperiora.*
21 *Aquam occupans facere non præſumitur animo iniuriandi, vel damnificandi prædia inferiora habentes, ſed principaliter propter commodum ſuum particulare.*
22 *Aquæductus præſumitur conceſſus ſine præiudicio, vel ſcientia alterius.*

1 AQuam eſſe propriam alicuius probatur ex eo, † quod naſcatur in ſuo prædio, per tex. in l Proculus, ff. de dam. īſe. & refert Pariſ. conſ. 129. n. 3. vol. 4. & plura adducit in cõſ. 112. in priu. vol. 4. l. in concedẽdo, & in l. ſeq. in fi. ff. de aq. plu. arc. l. aqua, & l. præſes, C. de ſer. & aqua. l. ſolũ, §. meũ, ff. de rei vẽd. Cæpol. de ſer. ruſt. pd. in tit. de aquæd. n. 37. ver. ſed eſt dubiũ.

Amplia, vt procedat ẽt ſi non in eius proprio fundo oriatſ, ſed in ſuperiorib. & poſtea ingrediatur ꝑpria prædia ipſius:
2 nam † poſtquam ingreſſa eſt, eius propria effecta fuit, adeo vt ea vti puſſit, ſicuti ſibi libuerit, & auocare quo ei placuerit, prout dicit Boer. in dec. 352. nu. 5. Pariſ. in d. conſ. 112. num. 2. vbi allegat l. 1. §. illud Labeo, ff. de aqua quot. & Bar. in l. quo-
3 minus, in 12. q. ff. de flum. vbi aperte ſentit † illũ, in cuius ſundum ingreſſa ſit aqua, poſſe illam continere ob ſuã vtilitatẽ, nec poſſe prohiberi ab illis, qui habẽt prædia inferiora, ibiq; Alex. in addit. Iaſ. ibid. nu. 88. & 91. Rip. n. 83. & 95. Bald. in l. item la pilli, n. 4. de rerum diuiſ. & in l. aquã, & ibi Curt. C. de ſer. & aq. Idem Bal. conſ. 72. li. 1. ad euidẽtiam, dixit Dec. cõſ. 244. n. 3. & conſ. 373. Alex. in conſ. 108. nu. 2. uol. 2. Cæpol. de ſeru. ruſt. præd. c. 4. Iaſ. in conſ. 150. li. 1. Soc. in d. l. quominus, nu. 83. & Calcan. in conſ. 32. n 5. & in conſ. 56. n. 1. & Curt. ſen. in conſ. 33. n. 2. eſt tex. in l. 1. §. illud Labeo, ff. de aq. quot. glo. in l. cum eſſent, §. 1. ff. de ſer. ruſt. prædior. Vber. Lãpug. inter conſilia Calcan. in conſ. 53. verſ. præterea reperio. & ibi Chriſtoph. de Caſtel. in ſubſcript. plene Caſtr. conſ. 54. inter dicta conſil. Calcan. Ruin. conſ. 96. nu. 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 129. lib. 4. nouiſſime Menoc. in tract. retinen. poſſ. remed. 6. 11. nu. 86. &
* ſeq. & idem Pariſ. qui* communem ait in d. conſ. 112. & conſ. 114. num. 19. & 20.

Ab hac tamen ſententia vř recedere idem Calca. in d. conſil. 56. à nu. 4. vſq; ad nu. 8. vt vbicunq; licitum ſit alicui aquã
4 ducere de flumine ſiue publico, ſiue priuato † ei cõpetat ius prohibẽdi quoſcunq; facientes aliquod opus per quod impediatur aquã ducere more ſolito per interdictũ vti poſſidetis, & ꝑ alia interdicta, vel iuris remedia ſibi cõperentia. Et propterea

pterea dicit ſentire Bar.in d.l.quo minus, in 2.q. vt cum quis
habet ædificium in flumine publico,& ex eo liceat ducere a-
5 quam ad prædia irriganda, †alium non poſſe eum impedire,
vel aliquid aliud facere,per quod ei tale commodum auſera
tur,idem clarius ſequitur ibi in 8.q. vbi expreſſe notat cõtra
6 conſuetudinem,non licere ſuperiori aquã retinere, † quo mi
nus fluat ad inferiorem: prout conſueuerat etiam poſtquam
aqua ingreſſa fuerit prædia ipſius ſuperioris, arg.textus, qui
hoc expreſſe probat in l.1.in prin.C.de alluuio.hoc idem cõ-
probat cõis concluſio,nõ licere alicui in ſuo ædificare,vel ali
7 quid facere †ne vſui alterius incommodum feratur,de qua in
l.ſicut,§.Ariſto.ff.ſi ſer.vend.& in l.ſi fundum, §.qui vaſ.ff.de
dam.inf. Iaſ.etiam aperte repugnat in d.l.quo minus , nu.96.
per ea,quæ dicit circa 2.q.Bar.

* Cõmunis,*:& receptiſſima eſt prior opinio ex ſuperius al-
legatis,& errorem Iaſ.aduertit,damnatque Boſ.in tit.de reg.
poſt nu.41.ver.an hoc idem.Poſſet tamen defendi,vt proce-
dat,quando aqua non ſit priuata,neque alteri ius quęſitũ,ſed
8 publicũ:quia tunc †non poteſt impedire quin labatur ad in-
feriora prædia:ſecus ſi eſſet priuata,& ius alteri quæſitum: vt
concludit Calca.vbi ſup.nu.13.per tex.in l.hoc iur.§.ductus
aquæ,ff.de aqua quotid.& æſtiu.

9 Limita, & dicas, vt licet naſcatur ex prædio alicuius , † tñ
poſtquam ad publicum locum peruenit,ſit publica, & tũc po
terit detineri,& occupari tamquam publica: nam non inſpi-
10 citur in aquarum ductu principium aquę,†ſed aluei,& mea-
tus,vnde manat: prout dicit Pariſ.in d.conſil.129.nu.5. vol.4.
per doctr.Bald.in c.1.§.ſi quis de manſo.col.5. de controu.in-
ueſt.& per alia ibidem adducta.

11 Eſt tamen hic obſeruandum , † vt etſi verum ſit aquam de-
fluentem ad locum publicum effici publicam, & vti talẽ poſ-
ſe occupari : non tamen interdici domino prædij, vel loci, à
quo aqua originem trahit,poſſe illam deriuare quocunq; ma
12 luerit,etiam †ſi idcirco noceret habentibus prædia inferiora
tex.eſt in l.fluminum,§.fi.& in l.Proculus,ff.de dam.inf. & in
l.ex meo.ff.de aq.pluu.arc.ſiue aqua per venas ſubterraneas:
ſiue ſupra terram dilabatur: vt per Bal.in l.item lapilli.nu.4.
13 ibi,†& paria ſunt ire ſuper terram,& ſubtus terrã, ff.de rer.
diuiſ.& ſequitur Cæpol.in tit.de aquæ ductu.ſub nu.41. verſ.
tracta tamen,& ver. quæ iura licet loquantur de aqua ſubter
ranea,de ſeruit.ruſt.prædio.

Amplia hanc obſeruationem,vt procedat,etiã ſi aqua ela-
14 pſa fuiſſet per mille annos ad inferiora prædia: † quia & eo
caſu poteſt,prout libuerit domino loci originis aquæ deriua
re quocunque voluerit,vt decidit Cæpol.d.tit.de aquæduct.
nu.40.& 41.Fran.Balb.in trac.de præſcrip.in 2.p 4.p.prin.q.
4.nu.3.vbi ait nihil referre, etiam ſi per mille annos ex natu-
rali facultate fluxerint aquæ in prędium inferius.Iaſ.in l.quo
15 minus.q.28.nu.170.& ſeq.ff.de flumi.dicens,†ſolum natura-
lẽ aquæ lapſum ex fonte ſuperiori non inducere præſcriptio-
nem,vel conſuetudinem,cum ſit res animæ expers,per quam
16 † nihil nobis acquiri poteſt,idem Pariſ.conſ.112.nu.1. lib.1.
& in nu.29.30.31.& 32.in fi.Crau.de antiq.temp.4.p.ſect.vl.
nu.39.Rol.à Val.in conſ.53.nu.26.lib.2.

Intellige hanc ampliationẽ: vt procedat,ſi naturali curſu
17 defluxerit ad inferiora prædia,ſecus ſi facto hominis,†& o-
pere manu facto id euenerit, ſciente, & patiente dño aquæ ,
quia eo principio aqua per ſe fluens pręſcriptionem induce
ret,& nõ poſſet exinde inuito domino fundi inferioris alium
de illã diuertere,iux.tex.in l.cui fundũ. ff.quemad.ſer.amit.
& tradit Bal.in tit.de cõtrou.inueſt.§.ſi quis de mãſo, nu.14.
in vſib.feu.Cæpol.in tit.de aquæduc.nu.40.& 41.Vber.Lãpu.
inter conſ.Calc.conſ.53.Pariſ.d.conſ.112.nu.30.31.& 32.in fi.
* lib.1.vbi*de cõi air,& nu.39.poſt Bar.& Inno.declarat,quale
18 debeat eſſe hoc factum hominis:† vt ſeruitutis acquiſitionẽ
inducat,nempe vt vtens quandoque prohibuerit ſuperiorẽ,
in cuius fundo oriuntur aquę,ne aquas diuerteret,& illi pro-
hibitioni acquieuerit,vel quod inferior ingrederetur fundũ
ſuperiorem, & aquam cepiſſet , vel riuum purgaſſet domino
ſciente,& patiente,vt ibi latius per eum.

Secundo limita concluſionẽ in aqua excreſcente in flumẽ
19 magnum,quia licet in alterius fundo oriatur,†illa tamen do
minus d.fundi vti & ducere non poteſt,quo ſibi placuerit,ſe
cus ſi paruum flumen faciat,iuxta ſententiam Calc.in d.con-
ſil.56.nu.12.per tex.in l.1.§.fluminum quædã,ff.de fluminib.

Nec illud animaduerſione dignum omiſerim, aquam præ-
20 ſumi occupatam†ab habente prædia ſuperiora,ita dixit Pa-
riſ.in conſ.112.nu.3.lib.1.Bar.in d.l.quo minus in 3.q.prin.de
fluminib.vbi etiam Iaſ.q.12.vbi plura alleg.

21 Non tamen hoc præſumitur factum animo iniuriam, † vel
damnum inferendi ijs,qui habent prædia inferiora,ſed præ-
cipue propter ſe,& ſuum commodum: vt per eundem Pariſ.
in d.conſ.112.nu.11.& ibi allegat quamplura.

Sicut etiam aquæductus præſumitur conceſſus ſine præiu-
22 dicio,†vel iniuria alterius,prout tradidit Bar.in d.l.quomi-
nus,in prin.in l.oppoſit.de fluminib.& ibi Iaſ.in 4.notab.nu.
10.& idem Iaſ.in l.fi.ff.de conſt.Prin.nu.19.Bal.in tit.de pace
Conſtan.in verbo,detrimentum,§.aduerſus.

CONCLVSIO CXXIIII.

ARGVMENTVM.

Dirimitur illa concluſio,an arbiter poſſit eſſe teſtis in cauſis , in quibus fuit arbiter.

SVMMARIA.

1 Arbiter in cauſis,in quibus fuit arbiter,non poteſt eſſe teſtis , & quare.
2 Iudex duplici officio,ſ.iudicandi,& teſtificandi fungi non debet & num.
3 Cauſam appellationis non cognoſcit ab eo,qui primam ſententiam tulit.
4 Arbiter quomodo lædere partem teſtificando.Et ibi contrarium.
5 Arbitro non credendum de actis coram ſe ſuitis.Quod intellige,vt ibi.
6 Arbiter non poteſt eſſe teſtis ,etiam ſi ſuiſt plures iudices.
7 Arbiter vices iudicis,& teſtis ſuſtinere non poteſt,vt ſupra nu.2.
8 Arbiter vnus eorum,qui iudicarant,teſtificando ſe defendere velle videtur.
9 Arbitrum teſtificari non poſſe,etiam ſi ſententia dicatur nulla ex defectu ſolemnitatis. Quod intellige,vt ibi.
10 Arbiter non admittitur ad teſtificandum lite pendente
11 Arbiter teſtis eſſe non poteſt , etiam quod agatur de iuſtificatione ſolius ſententiæ latæ.
12 Arbiter ſuper his quæ acta ſunt coram eo,teſtis eſſe poteſt, dummodo deponens amplius non ſit iudex ſuper eadem cauſa.
13 Arbiter poteſt teſtificari,quantum ad proceſſum,& quo,ſecus quantum ad iuſtitiã.
14 Arbiter ſi non deuenit ad laudum,quia compromiſſum,vel inſtantia expirauerit poteſt teſtificari.Quod intellige,vt ibi.
15 Arbiter in his tantum,quæ pertinent ad litis ordinationem teſtificari poteſt,non autem in his,quæ reſpiciunt terminum,& litis deciſionem.
16 Arbitro non creditur plus,quam vni teſti.
17 Arbitri ſi plures ſint,plene probabunt.
18 Arbiter teſtificari poteſt,quando examinatur,non vt plene probet,ſed vt alium iudicem inſtruat.
19 Inſtructio arbitri inducit præſumptionem non probationem.
20 Duo,quæ requiruntur ad hoc,vt inſtructio arbitri probet.
21 Iudici primo quando eſt adhibenda fides.
22 Arbiter poteſt eſſe teſtis,quando producitur,non vt teſtificetur viua voce,ſed ad ſolemnizandum inſtrumentum.Quod intellige,vt ibi.
23 Arbiter teſtificatur quando ambæ partes conſentiunt, vt his iudex arbitrarius teſtimonium ferat.
24 Arbiter teſtificari poteſt ſuper his,quæ obſcure dixit in ſententia,vel laudo ad declarandum,& aſſerendum congruentem intelligentiam.
25 Arbitri interrogati reddere debent optimam rationem ſuæ declarationis.
26 Declaratio nullum ius adfert,ſed tantum ambiguum aperit.
27 Arbitrator etiam laudum ſuum declarare poteſt.
28 Arbiter teſtificari poteſt, quando ſolum agitur de interpretatione , & declaratione obſcuritatis,ſecus vbi verba ſunt clara,vt ibi.
29 Declaratio ſi eſt circa ſubſtantiam,non declaratio,ſed noua diſpoſitio dicitur
30 Summus Pontifex,qui de nouo beneficia conferre poteſt, poteſt etiam declarare conceſſionem iam factam.
31 Princeps declarat verba inueſtituræ.
32 Pars eſt citanda in declaratione verſante circa ſubſtantialia.
33 Declaratio circa ſubſtantialia non leue affert detrimentum.
34 Citatione partis in declaratione ſententiæ quando non ſit opus.Vide contrarium.Et concilia,vt ibi.
35 Arbiter productus ab vtraque parte declarare poteſt ſententiam , vel laudum ſuum .
36 Arbiter teſtis adhibetur , ſi ex eius teſtimonio nullum partibus adfertur præiudicium .
37 Difficile eſt dare caſum vbi teſtimonium arbitri noceat,vel proſit partibus.
38 Arbiter deponens contra ſe non admittitur.
39 Arbiter probabilem errorem allegans admittitur,ſed ſi propriam turpitudinem,quæ illum crimmoſum reddat,non poteſt teſtificari.
40 Arbiter admittitur,quando ex eo,ſuper quo producitur, laus, vel dedecus non imminet .
41 Arbiter ad teſtificandum admittitur in ſubſidium ſuper his , quæ aliàs cognita eſſe non poſſunt .
42 Exemplum adducitur text quare arbitro in ſubſidium credatur . Quod vide per totum .
43 Arbitri teſtificantis fides erit in arbitria iudicis.
44 Intelligentia Fel.in c.cum à nobis ,quam amplia,limita,& diſtingue,vt ibi vſque ad num.
45 Dictum Doctoris intellige ſecundum legem quam allegat.

46 Arbi-

46 Arbiter probat tamquam vnus teſtis in caſibus, in quibus teſtificari poteſt.
47 Iuramentum ſuppletiuum non dari, niſi habenti integrum teſtem, & omni exceptione maiorem.
48 Teſtes domeſtici in ſubſidium admittuntur ad probandum illa, quæ in locis ſecretis ſiunt.
49 Aſſertioni, & teſtimonio arbitrorum ſtari propter longitudinem temporis.

ARBITRVM. tam in cauſa principali, quam appellatio-
1 nis in cauſa, in qua eſt, vel fuit arbiter † teſtem eſſe non
poſſe, multorum clariſſimorum tum profitentium, tum etiam
conſulentium virorum auctoritate fuit comprobatũ, id enim
traditum fuit ab Inno. in c. 2. de arb. & in c. cum à nobis, iun-
cta, gl. de teſt. vbi etiam late Fel. nu. 5. qui ponit regulam cum
multis limitationibus, idem reſpondit Alex. in cõſ. 70. nu. 11.
lib. 3. hoc docuit Bart. in l. ne in arbitris, nu. 6. C. de arbit. id ẽt
habemus à Stephan. Aufre. in ſuo tract. de teſtib. nu. mihi 11.
vbi etiam ipſe ponit regulam cum 9. limit. in eandem ſenten-
tiam deſcendit Rui. in conſ. 153. nu. 12. lib. 1. cui accedit Nell.
de S. Geminia. in tract. de teſt. nu. 3. ſequutus eſt Ang. in cõſ.
28. huic ſubſcripſit Rim. Sen. in conſ. 432. nu. 14. vol. 3. nec ab
iſtorũ opinione receſſit Grat. in conſ. 20. nu. 11. vol. 2. nec præ
terijt Fulg. in conſ. 142. nu. 1. huius meminit Cuman. in conſil.
138. nu. 3. & ne vt aiunt noſtri, per mendicata ſuffragia eamus,
eſt tex. apertus in c. ſtatutũ, 2. q. 6. & hoc ab eo deſcendit pro
pter nimiam affectionem, quam cenſetur habere ad cauſam,
vt dixit Iac. Nouell. in 2. tomo reg. Petr. Duen. in reg. 216. nu.
2 64. etiam ea ratione † quod iudex nõ debet fungi duplici of-
ficio iudicandi, & teſtificandi. Præterea, quia de ſua priuata
conſcientia nõ iudicat, l. illicitas, § veritas, ff. de off. præſid. vt
per Dd. in d. l. ne in arbitris, quibus cõuenit tex. in l. eos, C. de
appel. vbi cauſa appellationis ob veriſimilẽ ſuſpicionem affe
3 ctionis nõ recognoſcitur ab eo, † qui primã ſententiam tulit.
Fuerũt ẽt aliæ rationes adductæ per Alb. de Malet. in ſuo trac.
de teſt. c. 4. nu. 28. quas ſine vllo negocio ex te videre poteris.

Illud inſuper addere poteris, iſtud iccirco fieri, ne daretur
arbitro facultas lædendi partem aſſerendo ſe habuiſſe & vi-
4 diſſe probationes, quas non vidiſſet, † quia & verba poſſunt
eam vim habere, vt probationes coram eo fiendæ poſſunt per
teſtes probari, quod alias non poſſet, vt per Rui. conſ. 68. ſub
nu. 14. ver. nam videmus, lib. 1. quæ quidem concluſio docte,
vt omnia, affatim diſcuſſa fuerunt à Menoch. de arb. iud. li. 1.
q. 73. & infra in concluſione, iudex, nos videbimus, conſulas
ad hæc Blan. de compromiſ. q. 8. nu. 25.

Cõtrariũ vr̃ ſequi Bar. in auth. niſi breuiores, C. de ſent. ex
breui. recit. cum alijs adductis per Cuma. in conſ. 138. nu. 8.

5 Amplia, vt vſq; eo procedat, † vt nec etiam ei credatur de
actis coram illo factis, vt in l. ne in arb. §. ſin autem, C. de arbi.
& ibi Bar. ſequitur, & Franc. Aret. in conſ. 68. nu. 5.

Intellige tamen procedere hanc ampliationem quando ar
biter atteſtatur de actis coram ſe, & ex eius geſtione poſſet
ſibi adſcribi laus, vel dedecus, prout dicit Riminal. Sen. in d.
conſ. 432. nu. 15. vol. 3. cum alijs per eum adductis, & dicetur
infra in 9. limitatione.

6 Secundo amplia, vt procedat, † ẽt ſi eſſent plures iudices,
vt per Fel. in c. cũ à nobis, n. 6. de teſti. poſt Bal. in d. l. ne in ar
bitris, nu. 4. C. de arb. quos refert & ſequitur Menoch. de arb.
iud. lib. 11. q. 73. nu. 9. dixit Aufrer. d. ſuo tract. de teſt. nu. 11.
Bal. in c. quoniam contra, col. 14. verſ. re aliqua, de probat. cu-
7 ius ratio illa videtur, † quod vices duorũ ſuſtinere non poſ-
ſit, id eſt, iudicis, & teſtis vt ſupra, & l. ſi plures in fi. vbi gl. de
8 pact. & l. ſi conſul. ff. de adop. altera illa vr̃ ratio, † quia agitur
de proprio commodo, cum vnus eorum, qui iudicarunt ſe de
fendere velle videatur, vt per Menoch. d. q. 73. nu. 9.

Tertio amplia, vt procedat, etiã ſi ſententia diceretur nul-
9 la quod † ſi in illa aliquod ſolenne requiſitum deſideraretur,
ſecundum Fel. in d. c. cum à nobis, num. 5. verſ. item procedit
concluſio. & ante eum dixit ibi Ant. de Butr. & refert Auſter.
in ſuo tract. de teſtib. vbi ſupra in verb. procederet etiam.

Intellige iſtud procedere, quando hæc eſſet ſolemnitas,
cuius obſeruatio ad iudicem ipſum pertineret, & cuius ne-
gligentiæ, ac imperitiæ adſcribendum eſſet, vbi non fuiſſet
obſeruata, vt declarat Menoch. d. q. 73. nu. 8.

10 Quarto amplia, vt etiam procedat, † ſi lite pendente vel-
let teſtificari, quia nec tum admitteretur, ne duplici officio
fungatur, vt per DD. in d. c. cum à nobis, & per Bald. in l. ne
in arbitris, C. de arbitr. Stephan. Aufrer. in dict. tractat. de
teſti. num. 11. Alberic. de Malet. eodem tract. de teſtib. cap. 4.
num. 36.

11 Quinto amplia procedere, † etiam ſi ageretur de iuſtifica-
tione ſolius ſententiæ latæ, vt idem tradidit Menoch. d. q. 73.
nu. 7. Fulgoſ. conſ. 142. Cardinalis Alb. in l. ſi ſocietatem, §. ar-
bitrorum, nu. 17. ff. pro ſocio.

Primo limita, & intelligas, vt poſſit eſſe teſtis ſuper his, quæ
12 acta ſunt corã eo, † dum modo dũ deponit, amplius nõ ſit iu-
C. de prob. & c. licet cãm, eo. tit. & quia iſta eſt noua inſtãtia,
ergo nouæ probationes, & noui teſtes admittendi, per regulã
de qua in l. per hanc, C. de temp. app. hanc eandem opinionẽ
dicit ſentire Iaſ in l. admonẽdi, in repet. nu. 31 r. ff de iureiur.
duabus rationibus, prima eſt, quia ſi teſtes ſunt nouiter reper
ti, nihil põt parti imputari, & ſic timor falſitatis, & ſuborna-
tionis ceſſat, qui præſumitur didicitis teſtificatis, arg. cle. de
teſtib. & c. fraternitatis, eod. tit. ſecundum adducit Barr. in d.
auth. qui ſemel, col. 3. vbi dicit, quod poſt concluſionẽ in cã,
4 ſicut admittuntur inſtrumenta nouiter reperta, † ita etiam te
ſtes nouiter reperti, & hoc quia parti non poteſt aſcribi ne-
gligentia, vt quoniam teſtes non fuerunt producti propter
iuſtam ignorantiam, vel aliquod iuſtum impedimentum.

Contrarium tamen de iure verius exiſtimat idem Io. Bapt.
Ferret. vbi ſupra, in quam ſententiam deſcendere ẽt ait illos,
qui prę cęteris inter ſcribẽtes maiori auctoritate pollẽt, inter
quos vnus eſt Bart. qui omniũ eſt inſtar, in d. l. admonẽdi, caſ.
ſi. qui mouetur ratione, & lege. l. per textum in d. cle. 2. in d. c.
fraternitatis, & in d. auth qui ſemel. ratione, nam ſi ante latã
ſententiam publicatis atteſtationibus voluiſſet actor, vel reus
teſtes nouos producere eodem capitulo, vel directo contra-
rio, non fuiſſet admiſſus propter timorem ſubornationis, &
5 falſitatis, eo magis non debet admitti poſt ſententiam, † ti-
metur enim ſubornatio poſt publicationem atteſtationum,
quoniam poſt eam vidit pars, in quo ſui teſtes defecerint, vn
de poterit ſubornare alios, & ſupplere, item poſt publicatio-
nem facilius inducitur pars tamquam prouocata ad ſubornã
dum teſtes, quam ante publicationem, videns quod non pro
bauerit, quod ſperabat, vel quod pars aduerſa melius proba-
uit, quæ ratio prohibitiua communis recta via militat in te-
ſtibus de nouo repertis, quoniam iſti de nouo venientes ſunt
illi, qui corrupti præſumuntur, & ſeducti.

CONCLVSIO CXXXV.

ARGVMENTVM.

Artificem quem non eſſe, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Artificem non eſſe, probatur eo ipſo, quod conſtat per decennium non exercuiſſe artem ſuam.*
Lex obliuionem præſumit tempore decem annorum, ibi.
2 *Artifex quis dicatur.*
3 *Artificem eſſe quem probatur per teſtes videntes talem dictam artem exercentem.*
4 *Operari in aliqua arte aliud eſt, & aliud artem illam exercere.*
5 *Artifex per viginti annos præſumitur lucratus ex illo exercitio quantum expendit pro arte addiſcenda.*
6 *Artifex bona præſumitur acquiſiuiſſe de ſua arte, non de communi patrimonio.*

1 ARtificem aliquem non eſſe probatur eo ipſo, † qđ conſtat
per decennium non exercuiſſe artem ſuam, vt voluit Bar.
in trac. de teſtib. in verbis mercatorẽ, nu. 64. ibi, ſed ſi de arti-
ficijs, tãto. n. tempore obliuionem lex præſumit, vt ſtatuit de
2 poſſeſſ. perdẽda. Hinc eſt, vt artifex proprie dicatur ille, † qui
de pręſentia per ſe artem exercet, & non qui per aliũ: nec qui
in præteritum exercuit, vt notat. in l ſi. ff. de excuſat. tut. & ibi
Bart. in vtraq; lectura. Dicit ẽt Bertha. de Gabell. in 2. p. verſ.
16. nu. 34. & Bar. Cæpol. in l. eum qui vectigal. de vectigal.

Limita tamen, vt etiam ille artifex dicatur, qui incipit artẽ
exercere, ſed deſijt, propter morbum, licet aliam artẽ minus
laborioſam exerceat poſt, vt in l. ex agentib. C. de prin. agen.
in reb. lib. 12. & Roman. in ſing. incip. priuilegium cõceſſum.

Contra vero artificem quem eſſe probatur per teſtes depo
3 nentes, † qui viderunt talẽ exercere dictam artẽ, vel melius ſi
deponant, ſe vidiſſe eum aliquod opus facere, quod certũ ſit
abſq; illius artis peritia fieri nõ poſſe, ſecus vero ſi depoſuerint,
quod inſpexerint eum operantẽ in illa arte, quia tũc non pro
4 bat, † nã ſi quis præparat corium, vel quid aliud iſtiuſmodi ar
tificij, talis dicitur operari in illa arte, & tñ ipſe non eſt arti-
fex, ita ait Bar. in trac. de teſtib. in verb. cerdonẽ, n. 61. vbi ẽt
habetur, ad probandũ talẽ eſſe in arte peritũ, & ſatis inſtru-
ctũ, probari debere per eos, qui ſunt in eadẽ arte periti, vt di
cetur infra in concluſione, mercator Artifici. n. credẽdum eſt
in arte ſua, & ſuæ artis vnumquemq; & actorem, & diſputato
rẽ optimũ eſſe tradidit Val. Max. lib. 8 c. 12. vnde Q. Scæuola
quotieſcunq; de iure prædiatorio conſulebatur, ad Furiũ, &
Caſelliũ, qui huic ſcientiæ dediti erant, cõſultores reijciebat
vt elegãter ſcripſit Cicero in ora. pro L. Cornel. Balb. Platonis
quoq; eruditiſſimũ pectus hæc cogitatio attigit, q. cõditores
ſacræ artis de modo & forma eius ſecũ conferre ſermonẽ co-
naros, ad Euclidem Geometram ire iuſſit, ſcientiæ eius cedẽs
imo profeſſioni, ſic retulit idem Val. eod. in lib. & c. Quinimo
cum Philon Athenis armamentariũ illud inſigne mille capax,
nauium fabricatus eſſet, ita facunde rationẽ inſtitutionis ſuæ
in theatro reddidiſſe conſtat, vt Athenienſis ille populus non
minorẽ laudẽ eloquentiæ eius, quam arti tribuerit, vt auctor
eſt Plin. lib. 7. c. 37. & Cice. lib. de orat. 1. & Val. eo. in loco Mi-
rifice et ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de cre
pida, & anſulis paſſus, de crure ẽt diſputare incipientem, ſu-
pra plantam aſcendere vetuit, idem Plin. li. 35. c. 10. de Apel-
le, & idem Valer. nuper à nobis relato loco lib. 8. cap. 12.

Quod ſi probatū fuerit,hinc recte fiet, vt ſi artifex per 25.
5 annos in illa arte ſeſe exercuerit,†præſumitur lucratum fuiſſe
ex illo artificio,quantum expendit pro diſcenda arte, quam
didicit ſecundum tex.in l.quod ſi artificem,vbi Fulg.nu.1.ff.
de rei vend.& facit gl.in l.ſi quis argentum,de donat.

Si vero peritus ſit artifex non præſumitur acquiſiuiſſe de
6 communi patrimonio,†ſed ex ſua arte,vt conſuluit Alexand.
conſ.30.n.10.vol.2.per Bal.in l.ſi patruus,col.2. C.commun.
vtriuſ.iud.

CONCLVSIO CXXXVI.

ARGVMENTVM.

Aſcendentes an præſumantur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus.

SVMMARIA.

1 *Aſcendentes præſumuntur velle relinquere hæreditatem deſcendentibus.*
2 *Hæreditas aſcendentium naturali ratione deſcendentibus eſt debita.*
3 *Aſcendentes, aut deſcendentes pro ſe, nec contra ſe ferunt teſtimonium, propter nimiam affectionem.*
4 *Aſcendentes, & deſcendentes in infinitum non poſſunt inter ſe ferre teſtimonium.*
5 *Mater de ætate filij poteſt teſtificari, & quomodo procedat, ibid.*
6 *Aſcendentes, & deſcendentes non recipiuntur in criminalibus, niſi agatur de impediendo matrimonio ratione conſanguinitatis, vel affinitatis.*

1 AScendentes præſumi†velle relinquere hæreditatem de-
ſcendentibus,obſeruauit Alcia.de præſump.reg.1.præ-
ſum.8.per l.cum ratio.ff.de bon.damna.& Riminaldus ſenior
in conſ.181.nu.8.vol.1.

2 Ratio eſt, †nam hæreditas aſcendentium naturali ratione
deſcendentibus debita eſt,iuxta notata per Nat. in conſ.201.
nu.9.vol.1.

Vnde propter nimiam affectionem aſcendentes, & deſcen
3 dentes pro ſe , vel contra ſe, † non ferunt teſtimonium vt eſt
tex.in l.parentes,C.de teſtib.

Amplia vltimum dictum procedere vſque in infinitum, id
4 eſt, vt†aſcendentes,& deſcendentes vſque in infinitum teſti-
monium inter ſe ferre non poſſint,prout dicit Bar.in ſuo tra-
ctat.ad reprob.teſti.nu.57.

Limita iſtud non habere locum, ſi agatur de ætate filio-
5 rum,quia†mater teſtis eſſe poterit,arg.c.tranſmiſſæ cap. per
tuas,ext.qui fil.ſint legit.& l.matrem,C.de probat.

Veruntamen iſtud verum eſt,vt tunc mater nō vt teſtis ſit,
proprie recipiatur, ſed vt ex eius reſpōſione iudex melius in
ueſtiget veritatem,quæ fuit ſententia Bart.vbi ſupra eo.num.

6 Secundo limita nō procedere†in criminalibus,arg.c.item
teſtis,10.q.5.l.teſtis,ff.de teſtib.& notat Bal.in l.parentes C.
eod.cum alijs adductis per Natt.in conſ.359.nu.2. vol.2.

Tertio limita, quādo agitur de impedimento matrimonij
ratione conſanguinitatis,& affinitatis, arg.c.quoties ext. de
teſtib.c.tenor.ext.de ſent.& re ind.c.vlt.ext.qui.matr.accuſ.
poſſ.c.1.c.3.& c.cæterum,30.q.7.& Bart.vbi ſupra,nu.8.

Quarto limita concluſionem nō habere locum in leuibus ,
vt per Zaſium lib.4.reſp.c.11.& refert Alſa.in ſuis collecta,in
l.485.Quæ omnia explicabuntur infra in concluſione, paren-
tes,& in concluſione,filius,

CONCLVSIO CXXXVII.

ARGVMENTVM.

Aſſaſsinium,vt noſtri loquuntur,quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Aſſaſſinium probatur argumentis, & ſemiplenis probationibus.*
2 *Teſtes examinati parte non citata abſente, & lite non conteſtata, ſufficiunt ad probandum aſſaſſinium.*
3 *Statutum quando contentatur ſolum argumentis, & non exigit plenam probationem, teſtes poſſunt recipi parte non citata, vide ibi contrarium.*
4 *Teſtis, de auditu auditus licet in alijs criminibus non probet, tamen contra aſſaſſinum facit indicium ad torturam, quia facit qualem qualem præſumptionem, ſeu coniecturam, & transfert onus probandi in aduerſarium.*
5 *In crimine aſſaſſinij proceditur omiſſo iuris ordine, ſi de eius qualitate conſtat, ſecus ſi dubitetur,*

ASſaſsinium (vt hoc vtar noſtrorum verbo) propter eius
1 immanitatem,& diritatem criminis,†probari per argu-
menta probabilia,& ſemiplenas probationes,contex.habe-
mus in d.c.1.de homic. lib.6.circa fi.ibi, poſtq̄ probabilibus
cōſtiterit argumentis,& dixit Hipp.Marſ.in l.vni.C.de rapt.
virg.nu.127.teſtatur Bart.in l.non ſolū,§.ſi mandato.ff.de in-
iur.idem Mar.in prac.§.examinād͂a,n.24.Carrer.in praxi, d.
§.circa nu.17.& Fel.in c.afferte,nu.9.in 3. limit. de præſump.

2 Primo amplia,vt hoc caſu ſufficiant teſtes examinati,†etiā
parte non citata,abſente,& lite non conteſtata: vt notat Phi-
lip.Fran.in d.c.1.ex illo tex.nu.5.de hom.lib.6.vbi infert ad
ſtatutum,quod requirit ſolum argumenta, & non exigit ple-
3 nam probationē,† illo caſu poſſe recipi teſtes ſine citatione
partis.Eandem ampliationem ante Fran.approbauit Domi.
de Sancto Gemin.in d.c.1.§.fi.col.pen.Carrer.ſua prac.§. cir
ca,n.18.qui alios citat.Dec.in c.in nomine Domini,quod eſt
c.2.de teſtib.nu.54.limit.7.

Contrarium voluit Fel.in c.2.nu.11.in 5. limit. de teſtib. &
ante eum ibi Aret.& Gram.conſ.1.poſt decif.de foro iud.nu.
64.vbi animaduertit,Hoſtienſ.à quo originem traxit dictum
hoc,non aſſeueranter id confirmare, ſed loqui per verbum ,
forſan:dum hæc ad verbum dicit, quod forſan propter peri-
culum valebunt teſtes recepti parte non citata. Idem Gram.
vol.11.nu.16.

Secū do amplia, vt licet teſtis de auditu auditus in alijs cri
minibus non probet: vt habetur in c.teſtis,4.q.9.& in l.teſtē,
4 C. de teſtibus cum ſimilibus , † tamen talis teſtis facit indi-
cium ad torturam contra aſſaſſinum : ſiue mauis prædonem ,
ſecundum Marſ.in prax.§.examinanda,nu.28.cum ſeq.ea ra-
tione , quia tale dictum teſtis de auditu auditus facit cuiuſ-
modicunque præſumptionem, ſeu coniecturam, ut ſingulari-
ter dixit Archid.in c. hoc videtur,22.q.5. quem refert, & ſe-
quitur Rom.in repet.l.ſi vero,§.de viro.col.fi.ff.ſol.mat. Ale.
in conſ.77.incipien.in cauſa accuſationis de crimine falſi, 2.
vol.Cur.Sen.conſ.76.nu.4.Curt.Iun.de teſt.concl.31.Ro.ſin.
345.teſtimonium de auditu,& Mar.ſing.371.teſtis de auditu,
& decif.557.iuris,vbi dicunt,etiam transferre onus proban-
di in aduerſarium . Vnde ſi tale dictum facit coniecturam, &
qualemcunque probationem , & contra prædatores ſufficiat
probatio per probabilia argumenta, vt per d.c.1. de homic.
in 6.ex hoc fit,vt quæcunque ſatis ſit præſumptio, quæ maio-
rem vim habet,quam argumentum, vt colligi poteſt ex dictis
à Bal.in l.ea quidem,colum.2.C.de accuſ.& in terminis dixit
5 Marſ.d.§.examinanda nu.29.Item quia in tali crimine†inqui
ritur omiſſo iuris ordine, vt traditum eſt per eundem Marſ.d.
§.examinanda,nu.23.& in l.vnius,§.cogniturum,nu.65.ff.de
quæſt.teſtem laudans Bart.in l.non ſolum,§.ſi mandato,ff. de
iniur.Gram.vot.8.nu.5.& voto 9.nu.17.

Intellige hanc ampliationem,vt ita demum procedat,quo
tieſcunq; conſtet de huiuſmodi qualitate aſſaſſinij,ſecus autē
ſi dubitaretur, an quis commiſiſſet aſſaſſinium, necne, vt per
Gram.vot.11.nu.4.et 5.Cap.decif.113.nu.7.& 8.vbi hanc eſ-
* ſe communem *opinionem affirmat, licet aliter fuerit pronun
ciatum per Sacrum Conſilium, vt ibi ipſe inquit.

CONCLVSIO CXXXVIII.

ARGVMENTVM.

An quis probetur aſſaſsinus, vel prædo, qui nummis captus pecuniam acceperit, vt patraret homicidium, & alijs modis, qui enumerantur in concluſione.

SVMMARIA.

1 *Aſſaſſinus quis probatur, ſi præmio, vel pecunia promiſſis, etiam incertis, ſuſceptione mandati, pretio tamen impulſus, vel vt alicui morem gerat, homicidium, patrat & num.2.*
2 *Qui puniatur de aſſaſſinio, & ſi non ſequatur effectus, etiam ſi ſolus conatus interueniat, vide ampliationem, etiam ſi mandatum reuocat, & contrarium, num 5*
3 *Pœna mortis non ſolet de iure irrogari, & vide canones qui de ea mentionem faciunt, exponitur de morte excommunicationis.*
4 *Papa non ſolet diſpenſare circa totum Chriſtianum populum, quia diſtincta ſunt iuriſdictiones.*

Digitized by Google

5 *Conatus in crimine aſſaſſinij ſi effectus non fuerit ſequutus, non eſt puniendus pœna vltimi ſupplicij, ſed mitiori pœna.*
6 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus, niſi fecerit quantum in ſe fuerit, vt delinqueret, ſed non potuit: tunc dicitur aſſaſſinus, & affectus punitur, & nu. 8.*
7 *Clericus volens facere homicidium, & non facit: quia non potuit efficitur irregularis.*
8 *Conatus in enormiſſimis punitur, licet non ſequatur effectus, vide ibi contrarium de conſuetudine totius Italiæ.*
9 *Conatus effectu non ſubſecuto, quando puniatur pro effectu conſummato, & quando non, vide remiſſiue.*
10 *Aſſaſſinus dicitur etiam quis, ſi pro pecunia promittat vulnerare & nu. 11. & quomodo intelligatur, ibid.*
11 *Aſſaſſinus dicitur, qui ſcindit animam à corpore ad alterius mandatum.*
12 *Delictum atrocius eſt, quod fit, vel fieri mandatur per pecuniam.*
13 *Aſſaſſinium, vel mandatum probare ſimpliciter non ſufficit, niſi probetur, quod ſit occiſus Chriſtianus.*
14 *Chriſtianus in dubio occiſus præſumitur, niſi circumciſus reperiretur, vel etiam circumciſus, contrarium probaretur.*
15 *Filius occidens de mandato patris non dicitur aſſaſſinium commiſiſſe.*
16 *Aſſaſſinium vt dicatur, debet per ſententiam probari, & ibi contrarium.*

ASſaſſinus vel ſi quis rectius loqui voluerit prædo, probatur ſi conſtar illum recepiſſe præmium, vel pecuniam † ad
1 maleficium committendum, c. 1. & 2. de homic. in 6. Bart. in l. Cicero ff. de pœnis, & in l. nō ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur. Alex. in conſ. 166. n. 1. vol. 7. Corn. cōſ. 249. n. 2. verſ. his tñ, vol. 1. Grām. vot. 9. n. 1. Rim. Sen. in conſ. 55. nu. 14. vol. 2. Boſſ. ſua pract. cri. tit. de mād. ad homic. nu. 14. Pariſ. cōſ. 166. nu. 2. vol. 4. Grā. conſ. 1. nu. 59. de foro iud. Anch. Imo. & Prob. in c. 1. de homic. in 6. Marſ. in praxi criminali, §. examinanda, nu. 21. &
* de *communi atteſtatur Viu. trac. comm. op. in verb. Aſſaſſini. Didac. Couarru. var. reſol. lib. 2. c. 20. nu. 9. & Afflict. in conſti. Regn. lib. 2. de bannitis, & for. iud. nu. 9.

Qualis fuit M. Liuius Durſus, qui Maguſſam Mauritaniæ Principem ob regis ſimultatem profugum, accepta pecunia à Bocho prodidit, quem ille elephanto obiecit. Sueto. de Vir. illuſtribus & L. Septimius, qui cū C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput eius abſcindere, & per vrbem pilo fixū ferre ſuſtinuit: quia Opimius conſul auro id ſe repenſurum edixerat. Val. l. 9. c. 4. Fl. etiam Fimbria, quia legatus in Aſiam profectus, per ſimultatem demiſſus corrupto exercitu, ducem interficiendum curauit. Volat. liber. 16 Anthrop.

Contrarium tamen videtur Alci. in conſ. 11. nu. 3. vbi negat eſſe verum quem ex eo ſolo dici aſſaſſinum, qui delinquit per pretium: quia etiam milites hoc modo eſſent aſſaſſini, ſed qui ſuſcipit mandatum occidendi hominem pretio conuento.

Primo amplia concluſionē procedere ēt per promiſſionem vt ſi probaretur alicui fuiſſe promiſſum aliqđ ad hoc, vt maleficiū patraret: vt fuit vnus ex militibus Rizardi Camini Principis, quem magnis promiſſis Altinerij atq; Reinbaldi, quod eius vxori atque filiæ vim attuliſſet, idem miles occidit, quia ēt tunc dicitur aſſaſſinus, vt cōſuluit Cur. Sen. conſ. 20. ſub nu. 43. verſ. omitto poſtremo, & vide Ang. Aret. idem tenentem conſ. 14. incip. cum quæſt. præmiſſa, & Aret. conſ. 176. ſicut Io. dicit Apocalypſi, nu. 17. vt dicit Grā. d. vot. 9. ex allegatis ibi
2 per eum, vbi etiam voluit, † vt & ſi non ſequatur effectus, tñ puniatur tamquā de aſſaſſinio, per ibi plura adducta, & alios adducit Carrer. in ſua pract. tit. de homic. §. circa, nu. 4 & pro iſta ampliatione faciūt notata per Bal. conſ. 98. nu. 1. vol. 1. qđ eſt duplicatum conſ. 383. vol. 5. & de vide eundem conſ. 256. vol. 2. & cōſ. 351. eo. vol. 2. cōſ. 432. vol. 5. & Iodo. Damhoud. in ſua praxi. criminali c. 83. de aſſaſſin. nu. 1. & 2. cū ſeq. Prob. in c. 1. de homic. in 6. Rol. à Valle conſ. 24. 1. vol. Iul. Clar. in praxi criminali, in §. aſſaſſinium. Grat. reſp. 52. nu. 2. Rimin. in conſ. 59. in 1. & conſ. 561. vol 3. Didac. Gouarru. d. c. 20. lib. 2. var. reſol. & Aret. d. conſ. 163. ſicut Io. dicit in Apocalypſi, nu. 16. circa fin. ver. tertio allegant.

Amplia hanc ampliationem, vt procedat, etiā ſi ſit promiſſum quid incertum, vt eſt direptio domus, vt per Gab. de criminal. concl. 1. n. 3. alleg. Aret. cōſ. 164. col. 2. & ſeq. qđ incipit, ſicut Ioannes dicit in Apocalypſi, & eſt conſ. 163. nu. 16. in fi.

Secundo principaliter amplia concluſionem, vt procedat, etiam ſi committit homicidium ea mente, vt alteri morem gerat, quia & tunc dicitur aſſaſſinus, ſi credimus Gramm. vot. 9. col. 1. poſt Io. And. in c. pen. de cler. non reſi.

Contrarium colligitur ex animaduerſis à Bal. in conſ. 387. in fi. vol. 5. quem refert, & ſequitur Gabr. d. concluſ. 1. num. 1.

Tertio amplia, vt ēt locum habeat, ſi interuenerit ſolus conatus, licet effectus nō fuerit conſequutus, vt eſt tex. in d. c. 1. de homic. in 6. ibi quamquam mors inde ſequuta non fuerit. Ang. Are. conſ. 14. in q. præmiſſa, col.... in fin. Corn. conſ. 249. verſ. his tamen, ſua nu. 2. vol. 1. quem vide. Hipp. de Marſ. in l. vnius, §. cognituram, ff. de quæſt. Bolog. conſ. 8. col. 2. ſequitur alios adducit Gab. d. concl. 1. de crim. nu. 8. vbi num. 9. dicit
** hanc magis eſſe communem **opinionem.

Vt fuit Caianus Auarorum Rex, qui pecunia corruptus à Leone Impe. Iuſtinianum Imp. prodidiſſet, niſi Imper. admonitus ad Therbellem Bulgarorum regem confugiſſet.

In contrariū deſcendere ſententiā Cor. conſ. 202. n. 3. & 4. vol. 1. vbi rñdet ad d. c. 1. de homic. in 6. nec arbitratur diſpoſitionem illius tex. ita facile eſſe trahendam ad pęnam ampu
3 tationis capitis, † præſertim cum non ſoleat de iure cano. pœna mortis interrogari, & vbi canones faciunt mentionem de morte, intelliguntur & declarantur de morte excommunicationis per c. venerabilem, prope fi. qui. fil. ſint legit. quod ſuadetur per illa verba, à toto Chriſtiano populo diffidatus, poſita in d. c. 1. ſub fi. per quæ non debet intelligi pęna mortis tēporalis, cum ſummus Pontif. non ſoleat diſponere circa totū
4 Chriſtianum populum, † cum diſtinctę ſint iuriſdictiones, per ea quæ habētur in c. ſolitæ de maior. & obed. & in d. c. per venerabilem, faciūt tradita per Didac. Couarru. var reſol. lib. 2. c. 20. nu. 10. verſ. primum vere cenſeo. Idem ſequutus eſt Grā. deciſ. 74. nu. 15. vbi inquit, ita millies fuiſſe iudicatum per magnam Curiam Vicariæ, & plene ſcripſit in ſuis votis voto 20. & 8. quib. in locis aliqñ prædicti delinquentes fuerunt damnati ad perpetuos triremes, aliquando pœna pecuniaria mulctati, & vide Petr. Anch. in d. c. 1. col. pen. verſ. primo caſu, &
5 qui ipſe quoque in hanc deſcendit mentem, † conatum in crimine aſſaſſinij, ſi non fuerit ſequutus effectus, non eſſe puniendum pœna vltimi ſupplicij, ſed mitiori pœna.

** Prima tamen opinio, vt dixi, eſt magis **communis, vt atteſtatur per Gabr. tit. de crimi. conclu. 1. nu. 9. vbi allegat concordata, quæ vide.

Amplia primam opinionem, vt procedat, etiam ſi mandās re integra pœniteat, & reuocet mandatum, per gl. in d. c. 1. in verb. mandauerit, quam ſequuntur ibi Io. And. col. fi. & Dom. col. pen. & fi. Ioan. Mona. col. 2. de homicid. in 6.

Contrarium in hoc ſenſit Ang. in l. item apud Labeonem, §. ſi curauerit, ff. de iniur. & famoſ. libel. & Hippol. de Marſil. conſil. 105. nu. 22.

Cōcilies vt hæc ſecunda opinio procedat, qñ delictum ad exitum non perduxit, quia noluit pœnitentia ductus, tunc. n. vera eſt propoſitio, † nō puniri affectū, niſi ſequatur effectus. Prima vero opinio procedere poteſt quando iſte, qui habuit animum delinquendi, fecit, quantum in ſe fuerit, nihilq; intactum reliquerit, quominus delinqueret, ſed ad delinquendū non potuit procedere, iſto. n. caſu dicitur aſſaſſinus, & punitur, affectus etiam non ſequuto effectu, ita diſtinguit conciliando opiniones Hippolyt. de Marſ. in l. is qui cum telo. nu. 82. C. ad l. Cornel. de ſicar. in quo loco corrigit ſentent. quam alias tenuit in l. qui falſam, ff. de fal. vbi approbauit gl. in d. c. 1. §. fin. de homic. in 6. ideſt mandātem patrari homicidium, & ſic per aſſaſſinamentum debere puniri pœna aſſaſſinij, etiā ſi re integra reuocauit mandatum, quod eſt falſum ſecundum eum ibidem. Et pro iſta diſtinctione facit gl. fi. in c. periculo-
7 ſe, de pœn. diſt. 1. quæ dicit, † quod ſi clericus voluit committere homicidium, quod tamen non patrarit, quia non potuit, nihilominus eſſe irregularem, & facit ſimilem diſtinctionem Bar. in l. qui falſam, ff. de fal. Cacher. vero in deciſ. Pedem. 19. nu. 2. tenet indiſtincte quod in atrociſſimis delictis conatus
8 puniatur, † licet non ſequatur effectus, in primis ſi deuentum fuerit ad actum facto proximum, quo caſu dicit perinde puniendum eſſe, ac ſi delictum eſſet perfectum. In contrariū tñ adducit conſuetudinem generalem totius Italię. qua conatus non punitur vera pęna delicti niſi ſequatur effectus, de qua p Fel. in trac. de conatu, & per Marſ. in l. is qui cum telo, C. ad l. Corn. de ſicar. cum alijs adductis per Cachet. Verū ſi quis eſt qui in puncto iuris cupiat videre, qñ conatus effectu non ſub-
9 ſecuto puniatur pro effectu perfecto, † & qñ non, adeat Silua. in conſ. 43. per totum, vol. 1. Nat. conſulat in conſ. 174. nu. 14. vol. 1. late Tiraq. differētē adhibeat in tra. de pęn. caſ. 37. n. 6. Ceph. videat in cōſ. 57. per totū, vol. 1. vbi ſub nu. 49. loquitur in terminis aſſaſſinij, & cōcludit conatū puniri. Alci. inſpiciat in conſ. 456. nu. 2. & ſeq. nec omittat Soc. Iun. in cōſ. 105. n. 34.

& ſeq.vol.3.iſtis adijciat Ruin.in conſil.145.num.15.vol.5.&
adiungat Grat.in conſ.136.nu.26.vol.1. his addat Bologn.in
conſ.8.nu.5.neque linquat Iaſ.in conſ.111.vol.1. & in conſil.
367.vol.4.ad Ang.contendat in conſ.14.nu.4.Rim.Sen.conſi
deret in conſ.24.vol.2.& in conſ.281.num.10.Mantu.legat in
conſ.30.nu.1.& in conſ.41.nu.12.vol.1.& Afflict. euoluat. in
conſtit.Regni,& in tit.de adult.c.1.nu.13.

Quarto amplia,vt procedat,etiã ſi quis pecunia pellectus
10 promittat vulnerare, † quia & tunc dicitur aſſaſſinus ex not.
per Alex.conſ.166.circa fi.vol.7.dum alternatiue loquitur de
mandato de occidendo,vel de vulnerando.

Cuius Alex. pronunciatum falſum arbitratus eſt Ant. Gab.
d.concl.1.de crim.nu.30.motus authoritate Archid. in d.c.1.
11 col.1.de homi.in 6.vbi voluit,vt aſſaſſinus dicatur is,†qui ſe
iungit animam a corpore alterius iuſſu, & qui nummis capta
tus hominem occidit,non vero qui vulnerauit. idẽ ſequutus
eſt ibi Io.And.& Dom,vnus col.1.in fi alter col.2.in prin ad-
mittit tamen idem Gabr.loco ſupracitato,in hoc caſu vulne-
rantem grauius debere puniri,cum id quod fit, aut fieri man
12 datur per pecuniam † atrocius delictum exiſtimetur, ad tra
dita per Dd.in l.Cicero.ff.de pœn,

Contra hoc videtur facere, quod conſuluit Cor.conſ.249.
ſub nu 2.vol.1.vbi voluit, quod ſi quis per pecuniam vulne-
rauit aliquem , ita dici poſſe eius vitæ non ſecus inſidiatum
fuiſſe,ac ſi occidiſſet.

Sed fortaſſe id procedit in caſu illo,in quo mandatarius ac
ceperat pecuniã pro homicidio committendo, licet inciden
ter,& præter eius voluntatem vulnerauerit tantummodo.

Primo limita , quod non ſufficiat probare mandatum , vel
13 aſſaſſinium ſimpliciter,†imo nec etiam per confeſſionem,ni-
ſi probetur, quod ſit occiſus Chriſtianus,ita notat Carrer.in
ſua praxi crimin.d.§.circa,nu.16.per doctr.Io.And, in d.c.1.
de homic.in 6.qui refert,ſe alias defendiſſe quendam accuſa
tum de aſſaſſinio,& cum non fuerit probatum mortuum fuiſ-
ſe Chriſtianum abſolutum fuiſſe,à penis d.c.1 & idem refert
Bertrand.conſil.140.num.5.vol 2.conſil.30.nu.3.vol.1.Boſſ.
ſua praxi crim.de mandaut.ad homic.nu.22. Corn.conſ.202.
col fi.vol.1.dicit copioſe Viu.d.tract.commun.opin.in uerb.
* aſſaſſini,ubi teſtatur hanc eſſe *communem opinionem,& cõ
ſuetudine receptam, adeo ut pauci ſcribentes admodum re-
fragentur,teſtatur Aret.in conſil.156.col 2. niſi uelit adduce
re Aretinum,d.conſil.163 ſicut Io.dicit ſupraallegato nu.17.
ubi loquitur de c. pro humani in 6. an diſponat ſolum ratio-
ne certi generis hominum,qui dicuntur aſſaſſini,& ſunt alie-
ni a Chriſtiana religione,an contra omnes, qui accepta pecu
nia,uel promiſſis hominem ſpondent occidere Idem de com
muni atteſtantes ultra alios allegatos congeſſit Gab.d.concl.
1.nu.6.de crim.tenuit Couar,uar.reſol.c.20.lib.2.nu.9.qui &
* de*communi atteſtatur.

Intellige tamen,quod ſi eſſemos in dubio ſuper iſta quali-
14 tate an †occiſus ſit Chriſtianus necne,præſumi Chriſtianum
fuiſſe,ita Carrer.d.ſua prax.crim.tit.de homic.§.circa,ſub n.
15.uer.etiam per Matthe.in conſtit.

Crederem hoc non debere procedere in his , qui circum-
ciſi reperirentur,ut ſunt Hebræi,& alij infideles, quia ex hoc
ſatis dicitur præſumi illos non eſſe Chriſtianos , cui præſum-
ptioni ſtandum eſt,niſi contrarium probetur.

15 Secundo limita non procedere in filio , † nam licet pater
mandauerit, ut talem occideret, tamen non dicitur commi-
ſiſſe aſſaſſinium,cum id uideatur feciſſe reuerentia, & obſer-
uantia paterna,ita conſuluit Bald.conſil.246.numero primo,
uolum.2.

16 Tertio limita,ut requiratur,ut huiuſmodi aſſaſſinium † di-
catur probatum per ſententiam,Boſſ.in ſua prax.tit.de man-
da ad homicid.num.21.Alexan.conſil.166.colum.fin.num.5.
* uolum.7. qui dicit hanc eſſe * communem opinionem. Ca-
pic.deciſio.112.num.2.Philipp.Franc.d.c.1.col.3.de homic.
* in 6.qui etiam dicit * communem, & ibi Prob.in addi.ad Mo
nach. in fi.

Contra uidetur ſentire Curt.Sen.conſil.20. nume.44. An-
gel.in tractat.de malef. in uerb.Sempronium mandatore , in
princi.ſentit etiam Ioan.Monach.in d.cap.1.in fin. de homi-
cid lib.6.

CONCLVSIO CXXXIX.

ARGVMENTVM.

An ſum.Pont.aſſertio probet adeo,vt ei nihil obijci poſſit.

SVMMARIA.

1 *Aſſertio Papæ atteſtantis de ſuo facto proprio probat adeo, vt in contrarium probatio non admittatur,& nu 2.6 8 18.& 19.*
2 *Papæ intentio ſibi ſoli,& Deo tantũ eſt nota,qui ſolus eſt intentionis perſcrutator.*
3 *Papa in cauſa eccleſiæ poteſt eſſe teſtis,& de eadem iudicare.*
4 *Papæ ſtatur dicenti quem eſſe ſuum Capellanum,ſeu cubicularium,& familiarem,& nu.5.quomodo procedat,nu.9.in quibus caſibus,nu.12.& 13.*
5 *Papa creditur narranti aliquem renuntiaſſe beneficio per procuratorem creditur, quod fuerit procurator,etiam ſi non conſtat de mandato, & ſi aſſerit aliquem eſſe procuratorem,ibi vide contrarium.*
6 *Papa creditur teſtificanti etiam de eo quod vidit ante Pontificatum, dũ erat Cardinalis,vel in minoribus,& voluntate ſui prædeceſſoris in quacũque diſpoſitione pura,vel conditionali,dummodo de facto ſuo atteſtatur ibi, & nu 20. ſuper eo quod ſit iuris vel facti itaiter,vt non admittatur probatio in contrarium,& num.9 & quando poſſit,vide nu 18 & 19.*
7 *Papæ mag.s creditur quam notario,& quam multis notarijs.*
8 *Papæ ſtatur aſſerenti de facto ſuo.& alterius,& ibi quomodo procedat, & vide contrarium nu 9 etiam contra laicum nu.12 & quomodo procedat,nu 13.& quando,nu.14.*
9 *Papa non debet argui de mendacio.*
10 *Dicta in Papa procedunt etiam in Imperatore,vel rege, non recognoſcente ſuperiorẽ, & quolibet alio Principe ſuperiorem de facto non recognoſcente, etiam in aſſertione,nu 11 & ibi contrarium,& limitationes & concorda,nu.12.*
11 *Delphinus habet iura principis ſupremi,vide remiſſiue , & Dux Mediolani iura Imperij.*
12 *Principibus inferioribus creditur,& tamen probatio admittitur in contrarium.*
13 *Papæ aſſertioni ſtatur in beneficialibus,& ſpiritualibus, in quibus habet latiſſimã poteſtatem ſecundo profecto quando contra non ſubditum ſecus quando contra ſubditum,& ibi quomodo procedat.*
14 *Papæ atteſtanti non creditur,quando agitur de alterius graui præiudicio.*
15 *Papæ aſſertioni non ſtatur de d. licto alicuius,niſi aſſerat conſtare ſibi de notorio, & inexculpabili Et in beneficialibus omnium Papa ſtatur nu.16.*
16 *Imperatori dicto ſtatur,aſſerenti de notorio delicto , & inexculpabili conſtare prout Papa.*
17 *Aſſertioni Principis ſtatur circa benemerita , etiam in præiudicium tertij , etiam quando de benemeritis non compareat , niſi ex ſimplici narratione in ſpecie illa narrantis.*
18 *Probatio contra Papæ aſſertionem , licet non directè poſſit fieri , poteſt tamen indirectè .*
19 *Atteſtationi Papæ ſuper iuris diſpoſitione non admittitur probatio in contrarium, nec directè, vel indirectè, vel diſponeret omnino eius diſpoſitioni ſtari, & ibi vide rationem .*
20 *Papæ aſſertioni tanquam ſibi a parte narratum non ſtatur,& ibi vide rationem,ſecus ſi eſſet de facto ipſius Papæ,vel principis,quia eſſet ſtandum.*
21 *Aſſertioni Papæ de facto alieno non coram ſe geſto fundantis ſuper tali facto ſuam intentionem ſtatur , vt onus contrarium probandi in eum transferatur , qui vellet contrarium probare.*
22 *Papæ in narratis de facto alieno creditur,donec cõtrarium probetur,& ibi vide contrarium.Et quando procedat,nu 21.*
23 *Papæ in literis ſuis aſſerenti aliquem eſſe procuratorem ſtatur.*
24 *Verba priuilegij numerantis aliquod locũ inter loca ſubiecta non probant ſubiectionẽ.*
25 *Dicta de Papa habent locum in Imperatore & Rege,reliqua vide verbo,Papa.*

ASſertionẽ Summi Pontif.atteſtantis de facto ſuo proprio
1 probare,adeo vt plenam faciat fidem,†& probationem
pleniſſimam vſq; eo,vt nec probatio in contrarium admitta-
tur,iure cautum eſt in clem.1.de proba & ibi gl.in ver.feciſſe
* nar annis,& ibi Anch.col.1.& Imo.col.4.vbi ẽt alij*oẽs,Fel.
in c.cũ à nobis,de teſt.col.1.Hipp.in l 1.§.ſi quis dicetur, col.
pen.ff.de quæſt.gl pragm.ſanct.fol.180.Ang.in cõſ.274.nu.2.
& ratio eſt,ſecundum eum,quoniam eius voluntas ſibi ſoli,&
2 Deo tm̃ nota eſt,†qui ſolus eſt mẽtis hominum perſcrutator,
arg.l.2.ff.de interrog.acti.cle.exiui de parad.verſ.fi.& §.alię.
Inſt.de acti.Quæ concluſio ẽt procedit,ſi teſtificetur quidpiã
3 in cauſa Eccleſiæ,nam in illa cauſa & teſtis eſſe poteſt,† & de
eadẽ iudicare,tradidit But.in c.cũ veniſſent,n.10.de iud.Io.
Crot.in trac.de teſtib.§.ſexta,pars,n.217.ex quo fit, qđ ſi Põ
tifex Max.aſſerat aliquẽ eſſe ſuum Capellanum,ſeu Cubicula
4 riũ†ſtatur ſuæ aſſertioni, vt rñdit Gem.conſ.59.in princ.Aen.
de Falco.in trac.reſer fol.16.idem ſi dicat aliquẽ familiarem
ſuum.Sarnen.ſuper reg.de impet.obit.fami.Card.q.13.Idẽ ſi
5 narret aliquẽ renuntiaſſe beneficia per procuratorem,† nam
creditur,fuiſſe procuratorem, etiam ſi non conſtet de manda
to.Boer.deciſ.281.col.fin.quod etiam locum habet, ſi aſſerat
aliquem eſſe procuratorem.Ruin.in conſ.148 nu.7.vol.4.

Contrarium tamen videtur aſſerere Rot.deciſ. 197.inci-
pien.nota quod vbi Papa,in antiq.

Amplia primo concluſionem ſecundum priorem ſententiã
procede-

procedere nõ ſolum qñ aſſerit quidpiam ſuper eo, quod geſ-
ſit tempore ſui pontificatus, ſed † etiam ſi deponat ſuper eo,
quod vidit ante ſui Pontificatus adeptionem, veluti q vidit,
dum erat Cardinalis, vel in minoribus conſtitutus, ita volunt
duæ gl. hoc eſt, in c.1. in ver. ſtatuit, de renun. in 6. & alia in c.
ad apoſtolicæ, in verb. promiſiſſent, de re iud. lib. cod. Do. Io.
Crot. d. tract. d. nu 217. c. querelam, de elec. clem. 1. verſ. intel
leximus, de reliq. & vener. Sanc. Aret. in c. cum à nobis, de te-
ſtib. col. 6 Præpoſ. c. fi. col. 2 qui matr. accuſ. poſ. Iaſ. in repet. l.
admonẽdi, col. 2 de iureiur. Fel. in c pueris, in fi. de ſent. excõ.
Rom. in ſing. 172. Inde fit vt credatur Papæ: etiã ſi atteſtetur
de voluntate ſui prædeceſſoris, Roman. in conſ 350. Card. in
clẽ. 1. & ibi Imol. col. 6. de ꝓb. Ale. conſ. 112. col. 1. vol. 7. Rot.
dec. 197. i antiq. Iaſ. i cõſ. 65. col. 3. vol. 2. Rui. cõſ. 38. co. 4. vo. 1.
& cõſ. 188. col. fi. & cõſ. 215. col. fi li. 1. & cõſ. 108. col. 8. vol. 2.

Quæ ampliatio procedit in quacunq; Papæ diſpoſitione,
ſiue ſit pura, ſiue ſit conditionalis, ſiue ſit modalis, dummodo;
Papa atteſtetur de facto ſuo, d. clem. 1. & ibi tenet Pau. de E-
leazar. & Imol. col 2.

7 Secundo amplia hanc concluſionem, † vt magis credatur Pa
pæ quam notario, Andr. de Iſer. in c. 1. col. pen. verſ. ſed nun-
quid ſtabitur. in tit. qui ſucceſſ. tene. Imò maior erit adhiben-
da aſſertioni Pontificis, quam multis notarijs, vt dicit Ruin.
conſ. 103. col. 6. vol. 5.

8 Tertio amplia idem eſſe, ſi de facto ſuo, & alterius, † prout
in renũciatione beneficij, & ita tenuit Lap. in d. clem. 1. dicẽs
eſſe de mente Cald. & ſequitur Imol. col. pen vbi etiam Boni-
fac. col 2. Feder. de Sen. in conſ. 117. Staphil. de literis gratiæ,
& iuſtitiæ, fol. 155. & declara, vt per eum, quod etiam intelli-
ge, etiam ſi atteſtetur de facto alterius coram ſe facto, vt per
Aret. in c. cum à nobis, col. 3. de teſtib. & ibi Fel. col. 1. Aret. in
conſ. 23. col. 3. Soc. in conſ. 266. col. 12. vol. 3.

Hanc tamen ampliationem intellige procedere, quãdo Pa
pa quid aſſerit ſuper eo, quod ſit iuris, ſiue facti, nam ita ſta-
tur ipſius aſſertioni, vt nõ admittatur probatio in contrariũ,
ſic cauit Anch. conſ. 288. incip. vltra alia ſolemnia, Soc. conſil.
187. col. 8. vol. 3. ſecus vero quando eſt narratio, prout voluit
Ruin. in conſ. 41. col. 1. & in conſ. 103. col. 3. vol. 5.

Contrarium huic vltimæ adiectioni prędictæ ſenſit Lap. in
d. clem. 1. ex mente Cald. & ſequitur ibi Imol. col. pen. ego au
9 tem crediderim priorem opinionem eſſe veriorem, † ne Pa-
pa de mendacio arguatur: vel dici poteſt pro reconciliatio-
ne, Papæ atteſtationem probare, & inducere præſumptionem
adeo vt transferatur onus probandi in eum, qui contrarium
aſſerere vellet, & ita procedat prima opinio, non autẽ quod
probet plenarie ita vt non poſſit contrarium probari, & ita
procedat ſecunda opinio Alex. conſ. 13. col. 2. vol. 5.

Quarto amplia eandem concluſionem procedere in Impe
10 ratore, † vel in rege non recognoſcente ſuperiorem, vt con-
ſultus reſpondit Caſtr. conſ. 339. col. 2. vol. 1. Card. conſ. 128.
col. 1. Alex. conſ. 11. col. 4. vol. 7. Soc. iun. conſ. 65. vol. 4. & in
conſ. 66. col. 2. cõſ. 76. col. 18. vol. 1. Item in quolibet alio Prin
cipe, qui de facto non cognoſcit ſuperiorem, vt cauit Ale. cõſ.
15. col 2. vol. 1. Signor. conſ. 185. col. 5. Bertr. conſ. 109. col. 1.
vol. 3. Ruin. qui loquitur in Duce Ferrariæ, conſ. 21. col. 2. vol.
1. & in conſ. 31. col. 6. & conſ. 175. col. 2. & 3. vol. 1. quod vero
11 Delphinus † habeat iura Principis ſupremi, & in eo locũ ha-
beat, ſancitũ eſt in clem. 1. de prob. voluit Bertr. conſ. 42. col. 1.
& ſeq. vol. in antiq. & quod Dux Mediolani habeat ius Impe
rij in ſtatu ſuo, tradidit Ruin. cõſ. 83. col. 1. & ſeq. vol. 3. & hãc
ampliationem intelligo, vt etiam procedat in aſſertione ip-
ſius Principis circa contractum à ſe factum, Ruin. conſ. 215.
col. 3. vol. 1. Mandoſ. in add. ad alleg. D. Lap. in 2. col.

Contrariũ, concluſionẽ iſtã non habere locum niſi in Papa,
voluit Gem. conſ. 96. col. 4. Pau. de Caſt conſ. 46. col. fin. vol. 2.
Fel. in c. cũ à nobis, col. 2. de teſtib. Iaſ. in conſ. 72. col. fi. vol. 1.
Dec. in cõſ. 528 col. 2. & in col. 357. Fran. Curt. in cõſ. 61. co. 5.

Limita primam opinionem in Principib. recognoſcentib.
ſuperiorem, vt per Card. conſ. 28. col. 1. Fel. in d. c. cum à no-
bis, col. 1. de teſt. Soc. in conſ. 4. col. 3. & in conſ. 77. vol. 3. Rui.
in conſ. 98. col. 4. vol. 4. & col. 8. vbi dicit, quod concluſio nõ
habet locum in inferioribus à ſupremo Principe.

Contrarium, iſtã diſpoſitionem procedere in omni Princi-
pe ẽt recognoſcente ſuperiorem, ſequutus eſt Crau. de antiq.
12 tẽp. in par. 1. n. 41. ea tñ conditione addita, † vt licet inferio-
rib. credatur Principib. tamen ita creditur ijs: vt in contra-
rium admittatur probatio. Bar. docuit in l. ambitioſa, col. pen.
ff. de decr. ab ord. fac. Soc. in conſ. 87. col. 9. vol. 3.

Conciliando ergo has Dd. opiniones, dic q aut quærimus
de his, quæ geſta ſunt coram Papa, vel Principe, & tunc hæc
non admittunt probationem in cõtrarium, ſecus autẽ quoad
inferiores: quia tunc recipiunt contrariam probationẽ. Aut
quærimus de his, quæ non ſunt geſta coram Papa, & tũc pro-
culdubio contrariam probationem recipiunt. Iſta diſtinctio
expreſſe ſumitur ex verbis Ruin. in conſ. 227. nu. 6. vol. 1.

Quinto amplia, vt ſtetur aſſertioni Papæ etiam contra laſ-
cum ſibi ſubditum, dicit Ruin. conſ. 103. col. 5. & ſeq. vol. 5.

13 Limita primo, † ſupradictam concluſionem principalem
procedere in beneficialib ſeu in alijs ſpiritualib. in quib. Pa-
pa habet latiſſimam poteſtatem, c. 2. de præben. in 6. ſecus in
prophanis, vt dicit Abb. in c. cum à nobis, d. tit. de teſt. col. 2.
Rom. in l. ſciendum, col. 22. verſ. præterea aduertendum, ff. de
ver. obl. Dec. conſ. 447. col. pen. Iaſ. conſ. 72. col. fi. vol. 1. Gem.
conſ. 53. poſt nu. 14. verſ. vel tertio poteſt dici.

Præſens tamen hæc limitatio ita intelligenda eſt vt nõ cre-
datur ipſius Papæ aſſertioni etiam in prophanis, vt ſupradi-
ctum eſt, ſed cum hac diſtinctione notanda eſt procedere, qñ
Papa atteſtatur ſuper prophanis, contra non ſubditum, eo ca-
ſu non ſtatur ipſius aſſertioni, vt tenet Abb. in c. ad audientiã,
de præſcr. Caſtr. in d. cõſ. 46 col. fi. vol. 2. Fel. in d. c. ad audien
tiã, col. 3 Caccial. in tra. de penſio. 24. q. Pariſ. conſ. 15. col. fin.
vol. 4 Rui. conſ. 116. col. 1. vol. 5. Verum qñ atteſtatur Papa ſu
per prophanis contra ſubditum ſibi, ſtatur ipſius aſſertioni,
vt diximus ſuperius in 5. ampl. Aret. d. c. cum à nobis, col. 2.

14 Secundo limita, quia Papæ atteſtanti non creditur, † qñ a-
geretur de alterius graui præiudicio, monuit Pau. de Caſt. d.
conſ. 46. col. fi. vol. 2. Anch conſ 308. col. fi. Goza. cõſ. 5. col. 4.
Dec. in c. quæ in eccleſiarũ, col. 12. de cõſt. & in conſ. 357. col.
3. & conſ. 576. in fi. & in conſ. 606. Gram. dec. 65. nu. 9. & ſequ.
& dec. 103. nu. 227. & dec. 105. nu. 2. Curt. conſ. 142. col. 4. Pa-
riſ. conſ. 15. col. fi. & conſ. 67 col. 3. vol. 4. Crau. conſ. 48. & cõſ.
171. colum. 3. Idem in trac. de antiq. tẽp. fol. 27. nu. 44. in 1. p.
Rui. in conſ. 175. col. 2. & col. 4. vol. 1. Staphi. de literis gratię,
15 & iuſtitiæ, fol. 155. & ꝓpea, † ſi Papa vellet aliquem fendo, vel
bonis ſuis ſpoliare, atteſtando ſibi delicto conſtare, non ſta-
retur eius aſſertioni, Dec. conſ. 544. col. 2. & conſ. 445. col. an-
tepen. Aret. conſ. 165. col. 3. Iaſ. conſ. 86. col. 5. vol. 3. & cõſ. 34.
col. 6. vol. 1. cõ. 7. col. 7. vo. 1. cõſ. 147. col. 3. vol. 1. Rebu. i coco.
fol. 241. Niſi aſſerat ſibi conſtare de notorio crimine, & deli-
cto, quod nullo modo purgari poſſit, tunc. n. ſtatur aſſertioni
Pontificis: ita in terminis decidit Gram. dec. 65. nu. 58. & ſeq.
Inno. in c. tua, in fi. de cohab. cler. & mulier. Abb. in c. cũ olim,
16 verſ. ad hoc, de re iud. quod † etiã in dicto Imperatoris pro-
cedit, Gram. d. loco, & Inno. loco citato.

In beneficialib. tñ omnino Papæ aſſertioni ſtatur, Anc. cõſi.
293. col. 3. & ſeq. Ruin. conſ. 41. nu. 12. vol. 1. & ita procedit, q
notat. Fel in c. cum à nobis. col. 2. verſ. quarto nota de teſtib.

Sublimita hanc limitationem, vt quamuis non credatur aſ-
ſertioni Papæ, vel Imperatoris in pręiudicium tertij: vt eſt di
17 ctum, ſtatur tñ aſſertioni Principis circa benemerita etiã in
pręiudicium tertij, ẽt qñ non conſtaret de benemeritis, niſi ex
ſimplici narratione Principis aſſerentis in ſpecie benemeri-
tis, Iaſ. conſ. 227. col. 7. verſ. 8. facit, & ſeq. vol. 2.

Tertio limita concluſionem principalem, vbi dictum eſt,
atteſtationẽ Papæ pleniſſimã facere probationẽ, nec directo
18 poſſe cõtrariũ probari, vt poſſit aliquid probari indirecte,
quod debilitet vires atteſtationis, & gratię deſuper fundatę:
vt bene not. gl. in d. clem. 1. verb. feciſſe probamus, circ. med.
de prob. Gem. conſ. 33. col. 2. Fel. in d. c. cũ à nobis, col. 3. & in
c. quãto, in fi. de ꝑſum. Par. conſ. 15. in fi. vol. 4. q tñ intelligen-
dum eſt procedere, vt admittatur indirecto ꝓbatio circa ea,
quæ ſunt facti, non aũt circa ea, quæ ſunt iuris. Si enim Papa
19 qd ſuper diſpoſitione iuris atteſtetur, † nihil in contrariũ ad-
duci pñt nec directe, ita declarat Imol. in d. clem. 1. col. 4. de
ꝓb. Quã limitationem & procedere docet Gram. dec. 65. nu.
60. qn Papa diſponeret, vt omnino ſuæ ſtaretur aſſertioni, tũc
. n. ei omnino fides haberetur, nec reciperetur contraria pro-
batio, Abb. in c. cũ olim, ver. ad hoc, de re iud. Et ratio eſt, qa
ſi ſtandum ſit Papæ diſpoſitioni, qñ mandat, vt alicui creda-
tur, eo magis ſibi credendũ eſt, & hoc ſaltem donec ſibi pro-

Digitized by Google

betur contrarium,ita conſuluit Soc.cōſ.266. ibi, ſed tamē ad
præmiſſa reſpondetur,vol.6.& hinc eſt,quod Io.Fab. dixit in
l.ex verbis.C.de don.inter vir.& vx. quod hodie videtur,qđ
ſi Princeps,vel Papa recitat & fundat ſuam intentionem ſup
eo,quod recitat,ſtabitur ei, & ideo ſi id confirmat, quaſi rite
factum tenendum eſt,teſtatur d.cle.1.de prob.Gramm.d.de-
ciſ.65.nu.63.& 64.& eum ibi late vide,& in deciſ.103. num.
127.cum multis ſeqq.

Quarto limita non procedere ſupradictam concluſionem,
quando Papa quid attestetur tamquam ſibi a parte narratum
20 tunc† enim non ſtatur eius aſſertioni.Sed imperranti incũbit
onus probandi narrata in reſcripto eſſe vera ſi ab aduerſario
negentur.Abb.in c.2.de reſcr.& in c.fi.de præſum & Aret.in
c.cum a nobis,de teſtib.& in ſuo conſ.165.& rō eſt,quia con
ſtat hoc in caſu ſe ad reuelationē alterius edoctũ fuiſſe , nec
hoc dicere ex certa ſcientia,& motu proprio.Ita Grām.in ter
minis,in deciſ.64.nu.14.per multos ibidē loci per eum addu
ctos,& in deciſ.65.a nu.9.vſq; ad nu.14.Ant.de But.in d.cle.
1.col.pen.ver.hæc vera,de prob.& ibi Boniſ.& Imo.q tenet,
quod in facto alterius nullo modo creditur Papæ,niſi probe-
tur,quia de illo non eſt informatus.tenet ēt Io.And.in reg.nō
licet,de reg.iu.& tenent cōiter Dd.in c.in literis, de fid.inſtr.
Alex.conſ.112.vol.7.Ripa,in 6.reſp.col.4.li.2.Rui.cōſ 41.col.
4.vol.1.conſ.13.col.3.vol.4.conſ.103.col.1.vol.3.vbi decla-
rat.vol.5.Bellam.deciſ.158.Monachus.Rota in nouis dec.111
licet motus,& deciſ.250.Papa in nouis,late hoc proſequitur
Io.Lup.in trac.de libert.eccl.q.1.nu.2.4.& 5.vbi in fi.nu 4.te
ſtatur hanc eſſe cōem*ſententiam omnium DD.in d.cle.1.de
prob.Si tñ id qđ narratur,eſſet de facto ipſius Papę vel Princi
pis illud atteſtantis narratiue, ſtandum eſſet huiuſmodi aſſer
tioni.Alexan.in d.conſ.112.vol.7.procedit.n.limitatio in ijs,
quæ ſunt de facto alieno,non autem in facto proprio.

Amplia , vt hæc opinio locum etiam ſibi vindicet ēt ſi eſ-
ſent in facto antiquo,vt DD.in d.cle.1.de prob. Io.And.in c.
ſi Papa,de priuileg.li.6.& ibi Dñi.in 2.not.vbi inter alia no-
tat,quod verba narratiua Pontificis nō prolata principaliter
propter ſe,ſed incidenter appoſita in aliqua diſpoſitione,nō
inducant diſpoſitionem narratorum etiam ſi a poteſtate nar-
tantis pendeat narrata concedere.Ratio eſt;quia natura nar
ratorum eſt,vt probentur,& non vt probent, ſecundũ Io.Mo
nach.in d.c.ſi Papa,de priuil.li.6. tenet Lup.d.trac.de libert.
eccl.q.1.nu.4.cum ſeq.

Verum licet aſſertioni Papæ de facto alieno non coram ſe
21 geſto,fundanti tamen ſuper tali facto intentionem ſuam† ſim
pliciter non ſtatur,nihilominus facit talem præſumptionem ,
vt onus probandi contrarium transferatur in eum qui cōtra-
rium probare vellet.quo non probato ſtatur eius aſſertioni ,
gl.in d.cle.1.de prob.ī verb.feciſſe narramus. Card.& Anch.
ibid.Bella.deciſ.290.& quod gl.& deciſ.611.licet capella.Itē.
in deciſ.253.ſi.Papa.Rot.in antiq.deciſ.197. Nota qđ ibi &c.
Dom.in c.ſi Papa,col.pen.de priuil.in 6.Soc.in conſ 266.col.
12.vol.3.Car.conſ.128.col.1.& ſeq. de teſti. & in c.ad aures ,
col.7.de reſcr.pulchre Lap.in ſuis alleg.alleg.7.nu.1.vbi ait ,
22 in narratis Papæ de facto alieno credi,† donec probetur con
trarium,& ſub nu.7.ver.in alio aũt,& alleg.121.nu.5.ver.Itē
differentia eſt.Rom.conſ.180.ſi admittimus,poſt nu.3.ver.3.
quia verba Papæ,Calder.conſ 2.ver.ſi.late Mād.in ſuis addi.
ad alleg.D.Lap.Old.cōſ.258.Mil.in repert.ſuo,in verb.verba
narratiua Papæ.Tiraq.de retra.ſol.127.nu.49.Staphil.de lite
ris.gra.& iuſt.fol.90.Et qñ ſtetur eius aſſertioni,vel nō,Aret.
conſ.163.ſicut Io.dicit in Apocalypſi,poſt nu 2.ver.iſta con-
cluſio probatur,& ſeq.poſt nu.3.& poſt nu.4.verſ.ſed his vi-
detur poſſe.Iaſ.conſ.86.nu.7.lib.3.& in conſ.100.nu.3.

Contrarium,quod immo talis Papę atteſtatio de facto alie
no,etiam ſi Papa ei innitatur,non faciat probationem etiam
talem,quæ transferat onus probandi contrarium in aduerſa-
rium,ſentit Io.And.in reg.non licet de reg.iu.in Mercurialib.
Bur.Imo.Boniſ.in d.cle.1.de prob.qui atteſtatur,Rom.Curiā
ita ſeruare.*Do.in c.ſi Papa,§.fi.de priu.in 6.Old.in cōſ.258.
Aret.conſ.23.Cur.qui atteſtatur iſtam eſſe*communem ſentē
tiam,in conſ.20.col.5.Iaſ.in conſ.34.col.6.nu.9.vol.1. Gram.
deciſ.103.nu.229.230.& ſeq.

Sunt & alij,qui conſuluerunt ſtādum eſſe omnino tali aſſer
tioni Papæ etiam de facto alieno non corā ſe facto : vt ſentic
gl.in verb.feciſſe,dum exemplum adducit de mortuo,Ant.de
23 But.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.Soc.in conſ.87.col.8.vol.3.† &
proptetea ſtatur Papę aſſertioni aſſerenti in literis ſuis aliquē
eſſe procuratorem Titij,Fel.in c eum in iure,col fi.de off.de-
leg.Sed vt priorem opinionem ſequamur,Limita illā nō pro-
cedere,ſi Papa nō inhæreret talibus verbis aſſertiuis, ſed nar
ratiuis facti alieni: vt in cle.ſi ſummus,de ſent excom.c.ſi Pa-
pa,de priu.in 6.Rot.deciſ.197.in antiq.Nota,quod vbi Papa.

Ex hoc illud exijt,vt verba priuilegij numerantis aliquem
24 locum inter loca ſubiecta,† non probent ſubiectionē . Inn.in
c.inter dilectos,de fid.inſtr.Rom.conſ.180.Reliqua autē quæ
ad hanc materiā ſpectant,fuſius infra declarabuntur in verb.
Papa,vbi propria eſt huius materiæ ſedes. Et de hac materia
vide Mand.in addit.ad alleg. D.Lap.alleg.7.incip.diſceptat.
Grā.deciſ 64.& 65.Itē D.Gab.in ſuis concl.tit.de pb.cōcl.2.
25 Quæ hactenus de Papæ aſſertione dicta ſunt,† locum etiam
ſibi vendicāt in aſſertione Imperatoris,& Regis,mutatis mu
tandis,peculiaria tamen quæque ſuis locis videbuntur.

CONCLVSIO CXL.

ARGVMENTVM.

An aſſertioni Cardinalis Legati aſſerentis ſibi aliquid eſſe commiſſum a Papa, vel a Principe, plena fides adhibeatur, licet non oſtendat literas ſui mandati.

SVMMARIA.

1 Cardinali aſſerenti aliquid ſibi commiſſum,plena fides adhibeatur,licet non oſtendat literas ſui mandati,& ibi,vide rationem,& vide ibi contrarium,& quando procedat,nu.9 & 10.

2 Cardinali legato etiam in ijs,quæ iure ordinario legationis competunt,nō creditur.

3 Cardinali creditur in ijs , quæ veniunt iure ordinario legationis non oſtenſis literis .

4 Vicario creditur in ijs quæ veniunt ex generali commiſſione.

5 Cardinali legato creditur in omnibus quæ veniunt in generali commiſſione, vt ea, quæ competunt,quia legatus eſt,& in his ei creditur.

6 Legitimatio per Cardinalem tanquam legatum de latere aſſerentem ſpeciales commiſſiones habere,facta valet,non oſtenſis literis commiſſionis, ratione præſumptionis veritatis & aſſertionis tanto viri vide temperamentum nu.10.

7 Aſſertioni ſimplici Cardinalis non ſtatur in præiudicium alterius. ſecus in legatione manualis prouinciæ,& eius acceſſoria,vt facultas legitimandi,abſoluendi,de ſtinandi,& ſimilia.& circa ea,ad quæ dicit ſe eſſe miſſum

8 Cardinali creditur legato etiam in ijs quæ de conſuetudine ſunt ſolita legato concedi & in his quæ geſta ſunt coram eo tanquam coram legato,ibi.& ei credatur tanquam coram delegato .

9 Cardinali aſſerenti ſibi aliquid demandatum viua vocis oraculo creditur, ſi quod factum illud aſſertum per Cardinalem conſtatat factum Papa

10 Cardinali legato non creditur niſi literas ſuæ commiſſionis oſtendat.quando tractatur de magno eorum præiudicio & ibi in quibus etiam procedat

Idem in quantumuis nobili,cui non creditur niſi literis oſtenſis, quando agitur de præiudicio tertij

11 Commiſſio in caſu,quo eſſet probanda,poteſt probari per teſtes probantes de communi reputatione.

12 Cardinali non creditur aſſerenti habere commiſſionem de illis,quæ tranſcendunt naturam legationis,videlicet quæ ſunt reſeruata ſpecialiter Papæ,niſi illa exercuiſſet & in quaſi poſſeſſione illa exercendi eſſet .

13 Summo Pœnitentiario non creditur aſſerenti habere commiſſionem a Papa viua vocis oraculo in præiudicium tertij.

14 Cardinali aſſerenti ſe delegatum, vel ſibi cauſam viua vocis oraculo commiſſam , non creditur,vide ibi contrarium.

15 Cardinalis dicto non ſtatur aſſerentis aliquem ſuum familiarem ad hoc , vt poſſit de eius beneficijs diſponere.

16 Cardinali maxime credendum de commiſſione ſibi a Papa facta, quando Papa eſt præſens.

Idem in Principum mandatis procedit,de quibus facile poteſt haberi copia,quando Princeps eſt in eadem Ciuitate.

17 Cardinalis legati aſſertioni ſtatur ex conſuetudine Romanæ Curiæ indiſtincte,dūmodo conſuetudo probetur.

Alia vide in concluſione Cardinalis.

1 Aſſerenti Cardinali ſibi aliqui eſſe cōmiſſum à Principe, ſiue Romano Pontifice,plena fides adhibetur,† licet literas ſui mandati non oſtenderit,quod multis in locis a ſcribentib.eſt traditum,& in primis in c.nobiliſſimus,vbi gl.97.diſt.
gl.in c.ſicut,de ſent.exc.gl.in c.cũ olim,1.in verb.ſine reprehenſione,vbi etiam Inno.in ver.aſſertiones,de priuil.Abb.in
c.quod ſuper his,de fid.inſtr.& ibi Imol.& Fel.col.2. verſ.1.
Spec.in tit.de teſtib.in §.reſtat.verſ.59 Bal.in l.iuſiurandi.C.
de teſtibus. Spec.tit. de legat.§.ſupereſt,verſic.quid ſi ergo.
Paul.Caſtren.& Salicet.in l.1.C.de mand.Princip. Lap.in ſua
allegat.15.num.ſecundo,Rot.deciſ.176.nota quod legatus in
antiq.

Digitized by Google

antiq.in terminis hoc decidens, Cald.conſ.2.tit.de off.deleg.
* & iſtud* communi ſcribentium ſententia eſſe receptũ, vt cre-
datur Cardinali in his, quæ veniũt iure ordinario legationis,
ad poſſeſſionem,ſi per eum probetur attētatum,quod placuit
Ruin.in repe.l.naturaliter.§.nihil cōe,in 1.lect.ff.de acq poſſ.
& iſtam diſtinctionem tradit ēt Card.Ale.in c.1.col.4. 3.q.1.
dicens,quod vbi eſt notorium facti tranſeuntis, ex quo exigi
tur probatio,c.ſicut,de re iu.& defenſio ex parte rei,tunc nō
impeditur reſtitutio,ſecus vbi eſt notorium facti permanen-
tis,vt vbi per eum ad quæ vide etiam d.Lancel.d.trac.3.p.c.
24.q.10.nu.6.& ſeq.tit.de reo & excep.contra atten.comp.

Contra hanc differentiam notorij facti tranſeuntis,& per-
manentis tēnet Phil.Fran.in c.ad decimas,ſub nu.11.de reſti.
ſpol.in 6.per tex.in c.ſignificaſti,de diuor.vbi admittitur ex
18 ceptio notoria adulterij, & †tamen adulterium eſt factum ,
quod tranſiuit. i.t dato,quod aliqua probatio ſummaria, vel
extraiudicialis requiratur ad probationem notorij , illa ad-
mittitur,ſecundum Inno.ibi.

Quarto ſublimita procedere dictam limitationem,qō no-
torietas non iuris agentis ſubeſt tempore ſpoliationis, tamq̄
ſpoliatus non habeat aliquam excuſationem, prout loquitur
19 c.ad decimas,de reſtit.ſpol.& c.ſignificaſti,de diuort.;ſecus
vbi notorietas ſuperuenit ex poſt facto propter ſententiam
latam, quia in tali caſu huiuſmodi notorietas non debet im-
pedire reſtitutionem,ſi fuerit probatum per agentem atten-
tatum lite pendente,& poſſediſſe tempore ſpoliationis.

Ratio eſt , quia cum per actum ſpoliationis iam ſit quæſitū
20 ius ipſi ſpoliato,†nō debet illa notorietas,quę poſtea ſuper-
uenit tollere ius quæſitum parti, vt per Card.Zabar. in cle.1.
16.q.nu.22.de cauſa poſſ.& propr.& dixit Bal.Nouel.in l.na-
turaliter,§.nihil commune,ff.de acqu.poſſ.vbi in fine illius §.
declarat hanc materiam,& faciunt dicta per eum in tract. de
dote,in vlt.p.q.23.nu.69 & 70. vbi non ſit reuocatio execu-
tionis per viam attentati interim factæ cauſa appellationis
commiſſa, ſi ſubinde contra dotem in ſecunda inſtantia pro-
nunciatum ſit,tunc incipit conſtare de non iure,& reuocatur
via iniuſtitiæ,& quod dicit Fran.in c.non ſolum,nu.10.ver.in
ea.gl.in fi.de app.in 6.quando duret attentatum,& fiat reuo-
catio illorum reuocationis.

Sed tamen Iaſ.in d.§.nihil cōe,nu.45.in 1.lectu.refellit hoc
21 dictum,per tex.in d.c.ſignificaſti,de diuo. †vbi exceptio no
toria adulterij vxoris ſuperueniens poſt ſpoliationem facit,
vt mulier ſpoliata non debeat ante reſtitui, vt illud etiam op
pugnat Lanfr.in repetit.rub.de cau.poſſ.& propr.per c.acce-
pta,de reſt.ſpol.vbi defectus notorietatis impedit reſtitutio-
nē,quia ibi apparuit de abiuratione poſt ſpoliationem, quæ
impedit reſtitutionem.

Quinto ſublimita,vt non procedat, quando notorius defe
22 ctus proprietatis eſſet de proprietate tertij †quia illa nō im
pedit reſtitutionē,ſi per agentē fuit probatū attentatum lite
pen-

pendente, vt ſupra, quia notorietas defectus proprietatis ob-
ſtat agenti poſſeſſorio recuperādæ, ſi docet de ſua proprieta-
te, non autem proprietate tertij, vt late declarat Fel. in c. ad
petitionem, col. 3. in 2. declaratione. de accuſ. & Lancel. d. tit.
de reo & except. contra attentata compet. q. 10. d. 3. parte, d.
c. 24. verſ. 2. limitari poteſt, nu. 18. Bart. in l. 2. C. de except. &
Pariſienſ. conſ. 47. lib. 4. & Ancha. conſ. 97. verſ. præterea, & in
recol. Putei deciſ. 11. poſſeſſio. rub. de cā poſſeſſio. & propriet.

In primis limita, concluſionem non procedere, vbi quis di-
23 ceret fuiſſe attētatum per alium, vt per procuratorem: † quia
tunc non ſufficeret probare ſpolium lite pendēte, ſed neceſſe
eſſet probare etiam procuratorem habuiſſe ad hoc peculiare
mandatū, alioqui ſuccumberet actor, quia delictum procura-
toris non nocet domino, nec præſumitur dn̄m dediſſe manda
tum niſi ad ea, quę licent. iuxta not. in c. 1. vt lit. non cōteſt. ita
dicit Rot. deciſ. 81. quoad reuocationem, in nouis Et ſequitur
Bellamer. deciſ. 551. ſi procurator datus, & Rot. deciſ. 438. fuit
dubitatum pone, quod A. Bellamer. deciſ. 695. ſactum, ſeu con
feſſio. idem placuit Thomæ Faſtoli cau. 1. dub. 3. cōuenit cum
iſtis Paris de Put in ſuo trac. de ſyndicatu, car. 48. col. 1. dicēs
24 † quod ſi Præſes mandauit familiari ſuo: vt recipiat poſſeſſio
nē: non intelligitur mandaſſe, vt ſpoliet, quia non ſufficit mā-
datum ad recipiendum, vt dicatur ſpoliaſſe. Trāſit Fel. in c. 1.
ſub nu. 8. verſ. dixit etiam Rota, vt licet non conteſt. Lap. alle-
gat. 127. Anaſtaſius Canonicus. nu. 5. & Ro. cōſ. 60. n. 2. & cōſ.
74. nu. 1. Fulg. conſ. 219. ſuper eo. nu. 2. Imol. conſ. 76. viſis, &
conſideratis, & conſ. 84. viſa locatione, in vltimo verſ. Alex.
conſ. 139. nu. 3. lib. 4. Io. Bapt. Ferret. conſ. 22. vacante, ad fin.
Domio. in c. eum qui. §. inſuper, nu. 10. verſ. circa ſecundam,
25 de præbend. in 6. qui dicit, nullum † incidere in pœnam illius
capituli propter factum procuratoris: quia non cenſetur ei
datum mandatum quoad illicita, & cum iſta limitatione tran
ſit Mil. in repert. in verſ. procuratoris mandatum quęcun. geſ-
ſer. & Soc. conſ. 302. videbatur primo aſpectu, lib. 2. Manfred.
in trac. de attent. concl. 15. eod. trac. c. 15. nu. 6. & proſequitur
idem Peruſ. in 1. par. c. 1. tit. de attentatis à parte, nu. 6. verſ.
nihilominus, niſi procurator ad hoc, & ampliat, ibi n. 16. verſ.
primo, vt procedat, etiam ſi dominus de aliqua culpa redar-
guatur, vt ſi ipſum non admonuerit, amplians etiam idem in
ſyndico Communitatis; vt ibi nu. 26. per Mil. in verb. attenta
ta lite penden. per procuratorem, & Lap. in cap. eum qui. de
præben. in 6. & per alia vt ibi, dicens ſic Rotam ſeruaſſe eue-
niente caſu, per tradita per Bart. & alios in l. in illa ſtipula-
tione, l. a 2. de verb. oblig. vt etiam in recollect. deci. Gambar.
2. incipien. fuit dubitatum,

Primo ſublimita hanc limitationem, vt non procedat, quā-
do oſtenderetur mandatum procuratoris peculiariter ad
hoc, quia tunc poſſunt attentata reuocari, iuxta ſententiam
Firma. in repert. in verb. lite pendent. & dicit Rot. d. deci. 81.
quoad reuocationem, in nouis, Philip. Francus, in c. eum qui,
§. inſuper, nu. 3. in fi. de præbend. vt ibi, vbi ſupra, dictus Lan-
cellot. Peruſ. nu. 32. verſ. 1. vt non procedat, declarans, etiam
quando dicatur ſpeciale, & ſufficiens mandatum habere, &
in caſu ibi Dominos de Rota inclinaſſe pro ſufficienti: vt ibi
proſequitur nu. 34. & ſeq.

Secundo ſublimita, vt non procedat, quando dominus ex
poſt facto expreſſe, vel tacite rata habuiſſet iſta geſta, & at-
26 tentata per ſuum procuratorem, † quia hoc caſu poſſet peti
reuocatio talium attentatorum probando attentata lite pen-
dente: nam tunc dominus ratum habendo ſibi præiudicat, ſe-
cundum Lap. in præallegat. allegat. 127. Oldr. in conſ. 199. Fe-
lin. qui multa cumulat in c. 1. ſub nu. 18. verſ. tertio declar. vt
lit. non conteſt. Philip. Franc. in d. c. eum qui. §. inſuper, nu. 3.
verſ. & procederet prædicta, de præben. & Paris de Put. in
ſuo tract. de ſyndicatu, fol. mihi 48. col. 1. vt dictus Lancellot.
proſequitur vbi ſupra verſ. ſecundo principaliter, num. 47. &
ſeq. per notata in c. mulieres, de ſent. excomm. & Egid. deciſ.
551. ſi procurator. vt ibi proſequitur per 5. ampliationes, &
tres limitationes, narrans in quibus cauſis hoc obtentum fue
rit in Rota, exemplificans 5. modos probandi ſcientiam hu-
iuſmodi: vbi habes quando ex facto ipſius procuratoris do-
minus poſſit de attentatis conueniri.

27 Tertio ſublimita non procedere, † quando dominus ſciuit
procuratorem ſuum commiſiſſe attentata prædicta, & nō pro
hibuit, quia tunc talis ſcientia nocet domino, adeo vt hoc ca-
ſu poſſet peti reuocari iſta attentata abſque alia probatione
mandati propter prædictam ſcientiam. Domini. c. non du-
bium, de ſent. excom. in 6. & dixit Gemin. in d. c. eum qui. §. in
ſuper, prope finem de pręben. in 6. & plura ad hoc allegat Fe-
lin. in præalleg. c. 1. nu. 8. verſ. 3. declaratio. vt lit. non conte-
ſta. & pro hoc facit, quod notat deciſ. 428. ſi habens, in nouis,
28 quæ vult † quod vbi procurator tranſgreditur mandatum, &
dominus hoc ſcit, ſibi præiudicet: quia videtur tacite omnia
per eum geſta rata habere. Et idem eſt, quando procurator ta
lia attentaret domino præſente, vt ex allegatis per Fel. vbi ſu
pra, verſ. 4. declaratio. & hoc etiam voluit Bellamer. dec. 577.
etiamſi exeq. & deciſ. 511. concl. quod non valet, & dec. 551.
29 ſi procurator datus, dicens, † quod vbi probabiliter pręſume
retur ratificatio domini ipſe teneretur. In ſimili notat Rota
deciſ. 278. ſi Vicarius, in nouis. Et facit deciſ. 428. ſi habens, in
prin. in nouis. Et hoc caſu non ſufficit verbo reuocare attenta
ta, ſed de facto ipſe dominus debet mandare procuratori: vt
deſiſtat, vt per Bellamer. d. deciſ. 551. & Felin. in c. Petrus vol.
2. verſ. fallit 4. de homicid. quod eſt intelligendum, ſi procu-
rator longo locorum interuallo non ſit diſiunctus, adeo vt do
minus mittendo procuratorem maximum damnum accipe-
ret, vt per Bellamer. d. deciſ. 551. & Do. Lancell. d. tract. de at-
tentatis, d. tit. de attentatis à parte, d. c. 1. 1. part. nu. 54. & 60
vbi habes, quando inducatur ſcientia ad effectum huiuſmo-
di, & quando illis modis non probetur, an in dubio illa præ-
ſumatur, proſequitur ibi nu. 88. verſ. quod ſi ſcientia Domini.

CONCLVSIO CXLVII.

ARGVMENTVM.

Attentata quomodo probentur per remiſſionem ad partes, & an attentatum probetur per inſtrumentum.

SVMMARIA.

1 *Attentata non probantur per remiſſionem ad partes, quia debent probari in curia.*
2 *Remiſſoria non datur ad partes ſuper attentatis, vt probentur attentata poſt litis pendentiam, ſed ſolum datur terminus ad probandum in curia de ſtylo palatij, & nu. 3 etiam ſi per teſtes conſtaret de fumo ibi, & vide rationem.*
3 *Remiſſoria datur reo ad ſe excuſandum non attentaſſe, niſi euidenter conſtaret de attentatis. & reo ad repulſam examinare*
Reus in omnibus magis priuilegiatur quam actor, & quando, & quibus caſibus detur, ubi remiſſione, & quando reo denegetur, & quare, & quando non negatur.
4 *Actor quando incontinenti eſt paratus probare attentata, potius recipiuntur probationes actoris, quæ ſunt in promptu, quam rei, quæ abſunt.*
Vna coniectura aliam debiliorem tollit.
5 *Attentatum an per inſtrumentum probetur, & an plene, vel ſemiplene.*
6 *Attentatorum materia eſt ſummaria.*
7 *Probatio ſemiplena ſufficit in materia attentatorum.*
8 *Iuramentum in ſupplementum poteſt deferri ad probationem attentatorum.*

ATtentata non probantur per remiſſionem ad partes quia
1 † debent probari in Curia, ut tradidere DD. Rot. de-
ciſ. 220. nota quod ſeruat. in antiq. & deciſ. 57. in addit. at-
2 tent. lit. penden. in no. ubi † remiſſoria non datur ad partes
ſuper attentatis, ut probent, quod ſint attentata poſt litis
pendentiam, ſed datur ſolum terminus ad probandum in Cu
ria, & Rot. deciſ. 99. ubi poſt. & deciſ. 775. item eſt ſciendum,
in antiquis, inquiens, quod eſt ſtylo ſacri palatij non conce-
ditur remiſſoria ad partes ad probandum attentata poſt li-
tis pendentiam, ſed hoc ſolum conceditur ad probandum in
Curia, & non extra. Idem ſequutus eſt Caſſad. deciſ. fin. de
dilat. meminit Veſtr. in ſua praxi Curiæ Romanæ, lib. 6. c. ult.
de remiſſione ad partes, nu. 2. & Hercula. in ſuo trac. de atten-
tatis, c. 16. nu. 1. & Rot. deciſ. 10. alias 89. nota quod ubi, de
appell. in antiq. & deciſ. 4. alias 57. attenta. in fi. ut lit. penden.
in nouis, & proſequitur Lancell. Peruſ. d. tract. tit. de probat.
attentata. 3. parte c. 26. uerſ. circa tertiam inſpectionem, num.
108. & ſeq. ubi ampliat, etiam ſi per teſtes conſtaret de fumo
attentatorum, ut ibi nu. 112. ratio eſt, ne detur materia calum
niandi, & lites prorogandi, ut in d. deciſ. 220. in antiq. & Her-
cul. ubi ſupra.
3 Primo limita, ut procedat, † qn̄ ab actore peteretur remiſſo
ria ad probandum attentata, ſecus quando peteretur à reo ac
cuſato de attentatis, qui uellet ad ſui excuſationē probare nō

Digitized by Google

attentaſſe, quia tunc etiam reo dabitur remiſſoria, vt decidit Caſſad. deciſ. 4. de dilat. vbi ita tempore ſuo pluries fuiſſe obſeruatũ atteſtatur, & eum ſequitur Veſt. ſupra citato loco, de remiſſione ad partes, nu. 2. & Hercula. de attentatis, d. c. 16. n. 8. & Manfred. concluſ. 78. & 79. & Afflict. deciſ. 351. & in hoc magis fauetur reo, quam actori, vt idem Mãfred. d. concl. 79. & dictus Lãcellot. citato loco, nu. 113. amplians et ſi reus vellet ad repulſam examinare, ibi nu. 114. & ſeq. vel peteretur ad probandum attentata per ipſum appellãtem cõmmiſſa rõne ipſius odij. vt ibi. nu. 125. vbi plures dat limitationes, hoc eſt, qñ teſtes eſſent in remotiſſimis regionibus, vt non facile propter magnos ſumptus poſſent in curiam adduci, vel alia iuſta impedimenta, vt Fel. in c. cũ cãm, nu. 27. & 31. de teſt. & alios, vt ibi nu. 126. vel vereretur irreparabile damnũ ex denegatione, vel conſtaret oẽm calumniam abeſſe, vel ad attẽtata liquidanda, & vide ibi quatuor limitationes ad concluſionem.

Intellige hanc limitationem non procedere, quando clare conſtaret de innouatis, & attentatis lite pẽdente, vt quia per actorem iam pridem attentatum eſſet probatum, & reus peteret terminum ad repulſam, vt potius differretur finis cauſæ, quam vt ſe defenderet, quia in tali caſu etiã reo denegaretur remiſſoria ad probãdum contrariũ, vt per Caſſad. d. deciſ. 4. de dila. & Veſt. in d. c. ſi. de remiſſ. ad partes, nu. 2. & eſt deciſ. Afflict. 351. nu. 6. & 7. & Herculan. d. c. 16. nu. 8. in fi. & ſequitur dictus modernus d. 3. parte, c. 26. tit. de proba. attẽtatorũ, poſt nu. 115. ver. qua retenta illa limitanda videtur, & nu. 116. ea ratione qđ iſtiuſmodi exceptiones videntur calumniã ſecum adferre, c. licet cauſam, de probat. gl. in qui. caſ. aud. teſt. commi. in conſtitutionibus Regni, vbi And. de Iſern. in priu. Fel. in c. 1. de app. & ſequitur Veſtr. ubi ſupra, nu. 2. uer. quãobrem, in quo loco intelligit iſtud procedere, niſi forte exceptiones, quæ ad repulſam teſtium dantur, litem perirent, ueluti ſi teſtes ex aduerſo producti dicerẽtur corrupti, ut falſum deponerẽt, & ſimil. d. c. licet cãm, de prob. quia hoc caſu nõ denegaret remiſſoria, ut uoluit idẽ Veſt. ſupracitato loco, uel ad probãdũ uiolationẽ ſequeſtri. ut per Caſſad. dec. 5. dubitatum fuit, de ſequeſt. poſſ. & fruc. & proſequitur dictus Lãcel. d. tit. de proba. attentatorũ, uerſ. 2. uř poſſe limitari, n. 119.

Secundo intellige præfatam limitationem, ut non proce-
4 dat, quando † actor eſt paratus illico probare attentata, quia tali caſu potius ſunt recipiendæ probationes actoris, quæ ſunt in promptu, quam probationes rei, quæ abeſſent, tradidit Veſt. d. cap. fin. de remiſſio. ad partes, nu. 2. vbi paulo inferius admonet procuratorem actoris, vt ſit cautus, vt confeſtim, quantum poteſt, aliquam ſpolij probationem faciat, ad excludendam dilationem, ſeu remiſſoriam, & econtra etiam procurator rei diligenter inuigilet, vt alijs probationibus, & contrarijs coniecturis animum iudicis ad concedendam remiſſionem propenſiorem faciat, vna enim coniectura aliam debiliorem ſummouet, l. diuus, ff. de in integ. reſtit. l. non ſolum, §. de vno, ff. de rit. nup. & ex ſimilibus præſumptionibus ſolent iudices moueri ad concedendam, vel denegandam remiſſoriam, l. teſtium, §. ideoque, & §. ſeq. ff. de reſt. c. in præſentia. de renun. c. conſtitutus, in fin. de fideiuſſ. Caſſad. deciſ. 11. de dilationib. & ita proſequitur dictus Lancell. vbi ſupra, nu. 117. & ſeq. d. tit. de probatione attentatorum.

5 Attentatum autem † an probetur per inſtrumentum, conſulendus erit Tho. Fall. cap. 1. dub. 3. & dubio 41. & quæ alleg. ad l. qui vniuerſas, §. qui per colonum, ff. de acquir. poſſeſſ. & an plene, vel ſemiplene ſufficiat probare in materia huiuſmodi attentatorum. adeundus erit Ro. in cap. 1. num. 39. de appell. dicendum tamen videretur, quod ſatis eſſent leuiores
6 probationes † quia cum materia attentatorum ſit ſummaria, vt per Rotam deciſ. 74. not. ſi attent. in antiq. requiruntur in ea probationes leuiores per ea, quæ notat Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verb. ſummarie, & dicit Hercul. d. tract. de attent. cap. 15. num. 41. niſi dicamus illam eſſe ſummariam quoad ordinem procedendi, & non quoad probationes, vt dicit Bellam. deciſ. 254. id autem quod dicitur, & deciſ. 286. in materia attentatæ, & Abb. in cap. in literis, verſic. item aduerte ad vnam, nu. 26. de reſtitut. ſpoliat. quod ante cenſuit Oldrad. conſil. 1. in cauſa Eboracen. nu. 16. verſic. nec obſtat, ſi diceretur, quod tamen eſt falſum, vt demonſtrauimus ſupra in ſuperiori concluſione, attentata petens, vbi verſic. contrarium tenuit, & verſic. concorda, reconciliamus opiniones, & ibi vide. Nec tamen dicuntur probari ex ceſſione de illis in actis facta per condemnatum ad illa purganda, niſi vere in facto extarent, nec etiam ex ſententia in rem iudicatam tranſacta, ſi tanquam notorie iniuſta reuocaretur in dubium, vt dictus Lancell. refert fuiſſe dictum in Rot. d. 3. parte c. 26. num. 104. & ſeq. d. tract. de attentatis, d. tit. de probat. attentatorum.

7 Deueniendum eſt igitur ad id, vt † in materia attentatorum ſufficiat ſemiplena probatio, vt expreſſe docuit Dec. in c. dilecti, num. 35. de appellat. & eſt deciſ. Rot. 234. ſi rector cum qua conuenit Bellamer. deciſ. 98. ſententia lata, & deciſ. 99. in reſtitutorio, & 455. Monaſterium. Rot. deciſ. 49. agens poſſeſſorio, & deciſ. 308. ſi quis petat, in antiquis, & deciſ. 327. ſi contra, verſic. & hoc verum, niſi allegaret, in antiq. & deciſ. 116. nota quod vbi epiſcopus, in antiquis, & tradidit Abb. in c. 1. nu. 7. de appella. & ibi Dd. Gemin. conſ. 16. col. fin. Præpoſit. in c. porro, col. 4. 16. fallen. de diuor. Vnde eo caſu dici poteſt, vt ſi probarem talem attentaſſe circa multa, & non ap-
8 paruerit, † vt iuramentum forſitan deferri poſſit, iuxta notata in l. admouendi, ff. de iureiur. & ſentit Herculan. d. ſuo trac. de attentat. c. 15. nu. 41. in fine.

CONCLVSIO CXLVIII.

ARGVMENTVM.

Attentata quo pacto probentur.

SVMMARIA.

1 *Attentatum probatur ex eo, quod quis facit aliquid prohibitum medio tempore appellatione pendente ab eo relocutoria, vel diffinitiua.*
2 *Ius ſuum quis proſequens faciens quod ſolitus erat, non dicitur attentare.*
3 *Nullus tenetur nec debet dimittere ſuum ius, vel deſiſtere à proſequutione ſuã iuris, vel poſſeſſionis ſua propter aliquam contradictionem, vel appellationem.*
4 *Attentare dicitur, qui aliquid noui facit poſt litem inceptam, & appellatione pendente.*
5 *Attentati deſcriptio quæ ſit, lis quid ſit, quotuplex ſit attentatum, quot genera in eis conſiderentur & quando lis pendere dicatur, quid ſit appellatio, & quando dicatur pendere, & finire, vide remiſſiue.*
6 *Quod licitum ante litem, & appellationem erat facienti, lite introductis illicitum efficitur.*
Emphyteutam expellere quibuſdam caſibus domino licet, ibi remiſſiue.
Via quam elegit quis ſibi pateat.
7 *Petens aduerſario iuramentum deferri, non poteſt reſcindere ſententiam ex nouis probationibus.*
Pactum de recedendo infra tempus, vel quandocunque à contractu, niſi ſit tale quod factum, intelligitur, niſi fecerit quid, per quod videatur ab illa facultate recedere.
8 *Dominus lite pendente non poteſt ædificium demoliri, & cementa alia transferre.*
Prohibitum lite pendente in magno, nec in minimo quicquam licet innouare.
9 *Natura orationis negatiua eſt, quod nullo tempore vera ſit.*
Negatiua vniuerſaliter indefinite concepta omnes caſus non comprehendit.
Dictio, omnis, vniuerſaliter affirmatiua, collectiua omnes caſus complectitur, & nihil excludit.
10 *Actus appellatione pendente, etiam ad ſedanda ſcandala factus, tamquam attentatus eſt reuocandus.*
11 *Iudex poteſt ad tollendas rixas quid facere, quod alias non liceret.*
12 *Appellatione pendente etiam ab actu, vel ſententia nulla, nihil poteſt innouari.*
13 *Appellatione generali etiam contra incertam perſonam pendente, quid factum ut attentatum reuocatur.*
Etiam ſi appellatio à tertio pro ſuo intereſſe, nedum per ipſos litigantes eſſet interpoſita non poteſt illa pendente quicquam innouari, ac nedum in vera, & adinaliter emiſſa appellatione, verum & in tacita, & præſumpta.
14 *Medio tempore diſputationis an appellatio admittenda ſit, vel ne, prout poſt eius admiſſionem nihil poteſt innouari.*
Appellatione quaſi aperte non admittenda pendente, prout illa non admiſſa nihil eſt innouandum, alias vt attentatum reuocatur.
15 *Appellatione à iudices contentioſa, vel voluntaria iuriſdictionis ſententia lata interpoſita pendente nihil attentandum, alias reuocatur.*
16 *Appellatione, ſeu proteſtatione coram honeſtis viris interpoſita pendente, nihil attentandum, alias reuocatur.*
Appellatio regulariter coram iudicibus à quo, vel ad quem eſt interponenda.
17 *Attentandum non eſt appellatione pendente non ſolum reſpectu appellationis, ſed etiam eius, qui adhæſit, alias vt attentatum reuocabitur.*
Idem pendente illius proſecutione, prout & ſi deſerta fuerit.
18 *Attentatorum iure ſibi quæſito per deſertionem renunciaſſe quis non præſumitur.*
Renunciantem appellationi agi ad reuocationem attentatorum permittitur.
19 *Iudici à quo eſt appellatum poſt appellationem interpoſitam exequi volenti poteſt impune reſiſti.*
20 *Iudex non dicitur attentare, ſi poſt appellationem interpoſitam tempore dilationis fecerit fructus ſequeſtrari.*

21 De-

21 *Debitor effectus ſuſpectus de fuga etiam lite pendente poteſt capi.*
22 *Iudex a quo eſt appellatum in cauſa matrimoniali ſubiiciendo partibus, ne interim lite pendente alteri nubant, non dicitur attentare.*
Idem eſt in marito qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi matrimonij, quod de iure non valebat, cui pendente lite poteſt inhiberi, ne eam vxorem teneat.
23 *Iudex an attentat ſtatuendo terminum appellanti ad recipiendū apoſtolos, vel proſequendum, vel ad docendum de proſecutione appellationis, vide ibi rationem.*
24 *Attentare non dicitur poſſeſſor aliquem actum faciens per viam continuationis poſt interpellationem interpoſitam, Etiam ſi per modum refectionis continuus.*
25 *Inhibitus reficiens non attentat.*
26 *Poſſeſſor non vtens poſſeſſione poſt appellationem interpoſitam eo modo, quo ante, attentat.*
27 *Continuatio poſſeſſionis in eo procedit, penes quem ante motam litem poſſeſſionē conſtaret fuiſſe vere, vel præſumptiue.*
28 *Appellatione ab interlocutoria pendente a non inhibitionem poteſt procedi, & quando procedat.*
29 *Appellatio ab interlocutoria eximit appellatam a iuriſdictione iudicis a quo.*
30 *Iudex deferens appellationi ab eius interlocutoria interpoſita non poteſt ad vlteriora procedere.*
Iudex per delationem appellationi coram eo interpoſita abdicat a ſe omnem iuriſdictionem in illa.
31 *Appellatione manifeſte cauali, iniuſta, & friuola interpoſita pendente quid facit non dicitur attentare.*
32 *Appellatione in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita pendente, geſta non reuocantur tamquam attentata.*
33 *Executio poteſt fieri appellatione pendente in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita.*
34 *Ampliationes, limitationes, & declarationes in materia ſupradictæ concluſionis vide ibi etiam.*

1 ATtētatum probari ex eo,† quod quis facit aliquid, quod
prohibeatur medio tempore appellatione pendente ab
interlocutoria, vel a diffinitiua, cautum fuit in c.non ſolum,
de app in 6.& a ſcribentibus edoctum in l.app. C.de app.&
dixit Manfr.in ſuo tract.de attent.p.7.nu.2. Vnde fit, vt cum
quis ius ſuum proſequitur, & id agat, quod facere ſolitus erat
2 non † dicitur innouare, nec attētare, quia id omne, quod agit,
pertinet ad tuitionem, & conſeruationem iuris ſui ante acqui
ſiti, c.2.vt lit.pend. Nullus.n.tenetur, vel debet dimittere ius
ſuum, vel deſiſtere a proſequutione, & continuatione ſui iu-
3 ris, vel † poſſeſſionis ſuæ propter aliquam contradictionē, vel
appellationem, vt eſt deciſ.Rot.321.ſi appellatus, circa med.
& dec.344.nu.1.& 2.in nouis.Pariſ.conſ.39.lib.1.Abb.c.1.per
illum tex.in 3.notab.vt lit.pend.Card.Zabar.in cle.2 in opp.
2.vt lite pend.Manfred.de atten.concl.6.& Aug.Bero.q.120.
4 Attentat † igitur qui aliquid facit poſt litem inceptam, & ap-
pellatione pendente.
Verum vt ea, quæ hic tradituri dilucidius percipi queant,
videnda erunt, quæ præmiſit d.Laucell.Peruſ.d.tra. in præfa-
tione 1.partis, vbi nu.6.& 14.habes attentati huiuſmodi de-
ſcriptionem, & nu.18.quid ſit lis, & num.35.verb.tertio præ-
5 mittendum, † quotuplex ſit attentatum, ac quot genera in eiſ-
dem conſideranda ſint, quę ibi pluribus differuntur, & quan-
do lis pendere dicatur, habes per eum in 2.p.c.4.tit.de attē-
tatis lit.pend.quidquid appellatio ſit, & quando dicatur pen
dere, & finire, ibi.& d.2.p.c.12.tit.de attentatis, app.pend.in
eius præfatione, vbi videre potes.
Amplia concluſionem, etiam ſi quid lite, vel appellatione
pendente ſit, quod alias citra litem, & appellationem pendē-
6 tem licitum facienti extitiſſet † cum his introductis attenta-
tumque & minus licitum efficitur, vtpote domino in iudicio
emphyteutam ad ipſius è poſſeſſione in expulſionem coram
iudice cōuenienti, cui alias propria auctoritate ipſum expel
lere in quibus caſibus licuerat, Iaſ.in l.2.5.n.117.C.de iu.em
phy.& 105.ver.& tenendo hanc partem, & alios ibi citatos,
non permittitur vlterius lite pendente hoc effici, cum viā ſi-
bi hanc electam patuiſſe debeat, l.ſi.C.de Codicill.l.commo-
diſſime, C.de pact.inter emptor.& vend. Spec.§.ſequitur de
quibuſdam, ver.quid ſi compromiſſum eſt, nu.9.ti.de arbit.&
l.ſed & ſi, de re iud.& l.1.vi bon.rapt.l.interdum, §.qui furē,
de fur.Spec.§.nūc vero aliqua, ver.item cum eis duplex, poſt
nu.68.de inſtr.edit.& in §.ſequitur videre legaliter, ver.notā
dum, nu.7.& ſeq.de act.ſeu petit.Oldr.conſ.302.hic ſunt bre
ues, nu.12.& Iaſ.d.l.2.nu.114.& Hippoly.Marſ.ſing.213.vbi
7 ampliat, † ſi quis petijt deferri iuramentum aduerſario, non
poteſt ſententiam ex nouis probationibus reſcindere, ac ſi
erat facultas à contractu infra tempus, vel quandocunque re
cedere, niſi ſit factum tale quid, intelligitur, niſi fecerit quid,
per quod videatur ab illa facultate recedere. Capic.dec.119.
nu.9.Afflict.deciſ.372.ſuit lata ſententia in magna curia, ver.
replicat, D.Io.poſt n.2.Dec.con.116.ver.3.non obſtat, per D.
Lancellot.Peruſin.d.tract.2.par.c.4.tit.de attentatis lite pen
den.in præfat.nu.420.& ibi proſequitur, & alij adducti per
d.Peruſin.citato loco, ampliat.1.nu.3.& ſeq.ver.quam tamen
appellationem, de cuius ampliationis limitat. vide ibid. nu.
3.per tres limitationes ibi poſitas.
8 Aliud exemplum poteſt aſſerri, † vt dominus lite penden-
te non poſſit ædificium demoliri, cæmentaque alio transfer-
re, vt reſpondit Bero.conſ.118.cum Alfonſus, nu.4 lib.3. etſi
alias citra litis pendentiam id licuerit, l.cætera, §. item quæ-
rit, de legat.1.& l.2.C.de ædiſ.priu.quod & per alia 5.exem-
pla proſequitur d.Peruſin.d.1.limitatione.
Secundo amplia concluſionem prædictam, vt cum lite pen
dēte in magno quid prohibitum ſit innouari, vt & ibidem in
minimo nequaquam liceat, exiſtente rub.lit.pend.nihil inno
uari, generaliter negatiua.Soc.Sen.conſ.21.verb.& pro præ-
9 dicta, vol.1.quod quidem illud adiuuat, † quia natura oratio-
nis negantis eſt, vt nullo tempore vera ſit, Bar.l.meum autē,
§.volenti.n.2.quod met.cau.& dicta per Tiraq.in l.bones, §.
hoc ſermone, 7.lim.nu.4.de verb.ſign.cum indefinite conce-
pta in vniuerſum negatiua omnes caſus comprehendat: vt è
cōtra dicimus de dictione, omnis, generaliter affirmatiua col
lectiua, Bar.conſ.51.Santucia fecit teſtamentum, n.3.Ro.ſing.
27.ſi emptor promittit, & in conſ.44.ex ſupra narrato.num.6.
Tho.Gram.dec.4.nu.1.& 2.& alia vide in d.2.p.c.42.in præ-
fat.dicti tract.Peruſ.de attentatis, tit.de attentatis app.Pen-
den.nu.7.ver.regula principalis.
10 Ita vt & actus appellatione pendente † etiam ad ſedanda
ſcandala factus tanquam attentatus reuocandus ſit, veluti in
ſequeſtratione poſſeſſionis, vt decidit Afſl.dec.98.pulchrum
eſt dubium, per totum, & Lap.alleg.78.vacauerat, nu.10.licet
11 alias ad homines placandos, † & tollendas rixas licitum hoc
ſit iudici, l.congruit, de off.præſid.& l.ſi eius, §.ſi inter duos,
de vſufr.Ang.in tra de ſequeſt.verſ.ſequitur nonus caſus, nu.
11.& Iac.de Arena d.tra.nu.22.
Tertio amplia concluſionem prædictam in l.nouari, in ap-
pellatione non ſolum ab actu, & ſententia valida, ſed etiam à
12 ſententia, † vel actu nullo interpoſita, cum & ab actu nullo nō
ſit abſurdum appellari, vt cauit Ale.conſ.130.ponderatis, cir
ca ſi.vol.3.& in l.2.C.de bon.poſſ.cont.tab. Dd.in l.ſi expreſ
ſim, de app.& per Fran.in c.dilect.q.7.de app.
Quarto amplia, etiam ſi contra incertam perſonam, & ge-
13 neralis eſſet appellatio, † cum & hoc caſu attentata reuocen-
tur, ſic docuit Fran.in c.bonæ, nu.42.de app.& Rota deci.23.
alias 407.ſi expectans, nu.2.de præb.in nouis: etiam vt proce
dat non ſolum quando per ipſos litigantes, ſed etiam per ter
tiū pro ſuo intereſſe interpoſita foret, vt Pariſ.conſ.107.quæ-
ritur, nu.123.& ſeq.lib.3.& in conſil.209.de pluribus, nu.26.
lib.1.
Ac vt nedum in vera, & actualiter emiſſa appellatione, ve
rum, & in tacita, & præſumpta, ad c.meminimus, & c.dilecti,
il 2.de app.
Quinto amplia, vt etiam ſibi locum vendicet non ſolum in
14 factis, & commiſſis poſt emiſſam appellationem, † ſed etiam
medio tempore diſputationis, ſuper appellatione admitten-
da, vel ne perpetratis. Ita vt etiam quando quaſi aperte illi
non eſſe deferendum conſtaret, illam non admiſerit hic caſus
eſt, ipſa appellatione per eum non admiſſa nihil debeat in nō
recepta appellatione innouare, vt Franc.in c.conſtitutus, nu.
18.& ſeq.de appel.& Bar.& Bald.per eum relati. Vt non ſo-
lum a ſententia per iudicem iuriſdictionis contentioſæ, ſed
etiam circa quæ voluntariæ iuriſdictionis lata, interpoſita
15 appellatione facta procedat, vt Alex.l.1.nota.1.num.2. C.de
bon.poſſ.ſecun.tab.vbi Bal.nu.20.& Guid.Pap.tract.de app.
quæſt.94.
Sexto amplia prædictam concluſionem & in appellatione
16 ſeu † proteſtatione, coram honeſtis viris nedum coram iudi-
cibus a quo, vel ad quem interpoſita, vel emiſſa, licet regula-
riter interponenda coram iudice a quo appellatio ſit, c.vt de
bitus, de app.& c.alias, §.biduum, 2.q.6.gl.in c.ſuggeſtum, de
app.& in c.appellatio.eo.tit.in 6.& cle.1.de app.vbi Imo. in
17 prin.non ſolum gratia eius, qui appellauit, † ſed etiam ratio-
ne illi interpoſitæ per alium adhærētis, vt Bal.l.qui a latroni-
bus, §.1.de teſta.& in l.1.C.ſi a non comp.iud. Manfr.li.2.pra
cticar.concluſ.ſuper attentatis, concl.114.Fel.c.ſuper eo, nu.
3.de off.deleg.

Quod nedum procedit in ipſa appellationis proſequutio-
18 ne,ſed etiam ſi deſerta extiterit,†cum nec per derelictionẽ,
iuri attentatorum renuntiaſſe ſibi quæſito præſumitur Mil. in
verb.appellationem deſerens,fol.10.& ſi appellationi renun
tiatum extitiſſet,cum & renuntianti ad attentatorum reuoca
tionem agere permittatur, vt Franc.in c.ad audientiam. in fi.
& in d.c.bonæ,nu.39.ver.6.concluſio,de app.& deciſ.Toloſ.
193.ver.3.fallit,& ibi in addi.Boer.dec.256.n 2.& notat Mil.
d.verb.appellationẽ deſerens, adeo vt ſi iudex a quo poſt ap
19 pellationem interpoſitam ſententiam†exequi vellet,illi poſ
ſet impune quis reſiſtere,vt no.Inno.Abb & Fel.in c.ſi qũ,de
off.deleg.& Guid.Pap.d.tra.de app.q.120.ver.quid autem ſi
non obſtante,& Maran.tra.de ord.iud.diſp.1.nu.38.

Primo limita non procedere concluſionem,ſi poſt appella
tionem interpoſitam timeatur de fructuum dilapidatione,&
20 iudex curet eos ſequeſtrandos,†quia tali caſu non dicitur at
tentare,vt per Spec.in tit.de app.§.nouiſſime, & dicit Veſtr.
in ſua praxi Curiæ Romanæ li.8.de atten.nu.3. ſequitur Her-
cul.in ſuo tract.de atten.c.5.n.7. Maran.in Spec.6.p.in 2.actu
prin.de app.nu.193.& c.fi.de ſeq.poſſ.& fruct.& Auſr.in ad-
dit.ad dec.Toloſ.477.& Bar.l.Imperatores,de app.& Specu.
in §.nouiſſime,in prin.de app.Dec.in l.ab executore,C.quo-
rum app.non recipia.Soc.reg.459.ſequeſtratio.in 1.limi.Cor
ſet.in ſuis ſingular.in verb.appellatio,la 2.incip.regula eſt,li
mita.1.ibi.limita hanc regulam.

Secundo limita, vt non procedat in debitore, in quo fugæ
21 ſuſpicio ſubſit, † qui etiam lite pendente poteſt capi, vt per
Mar.Ant.Bauet.in tra.de mora,in 3.p.§.condeſcendo,nu.13.
& dixit Rip.in c.1.nu.88.ver.6.amplia.de iud allegat Ang.in
l.nemo carcerem,in fi C.de exact.trib.tenet Veſt.ſupracitato
loco lib.8.c.4.de atten.nu.3.& ſequitur Hercul.d.tra.de attẽ.
c 5.nu.8.Alex.conſ.106.col.fi.vol.3.Maran.in ſuo ſpecu.6.p.a
actu principali,verb.de app.nu.176.& decidit Phil. in c.cum
teneamur,col 4.de appel.& ar.gl.in l.dies feſtos,ſuper verb.
fideiuſſionis,C.de ferijs,Iaſ.in l.ſi ab arbitro,verſi.quid ſi lite
pendente,nu.6.ibi,contrarium eſt verum,qui ſatiſdar.cog.&
Dd.per eum ibi citati.

Amplia ſecundam limitationem prędictam, vt debitor,qui
ne fugam arripiat,dubitatur,lite pendente poſſit capi, etiam
propria auctoritate ſine aliqua iudicis commiſſione,l air præ
tor,§.ſi debitorem,& ibi Dd.& Iaſ.in l.1.ver.quarto facit,nu.
20.ibi,item ſi lite pendente,de iuriſd.omn.iud.

Tertio limita concluſionem non procedere in cauſa matri-
22 moniali,†in qua ſi eſt lata ſententia, & iudex a quo eſt appel
latum inhibeat partibus, ne interim appellatione pendẽte al
teri nuberent,non dicitur attentare,glo.eſt in c.2.io verb.di-
ſtrictius,de matr.contract.cont.interd.eccl.& dicit Veſtr.vbi
ſup nu.4.& Hercul.n.17.Idẽ eſt in marito,qui poſſeſſione,ſeu
quaſi matrimonij eſſet,quod de iure non valebat, nã & pen-
dente lite poteſt ipſi prohiberi,ne cum vxore remagat, text.
eſt ſing.ſecundum But.ibi nu.5.in c.laudabilem. vt lite pend.
& Ro.ſing.406.lit.pend.licet tex.io d.c.2. & in c.cum in Apo
ſtolica,de ſponſ.& in c.tenor.de re iu imponat pęnam taliter
contrahenti,non tamen eſt pœna attenta,cuius inter alias eſt
nullitas,& reuocatio actus, & c.ad audientiam, & c.dilecti,
de app.quoad primum,quoad ſecundum de reuocatione, A-
lex.conſ.89.diligenter,ver.eſt verum,nu.9.vol.1.& Lap.alle
gar.2.nu.10.ſed eſt pœna extra ordinem impoſita, vt ibi.Vn-
de ratione attentati actus eſt licitus.

Quarto limita non procedere in his,quæ tendunt ad faci-
23 liorem exitum cauſæ ipſius appellationis,†vt ſi pendente ip
ſa appellatione iudex ſtatuerit terminum appellanti ad reci-
piendum apoſtolos: vel ad proſequendum appellationẽ, ſiue
ad docendum de proſecutione,iuxta notata in c.perſonas,&
in c.cum ſit Romana,de app.quia in iſtis,cum non pẽdeat iu-
riſdictio iudicis a quo,c.cum teneamur, vbi Abb.Im.& Dec.
de app.in prin.& ibi Fran.in 2.notab.& c.2. & gl.ibi in verb.
diſtrictius,de mat.cõtr.con.interdict.eccl. & ibi Abb.vlt.no.
& c.vni,& ibi Abb.nu.2.de ſponſ.duorum,non dicitur iudex
a quo innouare,& attentare, ſed potius ſe cõformare eum p̃-
ſcripta iuris cõis regulæ: vt appellatione interpoſita nil inno-
uetur: ac faciliorem exitum præſtare,ſecundum Veſt.ſupra ci
tato loco,nu.3.quem ſequitur Hercul.illo tra.de attẽ.c.5.n.5.
& dicit Maran.d.ſuo Spec p.6.2.actu principali,nu.205.Rot.
dec.50.alias 356.ſi appelletur,de appell.in nouis.

Quamplures alias limitationes n.22.habes notatas per eũ-
dem Maran.eodem loco,a nu.174.vſque ad num.206.& vide
Herculan.in d.trac.de attentatis,c.5.qui & ipſe quoque con-
geſſit quamplures caſus,in quibus, & ſi aliquid lite pendente
fiat,non tamen dicitur attentaſſe, & per dictum Lancelj Peru
ſin.d.tra.de atten.& innouatis,lite & appellatione pendente
in 2.p.c.12.ti.de atten.app.pen.lim.4.vbi ponit tres amplia-
tiones,& duas limitationes,& declarationem ibi.dummodo
de cauſa appellationis non cognoſcat: vt ibi in fine,caſus au-
tem congeſtos per Hercul.prædictum in eius tract.de attenta
tis, d.c.5. ibi potes videre, quia ſigillatim omnes hic referre
ſuperuacaneum eſſe duximus.

Quinto limita ſupradictam concluſionem, vt nõ procedat,
24 quando † quis poſſeſſor continuando eius poſſeſſionem ali-
quem actum faceret per modum continuationis,quia tũc at-
tentatum non dicitur: vt eſt gl.magna ſuper verb.reducendũ
ver.ſi autem,in c.non ſolum,de app.in 6.ibi,quis vtitur poſ-
ſeſſione,eo.mo.& gl in cle.fi.ſuper verb.Ianuarijs, vt lit.pẽd.
ibi.antiqua vero poſſeſſione,& Rota deciſio.10.alias 89.nota
quod vbi poſt.de app.in antiq.& 43.alias 321.ſi appellatus,
de app.in nouis,& 44.alias 344.licet in cauſa,eo.ti.in nouis,
& gl.in l.Imp.§.ſi magiſtratum,ſuper verb.ab aduer. de app.

Quod locum habet, etiam ſi continuatio hæc per modũ re
25 fectionis eſſet,†quia etiam inhibitus,reficiens non innouat.
Alc.conſ.100.Alciati cauſa,in fi.num.8.vol.5.

26 Sexto limita,ſi non vteretur ea poſſeſſione eo modo † quo
prius ante litem: vt d.gl.d.c.non ſolum,ver.dici tamen,& ibi
* omnes in quam*communiter ſcribentes conſentire dicit Be-
ro.conſ.118.cum Alphonſus,nu.7.8.& 24.lib.3 & Ale.ad Bar.
in l.1.in verb.litigioſa,de litigioſ. vbi alios allegat, & c.cum
teneamur,de app.vbi Fran.1.notab.& alij, vt ibi.

Sublimita ſextam limitationem prædictam, vt continuatio
27 in eo procedat, † penes quem ante motam litem poſſeſſionẽ
fuiſſe cõſtaret vere, vel præſumptiue, vt Rota dec. 10.alias 89
nota quod vbi.de app.in antiquis,Natta conſ.206.approbo,
nu.10.& ſeq.lib.3.& per ea quæ Fran.notat in c.ſignificante,
ver.ſed quando conſtaret,de app.

Septimo limita ſupradictam concluſionem non habere lo-
28 cum regulariter†in appellatione ab interlocutoria ſentẽtia,
cum poſſit in ea procedi,donec inhibeatur, d.c. non ſolum,
de app.in 6.Guid.Pap.deciſ.436.ver.ſecundo quæro,nu.9.li-
29 cet ipſa ab interlocutoria appellatio†eximat appellantem a
iuriſdictione iudicis a quo,d.c.ad audientiam,& c.dilectus,
de app.c.per tuas,de ſent.exc.& c.licet,eo.ti.in 6.Crau.con-
ſil.103.viſis,nu.6.lib.1.

Quod intellige,& ſublimita, niſi iudex dictæ appellationi
30 † a ſua interloquutoria interpoſitæ detuliſſet,tunc nõ poteſt
ad vlteriora procedere,eum a ſe omnem iuriſdictionem pro-
pter delationem huiuſmodi abdicaſſe cenſeatur c.cum appel
lationib.de app.in 6.Io.And.in c.cum ceſſante,& alij ibi per
Fran.relati verb.5 limita.nu.14.de app.

Octauo limita concluſionem ſupradictam non procedere,
31 quando†appellatio eſſet manifeſte inualida,iniuſta, & friuo
la,d.c.cum appellationib friuolis,de appel.in 6.Spec §.nunc
dicamus,verb.item appellatione pẽdente,nu.8.de app.Abb.
c.conſuluit,il 3.de app.& Fran.d.c.vt debitus,nu.47.de app.
32 Et ſimiliter in his caſibus,†in quibus eſt appellatio prohi-
bita poſt per appellantem geſta non reuocantur tanquam at
tentata,d.c.non ſolum,vbi gl.in verb.caſibus.& Spec.d.§.no
uiſſime,poſt principium verb.quartua caſus,de appella.Et in
33 quibus caſibus appellatio eſt prohibita,†in his omnibus il-
la pendente poteſt fieri executio, vt Iaſ.conſil.187. circa pri-
mum,lib.2.Barbat.conſ.10.mihi videtur, verb.præterea ſi di
catur lib.1.& Guid.Pap.conſ.219.male,nu.2.
34 De quibus omnibus†plenius potes videre in d.tract.de at
tentatis,ſuis titulis diſtinctis,vltra adducta per Maran.ſupra
citato loco a num.174.vſque ad 206.& Herculan.d.tra.etiam
de attentatis,c.5.vbi habes ampliationes,limitationes, & de
clarationes in vnum peculiare volumen congeſtas,vltra om-
nes alios,quos hucuſque viderim,ad quem,ſi tibi contigerit
confugere poteris, ne, quod fieri nolumus, huc omnia tran-
ſcribere videamur.

CONCLVSIO CXLIX.

ARGVMENTVM.

Atteſtationibus in iudicio receptis legitime publicatis an, & quando, quibusve modis ſtandum ſit.

SVMMARIA.

1 *Atteſtationibus in iudicio receptis quibus, quibuſque modis ſtandum ſit.*
2 *Atteſtationibus in iudicio receptis, vt ſupra ſtandum eſt, etiam ſi variaretur inſtantia de iudice ad arbitrum.*
3 *Atteſtationes facta in vno iudicio ad æternam rei memoriam etiam non publicata, fidem faciunt in alio iudicio.*
4 *Diſtinguitur, an concluſio locum habeat, quando mutatur inſtantia de arbitro vel arbitratore ad iudicem.*
Et diſtinctio quando procedat, ibi.
5 *Atteſtationes non recepta publica auctoritate iudici fidem non faciunt, etiam ſi teſtes mortui ſint.*
6 *Pactioni ſtandum eſt, ſi partes aliquid conuenerint.*
7 *Atteſtationes coram arbitro defuncto facta probant etiam coram alio.*
8 *Atteſtationes fidē faciunt, etiam ſi in quarta, quinta, ſexta, & vlteriori dilatione producta ſint.*
9 *Atteſtationes non probant, ſi teſtes dediciti ſint, & cōtradictum, & appellatū fuerit.*
10 *Teſtium receptio poſt concluſionem in cauſa valet, ſi contradictum non fuerit.*
11 *Atteſtationes in alia inſtantia probant, etiam ſi reus abſolutus eſſet ab obſeruatione iudicij.*
12 *Atteſtationes potius ſunt acta litis, quam iudicij.*
13 *Acta iudicij probant, etiam quando quis abſoluitur ab inſtantia iudicij, & ibi quomodo id intelligendum ſit.*
14 *Atteſtationes ſuper nullitate proceſſus, vel inſtrumenti probant, quo ad omnes.*
15 *Atteſtationes coram executore Papali, vel alterius domini probant etiam coram quocunque iudice.*
16 *Atteſtationes facta contra debitorem nocent creditori ſuper pignore omni caſu, quo noceret poſtea.*
17 *Atteſtationes in ciuilibus facta in criminalibus probāt etiam inter alias perſonas, & in alio iudicio.*
18 *Atteſtationes non publicata in cauſa principali probant in cauſa appellationis.*
19 *Atteſtationes etiam ſi amplam fidem faciant in vna cauſa, non tamen ijs vti quis poteſt in alia.*
20 *Atteſtationes teſtium parte non vocata examinatorum non probant. Idem de declarationibus factis parte non citata, ibi.*
21 *Atteſtationes non publicata quando non faciant fidem in aliquo iudicio etiam inter eaſdem perſonas.*
22 *Atteſtationes non publicata non probant in alia inſtantia, etiam ſi publicantur à iudice alterius inſtantia.*
23 *Teſtes ſi mortui ſint, vel diu abſentes, fidem faciunt. Et quando non faciant, vide ibidem in intelligentia.*
24 *Atteſtationes à iudice examinante non publicata, quando in alia inſtantia poſſunt per alium iudicem publicari.*
25 *Atteſtationes niſi depoſita fuerint intra terminum à iudice ſtatutum nihil probāt.*
26 *Atteſtationes ſumpta in iudicio ſummario fidem non faciunt plenario, ſi in eo agatur ad alium finem.*

1 ATteſtationibus † in iudicio receptis legitime publicatis in alia quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice inter eaſdem perſonas, & ad eundem effectum, fidē eſſe adhibēdam, & illas probare, tradidit D. Maria. Soc. in ſuo trac. de teſtib. nu. 115. & pro hac doctrina vide quæ docuit Nic. de Matta. & poſt eum Bald. in l. fi. C. de teſtib. vbi hanc præſentē firmat concluſionem Dd. in l. geſta. C. de re iud. & eſt doctrina • *communis iuxta ſententiam Soc. dicto loco, & de his diximus ſupra in concluſione, acta, ad quam potes confugere.

2 Amplia primo, † prædictam concluſionem locum habere etiam ſi immutaretur inſtantia de iudice ad arbitrum, eo. n. in caſu Bald. in l. fi. verſ. quæro hic quid econtra, in 2. col. & ibi • Dd. *omnes C. de teſtib. concludunt, tales atteſtationes receptas in vero iudicio fidem etiam facere coram arbitro, argumento ducto à loco à maiore ad id quod eſt minus, nam ſi fidem faciunt coram ſuperiore iudice, eo magis & coram inferiori, & coram arbitro.

Secundo amplia, vt etiam procedat in atteſtationibus fa- 3 ctis in † vno iudicio ad æternam rei memoriam etiam non publicatis, quia & ipſæ fidem faciunt in alio iudicio, vt habemus in c. cum I. & A. col. 5. de probat. ſequitur Sebaſtian. Sapia. in repetit. l. de ætate, nu. 18. ff. de minorib.

An autem concluſio ſuperior locum etiam habeat, quando 4 mutatur inſtātia de arbitro, vel arbitratore ad iudicem, † diſtinguēdum eſt hoc modo, nam aut teſtes ſunt mortui, et fidē faciunt eorum atteſtationes coram iudice, c. præſentata. & ibi gl. in verb. acta, de teſtib. aut vero teſtes viuunt, & illius oppoſitio eſt, contra quē teſtes ſunt producti, an tales atteſtationes publicatas coram arbitro velit nunc recipere coram iudice, an vero, vt denuo producantur, & hæc eſt diſtinctio, quæ colligitur ex l. fi. C. de teſt. & d. c. præſentata. eo. & eā aperte tradit gl. in verb. acta, & ſequitū Inn. in c. quintauallis, de iureiur. & in c. cum in tua, gl. ibi. in verb. præferantur, de teſtib. Bal. in l. fi. C. de teſtib. in 1. col. & Bart. ibi. & in l. a. nu. 12. C. de edendo, & Ferra. in for. oppo. cont. teſt. poſt public. in gl. ſuntque publicatis tam teſtibus alias recepti. nu. 3. verſ. vt tamen præmiſſorum, & nu. 12. verſ. proinde, vbi habes quid in ciuili, & quid in criminali, cum Specul. §. videndum teſtat nu. 50. verſ. hoc quoque ſcias, de probat.

Et hæc diſtinctio procedit, quando mutatur inſtantia de arbitro ad iudicem. Si vero mutetur de arbitratore ad iudicem, tum hac in re hanc conſtituas concluſionem.

5 Quod cum tales nō ſint receptæ publica auctoritate, † nec ad eius ſimilitudinē, non faciant fidē iudici, ēt ſi teſtes eſſent mortui, & ideo ſine diſcrimine nō obſtante publicatione poſſunt teſtes nouiter recipi coram iudice, & ita conclud. Nico. Matta. & Bal. in d. l. fi. & D. Maria. Soc. in ſuo trac. de teſtib. ſub n. 135. ſub finē. Inn. in c. quintaualis, nu. 3. verſ. itē corā hmōi, de iureiur. & in c. cum Ro. poſt nu.... verſ. præferuntur, de teſtib. Fer. in for. opp. contra teſtes, poſt publ. in gl. ſuntq; publicatis iā teſtib. poſt d. n. 15 ver. aut fuerūt recepti corā arbitr.

Limitat tamen Bal. d. l. fin. col. 1. verſ. quæro quid de teſtib. hanc diſtinctionem, niſi ex pacto partes aliud conueniſſent,
6 † tunc. n. pactioni ſtandum eſſet, iuxta l. legem, C. de pact. & eſt doctrina notabilis Lanfran. de Oria. in ſuo trac. de teſtib. nu. 39. vbi eos vide. Inn. in c. Quintauallis, de iureiu. & c. cum in tua, & ibi gl. ſua in verb. præferatur de teſtib. contrarium tamen dicit Bart. in d. l. fin. in 2. notab.

7 Sub amplia vſq; eo prædictā concluſionē procedere † vt ēt atteſtationes coram arbitro defuncto factæ ēt probent coram alio, notat. ī d. l. fi. & ibi Dd. Bal. poſt Bart. in d. l. fi. col. 1. in ver. te noco ergo in dubiū, C. de teſtib. But. in c. pſentata de teſtib.

8 Tertio principaliter amplia, † vt atteſtationes valeant, & faciant fidem, etiam ſi in quarta, quinta, ſexta, & vlteriori dilatione productæ ſint, ita in terminis concludit Capel. Tholoſ. in ſua q. 200. alias 199. ſi productio. Inn. in c. in cauſis, circa prin. de teſtib. & ibi Abb. in fi.

Limita hanc ampliationem non procedere, ſi teſtes ſint di- 9 diciti, & fuerit contradictum & appellatum, † quia tunc non probant atteſtationes, per Inn. & Sicu. in d. c. in cauſis. Aufr. ad d. q. Capel. Tholoſ. 200. ſi productio. ſecus ſi pars aduerſa non contradixerit, eo enim caſu videtur receſſum ab illo termino excluſiuo, ſicut in ſimili, & fortiori caſu dicimus, valere
10 teſtium receptionem factam poſt concluſionem in cauſa, † ſi non fuerit contradictum Rot. deciſ. 5. ſi poſt concluſionem, in nou. Iaſ. in l. patre furioſo, nu. 51. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Rot. deciſ. 468. nota ſi poſt concluſionem, in antiq.

Quarto amplia: vt atteſtationes probent in alia inſtantia,
11 † etiam ſi reus eſſet abſolutus ab obſeruatione iudicij. Inno. in c. cauſam, in gl. in verb. iudicibus, ſub nu. 1. de teſtib. ex eo
12 præcipue, quod atteſtationes potius ſunt acta litis, † quam iudicij, reſpicientiaq; in factum. Et propterea non videtur obſtare l. properandum, C de iudic. vbi dicitur, quod quando quis abſoluitur ab inſtantia iudicij: tunc acta ipſius iudicij
13 proſunt: † quia id eſt intelligendum de his, quæ ſunt tantum acta iudicij, & quæ ex ipſo iudicio oriuntur, & pendent: vt citationes, ſatiſdationes, & iſtiuſmodi, quæ vere proſunt, arg. l. pen. ff. iud. ſolu. in quorum numero non ſunt atteſtationes, & confeſſiones, vt per eundem Inn. loco ſupra citato.

Limitatur tamen hæc ampliatio, vt procedat, ſi atteſtationes fuerint publicatæ, quia alias proſunt teſtes cum inſtātia, ſecundum Bal. in l. properandum, §. & ſi quidem, in vlt. col. in verb. tertio quæro C. de iud. & Bart. in l. 1. in verb. nota hanc gl. nu. 2. ff. quæ in fraud. credit. Alex. in l. cum lite, ff. ſol. matr.

14 Quinto amplia, † vt atteſtationes ſuper nullitate proceſſus, vel inſtrumenti probent quoad omnes, ſicut ſententia cōtra tertium prodeſt omnib. Alex. in l. 2. ff. iudicat. ſolu. Io. de Imol. in l. ſæpe, col. 7. ff. de re iudic.

15 Sexto amplia, † vt atteſtationes corā executore Papali, vel alterius domini probent etiam coram quocunq; iudice. Bal. in l. fi. in 1. col. in fi. in verſ quæro quid de teſt. C. de teſt. maxime ſi ſit clauſula, ſi tibi conſtiterit, vel ſi tibi probatum fuerit, ſecundum Bald. ibidem.

Digitized by Google

Quod nedum procedit in ipſa appellationis proſequutio-
18 ne,ſed etiam ſi deſerta extiterit,†cum nec per derelictioně,
iuri attentatorum renuntiaſſe ſibi quæſito præſumitur Mil. in
verb.appellationem deſerens,fol.10.& ſi appellationi renun
tiatum extitiſſet,cum & renuntianti ad attentatorum reuoca
tionem agere permittatur, vt Franc.in c.ad audientiam in fi.
& in d.c.bonæ,nu.39.ver.6.concluſio,de app.& deciſ.Toloſ.
193.ver.3.fallit,& ibi in addi.Boer.dec.256.n 5.& notat Mil.
d.verb.appellationě deſerens, adeo vt ſi iudex a quo poſt ap
19 pellationem interpoſitam ſententiam†exequi vellet,illi poſ
ſet impune quis reſiſtere,vt no.Inno.Abb & Fel.in c.ſi qñ,de
off.deleg.& Guid.Pap.d.tra.de app.q.120.ver.quid autem ſi
non obſtante,& Maran.tra.de ord.iud.diſp.1.nu.38.

Primo limita non procedere concluſionem,ſi poſt appella
tionem interpoſitam timeatur de fructuum dilapidatione,&
20 iudex curet eos ſequeſtrandos,†quia tali caſu non dicitur at
tentare,vt per Spec.in tit.de app.§.nouiſſime, & dicit Veſt.
in ſua praxi Curiæ Romanæ li.8.de atten.nu.3.ſequitur Her-
cul.in ſuo tract.de atten.c.5.n.7. Maran.in Spec.6.p.in s.actu
prin.de app.nu.193.& c.fi.de ſeq.poſſ.& fruct.& Aufr.in ad-
dit.ad dec.Toloſ.477.& Bar.l.Imperatores,de app.& Specu.
in §.nouiſſime,in prin.de app.Dec.in l.ab executore,C.quo-
rum app.non recipia.Soc.reg.459.ſequeſtratio.in 1.limi.Cor
ſet.in ſuis ſingular.in verb.appellatio,la 1.incip.regula eſt,li
mita.1.ibi.limita hanc regulam.

Secundo limita, vt non procedat in debitore, in quo fugæ
21 ſuſpicio ſubſit, †qui etiam lite pendente poteſt capi, vt per
Mar.Ant.Bauer.in tra.de mora,in 3.p.§.condeſcendo,nu.13.
& dixit Rip.in c.1.nu.88.ver.6.amplia.de iud allegat Ang.in
l.nemo carcerem,in fi C.de exact.trib.tenet Veſt.ſupracitato
loco lib.8.c.4.de atten.nu.3.& ſequitur Hercul.d.tra.de attě.
c.5.nu.8.Alex.conſ.106.col.fi.vol.3.Maran.in ſuo ſpecu.6.p.a
actu principali,verb.de app.nu.176.& decidit Phil. in c.cum
teneamur,col 4.de appel.& ar.gl.in l.dies feſtos,ſuper verb.
fideiuſſionis,C.de ferijs,Iaſ.in l.ſi ab arbitro,verſi.quid ſi lite
pendente,nu.6.ibi,contrarium eſt verum,qui ſatiſdar.cog.&
Dd.per eum ibi citati.

Amplia ſecundam limitationem prędictam,vt debitor,qui
acq. hær. vt ipſemet Iaſ. declarat ibi nu. 29. & dicit Ruï. d. con-
ſil. 72. num 5. quod eo caſu, quo dicitur dotem relictam nepti
ab auo eſſe profectitiam &c. hoc non habere locum quoad
14 omnem effectum iuris, † ſed ad hoc vt neptis imputet ſibi il-
lam in legitimam de bonis ſui patris, non autem, vt illam pa-
ter teneatur conferre, vel minus in diuiſione accipiat facien-
da cum fratribus, vt ibi d. nu. 5. & ſeq.
Secũdo ſublimita prædicta, vt in dubio præſumatur neptis
dotata ab auo contemplatione filij, & ad eius exonerationẽ,
15 non procedere, nec locum ſibi vendicare, † quñ pater eſſet pau
per, vt Dec. rñdit d. conſ. 81. poſt nu 5. verſ. & hoc ſane intelli
ge, col. 3. & Conſultus eſt Crau. d. conſ. 219. verſ. imitãtur Dd.
Soc. d. conſ. 33. poſt nu. 16. verſ. auus. n. teneatur, tradit Bart. in
l. non quemadmodum, nu. 2. verſ. quærit Iacob. de lib. agnoſ.
Alex. d. l. 1. col. 5. nu. 19 verſ. iuxta hoc quærunt, ibi. & quod di
xi in auo paterno, ſol. mat. vbi Ro. col. 3. poſt nu. 13. verſ. quod
pẽto verum, per dicta Bald. in auth. res quæ, C. communia de
leg. Spec. idem ſentit in §. ſequitur, nu. 11. verſ. quid ſi vnus ex
fratribus, de ind. Alex. d. l. in quartam, col. 14. poſt nu. 27. verſ.
auus. n. tenetur, ad l. falc. Alcia. d. tract. de præſumpt. regul. 1.
præſump. 17. poſt nu. 3. verſ & ſupradicta præſumptio, & poſt
num. 4. verſ. tu conſidera pro eadem parte. Picus d. repet. l. in
quartam, col. 79. poſt num. 242. verſ. ſed vbi filius fuiſſet pau-
16 per. vbi dicit in † dubio videri auum contemplatione ſuimet
dotare neptem non filij.
17 Nec tunc imputaretur patri neptis, † quia tũc uideretur da
ta dos contemplatione ipſius neptis, vt dicit Dec. d. conſ. 81.
poſt nu. 5. per Bal. in l. fi. col. pen. verſ. ſed pone, quod vnus, C.
de dot. promiſſ. & Picus d. repet. l. in quartam poſt, n. 242. ver.
ſed vbi filius fuiſſet pauper. & nu. ſeq. 246. & 249. ad l. falc. di
18 cit, vbi eſſet auus diues & filius pauper, † tunc onus dotandi
eſſe aui, & filium non cogi computare ſibi in legitimã, tñ tunc
dos onus aui putetur, & tamquam æs alienum aui deducat.
Ratio eſt, quia tunc auus tenetur neptem dotare, iuxta ſen-
tentiam Bart. d. l. dedit dotem nu. 1. verſ. item dicitur hic, de
colla. bon. l. nihil. de in rem verſo. Aret. conſ. 17. cõſideratis di
ligentiſſime, col. 1c nu. 13. verſ. venio igitur ad quartum. Bal.
in d. auth. res quæ. C. communia de leg. in lec. noua. Ro in d. l.
1. col. 3. nu. 13. verſ. an autem auus tenetur dotare neptẽ, ſol.
mat. vbi Soc. col. 7. nu. 46. verſ. circa quæ ẽt dubitatur, vbi di-
* cit, Dd. oẽs * cõiter ibi idem ſentire, & eſt caſus, in l. profecti-
tia, §. ſi filius, il 2. de iur. dot. ſecundum Are. d. conſ. 17. & Soc.
vbi ſupra, & ibi Ripa, col. 14. nu. 74. verſ. an auus, vbi teſtatur
* de * communi opinione, Crau. d. conſ. 219. verſ. ſed ex præmiſ
* ſis apparet, nu. 2. etiam atteſtans de communi * opinione. Soc.
d. conſil. 33. poſt nu. 16 verſ. auus. n. tenetur dotare neptem pp
filium Picus in d. repet. l. in quartam poſt nu. 242. verſ. ſed vbi
filius, & n ſeq. & n 246 & 249. ad l. falc. Io. Coraſius in repet.
l. qui liberos, col. 14. nu. 105. verſ. quod autem dicimus, & ibi
alleg. per eum, de rit. nupt. Camillus Viſitarinus in repet. l. 1.
col. 29. poſt nu. 120. verſ. iſtud intelligebat, ſol mat. Iaſ. d. l qui
in aliena § quæſitum nu. 29. verſ. vnde ſecundo modo, de ac-
quir. hæred. Nat. conſ. 326. Sebaſtianus Lauora. legando, nu. 5.
per l. profectitia, §. ſi paterſamilias, de iur. dot. & l. iſto. de in
rem verſo, Soc. d. l. 1. nu. 47. & ſeq. ſolut. matrim. & ibi Io. Cro-
tus, col. 20. nu. 80. verſ. quærit etiam Bart. & col. 21. poſt n. 83.
verſ. Soc. hic tentat contrarium. Ioan. Campe. tract. de dote,
quæſt in verb. an auus. Alexand. in l. ã filia, nu. 10. ad Trebell.
Bald. Nouel. de dot. priuileg. 16. nu. 3. Iaſ. in d. l. 1. nu. 26. verſ.
iuxta prædicta quærit Barto. ſolut. matrim. vbi dicit hanc eſſe
* * communiorem opinionem, pro qua adducit plures; vt ibi
per eum, poſt d. nu. 26. verſ. pro communi opinione, quam ibi
19 limitat, niſi pater ſit diues, vel pater ſit inops † mater vero
diues: quia tunc mater tenetur, vt ibi per eum, & in l. auus ne-
ptis nu. 1. de pact. Rom. l. quæ neptis, nu. 1. de acquir. hæred.
Illuſtriſſimus Cardinalis Alban. in ſuis doctiſſimis lucubra. ad
Bartolum, in d. l. dedit dotem, nu. 1. de collat. bono. vbi Barto-
lus nu. 1. & 4.
20 Vnde auus † de proprio patrimonio dediſſe dotem vide-
tur, licet dixerit de patrimonio filij Ful. in l. ſi pater dotem,
num. 2. de dot. promiſſ.
Obſerues tamẽ aſſerere Picum in d. repet. l. in quartam, ad
21 leg. falcid. nu. 244. Dd. indiſtincte tenere, in dubio † auum da-
re nepti dotem contemplatione filij, intelligi, ſiue filius ſit di
* ues, ſiue ſit pauper. Ideo concludit ex mente * omnium, vt di-
cit ipſe, vt in dubio neptis teneatur ſibi computare in legiti-
mam, niſi expreſſe, vel tacite appareat, auum dotaſſe ipſam
22 † ipſiuſmet neptis contemplatione, & ad intelligentiam d. l.
dedit dotem, reijcit ſe ad Alex. in conſil 8. viſis ſubtiliſſimis
quæſtionibus, vol. 3.
Et quoniam ſupra, ſi meminiſtis, diximus, cuius contempla
tione auus videatur dotem dediſſe nepti, poſſe deprehendi
per vehementia indicia, in medium afferamus aliquas conie-
cturas, vnde id colligi poſſit.
Quarum prima erit illa, quæ dicitur de legato dotis, quan-
23 do eſſet factum filiabus filij naſcituris, † & ſic incognitis: tũc
contemplatione filij præſumitur factum, vt dicit Dec. d. con-
ſil. 81. poſt d. nu. 5. verſ. ad iſtud dubium: vbi præcipue Ruin.
d. conſ. 138 poſt nu. 11. verſ. & tanto magis in caſu noſtro, vol.
2. per Bart. d. conſ. 13. primo arguitur, verſ. & hoc eſt veriſſi-
mum & dicit Ruin. d. conſ. 138. verſ. & tanto magis, hoc pro-
* bari * communiter per gl. & Dd. in l. qui filiabus, in princip.
de leg. 1. quando neptis non erat nata tempore teſtamenti
aui, & per dicta Soc. in conſ. 77. poſt nu. 5. verſ. & licet etiam
poſtea non habuerit Natt. d. conſ. 363 Sebaſtianus, poſt nu. 5.
verſ. & hoc dicendum omnino videtur, vol. 2. vbi dicit non
poſſe allegari teſtatorem motum fuiſſe beneuolentia neptiũ
24 ad eis legandum, † quoniam cum nondum natæ eſſent, ipſas
notas non poterat habere, arg. l. cum aliquis, C. de iur. delibe.
& l. qui filiabus, ff. de leg. 1. ſed cõtemplatione filij illud vide-
tur factum, vnde magis patri eidemque filio, quam nepti di-
citur eſſe relictum, per textum, in l. filio, ff. de cond. & demon
25 ſtra. † & ita in auo legante dotem neptibus naſcituris tradit
Ang. in conſ. 78. incip. ad iſtud dubium. Et tenet Alex. conſil.
88. col. 2. verſ. non obſtat, vol. 4.
Contrarium tamen confirmat. Nat. d. conſ. 363. nu. 10. poſt
adducta ſuperius. in quo loco concludit, quod licet non poſ-
ſit dici auum permoueri propter merita filiarum, quas filius
non habet: tamen poteſt dici permotum fuiſſe ad relinquen-
dum propter coniunctionem ſanguinis, quæ intercedit inter
26 auum, & neptes: † nam vbi propinquus legat propinquo, vi-
detur ratione propinquitatis legaſſe, argum. l. tutor potius, §.
quæ tutoribus, ff. de excuſ. tut. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ibi, le-
gatarij charitas, & neceſſitudo, ff. de leg. 1. & l. Aurelius, §. Ti
tius teſtamento. ibi, propter naturalem affectum, ff. de libet le
ga. & per l. cum aliquis, C. de iur. deliber. & d. l. qui filiabus.
27 Niſi filium exhæredauerit, † tunc non præſumitur nepotẽ in-
ſtituere contemplatione filij, ſed ipſius nepotis, vel neptis, vt
Ro. in d. l. qui in aliena. §. interdum, poſt nu. 8. verſ. & iſtarum
gl. ratio eſt, de acq. hær. vbi Iaſ. nu 25.
28 Secondo loco ſi data eſſet dos ſimpliciter, † præſumitur do-
taſſe de bonis ipſius, vel filij, Alciat. d. tract. de præſump. reg.
1. d. præſumpt. 17. nu. 3. Ripa d. l. 1. ſol. matr. nu. 76. verſ. io fer-
tur tertio, col. 24. & non de bonis neptis.
29 Præterea quando auus in conſtitutione dotis † iuſſiſſet ne-
ptem eſſe tacitam, & contentam, præſumi tunc contemplatio
ne filij dotatam, tradidit Rip. d. l. in quartam nu. 205. verſ. in-
tellige tamen hanc fallentiam, etiam ſi pater eſſet diues, per
l. ſi adulta. C. de hæred. actio. & ſcriptum reliquit Picus in d.
repet. l. in quartam, ad leg ſalc. poſt numerum. 249. verſ. iſtas
concluſiones, per eandem l. ſi adulta:
30 Ad hæc † quando auus eſſet adminiſtrator bonorum filij,
præſumendũ erit dotaſſe cõtẽplatione filij, iuxta tradita per
Rip. d. l. 1. 14. col. 0. 75. ſol. mat. per l. Neſennius, ff. de neg. geſt.
ſcripſit Fulgo. d. l. ſi pater dotem, poſt nu. 2. verſ. ad fi. dic hoc,
C. de dot. præmiſſ. & idem eſt in patre adminiſtratore bono-
rum filiæ ſecundum Ripam d. l. 1. col. 16. num. 90. verſic. limi-
tatur, niſi pater eſſet adminiſtrator bonorum filiæ, licet in hoc
dicat

Digitized by Google

* dicat*communiter contrarium teneri ibi.per l.fina.de petit.
hæred.quam communem limitat, quando pater poterat, vel
tenebatur.

Rurſus vero coniectura eſt, quod neptis contemplatione
31 auus dederit dotem,† quando filium inſtituiſſet,& dotem ab
eo nepti legaſſet, tunc in dubio neptis eſt patris creditrix.
Rui.conſ.72.habita ſuper his,poſt nu.3.ver.ſed quando auus
inſtituit,& nu.4.& per ibi adducta per eum d.vol.2.& ſic di-
ci non poteſt,auum dotem nepti reliquiſſe filij contemplatio
ne,vt ibi proſequitur Ruin. vſque ad nu.8.vbi dicit idem eſ-
ſe, quando non eſſet nubilis tempore legati, & ſic nec auus,
nec pater compelleretur ad notandum, & ſic dicitur aduen-
titium.

CONCLVSIO CLVII.

ARGVMENTVM.

Auis reperta penes tertium an præſumatur auolaſſe.

SVMMARIA.

1 *Auis nutrita per aliquod ſpatium temporis,& quodammodo facta manſueta, penes tertium reperta præſumitur auolaſſe.*
2 *Naturalis cauſa potius præſumitur,& attenditur, quam extrinſeca, & accidentalis.*
Delictum non præſumi niſi probetur.ibi.
3 *Signum facit præſumere rem eſſe in dominio alicuius.*
4 *Signa naturalia non inducunt præſumptionem,quod res ſit in dominio alicuius.*
5 *Intellectus l.ſtigmata,C.de fabric.lib.12.ibi.*
6 *Auis auolans fit occupantis,non obſtante ſigno.*
Quis non poteſt facere,quin legis diſpoſitio,quatenus concernit alterius fauorem,ſortiatur effectum,ibi.
7 *Quod dictum eſt de aue habet locum in quolibet genere volucrum, quæ ſit naturæ feræ.*
8 *Actor volens ſibi eſſe conſultum,duo debet copulatiue probare,quod autem enutriuerit,ſecundo quod auis habuerit conſuetudinem auolandi,& reuolandi.*

AVi ſi quis per aliquod ſpatium temporis cibaria dederit,
adeo quidem, vt quodāmodo facta ſit cicur,& penes ter
1 tium reperta, † præſumitur,quod auolauerit,& ad tertiū de-
uolauerit,probat hoc textus ſubtiliter in l.naturalem,in prin.
ff.de acq.rer.do.Caſſan.de conſuet.Burg.tit.des foreſt paſtu-
ragh.&c.§.1.fol.366.nu.4.2.col.qui concluſionem prædictā,
probat ex illa lege,per illa verba,cum dicit, quod ſi auis effu
gerit oculos noſtros intelligitur,i.præſumitur recuperaſſe na
2 turalem libertatem,& ſic euolaſſe, † naturalis.n.cauſa potius
præſumitur,& attenditur,quam extrinſeca,& accidentalis,vt
plene notatur in l.quæ habebat,ff.de teſtamētar.tute.nec huc
cadit vlla ſuſpicio.quod ille,penes quem eſt reperta auis, eā
a tali,a quo euolata eſt,abſtulerit, cum non ſit præſumendum
delictum,niſi probetur arg.l.merito,ff.pro ſocio.

Quæ incluſæ manſuetæ poſſidentur,ſecus columbę,& aues
euolantes a noſtris ædificijs,vel alueis, quæ poſſideri non di-
cuntur a nobis, niſi conſuetudinem eundi, & redeundi ha-
beant.Alex.l.3.§.Nerua,num.3.verſic.ex quo refertur,de ac-
quir.poſſ.

Amplia primo concluſionem procedere,etiam ſi teſtes de-
ponant, quod auis ſit illius, qui eam contendit ſuam eſſe eo,
quod deponant, quod eam cognoſcant, quia careat vngui in
3 vno pede,vel aliud ſimile habeat ſignum, † quod ſignum in-
dicio eſſe poteſt rem eſſe in dominio alicuius l.ſtigmata, C.
de fabric.lib.12.

Non inquam teſtes eo caſo probant,nam licet dicta auis eſ
ſet ſignata naturaliter,vt quia careat vngi in vno pede nemo
enim eſt,qui neſciat,iſta ſigna eſſe naturalia, & non facta per
primum occupatorem,Caſſan.loco ſupracitato,nu.6.Hinc fit,
4 vt ſigna † naturalia non inducāt præſumptionem, quod res ſit
in dominio alicuius, nam etiam ſi nunquam auis fuiſſet in do
minio alicuius,nihilominus tamen ineſſent ſigna naturalia &
non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe,l.non hoc,
C.vnde legit.& ibi tex.cap.in præſentia.& ibi canoniſtæ,ext.
de prob.ſequitur itaque,vt huiuſmodi teſtes non probent,cū
5 de ſigno naturali loquantur,& † quod l.ſtigmata,non ſit intel
ligenda in ſigno naturali,ſed in accidentali impoſito per ho-
minem,docet Caſſan.d.loco ſupra citato,& Bald.in auth.dos
data,C.de don.ante nup.

Secundo amplia concluſionem locum etiam ſibi vendica-
re etiam ſi auis habeat aliquod ſignum peculiare,quod teſtes
deponerent ſe cognoſcere, affirmantes illud ſignum aui eſſe
6 impoſitum per primum occupantem,† quia nihilominus illo
non obſtante ſigno ſi auis auolaret,fieret occupantis: Caſſan.
dicto loco,quia non poteſt quis facere, quin diſpoſitio legis,
quatenus reſpicit fauorem alterius,ſortiatur effectum, l.ne-
mo poteſt, ff.de lega.1.l.ius publicum,de pac facit l.ſi quis in
conſcribendo, a contrario ſenſu, & ibi Dd. C.de pact. ſed in
hac noſtra concluſione lex ſimpliciter diſponit, vt auis, quæ
euolauit efficiatur occupantis,quo caſu priſtinam libertatem
auis nanciſcatur, vt Caſſa.d.loco.

7 Et quę hic de aue dicta ſunt† eadem locum habent in quo-
uis genere volucrum,quarum fera eſt natura. & de hac re vi-
de late Caſſa.d.loco ſupra citato tit.des foreſt paſturagh.&c.
§.1.nu.1.2.3.4.fol.367.col.2. qui hypotheſim examinat nuui
ter in foro allatam,& a ſe defenſam eo modo,quo ſupra dixi
mus,quo in caſu ſi actor velit ſibi conſultum, debet duo con-
8 iunctim probare. Primo,quod auem enutriuerit, † ſecundo,
quod habuerit auis conſuetudinem auolandi,& redeundi, vt
docet Caſſan.d.loco ſupracitato.

Vnde Syluia illa apud Virgilium lib.7.iuſtam conquerendi
cauſam habuit,cui ceruus a Troiano Iulo,qui abire,& redire
ſolebat, vulneratus fuit.cuius caſum,quoniam optime ad rem
noſtram pertinet,non pigebit adſcribere.

Ceruus erat forma præſtanti,& cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum,
Nutribant,Tyrrhuſque pater, cui regia parent
Armenta,& late cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperijs ſoror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis.
Pectebatque ferum;puroque in fonte lauabat.
Ille manum patiens,menſaque aſſuetus herili,
Errabat ſyluis,rurſuſque ad limina nota,
Ipſe domum ſera quamuis ſe nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commouere canes:fluuio cum forte ſecundo
Deflueret,ripaque æſtus viridante leuaret:
Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius,curuo direxit ſpicula cornu;
Nec dextræ erranti Deus abfuit,actaque multo
Perque vterum ſonitu,perque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.
Succeſſitque gemens ſtabulis,queſtuque cruentus.
Atque imploranti ſimilis,tectum omne replebat.
Syluia prima ſoror palmis percuſſa lacertos
Auxilium vocat,& duros conclamat agreſtes.

Et quæ ſequuntur.

CONCLVSIO CLVIII

ARGVMENTVM.

Auxiliator criminoſi an poſſit eſſe teſtis.

SVMMARIA.

1 *Auxiliator criminoſi non poteſt eſſe teſtis ad probationem, ſed ad præſumptionem in crimine ſimoniæ.*
2 *Bannum,quod indicanti malefactorem detur pretium,non habet locum,ſi ſocius reuelauit.*
3 *Auxiliator,vel ſocius criminis non facit indicium,niſi in tortura deponat,niſi concurrant alia coniectura vt veriſimile ſit non mentiri, vel ſi aliter veritas haberi non poteſt,nu.6.*
4 *In crimine adulterij ex dicto ſocij poteſt procedi ad torturam in defectu alterius probationis propter difficultatem probationis.*
5 *Dictum ſocij facit ſemiplenam probationem iuncta rei infamia Contra infames leuiores probationes ſufficiunt,& indicia leuiora.*
Teſtis vnus idoneus cum ſocio criminis facit plenam probationem, ibi.
6 *Auxiliator in crimine læſæ Maieſtatis admittitur.*

1 AVxiliatorem criminoſi teſtem eſſe † non poſſe ad proba-
tionem,tradidit gl.in c.2.de reſt.Grat.in conſ.59.nu.16.
vol.1.& Affl.ſuper conſt.Reg.lib.1.de homic.clandeſt. vbi di
2 cit vſque eo concluſionem eſſe veram,† vt ſi per ſtatutum vel
bannium caueatur,vt præmio ſit afficiendus, qui criminis reū
indicarit,non habeat locum illud præmium,ſi ſocius oſtende
rit ſociū,arg.l.3.circa fi.ff.de cond.ob turp.cau.& notat Ang.
in l.1.§.ſi ex ſtipulatione ff.ad Silla.& tandem pro iſta cōclu-
ſione

Digitized by Google

ſione videas Boer.qui latiſſime loquitur in dec.319.ver.totū, & Ceph.in conſ.75.nu.44.vol.1.ad præſumptionē tamen ſic, vt ea.gl.quæ gl.non procedit niſi in crimine ſimoniæ,licet cō trarium ſentiat Alex.de Neuo in conſ.64.num.5.per textum vbi dicit eſſe caſum,in c.1.de teſt. in nullis alijs criminib.indicium,ſiue præſumptionem facit,vt c.1.de confeſſ. ibi,ciuili cenſemus &c.D.Nell.a S.Gemin.tract.de teſt.nu.16.late Inn, in c.qualiter,2.de accuſ.

3 Amplia concluſionem vſque eo procedere, † vt nec etiam faciat indiciū,nec aliquid efficiat,niſi depoſuerit in tortura, ſi credimus,Grat.in conſ.98.nu.11.& in conſ.136.nu.3.vol.1. & in conſ.57.nu.29.vol.2.Affl.tamen ſuper conſt Regu.lib.1. de homic.clandeſt.nu.49.dicit facere aliqualem præſumptionem,vt poſſit contra eum inquiri,Rol.vero a Valle,in cōſ.73. nu.70.vol.1.dicit,non facere probabile indicium ad torturā niſi alia concurrant,& ſub nu.25.dicit,quod ad hoc,vt credatur conſcio criminis etiam in caſibus exceptis vltra alia adminicula,& coniecturas requiritur, vel quod ex numero teſtium, vel ex eorum qualitate, vel perſona eorū contra quos deponitur, veroſimile ſit,eos non mentiri, iuxta ſententiam Aret.in c.cum P.Manconella,col.7.de accuſ.Alex.in conſ.89. col.3.in fi.& Marſ.in conſ 24.nu.15.

4 Limita primo † concluſionem non procedere in crimine adulterij propter difficultatem probationis,quia tūc ex dicto ſocij criminis poteſt procedi ad torturā, ſi deficiat alia probatio,arg.l conſenſu,C.de repud.cum alijs notatis per Affli. vbi ſupra.

5 Limita ſecūdo,vt ſaltim † faciat ſemiplenam probationem iuncta infamia rei,quoniam contra infamem ſufficiunt leuiores probationes,& leuiora iudicia,vt reſpondit Crau. in cōſ. 178.n.3.vbi teſtatur Calca.in conſ.110.col.1.in fi.qui inſuper addit quod ſi cum ſocio criminis concurrat vnus alius teſtis idoneus,fiat plena probatio.

Limita tertio concluſionem non procedere in crimine leſę
6 Maieſtatis, † quia tunc auxiliator admittitur ſecundum Spec. in tit.de accuſ.§.1.ver.item repellitur,quem ſequitur Marſil. in l.de minore,in prin.nu.3.de quæſt.& in conſ.1.nu.32.& in conſ.109.nu.11.cum alijs adductis per Rol.a Valle in conſil. 66.num.5.vol.2.

Limita quarto,concluſionem non procedere, quando aliter veritas haberi non poteſt,prout dicit Marſ.in conſ.61. in fi.& in conſ.189.nu.10.& Ceph.in conſ.75.nu.45.vol.7.

Ille vero ſocius criminis præſumitur, qui cū poſſit, delicto non it obuiam,Abb.d.c.ſicut dignum,nu.5.de homicid.

CONCLVSIO CLIX.

ARGVMENTVM.

Auxilium delinquenti quomodo quis præſtare præſumitur, & probari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Auxilium quis delinquenti præſtare præſumitur eo ipſo quod aſſiſtit cum delinquente armatus prope,etiam ſi remotus,nu.5 & 6.*
2 *Auxilium præſtare dicitur armatus aſſiſtens delinquenti,etiam ſi arma non tractauit,& nu 7 & 8 intellige vt nu.9.*
3 *Cinctus armis licet etiam ad ea manum non apponens, dicitur cum armis iuſ ire,etiam ſi arma ſua deponat,nu 4 & 5.*
4 *Qui ſe armis induit dolo ea præſumitur tegere.*
5 *Armatus contra aliquem incedens licet arma deponat, dicitur, quod facit ſauere tum armis.*
6 *Iadens ſi redditur audacior & laſus timidior,dicitur aſſiſtens auxilium præſtare.*
7 *Clericus aſtans bello iniuſto,nihil faciens,ſed tum præſentia accendit pugnantes,homicidio ſequentia ſortitur irregularitatem.*
8 *Auxilium,& opem præſtare facto proximum dicitur aſtans delicto armatus, etiam ſi diſtans ſit vt delictum fieret,dummodo in tempore aſtaret armatus.*
9 *Iraſcens ad maleficium armatis non in animo propoſito ſe committendi, non dicitur præſtare auxilium.*
10 *Armatus in dubio adfuiſſe præſumitur.*
Nullus præſumitur malis committere,ſed iudex ex circumſtantiis arbitrabitur.
11 *Armatus qui ... maleficio fauerat,non dicitur auxilium præſtare.*
12 *Velantes ... delinquunt maleficia.*
Auxilium præſtitum non dicitur,niſi probetur quis aſſociaſſe delinquentem ad maleficium ... auxiliator,niſi in dolo fuerit ibid.
13 *Nemo in criminalibus ex præſumptionibus damnatur, & in dubio fortuna interfuiſſe præſumitur.*
14 *Qui videns ... ſi incertus ſit aſtantem armatum ... animo aſſiſtendi non dicitur auxiliari.*
Armatus ex coniecturis probatur,ibi.
15 *Si incertum ſit principale,vitiat acceſſorium.*
16 *Armatus aſtans auxilium præſtitiſſe præſumitur.*
17 *Opem præſtaſſe non præſumitur condemnatus in contumaciam,vel ex confeſſione,niſi conſtaret per ſententiam.*
18 *Auxilium,& opem præſtans tenetur,et punitur eadem pœna,qua principalis,quando procedat nu 22 23 & 24*
19 *Auxilium præſtans per actum proximum facto facienti aſſiſtens punitur eadē pœna ſi per actum remotum,cenſetur.*
20 *Qualitas in principali agente exaggerans factum cenſetur adeſſe etiam in præſtante auxilium.*
21 *Auxilium præſtans ignorans qualitatem ... non cenſetur illi adeſſe, ſuper non delicto & ibi,quando excuſetur,& procedat.*
22 *Auxilium vt poſſit puniri, eſt neceſſe, vt ſit actus nefario proximum, niſi reus eſſet condemnatus,per ſententiam.*
23 *Auxilium propriè dediſſe non dicitur, aſſiſtere malefactori poſt delictum in auxilium.*
Præſumptio tamen contra eum oritur de occulto auxilio, & tenetur probare contrarium.
24 *Arma ignoranter præſtans dicenti ... non dicitur opem præſtare.*
25 *Lex ſi aliter puniat principalem,quam opem præſtantem non procedunt prædicta. & quando eadem,vel alia pœna puniatur præſtans auxilium, & delinquens, vide ibi diſtinctionem*
26 *Diſtinctionem D Clar.in q 90.quibus modis poſſit præſtari auxilium delinquenti, vide ibi per totum.*

1 AVxilium † delinquenti quis præſumitur,& probatur præſtare,eo ipſo quod quis aſſiſtat cū alio armatus,vt innuit tex.in c.ſicut dignum,ext.de homic.ver.illi autem, glo.in l.ſi cet,ver.iam cuncti,C.de pac.Bal.in l.data opera,in 2.col.ver. item notandum,C.qui accuſ.non poſſ. & Bal.in l.ob hæc verba,ff.de his qui notant infa.n.5.& primus omnium dixit Inn. in c.continentia.de cler.percuſ.quod ſequuntur communiter * vbique tum Cæſarei,tum etiam Pontificij iuris profeſſores, vt dicit Alex.in conſ.138.nu.4.lib.6.quem refert,& ſequitur Clar.in pract.crim.lib.5.§.fi.q 90.ver.quęro nūquid ille,Bar. in l.ſi in rixa,pen.col.ver.poteſt punire,ff.de ſica.in l. qui ſeruo,§.fi.ff.de fur.l.1.§.ſed in eo,ff.ad Syllan.Ale.in l.quis opē, de fur.Bal.in l.non ideo,col.3.C.de accuſa.in l.raptores,in 2. col.in verb.omnino adde,C.de epiſ.& cler. & vide eum omnino in l.non eo minus,in vlt.col.verſ.item quæro, C.de accuſa.Guid.Pap.tract.de præſump.num.29.& deciſ.437. inter cæteras,Rom.conſ.97.incipien.ex pręmiſſa ſtatuti particula, Barto.in l.non ſolum,§.ſi mandato,in vlt.col.ff.de iniur.item in l.furt.§.ope.ad finem,verſ.quæro, vtrum ille,ff.de furt. Salic.in l.1.ver.ideo ante omnia,ff.de ſer.fug. Felin.in c.ſicut dignum,nu.1.2.vſque ad 7.ext.de homic.Io.de Ana.in c.ſi perfodiens,2.de homic.& in c.ita quorundam,de Iudæ,Zaba.in cle.1.col.4.in 10.q.de pœn.

Quæ quidem concluſio adeo in ſe vera eſt, vt neceſſe non ſit, aliud quid vlterius probare, nam quod armatus aſtiterit cum eo,ita tradit Bal.in d.l.ob hæc verba,nu.5.ver.adde. vlt. ff.de his,qui not.inſ.item in l.data opera,2.col. ver.itē notandum eſt,C.qui accu.non poſſ.Inn.in c.continentia,de cle.percuſſ.latiſſime Fel.c.ſicut dignum,nu.5.de homic.& Anch.conſil.216.in 1.col. Et ratio eſt,quia præſumitur aſtare,ad hoc vt ille ſecurius,& commodius committat ſcelus,Bal.d.l.ob hæc verba,nu.5.

Intellige tamen concluſionem, quando aſtat prope armatus committentem delictum,ſecus ſi ſtet longe, & remotus, vt voluit Nat.in conſ.458.n.2.vol.2.Inn.in c.continentia,de cle.percuſ.& de prope armato.dicit Bar.in l.ſi in rixa,poſt n. 4.ver.tamen aduerte,de ſicar.& in l.qui ſeruo, §.fi.poſt nu.2. ver.ſed de iure,de fur.& in l.1.§.ſed in eo.nu.2. ad Sylla. Bal. in margarita,in verb.auxilium præſumitur, Ro.conſ.117.lex præmiſſa,ver.aiūt moderni,Ang.de malef.in ver. D.Andreas armatus,Dec.in c.1.col.6.nu.14.ver.& nota,quod ille etiam uidetur præſtare opem,de off.deleg.Hipp.Marſ.in pra.crim. in §.cenſuit,nu.56.& poſt nu.61.ver.& adde etiam his,ſequitur Nat.conſ.458.ſub nu.2.lib.2.Rom.l.cum aliter,§.ſed meo poſt numerum primum,uer.ſecundo, niſi præſens ſteterit armatus ad Silla.

Amplia concluſionem procedere,etiamſi talis armatus aſſi
2 ſtens arma nullo modo tractarit:nam talis † dicitur ipſo iure pręſtare auxiliū:ut no.in gl.de facto,in l.2.§.& ſi qs,ff.vi bon. rapt.& l.3.§.armis deiectū,ff.de ui,& vi arma:Capra reg.80. nu 60.& ſingulariter uoluit Inn.in c.continentia,de cler.percuſ.quē refert,& ſequitur Fel.in c.ſicut dignū,n.1. & Bal. in l. ad hæc uerba,n.5.ff.de his,qui not.inſ.gl.in l.licet, C.de pac. in ver.pergentes,quæ incipit,iam armati.Bart.in l.3.§. armis

deijci

deiſci.ff.de vi & vi ar. † qui dicit, illũ qui armis latus habeat
cinctum, ẽt ſi illa non ſtrinxerit, tñ dici vim cum armis intuliſ
ſe, vt auctor fuit Ludouicus Roman.ſingul.568.quod incipit,
ioſultus factus cum armis, vbi hoc in ſpecie tenet Maria.Soc.
qui dicit ita ſe obtinuiſſe in facto, *in c.qualiter, & quando ſe
cundo, art.60.de accuſ.ſequitur Ang.Aret.dicens ſe in* facto
Nurſiæ, habuiſſe, in §.ex maleficijs, col.5. verſ.rem dixi in li-
bello.& ibi Iaſ.nu.70.Inſt.de actio.idem Ang.in tract.malef.
in verb.dictus Andreas armatus, nu.1.Hipp. de Marſil. in ſua
pract.crim.§.& pro complemento.Gram.conſ.43.col.1.nu.3.
pulchre Alex.conſi.98.nu.3.vol.3.Bal.in l.ob hęc verba.ff.de
his, qui not.infam.& in c.1 de beneſ.fra.& in l.1. §.toliſſe. ff.
ad Sillan.in l.raptores.C.de epiſ.& cler. & in l.data opera.co
lum.pen.C.qui accuſ.non poſſ.& ratio eſt ſecundum eundem
Bald.in l.1.col.2.C.de ſeru.ſugit.nam qui cũ delinquente ſtat
armatus, licet arma non tractet, tñ præſumitur ex propoſito
4 ad hoc eum aſſociaſſe, † nam ille qui ſe armis induit, pręſumi
tur de rixa, & bello cogitare, prout dicit idem Bald. in l. non
ideo minus.col.fin.verſi.pone quod ſtetit armatus. C.de acc.

Et quod auxilium pręſtare dicatur quis, ſtando armatus ẽt
2 longe, ſupra diximus, videas Marſi.in d.pract.crim.§.cẽſuit.
nu.56.& poſt nu.61.verſ.& adde etiã his, Carrer. in ſua prac.
crim.in §.4.homicidium aũt.nu.9.verſic.ſi fuerit aſtans male
ficio armatus. Marſ.in d.l.ſi in rixa.de ſicar. poſt nu.45. verſi.
alio modo ẽt dicitur præſtare opem ipſi maleficio aſſiſtendo
armatus, allegatur ad hoc Alex.in l is qui opem.de fur. ſuper
quo tit.non video Alex.aliquid ſcripſiſſe. Bal. conſ.492.dici-
tur, quod cum fecerunt, in princ.vol.1.Cæp.conſ.34.ſi vnquã
Magnifice domine, col.6.verſ.circa 2.dubiũ.& col.7.in prin.
verſ.nam quando duo ſimul.Caſt. in l.raptores.C de epiſc.&
cler.n.6.verſ.adde quod dicit Inn.Paul.de Girlaud. de pęnis
omniſari.coit.q.10.poſt nu 3.ver.ex quo infertur.qđ ſi Caius
armatus, & poſt nu.14.verſic.& qñ diximus ſupra.& Marſil.
conſ.42.poſt nu.10.verſ.cum ambo, & conſ.39.no. 48. verſic.
quod oẽs, dicti inquiſiti.& conſ.43.nu.44.verſ.ẽt ſi arma non
extraxiſſent, & conſi 67.nu.45.verſ.quod licet ille, qui arma-
tus.Corſet.in ſuis ſing.in verb auxilium.& qũo, & quando aſ
ſiſteos intelligatur auxilium præſtare delinquenti, eſt arbitra
riũ iudici.vt ex more ſuo doctiſſime tradidit Iac. Men. tract.
de arbit.iud.caſ.350. in verſ. opem qñ armatos aſſiſtens talis
dicatur, nu.2.lib.2 centur.4.vt auxiliator cenſeatur, requiri-
tur, quod ad illud delictum committendum fuerit expreſſe,
ac deliberate condemnatus, vt dicit Tho. Gramm. deciſ. 25.
nu.3.& Pariſ.d.cooſi.164.00.13.d.vol.4.& quando doloſe, &
ſcienter ſic armatus aſſiſtit, ſecus ſi caſu, & fortuitu, vt ibi Grã
mat.nu.4.& ſequitur, & refert Iac.Men.dict. caſ. 350. num.3.
dict.lib.2.centur.4.Pariſ.dict.conſi.164.no.11.

Secundo amplia, concluſiooem procedere, etiam ſi is aſſi-
ſtens arma ſua depoſuerit.Dec.& Cagno.in l.quo tutela.§.in
factum.ff.de reg.iur.Alex.d.cooſi.98.nu.3.vol.3. glo.in l.3.§.
qui armati. quam Ang. ibi dicit multum notandam ad hoc,
5 † vt ille, qui inuehit contra aliquem licet arma deponat, ta-
men illud quod facit, dicitur armis facere. Nic. Pig.in addit.
ad ſiogular.Roman.ſingular.586.Boſſ.in tract.crimin.titul.de
homic.ou.22.

Tertio amplia, vt procedat cooclusio, ẽt ſi ſteterit armatus
procul, vt dicit Bal.io l.non ideo minus is.vlt.col.C.de accoſ.
Franc.Caſon.tract.de indici.homic.in verb.à modo quo quę
ritur.nu.4.dummodo poterit auxiliari delinquẽti, vt ibi per
eũ, per Bal.in l.1.C.de ſer.fugit.& Blanc.trac.de indicijs, ſup
verb.aſſociatio, nu.6.poſt homic.aſſiſteotia.nu.236.Bald.in l.
ad hæc verba.verſ.adde vltimo.nu.5.ff.de his, qui notant.inf.

Verum hæc ampliatio cũ hac moderatiooe eſt intelligeoda
6 procedere, † dummodo offendens fiat audacior, & læſus timi
dior.Bal.d.l.nõ ideo mious.nu.30.C.de acc. & d.l.ad hęc ver
ba.nu.5.Fel.in c.ſicut dignum.ou.6.de homic.Pariſ.d.cõſ.164.
nu.15.Franc.Caſou.tract.crimin.de indicijs homic.in verb. à
modo quo quæritur, nu. 7.tract.4.& Blan.tract.de indicijs.ver
ſic.aſſiſtentia.nu.236.& poſt on.237.verſ.hoc intellige.Natta.
d.conſ.452. in cã inquiſitionis.num.2.& ſeq.& ita ſeruari per
cõſi.Neap. teſtatur Gram.voto 21.& idẽ in vſu obſeruare Se-
nat.Mediol.refert Iul.Cla.in pract.crim.lib.5.§.fi.q.90.verſic.
7 quæro, numquid ille.Inn.in c.petit.de homic.qui dicit † quod
ſi clericus aſtans bello iniuſto & nihil faciat, ſed pręſentia ſua
accendat pugnantes, homicidia ſequentia faciãt illum talem
irregularem.Abb.in c.ſignificaſti.tit.de homic.Spec. in tit.de
leg.§.iuxta, verſic.quid ſi aliquis.quia tum demum dicitur aſ
ſiſtens præſtaſſe auxilium.Bal.in l.non ideo.in col.pen. nu.30.
C.de accuſ.qui dicit illam eſſe veram theoricam, arg.l.cũ do-
minus.ff.ad Sill.& l.1.§.quæ onerandæ.ff quar.rer.act. nõ dat.
8 Quarto amplia vſque eo concluſionẽ procedere, † vt talis
armatus aſſiſtens dicatur auxiliũ, & opem ferre facto proxi-
mum, vt inſigniter no.Bal.in d.l.ob hæc verba. nu.5.ff.de his q
notant.inf.qui citat Inn.in d.c. continentia. de cler.percuſſo.
& ſequitur & refert Natta.d.cooſil.458.poſt nu.2.verſic.tamẽ
Bald.ibi.vol 2.

Quinto amplia concluſionem procedere, ẽt ſi quis deter-
ruiſſet, ne maleficium fieret, dum tamen tpe maleficij armatus
aſtiterit, vt per Fel.poſt Spec.quem adducit in c. ſicut dignũ.
col.3.de homicid.& per Natt.io conſi.458.nu.3.vol.2.

Limita primo concloſionem ſupra dictam cum ſuis amplia
9 tionibus non procedere, † quando illa præſentia nõ ſit ex ani
mo propoſito ſeſe immiſcendi facto, ſed fortuito eo loci vene
rit armatus; vt affatim reſpondit Anch.conſi.216.verſic.teſtat
reſpondere.Bal.in d.l.ob hæc verba.nu.5.verſ.adde vltimo, ff.
de his, qui notant.infam.Fel.in c.ſicut dignom.nu.6.verſic &
omnia iſta limita.de homic.Pariſ.d.conſ.164.nu.11.verſic. ſeu
per errorem, vel caſualiter.d.vol.4 & nu.12.Io.de Amicis cõ-
ſil.53.ſuper inquiſitione formata per capitaneũ ciuitatis Ser-
nię, col.2.in prin.verſ.per quę verba, & Rimio.conſ.13.& per
Clar.pract.crim.lib.5.§.fio.q.9.verſ.quæro nũquid, circa finẽ.

Illud vero in hac re obſeruatione dignũ non eſt prætereun
10 dum, in dubio † ſemper quẽ caſu præſumi adfuiſſe potius, quã
ex induſtria.ſic tradidit Fel.d.c.ſicut dignom.ou.6 Bal. in l.1.
in lectura antiqua.ff.de ſerno corrup. & in c.1. de beneſ.frat.
Inn.in c.continentiã.de cler.percuſſo. quia nullus malum præ
ſumitur velle cõmittere, donec probetur, arg.l.Quintus Mu-
tius.ff de don.inter vir.& vxor Pariſ.d.conſ.164.nu.12.& 14.
16.& 17.vol.4.Boſſ tract.crim.tit.de homic.qu.25.Natta.d.cõ
ſil.458.poſt nu.2.verſic.& licet in dubio. vol. 2. concludit ta-
men Bal.vt iudex debeat hoc arbitrari ex circumſtantijs, arg.
l.1.ſi quis in villa ff.ad Sillan.& hęc nota.quia pulchra.

Secundo limita non procedere, quando aſſiſtens non aſtat,
11 vt maleficio faueat, † nam ſi fortuna poſtea committatur deli
ctum, non dicitur auxiliator: & tunc iſta pręſentia probata, nõ
videtur probatum auxilium delinquenti dediſſe.d.l. cum ali-
ter.§.ſed in eo.vbi Rom.n.1.ad Sillan. exemplũ põt afferri de
eo, qui accurrit cũ batillo ad dirimendam rixã, in qua deinde
ſequutum eſt homicidium.pro quo conſuluit Mant.conſi.281.
lib.1.& non eſſet aliquo modo puniendus, vt per Cla.d.q.90.
§.fi.d.verſ.quæro nunquid.in fi.l.prætor.§.homines ff.vi bon.
rapt.Aug.Arim.in addit.ad Ang.de maleſi.in verb.dictus An
12 dreas.nu.4.ratio eſt, † quia voluntas, & propoſitũ diſtinguit
maleficium, ita reſpondit Bal.in addit.ad l.1.ff.de ſer corrup.
nam niſi quis probetur aſſociaſſe delinquentem ad maleficiũ
perpetrandum, auxilium pręſtitum non dicetur, qm non tene
tur auxiliator, niſi fuerit in dolo, vt docuit Bar.in l.ſæpe. in ñ.
ff.de verb.ſign.Rom in l.1.§.ſed in eo.ff.ad Sillan. Pau.de Ca
ſtro conſ.90.quod incipit, in cauſa incarceratorum, &c.in ca-
13 pitis.n.iudicio † nemo ex præſumptione debet damnari.l.ab
ſentem.ff.de pœnis, & in dubio ſemper præſumendũ eſt, quẽ
caſu interueniſſe, vt per Nat.in d.conſi.458.nu.2. vol.2.

Tertio limita concluſionem non procedere, quando is, qui
14 vulnus intulit, ſit incertus, † etiam ſi aſtans armatus venerit a-
nimo aſſiſtendi, & ille animus ex coniecturis probetur, ita ca
nit Alex.conſ.15.nu.10.lib.1.
15 Ratio, quia ſi incertum ſit principale † vitiat acceſſorium.
vt conſuluit Anch.conſi.96.ad fin.Bart. & Salicet.in l.ſi is qui
rem.§.ſi tu Titium.ff.de fur.item in l.ſi in rixa. & ibi Alber. &
in l.item Mela.§.1.ff.ad l.Aquil.

Qoarto limita concluſionem non procedere, niſi delictum
16 fuerit perpetratum, † nam tum demum præſumitur armatus
aſtans aoxilium præſtitiſſe.l.ſæpe ita.de verb. ſignif. in fi.Dy.
in l.ſi diuortij.ff.ret.amotar.

Quioto limita concluſionẽ non procedere, niſi conſtet per
17 ſententiam de præſtatione operis, † quia noo ſufficeret, quod
principalis eſſet condemnatus forte propter cootumaciã, vel
confeſſionem.Bar.in l.is qui rem.§.ſi tu Titiũ.in fioe.ff. de fur.
Anch.conſ.217.Nos Bartholomæus.in ſi.Maria. in c. qualiter.
2.q.11.art.4.de probat.

R Ex

Digitized by Google

Ex iſtis igitur omnibus, quæ à nobis hucuſq. tradita fuere, pro appendice & corrollario dici pōt, † præſtantē opē, & auxilium teneri, & puniri eadē pœna, qua principalis, quā conclusionem tradit Bar. in l. is qui opem. ff. de furt. l. nihil intereſt. ff. de adult. Cæp. in conſ. 34. Soc. conſ. 188. col. 3. verſic. ſed iterū. & col. 4. verſic. confirmatur iſta cōcluſio. Ang. de maleſ. in verb. d. maleficio ſemper. nu. 10. §. ope. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. gl. in verb. deſenſam. in clem. 1. de pœn. pleniſſime Salic. in l. 1. C. de rapt. vir. Ang. in l. 1. C. de Nili. agge. non rumpen. & hanc eſſe * cōem opinionem dicit Corn. in conſil. 8. in lit. A. libr. 3. quem refert Dec. in c. 1. nu. 12 vbi pariter de * communi teſtatur, de offic. deleg Cran. conſ. 220. poſt no. 12. verſi. ſed arguitur. Bologn. in conſil. 5. col. fin. verſic. 2. de hoc Bal in l. 1. C. de Nili. agger. non rumpen. cum alijs multis adductis per Natt. in conſil. 458 nu. 9. vol. 2.

18

In contrariam tamen deſcendit ſententiam Dyn. in l. nihil intereſt. ff ad l. Corn. de ſic. id eſt præſtantem auxilium homicidio media tantum pœna affici debere.

Verum conciliandi ſunt hoc pacto iuxta ſententiam Bal in
19 l. vnica. C. de crim. pec vbi dicit † opem ferentem per actum proximum facto, vt quia aſtitit facienti, in eum animaduerti eadem pœna, ſin autem ferat opem per actum remotum, tunc mitius puniri, prout etiam dicit Natt. in conſ. 151. nu. 5. vol. 1. & D. Clar. in ſua pract. crimin. in § fin. q. 90. vbi atteſtatur * de communi & æquiori opinione, nam proculdubio minor eſt culpa auxiliantis, quam principalis, & hinc conſequitur, vt etiam mitius videatur puniendus, & de communi ēt reſtatur Soc. in conſil. 188. lib 2 prout refert Couarr. in clem. ſi furioſus. fol. mihi 591. nu. 5. in fin.

20 Primo amplia hanc illationē procedere vſque eo, † vt qualitas in principali agente maius faciens factū, cenſeatur adeſſe etiam in præſtante auxilium, vnde opem præſtans patricidæ, ita grauiter punitur, ſicut ipſe committens, vt auctor fuit Bar. in d. l. is qui opem. ff. de furt. & in l. vtrum. ff de patric. Felin. in c. ſicut dignum. nu 1. de homic. Salic. in l. 1. de rapt. virg. verſic. quæro ſi propter qualitatem inhærentem. & hanc eſſe opinionem communem dicit pact. Conrad. fol. 330. nu. 6. relata à Iul. Clar. d q. 90. §. fin. circa princip qui diſtinguit inter auxilium præſtitum ante delictum, vt in ipſo delicto, ſiue poſt delictum perfectum, quem ibi potes videre.

21 Limita hanc ampliationem non procedere, † quando dans opem ignorant hanc qualitatem exaggerantem, ſecundū Ange. in l. 1. verſ. conſocios, & conſortes. C. de Nili. agge. non rūpen. qui ita dicit ſe obtinuiſſe in facto, Io. de Ana. in c. ſicut dignum de homic. l. is qui opem. ff. de furt. Cla. d. q. 90. vbi ſup.

Sed obſerues hanc limitationem procedere, quādo opem dans ignorat qualitatem amplificātem ſuper non delicto, nā tum ignorantia qualitatis exaggerantis excuſat, non autem quando quis ignorat delictum, ſed non qualitatem augētem factum glo ordin. in d. c. ſicut dignum. & gl. in c. fi. de homic. in 6. glo. in c. merito. 15. q. 1. vbi non excuſatur dans operā rei illicitæ.

Secundo amplia illationem prædictam procedere, etiam ſi qualitas aggrauans delictum, nō adfuerit tempore, quo quis auxilium aggreſſus ſit, ſed tempore maleficij. vnde ſi volenti occidere priuatum, attulerim ſponte ſcienter arma, & ille interim conſtituatur in dignitate, poterō conueniri etiā quoad illam qualitatem Bart. d. l. qui opem. qui allegat gloſſ. in l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeru. corrupt.

22 Primo limita ſupradictam illationem nō procedere, † niſi quis præſtiterit opem delicto proximam, tex. opt. in c. felicis. in verſic. ſimplici fauore. & ibi gl. de pœn. in 6. Salic. in d. l. 1. vltim. col. de rapt. virgin. Bal. in l. iudices. C. ad l. Iul. peculac. Bar. in l. qui ſeruo. ff. de fur. & in l. ſi in rixa. ad fin. ff. de ſic.

Secundo limita non procedere, niſi reus principalis eſſet condemnatus per ſententiam. Bart. in l. is qui rem. ff. de fur. in §. fin. ver. ſi tu Titium. Baldus conſ. 120. aſſeſſoris delicto. Anchar. conſi. 512. Bartholomæus in fine.

23 Tertio limita, † niſi poſt delictum commiſſum aliquis aſſiſteret male merito, vt ferret auxilium, quia non dicitur proprie dediſſe opem delicto. Bart. in l. non ſolum. §. iuramento. ff. de iniur. itē ī l. ſi quis in graui. §. quiſq. ff. ad Sill. l. in furti. §. ope. ff. de furt. itē in l. raptores, & ibi Bal. C. de epiſ. & cler. & eſt * communis opinio, vt dicit Clar. d. §. fin. q. 90. verſic. aut vero. & hanc eſſe ſententiam frequentiori calculo receptam, dicit Plac. li. 1. delict. c. 16. num. 15.

Animaduertendum tamen hic eſt, contra huiuſmodi aſtantem oriri præſumptionem auxilij occulti, adeo vt is debeat probare contrarium, Bal. in l. non ideo minus. in penul. col. C. de accuſ. & refert & ſequitur Natt. conſ. 548. n. 5. in fi. d. vol 2,

24 Quarto limita † niſi quis ignorāter præſtitiſſet opem, quia dicenti ſe velle ire rus, cōmodaſſet equū, & arma, & occidiſſet hominem Bal. in l. quicunque. in pen. col. verſi. not. 6. C. de ſer. fug. per l. antiquos, C. de fur. Fel. in c. ſi quis epiſc. de hær.

25 Quinto limita † niſi lex expreſſe aliter puniret principalē, quā præſtantem opem, prout in caſu l. 1. de rap. virg. & l. 1. C. de Nili agger. non rump. Card. in cle. 1. in 11. q. de pœn. & eleganter Per. de Anch. in reg. acceſſoriū in 7. opi. de reg. iu. in 6.

Sexto limita, niſi operatio auxilij ſimplex fuiſſet ex qua delictum, ſiue tractatus non ſit auctus, nam tunc eadem pœna nō punitur, ſi fides eſt habenda Iaſoni in conſ. 137. nu. 3. & ſeqq. vol. 1. Gramma. in conſ. 45. nu. 41. Cæp. in conſil. 37. num. 9. & Cachc. in deciſ. Pedem. 79. nu. vlt.

Quapropter vt ea omnia, quæ in medium attulimus, dilucidius explicentur, cum iſta quæſtio ſit admodum ardua, vidēdus erit D. Cla. in d. q. 90. qui poſtquam retulit cōem eſſe opinionem, indiſtincte auxiliatorem eadem pœna puniri, qua principalis delinquens, poſtquam etiam retulit communem pariter eſſe opinionem mitiori pœna puniendum eſſe auxiliatorē, allegando pro vtraq; parte Dd. non num. paucos, & ita
26 quæſtionē eſſe valde † & dubiam & controuerſam, ſic diſtinguit, præſuppoſuendo tripliciter poſſe præſtari auxiliū delinquenti, primo ante delictū, ſecūdo in ipſo delicto, tertio poſt delictum conſummatum. Deinde ſic diſtinguit, aut delictum commiſſum eſt præuio tractatu, vel deliberatione, accedente conſenſu, vel ſaltem ſcientia ipſius auxiliatoris, & tunc indiſtincte dicit tenēdum eſſe, auxiliatorem eſſe eadē pœna, qua principalis puniendum, & hoc quocunq; tpe auxiliū præſtiterit, ſiue ante delictū, ſiue in delicto, ſiue poſt, teſtādo Bar. in l. in furti. §. ope. paulo ante fi. ff. de furt. vbi dicit, ſpē datā auxilij ad euadendum, dici auxiliū ad maleficiū cōmittendum. Aut non præceſſit aliquis tractat. vel deliberatio, & tunc ſi auxiliator præbuit cauſam delicto, punitur eadem pœna, iuxta ſniam Grat. in conſ. 53. n. 3. vol. 5. ſi vero non præbuit cauſam, tūc punitur mitiori pœna, præſertim ſi præſtitit auxilium poſt commiſſum delictum, nam tunc non dr̄ vere auxiliatus, vt dicit Bar. in l. 3 §. quiſq. ff. ad Syllan. Aut eſt dubium, nunquid præceſſerit tractatus, ſiue deliberatio ſaltim ratione auxiliatoris, & tunc auxiliator eſt in primis torquendus ſuper ipſa deliberatione, aut tractatu, aut ſcientia delicti, ſcd'm Mant. in cōſ. 67. vol. 1. & vbi id fateatur, debet adhuc pro ipſo auxilio puniri pœna extraordinaria, maxima. n. vrget ſuſpicio contra eū, qui præſtitit auxiliū delinquenti, ēt poſt commiſſum delictū, ſe fuiſſe participem & conſciū ipſius delicti cōmittendi.

CONCLVSIO CLX.

ARGVMENTVM.

Balla an præſumatur illius mercatoris, cuius eſt ſignum in ea.

SVMMARIA.

1 *Balla præſumitur illius mercatoris, cuius eſt ſignum in ea.*
2 *Trabs præſumitur eius, qui illam ſignauit, & nu. 6.*
3 *Emptor illa ſic. ans videntur ſibi tradita.*
4 *Res in regione viui empta per ſolam ſignaturam non transfertur dominium.*

B.

5 *Animal illius præſumitur cuius ſigno ſignatum eſt, de quo vide ſupra in concluſione, Animalia.*
6 *Idem eſt in arboribus vendītis, quæ ſignantur.*
7 *Niſi prædicta ſignauerit quis ſigno alieno, & fecerit expreſſam mentionem, quod erat alienum.*

1 BAllam (noſtrorū hæc vox eſt) mercatoris præſumi illius eſſe, † cuius ſignū in ea ſit ſcriptum, tradidit Bal. in authent. dos data, in 1. colum, verſic. not. ex ſignaculo. C. de donat. ante nup. Dec. in c. cum cauſam. nume. 6. de probat. Boer. deciſ. 105. nu. 9. & 10. And. Barb. in rep. rub. de
fid. in-

Digitized by Google

fid.inſtru.col.42.in fi.verſ.vnum tenē menti.vbi vide, & Ioā.
de Ana.in c.fi.col.3.in princ.verſ.adde ēt Bald.Iacob.de San
cto Georg.in l.pacta nouiſſima.in vltimis.ver.C.de pactis.Af
flic.in conſtitu. Regni Siciliæ,quæ incipit,priuilegia,& iuſti-
tia,in 2.lib.2.notab.& Caſſan.in conſuet.Burg.tit.de iuſtices.
§.8.verb.le ſigne.nu.2.fol.mihi 80.arg.l.ſtigmata. C.de fabri
cen.lib.11.Bald.in l.2.nu.1.C.quæ res vend. non poſſ.

2 Primo amplia etiā in trabe,†quia præſumitur illius, à quo
fuerit impreſſa,text.eſt.in l. quod ſi neque.in fin. ff. de peric.
& commo.rei vend.iuncta glo.in verb.ſignificaſſet.Videri au
tē trabes traditas,inquit Paulus,quas emptor ſignaſſet.Bald.
in rub.C.eo.verſic.ſi vendidi.Iaſ.in l.quoties.nu. 18.limit.6.
3 C.de rei vendic.nam ſi emptor illas trabes ſignat,† videntur
ſibi traditæ.d.l.quod ſi neque.& Iaſ.in d.l. quoties.

Limita iſtam ampliationē nō procedere in dolio vini em-
4 pto,in quo† per ſolū ſignum non transfertur dominium,tex.
in l.1.§.ſi dolium.ff.de peric.& commo.rei vendit.Si dolium
ſignatum ab emptore,inquit Vlpian. Trebatius ait,traditum
id videri.Labeo contra,quod & verum eſt,magis.n.ſubmitte
retur,ſignari ſolere,quam vt traditū videatur,Iaſ.in d.l.quo-
ties.Bal.rub.C.co.ti.Rom.ſing.285.tu ſcis,quod traditionib.
Boer.deciſ.105.nu.10.& Iaſ.in l.traditionib.nu.8.C.de pact.
& ratio eſt , quia in vino , & ſimilibus alia præſumptio ſumi
poteſt,quam animus tradendi,exempli gratia,ne in dolio ali
quid immittatur,d.§.ſi dolium,& Bal.vbi ſupra. Mod.Ant.in
tract.de merca.2.parte,num. 90.declarando,vt per eum poſt
Bal.vbi ſupra,& Salic.in l.fin.C.eo.tit.

Secūdo amplia etiam in animali procedere,quia illud prę
5 ſumitur illius,†cuius ſigno ſignatum eſt,vt nos docuit Bat.in
l.ſtigmata.C.de fabr.li.11.& Zoanet.in ſumma,in rub.11.qu.
vlt.& Alex.in l.diuerſis.ff.de relig.Bal.in rubr.C. de peric.&
commod.rei vend.verſic.ſed in arboribus.Quod & antiqui-
tus in ſeruis fieri ſolebat,etenim illi Samij bello capti,qui Sa
meæ nauis ſigno erat deformati,vel illi ſerui,qui literis erant
inuſti,quos literatos vocabant, Athenienſium eſſe pręſume-
bantur,vt meminit Alex.ab Alexand.lib.1.c.18. Rurſus vero
illi Athenienſes à Samijs capti,quos ſeruorum loco habebāt,
qui noctuæ figura erant notati,Samiorū eſſe cenſebantur,idē
ibidem.Syracuſani vero,vt diſcrimen ingenuę,& ſeruilis per
ſonæ notaretur,ſeruis equi characterem inuſſerunt. idem ibi
dem,& Plutarchus ēt.Quod etiam noſtra tempeſtate Neapo
li,Siciliæ,& in alijs regionibus ſolet obſeruari,vt cuius ſigno
ſerui inuſti ſunt, eorum eſſe præſumantur,& ad ipſos dedu-
cantur.Ad iſtam ampliationem adhibenda erunt, quæ tradi-
dimus ſupra in concluſione,animalia,vbi ampliatur , & limi-
tatur,& videnda etiam erit concluſio ſignum.

6 Tertio amplia† etiam idem præſumi in arboribus vendi-
tis,quæ ſignantur,ſic meminit Boer.d.deciſ.105. nu.9. alleg.
tex.in l.quod ſi neque.ff.de peric.rei ven.

Primo limita concluſionem , qn̄ quis ſignauit aliquid cum
7 alieno ſigno,† & aperte protulerit,eſſe alienum,cuius rei au
ctor fuit Bar.in l.ad teſtium.de teſtam.Spec.de probationib.
§.videndum.verſic.& nota.& Philip.in c.ſignificauit. de ap-
pell.Io.And.ſing.in c.2.de fid.inſtr.Alex.conſ.87.nu.9.libr.7.

CONCLVSIO CLXI.

ARGVMENTVM.

Bancherius communis ſiue manis nummularius,vel argenta rius an præſumatur quæſiuiſſe bona, quæ habet ex pecunij publicis ,an ex officio ſuo.

SVMMARIA.

1 *Bancherius communis non præſumitur quæſiuiſſe bona quæ habet de pecunijs communibus,ſed officio ſuo,vnde contrarium ,ibidem.*
2 *Prima opinio procedit,quando quis gerit officium priuatum,alia opinio quando gerit publicum.*
3 *Præſumptio,quæſiuiſſe pecunijs publicis bancherium communis , ceſſat reddita ratione.*

BAncherium cōem (quem politius nummularium, vel argē
tarium dixeris) non præſumi quæſiuiſſe bona, quę habet
1 ex pecunijs † publicis,ſed ex officio ſuo dicendum eſt , per
ea,quæ animaduertit Bart.in l.ſpadonem.§.eſt aūt. ff. de ex-
cuſat.tut.per l.ſi defunctus.C.de arbit.tut.& per eundē Bart.
in l.facultas.ad fi.C.de iur.fiſ.lib.10.per d.l. ſi defunctus. & p
l.3.§ multa.ff.eo.tit.de excuſ.tut. Gulielm.de Cun.& Petr.in
auth.licentiam.C.de epiſc.& cler.

Contrarium videtur velle gloſ.fin.in d.l.facultas.ibi. quaſi
omnia,quæ habet,præſumatur fiſci.quam not.Bal.in d.l.ſi de
functus.& non eſſe alibi,inquit idem Bal.in l.de cum omnē ,
in princ.de bon.quæ lib.

Cōciliatur hoc pacto,vt prior opinio procedat in illo,qui
gerit officiū priuatū,prout loquitur text.in d.l.ſi defunctus.
2 ſecus†eſt,qn̄ officium eſt publicum, quia tunc procedit opi-
nio gloſſæ,vt inquit Bal.in d.auth.licentiam.col.7.verſ.iuxta
prædicta.& Alex.in additionib.ad Bar.in d.l.facultas.

Limita tn̄ opinionem gloſſæ procedere,quo adusque red-
3 diderit rationem de adminiſtratione.†quia ſi bene illam red
det,ceſſabit illa præſump.ita inquit Bal.in d.auth.licentiā.d.
verſic.iuxta prædicta ex mente Gul.de Cun.& Pet.in d.auth.
licentiam.& idem Bal.in d.l.ſi defunctus.C.de arbit. tut.

CONCLVSIO CLXII.

ARGVMENTVM.

Bannitum quem eſſe quomodo probetur,& quando poſſit iure occidi.

SVMMARIA.

1 *Bannitum quem eſſe probatur per libros, in quibus deſcribuntur banniti .*
2 *Bannitus deſcriptus in libro bannitorum poteſt impune occidi ſtante ſtatuto .*
3 *Bannitus ſi impune poteſt occidi , multo magis in priuatis carceribus detineri , & torqueri poteſt.*
4 *Bannitum cancellatum de libro occidens quis ignoranter excuſatur.*
5 *Etiam ſi ſit cancellatus immerito,occidens excuſatur.*
6 *Bannitus cancellatus de banno præſumitur indebite cancellatus,quando cauſa non apparet,propter quam fuerit cancellatus.*
7 *Bannitus deſcriptus in libro bannitorum,quem magiſtratus impune in ciuitate eſſe ferat,cui permiſſa ſit facultas banniendi,& ſaluum conductum faciendi, nō poteſt occidi,quia habetur pro non bannito, & illum lædens punitur,ac ſi non bannitum læſiſſet.*
8 *Patientia,& tolerantia ſuperioris,vel principis inducit conſenſum Principis volentis ipſum pro non bannito haberi.*
9 *Bannitum occidens proditorie non gaudet priuilegio ſtatuti permittentis occidi .*
10 *Bannitum probatur quem eſſe per ſcripturam in archiuio publico communis,etiam non publicam repertam.*
11 *Scripturæ in archiuio communis probant inter eaſdem perſonas,inter quas ſunt ſeruatæ , niſi locus extra territorium archiuij eſſet confœderatus cum loco dicti archiuij.*
12 *Sumptum ex regiſtro probat bannitum,etiam ſi regiſtrum fuerit conſumptum , vel combuſtum,& talis bannitus virtute illius ſumpti poterit impune occidi,dummodo ſumptum ſit cum ſolemnitatibus requiſitis.*
13 *Bannitus etiam ſi ſoluerit condemnationem , vel pœnam , & non ſit cancellatus de banno,præſumitur etiam bannitus quia donec deſcriptus eſt , ſemper ineſt ſibi iſta appellatio banniti,& ſi durat illud nomen appellationis, durat etiam nominis effectus.*
14 *Bannitus cancellatus de banno quando non apparet cauſa,in dubio præſumitur indebite cancellatus.*
15 *Banna probantur per ſcripturam etiam cancellatam, dummodo reperiatur in archiuio communis.*
16 *Bannitum quem eſſe non præſumitur,niſi probatum.*
17 *Bannum,quod alicui datur ob contumaciam,facit indicium ad torturam , ſi rite , & formatis formandis fuerit bannitus.*
18 *Bannitum occidens tempore ſalui conductus præſumitur non habuiſſe notitiam dicti ſalui conductus,nec puniendus.*
19 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
20 *Notorium tollit præſumptionem ignorantiæ.*
21 *Cautela bannitorum qui à banno liberati vt curent ſe de libro bannitorum cancellari.*
22 *Bannitus debet cancellari de omnibus libris bannitorum , quando eſt conſuetudo vt in diuerſis libris ſcribantur,alias poſſet occidi.*
23 *Bannitus ſi iuſte fuerit cancellatus de banno, non poteſt impune occidi alias ſecus.*
24 *Statutum dictans , quod banniti debeant rebanniri per quoſdam ſapientes , licet bannum non ſit cancellatum,non poſſunt impune occidi.*
25 *Cancellatio banni ſufficit facta verbo.*
26 *Capitula pacis ſi contineant vt banniti rebanniantur , ſufficit ſine alia cancellatione.*
27 *Bannitum occidens ſciens ſoluiſſe pœnam banni , vel de proximo rebanniendum vel rebannitum verbo à ſuperiore,punitur,etiam non cancellatus, ac ſi cancellatus fuiſſet.*
28 *Scientia bannitum occidentis,gratiam ſibi eſſe factam banni,quomodo probetur,vide ibi remiſſiue.*
29 *Rebannitus etiam ſi re ipſa non ſit cancellatus de banno, ſi per ſolemne inſtrumentum in archiuio publico apparet veniam ſolutam pœnam in banno contentam,non dicitur, nec ſpiritualiter,nec ſubſtantialiter amplius bannitus.*

 30 *Ban-*

30 *Bannitum occidens non venit puniendus, niſi iuxta bannum ſit facta mentio ſolutionis dicti banni, cum veriſimiliter potuiſſet occidens ignorare.*
31 *Bannitus a ſuperiore toleratus licet ſit in banno, & in libro bannitorum deſcriptus non poteſt impune occidi*
32 *Bannitorum non cancellatorum, & cancellationis materiam vide ibi remiſſiue.*
33 *Banna præſidum terrarum potius ad terrorem præſumuntur, quam ad valorem facta.*
34 *Bannitus poteſt ferre teſtimonium de iure ciuili extra locũ in quo exulat, quia bannum non irrogat infamiam.*

BAnnitum (is eſt, qui a Cicerone pluribus in locis dicitur,
1 cui ſit interdictum aqua & igni) quem eſſe †probatur per
libros, in quibus deſcribuntur banniti, ita profitendo docuit
Ale. in l. decem ſtipularores, n. 37. ff. de ver. obli. & ibid. Iaſ. n.
18. & idem Ale. in l. 1. nu. 11. ff. de nou. ope. nunc. Salic. & Bald.
in l. moueor, C. ſi ſeru. exporta. vend.
2 Adeo vt †poſſit talis deſcriptus in libro baonitorum impu
ne occidi, ita tradidit docendo Hipp. Marſ. in l. 1. ff. ad l. Cor.
de ſica. nu. 9. Alex. conſulendo in conſ. 65. nu. 1. lib. 3.
Intellige ſi ſuper hoc extet ſtatutum, Bart. Bal. Iaſ. Dec. in l.
vt vim, ff. de iuſt. & iu.
3 Ex quo infertur, †vt qoemadmodum bannitus impune oc
cidi, eo magis & in priuato carcere detineri, & rorqueri poſ-
ſet, vt inſigniter dicit Bal. in l. iubemus, nu. 5. C. de priu. carce-
rib. inhib. l. neminem, nu. 4. & 5. C. de exhibendis & tranſmit
ten. reis.
Amplia ſupetius dictum, etiam ſi bannitus eſſet deletus ex
4 libro, dummodo occidens ignoret, †quia tunc excuſatur, Iaſ.
in l. ſi ſe non obtulit, §. cōdemnatum, nu. 37. ff. de re iu. per do
ctr. Ang. Imo. & aliorum in l. filio quem pater, per illum tex. in
prin. ff. de lib. & poſth. & refert Ang. qđ ita conſuluerunt Iac.
de Belu. & Iac. But. in q. Baldarij, & Iac. Clarij de Florentia, &
idem refert Ang. in l. ſi duo, ff. de acq. hær. Ludo. Rom. in l. 2. in
prin. ff. ſi cer. pet.
Secundo amplia illud dictum, ſi ſit abſterſus tamen imme-
5 rito, quia †occidens excuſatur ac ſi occidiſſet non deletũ, ita
egregie dixit Bal. in c. 1. in prin. in tit. hic finitur lex, dein inci.
conſu. reg. & in l. ſcrimiarios, C. de teſt. mil. & Io. And. in c. ve
niens, de accuſ. in nouel. Hipp. Marſ. in d. l. 1. ff. ad l. Cor. de ſi-
car. nu. 71. Nel. in tra. ban. in 1. p. 3. tẽp. in 3. q. voloit Bar. Cęp.
conſ. 7. quidam fuit Paduæ condemnatus, & ad hoc obſerues
6 † bannitum deletum a banno præſumi immerito ademptum,
quando non apparet cauſa, propter quã fuerit ſublatus, Marſ.
vbi ſup. nu. 72. & Nell. in d. tra. de bann. in 3. p. 3. temp. nu. 75.
Bal. in c. cum ſuper. col. fi. de re iu. & in l. ſi non ſortem, §. adeo
ff. de condict. indeb. & in l. ſi præſes, C. quom. & quan. iudex,
in fine,
Limita hanc ampliationem non procedere ſi ipſe bannitus
tolcraretur, vt impune eſſet in ciuitate, a ſuperiore, qui habet
7 poteſtatem bannieodi & fidem dare publicam, †nam hoc ca-
ſu propter patientiã, & tolerantiam ipſius ſuperioris, licet ſit
deſcriptus in libro bannirorum, vt in ſublimitatione, tñ habe
rur pro uoo bannito, l. 1. §. ſcientia, ff. de tributo. l. 1. §. magi-
ſtrum, ff. de exerc. actio. vt Sali. in l. nullus, C. de Iudæis, quem
ſequitur Ioan. de Ana. in c. ſicut Iudæi, col. 4. de Iudæis, & ibi
Fel. io pen. col. Ale. conſ. 1. col. vlr. vol. 2. Hipp. de Mar. ſing. 77.
quod incipit, patientia. nu. 2. & in ſua prac. §. aggredior, n. 28.
vbi dicit, quod ſi quis hoc caſu lęſerit bannitum, debere puni
ri, ac ſi læſiſſet non bannitum, vt per ſupra allegatos Dd. quos
ſequitur Marſ. in conſ. cri. conſ. 9. nu. 25. & conſ. 46. n. 31. Marſ.
in l. 1. nu. 10. ff. ad l. Cor. de ſica. & in l. fi. nu. 13. ff. de iuriſd. om.
iudic.
8 Ratio eſt, †quia talis patientia, & tolerantia ſuperioris vel
Principis inducit conſenſum dicti Principis volentis ipſum
haberi pro non bannito, Marſ. d. ſing. 77. nu. 1. late Dec. conſi.
327. incip. viſo caſu, in vlt. col. Iaſ. in l. omnes populi, nu. 47. ff.
de iuſt. & iur.
Secundo limita non procedere ſi quis bannitũ occidat pro
9 ditorie, †nam tunc occidens nó gaudet priuilegio ſtatuti, ita
ſcripſit Barto. in l. genero, ff. de his, qui notant. infam. & in l. ſi
quis in graue, §. vtrum, ff. ad Sillan. Bar. & Ang. in l. nulla, C. de
delat. lib. 10. Aret. in l. cum ſeruus, ff. de ver. obl. Cæpol. conſil.
34. ſi inquam, 3. col. ver. præterea.
Primo amplia principalem concluſionem procedere etiam
in ſcriptura non publica, reperta in archiuio publico commu
10 nis, quia † illa probat bannitum, Bal. ſing. in rub. C. de fid. in-
ſtrum. in fine, nam huiuſmodi libri, vel inſtrumenta reperti in
tali loco faciunt fidem, etiam ſi non habeant requiſira, vt diẽ,
& conſulem, vt auth. ad hæc, C. de fid. inſtru. & Alex. in auth.
ſi quis in aliquo, C. de eden. ver. 6. fallit. Rom. conſi. 165. liber
regiſtr. & conſ. 260. in propoſito, nu. 3. conſ. 319. in cauſa, Dec.
conſ. 146. & pro tenui. nu. 10. in d. auth. ſi quis in aliquo. n. 23.
C. de eden. in c. cum cauſam, nu. 7. de proba. late per Aymon.
Crau. in tract. de antiq. temp. p. 1. limit. 4. Marſ. ſuper rubr. C.
de prob. nu. 293. conſ. 20. digneris quæſo, n. 57. & ſeq. conſ. 43.
Spiritus Sanctus, nu. 13.
11 Intellige inter eaſdẽ perſonas procedere, † inter quas ſunt
ſcripturæ ſeruatæ, niſi locus extra territoriũ Archiuij eſſet cõ
fęderatus cũ loco dicti Archiuij, ita loquutus eſt ſingulariter
Bal. in rub. C. de fi. inſtr. vbi ſup. & de materia huiuſmodi ſcri-
pturæ vide in concluſiooe. Scriptura: per totum.
12 Secundo amplia in ſumpto, †quia illud probat bannitum,
adeo, vt etiam ſi regiſtrum fuerit conſumptum, vel combuſtũ
talis bannitus poterit vi illius ſumpti impune occidi, dummo
do ſumptum ſit cum ſolemnitatib. requiſitis, ita Nell. in tract.
de ban. p. 2. nu. 9.
Tertio amplia concluſionẽ, etiamſi bannitus ſoluerit con-
13 demnationem, ſeu pœnam, & non ſit deletus a banno, † quia
tunc præſumitur etiam bannitus, quia quamdiu bannitorũ al
bo eſt deſcriptus, tandiu banniti nomen illi cõpeter, quod ſi
durat illud nomen appellatiuum, ſtabilis etiam permanet no
minis effectus, ita reſpoodit Alex. in conſ. 114. n. 5. in fi. vol. 1.
Bal. ita docuit in l. Labeo. in § 1. in fi. ff. de pact. vbi id cautio-
nis genus ſuggerit, vt facta ſolutione curet eam abolendam a
libris bannitorum, & l. tutelas, C. de cap. dimin. idem Ale. cõſ.
160. viſis narratis, vol. 7. Iaſ. in l. ſi creditor. in 1. col. C. de fidei
com. Alberi. de Roſa, in tra ſtatuto. in vlt. p. in q. 33.
Iſtis addendum illud arbitror, in dubio quem pręſumi im
14 merito & iniuſte deletum eſſe a banno, † quãdo non apparet
cauſa, cur fuerit abſterſus, Bal. in c. cũ ſuper, in 6. col. de re iu.
& in l. ſi non ſortem, §. adeo, ff. de cond. indeb. & in l. ſi præſes,
C. quo. & quan. iud. Hipp. de Marſ. in l. 1. C. de ſicar. Abb. in cõ
ſil. 7. tria circa primum, lib. 3. Nell. in ſuo tract. bann. in 3. p. 2.
temp. in q. 77. inci. ſed circa idem, Bal. in conſ. 28. inci. conion
gamus, lib. 6. quem omnino vide Bal. in ſuo reper. in B. verſic.
bannum cum cancellatur.
15 Præterea nec illud omiſerim, etiam probari bãna †per ſcri
pturam etiam deletam Bald. in l. moueor, C. ſi ſer. expor. & in
addit. ad Spec. tit. de ſent. ver. banna. Bal. in l. emancipatione,
C. de fid. inſtr. Bar. in l. acta, ff. de re iu.
Intellige tamen hanc concluſionem procedere, dummodo
reperiatur in archiuio commuois, Bal. ſing. in rub. C. de fi. in-
ſtru. in fi.
Verumtamen in dubio bannitum quem eſſe non præſumi-
16 tur, †niſi probetur: vt reſpondit Bolog. conſ. 27. nu. 1.
Succurrit & illud hoc loco opportune dicendum, bannum
17 quod alicui dator ob contumaciam †facere iudicium ad tor-
turam, Gram. conſ. 11. nu. 21. & conſ. 32. nu. 8.
Sed hoc proculdubio intelligendum eſt procedere, ſi erat
bannitus rite, & ſeruatis ſeruandis, idem conſ. 37. n. 5. Brun. in
tract. indicio. nu. 5. q. 2. partis, nu. 7. Hipp. ſing. 117. & in l. 3. n.
3. ff. de quæſt. vide Blan. declarantem in l. fi. de q. nu. 293. Grã-
mat. dec. 34. n. 50. Paris de Put. in ſyndic. in verb. tortura, ver.
ſequitur quæſtio. nu. 5.
Ex ijs, quæ diximus, elici poteſt, bannitum occidentem tẽ-
pore, quo habebat ſaluum conductum vel manis fidem publi
18 cã, præſumi †non habuiſſe notitiam dicti ſalui conductus, vn
de puniri non debet, ac ſi occiſus vere non habuiſſet ſaluum
conductum: ita conſuluit Pau. de Caſt. conſ. 199. nu. 2. incip. li
cet iſta, vol. 1.
19 Ratio, quia in dubio †præſumitur ignorantia, l. verius, ff. de
prob. reg. præſumitur, de reg. in. in 6. Dec. conſ. 327. n. 6. vbi al
legat Alber. in 4. p. ſtat. q. 38. in fi. & alij, vt ibi. Nec habet ne-
ceſſe probare, ſe ſciuiſſe ipſum bannitum, Bart. l. inter omnes,
§. recte, nu. 4. de fur.
Primo limita concluſionẽ non procedere, quando apertiſſi
20 mum eſſet omnibus de ſaluo conductu, †nam tunc tolluntur
pręſumptiones ignorantię, gl. ſingularis in l. 1. ff. de recep. arb.
quam gl. reputat ſingularem Ale. in l. ſi tutor, C. de peri. tut. in
apoſtil. ad Bar. ibi.
Vt igitur rem in pauca conferam, & vt bannitis conſulam,
21 adijciendũ eſt: †vt diligenter obſerueot banniti, cum primũ
in

in patriam reuocati fuerint, ſe delendos curent à libris banni
torum, quam cautionē ponit Baldus in l. Labeo. §. 1. ff. de pac.
Iaſ. in l. ſi creditori. in 1. col. C. de fideicommiſſ. Albericus de
Roſat. in tract. ſuo ſtatutorum, in vult. part. in q. 33. incip. tran
ſeundo ad ſecundam quæſtionem.

* Quam concluſionem, & * communem opinionem in fauo-
rem, & cautionem bannitorum adductam amplia duob. mo
dis.

Primo, vt non ſolum talis bannitus debeat adimi ab vno li
32 bro bannitorum, † ſed ēt ex omnibus bannitorum libris, qñ
iſtiuſmodi eſt cōſuetudo: vt in diuerſis libris ſcribātur, vt fit
Bononiæ, nā alias poterit occidi, ac ſi nō fuiſſet abſterſis, ita
inſignitè dixit Ang. in l. fi. per illū text. ff. de his, q̄ in teſt. de-
lent. & ibi Raph. Cuma. Ang. in l. noſtram C. de teſta. & hanc
doctrinam latius firmat Alexander conſ. 280. attenta diſpoſi
tione ſtatuto 1. & 2 col. & conſ. 301. viſis dubitationib. vol 4.

33 Secundo amplia ſupradicta, & dicas, † vt tali bānitus, ſi fue
rit cancellatus, non poſſit occidi impune, hoc eſt verū, ſi iure
optimo, & legitimo: ſecus ſi immerito fuerit cācellatus, quia
iniuriam inferens bannito iniuſte cancellato de banno non
punitur, perinde ac ſi occidiſſet bannitum non cancellatum,
dixit Bal. in c. 1. in princ. in tit. hic finitur lex Corra. & incip.
conſuetudo Regni, & Bald. in conſ. 208. coniungamus, 2. col.
vol. 6. Idem voluit ipſe Bal. in l. ſcrimiarios. C. de teſta. milit.
Ioannes Andr. in c. veniēs. de accuſat. Nel. in tract bannitorū,
in 1. part. 3. temporis, in 4. q. Cæpol. conſ. 7. quidā fuit Paduę.

Dum vero ſupra dicebamus, bannitū non cācellatū à ban-
no poſſe ipune lędi, ſicut antea poterat, limita aliquot modis

Primo limita, qñ lege municipali caueretur aliquo in loco,
vt banniti debeant à banno eximi à quibuſdam ſapientibus,
24 nam † hoc caſu licet bannum non ſit cancellatum, tamen tales
banniti non poterunt impune occidi, quoniam tūc bannum
propter tale ſtatutum redditur nullum, ita notabiliter dicit
Bal. in l. ſi creditoris. nu. 1. C. de fideic. quem ſequitur Pau. de
Caſt. d. loco dicens quod ſi deliberatum ſit, vt banniti à bāno
eximerentur, tunc ēt antequā à banno inducerētur, non poſ-
ſe ex forma ſtatuti impune lædi, idē tenet Alex. cōſi. 114. pon
deratis his nu. 2. & per totum lib. 1. vbi ad id comprobandū
teſtatur Io. And. in additionib. ad Spec. tit. de accuſ. in 3. par-
te, §. ſequitur. verſi. quartum membrum. Iaſ. in l. ſi creditoris.
C. d. tit. pro quibus ēt faciunt dicta per Ang. in ſuo tracta. de
25 malef. in verb. qui iudex. in 1. verſic. ante fin. † vbi dicit ſatis
eſſe lituram verbis tantummodo expreſſam, ad quod addu-
cit Bart. in l. emptor. § Lucius. in fin. ff. de pact.

Secundo limita non procedere, quando in capitibus pa-
26 cis actum ſit, vt banniti in integrum reſtituerentur, † & eorū
condemnationes, & banna inducerentur tunc. n. non requi-
ritur, vt de facto deleantur ex libris, ſed ſatis eſt, ſi declaren-
tur haberi pro deletis. Bar. in d. l. emptor. §. Lucius. Idē firmat
expreſſius, Ang. & Imo. in l. 1. in fi. ff de his, quæ in teſtam. del.
Bal. & Caſtr. in l. huiuſmodi. in § cum ea. ff. de leg. 1. Caſt. cōſi.
33. incip. viſo dicto inſtrumento: & in l. ſi non ſortem. § adeo.
ff. de cond. indeb.

Tertio limita in eo, qui ſciebat factum fuiſſe gratiā, vel ſol-
27 uiſſe pęnam banni, † vel illum eſſe in patriam reſtituendū de
proximo ex aliqua cauſa, vel deniq; illum eſſe à bāno libera
tum verbo à ſuperiore, nā talibus caſibus, propter talem ſciē
tiam, punitur occidens bannitum, non cancellatum, ac ſi eſſet
cancellatus Dominic. Nel. in ſuo tract. Bannitor. in 1. parte 3.
temp. in 2. q. Bal. in l. 2. in 3. col. ff. ſi quis in ius vocat. &c. & in
l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict. Ioā.
Andreas in regul. quod quis mandato. ff. de regul. iur. in 6. in
Mercur. Bald. in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de leg. 1.

Ad illud, quod dictū eſt de eo, qui ſciebat bannito factam
fuiſſe gratiam banni, vel ſoluiſſe, vel debere de proximo exi-
28 mi à banno, † ſi quæras, ex quibus præſumatur talis ſcientia,
adeundus erit Ang. id late examinans in l. Titius. in §. Lucius
Titius. ff. de lib. & poſth.

Quarto limita, quando rebannitus is qui à banno fuit libe
ratus, & ſi reipſa non ſit à banno deletus, tamē per ſolemne in
ſtrumētum repoſitū in archiuio publico appareret ab eo fuiſ
ſe reipſa ſolutam tātam pecuniam, pro qua erat in banno po
29 ſitus, † ea enim ſoluta nō pręſumitur amplius in bāno, ſed ab
eo eximitur, quia tūc nō dicitur amplius figuraliter (vt his no
ſtrorum loquendi formulis vtar) nec ſubſtātialiter bannitus,
huius ampliationis actor fuit Iaſ. in l. creditoris. C. de fideic.
qui allegat ēt Bal. hoc voluiſſet, & Cum. in d. l. huiuſmodi. §. ſi
ita. de leg. 1.

Limitat tamen hanc ampliationem Imol. in dicta l. ſi credi
toris, vt procedat, ſi iuxta bannum facta ſit mērio de ſolutio-
30 ne, alio qui ſtat adhuc, vt occidens non ſit puniendus, † cum
iam tum etiam poſſit probabiliter ignorare, quam tamē limi-
tationem improbat ibi Iaſon & Hippol. Marſilius in ſua re-
pet. rubr. C. de probat. in col. 55 57. & 58.

Quinto limita non procedere in bannito, quē ferat magi-
31 ſtratus, vel princeps, † nā tali bannito nō poterit impune in-
iuria inferi, licet ſit deſcriptus in banno, & in libro bannito-
rum. Iaſ. dicto loco ſupra citato, & dixit Sal. in l. nullus. C. de
iud. Hipp. de Marſ. ſingul. 77. incip. patientia. Ioan. de Anan.
in c. ſicut. in 5. col. de iud. dicens hoc eſſe dictum ſingulare, &
ſe vidiſſe ſeruare Bononiæ. Io. de Are. ſingul. 10. num. 1.

32 Hæc qui ad ſaturitatem voluerit inueſtigare, adeat † Bal. in
l. ex morte. C. ad l. Aquil. Bal. in l. quid ſi fugitiuus. § apud La
beonem. ff. de ædilit. edict. & in l. 1. in 2. col. C. ſi à non cōpet.
iud. vbi de banniti non cancellati, vt aiunt noſtri, atque can-
cellationis materia plurima congerit. Nel. ēt in ſuo tract. ban
nitorum, in 3. par. 2. temp. q. 74. incip. in ciuitate ordinatum
fuit. Hipp. de Marſil. in ſua pract. crim. in §. aggredior, nu. 30.
& ſeq & in l. 1. in princ. ff. de ſicar. in 9. col.

Quamuis hæc præter materiam probationum videantur
adiecta, nihilominus tamen cum materia bannitoria ſit quo-
tidiana, & omnino ſcitu neceſſaria, non ab re duxi hāc paulo
altius repetere.

33 Nec illud interea omittendū, † banna per pręſides terrarū
præſumi potius ad terrorem quam ad valorē facta ita loqu-
tus eſt Bal. in add. ad Spec. de ſenten. colū. 17. verſ. banna. his
quoque conuenit, bannitū teſtimoniū ferre poſſe de iure ciui
34 li † ea ratione, quia bannum non irrogat infamiā, vt tradi-
dit Bal. in c. ſuper eo prima de teſtib. & in l. in exercēdis. pe. col.
verſ. ſed quęro nunquid C. de fid. inſtr. Fel. in c. poſtulaſti. nu.
5. de for. comp. gl. in l. ex ea. ff. de poſt. Ab. in c. paſtor. §. verū.
in pen. col. de appell. Bar. in l. ictus fuſtiū. ff. de his qui not. inf.

Quæ concluſio ita intelligenda eſt, procedere, vt tantū te-
ſtis eſſe poſſit extra locum, ex quo exulat, arg. eorum, quæ di-
cit Bal. in l. 1. nu. 20. C. de hær. inſtit.

CONCLVSIO CLXIII.

ARGVMENTVM.

Baptizatum quem eſſe, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Baptizatum quem eſſe ſufficit probare per vnum teſtem.*
2 *Baptiſmus poteſt fieri cum vno teſte, & cum quo, vide nu. 4.*
3 *Baptiſmus probatur per libros antiquos eccleſiæ, in quibus baptizati notantur.*
4 *Infidelis teſtificanti non eſt ſtandum*
5 *Teſtis vnius dicto ſtatur in præiudicium tertij, ſecus vbi non de præiudicio alicuius.*
6 *Baptizatus non præſumitur niſi probetur*
7 *Baptizatus an quis ſit, ſi dubitatur, debet baptizari, vt ibi*

1 Baptizatum quem eſſe † ſatis eſſe, ſi probetur per vnum te
ſtē, docuit gl in c. cum itaque. c. paruulos. c. placuit. de cō
ſecr. diſt. 4. quā gl. dicit ſingularem Brixien. in ſuō dictionar.
in verb. baptiſmus. gl. in fin. c. licet vniuerſis de teſtib. gl. in c.
nuper. in verb numerus. de teſti. & ibi no. Bal. & in c. quāto. &
ibi Dom. 2. q. 5. Spec. in tit. de teſtib. §. teſt in 4. & 16. fall. Iaſ.
in l. reſcripta. nu. 7. C. de pcib. Imp. off. Anto. But. in c veniēs.
il 1. col. 1. in fi. de teſtib. Gerar. ſingu. 49. nu. 2. Matt. ab Affl. in
conſt. Neap. de apoſt. lib. 1. rub. 3. num. 12. Nepos de Mont. in
tract. de teſtib. n. 68. Fel in c. veniens. il 1. col. 7. in fi. & in d. c.
licet vniuerſis. in fi. eo. ti. de teſti. vbi Bal. Iaſ. in repet. l. admo
nendi. col. 8. ff. de iureiu. & in conſ. 77. vol. 3. & in cōſ. 120. col.
1. vol. 4. Crot. in tract. de teſtib. par. 6. nu. 10. Iaſ. in l. reſcri. col.
2 2. C. de precib. Imp. offer. rō eſt, quia † baptiſmus cū vno teſte
fieri poteſt, ſic habemus à gl. in c. placuit. de conſecr. diſt. 4.

Primo amplia, vt etiam pbetur per libros antiquos eccle-
3 ſiæ, † in quibus notantur baptizari, compatres, & ſimilia, ita
Fel. in c. cum cauſam. de probat. nu. 2.

Limita, & intellige procedere in teſte Chriſtiano & fideli,
4 ſecus † ſi à noſtra religione alienus teſtificaretur, quia ei non

eſſet credendum, vt per gl. in c. itaque. verb. qui teſtimonio. de conſecrat. diſt. 4. & gl. in c. nos. ead. diſt.

Limita, niſi agatur de præiudicio tertij, vt hæredis grauati,
5 ti, vt de Titio ſub conditione, ſi baptizabitur, † tunc n. vnus teſtis non ſufficit, vt traditum ſuit à gloſ. in d.c. placuit, de cõſecr. diſt. 4. ſecus eſt, vbi non agitur de præiudicio alicuius, vt in concluſione, & per adducta per Fel. in d.c. veniens. il 1. nu. 18. verſ. 2. in quantum dicit Spec.

Nec in dubio baptizatus quis præſumitur, niſi probetur. c. paruulos. cum ſeq. de conſec. diſt. 4. Alc. in trac. de præſũ. reg. 2. præſump. 4. nu. 1. Matt. ab Affl. in conſtit. Neap. incip. ſi ban næ clãdeſtina. lib. 1. nu. 68. Lucas de Pen. in l. vnica, C. de q. li.
6 12. verſ. 23 † Ideoque ſi probabiliter dubitatur, an ſit baptizatus, debet iterum baptizari ſecundum notmam traditam in c. 2. vbi Abb. & alij de Bapt. & vtitur Curia Romana ſub his verbis inconceptis videlicet: ſi tu es baptizatus, ego non rebaptizo: ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, amen.

CONCLVSIO CLXIV.

ARGVMENTVM.

Barrataria magiſtratus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Barrataria probatur ex eo quod magiſtratus recipiunt aliquid à priuato, vt faciãt non facienda, vel omittant facienda.*
2 *Magiſtratus vltra illorum ſalariũ nihil debent recipere, nec officio durãte, nec poſt.*
3 *Iudicium iuſtum, vel iniuſtum nemini vendere licet.*
4 *Magiſtratus accipiens pecuniam à fœneratore gratis, ſi poſtea tulerit ſententiam pro illo etiam iuſtam, tunc dicitur committere barratariam.*
5 *Barrataria præſumitur contra mutuantes iudici pecuniam.*
6 *Iudices debent eſſe contenti ſtipendio ſuo publico & priuatis miniſtrare iuſtitiam.*
7 *Barrataria conſiſtit in corruptione iudicis, non habita ratione an magis iuſtitiã, quam iniuſtitiam adminiſtrauerit.*
8 *Barratariam magiſtratum commiſiſſe dicitur, etiam ſi illam aggreſſus ſit, nec perfecerit, vt ſi accepit pecuniam, & nondum tulit ſententiam.*
9 *Crimen barratariæ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.*
Crimen ſimoniæ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis ibid.
10 *Res ſacra per ſimoniam venditur, ſic per barratariam venduntur leges, quæ dicuntur ſacratiſſimæ.*
11 *Barratariam non committit magiſtratus recipiens à ſubditis ad ſemetipſum, & familiam ſuam ſuſtentandam, quam ſuſtentare non poteſt propter tenue ſalarium.*
12 *Magiſtratus non committit barratariam, quando ab amico ſuo donatiuo gratia amicitiæ recipit.*
13 *In crimine ſimoniæ attenditur qualitas perſonæ dantis, & recipientis, quantitas, modus, & tempus donationis.*
Non omnia, non ab omnibus accipienda ſunt munera. ibi.
14 *Barratariam non committit iudex recipiens pecuniam poſt ſententiam, nec punitur de barrataria non probato aliquo pacto.*
15 *Donatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex accipientis petitione proceſſit.*
16 *Barratariam non committit iudex, quando nollet adminiſtrare iuſtitiam ſine pecunia, quæ ſibi debetur de ſuo debito ſalario, & quæ data ſit publice coram teſtibus, & notario.*

BArrataria (quæ elegantius reputandæ poſſet dici) probatur ex eo, quod magiſtratus recipiunt aliquid à priuato,
1 vt faciant non facienda, † vel omittent ea, quæ ſunt facienda, ſic loquutus eſt Accurſius in l. 1. ff. ad l. Iul. repet. & l. ead. §. fi. l. lex Iulia. eod. tit. Amode. de Caſtel. in tract. de ſyndicatu, in uetb. item in eo, quod dictus Poteſtas. nu. 163. Boſſ. in tract. cri. tit. de offi. corrup. nu. 1. cum ſeq.

Vnde iure optimo illud Alcamonis memorandum dictum ſolet circumferri, quem, cum quidã interrogaſſet, quamobrẽ munera à Meſſenis oblata ita recuſaſſet, quoniam ſi recepiſſem, inquit, cum legibus pacem habere non poteram, meminit Plutarchus.

Nil enim penitus, exceptis ſalarijs, tam in adminiſtratione
2 poſiti, † quam poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio, tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerint, accipere debent, vt ſciuere Impp. Theod. & Valent. in l. fin. C. ad l. Iul. repetundar.

3 Iudicium enim iuſtum, † vel iniuſtum nemini vẽdere licet, vt inquit ſummus Pontif. in c. non licet. 1. q. 3. itẽ c. lex Iulia, 14. q. 5. c. cum non ab homine, de vita, & honeſt. cler. & ad id conſulendi erunt Bal. & Ange. in l. generaliter. ff. de cal. in authen. ſed nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iudic.

Primo amplia dictam concluſionem habere locum, etiã ſi magiſtratus accepetit pecuniam à fœneratore gratis, & pro-
4 pterea ſententiam pro illo tulerit: etiam iuſtam, † quia tunc dicitur committere barratariam, vt loquutus eſt Bal. in l. venales, nu. 5. C. qñ prouoc. non eſt neceſſe. l. quinẽt, ff. de calumn. ibi, idemque ſi pecunia intẽdatur data, &c. & l. gñalem. d. tit. ibi. ſi aut quid cõpendij ſentit pp hoc, ſiue ab aduerſario, ſiue ab alio, ſiue ante iudicium, ſiue poſt l. 1. § quod aũt. cod. titu. pro quo eſt tex. in l. quiſquis. ibi. quaſi emptor legũ. C. ſi cert.
5 pet. vbi Bal. dicit, † contra mutuantes pecuniã iudici pſumi barratariã: quẽ ſequitur Amod. in d. ſuo tract. de ſynd. n. 166.

Et ratio eſt, quia iudices debent eſſe contenti ſtipẽdio ſuo
6 publico: † & priuatis gratis miniſtrare iuſtitiam, vt reſpõdit Venuleius in l. hæredem. §. l. Iul. ff. ad l. Iul. repetũdar. & Boſſ. in d. ſuo tract. crim. tit. de offic. corrupt. nu. 1. cũ ſeq. Bal. in cõ ſil. 21. vol. 5 vbi dicit, barratariam conſiſtere in corruptione
7 iudicis, & ſic non habita ratione † an magis iuſtitiam, quam iniuſtitiã adminiſtrauerit. Pau. de Caſt. conſ. 152. incip. videndum ex primo poſito. vide et Anch. conſi. 252. col. 3. & omnino Boſſ. d. ſuo tract. vbi ex mente Caſt. in d. conſi. 152. diſtinguit, & ponit tres caſus in iſta mareria, qñ magiſtratui datur pecunia vt ferat ſententiam iuſtam, & quando vt feratur iniuſta, & quando ſi detur ſimpliciter, in quibus omnibus caſibus
* in eam ſententiam * communi conſenſu receptam deſcẽdit, committi barratariam.

Secundo amplia procedere cõcluſionem, etſi magiſtratus
8 non perfecerit barratariam, † ſed ſolum illam aggreſſus ſit: vt quia accepit pecuniam, & nondum tulit ſententiam, ut dicit Bald. in d. auth. ſed nouo iure. C. de pœn. iudic qui mal. iud. l. generaliter. §. 1. ff. de calum. ſicut in ſimili dicimus eſſe in crimine graſſationis. l. 1. ff. quod quiſque int.

Verum id diligenter obſerues, id eſſe peculiare & ſingula-
9 re in huiuſmodi crimine barratariæ, quia † æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, vt dicit gloſ. in d. auth. ſed nouo iure. vt etiam æquatur crimini ſimoniæ, vt in c. licet. a. de ſimo. rõ eſt,
10 quia ſicut per ſimoniam venditur res ſacra, † ſic per barratariam venduntur leges, quæ dicuntur ſacratiſſimæ, ſic dictę ſuerunt ab Impp. Valẽt. & Matt. in l. leges ſacratiſſimę. C. de leg.

Limita primo prędicta non procedere, quãdo magiſtratus aliquid recipiunt à ſubditis, vt ſemetipſos, ſuamque familiã ſuſtentare poſſint, quam aliter alere nõ poſſunt propter penu
11 riam rerum, & tenuitatem ſalarij, † tunc enim magiſtratibus licitum eſt aliquid dare, & eos recipere, vt in auth. ſcriptum exemplat. in fin. & ibi not. in l. plebiſcitum. de offic. prœſid. & not. in l. ſi aliquam. §. fin. de offic. proconſ. & prout conſtituit Franciſ. de Aret. in cauſa ſyndici cuiuſdam Franciſci de Farolinis Florentiæ, vt refert Amod. d. ſuo tract. de ſyndic. verſ. ſiue. §. an ſi tempote. nn. 3. vbi vltra alia allegata dicit etiam ita teneri per Canon. in c. ſtatutum. de reſcr. in 6.

12 Secundo limita concluſionem non procedere, † qñ officialis recipit aliquid ab aliquo amico ſuo, etſi ei donetur gratia amicitiæ, quia tunc nõ cõmittit Barratariam, vt animaduertit Accurſ. in l. 1. C. de cõd. ob turp. cauſ. & text. in c. ſi qu. de ſim.
13 vbi dr̃, † in crimine ſimoniæ attendi genus perſonæ dãtis, & recipientis, & qñtitatem muneris, & tẽpus donationis, & in ſumma debere notari, quid, quale, quantũ: & non oĩa & non ſemper, & non ab oĩbus accipiẽda eſſe munera, l. ſolet. de off. proconſ. nã valde inhumanũ eſt, inquit Vlpia. à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimũ, omnia auariſſimum. Ex quibus I.C. verbis vnicuiq; cõſtate liquido põt, non rectè Principes illos ſuis magiſtratibus conſulere, atq; adeo præcipere, ne quãlibet vel minimã rem accipiant à quouis hominũ genere. Huc commode adhibere poteris, q tradita ſunt à nobis. iſ. in cõcl. ſim.

Tertio limita non procedere, qñ iudex recipit pecuniam
14 poſt ſñiam, † quia ſi de aliquo pacto nõ probetur, nõ poterit puniri de barrataria, vt docuit Fel. in c. tna nos. in fi. verſ. 3. limita. de ſim. & Anc. in conſ. 271. nn. 5. quẽ teſert, & ſequit ibi Fel. Rõ eſt, nã cũ præſumitur datum loco remunerationis, &
15 impẽſi obſequij, cũ dicat canon, † donationẽ nullã culpæ maculã igerere, q nõ ex accipiẽtis petitione pceſſit. c. ſi eſm. q. 2.

Quarto limita, qñ iudex nollet adminiſtrare iuſtitiam, niſi perciperet pecunias, quæ ſibi debentur ſecundũ debitum ſui
16 ſalarij, † & qđ daræ ſint publice, & corã teſtibus, & notario, ita vult ſingulariter Arch. 11. q. 3. c. qui teſte, & Bal. in c. ſi. de appel. & ita fuiſſe alias in ciuitate Mediolani, quodã iudice

pre-

prolatum,refert hoc in reg.barrataria, vbi limitat hoc eo modo idem Fel.in d.c.tua nos.

CONCLVSIO CLXV.

ARGVMENTVM.

Barratariam iudicis ad probandum,an ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones.

SVMMARIA.

1 *Barratariæ crimen ad probandum ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones.*
2 *Barrataria eſt de delictis,quæ ſunt difficilis probationis, in quo admittuntur probationes,quæ alias non admitterentur.*
3 *Mediator admittitur ad probandum barratariã,ſicut dicitur in ſimonia,& quando procedit,ibi.*
4 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*
5 *Teſtes ad probandum barratariam inducti non debent eſſe ſuſpecti.*
6 *Teſtis contra officialem ſuper barrataria non poteſt eſſe, qui libellum vel petitionem dedit contra officialem,qui eſt ſuſpectus.*

1 Barratariæ crimen ad probandum ſufficere † coniecturas
& præſumptiones,elicere poſſumus ex l.dolum cum mate
ria,C.de dolo.& id tradidit Aegid.Boſſ.in ſuo tract.crim. tit.
de offic.corrup.nu.14.& docuit Amod.d.trac.de ſynd.n.168.
2 Et ratio eſt,quia cum ſit de illis delictis,quæ† ſunt difficilis
probationis,vt dicit & oſtendit Bar.in l.ea mente,col.fi.ff. de
furt.hinc fit,vt admittantur probationes,quæ alioqui non ad
mitterentur,vt ſupra in probatione adulterij diximus.
3 Vnde ex hoc conſequitur, vt † ad probandum tale deli-
ctum admittatur ille, qui fuit ſequeſter, ſicut dicitur in ſimo-
nia, vt cap.1.de teſtib. in 6. Sed plenius de hoc vide Paris de
Put.in tract.de ſyndic.in verb.teſtis.
Limita tamen iſtud habere locum, quando agitur ciuiliter
pro intereſſe,& dãno paſſo,ſecus ſi agatur criminaliter ad pę
4 nam tripli,vel exilij,quia†tunc probationes eſſe debent eui-
dentes,& luce meridiana clariores,cum pro eis multũ pręſu-
matur.Bal.in l.obſeruare,§.proficiſci,11.q.ff.de off.procõſ.&
leg.l.fi.C.de probat.c.per tuas,c.ad aures, de ſimon.& c.non
licet,11.q.3.& tex.in auth.vt lit.iu.§. & hæc quidem, vbi di-
cit,requiri probationes idoneas.Idem ſequutus eſt Amod.de
Caſtel.in ſuo tract.ſyndicat.nu.168.& Boſſ.d.tit.de offic.cor-
rupt.nu.14.
5 Ad hæc addas,vt†teſtes, qui ad probandum hoc delictum
producũtur,non debeãt eſſe ſuſpecti, ſed idonei, vt in c.licet
Heli.& c.per tuas,de ſimo.& notat gl.in c.tertio loco, de ꝓb.
6 Vnde qui dedit libellum† vel petitionem contra magiſtra-
tus,non põt eſſe teſtis,quia eſt ſuſpectus, vt in c.meminimus,
& c.cum P.de teſtib.& dixit Amod.d.ſuo trac.ſynd. nu. 168.

CONCLVSIO CLXVI.

ARGVMENTVM.

Barrataria quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Barrataria probatur per ſolam fugam officialis cum iuramento habentis intereſſe.*
Fuga officialis facit contra eum indicium ad torturam.
2 *Iudex per ſolum iuramentum accuſatoris conuincitur de barrataria.*
3 *Barrataria poteſt probari etiam per familiares iudicis, tam actiue,quam paſſiue.*
In iſtis delictis admittuntur in teſtes illi de domo, aut capitulo.
4 *Barrataria crimen eſt tantæ abominationis,vt pari paſſu cum crimine læſæ maieſtatis exiſtimetur.*
Et in hoc crimine delictum patris etiam filio nocet,ibi.
5 *Sententia lata per barratariam eſt ipſo iure nulla,& vide nu 8 & 9*
6 *Dans pecuniam iudici non cauſa corrumpendi ſed iuris & quietis cauſa ſibi conſeruandi,poteſt ab ipſo repetere.*
7 *Sententia arbitri ratione pecuniæ lata,non eſt ipſo iure nulla.*
8 *Sententia non erit nulla,ſi pecunia data ſit poſt ſententiam,nec iudex poterit puniri de barrataria.*
9 *Sententia ſuſtinetur lata a tribus iudicibus,vno tantum pecunia corrupto.*

1 Barrataria per ſolam fugam magiſtratus,vel†(vt noſtri di
cunt)officialis cum iuramento habentis intereſſe commo
de probari poterit, vt in auth.decollat.§.ſuper hoc,& per il-
lam fugam in ſuſpicionem adeo incidit magiſtratus, vt ſi po-
ſtea captus fuerit, poſſit torqueri, vt no.in l.admonendi, ff.de
iureiu.& in l.bonæ fidei,C.eod.tit.& dicit Amod. vbi ſupra.
2 Primo amplia,vt etiam ſine fuga† cõuincatur iudex per ſo
lum iuramentum accuſatoris.Ita docuit Hippol.Marſ.in l. le-
ge Cornelia,nu.3.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. & gl.& Angel. in
auth.ind.fine quo ſuff.in §.oportet primo, pro quo facit inſi-
gne dictum Baldi in c.1.col.2.ſi de inueſtit.inter dom.& va-
ſall.lis oriatur,quem refert & ſequitur Fel. in c.licet cauſam,
col.5.de proba.& idem Hippol.ſing.112.incip.in ore duorũ.
3 Secundo amplia,vt etiam probari poſſit per familiares iu
dicis,tam actiue,quam paſſiue,iuxta ſententiam Bal. in l. ob-
ſeruare,§.proficiſci,ff.de offic.proconſ.in 8.q.& in fin.quia in
iſtis delictis admittuntur teſtes illi de domo, aut Capitulo, l.
conſenſu, C.de repud.c. veniens de teſtib.c. etſi Chriſtus, de
iureiur.in fin.ita Fran.Maran.q.648 gl.1.
4 Quod † quidem barrataria, ſiue mauis repetundarum cri-
men adeo eſt deteſtabile & execrandum, vt cum ſcelere læſæ
maieſtatis ęquet, vt dictũ fuit ſupra. Adeo vt in hoc crimine
delictum patris & noceat filio, vt notat gl.in auth nouo iure,
C.de pœn.iudic.qui mal.iudic.quod eſt memorię tenendum,
ſecundum Bald.ibi.Petr.de Rauen.ſing.156.delictum patris.
Ex quibus omnibus ſuperius adductis pro concluſione,in-
5 fertur,ſententiam†latam per barratariam,eſſe ipſo iure nullã,
l.venales,& ibi Dd.C.quando prouoc.non eſt neceſſe,c.qua-
tuor modis,§.venales,11.q.3.glo.ordinaria,Fel.in c.tua nos,
nu.5.de ſimon.
6 Inde fit,vt† dans pecuniam nõ cauſa corrũpendi, ſed iuris
& quietis cã ſibi cõſeruãdi, poſſit ipſam à iudice repetere,gl.
in c.non ſane,14.q.2.& pulchre no.Arch.in c.quæ recte,11.q 3.
Limita primo, hanc concluſionem non procedere in ſen-
7 tentia arbitri, quæ † ratione pecuniæ lata non eſt ipſo iure
nulla,l.3.C.de arbit.Imol.in c.1.in 10.col.de conſtit.
Secundo limita,niſi eſſet data pecunia poſt latã ſententiã:
8 quia†ſi aliquo pacto non probetur,non erit nulla,nec poterit
iudex puniri de barrataria. Ita eleganter conſuluit Anchar.
conſ.271.incip.titulus criminum, vt etiam diximus ſupra.
Tertio limita,niſi eſſent tres iudices,quorum vnus tantum
9 eſſet corruptus,nam†tunc ſentẽtia ſuſtinetur.Ita tradidit Io.
And.ſingulariter in addit.ad Spec.de ſent.probat.§.iuxta, in
princ.in addit.quæ incipit,quid ſi ex duobus. Nam quamuis
vnus receperit pecuniam,& cauſa ſit connexa, non tamen
ideo dicetur iudicem corruptum.
Plurima alia huc adhiberi poſſent: verum cum enucleate
hæc tradita ſint à iuris interpretibus, huic oneri ſuperſeden-
dum duxi.Adeundus igitur erit Baldus,Sal.& Dd.in l.vena
les,& Archidiac.& Dom.in d.§.venales,Angel.in l.prætor,§.
incarceratus,ff.de iud.Dom in c.1.de reg.iur.in 6.

CONCLVSIO CLXVII.

ARGVMENTVM.

Baſilica cuius præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Baſilica præſumitur illius Epiſcopi,in cuius diœceſi ſita eſt.*
2 *Baſilica in dubio quando non apparet in cuius diœceſi ſit conſtructa, illius præſumitur Epiſcopi,qui probat ſe exercuiſſe in illo loco aliquod ius epiſcopale,licet non probet de exercitio,& quomodo procedat,nu 4.*
3 *Præſumptio tenuis ſufficit ex quo non conſtat de iure alterius.*
4 *Onus probandi,quod baſilica ſit in eius diœceſi,incumbit Epiſcopo.*
5 *Baſilicam probans Epiſcopus eſſe in ſua diœceſi,non obtinebit quoad temporalia, ſed quoad ſpiritualia.*

1 Baſilicam præſumi illius Epiſcopi,in†cuius diœceſi ſita ſit,
vt in c.oẽs baſilicæ,16.q.7.c.conſtitutus,de relig.dom.Ad
hoc faciunt notata per Abb.in c.ſi diligenti,2.notab. de præ-
ſcript.Soc. conſ.127.col.2. in fin.& ſeq.Caſſan. in conſuetud.
18.col.7.in fin.Soc.conſ.86.col.2.in fin.3.concl.lib.1.Oldrad.
conſ.176.in fin.dec.Neapol.267.in antiq.Abb.in c.nimis,col.
1.de iureiur.Guid.Pap.ſingul.661.Boet.in ſing.in verb. præ-
ſumptio.verſ.18.Affict.ſuper conſtit.fol.172.col.4.fol.269.
col.3.& fol.170.col.1.Petr.de Anch in d.c.nimis,& ibi Imol.
Curt.iun.in conſ.158.in fin.col.4.& videas, quæ dicuntur in
concluſione,caſtrum,& in concluſione, poſſeſſio.
2 Et in dubio,quando†non apparet,in cuius diœceſi ſit con
ſtructa, præſumitur illius Epiſcopi, qui probat, ſe exercuiſſe
in illo loco aliquod ius epiſcopale,licet non probet de exer-
3 citio omnium iurium epiſcopalium, quaſi † ſufficiat tenuis
præſumptio, ex quo non conſtat de iure alterius. Ita reſpon-
dit Abb.in conſ.53.nu.3.vol.1.per c.1.de relig. do. vbi idem
Abb.nu.2.& 3.

Et

Digitized by Google

4 Et quod ſit in diœceſi, † onus probandi incumbit Epiſco-
po, vt idem tradidit Abb. in c. cum olim, de cenſ. nu. 2.
Primo limita, concluſionem nõ procedere in tẽporalibus,
quia etiamſi Epiſcopus probaret baſilicam ſiue Eccleſiam in
eius diœceſi eſſe ſitam, nihilominus non obtinebit, quoad tẽ-
5 poralia, ſecus † quoad ſpiritualia. Ita ſancitum eſt in c. cum ve
nerabilis, & ibi Abb. nu. 1. de relig. dom. Huic etiam loco con
ueniunt, quæ à nobis explicata ſunt in concluſione, Eccleſia.

CONCLVSIO CLXVIII.

ARGVMENTVM.

Bellum an iniuſtum probetur ex eo, quod iuſtum non probatur.

SVMMARIA.

1 *Bellum iniuſtum probatur eo ipſo, quod non probatur iuſtum.*
Bellum in dubio iniuſtum præſumitur, niſi iuſtum probetur.
2 *Bellum aſſerenti iuſtum onus probandi incumbit.*
Bellum ex quibus iuſtum probetur. Vide ibi remiſſiue.
3 *Bona capta in bello illicito ſunt reſtituenda, ſi iuſtum fuerit, occupanti conceduntur.*
4 *Bellum dicitur iniuſtum etiam initum pacto, vel conſenſu partium, ſine auctoritate legis vel ſuperioris, ſine quorum auctoritate non poteſt iuſtificari.*
5 *Bellum a Papa, vel Imperatore indictum, iuſtum præſumitur.*
Bellum iuſtum quibus modis dicatur, vide ibi remiſſiue.
6 *Bellum præceſſiſſe præſumitur per inſtrumentum pacis.*

1 Bellum probari iniuſtum † eo ipſo, quod non probatur iu-
ſtum, ſcriptum fuit ab Hoſt. in c. ſicut, de iureiur. & ibi ab
alijs cano. nam in dubio præſumitur iniuſtum, niſi probetur
iuſtum, l. 1. C. vt armorum vſus. & c. l. 1. C. de glad. lib. 10. Fran
ciſ. de Aret. conſ. 14. nu. 7 maxime non accedente auctoritate
Imperatoris. Ita conſultiſſimus Menoch. conſ. 1. n. 246. & Dec.
conſ. 691. nu. 3. & 4. & quod præſumatur iniuſtum, tenet Boſſ.
in tit. de captura, nu. 59. & 60.
2 Et propterea aſſerenti, illud eſſe iuſtũ, incumbit † onus pro
bandi, vt l. 2. ff. de probat & idem reſpondit Barb. conſ. 38. n.
2. cum ſeq. & ex quibus probetur iuſtum, videndus erit Inno.
in c. olim, de reſtit. ſpol & ibi Card. d. q. 31. & c. ſcire, & c. om
nium 23. q. 7. & per Hoſt. in ſumma, de tregu. & pace, §. quid
ſit iuſtum, & Bart. in l. ex hoc iure, verſ. quæro quæ ſint bella li
cita, ff. de iuſ. & iu. & ibi Ale. & in l. hoſtes, verſ. hoc præmiſſo
videamus, ff. de capt. & poſtlim. reuer. Io. Lup. in trac. de bel-
lo, §. ſi ſumus in caſu, nu. 6. & Aoch. conſ. 140. nu. 3. Corſet. in
trac de poteſt. reg. in vlt. part. q. 85. nu. 19 20. 27. 35. & latius
per Io. Lup. in d. trac. de bello, in princ. & in §. ideo omnia,
cum ſeq. & Guid. Pap. q. 191. nu. 3.
3 Et hæc ſuperius adducta proſunt ad hoc, ut † ſi bellũ fuerit
illicitum, & iniuſtũ, bona in eo capta ſint reſtituẽda: ſin vero
iuſtũ, occupãtis efficiãtur. Ita habemus a gl. in d. c. ſicut. & ibi
cano. & in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reu. & in l. hoſtes de
uerb. ſign. Aret. d. conſ. 14. Barb. d. conſ. 38.
4 Amplia primo, ut etiam bellum dicatur iniuſtum, † quãois
pacto & conſenſu partium ſit initum, ſine authoritate tamen
legis uel ſuperioris, ſine quorum authoritate iuſtum eſſe non
poteſt, ſi credimus Bal. in auth. item nulla communitas, ſub n.
2. C. de epiſc. & cler. teſtatur Io. And. in c. pro humani. de ho-
mic. in 6. quem refert & ſequitur Franc. Aret. conſ. 14. num. 7.
5 Limita concluſionem non procedere, quãdo † bellum indicitur
ab Imperatore, uel à ſummo Pontifice: nã tunc præſumitur iu
ſtum. Ita conſuluit Dec. conſ. 691. nu. 4. Aret. rñdit d. conſ. 14. &
docuit Fran. Mar. q. 457. nu. 41. 1. p. ubi ponit, ex quib. modis
dicitur iuſtũ bellum: & tradidit Abb. in c. ſicut, de iu. iu. n. 13.
6 His etiam addi poteſt, vt † bellũ præſumatur præceſſiſſe per
inſtrumentũ pacis Ale. in l. 1. de no. oper. nũ. n. 9. Iaſ. in l. decẽ
ſtipul. de uerb. oblig. Bar. in l. legata inutiliter, ff. de adim. leg.

CONCLVSIO CLXIX.

ARGVMENTVM.

De benedictione facta ab aliquo auctoritatem habente, quid ſit præſumendum.

SVMMARIA.

1 *Benedictio facta ab aliquo auctoritatem habente præſumitur facta ab eo tanquam à ſacerdote.*
2 *Benedictio ſimplex dicitur fieri, quando fit cum ſigno crucis, ſine vlla ſolemnitate, quæ ſolis ſacerdotibus competit, ibi.*
3 *Benedictio cum ſolemnitate formali, utpote verbis, Adiutorium noſtrum, &c. non præſumitur facta, tanquã à ſimpliciter ſacerdote, ſed tanquã à Prælato & Epiſcopo.*
Benedictio cum ſolemnitate regulariter Epiſcopis competit, ibid.
4 *Benedictio, quæ in aliquibus locis dari conſueuit præſumitur eſſe de ſolemnitate, & non de ſubſtantia actus.*
5 *Benedictio quæ datur nubentibus, ſolet dari aut ante valuas Eccleſiæ, aut ante ſummum altare.*
Benedictio quæ datur nubentibus, præſumitur eſſe de ſolemnitate matrimonij, non de ſubſtantia.

Benedictionem factam ab aliquo auctoritatem habente,
1 præſumi factam ab eo, tanquam † ſacerdote, reſpondit Ol-
drad. conſ. 256. nu. 1.
Intellige concluſionem procedere in benedictione ſimpli-
2 ci, quæ dicitur fieri, cum fit ſigno crucis, ſine vlla ſolennitate,
nam hæc ſola competit ſacerdotibus, c. miſſas, de conſecr. di-
ſtin. 1. c. denique, 21. diſtinct.
Secus autem eſſet, ſi benediceret ſolenniter, certa quadã ſo
lennitate peculiari, vt verbis ſimilibus, Adiutoriũ noſtrũ, &c.
3 Sit nomen Dñi, &c. Nam † eo caſu non præſumeretur facta be
nedictio, tanquam à ſimplice ſacerdote, ſed tanquã à Prælato
& Epiſcopo, quia illis tantummodo ea regulariter competit.
Zabar. in cle. 2. § ſtatuimus, in 2. col. de ſtat. monach. c. miniſtra
re, 26. q. 6. Io. And. in add ad Spec. tit. de elec. ver. cõſequẽter.
Et benedictio, quæ in aliquibus locis dari conſueuit, præſu
4 mitur eſſe de ſolennitate, & † non de ſubſtantia actus. Ita do-
cuit Abb. in c conſultationi, nu. 2. de ſponſalib. & matrim.
Vt benedictio, quæ datur nubentibus, ſolet dari aut ante
5 valuas Eccleſiæ, † aut ante ſummum altare, de qua vide c. vir
autem, extr. de ſecun. nupt. quę benedictio pręſumitur eſſe de
ſolemnitate matrimonij, non de ſubſtantia.

CONCLVSIO CLXX.

ARGVMENTVM.

Si quis, dum vitam degeret poſſidebat beneficium an illud vſque ad vltimum vitæ ſpiritum poſſediſſe præſumatur, & quomodo id probetur.

SVMMARIA.

1 *Beneficium poſſidens in vita, præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe.*
2 *Petenti reſtitutionem per interdictum, unde vi, ſufficit probare, quod eam poſſedit ab[s]que quod probet poſſediſſe tempore ſpoliationis.*
3 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
Qui rem ſemel poſſedit, adhuc eam poſſidere præſumitur, ibi.
4 *Libellus procedit, quando eum re dico fundum ad me pertinere, & conſueuiſſe, licet non dicam de præſenti, quia præſumptione concludit.*
5 *Dominio probato de præterito, etiam ex confeſſione aduerſarij, infertur dominium de præſenti, & nu. 12.*
6 *Poſſidens tempore ſententiæ præſumitur etiam poſſediſſe ante, alias debet probare, ante non poſſediſſe.*
7 *Poſſediſſe quem probare poſſidere præſumitur.*
Amplia, vt in ciuile, & naturali procedat, vt inf. nu. 16 & diſtingue, vt infra, nu. 18. & 19.
8 *Excommunicatum quem ante electionem probato, tempore electionis etiam excommunicatum eſſe præſumitur.*
Excommunicatus ſemel, ſemper excommunicatus præſumitur.
Contraria ibidem vide, & nu. 9 & ſeq diſt.
9 *Diuitem, vel pauperem quem fuiſſe probato, non præſumitur in futurum talis.*
Diminutio, vel augmentum facultatum facile obuenit.
10 *Vixiſſe quem, probare non ſufficit, niſi probetur nunc viuere.*
Mors de facili contingit, ibi.
11 *Bartoli reprehenſio.*
12 *Præſumptio dominij de præſenti infertur ex confeſſione aduerſarij fatentis, ſe quondam fuiſſe ſubiectum.*
13 *Dominium non ita de facili perditur, ſicut poſſeſſio.*
14 *Credendum mihi magis de animo meo, quam alij.*
15 *Beneficium ſemel habens, illud adhuc retinere præſumitur, quicquid ſit in profanis.*
Quod non poteſt amitti ſine auctoritate ſuperioris, ibi.
16 *Auctoritas ſuperioris non præſumitur, niſi probetur.*
17 *Beneficium qui poſſedit, ſi non viuit, præſumitur vſque ad tempus mortis poſſediſſe.*
Hæredes non poſſunt declarare animum defuncti, ibi.
18 *Poſſideas beneficium medio tempore, non præſumitur euiſdem continuatio, vſque ad mortem.*
19 *Poſſeſſio vbi per alium apprehenditur, continuatio illius impeditur.*
20 *Poſſeſſio continuatur certo, & limitato temporis, requirit extrema, videlicet initium, & finem illius temporis.*
21 *Ex poſſeſſione de præſenti non præſumitur in præteritum.*
22 *Obliuio præſumitur vltra decem annos.*
23 *Obliuio inducitur, vbi longum tempus tranſiuit.*
24 *Præſumptio iuris allegari debet.*
25 *Poſſeſſione ſemel probata, præſumitur ſemper poſſidere.*

26 Pro-

Digitized by Google

16 Probato ſemel aliquem poſſidere in mobili, non præſumitur, quod ille poſſideat ex poſt.
17 Probata poſſeſſione de præterito præſumitur in præſens, quando allegatur continuatio poſſeſſionis, a l. cum nodum poſſeſſores. Et hoc quando non procedit ibi.

1 BEneficium, quod quis in vita poſſedit, præſumi† illud vſq;
ad mortem poſſediſſe, niſi probetur contrarium, decidit
Rota dec. 124. ſi probetur, in nouis, idem voluit Bellam. deci.
135. ſi epiſcopus, & ſequuti ſunt Hoſtien. & Abb. in c. cum ad
ſedē, col. 6. ver. ex his infertur, de reſti. ſpol. & iure clariſſime
id ſancitum eſt, in c. olim, el 3. eo. tit. de reſt. ſpol. ibi, dū dicit,
2 vel etiam prius habuiſſet. Ex quo clare colligitur, petenti †re
ſtitutionem per interdictum, vnde vi, ei ſufficere, ſi probetur,
ſe iam poſſediſſe, licet non probet, ipſum poſſediſſe tempore
ſpoliationis. Ratio eſt, quia non præſumitur mutatio volunta
tis: & quia qui ſemel † poſſedit tē, adhuc eā præſumitur poſ-
3 ſidere, l. 3. §. in amittenda, & §. quod ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ.
& l. eum qui, ff. de procur. & dixit Rot. alleg. dec. 124. idē te-
net Cyn. in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. & facit quod voluit
4 Rot dec. 325. ſi in libello, in non. dum tenet, libellum †proce-
dere, quando in eo dico, fundum ad me pertinere, & conſue-
uiſſe pertinere, licet non dicam pertinere in præſentia, quia
præſumptiue cōcludit, ad me pertinere in pręſentia. Et ideo
non eſt neceſſe allegare dominium de pręſenti, & pro hoc ēt
facit tex. in c. præterea, il 2. de tranſact. & ibi notat Abb. & a-
5 lij, vbi † probato dominio de præterito, etiam ex confeſſione
aduerſarij, infertur dominium de præſenti, Fel. in c. ſcribebā,
vlt. col. de præſumpt. rñdit Soc. conſ. 89. in cauſa agitata inter
Iac. col. fi. vol 1. Ale. conſ. 95. viſis narratis, in fi. vol. 4. id com-
probat etiam Rot. dec. 478. ſuppoſito quod P. in fi. quæ dicit,
6 quod †ex quo A. poſſidebat tempore ſententiæ, præſumi etiā
ante poſſediſſe; vnde, quod non poſſederit ante, debet proba
ri. Et idem voluit Bellam. dec. 709. ſuppoſito quod P. ſequitur
Mil. in repert. in ver. poſſeſſio ſemel habita, Bar. Bal. Salic. in l.
non ignorat, C. de exhib. Ale. poſt Archi. Io. And. c. Pontifices
col. 2. 7. q. 1. Ro. conſ. 329. præſens conſultatio. in fi. dicēs, vbi
7 †probatur, aliquē poſſediſſe, præſumi poſſidere, teſtatur Rot.
dec. 427. ſecundum ordinem ſuum dec. nouarum, & antiqua-
rum ſimul, quæ eſt deciſ. 124. in nou. ſupra allegata, conſuluit
Cor. conſ. 280. laborioſa plurimum, n. 7. vol. 4. vbi atteſtatur,
* hanc eſſe *communem opinionem, prout & idē dicit Imo. in
d. c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol. cui aſſentitur Fran. Balb. in re
pet. l. Celſus, in 4. p. n. 6. ff. de vſucap. vbi quamplures auctori
tates allegat, facit etiam Rota dec. 238. in antiq. nota. gl. vbi,
cum probatur, aliquem excommunicatum ante electionem,
8 præſumi †tempore electionis ēt eſſe excommunicatum, per
ea, quæ obſeruauit Cyn. in l. ſiue poſſidetis, C. de prob. quia il
la probatio iuris præſumptione adiuuatur, ex quo ſemel ex-
communicatus, ſemper præſumitur excommunicatus, Dec. in
l. non hoc, col. 2. C. de legit. & idem Dec. in c. poſt ceſſionem,
nu. 54. & 55. de prob. & hoc tradit Ale. conſ. 88. qm̄ oē datum
col. pen. in 2. vol. & conſ. 133. viſo proceſſu, col. 2. in 1. vol. di-
cens, iſtud procedere, etiam ſi quis dicat, ſe non poſſediſſe tē
pore ſpoliationis, quia præſumitur, ſe poſſediſſe tempore ſpo
liationis, ex quo probatur, quod ſemel poſſedit, vt idem Ale.
conſ. 33. ponderatis verbis, in fi. vol. 3. Aret. conſ. 66. n. 9. & cō
ſil. 68. nu 6. Boer. dec. 239. nu. 6. & Alci. late in ſuo tra. de præ-
ſum. reg. 1. præſum. 21. nu. 5.

In contrariam deſcendit ſententiam gl. in c. cum ad ſedē,
in verb. diutius poſſediſſet, de reſt. ſpol. & gl. in c. cū eccleſia,
in verb. vlt. de cau. poſſ. & propr. & facit, quod voluit Bar. in
l. certum, §. 1. de conſ. vbi ſi dico petendo, rem fuiſſe meā, vi
deor innuere, in præſentia non eſſe meam. Sic videtur ēt di-
cendum, vt facta probatione, me ſemel poſſediſſe in præteri
to, videat negaſſe, me in præſentia poſſidere. Et hanc ſenten-
tiam confirmat idem Bar. in l. In confirmando, ff. de confir. tut.
9 vbi dicit, quod †licet ſit probatum, quem fuiſſe diuitem, vel
pauperem, non præſumitur in futurum talis, quia diminutio,
vel accretio facultatum facile obuenit, l. ſpadonē, §. qui abſo-
10 lutus, de excuſ. tut. & ibi Bar. ſicut in ſimili dicitur, †non ſatis
eſſe, ſi probetur, quem vixiſſe, niſi probetur ēt nunc ſupereſſe,
quia mors facile contingit, vt notat Bar. in l. ſi quidē, C. ſolu.
mat. ſequitur Ale. conſ. 27. conſideratis his, in fi. vol. 7.

Veruntamen vt id, quod ſentio. in hac re proferam, priorē
opinionem propius ad veritatem accedere, etiam ex Abbatis
ſententia, arbitror, in c. cum ad ſedem, nu. 15. de reſt. ſpol. vbi
reprobat gl. in d. c. cum ad ſedē, d. verb. diutius, & diſtinguen
do conciliat opiniones, & nu. 16. & 17 refellit ea, q̄ obijciun-
tur, & confirmat hāc opinionem, cui opinioni non obſtat, qđ
ſupra fuit adductum ex mente Bar. in l. certum, §. 1. ff. de con
11 feſſ. quia in hoc †omnino non bene ſenſit Bar. vt illum repre-
hendendo dicit Ant. But. in c. 2. col. 5. in fi. ſub nu. 10. de libell.
obla. allegans Spec. in tit. de actio. & peti. §. ſequitur, Imo. d.
c. 2. nu. 5. ver. ſed an ſufficiat.

Et pro hac opinione eſt tex. & ibi tenet Inn. & Abb. in c. p̄-
12 terea, el 2. de tranſact. vbi †ex confeſſione aduerſarij fatentis,
ſe quōdam fuiſſe ſubiectum, infertur præſumptio dominij de
præſenti. Et ita etiam ſentit Fel. in c. ſcribebam, vlt. col. de prę
Prior opinio locum obtineat in beneficijs,& dignitatibus
33 maioribus,vt in epiſcopatu,† qui ēt ſine adeptione poſſeſ-
ſionis ſecundi epiſcopatus per ſimplicem tranſlationem ſu-
pradictam vacare dicitur,vt probant iura ad dictam priorē
opinionem confirmandam adducta,declarant que exempla
per Dd.illam ſequentes recitata,dum tamen ſemper conſen
ſus tranſlati præcedat,vt ſupra dictum eſt.

34 Poſterior opinio procedit in beneficijs minoribus,† de q-
bus nō per ſimplicē aſſecutionē ſecundi beneficij, ſed adiun
cta ēt poſſeſſionis aſſecutione dicitur habere locum vacātia,
& de illis facta impetratio,ita loquuntur iura ſupra allegata
pro dicta ſecunda opinione,& ſecundum hanc intelligentiā
* interpretantur * cōiter Dd.vt ibi eſt videre,& præcipue. gl.
in d.c.in apibus.in verb.deſin.& in c.ſi.21.quæſt.1.

Quod vero diximus per ſimplicē tranſlationē vacare be-
35 neficia priora, intelligendū † eſt,vt ēt habeat locum, qn̄ de
tali tranſlatione nondum confectæ fuerint bullæ, ſed tantum
per ſimplicem voluntatem ſanctiſsimi Patris verbis declara
tam de tali actu coſtat,vt probatur in c.inter corporalia. de
tranſlat.epiſc.& c.ſeq.eo.tit.& per ea quæ dicit Bal. in l hu-
manū.in ſi.C.de legi.& l.cū apud.C.de com.ſer.mā.& Cald.
in c.qſquis.Gom.de non iud.iux.for ſup.in qō.16.qui volūt,
ex hoc verbo placet à ſanctiſſimo Patre in ſignatura,fiat gra-
36 tia,intelligi ipſo factam fuiſſe gratiam,† cuius rei rō eſt, q̄a
ſolo viuæ vocis oraculo perficitur gratia ſummi Pontif.adeo
vt non euaneſcat morte concedentis,ēt(vt dixi) non confe-
ctis bullis,ita Achid.Ioan.Andr.& Gemin.in d.c.fin.

Tertio amplia cōcluſionē,vt ēt ſibi locum vendicet, ſi im-
petrans primū beneficium probauerit aduerſariū, adeptum
fuiſſe poſſeſſionem ſecundi naturaliter tantum,nam licet po
39 ſtea fuerit ſibi mota lis de iure ſuper beneficio, dr̄ tamē poſ
ſidere pacifice ad effectum uacationis primi beneficij, ſecun
dum Iuno.in c.conſtitutus.de appel.& dicit Rot.dec.36.vbi
aliquis eſt in poſſeſſione,in antiquis,per tex.in l.ſciēdū.§. ſi
fundū.ff.q ſatisdar.cogā.& tenet Archi.Io.And.Philip.Frāc.
in c.licet eṗatus.de præbē.in 6.volentes,ad inducendā vaca
tionē primi beneficij per ſecundū(vt aiunt) incompatibile,
38 ſufficere† adeptione poſſeſſionis ſecūdi pacifice id eſt, de fa
cto,per c.cū q.de p̄ben.in 6.idē uoluit Bonifacius de Vitalin.
in clem.gratia de reſcr.dum aſſirmauit,ſufficere ab initio pā-
cifice poſſediſſe,licet poſtea lis moueat, & cū hac opinione
trāſit ēt Cald.in conſ.5.tit.de præben.Mil.in repert.in verſi.
poſſeſsio.quādo dicatur pacifica.Voluit etiam Io.And.poſt
Innoc.& Hoſtiē.& ſequitur Ant.& Imola,& approbat Bene-
39 dict.Capra.c.de multa,in 3.carta,de pręb.tenentes† per im-

petra-

petrationem ſecundi beneficij etiam litigioſi vacare primũ,
quia tunc dicitur pacifica poſſeſſio, ex proxime citatis.

Contrarium, vt imo requiratur pacifica poſſeſſio de facto,
40 & de iure ad hoc,† vt primũ beneficium per aſſecutionẽ alte
rius vacet, ſenſere gl. & Anchar. & Dominic. in c. cõmiſſa. de
elec. in 6. Alex. conſ. 170. viſo teſtamento Bartholomæi. vol. 5.
Cardi. in d. clem. gratia q. 14. de reſcr. Bellamer. deciſ. 597. nõ
eſt locus c. de multa. ſequitur Abb. in d. c. de multa. col. 5. p gl.
in d. c. cõmiſſa, & per d. clem. gratia. & ibi not. Pau. de Leaza.
41 vbi tradit dici pacificam poſſeſſionẽ, † qñ quis poſſidet ſine
controuerſia de iure, vel de facto, de qua opin. Pauli facit mẽ
tionem Rota deciſ. 61 ſufficit impetranti, in nouis. & cũ ipſo
Paulo tranſit Card. in d. clem. gratia. q. 13. de reſcr. & ibi etiã
ſequitur Barbat. & pro hac opinione eſt caſus in c. 1. de cõfir.
vtili, vel inutili. & ibi notat Dec. in 2. nota poſt Abbat volẽs,
illum nõ dici pacifice poſſidere, cui mouetur qõ, tenet Gemi-
nianus cõſ. 78. in nomine Dñi. col 3. per tex. in d. c. 1. de cõfir.
vtili, vel inutili, addẽs, vt ẽt ſi laicus magiſtratus illi eſſet in-
feſtus, non diceretur habere pacificam poſſeſſionem, ſequitur
ẽt cõmentator regul. cancellarię, regu. 32. vbi dicit, pacificam
poſſeſsionẽ intelligi, qñ de iure, & de facto beneficium quis
poſſidet, ita vt non fuerit ſibi mota lis, & idẽ voluit in regul.
33. cui acceſſit ẽt Caſſad. deciſ. noua, tit de cau. poſſ. & propr.
incip. Rota in antiq. in quo loco atteſtatur, deciſionẽ 3. aliàs
36. de cauſa poſſ. & propr. in antiq. quæ huic opinioni omni-
no aduerſatur, nũquam ſuo tempore fuiſſe obſeruatam, quin-
imo potius contrarium, & ibi rñdet ad § ſi fundum. ſupra al-
legatum, & late examinat opinionem dictæ deciſionis, idem
voluit in deciſ. 6. ſuper reg. cancell. voluerunt Domini. vbi in
nume. 15. atteſtatur pariter non obſeruati d. deciſ. 3. de cauſa
poſſ. & propr. in antiq.

Subamplia hanc opinionem, vt procedat etiam ſi poſſeſſio
ſit ſequeſtrata tantum, quia tunc non dicitur pacifice poſſide
re, ex quo non percipit fructus, iuxta ſententiam Ioã. And. in
c. examinata. de iudic.

Primo limita concluſionẽ, niſi momento habuerit illam pa
42 cifice, ſed illico mouetur ſibi qõ de iure, vel de facto, † quia
non dicitur fuiſſe in poſſeſſione, qui non ſtetit in ea, ad hoc p-
tinet tex. gl. in ver. pacifica. in c. cõmiſſa. de ele. in 6. in cle. gra
tia. de reſcri. ibi Paul. no. Abb. in c. de multa, in 7. col. de pb. &
faciunt, quæ ſupra dicta ſunt de pacifica poſſeſsione.

Secundo limita non procedere, qñ quis agit petitorio, &
43 poſſeſſorio adipiſcendæ, † & pars aduerſa vult ſuſpẽdere pe
titoriũ, quia tunc vt impediatur dicta ſuſpẽſio, ſufficit haben
ti gratiã de huiuſmodi beneficio producere ſolã factam gra-
tiam, licet non probet plene huiuſmodi vacationẽ vel aſſecu-
tionẽ, ita tradidit Rot. deci. 15. aliàs 235. de pręb. in nouis. in-
cip. habenti gratiã. & vidit rationem, quia ſatis cõſtat per di-
44 ctam gratiam de reſeruatione, † & manus Papæ appoſitione,
quæ petitorij ſuſpenſionem impediunt, per not. per Innoc. in
c. conſtitutus. de fil. presbyt & de reſtit. ſpol. c. in literis. in fi.
& de diuor. c. ſignificaſti.

Tertio limita, vt nõ procedat concluſio, qñ quis conſequit
beneficium cui cura animarũ demandata ſit, & de hac re ha-
beat poſſeſsionẽ, non tamen adminiſtrationẽ bonorum eccle
ſiaſticorum, vel maioris ipſorum partis nã licet habeat poſ-
45 ſeſsionẽ curæ animarũ, † non p hoc dicitur pacifice poſside-
re beneficium, ſi cũ exercitio curæ animarũ non habeat etiã
adminiſtrationem omnium bonorum eccleſiæ, vel ſaltẽ maio
ris partis, & per hoc non ſufficiat impetranti, probare cõſe-
quutionẽ ſecundi beneficij ſub hac forma ad effectũ vacatio-
nis primi, niſi ẽt probet conſequutionẽ bonorum prædicto-
rum, ſine quibus, vt iam diximus, non poteſt dici quis habere
pacificã poſſeſsionem ſecũdi beneficij, vt dixit Bellame. de-
ciſ. 153. Papa diſpẽſando, & voluit Ioã. And. & ſequitur Imo-
la, & Benedictus Capra in c. de multæ, 3. carta de præb. & ad-
hæret Caſſad. d. deciſ. 9. Rotæ in antiq. de cã poſſ. & propriet.
ſub nu. 2. in quo loco rñdit ad tex. in c. licet canon. de elec in
6. qui vr̃ velle, ſatis eſſe, habere pacificã poſſeſsionẽ, & exer-
46 citium curæ, licet non habeatur maior pars bonorum, † nam
textus ille, cũ ſit pœnalis, imponens pœnam priuationis, de-
bet ſtricte intelligi, & ita, vt tãtũ procedat, vt curet ſe promo
ueri ad ordines ſacros legitimo tẽpore ſub pęna priuationis,
ſecus quoad aſſequutionẽ ſecundi beneficij, vt quis ipſo iure
amittat primũ, in quo præter pacificam poſſeſsionẽ exercitij
curę requiritur etiam poſsẽſsio omnium fructuum, vel ſaltem
maioris partis. c. ſi tibi conceſſo. de præbẽ. in 6. & ante dixit
Bellamer. d. deciſ. 153. & ratio eſt, ne clerici mendicare cogan
tur, quod primum beneficiũ ſimile non vacet, ſed ne pereant
animæ, promoueri tenentur, vt dicit glo. in d. ca. ſi tibi cõceſ-
ſo. vbi hoc eſſe peculiare affirmat, vt etiam refert Caſſad. d.
deciſ. 9. ſub nu. 2.

47 Quarto limita, & intellige concluſionẽ, † vt conſequẽti ſe-
cundum beneficium ad effectum inducendi vacationem pri-
mi, probandum ſit ſecundum poſſediſſe ſaltem duos menſes,
alioqui non diceretur illud pacifice poſſediſſe, vt voluit Cõ-
poſtellan. in c. commiſſa. de elect. in 6. cuius opinionem ſequi
tur Caſſador. in præallegata deciſ. 9. d. num. 2. de cauſ. poſſ. &
propriet. & Gemin. conſil. 78 in nomine Domini. Ioan. Andr.
in cap. ex parte Abbatiſſæ. de priuileg. Rota deciſ. 61. aliàs 3.
48 de pręben. ſufficit impetranti, in additione. in nouis. † Quin-
imo annalis poſſeſsio videt requiri, vt pacifice dicatur poſ-
ſediſſe, per ea, quæ tradit Felynus in capit. in noſtra. in 36. co-
rollar. verſ. tertio nota, de reſcrip. vbi cõcludit per deciſ. Rot.
783. dic, quod ordinatio Papę. in antiquis, & per regulam cã-
cellariæ 32. item voluit Dominus noſter, conſiderari poſſeſ-
ſionem pacificam per annum, vnde ſi ſit poſſeſsio pacifica mi
noris temporis, non conſideratur, vt etiam ſupra ad princi-
pium concluſionis verba fecimus.

49 Præterea ſecundum aliquos pacifica poſseſsio dr̃, † quan-
do quis percipit omnes fructus, vel ſaltem maiorem partem,
vt nos docuit gloſ. in d. cap. commiſsa. in verb. pacifica. de e-
lect. in 6. ideo ſi quis percipit funeralia, vel ſalaria capellano-
rum, vel aliquid minutum, non dicitur habuiſse pacificã poſ-
ſeſsionem, vt declarat Gemin. conſ. 78. in nomine Domini. in
vltima colum.

50 Illud vnum poſtremo te velim admonitum, † vt ſi ſit ſtete-
rit per aliquem, quominus aſsequeretur poſseſsionem pacifi
cam, non per hoc deſinere eſse pacificã poſseſsionem, quin-
imo pro tali habenda eſt ſi credimus Paulo de Leaza. in cle-
men. gratia. de reſcrip.

Ideo debet probari, hunc non omiſiſse peragere quicquid
in ſe fuit, etiam confugiendo ad ſuperiores, nam qui aliquid
facere poteſt, recurſum, vt loquuntur noſtri, habere videtur.
cap. lin. de electio. & ita declarat Gemin. in d. conſil. 78. in no
mine Domini, colum. penult. & ibi declarat hoc intelligendũ
eſse, quando confugit ad ordinarium eccleſiaſticum, ad quẽ
de iure debebat confugere, licet nõ profugerit ad dominum
temporalem, ad quem de iure non competebat concurrere.

Intellige, vt hoc procedat in eo, qui habet titulum canoni-
cum & legitimum, ſecus in habente titulum reprobatũ, quia
tunc inducitur vacatio per ſolam aſsecutionem poſseſsionis
de facto, nec conſideratur, ſe tunc potuiſse aſsequi: quia ſuf-
ficit ficta poſseſsio, l. in rem. §. 3. ff. de rei vendic. & declarat
Bonifacius Vitali. qui etiam reddit rationem differentiæ. in
clem. ſi plures. col. 3. in fi. de præben.

CONCLVSIO CLXXXIV.

ARGVMENTVM.

*De benemeritis, an & quomodo probentur per verba enun-
ciatiua.*

SVMMARIA.

1 *Benemerita probari per verba enunciatiua. Contrarium, num. 2.*
2 *Aſſertio ſimplex donatoris non ſufficit ad probationem meritorum.*
3 *Quando in donatione fit mentio meritorũ ſi de eis non appareat, nõ valet, et quare.*
4 *Verba enunciatiua probare benemerita, ſi inter perſonas non prohibitas donare fa-
cta eſt donatio.*
5 *De probatione meritorum vide remiſſiuè per Tiraquel.*
6 *Benemerita niſi probentur aliter, quam per aſſertionem donantis, donatio non va-
let ſi facta eſt inter perſonas prohibitas.*
7 *Donatio propter merita facta concubinæ valet, ſi merita, & ſeruitia probari poſſunt.*
8 *Verba narratiua inſtrumenti, donauit pro ſeruitijs, meritis & obſequijs, non ſuffi-
ciunt ad probandam donationem, ſi emanarunt inter perſonas prohibitas.*
9 *Verba enunciata in genere, vt dono pro benemeritis acceptis, ſi actum ſit inter perſo-
nas non prohibitas donare, probant benemerita. Contrarium nu. 10.*
10 *Benemerita non probari per verba enunciatiua in genere prolata, ſed quando in
ſpecie beneficia, & benemerita relata ſunt.*
11 *Benemerita probantur per verba enunciata, dummodo expreſſa, & ſpecificata ſint,
quando probata ſunt in actu inter perſonas prohibitas illum facere.*
12 *Specificatio requiritur ad probandum benemerita condigna & correſpondentia do-
nationi.*

13 Be-

13 *Benemerita probari per verba in genere enunciata inter perſonas prohib,tas,dummodo in illis interuenerit iuramentum.*
14 *Donatio facta filio per patrem cum iuramento,in qua ſpeciem,& qualitatem meritorum in indiuiduo exprimit,valet, & donantis hæredes illi ſtare tenentur.*
15 *Expreſſio meritorum ſi in genere facta eſt, benemerita probantur, ſicut & in ſpecie.*
16 *Iuramentum probat merita etiam in prohibito donare.*
17 *Iuramentum quo nam modo intelligatur probare merita inter perſonas prohibitas donare.*
18 *Iuramentum cum ſit de iure diuino, vel naturali, patria poteſtas non conſideratur, vbi illud interuenit.*
19 *Iuramentum firmat donationem inter patrem & filium.*
20 *Donatio iuramento non conualidatur, vbi concurrunt defectus,ſcilicet rei & perſonæ, niſi iuramentum non ſit duplicatum.*
21 *Benemerita iuramento iuſtificata, non ſunt aliter iuſtificanda.*
22 *Aſſertio benemeritorum etiam iurata,non probat merita,& quare.*
23 *Aſſertio beneficiorum & benemeritorum probat benemerita.*
24 *Iuramentum inducit plenam probationem meritorum.*
25 *Donatio concubinæ donantis clerici, etſi regulariter durante concubinatu non valeat, tamen locum habet,quādo ob merita facta ſit,& ipſa benemerita probantur ſacramento dantis.*
26 *Benemeritis probatis donatarius non aſtringitur aliam probationem eorum facere.*
27 *Iuramentum non ſufficit ad probationes benemeritorum, vel ad validitatem contractus,ſi coniectura & præſumptiones concurrant, quæ contractum ſimulatum reddant.*
28 *Iuramentum cenſetur eiuſdem qualitatis cuius eſt contractus.*
29 *Impoſitio alicuius clauſula inſolita cum iuramento fraudem præſumit.*
30 *Iuramentum nihil releuat, quando agitur de tertij præiudicio.*
31 *Benemerita probantur etiam quoad præiudicium tertij, ſi aſſertione Principis ſpecificata & iurata fuerint. Contrarium num 33.*
32 *Benemerita ſi ſpecificata,& expreſſa ſint, probant etiam quoad præiudicium tertij,etiam ſi iuramentum non interuenerit,& non à Principe pronunciata fuerint, ſed à quolibet alio.*
33 *Aſſertioni Principis non ſtatur etiam vbi merita ſint ſpecificata.*
34 *Aſſertioni Principis,iudicis,aut alij habentis iuriſdictionem de publico ſtatur,licet illam faciant in actu,in quo libere non poſſunt diſponere.*
35 *Benemerita ſi notoria ſint, probantur per verba enunciata in actu inter perſonas prohibitas,vel non,& in genere,vel in ſpecie.*
36 *Aſſertioni de benemeritis ſtandum eſt, quando de his ſint præſumptiones & coniectura.*
37 *Benemerita probari per coniecturas etiam veriſimiles.*
38 *Aſſertioni patrum de benemeritis ſtatur, quando de modico præiudicio tractatur.*

1 BEnemerita probari per verba enunciata,† vt donantis in
donatione prolata,dixit Bal. in l.illud in 4.quæſtione.C.
de ſacroſan.eccl.& in l.ſi donatione.vbi etiam Cyn.in 1.col.
verſ.quærit gl.C.de collat.& in auth.vnde ſi parens.in 1.notab.C.de inoff.teſtam.
Contrarium videtur ſentire Ceph.in conſ.94.nu.18.vol.1.
vbi clare loquitur,ad probationē meritorum donatoris ſim-
2 plicem † aſſertionem non ſufficere, vt etiam dicit Oldradus
conſ.5.Soc.in conſ.295.vol.2.Ruin.in conſ.173.nu.12.,vol.1.
Parit.in conſ.73.nu.62.cum pluribus ſeq. Rol.à Valle in con
ſil.18 nu.49.vol.1.& Neuiz.in conſ.8.nu.16.vbi etiam dicit,
3 vt cum in donatione fiat mētio meritorum,† ſi de eis non ap
pareat,irrita ſit,quia per talem clauſulam apparet,non velle
donare,ſed remunerare,ergo ille actus non valebit tanquam
donatio,vnde tradit ſe illam clauſulam, meritorum à pluribus donationibus iccirco amouendam curaſſe,ſupradictę ēt
concluſioni adhæret Silu.in conſ.4.nu.3.vol.1.Cur.ſen.in cō
ſil.67.per totum.Capra in conſ.81.nu.9.Grat.in conſ.61. nu.
58.vol.1.& in conſ.63.nu 24.vol.2.
4 Ideo ſi intellige concluſionem procedere,† ſi inter perſonas non prohibitas donare facta fuerit huiuſmodi donatio,
& dummodo in ea talia verba fuerint aſſerta.Bar. in l.ſi forte.ff.de caſtr.pecul.Caſtren.in l.Aquilius.ff.de donat.& in l.
per diuerſas.C.mand.gl.& Dd.præſertim Bar.in l.ſi donatione.C.de coll.& in l.optimam.C.de contrah.& commit.ſtip.
& notat Mantu.in conſ.51.n.6.vol.1.& Neuiz.in conſ.8.n.16.
* Et hanc eſſe * communem opinionem atteſtatur Soci.ſen.
5 conſil.295.num.7.volum.2.† Verum de probatione benemeritorum videas plene per Tiraq.in l.ſi vnquam.C.de reuoc.
dona.in verb.donatione largitus,nu.7.cum alijs.vſque ad....
quem omnino vide, nam alioqui vbi donatio facta ſit inter
perſonas prohibitas propter merita,non ualet,niſi beneme-
6 rita probentur aliter,† quam per aſſertionē donantis,vt per
* Dd.* communiter in d.l.ſi donatione.& voluit Alex.in conſ.
43.col.2.vol.4.Dec.in conſ.20.vol.2.Iaſ.in conſ.154.per totum,vol.2.&Anch.in conſ.242.vbi dicit,quod licet donatio
7 propter merita facta concubinæ valeat, † tamen id intelligē
dum eſt,ſi merita,& ſeruitia probari poſſunt, alias ſecus, &
vſque eo dicit hoc eſſe verū, vt non ſufficerent verba narratiua inſtrī donationis, vt ſi diceret, ſe donaſſe pro ſeruitijs,
meritis,& obſequijs,quia illa verba non ſufficerent ad prædi
8 cta probanda,† poſtquam prolata ſunt inter perſonas prohibitas,talibus enim verbis fides non adhibetur, ſed adiecta
præſumūtur in fraudem legum,argument.l.cum quis. §.pen.
ff.de leg.3.cum alijs multis adductis per Roland. à Valle in
conſil.98.num.53.vol.1.
Primo amplia,vt procedat,ſi talia verba in genere fuerint
7 enūciata,vtpote dono pro bene meritis accepistí†,nam hoc
caſu,ſi actum fuerit inter perſonas non prohibitas facere do
nationem,huiuſmodi verba enunciatiua probant benemeri
ta,ita conſuluit Dec.conſ.20.per totum,ita Iaſ.conſ 154.nu.
4.vol.2.qui quidē conſulentes aiunt,ita intelligi debere d.l.
ſi forte,hoc eſt, qñ in genere inter perſonas non prohibitas
hmōi verba enunciata ſunt, benemerita probantur,& ita intelligit Paulus Caſtr.in d.l.Aquilius.vbi in genere loquitur,
Alex.in d.l.ſi donatione.Feli.in c.ſicut col.12. de re iudic.&
Neuiz.in d.conſ.8.nu.16.vol.1.
Sed contrarium huic opinioni conſuluit Bartholom.Soci.
10 in conſ.295.vol.2.nu.7.& 8.† vt non probentur per verba
enunciatiua in genere prolata, ſed qñ ſpeciatim & nominatim beneficia,& benemerita relata ſunt,& idem ſequit Bald.
in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.in 4.q.& in l.fi.de exercito.act.
& Oldr.in conſ.5.incip.Titius dedit.nu.1. & idem conſuluit
Iaſ.ſibimet contrarius in conſ.227.n.8.& 9.& 10. fundamen
to,ſed Ripa in l.ſi vnquam.C.de reuocan.donat.q.16.nu.37.
approbat opinionem & conſ.Dec. in d.conſ.20. ex rationib.
per eundem Dec.ibidem adductis, quas ſequitur idem Rip.
in d.l.ſi vnquam.C.de reuocan. don. & ibi refellit,quæ huic
opinioni repugnare videntur,& late Iaſ.in conſ. 154. vbi ex
rationibus per eum ibi allegatis & adductis, ponit falcē ad
radices huius dubiæ quæſtionis, & ad hoc faciunt in hac ſecunda ampliatione notata.
Secundo amplia,ſi hmōi verba enunciata, & prolata fue-
11 rint in actu inter perſonas prohibitas illum facere,†dūmodo ipſa benemerita expreſſa,& ſignificata fuerint, qa tunc p
talia uerba bñmerita probātur,vt placuit Bal.in d.l. ſi donationi.& idem Bal.in lectura antiqua in l.fi.ff.de exercito.act.
vbi limitat glo.in d.l.ſi donatione,procedere,qñ merita non
fuerunt ſpeciatim enumerata in actu inter perſonas prohibitas illum actū facere, vt ibi loquit gl. ſed eſt ibi in vniuerſū
facta mentio meritorum, ſecus ergo, ſi ſpeciatim,& pro hac
legat.d.l.Aquilius.cūgl.in verb.meram.& idem videtur ſentire Paul.Caſtr.conſ.105.Dñs Hubertus,& expreſſe idem voluit Iaſ.in d.conſ.154.nu.4.vol.2.vbi ait,ita intelligi dictum
Bart.in d.l.ſi forte.aliorum idem dicētiū,id eſt, vt procedat,
qñ generatim inter perſonas prohibitas benemerita enūciata fuerunt, ſecus ſi particulatim,& clare cōnumerata fuerint
12 vt tunc,ēt ſi inter perſonas prohibitas,probent,† illud vero
obſerues,huiuſmodi peculiarem mentionem requiri ad probandum,benemerita paria eſſe,& reſpondere donationi, vt
docuit Rip.in d.l.ſi vnquam.d.q.6.C.de reuoc.donat.
Tertio amplia,vt procedat,etiam ſi huiuſmodi merita fuerint vna comprehenſione in actu inter perſonas prohibitas
enunciata,vt in donatione facta inter virum,& vxorem,& fi
13 lium,& patrem† quia tunc per talia verba,dummodo in illo actu interuenerit iurām,benemerita probantur,ita Ripa.in
d.l.ſi vnquam.d.q.16.& in conſ.9.col.fi.li.3.Grat.in conſi.7.
nu.33.vol,2.Corn.conſ.104.circa prin.li.2.& in add.ad Alex.
in tract.de præſump.reg.1.præſump.16.nu.2.Bal.in d.l. ſi do-
14 natione,vbi inquit †donationem factam filio per patrem cū
iuramento,& in qua pater particularim ſpeciē & genus meritorum exprimit,valet,& hæredes donantis tenentur illi fidem habere,& Bal.ſequuntur Iaſ.ibi,& recentiores in repe.
d.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§. quinquageſimo,nu.29.
15 & licet Bal.vt dictum eſt,loquatur, † quando eſt facta præcipua mentio meritorum,id etiam dicendum eſt, quando ſolum facta eſt expreſſio meritorum in vniuerſum,vt dicit Rolan.à Val.in conſ.98.nu.52.volum.1.quod vero iuramentum
16 probet merita † etiam in prohibito donare,reſpondet Alexand.in conſil.8.ad fin.volum.2.Angel.in l.penul. §.mulier.
ff.ſolut.matrimon.Iaſon in repet.l.frater à fratre.ff.de cond.
indebit.colum.penult.in fin.Ioann.Lup.in rubric. de donat.
inter vir.& vxor.cum alijs multis adductis per Neuiz.in con
ſil.8. nu.17.
Ad id tamē,quod diximus,animaduertas,merita probari
iura-

Digitized by Google

17 iuramento inter perſonas prohibitas,† vt ioter patrẽ,& filiũ
ſimpliciter iſtud vnum non ſit intelligendum , ſed ſalnbriter
& incorrupte. nam ſi iuramentum apponatur ſuper beneme
ritis,donatio ipſa facta inter patrem,& filium, ob benemeri
ta tali iuramento non confirmatur,ſecus ſi iuramentum fue-
rit in primis appoſitum ſuper ipſa donatione , & ita intelli-
gendos eſſe Dd.dicit Grat.in conſi.63.nu.26.vol.2.
Huius axiomatis ratio eſt, quia iuſm hoc caſu ita efficit,vt
18 ipſa donatio cenſeatur , † ac ſi facta fuiſſet inter perſonas
nõ prohibitas donare,quia cum iuſm ſit de iure diuino, vel
naturali,patria poteſtas non conſideratur, vbi illud interue-
* nit,vt l.item in poteſtate.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. Ve
19 runtñ quod cõis ſit Dd.opinio,† iuſm probare donationem
inter patrem,& filium,tradit Rip.vbi ſupra,nu.35. & Ceph.
in conſ.61.n.21.vol.1.vbi tñ ſub nu.6. limitat hanc commu-
nem concluſionem non procedere,vbi concurrant duo defe
ctus,id eſt rei,& perſonæ,quod donatio excedat limites à in
re pręſcriptos,ſicque facta inter perſonas prohibitas,nã tũc
20 ſtante tali duplici defectu,† donatio iuſo non corroborat ,
niſi forte,vt inquit Dec.in conſ.237.n.3. verſ.nec dicatur.iu
ramentum in tali donatione eſſet duplicatum,& geminatũ ,
& dicit Ceph.in d.conſ.61.n.12.ſupra dictam cõem conclu-
ſionem maxime procedere in donatione remuneratoria in-
21 ter patrem,& filium,† in qua ſi benemerita ſint cum iuramẽ-
to demonſtrata,illa neceſſario non eſſe aliter declaranda,vt
* etiam de * communi atteſtatur Bal.in l.ſi donatione.Cod.de
colla.cum alijs adductis per Ceph.vbi ſupra,num.14.
Secus vero ſi non interceſſerit iuſm , ut idem Ripa ſentit
nu.35.ponderãdo dictũ Bar.in l.cũ quis decedẽs. §. Titia.ff.
22 de leg.3.vbi tenet,† aſſertionem benemeritorum etiã iuratã
non probare merita.quia ibi præſupponit, iuſm non robora
re donationem inter virum & vxorem,quod præſuppoſitum
* cum hodie ſit falſum,quia * cõis eſt opinio,ipſum confirma-
re,vt idem Bar.in l.1.ff.de don.inter vir.& vxo.Abb.& cano-
23 niſt.in c.cum contingat.extr.de iureiu.† ergo fit,vt aſſertio
beneficiorum,& benemeritorũ probet benemerita,& in ter-
minis idem decidit Tho.Gram.dec.73.n.10.vbi expreſſe ait
24 † iuſm inducere plenam probationem meritorum quod ẽt
placuit Bar.Cæpol.de ſimul.contract.in 7.pręſump.idem Ca
pic.in dec.102.vbi affert exemplum de donatione concubi-
næ donaotis clerici,quæ licet regulariter ad huc durante cõ-
25 cubinatu non valeat,quia † inter perſonas prohibitas,tñ lo-
cum haberet,quando ob merita facta fuiſſet,& ipſa beneme
rita probentur per iuſm dantis, vel aliunde,quam per aſſer-
tionẽ donantis,& per hoc teſtatur Rom.conſ.43.qui loqui-
26 tur in donatione militis, ut ſupra de clerico, & ſic probatis
benemeritis donaturus non ſtringitur aliam probationẽ eo-
rum facere,vt Pariſ.conſ.73.nu.11.Donatio iſta,vol.1.
Primo limita,hanc ampliationẽ non procedere,ſi alię con
27 iecturæ,& præſũptiones coocurrerent,† quæ redderent con
tractum ſimulatum,quia hoc caſu nihil quo ad benemeritorũ
probationes vel ad firmitatem contractus tale iuſm ſuffice-
ret,vt gl.notab.in l.emptione.C.plus val.quod agitur,& c.ibi
28 Dd.& Zabar.in c.ad noſtram.in 2.qõ.extr.de empt.† nam iu-
ramentum hoc caſu cenſeretur eiuſdem qualitatis , cuius eſt
contractus.l.ſi.C.de non num.pecu.& quod iuramentum ta-
li caſu nihil proficiat,eſt conſi.Barb.29.nu.4.vol.3.
Sub limita,ut tantum procedat,ſi ſimpliciter iuratum eſſet
(vt non contrauenięndo) ſecus ſi expreſſe fuerit iuratum,om
nia & ſingula in iuramento contenta,vera eſſe,quia tunc al-
legando ſimulationem non repugnaret iuramento,vel niſi iu
ramentum ex interiori interueniſſet, quia tunc non obſtan-
tibus pręſumptionibus probarentur benemerita,ſicque con
firmaretur contractus,ut Bart.Cæpol.de ſimulat. contract. 2.
præſumpt.on.46.cum ibi allegatis.
29 Sed io hoc diligẽter obſerues,† ne imponatur aliqua clau
ſula inſolita,exempli gratia, apponatur illum expreſſe iuraſ
ſe,illa benemerita fuiſſe pręſtita ſibi à tali,quia hoc caſu prę
ſumitur fraus,arg.l.cum.alleg.C.de vſur.& ita ait Barb.conſ.
29.nu.15.volum.3.
Secundo limitatur tertia ampliatio, & oĩa alia ſupra nota
30 ta,qñ agitur de pręiudicio tertij,quia ſi hoc caſu iuſm nihil
releuat,ut c.quamuis.de pact.in 6.licet.extr.de iur.eod. lib.
Alex.conſ.55.col.2.vol.1.cũ ibi allegat. Ergo multo minus,
agitur de tertij præiudicio locum habere debẽt ſupradicta,
cum in eis præſupponatur non interueniſſe iuramentum . Et
ſicut tunc probantur benemerita quo ad ipſum iurantem, vt
patet per ſupra allegata iura,quæ negant, quando agitur de
tertij præiudicio,ergo concedere videntur, quando tantum
de præiudicio iurantis agitur,arg.cap.nonne bene dicimus,
ext.de præſumptio.l.cũ prætor.ff. de iudic. & ita dicitur per
addit.in marg.ad Gui.Pap.in deciſ.95.in fin.
31 Sublimita,† ſi aſſertioni Principis ipſa benemerita ſpecia
tim enumerata & iurata fuerint , quia tunc benemerita pro-
bantur ẽt quoad præiudiciũ tertij,nam pp ſingularitatẽ per-
ſonę creditur eis de cauſa,licet actum facere non poſſint ſine
illa cauſa,vt ſentit Alex.in conſ.24.uol.4.Grat.in conſ.61.nu.
58.vol.1.ita conſuluit Iaſ.in cõſ.227.col.7.verſ.9.vol.2.& in
conſ.101.n.3.vol.3. vbi ſentit etiam ſi generaliter enunciata
fuerint,cum ibi allegatis, ex quibus ẽt ibidem ſentire vide-
32 tur † probare in præiudicium tertii,etiam ſi non interuene-
rit iuſm,& non à Principe pronunciata fuerint, ſed à quoli-
bet alio,dũmodo benemerita ita nominatim dicta & expreſ
ſa ſint , quia tunc probant etiam quoad præiudicium tertii .
De Principe tñ contrarium vř ſentire Ceph.in conſil.168.
33 nu.42.vol.2.vbi dicit non eſſe verum † quod vbi merita ſint
ſigillatim nominata,de illis credi aſſertioni Principis,per A-
lex.& Dec.ĩ d.l.ſi don.C.de col.quia fraus facile fieri poſſet.
Tertio limita,quæ ſupra dixi,id eſt,quando enunciata fue
rint in actu inter perſonas prohibitas illũ facere, vt non pro
cedant,quando huiuſmodi enunciatio fieret à Principe , vel
iudicibus,an ab alijs habentibus iuriſdictionem de publico
34 † quia tunc licet faciant illam aſſertionem in actu in quo li-
bere non poſſunt diſponere , tamen ſtatur eorum aſſertioni
& confeſſioni.Iaſ in d.conſ 227.col.3.verſ. 10. vbi corrobo-
tat hoc dictum multis exemplis,ut ibi per eum,& idem con-
ſuluit idem Iaſ.conſ.101.nu.3.vol.4.vbi pro hoc allegat Bar.
in l.ambitioſa,ff.de decr.ab ordi.faci.col. vlt.& ſequitur Bal.
in c.paſtoralis.in princ.de offi.deleg.& hoc procedit etiam,
vbi agitur de præiudicio tertij,vt idẽ in d.conſ.227.col.7.&
idẽ tenet ex multis alleg. Dec.in d.l.ſi donat.n.30.C.de coll.
35 Quarto limita , ſi talia benemerita eſſent notoria , † quia
hoc caſu licet eſſent enũciata in actu inter perſonas prohibi
tas, vel nõ,& in genere,vel in ſpecie probantur p talia verba
Iaſ.d.conſi.227.col.7.Hippol.Marſil.ſingul.610.non ſtatur.
Quarto limita,non ut procedat concluſio, quando eſſent
36 præſumptiones,† & coniecturę de aſſertis benemeritis,quia
quoad eorum probationem ſtandum eſt tali aſſertioni,vt no
tat Salic.in l.ſi mater.C.de contrah.emp.Alex.cõſ.18.li.3. &
37 ſequitur Dec.in d.l.ſi donatione,n.31.† nã hoc in caſu bene-
merita abſque alia probatione probãtur per tales coniectu-
ras,ut in ſimili Bald.in l.iubemus.C.de ſacroſanct. eccleſi.&
ex multis allegatis per Alciat. in addit. in ſuo tract. de præ-
ſumpt.reg.1.præſump.16.nu.1.
Ampliatur etiam hæc limitatio , vt ſi actus inter perſonas
prohibitas factus ſit, quia tunc ſi adſint veriſimiles coniectu
ræ,ſufficiunt ad probationem benemeritorium,ita inquit Al
ciat.de præſumpt.d.præſump.16. vbi pro allegat ultra Salic.
in d.l.ſi mater.& Alex.in d.conſ.18.etiam Dec.conſ. 202.col.
pen.& Ang.conſ.341.pater emit Hippol.Marſil.ſing.610.nõ
ſtatur aſſertioni Bal.in conſ.66.inter uirum.l b.t.& in l. ſi vo
luntate.C.de dot.promiſ.& hoc notabiliter dicit Dec.in d.l.
ſi donatione,col.4.C.de collat.
38 Sexto limita concluſionem,vt non procedat,† quando de
modico præiudicio agitur,quia tunc aſſertioni partium de
benemeritis ſtatur , etiam in materia, in qua non poteſt di-
ſponere,ita Dec.in d.l.ſi donatione.n.31. vbi pro hoc addu-
cit Abb.in c.ſi de prob.& ibi idem.Dec.

CONCLVSIO CLXXXV.

ARGVMENTVM.

Benemerita quomodo probentur.

SVMMARIA.

1 *Probatio coniecturalis , & præſumptiua probat benemerita .*
2 *Aſſertionis mariti dicentis ſe ex pecunia vxoris emiſſe creditur , ſi coniectura vel præſumptio concurrat, mulierem aliunde, quam ex bonis mariti pecunias illas habuiſſe.*
3 *Aſſertioni mariti dicentis dotem fuiſſe numeratam ſtatur, quando aliqua præſumptio,& coniectura concurrit.*
4 *Veriſimile non eſt,maritum vxorem diu indotatam habere voluiſſe.*
5 *Coniectura legum non expreſſa,sed deſinita iudicis arbitrio relinquuntur.*

B F:

1 BEnemerita vt probentur ſufficit coniecturalis, † vel præ-
ſumptiua probatio ſit loquutus eſt Iaſ.in conſ.154.col.4.
verſ.5.pro iſta,parte,& clarius in conſ.184.col.pen.verſi. de
præmiſſis.lib.2.& magis clare Alciat.tract. de præſump.reg.
1.pręſump.16.n.3.& reſponſ.584.verſ.5.hnic cõfert cõſ.Bal.
66.inter vir.& vxor.lib.1.Bal.ſequutus fuit Tiraq.in l. ſi vn-
quam.in verb.donatione.nu.101.Salic.in l.mater.C.de con-
2 trah.empt.qui dicit,†vt etſi credendũ non ſit aſſertioni ma-
riti dicentis ſe ex pecunia vxoris emiſſe, credi tñ,qñ aliqua
coniectura,vel pręſumptio concurrit,mulierem aliunde,quã
ex bonis mariti pecunias illás habere potuiſſe. Idem voluit
Soci.ſen.conſ.65.verſ.20.probatur.col.5.late Crau.de antiq.
tempor.in 3.partic.1.par.ptin.num.70.71.Bal.in l.vnica.nu.
3 7.C.de priuil.dot.cum docuit, † vt etſi non ſtetur aſſertioni
mariti dotem fuiſſe numeratam,credi tamen,quando aliqua
præſumptio & coniectura concurrit, vt quando maritus iam
4 eam diu domi aluiſſet,quia veriſimile non eſt, illam † tãdiu
indotatam habere voluiſſe Gram.deciſ.103.nu.6.Neuiz.cõ-
ſil.57.nu.3.in fin.Rol.à Valle conſ.85.nu.43.lib.1. Verum ta-
5 men quia hæ coniecturę legum non ſunt expreſſę † nec defi-
nitæ iudicis arbitrio relinquuntur. Tiraq.dict.loco ſupra ci-
tato in verb.donatione,num.102.in fin.& ſentit Alc. d.præ-
ſumpt.16.num.3.& reſponſ.184.nu.3.dum citat l.etiam. §.1.
ibi æſtimare debebit iudex.ff.de manumiſ.vindic.

CONCLVSIO CLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Probandum eſſe, benemerita remunerationi eſſe paria,& reſpondere rei donatæ,& quo pacto id procedat.

SVMMARIA.

1 *Benemerita probari debent condigna eſſe remunerationi, & reſponderi rei donatæ.*
2 *Donatio facta propter benemerita non valet, ſi ad numerum & æqualitatem benemeritorum factum non ſit.*
3 *Præſtans inſigne officium remunerationem meretur.*
4 *Benemeritus dicendus eſt is,qui aliquod rarum præſtitit ſeruitium.*
5 *Benemerita filij non eſſe æſtimanda, ſi ſint obſequialia, ſecus ſi artificialia, & ex abundanti charitate procedentia.*
6 *Impius,inhumanus,reprehenſibilis eſt frater,qui fratrem ſecum habitantem ac infirmitate periclitantem deſerit.*
7 *Frater alimentans fratrem, vel eius familiam facere cenſetur intuitu pietatis & naturalis obſequij.*
8 *Quæſtio de æquiualentia, & paritate benemeritorum, & donationis per Dd opiniones hac concluſione diſcutitur.*
9 *Benemerita ea æqualia dicuntur remunerationi, quando omnino,& per omnia ſunt æqualia*
10 *Benemerita æquiualentia dicuntur, quando non ſunt infra dimidium ipſius rei donatæ*
11 *Conſideratio caritatis benemeritorum cum remuneratione relinqui debet iudicis arbitrio.*
12 *Merita multa incidere poſſunt,quibus honeſtum ſit,liberalitatem cum decreto præſtare.*
13 *Quæ conſiderare debeat iudex ſuper qualitate donationis,& benemeritorum.*
14 *Fraus facile præſumitur in caſibus,in quibus donatio prohibita eſt.*
15 *Diligentia ad cognoſcendum an valida ſit donatio, vel ne,non adhibetur in caſibus,in quibus libere donari poteſt.*
16 *Qualitas perſonæ donantis inſpicienda eſt,ſolent enim nobiles pro beneficijs,& obſequijs præſtitis multum ampliorem referre gratiam.*
17 *Donatio non excedens quod ſolebat, & debebat facere donans ex more diuitum, & nobilium non dicitur excedere merita.*
18 *Benemerita vt condigna remunerationi cenſeantur,per iudicem arbitrari debent.*

BEnemerita probari debent eſſe paria remunerationi, &
1 † reſpondere rei donatæ,ita me docuere plurimi tũ pro-
fitendo,tum conſulendo,inter quos primas fert ille Bar mẽs
legum,in l.ſi quis pro eo.§.1.in fi.ff.de fideiuſ.& in l.frater à
fratre.col.vlt.ff.de cond.indeb.tradidit Dec.in l.ſi donatio-
ne.nu.16.C.de coll.idẽ in l.petens.nu.17.C.de pact.late pro
ſequutus eſt Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in verb.donatione num.
80.vbi etiã idem edocuere Ang.& Bal.Salic.& alij in l.illud.
C.de ſacroſanct.eccl.Ruin.reſpondit in conſil.60.nu.16.lib.
3.Caſſan.cauit.in conſi.7.nu.11.Barba.conſuluit in conſ.29.
nu.12.vol.3.Salicet.meminit in d.l.ſi donatione. & in l.filiæ.
C.famil.erciſcun.egregie conſuluit Alexand.in conſil.55.nu.
2 2.3.& 4.lib.1.vbi ait,†donationem factam propter beneme-
rita non valere, ſi non ſit facta ad numerum, & æqualitatem
benemeritorum,vt etiam dicit Cephal.in conſil.94.num.16.
vol.1.Mantu.in conſi.51.nu.7.volum.1.Natt.in conſi.188.nu.
2.vol.1.Roland.à Valle in conſi.18. nu.71.vol.2.Brun. in cõſ.
12.nu.17.Iaſ.in conſi.116.col.1.

3 Limita primo,hanc concluſionem nõ procedere,†niſi quis
præſtitiſſet aliquod inſigne officium,per quod talẽ remunera
tionem mereretur, vt pulchre conſuluit Alex.conſ.55.nume.
3.lib.1.

4 Ratio eſt,qa is proprie dicẽdus eſſe benemeritus,†qui ali-
quod rarum præſtiterit ſeruitium,vt dixit glo.in c.ſi quos.11.
quæſt.2.in verb.benemeritos,& per ibidem adducta.

Secundo limita prædictã concluſionem locum non habere
in filijs,qui cum ratione naturali omne genus obſequij parẽti
bus debeãt,rõne naturæ & generationis ab eis productæ,ſeq
5 tur,†vt benemerita filij nõ ſint æſtimanda, an ſint obſeqalia,
ſed neceſſe eſt, vt ſint artificialia, & ex abundanti charitate
procedentia,vt pulchre Salic.in l.filiæ.C.fam.erciſc. quem ſe
quitur Barba.dict.cõſ.29.nu.2.vt ẽt in fratribus dicit Cepha.
in d.conſi.94.nu.16.recenſendo exemplum de fratre ægrotan
6 te,nam † inquit,quod impius fuiſſe frater, & inhumanus,ac
reprehendendus,ſi fratrem ſecum habitantem, ac ægrotatio-
ne periclitãtem deſeruiſſet,cui talia obſequia debita officio,
ac pietati fraternæ pręſtare tenebatur,& hinc dicit eſſe,quod
7 †ſi frater alat fratrem,vel eius familiam,cẽſetur id facere in-
tuitu pietatis & naturalis obſequij,iuxta ſententiam Bal.in l.
certũ.col.fin.verſ.vlterius quæri poteſt.C.fami. erciſ. & ideo
alimenta repetere non poteſt, vt per Dec.in conſi.628.nu.6.
per textum in l.Neſennius,de neg.geſt.idẽ etiam dicit Natt.
in dict conſi.188.nu.3.

Verum cum huc inciderit quæſtio(vt aiunt) de æquiualen
8 tia † & paritate benemeritorum,& donationis,non ab re in
præſentia duxi,ſi aliquas Dd.opiniones de valore meritorũ,
quando ea dicantur paria remunerationi, in medium attu-
lero.

Prima itaq; eſt opinio Bar.in l. ſi quis pro eo.§.1.in fi.ff.de
fideiuſſorib. dicẽtis, tunc benemerita eſse æqualia remunera
9 tioni,qñ † omnino & per omnia ſunt æqualia,quem ſequitur
Dec.in l.ſi donatione.nu 16.C.de collat.idem in l.petens.nu.
17.C.de pact.Ruin.conſ.60.n.16. Verũ iure nõ probatur hęc
opinio,quia aliqui repetiũtur viri animo tã generoſo, & gra-
ro,vt exiſtiment collatum ſibi eo tempore beneficium ingen-
ti ſumma penſari non poſse, quod alius quis uili, & abiecto
animo nulla,aut minima dignũ remuneratione arbitrabitur.

Secunda fuit ſententia Bal.in auth.ex teſtamento ,nu.1.in
10 fin.C.de collat.†benemerita tunc appellari æquiualentia,qñ
non ſunt intra dimidiũ ipſius rei donatæ, iuxta l.2.C.de re-
ſcind.vẽditio.Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in verb. donatione.
nu.81.& 82.& 83.qui plures refert.C.de reuoc.donat.

* Tertia eſt,quam Iaſ.in cõſ.154.n.5.vol.2.teſtatur eſſe *cõ-
11 munem†hanc conſiderationem paritaris, & ęſtimationis be
nemeritorum,cũ remuneratione debere relinqui iudicis arbi
trio.ita cenſuit Soc.ſen.in conſi.295. col.3.verſi. circa ſecun-
dum.lib.2.Curt.iun. in conſi.126.nu.1.uerſi.ſed circa hoc. &
Purpura.in l.cum quid nu.131.ff.ſi cert.petat. & Natta in d.
cõſ.188.nu.3.vbi teſtatur Bal.in d.l.ſi donatione circa princ.
quẽ ſequũtur recẽtiores ibi,quorum ſentẽtiã probari opinor
ex Paul.reſponſo.in l.etiam.§.1.ff. de manumiſſ. vendic.ibi,
12 †quia multa merita incidere poſsunt,quibus honeſtum ſit,li-
beralitatem cum decreto præſtare , quæ æſtimare debebit is,
apud quem de ea re agitur,quæ & mihi probabilior videtur.

Prudens autem Iudex hoc in caſu conſiderabit oẽs quali-
13 tates,†& donationis(quas appellant)circumſtantias , itẽ &
benemeritorum,an ſubſit fraus,cum pater donat filio,vel ma
ritus vxori,rõne eius,quod donat vltra beneficij collati æſti-
mationem nã cum ſimus in caſibus,in quibus donatio prohi
14 bita eſt,fraus facile præſumetur,†ſi rei pretium excedat pro
dimidia æſtimationem benemeritorum. ita procedit doctri-
na Bal.in d.auth.ex teſtamento.vt eam ſic intellexit Tiraq.in
d.l.ſi vnquam in verb.donatione.n.83.verſi.hic autem in no
ſtro caſu.C.de reuoc.donation.& ante eum Purpurat.in l.cũ
quid.nu.131.ff.ſi cert.pet.

15 In cæteris vero caſibus,†in quibus libere donari poteſt,nõ
adhibeť hæc diligentia ad cognoſcẽdũ,an valida ſit donatio,
an minus,ſolum.n.hoc caſu Iudex benemerita,& rei pretium
poterit conſiderare ad iudicandum , an puta , an ob cauſam
ſit donatio,atque ita perſonæ donantis qualitas inſpicienda

ctir,

16 erit, † an diues, an nobilis is ſit, cũ ſoleant nobiles multã ampliorẽ referre pro beneficijs, & obſequijs præſtitis gratiã. c. 1. de donat. nã etſi tũc donatio excedat merita, modo nõ excedat, quod in ea re ſolebat, & debebat facere donans ex more 17 diuitum, & nobilium, † non dr̃ excedere merita, vt eleganter admodũ reſpondit Corn. conſ. 144. col. 2. li. 2. quem ſecutus eſt Tiraq. d. l. ſi vnquam. in verb. donatione. nu. 84. & idẽ Tiraquel. tract. de nobilitate. c. vlt. nu. 50.

Vt igitur rẽ in pauca conferam, ex illis colligi poterit, be-18 nemerita, vt paria remunerationi cenſeantur, † debere per iudicem cenſeri, vt à nobis ſupra relatum fuit.

CONCLVSIO CLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Benemerita eſſe probanda, vt præſumantur.

SVMMARIA.

1 *Benemerita non præſumuntur, niſi plene probentur. Contrarium ibidem vide.*
2 *Benemeritus quilibet præſumitur, niſi probetur demeritus.*
3 *Benemeritus quis dicatur loquendo in genere.*
4 *Donatarius dicitur valde benemeritus, cum liberat donatorem à morte, detegendo conſilium mortis.*

1 BEnemerita non præſumi, † niſi plene probentur, habuimus ab Accur. & cæteris Dd. in leg. ſi donatione. C. de colla. Cæpol. de ſimul. contract. præſumpt. 7 nu. 45. leg. ſi forte ff. de caſtren. pecul.

In contrariam tamen deſcendit ſententiam Bal. in l. illud. C. de ſacroſ. eccle. in 4. q. nu. 8. & per l. nec adiecit. ff. pro ſoc.

Quam quidẽ opinionem illud ſatis confirmat, Benemeritũ 2 quemlibet præſumi, † niſi probetur demeritus, vt dicit Crot. in l. re coniuncti. in fi. ff. de legat. 3. quod tamen dictum Crau. in tract. de antiquit. tempor. in 1. parte, in verb. propoſitũ noſtrum, nu. 75. fol. 28. omnino reprobat. Intellige tamẽ hoc pro-3 cedere in vniuerſum loquendo, † vt quis dicatur benemeritus, arg. l. ſeruos. ff. de manumiſſ. teſt. nam hoc modo quilibet præſumitur citius dignus, quam indignus, arg. c. dudũ. de præſumpt. gl. in c. ſi quos. in ver. benemeritos. 12. q. 2. & Bald. in l. iubemus. nu. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. Aquilius Regulus. de donat. l. ſi præter. d. tit. & ſecundum eum eſt optima lex in l. lege. ff. de manum. vindic. quam omnino monet videri.

4 Illud vero quod eſt inſigne, non omittam, donatariũ † dici valde benemeritũ, cum liberat donatorem à morte, vt ſi de nece eius, conſilium quod erat initum, indicaſſet, vt eſt tex. in c. ſi quis Papam. 79. diſt. gl. in c. ſi quis. 12. q. 2. & Ioan. de Amicis in conſi. 31. nu. 11.

Sed quoniam de hac concluſione, & probatione meritorũ ſatis ſuperque dictum fuit in concluſione, quomodo benemerita probentur, & quando poſſint præſumi, nec ne, ideo ad eã te reijcio.

CONCLVSIO CLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum ratione dignitatis, aut perſonæ conceſſum quando morte concedentis expiret.

SVMMARIA.

1 *Beneplacitum ratione dignitatis non autem perſonæ conceſſum præſumitur. & quomodo.*
2 *Dignitas ſi non moritur, non poteſt, nec dicitur finire beneplacitum per mortem obtinentis dignitatem.*
3 *Dignitas conſideranda eſt, non autem perſona in conceſſione facta ad beneplacitum Papæ.*
4 *In conceſſione ſi exprimatur, ad beneplacitum noſtrum, & ſuperiorum noſtrorum, vt ſedis Apoſtolicæ, nullo pacto, nec morte concedentis, nec abſolutione eius officij præſumitur reuocatum beneplacitum.*
5 *Beneplacitum, ſi in eo publicus fauor, vel Reipublicæ vtilitas cenſetur, ratione dignitatis conceſſum præſumitur.*
6 *Beneplacitum morte concedentis reuocari non cenſetur, ſed neceſſe eſt reuocari per ſucceſſores.*
7 *In fauorabilibus, quæ certum finem non habent, perpetua creduntur.*
8 *Iudex ſi dicat, pono te ad confinia, donec te reuocauero, non per hoc eiuſdem Iudicis morte cenſetur beneplacitum reuocatum.*
9 *Voluntas licet morte finiatur, non tamen inducit reuocationem, quæ contrariam voluntatem expoſtulat.*
10 *Aliud eſt voluntatem ceſſare, & aliud voluntatem reuocare.*
11 *Verba, donec reuocauero, interpretanda ſunt ſicut in vltima voluntate, id eſt, benigniori interpretatione.*
12 *Bartholi authoritas maximi eſt ponderis, nec temere ab eo recedendum.*
13 *Beneplacitum concedens ſi nullam habet poteſtatem ſimilia concedendi, ſed tamen pro ſe tali gerit, & habetur ab omnibus, non præſumitur eius beneplacitum reuocatum morte, vel finito officio concedentis.*
14 *Communis error facit ius.*
15 *Qui ſe gerit tanquam legatus, & non eſt, geſta per eum nihilominus valent.*
16 *Habitus & reputatus in dignitate, vt pro legato, ſi non habuerit titulum legitimũ, geſta per eum non tenent.*
17 *Geſta per habitum in dignitate valere poſſunt quoad ea, quæ veniunt ex generali facultate ordinaria, ſecus quoad ea, quæ non competunt, niſi ex ſpeciali commiſſione.*
18 *Quem reputari communi opinione habilem habilitate generali non ſufficit, ſed requiritur, vt exiſtimetur habilis habilitate ſpeciali.*
19 *Officium geſtum ſi non eſt cum auctoritate publica collatum, ei non ſuffragatur communis opinio & exiſtimatio.*
20 *Magiſtratus ſi creatus non fuit ſolennibus requiſitis, geſta per eum vti habitum & exiſtimatum pro tali ſunt nulla, & nullius momenti.*
21 *Delegatio facta ſub forma beneplaciti, donec reuocanda fuerit, non cenſetur morte reuocata, neque beneplacitum extinctum, quod limita vt ibi.*
22 *Precarium, quando ad beneplacitum conceditur, non cenſetur morte concedentis reuocatum.*
23 *Hæres res precario conceſſa, niſi recuperationem reuocat à poſſidente, cenſetur vti eo patientia, & animo, quo vſus eſt ille primus.*
24 *Precarium tantum dicitur durare, quantum durat voluntas concedentis.*
25 *Reuocatio voluntatis non inducitur per mortem, ſed ceſſatio.*
26 *Beneplacitum quando & quomodo morte finiatur, & extinguatur.*
27 *Mandatum morte finitur, quia mandantis voluntas deficit.*
28 *Superioris præceptum illius morte finitur.*
29 *Beneplacitum Principis eius morte finitur.*
30 *Beneplacitum magiſtratus ceſſat eius officio finito.*
31 *Reuocatio non inducitur, licet per mortem, vel finitum officium ceſſet voluntas.*

BEneplacitum ratione dignitatis non autem perſonæ con-1 ceſſum, † vt ſi dictũ fuiſſet, quod Iudici placuerit, præſumi non tantũ durare quoad vixerit Iudex, ſed etiã donec reuocetur per ſucceſſores, auctor fuit Bar. in l. cẽteſimis. §. ſi ita ſtipulatus. nu. 9. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. nu. 13. itẽ idẽ probauit Bar. in l. more. n. 7. de iuriſdict. omnium iud. hoc habemus à Dec. in cap. ex literis. in fin. de conſtit. Ruin. cõſulendo reſpondit in conſ. 104. nu. 2. lib. 5. qui plures refert, illorum ſententiæ ſubſcripſit Didac. lib 3. variar. reſolut. c. 15. nu. 2.

2 Nec id ſine ratione traditum eſt, etenim † ſi dignitas, cui tale beneplacitum commiſſum eſt, non moritur, non poteſt, nec dicitur finire tale beneplacitum morte tunc dignitatem illã obtinentis, & ideo opus eſt noua derogatione ad hoc, vt beneplacitum dicatur finitum, ita idem docuit Bart. in d. l. centeſimis. nu. 9. verſic. ſi vero retulit ſe ad dignitatem, & id comprobat auctoritate l. Cũ l. annua. §. 1. de ann. leg. & l. proponebatur. de iud. & cap. gratioſe. de reſcript. lib. 6. & ibi Bald. Philip. Franc. ſub nu. 7. verſic. quod tamen limitat. Capic. deciſ. 136. ſub num. 3. & per Rot. deciſ. 36. de reſcript. in antiq. facit Calder. & Imol. in cap. literis. de reſcript. relati à Capic. 3 in d. deciſio. 136 nu. 7. vbi volunt † in conceſſione facta ad beneplacitum Papæ conſiderandam eſſe dignitatem, non autẽ perſonam, quod maxime procedit, vbi verba ſunt concepta in tertiam perſonam, vt ſi dictum ſit, donec Papæ placuerit, vt per Franc. & Bald. relatos in d. deciſio. 136. Iſtud etiam eo magis procedit, quando in conceſſione exprimitur vtrũque, ſcilicet ad beneplacitum noſtrum, & ſuperiorum noſtrorum, 4 vt ſedis Apoſtolicæ, † quia tunc nullo pacto, nec morte concedentis, nec quod illud officium fuerit perfectum, præſumitur reuocatum beneplacitum, ita Geminia. in dict. cap. ſi gratioſe. ſub num. 14. & ibi Franc. colum. fin. de reſcript. lib. 6. Et ad hanc tem optime accommodat quæſtionem, vt quãdo iudex conſtituit aliquem ad regenda cõfinia, his verbis vtens, id eſt, pono Sempronium ad confinia, donec voluero, vel donec reuocauero, vel donec huic poteſtati placuerit, an morte talis iudicis dicantur finita confinia, & in hoc diſtinguit, vt ibi eſt videre.

Primo amplia concluſionem, & id cõuincitur ex parte con-5 cedentis beneplacitũ, vt eo magis procedat, † quo in beneplacito publicus fauor, vel Reipublicæ vtilitas verſetur, quia cẽ ſi decedat concedens, non tenetur ideo reuocatum beneplacitũ, vt in eo notabili caſu propoſito à D. Bal. in l. meminiſſe. prope fin. verſ. 4. ff. de offic. proconſ. dum quærit de Principe, qui concedit ordinariã iuriſdictionem ad ſuũ beneplacitum, tunc inquit Bald. illud beneplacitũ morte concedentis non 6 cenſeri reuocatũ, † ſed neceſſe eſſe vt reuocetur per ſucceſſores,

res,ex tex.§.ſuper hoc.anth.de quæſt. Paris Put.in ſuo tract.
ſyndicatus.§.an officialis,verſ.ſi Princeps.Philip.Franc.in c.ſi
delegatus,de offic.deleg.in 9.Capic.deciſ.116.& 126.Vant.
trac.nullitat.tit.de nullitate ſenten.ex defect.iuriſdict.deleg.
nu.104.qui fauoris publici publicæq; vtilitatis rōnē attulit.
7 Accedat hoc,†quod in fauorabilibus,quæ certum finem nō
habent,perpetua creduntur.l.iuriſperitos.in princ.ff. de ex-
cuſat.tut.quam ſic declarat Decius in dict.ca.ex literis . in fi.
de conſtitut.l.ſufficit.ff.de cond.in deb.& late Tiraq.in tract.
conuent.§.2.gloſſ.1.nu.39.

Secundo amplia concluſionē procedere,etiam ſi benepla-
citum ſit conceſſum verbis amplioribus,& contrariam volun
8 tatē quaſi ſignificantibus,†veluti,ſi dixerit iudex: Pono te ad
confinia,donec te reuocauero,nec hoc in caſu cenſetur mor-
te iudicis beneplacitum reuocatum.

* Et hanc concluſionem ait Iaſ.eſſe * cōmunem opinionem
in d.l.centeſimis.§.ſi ita ſtipulatus.nu.14.& ibi Alex. nu.11.
** Et hanc**receptiorem ſententiam reſpondit Soc.Sen.conſ.
78.ſuper prædicta.col.1.verſi.5.& vlt.lib.3.huic etiam ſentē-
tiæ accedit Dec.in l.3.in fi.de reg.iur.idem in c.ex literis. de
conſtitut.& conſil.108.nu.4.

9 Et rō eſt,†quia quamuis voluntas morte finiatur , vt l.4.ff.
locat.non tñ inducitur reuocatio , vt l.mandatum. C.man.&
Inſti.eod.tit §.item ſi adhuc.quæ contrariā voluntatē expo-
ſtulat.c.ſi delegatus.de offi.deleg.in 6.pulchre Ruin. conſil.
115.nu.5.7.li.1.qui clare reſpondit,aliud eſſe voluntatē ceſſa
10 re,†aliud vero voluntatē reuocare, vt euenit in beneplacito
conceſſo rōne dignitatis,nam vt illud intelligatur reuocatū,
& finitum,non ſufficit mors dignitatem illam obtinentis,niſi
aliter & dignitas quoque moriatur,vel finiatur,cum tali iudi
ci,vel dignitatem obtinenti conceſſum fuerit tale beneplaci
tum,non vt ſibi,ſed vt præſupponimus tanquam dignitatem
illam adminiſtranti,& ratione ipſius dignitatis,ergo ſiue mo
riatur,ſiue viuat ille iudex,nihil ei tribuendum eſt , circa ea,
quæ reſpiciunt naturam,& proprietatem dignitatis, non au-
tem officium illam gerentis.

Contrarium tñ huic opinioni voluit Bart.in d.§.ſi ita ſtipu
11 latus.nu.10.ea ratione ductus,†quia iſta verba,donec reuo-
cauero,ſunt in hoc caſu interpretanda,ſicut in vltima volun
tate,id eſt,pono te ad confinia,donec vixero , niſi ante reuo-
cē,benigniori inquiēs interpretationi inſeruiens,& nonnul-
lis alijs per eū ibidē adductis. Cui opinioni conſentire viſus
eſt Gozad.conſ.22.nu.3.& nu.11.Verum quamuis maximi ſit
12 ponderis Bartoli authoritas†nec temere ab ea recedēdum,
hoc in caſu tutius crediderim communi opinioni adhæren-
dum,cum ea ratione valida,vti hoc noſtro caſu,munita ſit.

Tertio amplia,vt concluſio procedat, etſi concedēs bene-
placitū huiuſmodi nullam haberet poteſtatem ſimilia conce-
13 dendi re ipſa,†ſed tñ pro tali ſe gerebat, & pro tali habebať
& tenebatur ab omnibus, ita vt qui conſequutus eſt benepla
citum,bona fide vſus ſit conceſſione,nam & tunc non præſu-
mitur beneplacitum tale reuocatum morte, vel finito officio
concedentis,& propterea ſi ille,qui adeptus eſt conceſsionē
3 bona,etiam cum iur°,non eſt probatio,† neque probationis ſpecies.l eum qui.ff de iureiur in prin.Bal in ca 1.,§ conuenticula de pac iur.firmã.in vſib feu alioqui ſi ſola aſſertio probaret,eſſet in manu aſſerẽtis proferre,quod vellet, quod non eſt concedendum l.maritus § fin. ff ad l.Faleid

Confirmatur ſecundo,quia contra negãtem bona non ſuf-
4 ficere ad debita,obſtat iuris præſumptio,†quia quilibet præſumitur ſoluendo,iuxta ſententiam gl in c.bonæ,il 1.in verb. naturam in fi de elect & probatur in l ſi creditores. ff de priuil creditor.

Accedat tertio concluſio D Alexan in l ſi defunctus C.arbit.tut.Panor.& Feli in c ſi.de præſum & Feli. in c ad aures.
5 de reſcri.vbi concludunt, † aſſerenti æſtimationem beneficii non excedere ſummam expreſſam in impetratione incumbere onus probandi.

Præterea aſſerens redditus alicuius eſſe diminutos, debet legitime probare §.quia vero iã legem.ibi. & probetur a parte fortuita diminutio,auth.de æqual dot.

6 Ad hæc † quod allegans negatiuam debeat illam probare, vt infra loco ſuo dicetur.

Quibus oibus argumentis in contrariũ adductis non obſtãtibus,ſententiã Iaſ.in d.l.ſi conſtante ff.ſol.mat.& Bart in l. decem,de ver.obl.aſſerentem,concluſ [illegible]

Digitized by Google

ccedere per l.fi.§.licentia.C.de iur.delib. amplectendá duco.
Nec id róne careat,ná hoc caſu pro aſſeréte cócurrit iuris
7 pſumptio,vt tradidit Alex.in rubr.de nou,ope,nunciat,† ſed
præſumptio iuris tráſfert regulariter onus probádi negatiuá
in aduerſarium.l.cum pater.§.rogo.ff. de leg.2.l.fin.C.de re-
uoc.donat.
Præſumptio enim eſt pro hærede,illum omnia bona deſcri
8 pſiſſe in inuentario, † cætero qui præſumeretur deliquiſſe
quod non eſt dicendum.l.merito.ff.pro ſoc.
Iſtis addatur,quod negatiua probatur per ſcripturá, quia
hic actus,de quo agitur,ſolet authétice deſcribi, vñ dicetur
9 negatiua coarctata ſcriptura,†quæ per ſcripturá probatur,vt
eſt tex.& ibi recentiores in l.Titiæ textores.ff. de leg.1.l.fin.
C.de reb.credit.Bar.conſ.39.Corn.conſ.191.& Soc,in d.conſ.
129.Nam ſi negatiua non probaretur per inſpectioné inuen-
10 tarij,† fruſtra eſſet hæredi conceſſum beneficium inuentarij,
quia alioqui non poſſet probare hanc negatiuam, hoc eſt in
hæreditate non eſſe alia bona, quia huiuſmodi negatiua eſt
vaga,quæque non poſſit probari.l.actor.C.de probar.
11 Secunda ratio eſt,†quod negatiua probatur per aſſertioné
hæredis,q̃a actus iſte negans conſiſtit in facto proprio ipſius
negátis, qui non negat plura bona eſſe in hæreditate, ſed per
inuentariú negat plura reperiſſe in hæreditate,hæc auté, quæ
12 conſiſtút in animo & facto aſſerétis,probantur† per aſſertio-
né ipſius iuratam,ſi credimus gloſ.in §.ſed iſtæ.Inſtitut de a-
ctio.& in c,ſignificaſti.vbi Felinus de homicid.hinc dicebat
Bald.in conſi.318.incip.practica ſic ſe habet,lib.1.credi aſſe-
13 renti ſe non habere pecuniá,†quia hoc conſiſtit in facto pro-
prio,huic optime adhiberi poterit,quod decidit Caſtren.in
l.quicunque.C de ſeru.fugitiu.& in l.ſeruos.C.de teſtib.
** Et hanc dicit Ripa eſſe** cóiorem opinioné in l.ſi conſtan
te.nu.18.ff.ſolut.matrim.Ruin.cóſ.39.col.3.vol.1.& cóſ.187.
* col.2.eod.vol.vbi aſſerit hanc eſſe opinionem * communem.
14 Primo amplia concluſionem procedere† etiam quádo aga
tur de magno præiudicio tertij,eſt tex.in l.fi. §.licétia.C.de
* iure deliberan.& de*communi atteſtatur Rip.in d.l.ſi conſtá
te.nu.18.ff.ſolut.matrim.
Secundo amplia,vt etiam ſufficiat probare per ſemiplená
15 probationé,† dummodo agatur de modico præiudicio, vt
* gl,in d.l.cum de lege.ff.de probat.Bar.*& omnes in d.l.ſic có
ſtante.ſolut.matrim.
Quibus omnibus non obſtantibus creditores, & legatarij
probare poſſunt maiorem eſſe ſubſtantiam,quam in inuenta-
16 rio per hæredem ſit deſcripta, †quæ quidem probatio pote-
rit ſumi de domo hæredis,vt docuit Alex.in l.ſcimus.§.licen
* tia.C.de iur.deliber.nu.1.& hæc eſt communis*opinio,ex al-
legatis per Herculan.de proband.negat.nu,256.& Alex.in d.
l.ſi conſtante.nu.7.8.& 9.ff.ſolut,matrim.
Primo limita concluſionem,niſi fama, vel opinio cómunis
17 obſtaret,†nam túc onus probandi incumberet ipſi aſſerenti
bona non ſufficere, vt colligitur ex dictis Barto.in l.is poteſt,
col.pen.ff.de acquir.hæred.
Et ex hac limitatione infertur, vt ſi probaretur ré perueniſ-
18 ſe ad aliqué,quia præſumit penes illú exiſtere, † niſi probet
deperdita, vel diſtracta,nó ſufficit aſſerere ré apud ipſú non
extare,ſic voluit Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.an vero hæ-
redi.ff.de edendo.Iaſ.in conſ.34.col.4.vol.1.vbi dicit,iſtá có
cluſioné nó pcedere,qñ præſumptio eſt cótra illú, qui neget.
Secundo limita, vt concluſio procedat tantummodo, quá-
19 do agitur de probando pretio rerum,†non autem quádo agi
tur de probanda quantitate bonorú, vt reſpondit Iaſ. ex mé-
te aliquorum in conſ.34.nu.6.vol.1.licet ipſe eam impugnet,
quem adeas.
Tertio limita quando dicitur res nó extare ex cauſa deſen
ſionis, vt per Ruin.conſi.46.col.2.& in conſi.81.in fi.vol.5.
Si vero aliam opinionem, quæ concluſioni aduerſatur, ſe-
qui velimus;
Primo limitanda eſt, illá non procedere confecto inuenta
20 rio per hæredé,†quia tanta eſt præſumptio pro inuétario per
hæredem cóſecto, vt transferat onus probandi in aduerſariú,
& ita procedit gl.in d.l,cum de leg.ff.de prob.& ita etiam i-
telligendi ſunt omnia dicta Dd.qui dicunt hæredé fundatam
21 intentioné†ex inuentarij ſcriptura, vt dicit Paul.de Ca.cóſi.
212.col.pen.vol.1.& ita declarat Alex.in l.ſi conſtante. col.
32.& ibi Iaſ.col.21.Corne.in l.fi.§.licétia.vbi etiam Iaſ.C. de
iur,deliber.Rui,conſi.49.col.1.& ſeq.& cóſ.82.col.fin.vol.5.
Idé eſt, ſi alia præſumptio concurreret pro negante, ita decla
rat Felyn.in c.ad aures.col.4.de reſcript.Claud.in d.l.ſi con-
ſtante.col.5.ff.ſolut.matrim.& in l.decé.ff.de verb.oblig.Ro-
fre.in conſi.32.col 7.Marian.Iun.conſi.26.col.2.vol.2.Alciat.
de præſum.in 3.reg.in 2 præſu.
Secundo limita non procedere, quando aliquis ſuſtineret
22 partes rei, q̃a túc ſatis eſt dicere, †bona nó ſufficere, nec aliud
tenet docere, ſecus ſi actor, ita Paul.de Caſtr.declarat.gloſ.in
d.l.cú de leg.in l.Mæuia.§.fi.ff.ſolut.matrim.& idé dicit Imo.
& Rub.ff.de nou.oper.nunciat.& hoc vr fuiſſe de méte Bart.ĩ
l.3.in l.ſi vero.§.q.p rei qualitate.ff.q ſatiſdar.cogát. Marian.
Soc.Iun.ĩ cóſ.26.col.3.vol.2.Alciat.de pſum.in 3.reg.2.pſum.
23 Tertio limita, † quando hæres ex inſpectione inuentarij
oſtendit tantum eſſe in bonis, vt cauit Lofred. in conſ.32.nu.
10.& Iaſ.in conſi.34.col.4.vol.1.
24 Quomodo vero probetur, bona fuiſſe in bonis eius, † qui
fecit fideicommiſſum, adhibendus erit Alba in conſi.6.in 4.
quæſito, incipien.ſatis de hoc dictum ſup.
Bona auté illata, & inuecta in domum ab inquilino, ex qui-
bus præſumantur eſſe inuecta, vt vbi perpetuo remaneant, &
25 ſic vt cenſeantur tacite obligata, &† hypothecata pro péſio-
ne domus, conſulendus erit conſultiſſimus iuris vtriuſque Ia-
cob Menoch de arbit.iudic.lib.2.cent.5.caſ.441. & in tra.de
adipiſ.poſſ.remed 3.quæſt.17.& q.161.

CONCLVSIO CCVI.

ARGVMENTVM.

Non probari, nec præſumi bona futura comprehendi in obliga tione, & diſpoſitione loquente ſimpliciter de bonis.

SVMMARIA.

1 *Bona futura non probantur, nec præſumuntur comprehendi in obligatione, & diſpoſitione loquente ſimpliciter de bonis.*
2 *Bonorum appellatione nunquam veniunt bona futura, quando de graui præiudicio agitur.*
3 *Diſpoſitio in pœnalibus non debet extendi ad bona futura.*

BOna futurá non probari, nec præſumi cóprehendi in obli
gatione, & diſpoſitione loquente ſimpliciter de bonis,
1 † niſi id expreſſe dicatur, ſed ſolum præſentia, conſultum fuit
ab Alba in conſi.4.nu.2.quod idem obſeruant Dd.in l.ſtipula
tio hoc modo ff de de verb.oblig & Alba.in conſi.4.nu.2.
Amplia concluſioné potiſſimú procedere, qñ de graui præ
2 iudicio agatur, quia tunc appellatione bonorú nunquá † ve-
niunt bona futura, arg.l.fin.C.quę res pig.oblig.poſſ.& notat
Bal.in conſi.170.magnifica, & illuſtris vol.1.Dec.in cóſ.502.
col.3.circa med.Bar.& Dd.in l.ſi ſtipulatus.§.cú ſtipulamur.
ff.de verb.oblig.cú alijs adductis p Crau.in conſi.139.nu.7.
Amplia ſecundo concluſioné maxime procedere in pęnali-
3 bus, †nam in pęnalibus non debet extendi diſpoſitio ad futu
ra bona, prout dicit Dec.in conſi.445.nu.65. cum ſeq. & Ri-
min.ſen.in conſi.136. nu.12.vol.1.

CONCLVSIO CCVII.

ARGVMENTVM.

Bona ſubiecta eſſe quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Bona ſubiecta eſſe probatur ex eo, quod deſcripta reperiuntur in regiſtro, vel æſtimo.*
2 *Prædia cenſentur ex oneribus affecta per regiſtrationem.*
3 *Regiſtratio non tantú præiudicat regiſtranti, ſed etiam omnib. cáuſam ab eo habentib.*
4 *Regiſtrum non ſolum præiudicat regiſtranti, verum etiam ſola patientia actus regi-
ſtrationis.*
5 *Exemptus à collectis ſi patitur bona ſua deſcribi in æſtimo, ſibi præiudicat, niſi intra
decem dies appellet.*

BOna ſubiecta eſſe, probari ex eo, qđ deſcripta reperiátur
1 in regiſtro, †vel æſtimo, adeo perſpicuú eſt, vt probatione
non indigeat, ná per regiſtrationé cenſentur prædia eſſe one
2 ribus affecta, & pro eis hypothecata †iuxta ſententiá Bal. in l.
1.§ quod ſi nemo.col.2.verſi.ſuper ſecúdo, qđ cuiuſ.vniuer.
& in tit.de pace.Cóſtan.verſi.nos Romanorú. col.4. Alex.in
cóſ.145.col,fi.vol.2.Iacob.de ſácto Georgio.in l.inter debito
ré.ff.de pact.Dec.in cóſ.285.col.2 in fin.Brun.in cóſ.49.circa
finé.Rub.in cóſ.9.n.11.Cacher.in deciſ.91.n.4.Alb.in cóſ.34.
nu.11.Alba.in cóſ.34.n.11.& Rol.à Valle.in cóſ.32.n.1.vol.1.
Quæ

Digitized by Google

Quæ quidẽ regiſtratio non tantum præiudicat regiſtranti,
3 ſed † etiã omnibus cauſam ab eo habentibus, vt reſpõdit Bru. in conſ.94.& in conſi.103.col 2.in fin.& Pariſ.in conſ.25.nu. 77.vol.1. Quinimo, quod maius eſt, non ſolũ regiſtrum regi-
4 ſtranti, † verũ etiam ſola patientia actus regiſtrationis præiu-
5 dicat. Ideo † ſi quis ab oneribus ciuitatis immunis patiat̃ bona ſua deſcribi in æſtimo, ſibi præiudicat, niſi intra decẽ dies appellet, prout dicit Angel in leg 1 §.ſi quis tutor.ff quan.appella.ſit quod dictum pro ſingulari refert Alex.in conſ.101. col pen verſ.tertio principaliter. vol.1.& in conſ.136.col.3. vol 2.Dec.in conſi 638.col.2 Bal.in tract. præſcript.in 4 partis principalis, quęſ.30.col 3 Corſet.in ſingular.269 & Crau. in conſi.293 col 12 circa finem, verſ nono conſidero.

CONCLVSIO CCVIII.

ARGVMENTVM.

Bona defuncti eſſe vacantia quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Bona defuncti eſſe vacantia probatur, quando vocatis proximioribus primi gradus, qui illi ſuccedere debent ab inteſtato, nullus comparet in termino aſſignato.*
2 *Bona defuncti quando ſunt vacantia, iſ debent nominatim vocari, quos contingit prima cauſa ſucceſſionis.*
3 *Terminus ſtatuendus ijs, quos contingit prima cauſa ſucceſſionis ad deliberandum, velint adire, nec ne, debet eſſe minimum centum dierum, & ſi nullus comparebit, ſatis dicetur conſtare bona eſſe vacantia.*
4 *Tutor dabitur bonis per ſecundum decretum, quando ex primo nullus comparuerit ad ſucceſſionem.*

BOna defuncti eſſe vacantia ex eo probari, quod vocatis proximioribus deſuncti primi gradus, qui illũ ſuccedere
1 debent ab inteſtato, † nullus ſtatuto tẽpore ſui copiã faciat, nos docuit Accur.in l.ſcimus.ff ad Trebell.Bar.in l.ſi bona.C. de bon.author.iudic.poſſid.& Afflict.ſub conſtitut.Regn.lib. 1.in titu.de offic.ſecr.nu.10.per l.1.de ſucceſſ.edict.l.ſi diu.ff.
2 quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Verũ † illud obſerues, nominatim eos eſſe compellendos, ad quos prima cauſa ſucceſſionis ſpectat, vt in l.1.ff.de ventr.inſpicien. quibus vocatis debet ſtatui terminus ad deliberandum, velit adire, nec ne, terminus
3 † erit minimum centũ dierum.l.1.& l.2.ff.de iure deliberand. ſi nullus apparebit, ſatis probatum dicetur bona eſſe vacãtia, vt dict.gloſſ.in l.ſancimus.

Limita hanc doctrinam, vt procedat quantum ad miſſionẽ
4 ex primo decre.o, † quo autẽ ad ſecundum decretũ dabitur tutor bonis l.1.de curat.bon.dand.l.fin.de priuileg.credi. & not.gloſ.in l.ab hoſtibus. in princ. ff.ex quib.cauſ.ma.Matheſ.in l.ſi bona, C.de bon.author.iudic.poſſid.

CONCLVSIO CCIX.

ARGVMENTVM.

Bona omnia an allodialia, & libera eſſe præſumantur, & quomodo id probetur.

SVMMARIA.

1 *Bona omnia præſumuntur allodialia, & libera eſſe, niſi probetur contrarium.*
2 *Bona eſſe feudalia, vel allodialia, an dignoſcantur ex ſola confeſſione, vel aſſertione.*
3 *Bona eſſe allodialia aſſerens, de iure communi habet intentionem fundatam pro ſe.*
4 *Feudum eſt quædam ſeruitus.*
5 *Quæſtio ſi inciderit inter filiam defuncti, & agnatos de feudo aſſerentes eſſe feudalia bona, & filia negante, filiæ dicto ſtatur aſſerentis eſſe allodialia, & per conſequens mittenda eſt in poſſeſſionem.*
6 *Feudalis res in dubio non præſumitur, ſed libera.*
7 *Feudalis res præſumitur, ſi de ea concurrat fama, & ſimus in antiquis.*
8 *Licet in dubio res cenſeatur libera, & allodialis, tamen quando fama in contrariũ concurrit, & ſumus in antiquis, & de facto alterius agitur, illa fama facit plenam probationem.*
9 *Bona feudalia eſſe probatur, ſi Princeps in reſcripto, vel aliqua alia ſcriptura, & inſtrumento per verba enunciatiua narrat eadem feudalia eſſe.*
10 *Princeps in inueſtitura narrans bona feudalia eſſe, conſtituit plene edoctus.*
11 *Verba ex certa ſcientia, & animo deliberato appoſita in decreto Principis operantur præſumptionem informatiuam.*
12 *Verba narratiua, in quibus Princeps non fundat intentionem ſuam, faciunt qualẽ qualem præſumptionem idem operantur, quod fama, & in antiquis ſufficerent pro plena probatione.*
13 *Geſta a Principe in ſuis terris, qui de facto ſuperiorem non cognoſcit, iudicantur ac ſi à ſummo Principe, ſeu Imperatore geſta eſſent.*
14 *Eccleſia concedens iuriſdictiones, vel penſiones præſumitur in dubio concedere in feudum.*
15 *Quando dubitatur de latitudine prædiorũ feudaliũ, præſumitur omnia eſſe feudalia, & eaſdem qualitates, & conditiones, vbi nulla apparens nota diuerſitatis.*
16 *Feudalis res præſumitur, quando eam poſſidens in præteritum præſtitit aliquid Principi territorij in ſignum ſubiectionis.*
17 *Bona præſumuntur eſſe feudalia, ſi poſſideantur ab eo, qui præſtiterit ſeruitium perſonale.*

1 BOna omnia præſumi allodialia, & libera eſſe, † niſi probetur contrarium, à nobis ſupra traditum eſt, in cõcluſione, allodialis, & vltra ibi adducta ſequitur Pau.Caſtren.cõſ.180. nu.1.vol.1.& Bertran.conſ 183.nu.7.vol.6.& idẽ in cõſ.163. nũ.1.vol.5.& Par ſ.conſ.20.nu.1.& idẽ in conſi.203.n.9.eod. volu.Dec.conſ.413.nu.7 & conſ.468.nu.6. & an ex ſola con-
2 ſeſſione, vel aſſertione bona eſſe feudalia † vel allodialia dignoſcantur, multi tum profitendo, tum conſulendo docuere, in primis Curt.iun.conſ.145.nu.4.vol.2. Ruin.conſ.155.156. nu.1.vol.1.& conſ.154.num.4.vol.4. Imol.conſ.112.num.14. Com.conſ.165.nu.30.vol.2.Grat.conſ.9.nu.152.vol.1. Alcia. reg.2.de præſump.præſump.3.nu.1.& num.2. Pariſ.conſ.148. nu.25.vol.1.Maria.conſ.67.num.5. tit.1. late Dec.conſil.169. Caſſan.in conſuet.in tit de ſucceſſion.§.6.in ver.& les enfans de ſes freuſ.nu.5.fol.251.ſentit Abb.in c.veniens.in 2.& 3.notab.de accuſ.Gozad.in conſ.7.col.1.num.4.& in conſ.47.col. pen.& conſ.50.col.1.nu.8.Caſtren.conſ.179.nu.1. cum ſequ. Pariſ conſ 20.nu.1 Ioan.Andr.& Dd.in cap.nimis. de iureiu. & habetur in ca.1.& ibi gl.1.Caſtren.conſ.163.incip. in cauſa, & Alexan.conſ.129.ponderatis.in prin.1.vol.,& conſil.15. viſis in princ.in 5.vol.l.actus.C.de ſeru.& aq.

3 Ratio eſt, † quia is, qui aſſerit bona eſſe allodialia, de iure cõi habet intentionem fundatã pro ſe, quia omnia bona prę-ſumuntur allodialia, & hoc ex regula, quæ ſeſe habet, oẽs res præſumi liberas, niſi probetur ſeruitus impoſita, quia ab initio, & ab origine omnia ſunt libera, vt ſciuit Impe.Iuſtin.§.fi. Inſti.de ſeruit.Bal.in c.cum omnes, col.11.de conſti. rem aũt
4 eſſe † feudalem, vel emphyteuticam, eſt quædam ſeruitus, vt not.per gl.& Dd.in l.ſi cuius.ff.de vſufruc.in prin.Bal in c.1. col.vlt.de controuer.inueſt.& in cap.ſignificauit.Ioã.And.& alij.in c.fi.de iureiur.Imo.in clem.1.de iureiur.

Hinc iure optimo colligi põt, vt ſi quæſtio inciderit inter
5 filiam defuncti, & agnatos, † vel dñm de feudo, quia aſſerant agnati, vel dñs bona eſſe feudalia, filia vero neget, filiæ dicto fides ſit adhibenda aſſerentis eſſe allodialia, & ieccirco mittẽda eſt in poſſeſſionem, nam ipſa habet fundatam intentionẽ,
6 cum in dubio res non præſumatur feudalis, † ſed libera, caſus eſt deciſus, ca.1.§.inter filiam.ſi de feu.fuer.controu.int.dom.
* & vaſal & ibi Dd.* omnes hanc deciſionem ornant, & maxime Bal.Præpoſ.Alexan.& huic cõuenit.l.cum res. C.de prob. pulchre Gozad.conſ.7.nu.4.Dec.conſ.32. col.fi. & conſ.269. col.1.& conſ.413.nu.7.& conſ.468.nu.6.Alex.conſil.15.nu.1. vol.5.& conſ.129.nu.1.li.1.conſ.15.nu.19.

Primo limita concluſionẽ non procedere, quando pro eo,
7 quod res ſit feudalis, cõcurrat fama, † & ſimus in antiquis. ita declarat Alex.conſ.55.nu.16.li.5.per tex. in c.ſi quis. per 30. tit.ſi de feu.fuer controu inter dom.& agn.And.Tiraq.in cõſuet.Picto.tit.de retrac.§.32.num.9.cum ſeq. Iaſ.in l ſi prius. col.14.verſ.ſecundo limita.ff.de ope.no.nunc.Caſſan.in conſuetu.Burgun.fol.114.col.3 Gozad.conſ.50.vol.4.

Cuius rei ratio eſt, quia licet maxime in dubio res cenſeat̃
8 libera, & allodialis, † tamen fama repugnet, & ſimus in antiquis, & de facto alterius agatur, tunc illa fama facit plenam probationẽ, ſic obſeruauit Inn & alij in c.veniens.& in ca.q̃d per nouale.de verb.ſign.Spec.in tit.de probat.§.1.verſ.& nota quod præſcriptus, &c.Inno.in c.cum cauſam.de iura.calu. Cyn.in l.ſiquidem.C.ſolu.ma:r.Bal.Ang.& Sali. in l.proprie-
* tatis. C.de probat. ita * cõiter notant Dd. in l. atqui natura. §.cum me abſente.ff.de neg.geſt.Bald.in auth. quas actio.C. de ſacroſanc.eccleſ.& quando fama probet, infra dicetur in verbo, fama.

Secundo limita, niſi in reſcripto, vel alia aliqua ſcriptura,
9 & inſtrũo † per verba enunciatiua Princeps narraret dicta bona eſſe feudalia, ex hoc enim probatur, eſſe feudalia, vt dicit idem Alex.in eo.conſ.15.n.1.& 2.& per tex.in clem.1.de ꝓba.

Declares præfatam limitationem, vt procedat dũmodo in talib.narratiuis verbis Princeps fundet intentionem ſuam, vt quia illa ſic narrata cõferant ad id quod primo & ꝓcipue diſponebatur per principem in dicto reſcripto, vel inſtrũo. 2

V 2 habe-

habetur in d.clem.1.ſecundum Laudonum ibi, quem refert, & ſequitur Ioan de Imol.

10 Ratio eſt,†quia cẽſetur Princeps eo caſu plene edoctus de eo, quod narrat,& aſſerit, argu, de clemen.1.& per ea quę notat Io.And.in c.nonnulli.de reſcr.Card.Flor.in 9.q.qui alleg extrau.Clem.ſexti,qni incipit,prouide attendentes.

Hane vim habent illa verba,ex certa ſcientia,& animo de-
11 liberato, apponi conſueta in decreto Principis,† q̃ efficiunt præſumptionẽ informationis.l.ſed etſi quis.§.fi.& ibi no.Bar. & alij.ff.ſi quis caut.& Bar.in l.ſi dari.ff.de vet.obl.& in l.fin. § itẽ quæſiit.ff.de cond.indeb.Bal.in l.matet. C.de rei vẽdic. & in rub.C.de cõfeſſion.& in l.1.eo.tit.& in l.2.in 7.q.fi. C.de reſcin.vend.Ioan.ab Imol.in l.à Titio. ff.de verb.oblig.

Quod ſi eſſent verba narratiua facti ab alio, quam ab ipſo Principe,vel à prædeceſſore ſuo prolata,nec conſtaret,Principem plene,& perfecte de ipſis edoctum fuiſſe,tunc oẽs com-
*12 muniter * affirmant,† talia narratiua,in quibus Princeps nõ fundat intentionem ſuam,facere tantum qualemcunque præſumptionem eandem vim habentem,quam habet fama,adeo vt in antiquis tãtum ſufficeret pro plena probatione,per oonotata per gl.& Dd.in c.ſi Papa,in verb.probata.de priuil.in 6. & in c cum olim.de ceoſ.& plene notat Ant. de But.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſ.& notant Dd.in d.clem.1.& Ioan.And. in reg. non licet.in Mercurial.

Secundo declara ſupra dictam limitationem, quod vt procedat,neceſſe ſit,vt Princeps,qui tale quid aſſerit, iſtiuſmodi ſit,qui ſaltem (vt cũ noſtris loquar) de facto ſuperiorẽ non co-
13 gnoſcat,†qm̃ geſta à talibus in ſuis terris iudicantur, ac ſi à ſummo Priocipe,ſeu Imperator geſta eſſent, vt per Bar.in l.regula.ff.de pę.& in l.3.ĩ prin.ff.de min.& in l.hoſtes.ff.de capt. & poſtli,reuer.in l.quidã conſulebaot,in fio. ff.de re iudi.d.l. infamem.in fi.ff.de pub.iud.ca.per venerabilẽ. ext.qui fi.ſint legit.facit c.ſuper quiboſdam.§.præterea. de verb.ſig.& not. Bart.io l.1.§.de qua re.ff.de poſtul.Ioã.And.in addi.ad Spec, tit.de inſtrum.edit.§.porro.in addit.inci.Hæc ſubſcriptio.

Tertio limita concluſionem non procedere,qñ eccleſia cõ-
14 cedit alicui iuriſdictiones, vel penſiones, † quia præſumitur in dubio concedere nõ libera,ſed in emphyteuſim,vel in feudum,ita docuit Bal.in c.ad euidentiam.in vlt.col. de præſcri. refert.& ſequitur Iaſ.in l.ſi prius.col.14.de oper.no.nun. late Curt.iun.conſ.158.nu.1.Ruin.conſ.22.ſub nu.7.col.4.

15 Quarto limita non procedere,qñ dubitarur†de latitudioe prædiorum feudalium,oam tunc præſumitur,tota eſſe feudalia,& omnia eſſe eiuſdem qualitatis,& conditionis,vbi nulla apparent veſtigia diuerſitatis, vt declarat Iaſ.in conſ.235.in fi.vol.2.facit tex.in c.1 in fi.& ibi gl.de controuer.inter maſ. & fœ.de beneſ.& ibi Aluarot.col.2.Zaſ.conſ.11.vol.1.

Quinto limita concluſionem non procedere,quando poſſi-
16 dens rem,† in præteritũ præſtitiſſet aliquid Principi territorij,in qoo booa à ſe poſſeſſa ſita ſunt, in ſignum ſubiectionis, quia tunc res præſumitur feudalis, ſic loquutus eſt, & declarauit Afflic.ſuper conſti.Reg.fol.110.col.4. poſt And.de Iſer. in lib.1.ſub rubr.de offic.iuſtitiar.

Sexto limita niſi quis præſtiterit ſeruitiũ perſonale Princi-
17 pi.† nã tunc bona à tali poſſeſſa præſumuntur eſſe feudalia. ita decidit Grãmat,deciſ.77.n.1.& ſeq.refert,& ſequit̃ Cy.in auth.ingreſſi.verſ.circa p̃miſſa adhuc quæro.C.de ſacroſ.ecc.

CONCLVSIO CCX.

ARGVMENTVM.

Bona inuecta, & illata in fundum conductum quomodo probentur domino fundi obligata pro penſione, & quo pacto id procedat.

SVMMARIA.

1 Bona inuecta & illata in fundum conductum ex eo, quod in fundum inuecta, & illata fuerunt, probantur domino fundi obligata pro penſione.

2 Bona omnia illata in fundum conductum cenſentur tacite obligata domino pro penſione, non obſtante expreſſa obligatione in alijs rebus, & etiam in aliquibus ex ipſis illatis.

Idem dicitur de illatis, & inuectis in molendinum ibid.

3 Molendinum an ſit prædium ruſticum vel vrbanum vide remiſſiue.

4 Bona inuecta, & illata in naui, vt vehantur, obligata ſunt pro fœnore nauis.

5 Bona illata & inuecta etiam in porticum domus, & illi cohærentem, cenſentur obligata domino pro penſione.

6 Merces illata & inuecta in domum, vel apothecam, ad id conductam, pro penſione obligata ſunt domino.

Horreum & magazinum, idem ſunt, ibid.

7 Merces non probantur obligata pro penſione, cum ſunt illata in domum conductam. Quod declara, vt ibi.

8 Bona illata & inuecta in fundum emphyteuticum, pro penſione domino obligata ſunt.

9 Bona illata in domo conducta, vt ibi eſſent, quæ conductor poſtea aſportauerit, cenſentur obligata domino pro penſione.

10 Bona inuecta in domo conducta, domino obligata ſunt nedum pro penſione, verum etiam ſi deteriora facta ſint.

11 Bona in domum illata nedum à conductore primo, verum etiam à ſubconductore, obligata cenſentur primo locatori domino fundi.

12 Bona coloni partiarij illata in fundum conductum ſunt obligata domino pro penſione.

13 Actio ex obligatione datur etiam contra tertium poſſeſſorem.

14 Bona inuecta & illata, nedum in fundum vrbanum, verum etiam in ruſticum conductum, pro penſione obligata ſunt.

15 Res, quarum dominus eſt conductor, & res aliena, quas colonus poſſidebat mala fide, & inuehit in fundum conductum inſcio domino rerum, an cenſeantur domino obligata pro penſione, diſtingue, vt ibid.

16 Pecunia, quam quiſ habet in arca, vt impendat in quotidianas neceſſitates, non cenſetur obligata domino pro penſione domus.

17 Pecunia, quam aliquis in arca reconditam habet, ex qua nec obolum amouerat, ſed tenet loco peculij, & ſupellectilis, cenſetur obligata domino pro penſione domus conducta.

18 Veſtes quotidianæ, cum non veniant in expreſſa hypotheca, nec in tacita venire debent. Idem dicitur de lecto, & de omnibus his, quæ non veniunt in expreſſa generali obligatione, vt de ſcholarium libris, & de militum armis. Quod tamen limita, & reſtringe, vt ibid.

19 Inſtrumenta, & chirographa creditorum pro penſione domus non cenſentur obligata domino.

20 Res in fundum illata, & inuecta, vt ibi perpetuo maneant, pro penſione obligata ſunt domino, & quænam ſint inuecta, & illa in animo, vt ibidem permaneant vſque ad finem conductionis, ſtatur arbitrio iudicis.

BOna inuecta,& illata in fundum condoctum ex eo probari domino fundi obligata pro penſione†quod in fundum
1 inuecta,& illata fueruot,ſanxit Impe.Iuſtin.Inſtit.de action. §.item Seruian.verſ.1.& 2.& l.io prædijs.ff.in quib. cauſ.pignor.& hypoth.contrah.l.ſi nõ inuecta.l.certi iuris.C.eo.tit.

Ampliatur primo,vt procedat,ẽt ſi dñs pro dicta pẽſioοe ſibi proſpexerit de obligatione in alijs rebus,ẽt ſi in aliqbus
2 tantum ex ipſis inuectis,& illatis: † nam etiam omnes illatæ ceoſentur obligatæ tacite, non obſtante dicta expreſſa obligatione, vt ſeoſit Bal.in l.certi iuris.n.13. C.loca.quẽ referũt, & ſequuntur Ioan.Fab.Aret. & Iaſ. in d.§.itẽ Seruiana. Neguſ.io tract.de pignor.& hypoth.in 4.memb.2.partis.n.138.

Amplia ſecundo,vt procedat etiam in illatis,& inuectis in molendinũ,vt tradidit Bar.in d.l.certi iuris.quẽ ſequitur Ne-
3 guſan.vbi ſup.no.144 & quia dubitari conſueuit,an† molẽdinum ſit prædium ruſticum, vel vrbaoum, de hoc late ſcribit Tiraq.in tract.de retract.conſanguin.§ 1.gloſ.7.nu.92.

Amplia tertio, vt procedat ẽt in inuectis,& illatis io naui,
4 vt vehãtur,quæ obligata ſunt†pro fęnore nauis Bal.in d l.certi iuris.C.in quib.caſib.taci cõtraha.obliga.Tiraq.in trac.de retract.conſangui.§.1 gloſ.7.n.89.Neguſan.vbi ſup nu.140.

Amplia quarto,vt procedat nedum in inuectis,& illatis in
5 domũ,verum etiam in illatis † & inuectis in porticum ipſius domus,& illi cohæreotẽ, argumen.text.in l. eo iure.§ 1.ff.in quib.cauſ.pign.tacit contrah.Neguſan.vbi ſup.nu.139.Bal.in d l.certi iuris.facit: quia legata domo venit & porticus illi coniũctus.l.cætera.§ hoc Senatus.vbi Bart.& Iaſ.ff. de leg.2.

Amplia quinto,in mercibus illatis, & inuectis in domum,
6 vel apothecam† ad id conductam,ſic docet Bar.in l ſi conſtãte.in princ.in 3.quæſt.3.part.princ.ff.ſoluto matrim.& Bal.in l.vbi adhuc.in 8.col.C.de iure dot.per l cum tabernã in princip.ff.de pignor.quem dicit multum ſingularem, hanc ſententiam approbat Conna.in li 4.iuris ciuilis,ca.16.nu.8.Gozad. Inſtit.de actio.in §.item Seruiana.nu.23 & Zaſ.in num 20.ad quod plurimum confert l.3.ff in quib.cauſ.pign.tacit.contraha.præſuppoſito quod horteum,& area erant loci in quibus merces,& negociationes exercebãtur, l.quoties.ff.de pecul. l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca.l.ſed etſi.ff.de inſtito. actio.& Alciat.in l.non ſolum.§.morte.nu.58.ff.de oper.noui nunciat.aſſerit horteum,& magazinum idem eſſe.

Verũ qm̃ nonnulli in contrariã ſenientiã deſcenderũt,mer-
7 ces noo probari obligaras†cum ſunt illatæ,vt Bal.ſibi contrarius i d.l.certi iuris.C.in quib.cauſſis pign.taci.cõtrah. Alex. in d.l.ſi conſtãte.nu.35.ff.ſolut.matrim.& ibi Crot.in 2.lect. n.36.Soc.in tract.fallent.regu.592.fallent.2.Neguſ.in trac.de pigno.in 4.memb.2.parr.nu.153. ita poſſet contractus tolli.

Declara

Digitized by Google

Declara præfatam ampliationem, vt procedat in ſuo caſu,
quando fundus, & domus ad id conducta fuit, ſecus ſi cōdu-
xit ad habitationem propriam, licet poſtea intulerit merces,
quæ forte alibi conſueuerat collocare, quæ quidem proce-
dunt in primis per d.l.cum tabernam.
8 Amplia ſexto, vt procedat etiā in rebus illatis † & inuectis
in fundum emphyteuticum, vt per Baldū in d.l.certi iuris.nu
me.8.C.loca.quē ſequitur Ang.Aret.Inſtit.de act.in §.itē Ser
uiana.nu.1.ad quod pertinet, quia in iure noſtro talis contra-
ctus q̄nque appellatur emphyteuticus. §.adeo Inſtit.de loca.
Amplia ſeptimo, vt procedat etiam dato, ſi conductor bo-
9 na illata, vt ibi eſſent, † poſtea aſportauerit. Bal.i l certi iuris.
C.loca.Ang.Aret.in §.item Seruiana.num.1.Inſtit.de action.
Neguſ.in tract. de pign.in 2.memb.4.par.no.142.
Amplia octauo, vt procedat vſque eo, vt nedum pro pen-
10 ſione, verum ēt ſi deteriora facta ſint, † obligata ſint, per l 2.
ff.in quib.cau.pig.taci.contraha.per quem tex.ita dixit Bart.
in l.ſolutam.§.ſolutum.ff.de pign.actio Neguſ.ſequitur in d.
tracta.in 2.memb.4.par.num.129.Balduinus in comment.de
pigno.ca.6.col.3.verſ.ſed obſtandum eſt.Conna.li.4.cōmen-
tar.iur.ca.16.nu.7.
Ampliatur nono, vt procedat nedum in bonis illatis à con
11 ductore primo, verum ēt à ſubconductore, † quæ ēt obligata
cenſentur primo locatori dn̄o fundi, vt tradidit Bar.in l.ſolu-
tum.§.ſolutū.ff.de pign.act. & in l.ſed etſi lege. §.ſi colonus.
ff.loca.Roman.in ſing.191. Neguſ.in trac. de pig.in 4.memb.
2.p.n.135.Baldui.i cōm.de pig.c.6.col.2. verſ.ſed & cū olim.
12 Ampliatur decimo, vt ꝓcedat ēt † in bonis coloni partiarij,
ita ſentiūt vno conſenſu Roffr.& Cy.in d.l.certi iuris: & poſt
eos Bal.nu.6.C.loca.& gl.in §.itē Seruiana.in verſ.quis Inſti.
* de actio.vbi Ang.Aret.n.13.& Gomeſ. n.9. qui atteſtatur de *
cōi, & ibidē Zaſ.nu.14.Florian.in l.2.nu.3.ff.loca.Alexand.in
conſ.32.nu.3.li.1.Socin.in trac.reg.regu.192.limit.vlt. Barba.
in rubr.ext.de loc.etiam ſi dictus colonus aliqua certa ſpecie
promiſſa colat.Bal.in d.l.certi.nu.6.Roman.in ſuo ſingu.233.
vbi multa iura ad id ſubtiliter ponderata adducit.
Amplia vndecimo, vt procedat, ēt ſi res huiuſmodi poſtea
13 ſint alienatæ, † quia ēt contra tertiū poſſeſſorem datur actio
ex dicta obligatione, l.1.in prin.ff.de Sal.interdicto. qui loq-
tur i partu ancillæ obligatæ, qui caſus in vtranq; partē diſpu
tari poteſt. Et in primis quod ad dicta bona detur actio con-
tra tertium, voluere gl.cæteriq; Dd.in d.l.1.& in l.1.C.eo.titu.
Neguſ.in d.trac.memb.4.2.par.nu.133. Balduinus in §.inter-
dictum.Inſtit.de interdic.& in comment. de pign.c.14.col.2.
Frāc.Sarment.in cōment.de redd.eccleſiæ, par.3. ca.2.nu.19.
Amplia duodecimo, vt procedat nedum in inuectis, & il-
14 latis in fundum vrbanum, † verum ēt in fundum ruſticū con-
* ductū, pro hac ſententia eſt * cōis opin.Dd.in §.item Seruia-
na.Inſtit.de actio.vbi gloſ.& Ang.nu.12. & Iaſ.nu.54.Gomeſ.
nu.13.Zaſius num. 16.Ioan.Bapt.Aſinius.in l.at ſiquis.§.ſi co-
lonus, nume.18.ff.de relig.& ſump.fun.qui alios antiquiores
allegant.
Limitatur primo hæc cōcluſio ita ampliata, vt procedat in
rebus, quarum dn̄s eſt conductor, ſecus ſi ſint res alienæ, quas
colonus poſſidebat mala fide, & inuehit in fundum cōductū
15 inſcio dn̄o rerum, † ſed ſi bona fide poſſideret, adhuc eſſent
* obligatæ, & de * cōi teſtatur Iaſ.in d.§.item Seruiana.nu.53.
Inſtit.de act.quod dictū dicit eſſe originale gl.in l.item quia.
in prin.in verſ.iuncta.ff.de pact.quam approbat Ang.Aret.in
d.§.itē Seruiana.Bal.in d.l.certi iuris.C.loca.nu.10.& ibi Sa-
lice.in 2.q.& Affli.deciſ.184.Aſinius in l.at ſi qs. § ſi colonus
in fi.ff.de reli.& ſump.fun.ſi vero poſſideat mala fide, & inue
hantur ſciēte, & patiēte dn̄o rerū illarū, pugnant vtrinq; au-
ctoritates. Inter quas primas ſibi vēdicat Accur.auctoritas in
* d.l.certi iuris.C.loca.qui ſentit eſſe obligatas, quem ſequitur
Bar.in l.quæ dotis.in vlt.col.ff.ſol.mat.vbi Alex. Bal.in l.ſi ſi-
ne.C.ad Velleia.in 2.col.verſ.quarto q̄ro. Alex.in l. Lucius.ff.
ſolu.matr.Salyc.in l.inuitus.C.de procur.alij ſenſere, nullam
contrahi tacitā obligationē ſuper illis rebus ex quibus fuere
Cy.Ia.de Aret.Bal.& Salic.in d.l.certi iuris.C.loca.& Alex.in
* l.itē quia.in prin.ff.de pac.vbi Bal.& hanc dicit * cōem Iaſ.in
d.§.itē Seruiana.nu.54.Inſti.de act.& ibi Gomeſ.nu.24.Negu
ſan.in trac.de pign.in 2.memb.4.par.nu.152.niſi tn̄ dn̄s pate-
retur res ſuas inuehi in fundum conductum, vt locator ma-
gis alliceretur ad locandum, quia videbat conductorē opti-
mam habere ſupellectilem, & inſtrumenta, vel ni aliter dolo
perferret, vt per Dd.in locis mox citatis.
Limitatur ſecundo, vt procedat in reb. mobilibus, & ſupel
16 lectilibus, † ſecus in pecunia, quam quis habet in arca, vt im-
pendat in quotidianas neceſſitates, quæ non cenſetur obliga
ta Gomeſ.Inſtit.de actio.§.item Seruiana.nu.50.& Zaſius, nu
me.22.Crot.in l.ſi conſtante.in 1.lectu.in nu.96. & in repeti.
nu.140.ff.ſol.matrim.
Declaratur hæc limitatio, vt non procedat in pecunia, quā
17 aliquis † in arca reconditam habet, ex qua nec obolū amoue
ret, ſed habet loco immobilium, & peculij, ac ſupellectilis, ita
tradit Barba.in c.nulli.col.vlt.de reb.eccl.non alie. Gomeſ.in
§.item Seruiana.nu.51.& Zaſ.num.22.
Limitatur tertio, vt nō procedat in veſtimētis quotidianis,
18 quæ cū nō veniant in expreſſa hypotheca, † nec in tacita ve-
nire debēt, vt per Bal.in d.l.certi iuris.nu.9. C.loca.Neguſ.in
d.trac.de pign.in 4.mēb.5.par.n.151. Ioā.Faber in d.§. item
Seruiana.nu.2.& Ang.nu.1.in fi.vbi Zaſius nu.25. verſ.quinto
inferas. vbi ex multitudine rōnis idem dicit tenendum in le-
cto, & omnib.his, quę non veniunt in expreſſa generali obli-
gatione, quem ſequitur Afflic.d.deciſ.184. vt in ſcholarib. li-
bri, & in militibus arma, & ibi idem tenet ante eum Angel.
Quæ limitatio dēt reſtringi, vt ꝓcedat, qn̄ adſunt alia bo-
na mobilia illata, & inuecta, quæ poſſunt obligari, nā alioqui
& illa obligarentur, quia tūc ceſſat priuilegiū, ne illa illiuſmo
di obligentur, priuilegium inquam, l.obligatione gn̄ali.cum l.
ſeq.ff.de pig.quæ iura ita declarat Petraſancta in ſuo ſing.35.
dictū eſt, quē in ſimili ſequit Zaſ.in d.§.itē Seru.nu.22.ad fin.
Limitatur quarto, vt non procedat in inſtr̄is, & chirogra-
19 phis creditorū, † quę nō cenſentur obligata, nec nomina de-
* bitorum, ita tenet Iaſ. qui teſtatur de * communi, in d.§.item
Seruiana, nu.49.vbi alios allegat, quibus adde Neguſ.de pig.
in 4.memb.2.par.nu.53.verſ.octauo limita.
20 Limitatur quinto & vltimo, vt † procedat, ſi res in fundum
illatę, & inuectę ſint, vt ibi perpetuo maneāt, alias ſecus, l.de-
bitor.ff.de pign.l.in prædijs.§.1. illud aūt perpetuo declarāt
Dd id eſt, per totum tēpus conductionis, vt per Iaſ. in d.§.itē
* Seruiana.nu.35.vbi teſtatur de * cōi, & idem ſentiētes in me-
dium adducit, ſubiungens ſtari arbitrio iudicis, quænā inue-
cta, & illata ſint eo animo, vt ibi permanerent vſque ad finem
conductionis, quem ſequitur nūquam ſatis laudatus ille Me-
noch.de arbit.iudi.in centur.5.caſu 441.vbi alleg.Neguſan.in
tract.de pig.in 2.memb.2.par.num.128.

CONCLVSIO CCXI.

ARGVMENTVM.

Bona mulieris an dotalia, vel paraphernalia eſſe præſumantur.

SVMMARIA.

1 *Bona mulieris præſumuntur eſſe paraphernalia, ſi ſuper illis non apparet de dotis conſtitutione.*
2 *Mulier habet patrimonium triplicis generis.*
3 *Dos eſt mariti.*
4 *Maritus cenſetur procurator vxoris in bonis paraphernalibus eiuſdem.*
Vbi nulla eſt conſtituta, ibi paraphernalia eſſe non poſſunt, ibi.
5 *Maritus non eſt procurator in bonis penes vxorem retentis, nec ipſi traditis.*
6 *Maritus in bonis paraphernalibus vxoris intelligitur habere tacitam admini-ſtrationem.*
7 *Mulier ſi contradicat, non poſſunt eius bona paraphernalia à viro adminiſtrari.*
8 *Qualitas viri, & eius conditio, & facultates attendenda ſunt, vt præſumatur bona vxoris non eſſe omnia paraphernalia.*
9 *Bona vxoris, quæ per maritum adminiſtrantur tanquam maritum, dotalia præſumuntur.*

BOna mulieris non ex eo probantur in dotē data, quod ma
1 rito ſint tradita, & illa adminiſtrat, ſed † p̄ſumuntur eſſe
paraphernalia, ſi non apparet de dotis conſtitutione ſup illis
bonis, ſi fides eſt hn̄da cōſulenti Alex.in cōſ.144.per totū, quē
latē differentē videas Bal. in conſ.69. Factum tale eſt.nu.11.
vol.5.& Cephal in conſ.122.nu.17.vol.1.& in conſ.157.n.1.
vol.2.Dec.cōſ.521.nu.8.verſ.venio ad ſecundū. qui loquitur
in fortioribus, ſcilicet quando mulier tradidit bona per hæc
verba, ad habendū, gaudendum, & vſufructuādum ſupra do-
tem Alexan.in conſ.142.lib 7.Paul.de Caſtr.in conſ.60 lib.2.
& i auth.præterea.C.vn̄ vir & vx.ibi Dec.Flor.in ſua diſpu.in
Corn.in cōſ.227.lib.4.Rom.in cōſ.314.Dec.conſ.521.Iaſ.in

ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.Hippol.Marſil.in ſingul.ſuo 638.
Bal.in conſ.68.lib.2.alias eſt conſilium.102.lib.4.Bart.in diſput.ſua quæ incipit, Mulier amplum hñs patrimonium Bald.
in auth.res quæ.verſi.ſed nunquid.C.commun.de leg.Ang.in
l.1.ff.ſolut.matrim.quod eſt verum,etiam ſi mulier nullã dederit dotem viro,ita conſuluit Alex.in d.conſi.144.lib.5.

Vt autẽ termini (vt cum noſtris loquar) & vocabula artis iu
2 ridicæ rudioribus nota fiant,ſciendũ eſt, † mulierem habere
patrimoniũ triplicis generis,vt ait Bal.in cõſ.ſuo incip Sciendum,quod mulier.Alex.in conſ.42.li.1.nu 2.& in conſ.32.li.
2.Afflict.in deciſ.44.Iaſ.in conſi.197.li.3.Deci.in conſi.521.

3 Primo habet dotẽ † quæ eſt mariti,arg.l.doce ancillã.C.de
rei vendic.l.in rebus.C.de iure dot. cum alijs adductis per
Dec.in conſi.521.nu.1.

Secũdo habet bona,quæ à noſtris vocantur paraphernalia
4 quæ ab vxore marito extra dotem tradũtur, † in quibus maritus procurator vxoris cenſet,arg.l.fin.C.de pact.cõuen.adeo
vt vbi nulla dos eſt cõſtituta,ibi paraphernalia eſſe non poſſint,vt reſpondit Alex.in conſil.144.circa primum. col.4.poſt
med.volu.5.

5 Tertio habet bona penes ſe retẽta,nec marito tradita, † in
quibus maritus nõ eſt procurator,arg.l.maritus.C.de procurat.& in iſtis bonis vir nullã habet adminiſtrationem,vnde ſi
agit,cauet de rato pro muliere,arg.d.l.maritus.Sed pro para
6 phernalibus non cauet,qa in illis intelligitur † habere tacitã
adminiſtrationem,arg.d.l.fin.C.de pact.conuen.& ibi glo.Et
dicit Bal.maritum cogi reddere rationem,quatenus conuertiſſet in vſus proprios, quia debuit conuertere in vſum communem,vt in d.l.fi.& in l.ſtipulata.§.1.ff.de donat. inter vir.
& vxor.& notat late Alex.in d cõſ.144.lib.5.per totũ. Ceph.
in conſ.122.in princ.vol.1.& Natt.in conſ.75.vol.1.vbi tñ ſub
7 nu.3.dicit, † ſi mulier repugnet.nõ poſſe bona paraphernalia
à viro adminiſtrari,arg.l.hac lege.& ibi Bal.C.de pac.cõueu.

8 Limita concluſionem non procedere,qñ † ex qualitate perſonarũ aliud præſumendum eſſet,vt cum qualitas viri,& eius
conditio,& facultates ita merebantur,l.quæro,l.ſine generalis.ff.de iure dot.ſecũdũ Bar.in l.ſi conſtante.in 4.q.3.partis.
ff.ſol.matr.Bal.in l.fi.C.de ſent.q̃ ſine cert.quãt,& in l.ſi ante.
ff.ſol.matr.& Bal.cõſ.69.n.2. vol.5.Alex.d.cõſ.144.n.1.vol.5.

Limita ſecundo concluſionẽ non procedere in bonis vxo-
9 ris,quæ per maritum adminiſtrantur tãquam maritus, † quia
talia bona dotalia præſumuntur,arg.l.quamuis.ff.de iure dot.
l.pen.in princ.& l.fi.ff.ſolut.matri.& notat Bar.in l.ſeruus dotalis.in fi.ff.eod.& Siluan.in conſi.95.nu.1.vol.2.

CONCLVSIO CCXII.

ARGVMENTVM.

Vidua adminiſtrans pupilli bona,an ea,quæ penes ipſam fuere inuenta,ex bonis pupilli quæſita præſumantur.

SVMMARIA.

1 *Bona penes viduam reperta habentem adminiſtrationem pupillarem,præſumantur ex bonis pupilli eſſe quæſita.*
2 *Coniecturæ,& præſumptiones legibus expreſſæ tantæ ſunt energiæ,vt omnino dicantur liquidiſſimæ probationes.*
3 *Vidua ſe acquiſiuiſſe aſſerens, ſed non ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris,hoc probare tenetur.*
4 *Vidua ſi habuit bona propria, vnde potuerit acquiſitionem facere, & pupillus ſit inops,non præſumitur,quod acquiſiuerit ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris.*
5 *Mulier an ſemper præſumatur acquiſiuiſſe bona intuitu mariti,vide remiſſiue.*

BOna penes viduam reperta habentem adminiſtrationem
1 pupillarẽ, † præſumi ex bonis pupilli eſſe quæſita,& intuitu dictæ adminiſtrationis,reſpõdit Pariſ. cõſ.80.n.12.li.1.q
* hanc aſſerit* cõem eſſe opinionẽ.Ang.conſ.121.nu.2.per totũ.
quod cõſiliũ Angeli tanquam ſingulare refert,& ſequitur Præpoſitus in c.ſignificauit.in fi.extr.de dona. int. virũ & vxorẽ.Curt.ſen.conſ.24.nu.2.Alex.conſ.82.nu.14.Perſpectis.lib.
2 Franc.Aretin.conſi.32.per totum.quem vide.

Et iſta concluſio inniti vr̃ l.quintus.ff.de donat. inter virũ
& vxorem.& l.etiã.C.eod.de donat.inter virum & vxorem.
& iſtud ſenſit Bal.in l.cũ oportet & ibi Sali.in prin.de bo.quę
libet.& Albetic.de Roſat.in d.l.etiam.C.de donat.inter virũ
& vxorem.Barbat.in c.1.de pecul.Ioan.Crot.in repetit.l.ſi 2
ter à fratre.char.9.col.2.q.32.ff.de cond.inde. confirmant et
recentiores adducẽtes alias deciſiones in tract.Silu.nuptial.
folio 68.col.1.verſi.2. Primo amplia, qui hoc modo ampliat
diſpoſitionem d.l.quintus.& d.l.etiam.C de donat.

Et ratio eſt,ne contra eam habeatur ſiniſtra ſuſpicio, & vt
à delicto liberetur,vt reſpondit Ang.conſi.141.nu.2.

Hæ vero cõiecturæ & præſumptiones tantæ ſunt energiæ,
2 eo † quod legibus ſunt expreſſæ in d.l.quintus.& d.l.etiam. vt
omnino dicantur liquidiſſimæ ꝓbationes,l. ſi quis locuples.
in fin.ff de manumiſſ.teſta.l.licet Imperator. de legat.1.cum
alijs allegatis per Angel.& Alex.in l.1.C.de teſtam. milit. &c.
& per Dec.in rubric.extr.de probat.nu.24.vſque eo,vt onus
probandi in aduerſarium transferant præciſe.

3 Vñ inferẽ, † vt vidua,quæ ſe acquiſiuiſſe, ſed non ex bonis,
& pecunia adminiſtrationis curę pupillaris aſſeuerer,hoc ꝓbare compellatur.Pariſ.conſ.80.nu.13.li.1.Herculan.de proban.negat.fol.23.nu.26.verſi.vigeſimoſeprimo infertur. &c.

Quod vero ſum dicturus,obſeruatione dignum eſt,uã con
4 cluſio procedit,dũmodo non occurrat cauſa, † cur aliunde talẽ acquiſitionem facere potuerit, quod habebat propria bona,& pupillus erat inops, vt non potuerit aliquid ſupereſſe
* ex illius redditibus deductis impenſis,ita Dd.* omnes dictis
locis ſupracitatis,& præcipue Ang.in d.conſi.141.

An autem in dubio ſemper mulier præſumatur acquiſiuiſ-
5 ſe bona, † intuitu mariti,dicetur fuſius infra in concluſione,
Mulier,& in concluſione,Vxor.

CONCLVSIO CCXIII.

ARGVMENTVM.

Bona reperta in domo viri,an præſumantur eſſe viri,an vxoris,& quo pacto vxor ſua eſſe probare poterit.

SVMMARIA.

1 *Bona reperta in domo viri præſumũtur viri eſſe propter præeminentiam,& mulier aſſerens ſua eſſe,probare debet.*
2 *Bona ſua eſſe probare poterit mulier per ſcripturam priuatam viri.*
3 *Bona reperta in domo viri, cum non poſſit clare probari,an illius,an mulieris ſint ſufficit probatio per coniecturas,& præſumptiones.*
4 *Mulieris ſunt veſtes,& alia,quæ eidem conueniunt,vt pectines,belleta,& ſimilia; & contrarium dicens,probare debet.*
5 *Bona paraphernalia vxoris,eiuſdem ſunt,alio non probato.*

BOna reperta in domo viri præſumuntur eſſe viri ꝓp quandam emphaſim.Hinc fit, vt cum mulier ſua bona eſſe aſſe
1 rat, † debeat hoc probare,alioqui non admittetur,ita ſingulariter decidit Matth.Mattheſ.in l.1.C.de priuileg.fiſc.nu.3.

2 Primo probare hoc in caſu poterit mulier, † illiuſmodi bona eſſe ſua per ſcripturam priuatam viri,arg.l.ſi ego.§. dotis.
ff.de iur.dot.Ange.Imol.Roman.in l.qui iura familiaritatis.
ff.de acquir.poſſ.

3 Præterea cum non poſſit id clare probari, † ſufficit probatio
per coniecturas,& ꝓſumptiones,arg.l.conſenſu.C.de repud.
Bart.Soc.conſ.128.nu.3.vol.1.

Primo limita concluſionem non procedere,qñ ex qualitate rerum oritur præſumptio pro muliere,alio non probato,vt
4 † in veſtibus muliebribus,& in alijs,quæ conueniũt mulieri,
vt eſt ipſius mundus,pectines,vnguenta,fuci, & huiuſmodi,
his.n.in caſibus,qui repugnare voluerit,nõ eſſe mulieris,hoc
probare debet,argum.l.hoc legatum.ff.de legat.3.

Secundo limita concluſionem non procedere iñ bonis pa
5 raphernalibus vxoris, † quia in eis eſt fundata intentio mulieris,alio non probato,nam ex eo,quod ſunt in ipſius vſu, præſumuntur eſſe ſua,l.quidam. ff.de cond.inſtit.l.1.ff.famil.erciſ.& dictum eſt ſupra,late in ver.Bona mulieris.

CONCLVSIO CCXIIII.

ARGVMENTVM.

Bona reperta penes vxorem,an in dubio acquiſita præſumantur ex bonis mariti.

SVMMARIA.

1 *Bona reperta penes vxorem, in dubio præſumuntur acquiſita ex bonis mariti, vt euitetur ſuſpicio turpis quæſtus.*

2 *Vxor acquirens nomine proprio, tenetur reſtituere pretium marito, aut eius hæredibus.*
3 *Præſumptio iuris tolli non poteſt, niſi probetur contrarium.*
4 *Confeſſio mariti in inſtrumento acquiſitionis facta, quando dicit, acquiſita eſſe de bonis vxoris, non tollit præſumptionem, vt non fiat ex bonis ipſius, & ſimulata, & ficta præſumitur, & à lege ſuſpicioſa cenſetur.*
5 *Vxoris eſſe res probatur per ſcripturam priuatam mariti, in qua ipſe id confitetur.*
6 *Vxor in inſtrumento acquiſitionis dicens, ſe acquirere de pecunia propria, marito conſentiente, ſeu patiente, facit ceſſare præſumptionem, quod acquiſita ſint ex bonis mariti.*
7 *Confeſſio fauore dotis nec iuramento aſſertorio præiudicat marito.*
8 *Mulier ſi ſit hæres amplæ hæreditatis paternæ, vel aliunde bona habeat, quod emit nomine proprio, cenſetur emiſſe de bonis patris.*
9 *Vxor ſi ante contractum matrimonium habuit pecunias, & illas marito contracto iam matrimonio non aſſignauerit, quod emit, acquirere non præſumitur ex bonis viri.*
10 *Intellectus l. quintus. ff. de dona. int. vir. & vxor.*
11 *Mulier aliquam artem habens, vt obſtetrix ſiue manu medeatur, vel textrix, quod acquirit ſibi acquirit, quaſi ex propria induſtria partum, & ceſſare facit omnem ſuſpicionem turpis lucri.*
12 *Mulier obſequialia ſeruitia debet præſtare marito, non autem induſtrialia.*
13 *Vxor habens paraphernalia, quando maritus non eſt induſtrius, nec à diuitijs ſit inſtructus, quod ipſa acquirit, ex bonis mariti acquirere non præſumitur.*
14 *Bona acquiſita dicuntur de pecunijs mulieris, ſi maritus confiteatur, vel proteſtetur ita eſſe iurans proteſtationi ſtare, non contrauenire.*
15 *Filius, quod acquirit, acquirere præſumitur ex pecunia paterna, niſi pater aliter confeſſus, & iuratus fuit.*
Argumentum valet de vno ad alium ibi.
16 *Confeſſio dotis receptæ ſapit probatam donationem.*
17 *Maritus ſoluto matrimonio ſi agat contra vxorem, non debet in libello concludere, vt reſtituat bona, ſed pretium ſeu pecuniam per ipſam in dictis bonis impenſam.*

BOna reperta penes vxorem, in dubio præſumuntur acqui
1 ſita ex bonis mariti, † idq; ea rõne fit, vt euitetur ſuſpicio
turpis quæſtus, vt in l. quintus. ff. de don. inter vir. & vx. & ibi
Dd. & maxime Salic. & in l. ẽt. §. fi. C. eod. idem ẽt notat Crau.
in conſ. 81. n. 4. vbi etiam dicit, idcirco vxorem acquirentem
2 nomine proprio cogi reſtituere pretiũ marito, † aut eius hæ-
redibus, vt traditum fuit à Barto. in l. vxor marito. C. de don.
inter vir. & vxor. quem refert & ſequitur Bal. in conſ. 358. in-
cip. Super eo quod quæritur. col. 11. li. 3. Conſulas noſtrã con-
cluſionem ſupra relatam, bona penes viduã, atque concluſio-
nem. Acquiſita per mulierem. & Pariſ. in conſ. 62. n. 9. cũ alijs
ſupra in dictis concluſionibus, allegatis, vol. 1. vbi dr̃ notabi-
3 liter, † huiuſmodi præſumptionẽ, cum ſit iuris, tolli non poſſe,
niſi per ipſam mulierem probetur contrarium, vt ẽt dicit Bar.
in ſimili. io l. ſi quis ex argentarijs. §. præter. ff. de eden.
Primo amplia concluſionem, vt procedat, licet maritus di-
cat in inſtrumento acquiſitionis fuiſſe acquiſita de bonis ip-
4 ſius vxoris, † nam tunc per huiuſmodi confeſſionem mariti
non tollitur talis præſumptio, cum facta ſit conſtante matri-
monio, & in fauorem mulieris, ſicque ſimulata, & ficta præſu-
mitur, & à lege ſuſpicioſa cenſetur, etiamſi nulla alia contra
mulierem concurrat iuris præſumptio, prout dicit Pariſ. in d.
conſi. 62. nu. 5. vol. 1. & cum ibi allegar. & latius de hac infra
dicetur in concluſione, Confeſſio mariti.
Scias tamen contrarium ſentire Crau. in conſi. 61. nu. 7. vbi
5 dicit, † per priuatam ſcripturam mariti, io qua confitetur, res
eſſe vxoris, id vnum probari poſſe, tũcque non habere locum
contextum in d. l. quintus. ſecundũ Ang. Imo. & Rom. in l. qui
iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ. & Salic. in l. cum propria. C.
ſi quis alteri, vel ſibi. vbi quando vxor in inſtrumento acqui-
6 ſitionis dicit, † ſe acquirere de pecunia propria, marito con-
ſentiente, ſeu patiente ceſſat præſumptio d. l. quintus.
Prior opinio confirmat ex eo, quod nec fauore dotis con-
feſſio præiudicat marito, l. 2. C. de dot. can. non numera. quod
7 vſque eo verum eſt, vt nec iuramento aſſertorio † confeſſio
præiudicet. Cyn. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Rom. in conſ. 44.
Soc. in l. 1. col. 19. verſ. ſecunda concluſio. ff. de iureiur. & cõſ.
61. col. 3. verſ. non obſtat. li. 1. & conſ. 65. col. 7. verſ. ſed tamẽ,
eodem lib. Ruin. conſ. 135. nu. 9. li. 1. & conſ. 54. lib. 5. & conſ.
145. li. 1. gl. in l. 3. C. plus uale. quod agi. vbi Bal. Gozad. in cõſ.
69. nu. 11. Iaſ. in l. 1. ff. de iureiur. & in §. item ſi in fraudẽ. col.
2. verſ. vltimo præmit. Neuiz. in conſ. 53. Did. li. 2. var. reſolut.
c. 7. nu. 4. Imol. in c. cum contingat. de iureiur. Soci. in l. 1. col.
pen. verſ. ſed à promiſſo fundamento. ff. ſol. matrim.
Primo limita concluſionem, ſi aliunde potuit mulier dicta
8 bona acquirere, † vt ſi eſſet hæres amplæ hæreditatis pater-
næ, prout dicunt Dd. ſupra allegati in dictis cõcluſionibus ſu-
perioribus, & Barth. Soc. in conſ. 249. nu. 33. vol. 5. cum ibi al-
legatis. Eo enim in caſu, licet aliquid emiſſet nomine pprio,
cenſetur emiſſe de bonis patris, vt ibidem ſcripſit Socin. vel
aliunde bona haberet, vt tradit gl. in c. manifeſte. 15. quæſ. 1.
Bal. in conſ. 67. lib. 5. & Crau. in d. conſ. 61. num. 7.
9 Secundo limita, † ſi conſtaret, vxorem ante contractum ma
trimonium habuiſſe pecunias, nec illas contracto iam matri-
monio aſſignaſſe, vt voluit Bal. in l. fi. C. de pign. num. 3. & in l.
ſi vxor. nu. 4. C. de cõd. inſer. & videas quæ ſupra ſunt adducta
in concluſione, Acquiſita per mulierem, in 1. limit. & Alex. in
conſ. 42. incip. In cauſa. nu. 2.
Nam diſpoſitio d. l. quintus. ſolum habet locum in bonis,
10 quæ obuenerunt † vxori poſt contractum matrimonium, ſe-
cus ſi ante ipſum matrimonium, prout dicit Bal. in l. vxorem.
C. de cond. inſer. & in l. inſuper hypothecis. C. de pign. & Cra
uet. in d. conſ. 61. nu. 7.
Tertio limita concluſionem, quãdo vxor haberet aliquam
artem, vt quod eſſet, aut obſtetrix, vel manu mederetur, ſiue
11 textrix, † cuius exercitij cauſa pecunias aliquas coegiſſet, nã
tunc omnis ſuſpicio turpis lucri ceſſaret, & idcirco ſibi hoc
acquireret, quaſi ex propria induſtria partum, Iacob. Nouell.
in ſuis regul. regula 96. Nec vllum vim facit, ſi dicatur, vxorẽ
viro debere laborare, cum hoc non ſit verum ſimpliciter, nã
12 obſequialia ſeruitia debet præſtare marito, † non aũt indu-
ſtrialia, vt obſeruat Capra conſ. 72. nu. 15. Bal. in l. 1. C. de leg.
25 re in præſcriptione, cuius memoria vſurpari non poſſit, † nã
tunc bona fides ſemper præſumitur, & allegari non debet, vt
per tex.in c.1.de præſcri.in 6.& ibi Dd.& per Afflic.in deciſ.
239.in fi.cum multis alijs adductis per Rol. à Valle. in conſi-
lio 3.nu.95.vol.1.

Secundo limita ſi ſtatutum requirat bonam fidẽ, quia tunc
26 non præſumitur, ſed opus erit, vt probetur per quędam ſimi
lia, ita Calcan.in conſ.58.incip.illud afferam in mediũ.quem
ſequitur Tiraq.in d ſuo trac.de præſcr. d.verſ. bona fide.§.&
glo.fol.9.& Ceph.in conſ.227.nu.58.vol 2.

Sublimita prædictam limitationẽ, vt non procedat, ſi appa
27 reant aliquæ coniecturæ, † ex quib. bona fides colligi poſſit,
vt poſſeſſio longi tẽporis, vel ſimilia, nã tunc huiuſmodi con-
28 iecturæ ſufficiunt abſque alia probatione, † etiã quando ſtatu
tum requirat bonam fidem, ita reijcit dictum Barbat. Aymo
Crau.in ſuo trac.de antiq.tempo.1.par.verb.quæritur etiam
nu.40.& 41.Bar.& Dd.in l.Celſus.C.de vſucap.hanc vero ma
teriam late Tiraqn.proſequutus eſt tit.de præſcri.glo.2.verſ.
ſed quod in dubio.cum ali.verſ.ſeq.

Tertio limita in præſcriptione ſeruitutum, nam in tali præ-
29 ſcriptione bona fides non præſumitur, † niſi aliqua iuſta cauſa
oſtendatur credulitatis, vt obſeruat gl.in l.1.§ hoc interdicto.
C.de iti.actuque pri.Cyn.in l.1.& 2.C.de ſeruit.& aqua.Cal-
can.in conſ.53.nu.1.

CONCLVSIO CCXXV.

ARGVMENTVM.

Bona fides quomodo præſumatur ex diuturnitate temporis triginta, vel quadraginta annorum.

SVMMARIA.

1 *Bona fides præſumitur ex diuturnitate temporis triginta, vel quadraginta annorum, & ſic ex præſcriptione.*
2 *Præſumptio malæ fidei videtur purgari ex curſu triginta annorum.*
3 *Mala fides allegari non poteſt poſt lapſum longiſſimi temporis.*
4 *Mala fides præcedens non tollit præſumptionem bonæ fidei acquiſitam per ſpatium triginta, vel quadraginta annorum.*
5 *Mala fides nocet in præſcriptione.*
6 *Mala fidei poſſeſſor de iure canonico non præſcribit in æternum.*
Poteſtas ſuprema non eſt præſcriptibilis. nu. 7.
7 *Poteſtas Imperatoris non præſcribitur, niſi per tempus antiquiſſimum, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
8 *Græci non potuerunt præſcribere contra ſuperioritatem Romanæ eccleſiæ cuiuſcunque temporis propter malam fidem.*
9 *Mala fides opponi poteſt vſque ad triginta annos, & millia millium.*
10 *Intellectus ad Bar in l.ſi C.vnde vi.*
11 *Mala fides præſumpta allegari non poteſt poſt triginta annos.*
12 *Bona fides præſumitur apud omnes perſonas præſcribentes eandem rem ſucceſſiue, extra primam illam perſonam, quæ incepit præſcribere.*
13 *Bona fides inducitur etiam ex actu nullo ſtante temporis poſſeſſione.*
14 *Bona fides præſumitur etiam ex præſcriptione decem annorum.*
15 *Malæ fidei præſumptio ſi ſit fortior præualet præſumptioni bonæ fidei, non obſtante curſu temporis.*
Vna præſumptio tollit aliam, & fortior tollit debiliorem. ibi.
16 *Præſumptio, quod conſanguinei, familiares, & vicini præſumantur ſcire facta coniunctis, præfertur illi præſumptioni, quod per ſpatium triginta, & quadraginta annorum præſumatur bona fides.*
17 *Mala fides, quæ inducitur ex ſtatuto non tollitur ſpatio tanti temporis.*
18 *Error iuris etiam ſi proſit in præſcriptione longi temporis non tamen prodeſt, quando ille titulus eſt reprobatus à iure per ſtatutum.*
19 *Bona fidei præſumptio non inducitur, licet malæ fidei præſumptio ceſſat tanti temporis ſpatio.*
20 *Bona fides præſumitur ex curſu triginta annorum, vbi agitur de modico tertij præiudicio.*
21 *Bona fides licet præſumatur ex curſu triginta, & quadraginta annorum, admittitur tamen contra eandem præſumptam probatio in contrarium.*
22 *Lex licet conferat vim tituli antiquitati temporis, ceſſat tamen eius proviſio, quando apparet de expreſſa prauitione hominis, vt ſi contrarium appareat per inſtrumenta producta per aduerſarium.*
23 *Lex quomodo præbeat efficacitatem tituli antiquitati, & lapſus temporis.*
24 *Bona fides ceſſat, quando apparet de titulo reprobato, & mala fides apertiſſime arguitur, quæ præſcriptionem in æternum impedit.*
25 *Probatio contra præſumptionem iuris admittitur per indirectum.*
26 *Probare per indirectum facit, antiquitatem tanti temporis vim tituli non habere.*

BOnam fidem præſumi ex diuturnitate temporis triginta,
1 vel quadraginta annorũ, † ſicque ex præſcriptione, mul-
ti tum docuere tum conſuluere, vt Inn.& alij in c.2.de reſti.in
integ.Abb.& alij in c.ſi diligenter.de præſcript.Dd.in l. Cel-
ſus.ff.de vſucap.Alex.in conſi.71.nu.1.li.1.& in conſ.203. nu.
12.vol 6.& in conſ.4 nu.3. vol.7. Aymo Crau. in ſuo tract.de
antiq.temp.in 4.parte, verb.materia iſta, nu.21. & multis ſeq.
Rimin.ſen.in conſ.288.nu.19.& in conſ.246.num.25. vol.2.in
conſ.93.nu.47.& ſeq.vol.1.

2 Ratio eſt, † quia ex curſu triginta annorum videtur purga-
ri præſumptio malæ fidei prout dicit Bart.in l.ſi in fi. C.vnde
vi.Dec in conſ.267.col.3.poſt med.& in conſ.272.col.5.circa
medium.Iaſ.in §.ſed iſtæ.col.19.nu.100 Inſtit.de act.& in cõ-
ſil.57.colum.fi.in fi.in conſ.72.col.2.poſt med.li.1 n.& in con-
ſil.209.col 2.circa finem.li.2.Curt.iun.in conſil.52.col.4.Pau-
lus de.Caſtr.in conſil.169.viſo quodam proceſſu. col.2. lib.1.
3 vbi ait † poſt lapſum longiſſimi temporis malam fidem alle-
gari non poſſe, ſimiliter Corn.in conſi. 96.colum.fi. lib.4.vo-
luit bonam fidem ſimpliciter prẹſumi ex lapſu longiſſimi tem-
poris. Cæpol.in tractat.de ſeruit.vrba.prædior. c.20. num.2.
& 3.

4 Amplia vſque eo concluſionem procedere, † vt nec mala fi-
des præcedens tollat præſumptionem bonæ fidei per ſpatium
triginta, vel quadraginta annorũ acquiſitã, hincque cõſequa-

Digitized by Google

tur, vt nec huiuſmodi præſcriptioni obſtet, vt tradit Dec.in l.
traditionib.col.3.cir.med.nu.1.& ſeq.C de pact.& conſ.496.
col.2.cir.med.& conſ.638.col.1.in fi.allegat Salic.in l.2.col.fi.
C de ſeruit.idem ſentit Io.Zenob.de Vbal. inter conſ.Bald.in
conſ.370.verba reſcripti, circa finem, verſ.non obſtant ea, quę
dicuntur lib.3.& nouiſsime Boer.deciſ.39.nu.7.vbi hoc ſim-
pliciter dictum refert.
5 In contrarium vero † vt immo noceat mala fides in tali pręſcriptione, deſcendit ſniam gl.io c.1 in gl.pen.in verſ. niſi.de
præſcr.li.6.& ibi Fran.col.fi.quam gl.refert, & ſequitur deciſ.
Neapol.dec.368.col.4.verſ.& idem uoluit Ang de Aret.in §.
6 furtiuæ.circa princ Inſti.de vſucapio. † vbi de iure canonico
poſſeſſor malæ fidei non præſcribit in æternum, idem placuit
Abb.in c.fi.in 1.norab.de conſti.vbi requirit bonam fidem, vt
quis præſcribat contra ſupremā poteſtatem Imperatoris, & tñ
tali poteſtati non præſcribitur, niſi per tempus antiquiſsimū,
7 † cuius initij memoria non eſſet in contrarium, vt habetur in
l.imperium ff.de iuriſd.om. iud. Immo plerique volunt talem
poteſtatem ſupremā non poſſe præſcribi, idem vult Domi.in
c.ſact.ſanct.22 diſt.quę refert, & ſequitur Fel.in c cum nobis,
8 col.1.de præſcri auferens † Græcos non potuiſſe præſcribere
contra ſuperioritatem Romanæ eccleſię cuiuſcunque tempo-
ris propter malam fidem, eandem opinionem ſequitur Bertr.
in 3.parte ſui repertorij, in verb. præſcriptio qūo cauſat verſ,
fi.Orland.de Curt inter conſilia Calca.in conſ.6.col.pen.circa
9 med. vbi ait † malā fidem opponi poſſe vſque ad triginta an-
nos, & millia milliū, idē ſenſit Barth.de Vulpis inter conſ.Cal
can.in cōſ.58 col.2.ante med.Iaſ.in cōſ.24.col.pen.ante med.
li.3.latiſsime conſuluit Aymo Crau.conſ.147. per totum, vbi,
eo modo, quo dictum eſt, explicat Bart.in d.l.fi.C.vnde vi. &
10 quod dictum Bar.non † procedat, vbi vere conſtaret de mala
fide aliter, quam per præſumptionem, tenet Aret.in conſ.153.
cōſultatio. Additio ad Bat.in d.l.fi.C.vnde vi. Quod ſi omnes
Dd.cum Bart.opinione ſentientes accurate, & optime inſpi-
ciantur, videbimus illos loqui in mala fide pręſumpta, & hinc
11 eſt, quod Paul.Caſtr.in conſ.169.col 2. † voluit, malam fidem
allegari nō poſſe poſt triginta annos, debeat intelligi de ma-
la fide præſumpta, nō vera Crau.de antiq.temp.parte 4.§ ma-
teria.num.21.ex his igitur adductis firma manet ſtabilis con-
cluſio noſtra ſupraſcripta.
12 Secundo amplia concluſionem procedere, † vt præſumatur
bona fides apud oēs perſonas præſcribentes eandem rē ſuc-
ceſsiue, excepta prima illa perſona, quæ incepit præſcribere,
vt tradit Gemin.in c.1.col.2.de præſcr.lib.6.Peruſin.in col.3.
nu 8.& prac.Pap.in forma libel.in gl.ſeruitus.col.6.nu.23.la-
te Iacob.Mandell conſ.64.nu.55.& 56.quem vide.
13 Tertio amplia cōcluſionem procedere vſque eo, † vt ſtante
tanti temporis poſseſsione etiam ex actu nullo inducatur bo-
na fides, ſic conſuluit Rui.conſ.31.nu.25.verſ.pręterea quam-
uis.vol 1.& conſ.69.col.fi.ver.& quamuis.eod.vol.
14 Quarto amplia cōcluſionem locum etiam habere † in præ-
ſcriptione decem annorum, vt reſpondit Dec.conſ.266. nu.5.
& Dec.conſ.267.nu.5 & 4.& conſ.232.num.9.Alex.conſ.142.
conſideratis diligenter.li.1.& conſ.24.ponderatis his.li.5. &
conſ.69.d.lib.5.
Primo limita concluſionem non procedere, ſi præſumptio
malæ fidei eſset fortior, quia tūc non obſtante dicto curſu tē-
poris præſumptio malæ fidei fortior præualeret, nā vna præ-
15 ſūptio tollit aliā, & † fortior tollit debiliorem.l.pen.ff. de te
ſtit. in integ.Fel.in c.vigilanti.in fi.ext.de præſūp.Bal. in cōſ.
249.ante ſi.ver.ſcias, quod mala fides vol.3.Boet. in dec.211.
nu.18.par.1.Crau.d.tract.de antiq.temp par.4.§.materia.nu.
21.Corn.conſ.136.col.fi.uerſ.& per hoc uol.2.Aret. conſ.102.
col 1.ueluti ſi præſcribens erat coniunctus, uicinus, uel familia
ris, prout decidit Alex.in conſ.46.col.3.uol.6.& rationem eſ-
16 ſe dicit Grat.in conſ.125.nu.4.uol.1.qm iſta præſumptio, † ut
coniunctus familiaris, & uicinus pręſumatur ſcire facta cōiun
cti, præfertur illi præſumptioni, ut per ſpatiū triginta, & qua-
draginta annorum, præſumatur bona fides, cum (ut dictū eſt)
una præſumptio tollat aliam.
Secundo limita concluſionē, niſi mala fides induceretur ex
17 ſtatuto, † nam eo caſu non tolleretur ſpatio tanti temporis l.
quemadmod.C.de agric.& cenſit.c. qui contra iura de reſcr.
Bar.in l.ſed ſi lege.§ ſcire.de petit hęr.late Ruin.conſ.41.nu.
18 28.& 31.vol.1.Alex conſ.73.vol.2.† vbi ait, † et ſi error iuris
proſit in præſcriptione longi temporis, hoc non procedere,
quando ille titulus eſt reprobatus à iure per ſtatutum.
Tertio limita concluſionē, quia licet ex tanti temporis ſpa-
19 tio ceſſet præſumptio malæ fidei, non † tamen inducitur præ-
ſumptio bonæ fidei, vt docet Bar.in d.l ſi lege § ſcire, de pet.
hær.& ita tenuit D.Abb.in c.de quarta.de præſcr.& gl.in c.1.
de his quæ ſi à Præl.ſine conſenſu Capit.& in c apoſtolicæ.de
don.& in c cura de iure patr.Pau de Caſt.in conſ.74.incipiē.
quia fruſtra diſputatur, circa fi.verſ.2 ratio, & Ruin.conſ.41.
nu 30 & ſeq.Alex.conſ.124 nu 15 vol.2.
Quarto limita, vt quamuis præſumatur bona fides ex curſu
20 triginta annorum, † hoc tamen eſt intelligendum, vbi agitur
de modico tertij præiudicio, iuxta ſententiam Ant de Butr.in
c cum eccleſia.col vlt extr.de cauſa poſſeſsio.& propriet. qui
ſic intelligit notata per Inn in c 2.de teſtit.in integ.& nouiſ-
ſime Rui.d.conſ.41 nu.22 lib.1.
Verum, vt prædicta concluſ. clarius eluceſcat, nonnulla ſunt
21 obſeruanda. Primum, † quod licet præſumatur bona fides ex
curſu triginta, &c. vt ſupra dictum eſt, contra tamen huiuſmo-
di bonam fidem præſumptam probatio contraria pōt admit-
ti, quæ varijs modis fieri poteſt, per confeſsionem partis, au-
thē.ſed iam neceſſe.C.de don ante nupt.l.fi.ff. quod met.can.
22 Secundo loco, nam licet lex vim & robur titulo antiquitatē
tanti temporis, attulerit, hoc tamen eſt verum, quando ceſſat
prouiſio humana, ſed quando liquido cōſtat de expreſſa cau-
tione hominis, vt ſi contrariū appareat per inſtrumenta pro-
ducta ab aduerſario, ceſſat legis prouiſio, vt refert Crau.dicto
loco ſupra citato, nu.13.
Tertio, nam lex confirmat, & probat quidem titulum anti-
23 quitatis illius tēporis, & † lapſum eiuſdem, atq; præſcriptionē
tam antiquam, modo tamen cętera omnia ad præſcriptionem
apta, & habilia præcedāt, vt præſcribens ſit capax iuris, quod
præſcribitur, vt ſit in bona fide, vel præſūpta, quia quoties de
aliquo diſputatur, omnia habilia aliunde putantur.l. qui teſta
menta, in prin.ff de teſta c.1.de ætate, & qualitate.
24 Verum † quādo apparet de titulo vitioſo, & reprobato, ceſ
ſat bona fides, & mala fides apertiſsime arguitur, quæ præſcri
ptionem in æternum impedit, vt dictum eſt ſupra per regu-
lam, poſſeſſor.de reg iur.
Quarto contra præſumptionem iuris, qualis ex hac da qua
25 in præcedēti concluſione agitur, † admittitur probatio in cō
* trariū per indirectum, vt vtar verbis gl ſingular.& * commu-
niter approbatæ in clem.1.de proba.quam gloſ. inſignem &
ſingularem refert, & ſequitur. Soci.in conſi.262. col.2. in fin.
verſ.qm ad hoc videbatur poſſe reſponderi.li.2.& conſi.191.
col 2.in fin.verſic.contraria ratio ceſſat.lib.2.modo licet di-
recto non admittatur quis ad probandum antiquitatem tanti
26 temporis vim tituli non habere, † admittetur tamen per indi
rectū, dicendo: Non recuſo, nec diſſimulo, quin antiquitas tan
ti temporis vim tituli non habeat, ſed aſſero illum titulū hic
non nocere, quia præſcribens fuit in mala fide, ad probandū
adduco titulum hunc expreſſum, per quem apparet contra-
ctum fuiſſe contra expreſſam iuris prohibitionem, & contra
ius quodammod naturale, &c.
Huiuſmodi enim probationes, & id genus aliæ admittūtur
in contrarium, vt habemus à Crau.in d.tract.loco ſupra cita-
to, nu.14.

CONCLVSIO CCXXVI.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem ex coniecturis præſumi & probari.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præſumitur, & probatur ex coniecturis, vt ex poſſeſſione longi temporis.*

1 BOnā fidē pręſumi, & probari ex coniecturis, † vt ex poſ-
ſeſſione lōgi tēporis, colligimus ex Pauli reſpōſo in l.1.§.
ſi ſeruus ff.de acquir.poſſeſſ.quē refert, & ſequit Alex.in cōſ.
vltim.vol.1.notant Bat.& Dd.in l.Celſus.ff.de vſucap.Pariſ ī
cōſ.112.nu.52.vol.1.Alb a.io conſi.28.nu.3. Crau. de antiqt.
temp.part.1.§.quæritur ēt.nu.40.& 41.Bal. in conſ.20. nu 4.
& 5.vol 5.Dec.in conſ.266.in conſ.ſeq.& in conſ 275.Aretin.
in conſi.130 Rolan. à Valle in conſi.3.nu.94.vol.1. Soc Iun.
in conſi.144.nu.48.vol.1.Afflict.deciſ.369.nu.8.

CON-

CONCLVSIO CCXXVII.

ARGVMENTVM.

Bona fides an probetur per iuramentum.

SVMMARIA.

1 *Bona fides probatur per iuramentum aſſerentis ſe aliquid feciſſe, cum ea, quæ conſiſtunt in conſcientia & animo tantum per iuramentum probantur.*
2 *Bonam fidem allegans etiam cum iuramento non creditur, ſi nullus præcedat titulus, vel ſi allegatus reprobatus.*
3 *Bona fides aſſerta non probatur cum iuramento, quando præſumptio iuris eſt contra aſſerentem ipſam.*
4 *Præſumptio iuris eſt, patrem familias ſcire ea, quæ in domo fiunt.*
5 *Bonam fidem ſi iurare vellet adoleſcens ludens cum virgine in tenebris, ei non creditur, & quare.*
6 *Bonam fidem allegans etiam cum iuramento non creditur, ſi contrarium probatur, quod probari poſſit.*
7 *Bonam fidem iurans ſi ſit homo nequam, nec fide dignus & male audiret, ei non creditur, etiam iuranti.*

BOna fides præterea probatur per iuramẽtum aſſerentis ſe
1 aliquid feciſſe, †nam ea, quæ in mente, & animo ſita ſunt,
tantum per iuramentum probantur: vt late dixi ſup. in cõcluſione, animi probatio, & quod bona fides per iuſm probetur tradidit glo. notab. in c. ſignificaſti. ext. de homici. & in l. atqui natur §. ſi cum me abſente. verſ. committat. ff. de nego. geſt. Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu. 29. Inſtit. de act. & ibidem Iaſ. nu. 22. vbi ponit infraſcriptas limitationes.

Primo limita concluſioné nõ procedere, ſi nullus præcedat titulus, bonam fidem allegantí, etiam cum iuſo non creditur,
2 †exempli gratia, ſi quis interrogatus cur hanc rem poſſideat ipſe reſpõderet, ſe neſcire titulum, ſed bonam fidem habere, ipſi fides non habebitur, vt docuit Bart. in l. 1. § hoc interdictum. ff. de iti. actuque priu. & idem ſi adducerer titulũ reprobatum, & non bonum, Zaſ. in d. §. ſed iſtæ, nu. 23 Inſtit. de act.
3 Secundo limita, vt non procedat, †ſi præſumptio iuris eſſet contra aſſerentem bonam fidé, quia tunc iuſo nõ probaretur bona fides aſſerta, vt voluit Barto. in l. inter oés. § recte. ff. de furt. vtpote ſi nota fuerit facta citatio domi ſuæ & ille vellet iurare ſe ignoraſſe, & ſic bonam fidem, ſibi nõ crederetur, nã
4 præſumptio † iuris eſt, patremſamilias ſcire ea, quæ in domo fiunt, vt l. ſi tutor. C. de peric. tut. vel ſi adoleſcens luderet cũ virgine in tenebris, vellet iurare boná fidem, ei non crederetur,
5 †quia præſumptio eſt contra eũ, nam á iuuene, & cupido non creditur reddita virgo, vt Zaſ. d. loco ſupra citato, nu. 23.
6 Tertio limitatur non procedere, ſi contrarium † probetur, quod probari poſſit, vt traditum fuit á Bartol. in l. 2. ff pro empt. Inn. & cæteri in ca. quia propter. §. illud. de elec. & per not. per Zaſ. in d. §. ſed iſtæ.

Quarto limita concluſionem, vt non procedat, ſi iurans bonam fidem eſſet homo nequam, nec fide dignus, maleque au-
7 diret, †nã tunc ei non crederetur etiam iuranti, vt voluit Bal. in l. ſunus. in 3. oppoſit. C. de furt. glo. in d. c. ſignificaſti extra de homic. idem Bal. in l. 1. col. 1. verſ. quintum exemplum. C. de ſum. Trin. & ſi. cathol. & Ang. in l. quæ iudicio. ff. de accuſa. quos ſequitur Zaſ. in d. §. ſed iſtæ, num. 24.

CONCLVSIO CCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Bona fides quo pacto præſumatur ex titulo.

SVMMARIA.

1 *Bona fides præſumitur ex titulo.*
2 *Bona fides ipſo iure præſumitur probata ſtante aliquo titulo.*
3 *Bona fides ſtatim præſumitur oſtenſo titulo.*
4 *Bona fides præſumitur etiam in titulo iniuſto, & ex temerarijs rationibus acquiſito.*
5 *Bona fides quomodo inducatur.*
Poſſeſſio prædeceſſoris præbet iuſtum titulum, & errorem ibi.
6 *Bona fides præſumitur etiam ſine titulo, dummodo præceſſerit ſpatium longi temporis, vt triginta annorum.*
7 *Simul ſtat, vt quis non habeat titulum, & tamen ſit in bona fide.*
8 *Bona fide ad hoc, vt præſumatur oportet, vt quis iuſtum titulum habeat, & quod longo tempore fuerit in poſſeſſione.*
9 *Tempus longum ad bonam fidem præſumendum arbitrio boni viri ſeu iudicis relinquendum eſt.*
10 *Mala fides etiam poſt triginta annos poteſt allegari, ſi poſſidenti reſiſtit ius commune.*
11 *Bona fides præſumitur in præſcriptione longiſſimi temporis, etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius.*
12 *Bona fides præſumitur etiam ſine titulo, quando agitur poſſeſſorio.*
13 *Bonam fidem ſine titulo non præſumi, opponere quis non poteſt, niſi dominus, vel antiquior poſſeſſor. Contrarium ibi.*

1 BOnam fidẽ præſumi ex titulo† colligere eſt ex Imp. Diocl. & Maxim. reſcripto in l. pé. C. de euic. & ex Vlpi. reſponſo in l. Celſus. vbi plene Bar. col. pen. ff. vſucap. & ex c. ſi diligen. extr. de præſcrip. & c. 1. eod. tit. in 6. Cyn & Dd. idem voluere in l. ſuper longi de præſcr long. temp. reſpondit Alex in conſ. 234. nu. 15. li. 2. & in conſ. 94. nu. 10. d. li. 2. & in conſ. 24. nu. 16. vol. 7. & in conſ. 134. nu 2. vol. 7. Alben. conſuluit. in conſil. 84.
2 nu. 3. & in conſ. 64 nu. 62. vbi inquit † ipſo iure bonam fidem præſumi probatam, ſtãte aliquo titulo, quod idem ſenſit Dec. in conſ. 266. col. fi. num. 5 Natt. in conſ. 456. nu. 16. vol. 2. & in conſ. 16. nu. 9. in conſ. 38. nu. 4. & in conſ. 230. nu. 2 vol. 1. Mant.
3 in conſ. 297. nu. 2. vol. 1. vbi dicit, † bonam fidem ſtatim præſumi oſtenſo titulo, vt dixit Soc. iun. in conſ. 50. nu. 29. vol. 4. & in conſ. 47. nu. 3. vol. 2.

Amplia cõcluſionem vſque eo procedere, vt etiam habeat
4 locum in titulo inualido, † & ex temerarijs rationibus acquiſito, quod inſigniter dicit Bal. in l. 1. i fi. C. vbi cauſa ſtatus, &c. quem refert, & ſequitur Albenſ. in d. conſ. 64. nu. 63 idem Bal. in l. precibus. col. 6. C. de impub. & in l. fi. nu. 45. C. de exeq. li. 10. Dec. in conſ. 272. col. pen. nu. 9. Abbas in conſ. 55. in cauſa, quæ ad præſens. in fi. li. 2. Nat. in conſ. 72. nu 7. vol. 1. Cacher. in deciſ. Pedemon. 160. nu. 6. Cur. iun. in conſ. 168. nu. 35. Mantu. in conſ. 297. nu. 10. vol. 1. Alex. in conſ. 75. viſis ponderatis, li. 4. & Bar. in l. 1. circa fi. C. de ſeruit. & in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. act. priu. & in l. Celſus. verſ. dic ergo. ff. de vſuca. & Ri-
5 min. ſen. in conſ. 282 nu. 30. vol. 2. vbi dicit † etiam bonam fidem induci ex eo, quod maiores mei, vel auus, vel proauus dixerunt ſe emiſſe, vel titulum habuiſſe, ex hoc enim manat iuſtus error ad præſcribendum, preterquam quod etiam poſſeſſio præceſſoris præbet iuſtum titulum, & errorem, vt in cap. tura de iure patron.

Secundo amplia, vt etiã bona fides præſumatur ſine titulo,
6 dũmodo præceſſerit ſpatium longi temporis, † vt triginta annorum, prout dicit Bart. in l. fi. in fi. verſ. item illa allegatio. C. vnde vi. Bal. in l. pen C. quib. non obſta. long. temp. præſcr. Cy. in l. ſuper longi. & ibi Ang. col. 3. verſ. tu autẽ dicas. C. de præſcr. long. temp. Alex. in diſputatio. ſua incip. Sigiſmundus. col. 31. Archid. in c. 1. verſ. bona fides. de præſcr. in 6. Innoc. in c. 2. col. 3. verſ. item nota, quod licet. de in integ. reſtitut. Abb. in c. ſi diligenti. col 3. de præſcr. Aret. conſ. 105. col. pen. ſub nu. 7. verſ. illud etiã non lateat incip. in cauſa, & quæſtione, & conſil. 153. incipit, cõſultatio propoſita. in fi. col. fi. verſ. non obſtat ſi dicat aliquis Nicell. concord. 154. Imol. in l. Celſus. col. 3. in prin. verſ. & pro prædictis. Rui. conſ. 44. nu. 17. & conſ. 115. nu. 6 & in conſ. 118. nu. 4. vol. 4. Dec. conſ. 267. n. 5. Pariſ. conſ 266
7 nu. 88. vol. 3. ſtat enim ſimul † vt quis non habeat titulum, & tamen ſit in bona fide, ſecundum Bart. in l. Celſus. ff. de vſuca. per gl. in l. ſi quis emptionis, in ver. tenuerit. C. de præſcri. 30. vel 40. annor quam ſequitur Alc. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſump 5. nu. 21.

Huic tñ ſententiæ aduerſari videtur Bomb. in conſil. 29. vbi
8 dicit, ad hoc vt præſumatur bona fides neceſſe eſſe, † vt quis iuſtũ titulum habeat, & quod longo tempore fuerit in poſſeſſione, & ita videtur innuere, ſine titulo non dari boná fidem, licet præceſſerit ſpatium lõgi temporis, per multas auctorita-
9 tes per eum allegatas, vbi etiam aſſerit † prædictum longum tempus arbitrio boni viri, ſeu iudicis relinquendum eſſe.

Intellige ſecundam ampliationem, vt non procedat, ſi poſſidenti reſiſtit ius cõe, quia, tunc etiam poſt triginta annos po-
10 teſt † allegari mala fides, docuit Bar. in l. quéadmodum. col. 1. in fi verſ. nota ex hoc. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Arch. in c. 1. in prin. de præſcr. Inn. in c. 2. nu. 6. verſ. item nota. quod licet de in integ. reſt. & ibi. Io. Andr. nu 6. Abb in c. bonæ 2. nu. 21. de poſtul prælat. Imo. in d. c 2. col. fi. verſ. item aduerte. Domini de Rot. dec. 268. incip. collatio, i nouis. alias 7. de iure patr.

Limitanda eſt hæc intelligentia ad proximã ampliationem,
11 non procedere in præſcriptione longiſſimi tẽporis, †quia tũc præſumitur bona fides, ẽt ſi poſſeſſio ſit contra ius, vt reſpondit Abb. cõſ. 102. n. 1. verſ. & primo circa articulum q reſtatur,

Innoc.in ca.2.de in integ. reſtitu.huc ſpectat, quod obſeruat
Bart.in l.quæritur.C.vnde vi.& videtur probari in c.cum ec-
cleſia Sutrina,de cauſa poſſeſſio.& proprieta.Alex.conſ.110.
nu.6.lib.1.per l.3.§.ſi ſeruus.de acquir. poſſeſſ.quod ſequitur
Ruin.conſi.118.nu.2.ſub verſ.nec obſtat vol.4

Tertio amplia cōcluſionē tū maxime procedere qñ agitur
12 poſſeſſorio,quia tunc præſumitur bona fides†etiā ſine titulo,
vt traditū fuit à Dom.c.1.col.2.ver.ſed pone.de præſcr. in 6.
Inno.in c.2.vol.3.verſ.ſed ſi agit̃ & ibi Io.And.ver.& q̃uis.&
Card.nu.6.& Imol.col.fi.ver.item aduerte. de reſtit. in integ.

Quarto amplia prædictā concluſionē,vſque eo procedere,
vt exceptio in contrariū,ideſt,bonā fidē ſine titulo non præ-
13 ſumi,nō poſſit opponi,†niſi per Dñm,vel antiquiorē poſſeſ-
ſorē,ita Bar.in l.fin.col.3.ver.ſed cōtra prædicta oppono. C.
vnde vi.& in l.Celſus col.4.ver.ſed contra hoc '& ibi Bal.nu.
85.& in l.Celſus,col.4.ff.de vſuca.Alex.in cōſ.200.col.2. ver.
præterea in dubio.vol.2.Abb.in c.ſi diligēti.col.3.verſ.exami
nemus nunc,de præſcr.& ibi Ant.de Butr.col.2.verſ. quomo-
do.Bal.in l.1.col.3.verſ.aut loquimur reſpectu . C.vnde vi.&
in l.ſuper longi,verſ.nunc habemus . de præſcrip. Pract.Pa-
pien.in reſpon.rei conuen.& oppo.except. præſcrip.nu. 16.
Ruin.conſ.129.col.fin.vol.4.

Ab hoc diſſenſit Imo.in ca.fin.col.4.verſic.ſed aduerte,de
præſcri.Fel.in c.ſi diligenti.col.2. verſ.ſi tu diceres, & col.3.
verſ.& dixit Bar.eod.tit.Imol.in l.Celſus.col.2.ver. itē adde.
& ibi Claud.col 7.ver.item obiecit Bar.de vſucap.Alex.cōſ.
192.col.1.verſ.non obſtat,vol.2.Ang.Aret.in §. ſi quis à non
domino.nu.4.Inſtit.de rer.diuiſio.

CONCLVSIO CCXXIX.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem præſumi ex titulo renunciationis & diuiſionis.

SVMMARIA.

1 *Bona fides præſumitur ex titulo renunciationis.*
2 *Bona fides ex titulo diuiſionis præſumitur,qui efficax eſt ad inducendum præſcriptionem.*

1 BOna fides inſuper p̄ſumitur ex titulo renūciationis,† vt
reſpōdit Dec.in conſi.65.vol.4.ſub fi. Ratio eſt, quia bo-
na fides ex titulo vero,vel falſo præſumitur, vt ſupra dictū eſt,
& notat Barto.in d.l.Celſus,ver.dic ergo.ff.ve vſuca.ſequitur
Abb.in conſi.55.in cauſa,quæ ad præſens,in fin.& in conſ.22.
incip.quidam Ioan.lib.2.Alex.in conſi.75.incip. viſis ponde
ratis.col.pen.lib 4.Bal.in l.2.circa fin.C.de ſeru.& in conſil.
200.incip.viſo,& diſcuſſo.col.1.vol.2.& vide ea, quæ ſupra
diximus in concluſione præcedenti.

2 Præterea præſumitur etiā ex titulo diuiſionis,†qui titulus
efficax eſt ad inducēdā præſcriptionem, prout dicit late Dec.
in conſi.266.num.5.facit tex.in §.1.Inſtit.de vſucap.l.ſi quis
emptionis,in princip.C.de præſcrip.30. vel 40.ann. in l.præ
ſcriptio. C. quib.non obſtet long. temp. præſcript. & ſcribit
Alex.in conſi.24.ponderatis his, lib.5. allegat notata in l.cū
ſolus.ff.de vſucapio.& in l.1.C.communia vtriuſ.iudic.

CONCLVSIO CCXXX.

ARGVMENTVM.

Bona fides in quaſi poſſeſſione iuris patronatus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Bona fides in quaſi poſſeſſione iurispatronatus probari poteſt per hiſtorias,& quo.*
2 *Ius patronatus probatur per litteras inciſas in marmore,vel lapidibus templi.*
3 *Bona fides probatur per famam, & ipſa præſtat iuſtum titulum ad præſcribendū.*
4 *Bona fides præſumitur ex auctoritate Principis.*
5 *Bona fides cauſatur ex dicto,& verbis ſuperioris.*

BOnam fidem in quaſi poſſeſſione iuris patronatus probari
1 poſſe p hiſtorias narrātes eos,q† te anteceſſerūt, funda-
mēta feciſſe illi eccleſiæ,dixit Purpur.in l.1.nu.154.ff. ſi cert.
per.& idē tradidere recētiores oēs Auinionēſes in c.cum ec
cleſia Sutrina.extr.de cauſ.poſſeſſio. & propriet.col.21. verſ.
2 tertia cōiectura,qđ quidē illa rō cōfirmat†q a ius patronatus
probatur per litteras inciſas in marmore, vel lapidibus tem-
pli,ſecundum Baldum conſ.310.lib.5.de quo,literis infra di-
cetur in concluſione,ius patronatus.

3 Ad hæc probatur etiam bona fides per famam†quæ quidē
fama præſtat iuſtum titulum ad præſcribendum, prout dicit
Bart.in d.l.Celſus.ff.de vſuca.in l.2 §.hoc interdicto. ff.de iti.
actuque pri.cum ſimil.& Alciat.in conſ.403.nu.5.

4 Prout præſumitur ēt † ex auctoritate Principis, ita docuit
Matt.de Affli.in feudal.in ti. quæ ſint Regalia per Imp.Fede.
n.127.vbi reſtē laudat Bal.in l.1.C.de fur. & quod.idē obſer-
uat Feli.in conſ.24.n.2.vbi dicit,bonā fidem dimanare ex di-
5 cto,†& verbis ſuperioris,teſtando Bartol.in d.l.Celſus.ff.de
vſucap.& gl.in l.Titio fundus.ff.de condi.& demonſt.

CONCLVSIO CCXXXI.

ARGVMENTVM.

Bona fides quomodo in dubio præſumatur in poſſidenti, & ex poſſeſſione.

SVMMARIA.

1 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente,& ex poſſeſſione, niſi probetur contrarium præcipue ſi habet titulum verū, vel putatiuum etiam ex errore iniuſto.*
2 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente, etiam ſi poſſeſſor ſit ſine titulo,dummodo ius non contradicat.*
3 *Titulus putatiuus etiam ex errore iniuſto procedit quo ad acquiſitionem fructuū, non autem quoad vſucapionem.*
4 *Error in titulo debet eſſe probabilis,alias vſucapio non procedit.*
5 *Intellectus gl.in l.1.C.vbi cauſ.ſtat.& l.igitur paragraph.poteſt ff.de libe.cau.*

BOna fides in dubio præſumitur in poſſidēte, & ex poſſeſ-
1 ſione,niſi† probetur contrarium, vt argumēto eſſe poteſt
Venulei reſponſum in l pen.ff.de euic.gl.in ca.ſi diligenti. &
ibi Dd.de præſcri.Abb.in c.ſanctorum. eo.tit.gl.in c.cum ec-
cleſia.ext.de cau.poſſ.& propr.Alex.conſ.200.col.1.2.vol.&
conſ.35.col.pen.vol.4.Fran.Curt.conſ.82.col.2.

Iſtud autem intelligēdum eſt,ſi habeat titulum verum, vel
putatiuum,etiam ex errore iniuſto.l.igitur.§.pōt.ff.de libera
cau.& l.ſicut.§.1.ff.de vſuca.& ita tenet Bar.in l.Celſus. ff.de
* vſucap.d.tit.& eſt * cōis opi.ſicut atteſtatur Alciat. tracta.de.
præſump.3.reg.præſump.5.num.1.vbi eam ſequitur, & ad ea
reſpondet, quæ contrarium ſentientes obijciunt, & inſignis
Doct.D.Ioannes Fran.Bal.in d.l.Celſus.col.33.verſ.2.cōclu-
ſio.& Barba.in conſ.4.incip.illud afferam in medium.volu.1.
& Soc.iun.in conſ.76.nu.60.vol.1.

2 Amplia concluſionem,vt etiā procedat,† ſi poſſeſſor ſit ſi-
ne titulo,dūmodo ius non contradicat,prout dicit Bald.in l.
* Celſus,de vſucap.par.3.verſ.tertia concluſ.vbi atteſtatur de *
cōi,Couarr.in reg.poſſeſſor.de reg.iu.tit.6.§.6.nu.2. par...&
Cur.ſen.in conſ.71.nu.5.vbi alleg.gl.in l.ſi quis emptionis ti-
tulo.in ver.tenuerint,C.de præſcr.30.ann.Ang.in l.ſuper lon
gi.C.de præſcri.lon.temp.Bal.in repet.l.1.col.4.C.vnde vi.

3 Limita,quod ſupra dixi,†ſufficere titulum putatiuū etiam
ex errore iniuſto, vt vſque eo procedat quoad acquiſitionē
fructuum: non aūt quoad vſucapionem, ita me docuit Imol.
in l.fi.C.vnde vi. & hanc opinionē arbitratur veriorē Alciat.
4 loco ſup.cit.nu.5.pro quo adducit tex.in l.fi.C.pro ſuo,† qui
requirit,vt error in titulo ſit probabilis, alioqui vſucapio nō
procedit,& hoc eſt de mente glo.in l.1.C.vbi cauſ.ſtat.quæ ſi
diligenter inſpiciatur,probat contra Bart. dum requirit glo.
quaſi poſſeſſionem 30.annorum,quādo ſeruus ex iniuſta cau
ſis crederet ſe liberum eſſe,& tamen ſi præſumeretur bona fi-
des, ſatis eſſet quaſi poſſeſſio viginti annorum. l.2.C.de lon.
temp.præſcri.quæ pro liber.

5 Nec obſt.l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cau.quia†ibi nō pro-
batur poſſeſſionem inductam ex tali errore iniuſto ſatis eſſe
ad vſucapionem, ſed ſimpliciter talis vtitur cōmodo poſſeſ-
ſoris,quantum ſit ad inſtruēdum iudicium, vt ibi habetur,&
ratio eſt: quia quoad illud commodum ſatis eſt, ne ſit in ma-
la fide,licet non habeat bonam: inter hæc enim eſt dare me-
dium,vt dicit Bar.in l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hære.Paul.
de Caſt.conſ.289.in vlt.col.Alciat.in d.tra. de præſum.reg.3.
præſump.5.num.5.

CON-

CONCLVSIO CCXXXII.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem an per depoſitionem vnius teſtis probari, & cur.

SVMMARIA.

1 *Bona fides probatur per depoſitionem vnius teſtis.*
2 *Bona fides per indicia probari poteſt.*

1 BOnam fidem per depoſitionẽ vnius teſtis † probari cõſuluit Iaco. Mandell. conſ. 28. nu. 3. Alex. conſi. 54. nu. 9. vol. 6. gloſ. & Dd. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt. in l. maritus. ff. de quæſt. & plene Bar. in l. 2 §. itẽ Cornelio. ff. de quæſt. & in l. admonẽdi. poſt gloſ. ff. de iureiur. & Alex. cõſ. 187. n. 8. vol. 2. Bal. in l. Celſus. ff. de vſucapion. Angel. in l ſi quis. de præſcript. 30. anno. & Ioan. de Imol. in repet. c. fin. in 2. char. de præſcript.

2 Ratio eſt, † quia cum bona fides per indicia probari poſſit. l. pen. vbi Bal. C. de euict. & Bar. in l. Celſus. col. 4. num. 18. merito etiam per vnum teſtem probatur, prout etiam dicit Abb. in conſi. 102. col. 1.

CONCLVSIO CCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo quis probetur bonæ conditionis.

SVMMARIA.

1 *Bonæ conditionis quem eſſe, ſi teſtis deponat, & reddat rationem, quia ſum vicinus probat.*
2 *Bonæ conditionis quem eſſe probat etiam teſtis deponens ſuper diuitijs, vel paupertate, vel fama ſi eſt vicinus.*
3 *Ratio ſcientiæ teſtis, quia ſum vicinus, non ſufficit, vbi agitur de probatione eorum, quæ in genere ſciri non poſſunt.*
4 *Teſtes regulariter debent ex neceſſitate concludere.*

1 BOnæ conditionis quem eſſe ſi teſtis deponat & reddat rationem: quia ſum † vicinus, hunc probare, docuere Bar. & Alex. in l. 1. ff. ſi certum pet. & ibi Purpur. nu. 92. verſi. ex qua. Alex. in conſi. 50. col. pen. nu. 19. Fel. in c. litteris. col. 1. de præſumpt. Bar. in l. de ætate. ff. de minor. & in l. ſi eui. §. iiſdem. de accuſ. Bal. in authen. quas actiones. in fin. C. de ſacroſ. ecc.

2 Amplia concluſionem procedere, etiam ſi teſtis deponat ſuper diuitijs, vel paupertate, † ſiue fama; nam in ijs, quæ in vniuerſum ſciri poſſunt, qualia ſunt prædicta, ſufficit prædicta ratio atteſtationis, vt habemus à Bal. in l. ſi §. 1. col. 6. C. de iur. delib. Rom. conſi. 245. vltim. dubio, Purpurat. in d. l. 1. nu. 93. & 94. ff. ſi cert. pet. Alex. d. conſi. 50. nu. 18 & per alios ſupra allegatos, quos quidem refert Alex.

3 Limita concluſionem non procedere, vbi ageretur de probatione aliorũ, quo generaliter ſciri non poſſunt, † vel in quibus non ſufficeret probatio præſumptiua, tunc ratio ſcientiæ teſtis, quia ſum vicinus, nõ ſatis eſſet, iuxta ſententiam Alex. in d. conſi. 50. nu. 17. Bar. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. & idem in l. 1. ff. de ſer. fugit. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib.

4 Nec id ratione caret, nam † teſtes regulariter debent neceſſario concludere. l. non hoc. C. vnde cogn. c. in præſentia. ext. de probatio.

CONCLVSIO CCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Bonitas, & bona qualitas alicuius quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Bonitas, & bona qualitas alicuius probatur, ſi teſtes deponens ſuper illis dicat, ſcio talem illius eſſe qualitatis, quia expertus ſum.*
2 *Teſtibus deponentibus de bonitate magis ſemper creditur quam aliter de[...]ſerentibus.*
3 *Teſtes deponentes de bonitate debent alijs præferri, & quare.*
4 *Teſtes deponentes de bona fama alicuius præferuntur teſtibus de mala aſſerentibus.*
5 *Præſumptio naturalis concurrit cum probatione bonæ famæ.*
6 *Teſtes duo clerici ſi teſtificantur contra me, & duo laici pro me creditur laicis deponentibus me non deliquiſſe, licet clerici ſint digniores.*
7 *Teſtimonium virorum dignius eſt teſtimonio fœminarum.*
Teſtimonium mulierum quo caſu præfertur teſtimonio virorum. ibid.
8 *Præſumptio bonitatis procedit etiam quando adſunt coniecturæ ſceleris alicuius, & mala fama.*
9 *Bonitas eſt propagata ex origine, & habitudine naturæ, ſed malitia non, & ideo magis pro eo præſumendum.*
10 *Vulneratus ſi culpat aliquem à quo dicat ſe vulneratum fuiſſe, talis culpatio culpato non nocet, & ſi à culpatione liberatur, prodeſt culpæ liberatio.*
11 *Bonitatem ſeu bonam famam pro ſuæ intentionis fundamento alligans, illam probare tenetur.*

1 BOnitatem, & bonam qualitatem alicuius probari ex eo, ſi teſtis deponens ſuper illis † dicat, ſcio talem illius eſſe qualitatis, quia expertus ſum, voluit Ang. auth. de monac. § 1. verſ. & hoc ad quæſtionem. & § cogitandum. verſ. nota. ex conuerſatione bona, nu. 8.

2 Præſertim cũ in dubio magis ſemper creditur teſtibus deponẽtibus de bonitate, † quam aliter de aſſerentib. iuxta ſententiam Feli. in c. fi. col. 3 de præſum. Crau. conſ. 6. nu. 63 vbi hanc reddit noſtræ concluſionis rõnem: quia teſtes deponentes de bonitate debẽt alijs præferri, eo qđ deponant ea, quæ 3 magis naturæ cõueniant, † & eidẽ magis amica, & cõſentanea ſint, prout ẽt dicit Bal. in c. in noſtra in prin. de teſt. Inn. in ca. cum P. col. fi. de accuſ. idẽ Crau. in conſ. 8. nu. 7 vbi eadẽ oĩno verba repetit & allegat in conſ. 20 nu. 6 in conſil. 145 nu. 15. & in cõſ. 151 nu. 20. Inn. & Dd. in c. auditis de præſump. in c. eccleſia Vulterana. de elec. Abb. i c. cũ P. col. fi. de accuſ. Corn. in cõſ. 219. col. fi. li. 1. in cõſ. 176 cir. fi. & in cõſ. 261 col. 9. li. 4.

4 Ex ijs illud exijt, vt † teſtes deponentes de bona fama alicuius præferantur teſtib. de mala aſſerẽtibus, ſi credimus Bal. in conſ. 166 inci. proponitur, quod ex quodã inſtro in fi. li. 2. & in cõſ. 77. col. 2 li. 3. pulchrius in conſ. 348 n. 4. quæritur, an per ſolã diffamationem col. 1. poſt med. li. 5. Card. in cap. tua. ext. de ſponſ. quem refert, & ſequitur Curt. in tract. de teſtib. cõclu. 48 inci. magis creditur Gozad. in cõſ. 13 n. 28 Anchar. in conſ. 253 in qõne presbyteri circa fi. Cor. in cõſ. 209 col. fi. li. 1 in cõſ. 176 circa fi. li. 4 pulchre Aymo Crau. in conſ. 6. nu. 63 & ſeq. Marſ. in conſ. 18. n. 4 & in conſil. 44. nu. 20 & ratio 5 eſt, † quia cum tali probatione congruit præſumptio naturalis, prout dicit Rolã à Valle in conſ. 61. nu. 363. nu. 36 vol. 2. & gloſ. in fortioribus terminis. in c. cleric. 71 diſt. vbi dicit, ſi duo teſtes clerici teſtificantur cõtra me, & duo laici pro me, 6 fidem haberi laicis deponentib. me non deliquiſſe, † licet clerici dignitate antecellant laicos, quam glo. ſequitur Abb. in c. ex literis in pen. not. de probat. in c. ad noſtrã eod. tit. Marſil. in conſ. 2. n. 19 in conſ. 41 nu. 42 & in conſ. 65 nu. 45. vbi etiã 7 ipſe inquit, quod † licet teſtimoniũ virorum, quod eſt dignius illo fœminarũ, præferatur teſtimonio mulierum, tamen hoc locum non habet, ſi teſtimonium fœminarũ tenderet in fauorẽ rei, & illud virorum in fauorem actoris quia hoc caſu, præfertur teſtimonium mulierum, vt etiam reſpondit Grauun. in conſil. 45. num. 40.

8 Amplia concluſionẽ ſupra fortuito deductam, † id eſt, præferri præſumptionẽ bonitatis, etiã qñ vrgeant coniecturæ ſceleris alicuius, & malæ famæ, vt tunc præſumatur etiam pro bonitate, & non pro facinore, vt inſigniter dicit Bal. in d. conſil. 398. nu. 4. vbi hanc reddit rationẽ, dicens, quod bonitas ꝓpagata eſt ex origine, & procliuitate naturæ, nequaquã aũt ſcelus, 9 † hinc fit, vt magis ſit pro illa, ẽt qñ adſint cauſæ nequitię, quã pro hac præſumendũ, arg. l. fi. § ſin aũt aliquis. ibi, quia potiora. C. de edic. diui Adri. toll. & idem Bald. in c. in noſtra. de teſtib. Inn. in c. cum P. col. fi. de accuſ. Crauet. conſ. 6 nu. 63.

Quibus tñ det optime, quod ſingulariter voluit idẽ Bal. in l. 1. circa fi. C. coia de lega. vbi ſi vulneratus culpã vulneris in aliquẽ conferat, à quo aſſeueret ſe vulneratum fuiſſe, hæc cul-10 patio illi, cuius culpæ tribuit † non nocet, & tñ ſi ab illa culpatione liberet eũ, proderit ei culpæ liberatio, cuius axioma pro ſingulari refert, & ſequitur Iaſ. ibi circa fi. & idem Iaſ. in l. de die in prin. col. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Alexan. conſ. 24 col. 4. lib. 2. & conſ. 124 col. 2. vol. 6. nu. 11. Crau. conſ. 6 nu. 64.

Limita tñ prædictam concluſionem non procedere, ſi bonitatem, aut bonam famam pro ſuæ intentionis fundamento 11 quis alleget, † quia tunc illa ei neceſſario probanda eſt, prout de * communi atteſtatur Dec. in c. 1. nu. 20. de probat. Fel. in c. cum in iu. e de off. deleg. & in c. 1. nu. 11 de præſum. Afflic. lib. 1. c. conſtit. rub. 17. nu. 25. Hippolyt. ſingul. 487 & in rub. nu. 44. C. de probat.

Digitized by Google

CONCLVSIO CCXXXV.

ARGVMENTVM.

Bonam famam deponentibus, an magis credatur, quam de mala atteſtantibus, etiam ſi illi ſint pauciores numero.

SVMMARIA.

1 *Bonam famam teſtibus deponentibus magis creditur, etiam ſi illi pauciores ſint numero, quam illis, qui de mala atteſtantur.*
2 *Nemo delinquere præſumitur.*
3 *Teſtes duo ſuper infamia deponentes præferuntur alijs contrarium aſſerentibus.*
4 *Quando ſunt duæ famæ contrariæ, vna alteram abſorbet & attenditur poſterior.*
5 *Famæ duæ contrariæ ſi concurrant eodem tempore, illa potior eſt, quæ habet originem ab honeſtioribus, credibilioribus & quæ melioribus probatur indicijs.*
6 *Famæ duæ ſi concurrant, illa præferenda eſt, quæ fundatur in iudicio meliori.*
Quando in eodem loco ſunt contrariæ opiniones, credi debet opinioni rationabili, ibid.

BOnam famam alicuius teſtibus deponentibus magis cre-
1 di, etiam ſi illi magis exiguo ſint numero, †quam illis, qui
de mala fama atteſtantur, conſultus reſpondit Bal in cõſ.166.
incipien. proponitur, quod ex quodam inſtrumento, in fin.
vol 2.& in conſi. 77.col.2.vol.3.Corn.in conſi 261.col.9.vol.
4.Anchar.in conſi.189.nu.7 per textum in c. cum in tua. vbi
etiam Cardinal.de ſponſal.refert, & ſequitur Innoc.in c.qua-
liter, & quando.de accuſat.circa med.& notat idem Innoc in
tit. de præſcript.Abb.in cap.cum oporteat. in fin.de accuſar.
nu.10.Felin.in c.cum contingat.col.2 de reſcript.Soc.in conſ.
54.col.2.vol.3.Crauet.in conſi 276.nu.12.Hyppolyt. in l. de
minore.§ plurimum col.17.de quæſtion.Alex. in conſil. 150.
col.5.vol.5.Venafr.in conſi.7.Mantua.in conſi.67.col.1.
2 Et ratio iſtius cõcluſionis eſt, †quia nemo præſumitur de-
linquere, arg.l.merito.ff.pro ſoc.& notat Natta in conſi.362.
nu.51.vol.2.
Ab hac ſententia receſſit Roman.in conſ.167.nu.10.vbi ait,
3 duos teſtes ſuper infamia deponentes †præferri alijs contra-
rium aſſerentibus etiam mille, idem etiam ſentit Archi.in c.
omnibus.2.q.4.Salyc in l.ea quidem.in vlt.charta, in 1.colu.
quæſt.11.C.de accuſa.
Notatione dignum illud circa concluſionẽ noſtram perpe-
4 tuo menti teneas, vt cum ſint duæ famæ contrariæ, †vna alte-
ram abſorbeat, attendatur poſterior, ita Feli docuit in c.cum
oportet col.1.verſi.& adde ext.de accuſationib Alex.conſi.
24.nu.20.& 21.lib.2 verſi.nec obſtat.
Quod ſi eodem tempore concurrant duæ famæ contrariæ,
5 illa †eſt potior, quæ habet originem ab honeſtioribus, & fide
dignioribus viris, quæque validioribus indicijs probatur, vt
voluit Feli.in d.c.cum oporteat, col.9.ſub nu.6.Alex.d.conſ.
24.nu.19.Bal.in c.1.§ fi.in fi qui feud.dat.poſſunt.vbi dicit,
6 quod ſi concurrant duæ famæ, illa præferenda eſt, †quæ iudi
cio meliori innitat, iſtis addas Imol.Bar.poſt Bal in l.ſi poſt.
in vltim.col ff.de acquir.hæred.vbi dicit, ſi in eodem loco eſ-
ſent contrariæ opiniones, vt tunc debeat credi opinioni ra-
tioni magis congruenti, ſic Archidiac.in c.omnibus.in 2.vol.
2.quæſt10.5.

CONCLVSIO CCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Bona fama quomodo per teſtes probetur.

SVMMARIA.

1 *Bona fama per teſtes etiam ſingulares probatur.*
2 *Mala fama ſaltim per duos teſtes probari debet.*
3 *Bona fama probari poteſt per iuramentum propinquorum.*
4 *Fama qualiter probatur, vnde remiſſiue.*

1 BOnam famam porro probari †per teſtes ſingulares reſpõ-
ſum fuit ab Alex.in conſi.51 verſi nec eſt curandum. nu.
5.refert, & ſequitur Bar in l.de minore.§.plurimum in verſi.
ſed quid ſi teſtes.de quæſt & idẽ Bar.in l.de minore § tormẽ
ta.d.tit.Corn.in conſ.34.col.pen vol 2 Franc Curt. in conſi.
64.col.3.Felin.in c.cum oporteat.nu.6 de accuſat Innoc.in c.
qualiter, & qñ de accuſat Spec.in tit de accuſat.& inquiſit §
nunc tractemus verſ.ſuper probatione.Bal in l 1 C de teſtib.
per notata in l crimen § fin. ff de teſtib. Hippolytus Marſi in
l.de minore.§ plurimum quoque nu 40 cum multis ſeqq ff.
de quæſtion & Crauet in conſi 63.nu 33.
Limita hãc concluſionẽ non procedere in mala fama quia
2 illa† ſaltem per duos teſtes probari debet, vt cauit Rolan à
Vall in conſi 7 nu 51.vol.1.
Quinimo iſtis adiungere poteris, bonam famam probari
3 poſſe, non ſolum per teſtes, ſed etiam† per iuramentũ propin
quorum, vt placuit Fel in c cum oporteat ſub nu 6.de accu-
ſat, per c cum in tua in 6 notab de ſponſali quem vide.
4 Et vt rem in pauca cõferam, quomodo †probetur fama ha-
bes ab Anchar in repet c canonum in 43 chart. verſic.ſubij-
cio ſimilem quæſtionem, de conſtit & ab Alex cõſ.24. col.5.
verſi non obſtat lib 2 & conſ 5 col 2 verſi nõ obſtat ad hoc.
& conſi.77 col 1 in fin 1 vol ab eodem Alexan in conſi 51 in
col 2 nu 5 verſi nec eſt curandum vol 1 latiſſime hæc traden
tem conſulas Hippoly Marſil in l de minore § plurimũ quo-
que ff de quæſtion.Salic in l ea quidem d titu C Bart.adeas.
in l 3 ff.de teſtib adhibeas Anton de But.in cap.veniens. de
teſtib videas Bal.in c.ſuborta, vltra medium. de re iudi. inſpi
cias Alex conſ incip ſuper primo, in 6 col. in fi.li 2. nec omit
tas Ioan.de Ana in conſi ſuo 1 circa vlt col quæras ab Alex.
in d l.de minore § plurimũ quoque de queſtio, à Fel. ſciſcite
ris in c. veniens de teſtib. roges Abb.in c cum oporteat.num.
10 de accuſat & poſtremo hęc te docebit Ang.i cõſ 309.n 2.
Huius concluſionis argumentũ vberius à nobis infra ſuis
locis explicabitur, hic igitur vlterius non progrediemur, ne
bis idem repetatur, lector illuc te reijcio.

CONCLVSIO CCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas præſumi & probari ob temporis antiquitatem petitam.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas præſumitur ob temporis antiquitatem petita infra annum.*
2 *Bonorum poſſeſſionem agnouiſſe debito tempore probare debet qui eam allegat.*
3 *Bonorum identitas quomodo probetur, vnde remiſſiue.*

1 BOnorum poſſeſsio ſecundum tabulas præſumitur †ob
temporis antiquitatem petita intra annum, ab Imp. Con-
ſtantino colligere eſt in l.fin C.qui admit propter antiq tẽp.
gloſſ & Dd in l 1.in ver ratam C eod titu Paul de Caſtr.in
conſ 365 incip ne ſub ęquiuoco col 2 circa medium. verſic.
dicet aliquis lib 1 Corn in conſ 94.col fin lib 2 nu.15.& 16.
Crau de antiq.temp pat.3 verb.vidimus in genere.nu.42.
Bonorũ vero poſſeſsionem agnouiſſe debito tempore pro-
2 bare debet, qui eã allegat, †vt § fin Inſtit de bon.poſſ Barb.
* Dec Curt.Iun & cæteri magis *communiter in rub.C.qui ad-
mit.& Cephal.in conſi 82.nu.55 vol 1.
3 Bonorũ autem identitas quo probetur† videndus erit Ri-
min.Sen in conſi.254.nu.11.cum ſeq vbi dicit per coniectu-
ras probari poſſe, prout etiam tradit Cephal in cõſ.223.num.
53.vol.2.Bart in l.demonſtratio falſa ff de condi.& demõſtr.
in l forma.de cenſib. in l ſi in rem ff.de rei vendicat.& Abb.
poſt Ioan Andr.in c auditis, de pręſumpt ad hanc concluſio
nem multa adhibere poteris à nobis tradita ſupra in conclu
ſione, Bona fuiſſe in bonis defuncti.

CONCLVSIO CCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Non probari bonorum poſſeſsionem coram Prætore legitime agnitam fuiſſe per patientiam longi temporis.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſionem coram Prætore legitime agnitam fuiſſe, non probatur per patientiam longi temporis.*
2 *Patrimonium non poteſt adaptari Prætori.*

3 *Dona-*

Digitized by Google

3 *Donatio non præſumitur ex poſſeſſione longi temporis pacifica,& ſine vlla contradictione.*
4 *Patientia nec authoritas prætoris nihil habet commune cum poſſeſſione.*
5 *Bonorum poſſeſſionem filij pater præſumitur ratificaſſe, ſi paſſus eſt ipſum per decennium poſſidere.*

BOnorum poſſeſſionem corā Prætore legitime agnitā fuiſſe
1 † non probari per patientiā longi temporis,docuit Bal.in l.ſi eins.nu.3.C.de legit.hæred. &c & hane reddit rationem
2 Bal.d.loco,quia patienria † nō pōt adaptari Prætori,qđ idem volnit Ang.in conſ. 94.nu.5.verſ.ex teſtamentis. vbi affirmat prędictā conelusionē per l.fi.C.qui admit.ad bonor.poſſeſ.& p Bal in rub.d.tit.& gl.Inſti.de hær.qualit.& differ.in ver.ad legitimam Raph.in d.l fi.C.eo.tit. & Alex.in d.rubr.C.eo.tit.

Primo amplia cōcluſionē etiam locum habere in donatio-
3 ne,† quia ex poſſeſſione longi temporis pacifica, & ſine vlla contradictione facta non præſumitur inſinuatio facta dona-
4 tionis. Ratio eſt,quia nihil habet commune patientia, † nec authoritas Prætoris cum poſſeſſione.Bal.in d.l.ſi eius.n.3.Feli.in c.ſicut de re iud.

Limita enncluſionē non procedere in bonnrum poſſeſſione filij,quem pater eſt paſſus per decēniū poſſidere,qui filius
5 agnouit bonorū poſſeſſionem coram iudice,† eo quod pater præſumitur dictam bonorū poſſeſſionem filij ratam habuiſſe, ita notatur in l.1.ff qui admit.ad bon.poſſ. qđ dictū Bal.tanquam ſingulare menti tenendū docet in d.l.ſi eius.nu.4.C.de leg.hæred.eſt contex.in l.qui in alien.§.1. ff.de acquir.hær.& declarat Camil.Plautius in l.1.verſ.ſi ratam.n.16.C. q admit.

Contrariam buic limitationi ſequuti ſunt ſniam multi in d.l.1.verſ.ſi ratam.C.qui admit.præſertim Iac.Baldui.Bal.Iaco.Nig.nu.11.Zuccar.nu.85.& Dec.num.80.qui nititur has inter ſe conciliare opiniones,nu.81.quorum ſententia multis innititur rationibus.Primo loco,certum eſt,ratihabitionem intra id tempus fieri debere,quo actus ipſe geri poteſt.l.bonorū.ff.rem ra.hab.l.vlt.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſeru.elapſo igit̄ tempore fruſtra fit ratihabitio,d.l.vlt.§.quęri.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſerue.& fruſtra præſumitur.

Præterea & illud vim facit, nam lapſo anno pater filio expreſſe iubere non potuiſſet, vt petat, quia omnino eſt excluſus,d.l.vlt.ff.quis ordo. ergo nec tacite l.cum quid.ff. ſi cert.pet.quocirca qui poſt illud tempus tacuit, non videtur ideo tacuiſſe,vt conſenſum præſtet,ſed quaſi excluſus tacuit. Abb.in c.peruenit.nu.8.de empt.& vend.Zuccar.d.l.1.nu.85.

Poſtremo & id maxime vrget,tranſacto enim tēpore ius petendæ bonorum poſſeſſionis ad aliū pertinere incipit, primo excluſo.d.l.vlt.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſerue.l.1. §. quibus.ff.de ſucceſ.edict.igitur in alterius præiudicium ratihabitio induci non poteſt,gl & Bar.in l.ſi indebitum.§.fi.ff.rē rat.hab.

Verum diligeuter intuenti patebit, iſtam limitationem no-
* ſtram,quam ab omnibus * communi conſenſu recipi teſtatur nunquam ſatis laudatus idem doctiſſimus Camil.Plautius pręceptor meus,in d.l.1.verſ.ſi ratam.nu.25.C. qui admit.nō labefactare,ſed potius reſtringere.

Sequendo igitur hanc limitationē noſtram Primo ſublimitanda erit,vt non procedat,qñ de magno alterius præiudicio agitur,cæterum inter patrem & filium tantum vigebit pręſūptio,ita intelligit l.ſi filius.C.de petit.hæred.Iaſ.in d.l.1.col.5.limit.4.Alex.conſ.1.li.4.Balb.de præſcr.pat.3.partis princ.q.10.nu.10.recentiores oēs in d.l.1.ita Bart.in l.cū de in rem verſo.ff.de vſur.n.7.quāuis ab hoc diſſentiat idē Camil.Plaut.in d.l.1.ver.ſi ratam,n.26.C.qui admit.Secundo loco ſublimitatur habere locum,qñ filius poſſidere cępit, antequam tempus,quo adiri poteſt,labatur,& præſcriptionem impleuit,eo lapſo ſecus eſt,& ita procedit d.l.ſi filius.C.de petit.hær.& l.qui in alien.§.ſed ſi nō adierit.de acq.hær. & ſic durāte tempore ad adeūdū poſſedit per longum tempus, hoc tñ in bon.poſſ.locum habere non poteſt, quæ intra annum agnoſcenda eſt. Ideo hoc caſu ſaltem oportet,vt cœperit poſſidere, antequam tempus agnoſcendi bo.poſs. præſtitutum lapſum ſit,vt poſseſſio initium validum habeat.Sal. Corn.Rimi.& Dec.nu.80.in d.l.1.lapſo tempore non proderit,quia filius iam excluſus eſt.l.vlt.§.quæri.ff.quis ord.in bo. poſs.ſerue.ideo fruſtra rata habetur,d.l.vlt.§.quæri.ius enim ſemel amiſſum amplius non reparatur.l.vlt.C de cond.inſer.Tertio ſublimitatur non procedere,ſi conſtat lapſo anno proximiorē agnouiſse,quaſi ad ſe deuolutam;tunc in præiudicium iſtius non præſumitur, ratihabitio,nec agnitio filij ex tēpore,per ea, quæ tradit Bar.in d.l.cū de in rē verſa.ff.de vſur.ſublimitatur quarto, vt procedat,dummodo cum diuturnitate temporis poſseſſio continua non interpolata concurrat,ita procedit d.l. ſi filius. C.de petit.hęr.& d.l.quę in alieno.§.ſed ſi non adierit.ff.de acquir.hær.alioquin ſolum tempus hoc non efficit, quia non eſt modus tollendæ,nec inducēdæ obligationis.l.obligationum.§.placet.ff.de actionib.& oblig.

Vltimo loco limitatur, dummodo conſtet petitionem filij fuiſse factam coram iudice, alioqui ſecus eſt, quia patientia & diuturnitas nihil habent cōmune cum licentia iudicis Fel.in c.ſicut,de re iud.Bal.in l.4.C.de legit.hæred.

CONCLVSIO CCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Bouem periſſe quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Bouem periſſe diuino iudicio probatur per corij præſentationem, & per duos teſtes fide dignos,omni exceptione maiores.*
2 *Bouem mortuum eſſe quis probare debeat,an dominus,quod culpa ruſtici, an ruſticus,quod caſu fortuito,vide remiſſiue,& diſtingue,vt ibi.*
3 *Caſus,qui regulariter non ſolent contingere abſque culpa qui ſint.*
4 *Caſus regulariter contingentes abſque culpa qui ſint.*

BOnem perijſse diuino iudicio quo pacto probetur,adeas late tradentem id Alex.conſ.158.per totum,lib.2.vbi ait,
1 Bouem perijſse diuino iudicio probari,† per corij præſentationē,& per duos teſtes fide dignos, qui ſint omni exceptione maiores,qui nec ſint familiares,coniuncti, vel domeſtici, quem omnino vide d.conſi.nu.1.

Quod ſi cognoſcere aueas, quis mortuo boue probare de-
2 beat,an dñs,quod culpa ruſtici,† an ruſticus,quod caſus fortuito,conſulas Silu.in conſ.29.nu.2.vol.1. vbi dicit,adhuc litem ſub iudice eſſe,diſtinguit tñ ipſe hoc pacto.Quod interdum quis conuenitur,& vult ſe excuſare per caſum,qui regulariter non ſolet contingere abſque culpa,prout eſt furtum,
3 vel incendiū, vel captiuorū † aut animaliū fuga,quæ aliquis ſuſceperat cuſtodienda,& ſimilia,& tunc dicit omnes conuenire,& cognucre illum,qui vult ſe excuſare,non abſolui probata amiſſione,ſeu interitu, niſi probet ēt ſine culpa ſua rem illam perijſse,aut non inueniri, nam amiſsio prædicta orta à furto,vel incendio,aut fuga,infert præſūptione iuris culpam contra eum,apud quem res eſt amiſsa, igitur ſi nō doceat de non culpa ſuccumbit,cum præſumatur amiſſio doloſa. Interdum quis conuenit ad rem,& vult ſe purgare allegando amiſſionē illius rei pp caſum, qui regulariter contingere ſolet abſ-
4 que culpa eius,† vt eſt incurſus hoſtium,& latronum, vel inundationes aquarū,& in his ſufficit cōuento probare caſum, quod ſi aduerſarius adducat culpā,ipſam debet probare, cū præſumptio ſit,perijſse ſine culpa,& iſte eſt caſus mortis incidentis in captiuum, vel in beſtias cōmiſsas cuſtodiæ alicuius & in his vt etiam carceri prępoſitus,vel cuſtos animaliū,ſi dictum per eos ſit captiuum mortuū in cuſtodia, vel animalia mortua,& exhibeatur cadauer illius carcerati, vel coriū animalis mortui,ſufficit ad abſolutionem ſibi.vt excuſetur, cum tamen videas. Reliqua huc ſpectantia dicta in concluſione, animal,& fuſius dicentur in concluſione, Equus.

CONCLVSIO CCXL.

ARGVMENTVM.

Breuitas termini in iudici quid probet, & quid in alijs breuitas actus.

SVMMARIA.

1 *Breuitas termini iudicis iniquitatem arguit & probat.*
2 *Breuitas temporis in termino iudicis inſ... non potuiſſe interuenire debitam cauſæ cognitionem,& reddit actum nullum.*
3 *Breuitate temporis rationes non recte redditæ cenſentur.*
4 *Breuitas actus facit præſumi conſilium datum alicui,vt faciat, quod illico fecit.*

1 BReuitatem termini iudicis iniquitatem arguere, † & probare ſanxit ſūmus Pōtif.in c.ad petitionem,ext.de accuſ. Inno-

Innoc.& Dd.docuere in d.c.1.de dilatio.Aymo Crau. reſpondit conſ.103.nu.10.idem in conſ.132.n.17. per l.meminerint. C.vnde vi.l.fi.C.ſi per vim.vel alio modo.

Amplia primo concluſionem,vt ẽt propter temporis breuitatem appareat, nõ potuiſſe adhiberi debitã cauſę cognitio-
2 nẽ † hinc fit,vt actus reddatur nullus l.ex ſtipulatione , cũ ibi notat per Bart.C.de ſent.c.cum ex his,de in integ.reſtit.& idẽ Bar.in l.prolatam in fi.C.eod.tit.Spec.in tit.de ſent. prolat.§. quo.ver.idem oppono quod iudex,& not.Ant.de But.in c.iurgantium,de re iud.& c.veſtra.de cohabit.cler.& mulier.& c. poſt electionem de conceſſio.præben.& dicit expreſſe Bald. poſt Cy.in procemio Digeſtorum,in §.itaque,in fin.late Alex. conſ.218.nu.9.lib.2.& idem Alex.in l.magis puto,§.fundi,de reb.eorum.Iaſ.in l.nec quidquam.§.vbi decretum.ff. de offic. proconſ.Petr.Anchar.conſ.25.Pariſ.conſ.125.nu.22.vol.1.
3 Secundo amplia,vt etiam propter breuitatē temporis† rationes non rectē redditę cenſeantur,ſic canit Card.Pariſ.conſil.96.nu.6.vol.1.

Quinimo breuitas actus facit pręſumi conſilium datum ali-
4 cui,†vt faciat,quod illico fecit,veluti, ſi Titius remotis arbitris Seium ſit alloquutus,& ignoretur,quod ei dixerit, & ſtatim Seius aliquem occidat,profecto ex breuitate temporis,et tali colloquio præſumitur,Titium Seio cõſuluiſſe,vt illum interficeret,argum.l.ſi ventri.§.ſi.ff. de priuil. credit.& Bart.& Ang.ibi Bal.in l.1.C.de ſeru.fugi.& Bal.in l.multum,C.ſi quis alteri vel ſibi.Alex.conſ.96.nu.5.li.2. vbi affert exemplum ſimile, quem omnino vide.

CONCLVSIO CCXLI.

ARGVMENTVM.

Breuitas temporis quomodo faciat præſumi dolum & fraudem.

SVMMARIA.

1 *Breuitas temporis facit præſumi dolum,& fraudem.*
2 *Breuitatis temporis cauſa nulla redduntur ſententia lata præcipiti feſtinatione.*
3 *Sententia ferri debet cum cauſa cognitione.*
4 *Breuitas temporis arguit non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem.*
5 *Breuitate temporis fit nulla ſententia interlocutoria lata præcipiti feſtinatione.*
6 *Breuitate temporis nulli fiunt proceſſus , quando præſumitur cognitionem aliquam ſaltem legitimam non potuiſſe adhiberi.*
7 *Breuitas temporis acta vitiat etiam in arbitrarijs.*
8 *Tempore indigemus in omnibus actis,vt aliquid maturius agamus.*
9 *Breuitate temporis etiam Principis ſententia vitiatur.*
10 *Veritas lenta eſt,& omnia cunctatur,iniquitas omnia præcipitat In Labyrinthum erroris incidit, qui prius iudicat,quam intelligat.ibi.*
11 *Breuitas temporis non vitiat ſententiam , nec facit præſumi dolum , vel fraudem, quando iudex potuit illa temporis breuitate eſſe inſtructus.*
12 *Breuitas temporis non vitiat ſententiam in cauſa criminali,quando iudex condemnando reum ad mortem eſt inſtructus de veritate facti.*
13 *Breuitas temporis ſententia non nocet quando mora damnum afferret.*
14 *Breuitas temporis non vitiat ſententiam interloquutoriam quæ nullius,aut modici eſt præiudicij.*
15 *Breuitatis commendationes vide remiſſiue.*

1 BReuitas temporis in cauſa eſt,vt præſumatur dolus frauſve,id eſt,iudicem doloſe verſatum eſſe†adeo feſtinanter procedendo,vt in l.ſi ventri §.in bonis.ff.de priui cred.& in l.filiæ meæ.ff.ſol.mat.& in c.officij.ext.de ele.& not. Anchat. in conſ.285.incip .tria principaliter,colum 2. Mantu in conſil.309.nu.1.vol.1.Paul.de Caſt.in conſ.174 col.2. in fi.lib.1. Crauet.conſ.153.nu.1.& 2.
2 Primo amplia concluſionem vſque eo procedere†vt etiam nullæ reddantur ſententiæ latę pręcipiti feſtinatione ob tẽporis breuitatem.l.a.& l.ſi.C.de ſent.ex breui.recit l.prolatam, vbi Bart.C.de ſenten.l.4.dc accuſat.l.meminerint.C.vnde vi. l.ſi.C.ſi per vim,vel alio modo.c.eccleſia S.Mariæ.de conſti.
3 c.nos in quemquam.2 q.1.Ratio eſt, † quia ſentẽtia ferri debet cum cauſæ cognitione,vt dicit Crau.in d.conſ.153.nu.2.
4 Et breuitas temporis arguit † non fuiſſe adhibitã cauſæ cognitionem,prout dicit Natt.in conſ.214.nu.16.vol.1. Bart.in l.ex ſtipulatione.C.de ſent.& interloc.om.iudi.Butr.in c. eccleſia S.Mariæ,de conſti.cum multis alijs adductis per Iaſonem in conſ.21.nu.5.vol.1.
5 Primo amplia prædictam ampliationem procedere†etiam in ſententia interloquutoria.l.ã procedente.C.de dilat.Bart. in l.nec quidquam,§.vbi decretum,ff.de offi proconſ. & in l. quod iuſſis.col.pen.ff.de re iud.Alex.conſ.33. col.fin.libro 1. Calcan.conſ.115.col.1.in fi. Crauet.d.conſ.153.nu.2.

Secundo amplia concluſionem procedere vſque eo,vt etiã
6 nulli fiant proceſſus propter temporis breuitatem, † nã tunc præſumitur cognitionem aliquam ſaltem legitimam non potuiſſe adhiberi,arg.ca.cum ex literis,ext.de in integ.reſtitu. Spec.in tit.de ſenten.prolat.§.quo modo. verſ.item oppono,quod iudex.Ant.in c.iurgantium.de re iud.& in c.veſtra. de cohab.cler.& mul.Bart.in l.prolatum, in fi. C.de ſenten.& Cy.& Bal.in proœ.Digeſtorum.in antepe.col.
7 Tertio amplia etiam idem procedere in arbitrarijs, † quia etiam in his breuitas temporis acta vitiat: vt reſpondit Anchar.conſ.36.viſa quadam petitione,col.2.nu.3.
8 Ratio eſt,quia in omnibus actis tempore indigemus†vt aliquid maturius agamus,ſic dixit Anchara. d.loco per l.cum hi.§.ſi prætor.ff de tranſac.c.poſſent,de in integ.reſtit.Crau. d conſil.153.nu 2.
9 Quarto amplia,vt ẽt Principis ſententia in vitio ſit†ex tẽporis breuitate,c.cum ex literis,de reſti.in integ. Dec.conſil. 544.col.2.cir.med.Crau.d.conſ.153.Veritas enim tarda eſt,&
10 oĩa cunctatur, iniquitas autem†omnia præcipitat,c.inter hircum.de pœn.diſt.3 Et in labyrinthũ erroris incidit,qui prius iudicat,quam intelligat, vt legitur in ca.ſciendum,29.diſt.

Limita hanc concluſionem ita ampliatam non procedere, quando iudex potuit illa temporis breuitate eſſe inſtructus,
11 quia tunc breuitas temporis non vitiat ſententiam,† nec facit præſumi dolum,vel fraudem,c.iurgaotium, in verb.celeri ſententia,cum ibi notat.ext.de re iudic. Alex conſi.213.nu.3. vol.7.Bal.cõſ.204.longum thema.col.2.lib.3.ibi, quod index ſtatim poteſt procedere ad ſententiam.Crau.conſi.179.nu.1. Imol.in clem.paſtoralis.in 3.col.de re iud. c.cum Bertoldus, de re iudi.melius in c.iurgantium,eod.tit.

Amplia hanc limitationem ẽt locum habere in cauſa crimi-
12 nali peragendo reum, † qñ eſt inſtructus de veritate facti,ita Bal.conſuluit in terminis in conſ.204.lõgum thema. col.2. ad fi.lib.3.vbi aſſerit, iudicem illico poſſe ſententiã proferre in cauſa,in qua de vitæ diſcrimine agitur,vt tãdem morti adiudicetur reus,quando de tota facti ſerie eſt edoctus, vt ſi reus ſit faſſus crimen,quem refert,& ſequitur Crau. d.cõſ.169.n.1.

Secundo amplia prædictam limitationem etiam procede-
13 re,quando†mora damnum afferret,nam tunc breuitas temporis ſententiæ non nocet,ita in terminis Crau. conſoluit d.conſil 169.nu 1.& Bal.d.conſ.204.col.1.

Quod idem etiam procedere in ſententia interloquutoriæ
14 velim obſerues,†q̃ nullius,aut modici eſt præiudicij, l.quanto magis,ff.de ineiur.Crau.d.conſ.169.nu.1.

Veruntamen ſi alia multa de breuitate intelligere tibi ſit
15 cordi†videas Afflic.ſup.conſtitut.Regni.lib.2.in rub.de cauſis in iudicio cito decidendis.

CONCLVSIO CCXLII.

ARGVMENTVM.

Bullæ falſitas quando arguatur.

SVMMARIA.

1 *Bullæ falſitas an ex eo arguatur,quod contra ſignaturam expedita ſit.*
2 *Bullæ falſitas non arguitur, quando agitur de ætate.*

1 BVllæ(quod diploma Cicero vocaret) falſitas ex eo arguitur,†quod contra ſiguaturam expedita ſit. Rebuff.in ſua praxi benef.io formul.de diſpenſat.ratione ætat.in prin.n.12.

Limita hanc concluſionem non procedere, quando agitur de ætate,verbi gratia,ſi quis in ſupplicatione dicat,ſe eſſe annorum 23. & autequam expediatur, bullæ eſt annorum 25. poteſt omitti defectus ætatis, nec poterit opponere pars aduerſa male expeditas , qoia non ſecundum ſupplicationem,
2 †nam hoc erat introductum in fauorem impetrantis,vt ætatẽ exprimeret, cui fauori pars , cum ſit legitimæ ætatis , poteſt renunciare,c.ſi diligenti,de foro compet.Rebuf.d.loco ſupra citato d.num.11.

CON-

CONCLVSIO CCXLIII.

ARGVMENTVM.

Bulla imperfecta an fides ſit adhibenda.

SVMMARIA.

1 *Bulla imperfecta nulla fides eſt adhibenda.*
2 *Bulla imperfecta proprie bulla vocari non poteſt.*
Teſtamentum illud proprie non dicitur, quod iure perfectum non eſt ibi.
3 *Expeditio nulla & nec efficax perinde eſt, ac ſi non ſit in rerum natura.*
4 *Iudex non accipit iuriſdictionem, niſi literis expeditis.*

1 BVllæ imperfectæ nullam fidem adhibendam eſſe † Rebuff.
auctor eſt in ſua praxi beneficio.ti.quæ contra bull. appo.
poſſ.nu.21.Nã imperfecta bulla proprie bulla vocari non po-
2 teſt, ſicut teſtamentum illud proprie non dicitur,† quod iure
perfectum non eſt, licet minus proprie teſtamenta ea quoque
vocemus, quæ falſa ſunt, iniuſta, aut irrita, vel rupta.l.2.§.1.ff.
quemadmod.teſtam.aperiant.l.Polla, in fin.C. de his quib. vt
indign.l.fi.ff.quemadmo.teſtam.aperian. Alex.conſ.215.viſis
probationibus.in prin.vol.2.nu.1.vbi ait expreſſe bullam im-
perfectam, bullę nomine non eſſe dignam, citat l.Polla.in fi.C.
de his, vt indign.§.nenul.Inſti.quemadmod. teſtam aperian.
3 Tum quia expeditio nulla, & nec efficax †perinde eſt, ac ſi
non ſit in rerum natura.c.inter.de translatio.epiſc.& tradunt
recentiores in auth.ſed nouo iure.C.de ſerui.fugi.
4 Accedat, quod iudex non accipitur iuriſdictionem† niſi li-
teris expeditis, vt eſt deciſi.17.tit.de conceſſ.prębend.in no-
uis, late Gomeſ.in regul.Cancella.reg. de non iudicand. iuxt.
form.ſup.quæſt.10.nu.2.quem vide.

CONCLVSIO CCXLIIII.

ARGVMENTVM.

Bullam ſuam producens actor poſt terminum ad articulandum, ſi non conſtet de die abſolutionis, an in dubio præſumatur, ante terminum fuiſſe perfectam.

SVMMARIA.

1 *Bullam ſuam ſi producat actor poſt terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, in dubio præſumitur ... ſit ante terminum expedita.*
2 *Bullis menſem eſſe appoſitum ſufficit & quomodo.*
3 *Actus in dubio debet præſumi expeditus legitimo tempore ad effugiendum contumaciam.*
4 *Actus ille præſumitur factus prius, qui fieri debuit, vt valeat, quando duo actus reperiuntur facti eodem tempore.*
5 *Poſſeſſori beneficij triennalis poſſeſſio ſufficit pro titulo colorato acquirendo.*
6 *Adminiculum quodlibet ſufficit ad tuendam poſſeſſionem alicuius.*

1 BVllam ſuã † ſi actor producat poſt terminum ad articulan-
dum (vt cũ noſtris loquar) nec conſtet de die expeditio-
nis, in dubio pręſumi, ante terminum fuiſſe expeditum, idq; vt
euitetẽ nullitas, late Gomeſ. proſequutus eſt in reg.Cancel.tit.
de vtriuſque ſignatur, cõpen.nu.54.Cald.conſ.2.de pecul.cle.
2 & addit Gom.d.loco, Rotam voluiſſe †ſatis eſſe in bullis mẽ-
ſem eſſe appoſitum per ſcribam, vt in vna Gebenẽ beneficio-
rum de menſe Martio 1520.ſtatuit Rota, nã in dicta cauſa ter-
minus ad articulandum fuerat ſeruatus de menſe Decembris,
& actor produxit bullas ſuas poſt terminum ad articulãdum,
ſed bullæ tergo erat appoſita per ſcriptorem illa ſyllaba De.
quæ ſignificat menſe Decembri. non tamen apparebat de die
expeditionis, voluerunt Domini per hoc actorem excuſari.
Nam licet illa appoſitio menſis neceſſario non concludat ex-
3 peditionẽ fuiſſe factam ante terminum ad articulandum,† ni-
hilominus, vt euitetur cõtumacia, debet præſumi actus in du-
bio abſolutus legitimo tempore, iuxta notata per Bar. in l.nõ
ſolum.§.ſed & reprobari.de oper nou.nunt.
Nam qñ duo actus reperiuntur facti eodem tempore, in du
4 bio ille actus præſumitẽ factus prius,† qui fieri debuit, vt actus
valeat, ſic reſpõdit Alex.conſ.114.in cauſa, & lite.n.7.in 4.vol.
per l.merito, ff.pro ſocio.Bal.in l eum teſtamento.§. hæc ver-
ba.ad fin.ff.de hær.inſti.quod dicit memoria dignum Alex.in
l.diuortio in 4.col.ff ſol.matr.& idẽ Alex. pro ſingulari illud
dictũ adducit in l.3.C.de codicil & in conſ.81.lecto, & diſcuſ
ſo, in 4 col.li.3.& Iaſ.in l. hac conſultiſſima.ĩ 1.& 2.col.C.q te
ſta.facer poſ.Fel.in c.paſto.col.4 de reſcr Dec.cõſ 10.col. 11.
Bulla aũt penſionis abſoluta pro illo, qui reſignauerat eidẽ
5 poſſeſſori beneficium, quod poſſidet,† ſufficit poſſeſſori trien
nalis poſſeſſio pro titulo colorato acquirendo, ita in terminis
eſt deciſio Rotæ in nouis in tit de reſtit.ſpol deciſ 17 incip.
item fuit dubitatum, & deciſ 19.eo.tit & facit deciſ.245.in-
cip.nota quod vbi.in antiq.& deciſ Bellam 183 aſſertinni.
6 Huius rei ratio eſt,†quia ad tuendam poſſeſſionem alicuius
quodlibet adminiculum ſufficit, ſic docuit Gomeſ.in reg.Can
cell.reg.de triennal.poſſeſſore.q.39.nu 2.

CONCLVSIO CCXLV.

ARGVMENTVM.

Bullæ deperditæ tenor quomodo probari debeat.

SVMMARIA.

1 *Bullæ deperditæ tenor per teſtes expertos, practicos & literatos probari poteſt.*
2 *Teſtibus deponentibus, bullam deperditam, plena fides adhibenda erit, probatis ſiniſtris caſibus puta excidij vrbis, vel incendij.*

BVllæ cuius iactura facta ſit, tenor per teſtes, qui vſum, &
conſuetudinẽ calleant, & literarum periti ſint, probari po
1 teſt,†qui bullã, bullarumq; regiſtrum, ſupplicationẽ, ſupplica
tionumque regiſtrũ amiſſa eſſe deponant, vt tempore excidij
vrbis, vel pp incendium, ſeu alios iſtis ſimiles ſiniſtros caſus,
2 quib.†probatis bona fides adhibenda erit talibus atteſtatio-
nibus, prout adhiberetẽ authẽticæ ſcripturæ amiſſæ.l ſicut ini-
quũ, & ibi gl.Bar.& alij C.de fid.inſtr.l.teſtiũ.in fi.C.de teſti-
bus.c.cũ olim.il 1.cũ gl.magn.in prin.& in fi.C.de priuil Bar.
in auth.ſi qs in aliquo.col 2.n.6.C.de edẽ.Bal. in l.1.ff.ſi cert.
pet.col pen.verſ.ſi eñ.Card.in proęm.clem. verſ.hæc ſane, in
5.q.Rot.dec 332.licet Romana.poſt prin.in nou.Abb.in c Al-
beric.col.2.& ibi Fel.de teſti.& idẽ Abb.ĩ c.ſicut col.1.& Fel.
ibid.n.2.verſ.vbi ſcriptura eſt de ſubſtãtia.de re iud.Alex.cõſ.
190.viſo teſtõ.n.9.& ſeq.vol.2.per Mat.de Affl dec.302.verſ.
aliud dubium.n.3.vſque ad fi.Feli. ſuper rubr.de conſtit.col.
pen.ante nu.7 verſ.tertius caſus eſt, & ibi Rip.col.pen.nu.53.
verſ.itẽ iſtud intelligo, niſi agatẽ de probãdo tenore gręſ ſemel
ſcriptæ, ſed caſu amiſſæ.Dec.in conſ.82.viſo proceſſu. colu.2.
& conſ.215.in cauſæ vertente.nu.1.late Mandoſ. in reg.Can-
cel.reg.26.de non iud.iuxta mod.ſupplic.q.6. per totum. Bal.
in l.ſicut iniquum C de fid.inſtr.Ang.in l.2. §.diuus in fi.ff.de
iur.fiſc.Bal.& Sal.in l.1.C.de fid.inſtr.Pau.de Caſt.in l.noſtrã.
col.vlt.C.de teſtam.Affl.deciſ 274.quem vide.

CONCLVSIO CCXLVI.

ARGVMENTVM.

Bulla tranſumptum ex regiſtro an plenam vbique ſicut bulla originalis fidem faciat.

SVMMARIA.

1 *Bulla ſumptum ex regiſtro bullarum tranſumptũ plenam vbique ſicut & ipſa bulla originalis fidem facit.*
2 *Bulla tranſumptum de regiſtro ſupplicationum Papæ fidem non facit.*
3 *Tranſumptum ſupplicationis vti & ipſa ſupplicatio fidem facit, quando tantummodo agitur de fide ipſius ſupplicationis.*
4 *Bulla tranſumptum nullam fidem facit, quando agitur extra Romanam Curiam ſecus quando agitur in Romana Curia, vbi facile confugere poſſumus ad Regiſtrum, vel Papam.*

BVllæ ſumptũ ex regiſtro bullarũ tranſumptum, (vt noſtri
1 vocant) plenam vbique† ſicut & ipſam bullã originalem
fidẽ facere deciſum reliquere Dd.Rot. deciſ 28.de ꝓbatio.
alias 621.in antiquis.incip.nota ſumptũ &c.& deciſ 681.no
ta qđ ſump.in antiq.& deciſ.10.de fi.inſtr.alias 689.ſic quod
trãſumptũ i antiq.Ant.de But.cõſ.2.viſis literis.nu.3.verſ.his
no obſtat.Belenci.de charit.ſubſid.q.113. Sarn.ĩ c.ſtatutũ.n.
69.verſ.ſufficeret tñ, de reſcr.ll.6.& vide Lãfr.de Oria ĩ c quõ
contra.de ꝓbat ĩ ver.inſtru.ꝓductiones, n.11 Ale. ĩ auth.ſi qs
ĩ aliquo.C.de eden.n.9.verſ.7.fallit.idẽ Ale.in cõſ.138.oppor
tune cõſideratis.n 5.verſ.nõ obſtat, qđ credatur.vol.1.vbi li-
mitat Felin.deci in d.auth.ſi quis in aliquo.n.23.ver o.falli
Limita primo, concluſionem non procedere in trãſumpto
2 ex regiſtro ſupplicationum ſummi Pont.† quoniã hoc fidem
non facit, ita notatur in d.deciſ.28.de proba.alias 621.& 10.
de fi.inſtr.alias 689 in antiq.Rom.conſ.336.circa propoſitũ.
nu.5.ver.cæterum non ſufficit.Bellam.deciſ.283.ſumptum.
Sublimita hanc limitationem non procedere, quando tan-
3 tũmodo agitur de fide ipſius ſupplicationis,†& eiuſdẽ clau-
ſulis appoſitis, non aũt, vt ſecundum eam iudicetur, nã tunc
tranſumptum ſupplicationis vti & ipſa ſupplicatio fidem fa-
cit, ſic docuit Belen.tract.de charit.ſubſid.q.113.in fi.& tradi
dit Mandoſ.d.loco ſup.citato.nu.2.
Secundo limita concluſionem ſupradictam nõ procedere,
quando

Digitized by Google

4 quando†agitur extra Romanam curiam,nam tunc nullã tranſumptum bullæ fidem facit,ſecus vero,qñ ageretur in Romana curia.Et ratio differentiæ eſt,quia in curia Rom.facile cõfugere poſſumus ad regiſtrum,vel ſummum Pontif.ſi de viribus ſumpti dubiteretur,& ad huiuſmodi regiſtrũ in dies videmus homines confugere,ſic animaduertit Mandoſ.in reg.Cãcellariæ,regul.de non iud.iux.for ſupplicatio.ſed expe.Spec.in rit.de probat.§.videndum reſtat.nu,3.ver.quod de auditorib.Palatij.Reliqua huc ſpectantia vide infra in cõcluſio.Gratiæ tranſumptum, & in concluſione,Supplicatio,

CONCLVSIO CCXLVII.

ARGVMENTVM.

Bulletinum quod fit pro peſte,vel aliqua alia cauſa,an probet.

SVMMARIA.

1 *Bulletinum factum pro peſte,vel alia cauſa non probat,nec ei fides danda eſt,ſi ſigillum in eo poſitum non ſit bene impreſſum.*
2 *Priuilegium habens ſigillum,quod non bene appareat non facit fidem.*

1 BVlletinũ quod fit pro peſte, vel aliqua alia cã nõ probat,†nec vlla ei fides dãda eſt,ſi ſigillũ in eo poſitũ non ſit bene impreſſum,prout dicit Ripa in tract.de peſt in ver.de remed.ad cõſeru.vbert.n.286 p tex.i c.iter dilectos.de fid.iſtr.

2 Quod idem eſt in priuilegio habente ſigillum,quod nõ bene appareat,†vt nullam faciat fidem,ſic dicit Crau.in conſi.46.nu 6.per text.in c.inter dilectos, de fid.inſtrum.in c.cum cauſam.de probat.in l cum aliquis.C.de iur deliber.

CONCLVSIO CCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Bulletinum an probet aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum,& quomodo.

SVMMARIA.

1 *Bulletinum probat aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum,ſi habet omnia requiſita.*
2 *Bulletinum ſecum ferens, licet habeat præſumptionem pro ſe quod a peſte liber ſit,nemini tamen conſulitur,vt illum recipiat.*
3 *Peſtis eſt genus morbi venenorum omnium peſtiferrimum,medullis,& intimis hominum viſceribus inhærens, qui hominem ſubito ſuo veneno contaminatum proſternat.*

1 BVlletinum(ſchedulam vocat Cicero)probat aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum,†ſi habet omnia requiſita notata,vt vtar verbis Rip.in ſuo tract.de peſte.part.2.nu. mihi 491.cum plurib.ſeq.ſed de hac vide infra in concluſione,Sanitas,& in concluſione,Infirmitas.

Quamuis tamen vt plurimum ille habeat præſumptionem pro ſe,à peſte liberum eſſe,qui bulletinum ſecũ affert, vt dictũ eſt,nemini tamen auctor eſſem,vt venientem à loco peſte

2 infecto,†vel de hac ſuſpecto(qui ſibi cõſultum tuto ab huiuſmodi peſtifera contagione velit) ſecum recipiat. Quoties.n.proh dolor,in almo illo Mediolano celeberrimo emporio,cũ inibi peſtis mirũ in modum graſſaretur anno Dom. 1576.& 1577.quumque idem officio Vicarij apud Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Carolum Borromæum tituli S.Praxedis S.Rom.eccleſiæ Cardinalem vigilantiſſimũ fungeremur, viſum eſt, vt cum illinc quidam proficiſcentes acceptis litteris dimiſſorijs à præfecto ſanitatis,qui illos ab omni ſuſpicione peſtis liberos aſſereret,Laudam peruenifſent,illico mortui ſubſiderent,quod idem ſpectaculum funebre,& al ijs in locis non ſemel contigit,vt in Burgo Abbatis graſſi.

3 Neque mirandum eſt:quippe cum hoc genus morbi venenorum omnium pernicioſiſſimum† medullis,& intimis hominum viſceribus inhærens hominem ſubito ſuo veneno contaminatum proſternat. Quandoq; poſt 40 dies,aut eo amplius,vbi integre illum infecerit,puncto tẽporis occidit,in illud vſque tẽpus ſano homine exterius apparẽte corpore tenus,vixque fieri põt, vt quis certo credat ſe tutum ab hac cõtagione exitioſa,cũ bulletinum viatoris cognouerit,quum vt ipſi vidimus,ille,qui Præpoſitus erat ſanitatis officio,qui omnibus ſanitatem promittebat,infectus peſte ſubito corruerit,interim dum bulletina ſanitatis obſignaret. Verũ non hęc eo dicimus vt hominum animos à viatoribus huiuſcemodi bulletinos circumferentibus abducamus,immo ad oẽ genus ſubſidij, & charitatis eis præſtandum quam maxime adhortamur, cum maxima tñ,qua fieri põt ſui cura, & vitæ tuitione,cum illius generis morbus ſemper conſuetudine hominũ improuida acquiratur,quam alio quouis mõ, vti Mediolani vidimus dicto anno. Quapp ſuaderem relinquendum eſſe eorum iudicio qui viatores cum bulletinis ſuſpiciant, vtrum admittendi eſſent,necne,habita ſemper rõne perſonarum qualitatis, & conditionis. Vidimus etenim hoc genus morbi ſemper contemptæ conditionis homines ſqualidos adoriri potius, quam præclaros,& mediocris fortunæ homines,vt experientia docuit.

CONCLVSIO CCL.

ARGVMENTVM.

Bulſum equum eſſe an magis credatur teſtibus affirmantibus quàm negantibus.

SVMMARIVM.

1 *Bulſum eſſe equum magis creditur teſtibus affirmantibus quam negantibus.*

1 BVlſum equum eſſe teſtibus affirmantibus magis†creditur quẽ negantibus reſpondit Alex.conſi.148 nu.4. incipien.excellentiſſime.lib.2.quem vide Bal.in auth.omnes peregrini,nu.8.C.communia de ſucceſſ.& latius dicetur infra in verbo,Equus,& dictum eſt ſupra in verbo,Animal,vbi vide.

C

CONCLVSIO CCXLIX.

ARGVMENTVM.

Caducitas an probetur ex non ſolutione canonis.

SVMMARIA.

1 *Caducitas probatur ex non ſolutione canonis.*
2 *Emphyteuta cadit à iure quod habet in re ſibi tunc ſſa in emphyteuſim,ſi ceſſauerit à ſolutione per triennium integrum in re priuata,& per biennium in re eccleſia*
3 *Caducitas inducitur,& emphyteuta efficitur periurus per ceſſationem vnius anni à ſolutione canonis,ſi contractus à partibus iuratus fuerit.*
4 *Iurans ſoluere canonem ſi propter paupertatem non ſoluit in primo anno,nõ cadit,*
5 *Caducitas probata dicitur etiã in emphyteuſim magni valoris,pro qua minima pẽſio ſoluitur ſi per triennium ceſſauerit emphyteuta ſoluere illud minimum.*
6 *Recognitio directi domini potius conſideratur in conſtituenda penſione,quæ ſoluitur ab emphyteuta quam emolumentum ipſius emeuentis.*
7 *Caducitas inducitur ex ſummo iure,ſi emphyteuta ceſſat à ſolutione per iuſtũ tempus,etiam ſi ignoret rem eſſe emphyteuticam.*
8 *Caducitas non inducitur,ſi ceſſans ſoluit magnam penſionem.*
9 *Emphyteuta ſoluens magnam penſionem potius debet conductor,quam emphyteuta appellari.*
10 *Caducitas non probatur ex non ſolutione,ſi ceſſans ſoluere canonem domino eſt creditor ipſius domini & paratus ſit cum eo compenſare.*
11 *Emphyteuta ceſſans ſoluere triennio non cadit,vbi dominus eſt debitor, & ipſe ſit paratus cum eo compenſare.*
12 *Caducitas inducta non erit,etſi conſtaret de non ſolutione, quando inter partes conuentum fuerit,ne ob non ſolutionem cadat emphyteuta.*
13 *Res emphyteutica caduca dici non poteſt,antequam dominus directus declarauerit voluntatem ſuam fore,rem habere pro caduca ob non ſolutionem.*
14 *Sententia declaratoria requiritur ad rem emphyteuticam caducam dicendam.*
15 *Emphyteuta ſi percepit tantum vnicum fructum,non ſoluens canonem per biennium in priuato,& per triennium in eccleſia,non cadit à iure ſuo.*

1 CAducitatem à iure proprio,quod quis habet in re ſibi in emphyteſim conceſſa†probari ex nõ ſolutione canonis*omnes aſſeruere in l.2.C.de iur.emphyt. per illum textum qui hoc aperte probat,& ad idem pertinet cõtex.in c.potuit.de locato.in quibus locis ordinarie tractatur hæc materia,& per Iaſ.poſt Bald.nu.9.in d.l.2.in 7 notab.n.5.& Bal in l.lex vectigali.ff.de pigno.Bar.etiã in d.l.2.in principio.verb.dicit gloſ.C.de iur.emphyt.& in auth.qui rem.n.2.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in §.ſi vero qs.n.1.in auth.de alien,& emphyteut.& in l.locorum.n.5.C.de omni agr.deſerr. lib.10 Bart.in tract.differ.inter ius canon.& ciuil.nu.101.Bald.in conſi.271.conſilio 518,volum.5.& in conſi. 280. volum.2. & in con-

in conſ.27.nu.1.vol.3.& in c.t.verſ.quæro nunquid,nu.10.de
alien.feud.vt dixit Plot.iſta tñ corrupte allegans, referens a-
lios in conſ.48.n.6.& 7.& Tiraq.de retrac.in gl.9.§.1.n.159.
fo.167.tradit Natta conſ.3.n.3.vol.1.& conſ.274.n.14.vol.2.
Iaſ.in l.poſthumo.nu.24.C.de bo.poſ.cont.tab. Marſ.ſin.446.
magna pfecto,& longa.n.2.ver.nã licet. Mattheſ.ſing.50.0.1.
in addit.Ant.Corſet.ſing.in ver.emphyteuſi.il 2.num.1.

Intellige,vt hoc locũ ſibi vẽdicet,ſi emphyteuta ceſſauerit
à ſolutione per triennium integrum in re priuati † & per bien
2 nium in re eccleſiæ, non autem per ſimplicem ceſſationem
vnius anni,vt expreſſe diſponunt iura prædicta.

Quæ tamen intelligenda ſunt,vbi in cõtractu emphyteuti-
co non fuerit appoſitum iurm̃,ſed ſi contractus ipſe à partib.
iuratus fuerit,tunc per ceſſationẽ huius anni à ceſſatione ca-
3 nonis emphyteuta efficiẽ periurus † & illico caducitas indu-
citur,vt profitẽdo ſcriptũ reliquit Bal.in c.querelã.de iureiu.
à qua opinione nõ receſſit Guliel.de Bened. in repet.In cap.
Raynu.in ver.teſtm̃.il 3.nu.27.& rñdit Goza. in conſ.57.poſt
nu.19.verſ.non obſtãt allegata.quam opinionem * cõem eſſe
teſtatur,& Iul.vbi ſup. cui tamen ſentẽtiæ aduerſari viderur
Iul.Clar.in §.emphyteuſis,q.8. vbi tenet cõtrariam ſententiã
æquiorem eſſe.Cogita tñ,quia pro Bal.cõtra Clar.cõſulit Nat
ta in conſ.426.n.21.& defendit Iaſ.in l.1.C.de iu.emphyteu.
n.47.verſ.nono quæro.vbi dicitur mirabile dictũ Bald.& non
habere contradicentem,& idem cauit Natt.in conſ.479.n.11,
& Corſet.in ſing.in verb.emphyt.il 1.num.1.Marſil ſing.216.
emphy.priuat.nu.1 .Marſ.ſing.50.nota magnum,nu.1.

Limita ſecundam intelligentiam quod iurans ſoluere ſi nõ
4 ſoluit in 1.anno cadat non † ſubſiſtere, ſi iurans ſoluere pro-
pter paupertatem non ſoluit,vt Ioan.de Arno.ſing.85.qua in
præcedenti.nu.1.

Primo amplia, vt concluſio procedat ẽt in emphyt.magni
valoris,pro qua minima penſio ſoluitur, nã ſi p trienniũ ceſ-
ſauerit emphyteuta ſoluere illud minimum, cadit tamen à in
5 re ſuo † & ex hoc dr̃ probata caducitas,vt vna mente *omnes
id cenſere ſcribentes aſſeuerauit Apoſtilla ad gl. in auth. qui
rem in ver.repelli põt.C.de ſacroſ.eccle.& qđ *oẽs tenuerunt
hanc opin.dixit Bal.in d.auth.qui rem nu.5.& de hac *cõi ẽt
eſt atteſtatus Dec.ibidem nu.3.ſubdens ita ſeruari de conſue
tudine,idem dixit Ripa in reper.l.fi.nu.130.C.de reno.dona.
& accedit Afflic.deciſ.80.nu.7.in fi.& ab hac opin. in practi-
ca * non eſſe recedẽdum monuit Iul.Clar. in §.emphyteuſis,
q.10.verſ.ſed pone.circa fi.motus ea ratione, quod in conſti-
tuenda penſione quæ ſoluitur ab emphyteuta,potius cõſide-
6 ratur recognitio directi dominij,† quam emolumentũ ipſius
concedentis, & ideo hoc in caſu eadem militat ratio in par-
ua penſione quæ in magna.

Secundo amplia,vt concluſio vera ſit,etiam ſi emphyteuta
ignorat rem eſſe emphyteuticã,quia,& in hoc caſu,ſi ceſſat à
7 ſolutione per debitũ tempus,† inducitur caducitas de rigore
iuris,licet de æquitate detur reſtitutio in integrũ ex ca.pro-
babilis ignorantiæ,vt cauit glo.in d.l.2.in ver.legẽ. C.de iur.
emph.quã noſtri *vna mente cõprobant, vt ait Dec.in conſil.
58.in fi.& * omnes in hanc deſcendere ſñiam ſcripſit Saly.in
d.leg.2.n.25.& hanc eſſe *cõem ſententiã Dd.eſt etiam teſta
tus Imol.in c.potuit,nu 56.de loca.rñdit Corn.conſ.165.in li
tera Q & R li.2.late Iaſ.in d.l 2.nu.184.hoc in practica * nõ
pati difficultatem aſſeuerauit Iul.Clar.in §.emphyteuſis,q.8.
verſ.proſequendo materiam,conſulas ibi eum, quia tibi ſup-
peditabit alia ad hanc concluſionem ſpectantia.

Primo limita hãc concluſionem,vt non inducaẽ caducitas,
8 ſi † ceſſans ſoluere ſoluit magnam penſionem,l.1.ff.locati. nã,
ratio,qua non ſoluens cadit à iure, & perdit melioramenta
eſt,quia ſoluit quid modicũ annuatim, quæ rõ oĩno ceſſat in
emphyteuta ſoluente magnã penſionẽ, qui potius debet con
9 ductor † quã emphyteuta appellari, ita aduertit Io.Ant.Rub.
in l.Gallus.col.pen.nu.207.verſ.infertur 2.ff.de lib.& poſth.
& Tiraq.d.trac.§.4.glo.6.nu.26.ſol.723.

Secundo limita concluſionem, vt non procedat,qñ ceſſans
ſoluere canonem domino,erat creditor ipſius domini,& pa-
ratus ſit cum eo compenſare, tunc enim ex non ſolutione nõ
10 probaẽ † caducitas per ea,q̃ not.Albet.de Roſa. in l.cũ aliter.
ff.de compenſ.& in l.2.C.de iu.emph.& ibi Iaſ.q.19.qui dñt,
quod vbi dominus eſt debitor,quod emphyt.ceſſans ſoluere
11 triennio non cadit † ſi ſit paratus cõpenſare, hoc idem tradit
Cur.ſen.in conſ.71.3.quæſito. vt reſpondit Gozad.in cõl.69.
Patiſ.etiam cauit in conſ.108.col.antepe.in fi.verſ.ad 2.oppo
ſitionem.vol.1.& ſequitur Rol.à Valle conſ.87.nu.26.li.1.qđ
& late proſequitur congerendo quamplures hoc idem tenen
tes Tiraq.in trac.de retrac in 1.par.§.3.in ver.à payer perſol-
uen.gl.3.nu.4.aſſeuerans ibi neminẽ hactenus legiſſe qui cõ-
trarium tenuerit.Quod procedit,etiam ſi compenſatio nõ ſit
appoſita infra biennium,vt per eundem Gozad. d.conſil.69.
& ita * obſeruari in palatijs protulit Cur.iun.d.conſ.71.in 3.
quæſito,in fi.& ita * communiter teneri affirmat Salyc.in d.l.
2.in finalib.verbis.

Tertio limita non procedere, quando inter partes conuen
12 tum fuerit,quod ob non ſolutionem nõ cadat emphy.† quia
eo in caſu,etſi conſtaret de non ſolutione, non ex hoc caduci
tas inducta erit,ita colligitur ex tex.d.l.2.in prin.ibi eaſdem,
& in omnibus aliis cap.iuncta gloſ.ſuper ver.capitulis,C.de
iur.emph.& glo.ibi.ſuper ver.repellere.verſ.ſed quid ſi fece
rit pactum.& tradit Iaſ in l.1.nu.11.& in d.l.2.nu.1. C.eod.

Quarto limita,vt locum concluſio habeat tunc demũ,quã-
do dominus directus declarauerit voluntatem ſuam fore, rẽ
13 habere pro caduca ob non ſolutionem,† ante autem hãc de-
clarationem res emph.caduca dici non poteſt,ita cautum re-
liquit Imp.Iuſtinianus in d.l 2.C.de iur emphyt.ibi,volenti,
& ibi,ſi dominus voluerit,&c. & obſeruauit Iaſ.ibidem n.6.
5.not.& nu.10.vbi *omnes aſſentire dicit,voluit gl.in l.2.ff.ſi
ager vect.vel emph.ſuper verb.ita tamen, vbi Bart.prodidit
etiã,idem Iaſ.in l.poſthumo.ver.pro iſta opinione. C.de bo.
poſſ.contra tab.& concludendo late tradidit Cran.conſ.212.
14 in caſu propoſito,nu.1.cũ plurib.ſeq.vbi etiã aſſerit † in hoc
requiri ſententiam declaratoriam ex Dec. referente alios in
conſ.185.col.4.poſt med. verſ.ſed breuiter ad iſta,& ex alijs
allatis ibi per ipſum. Et quæ hic deſunt alibi forte in cõcluſio
ne,emphyteuta commodius dicemus,& quod non cadat,ni-
ſi domino volente,voluit Alex.conſ.113.n.3.ver.2.fortificaẽ.
vol.4.& Bar.d.l.2.nu.2.ver.venio.& Bal.in d.l.2.nume.3.ver.
quod emphy.non cadat à iure.C.de iur.emphy.in 1.addit.

Quinto limita concluſionem, vt non ſoluens canonem per
trienniũ in priuato, & per biennium in eccleſia cadat à iure
15 ſuo † non habere locum,quando ipſe emphyteuta perceperit
tãtum vnicum fructum, vt proditum reliquit Marſil.ſing.409.
tu ſcis regulam.Iaſ.l.2.nu.44.not.C.de iur.emphyt.

CONCLVSIO CCLI.

ARGVMENTVM.

Caducitas quomodo probari poſſit remiſſa.

SVMMARIA.

1 *Caducitas probatur remiſſa per receptionem penſionis poſtea decurſæ.*
2 *Caducitas intelligitur remiſſa, ſi dominus poſtquam res ad eũ erat reuerſa per ceſſationem ſolutionis canonis receperit ſolutionem penſionis pro tempore decurſo.*
3 *Simul ſtare non poſſunt, vt recipiatur penſio à domino pro tempore decurſo, & poſſit habere locum pœna, quæ dicitur commiſſa per lapſum temporis locationis.*
4 *Per ſecundam interpellationem intelligitur interpellantẽ recedere ab effectu primæ.*
5 *Si quis recipit penſionem pro tempore decurſo poſt pœnã caducitatis, intelligitur moram & pœnam remiſiſſe.*
6 *Caducitas remiſſa cenſetur per receptionẽ penſionis poſtea decurſæ, etiamſi dominus penſionem recepiſſet cum proteſtatione, vt ſibi integrum remaneret ius expellendi.*
7 *Proteſtatio contraria facto non iuuat.*
8 *Caducitas procul dubio non probatur fuiſſe remiſſa ſi dominus in receptione canonis proteſtatus ſit, ſe circa non remittere voluntatem, vel ſibi deducẽdo reſeruauerit ius ipſius caducitatis.*
9 *Proteſtatio prodeſt, quando dominus recipit penſionem tantummodo temporis præteriti, id eſt, elapſi, antequam caducitatem declararet.*
10 *Caducitas cenſetur remiſſa, ſi dominus recipiat penſionem etiam pro tempore elapſo poſt ortam caducitatem, licet proteſtetur ſe illam recipere ſaluo iure caducitatis.*
11 *Simul ſtare non poſſunt, vt quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta.*
12 *Solus Prælatus eccleſiæ collegiatæ, vel eius generalis procurator recipiens penſionem ſine capitulo non præiudicat eccleſiæ.*
13 *Caducitatis pœna ipſo iure incurritur per contrauentionẽ iuramenti, vbi in inſtrumento emphyteutico iuramentum adeſſet.*
14 *Facilius impeditur, pœna ne committatur, quam commiſſa tollatur.*
15 *Iuramentũ ita operatur ſuos effectus in contractibus emphyteuticis, ſicut et in aliis.*
16 *Emphyteuta priuati vbi obligauit ſe ad ſolutionem cum iuramento, ſtatim ob ceſſationem expelli poteſt, & efficitur periurus.*
17 *Iuramentum appoſitum in contractu excludit pœnitentiam, impedit purgationem moræ, & auget obligationem intenſiuè.*

Cadu-

1 CAducitas probatur remiſſa per receptionem† penſionis
poſtea decurſæ, vt animaduerſum fuit à gl. Bar. & cæte-
ris Dd. in l 2. C de iur. emphyteut & in c. potuit de locat. vbi
volunt, vt ſi dñs, poſtquã res ad eum erat reuerſa per ceſſatio
nem ſolutionis canonis, recepetit ſolutionem penſionis pro
2 futuro tempore, hoc eſt pro tempore decurſo† poſt pęnã ca-
ducitatis cõmiſſam, illam intelligi remiſſam, moti auctorita-
te Hermogeniani I C. in l. poſt diem. ff. de leg. commiſſo. &
Imp. Alex. in l. cõmiſſoriæ, C. de pact. int empt. & vendit ſen-
ſit Hiero. Gabr, conſ 88. incip. anno 1431. nu. 15. & reſpondit
* Ruin. in conſ. 110. nu. 4. lib. 1. *vbi communem dicit.
Rõ eſt, quia ſimul ſtate non poſſunt, vt recipiatur penſio à
3 dño pro tempore decurſo poſt finitã locationem† & vt poſſit
habere locum pęna, quæ dr̃ cõmiſſa per lapſum temporis ip-
ſius locationis, & hæc rõ cõfirmatur in l. Aemilius. ff de min.
verſi. dicebam, iuncta gl. in ver. reſtitui, vbi dr̃, p ſecũdam in-
terpellationem intelligi interpellantem recedere ab effectu
4 primæ, † & remittere morã pręcedentis appellationis, quem-
admodũ ergo creditor interpellando rurſus debitorem poſt
moram iam commiſſam, vr̃ illã remiſiſſe, d. l. Aemilius cum gl.
quam Bar. plurimum cõmendat, eadem rõne recipiendo quis
5 penſionem pro tempore decurſo † poſt pęnam caducitatis
intelligitur moram & pœnam remiſiſſe, ita reſpondit Ruin.
conſi. 110. nu. 4. lib. 1. Cagnol. poſt citatos in auth. qui rem. nu.
37. C. de ſacroſ. eccleſ.
Amplia concluſionem, vt vſque eo procedat, etiam ſi dñs
6 penſionem recepiſſet† cum proteſtatione, vt ſibi integrum re
maneret ius expellendi, ſi credimus Cyn & Salyc in d. l. 2. C.
de iur. emph Card. Anto. de But. & Imol in c. potuit. extr. de
locat Rui. d. conſ. 110. nu 4. lib. . ver. & iſtud eſt etiam, aſſeue
* 7 rans ibi hanc *eſſe communem ſcribentium ſententiã, † quia
huiuſcemodi ꝓteſtatio, cum ſit contraria facto non iuuant c.
* cum M. de conſtit. quod ab * omnibus communiter eſſe rece-
ptum tradit Ruin d loco ſup. citato.
Huic opinioni repugnat gl. 3. in c. potuit de loca in quo lo
co hr̃, quod ſi dñs in receptione canonis ꝓteſtatus ſit, iccirco
nõ remittere caducitatem, vel ſibi dilucide reſeruauerit ius
8 ipſius caducitatis, † tũc proculdublo nõ probar̃, caducitatem
fuiſſe remiſsã, hac n clara declarõne contra firma manẽte ad
hanc probationem cõfugere nõ poſſumus, ſic teſtatus eſt Iaſ.
in l ſi poſt morã. poſt nu. 4. verſ. cõfirma per illud. ff. de eo, qđ
* cer. loc. vbi in hac ſententia cõia*rum Cæſarei, tum etiã Põti
ficij profeſſorum ſtudia eſſe aſſeruit, & refert etiã Alber. in l.
* 2. C de iur. emph dicentem ita *cõem eſſe ſcribentium ſenten
* tiã, & ita cõſentientem omnium in hac *opinione volũtatem
eſſe teſtatur Corn in conſ. 40. in litera Q lib. 4 quam opinio-
nem ante eos ſequutus eſt Bart. in d. l. 2. nu. 8. in fin.
Verũ, vt hæ inter ſe repugnantes ſententiæ cõcilientur, di-
9 cendum eſt, vr̃ illud procedat† qñ dñs recipit penſionem tã-
tummodo temporis præteriti, ideſt elapſi, antequam caduci-
tatem declararet, tunc profecto prodeſt iſtiuſmodi proteſta-
tio, nihil. n. impedit, quominus ſibi pro præterito dominus cõ
ſulat, dum ſibi debitam penſionem recipit, & ſibi ſartum re-
ctum ius etiam futurum conſeruet caducitatem incurſam.
Cæterũ aliter ſentiendum eſſet, ſi recipiat penſionem etiã
10 pro tempore futuro. i. elapſo poſt ortã caducitatem, † nã iſto
caſu licet proteſtetur, ſe illã recipere ſaluo iure caducitatis,
cenſetur rñ non obſtante proteſtatione, vel reſeruatione, ca-
* ducitatem ipsã rèmiſiſſe, ſic *vno ore ſcripſiſſe Dd. (qcquid di
xerit Bar in d. l. 2. nu 8 in ſin.) dicit Gigas de penſio. q 73 in
* fin. Hanc etiã *cõi ſcribentiũ calculo opinionem eſſe receptã
teſtat Rui. cõſ. 110 nu. 4. li. 1. & conſ. 151. nu. 12. eod. vol. ſimul
. n. ſtare nõ poſſe vr̃, vt recipiatur penſio pro tempore poſt ca
ducitatem elapſo, & qđ ſaluum ſit ius caducitatis, & ſic vtqs
11 eodem tempore habeatur pro emphyt. † & pro non emphyt.
vñ cum huiuſmodi proteſtatio ſiue reſeruatio ſit contraria fa
cto, nullius eſt momenti, vt animaduertit Iul. Clar. in d. §. em-
phyteuſis. li. 4. queſ. 10. in quo loco, aſſeuerauit tẽporibus ſuis
reuocatã fuiſſe ſententiã cuiuſdam Do oris, qui cõtrarium
iudicauerat, qui innitebatur auctoritati Bar. in d l. 2. dum nõ
* animaduertit *communi ſcribentium conſenſu reiectã fuiſſe
Bar. ſententiam, vt ibidem animaduertit Iul. Clar.
Limita primo, cõcluſionem procedere in emphyt. priuati,
eccleſiæ nõ collegiatæ, ſecus ſi eccleſia ſit collegiata, tunc. n.
12 ſolus plætus, † vel eius generalis procurator recipiens penſio-
nem ſine capit. non præiudicat eccleſiæ. gloſſ pen c. potuit. §.
* locati. Fulgo. conſ. 2. col. 2 & hanc eſſe* communem Dd. ſentẽ
tiam teſtatur Iaſ. d. l. 2. n. 163. C. de iur. emphyt. Cur. in ſuo tra
ctat. de feud. in 2. par. prin. q. 36. Clar. poſt Dd. quos refert d.
§ emphyteuſis. q. 10. nu. 3 verſ. ſed nunquid.
13 Secũdo limita, vt concluſio vera nõ ſit, † vbi in inſtrumen-
to emphyteutico adeſſet iuramentũ, quo caſu pęna caducita
tis ipſo iure incurritur per cõtrauentionem iuramenti, ex di
ſpoſitione l. ſi quis maior. C. de trãſact. eo. n. caſu ꝑ receptio-
nẽ canonis penſionis decurſæ non vr̃ remiſſa pęna caducita-
tis, ex quo iam erat cõmiſſa, ſecus ſi pęna eſſet committenda,
14 quia facilius impeditur ne cõmittatur, † quam commiſſa tol-
latur, ꝑ l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui, vel alien. iur. vt hoc ſen-
tire daclarauit Natta conſ. 335. nu. 3. & licet ipſe eodem loco
nu. 4. voluerit, dñm recipiendo penſionem, nõ cenſere remit-
tere caducitatem, ex eo, quod caducitas non incurritur ipſo
iure, ſed dño volente, tñ id intelligi debere, ſi ipſe contractus
15 emphyteuticus nõ fuerit iuramento firmatus, alias ſecus, † cũ
iuramentum ita operatur ſuos effectus in his cõtractibus em
phyteuticis, ſicut & in alijs, pro quo facit, qđ licet emphyt.
priuari, non ſoluendo canonem, expelli nequeat, niſi lapſu
triennij, d. l. 2. C. de iur. emphyt. hoc tamen non procedit, vbi
16 obligaſſet ſe ad ſolutionem cum iuramento, † qui ſtatim ob
ceſſationem expelli poteſt, & efficitur periurus, vt ſupra iam
diximus, & idem Natta monuit in conſ. 426 nu. 21. vbi & nu.
23. illud addit, quod iuramentum appoſitum in cõtractu ex-
17 cludit pęnitentiam, & impedit† purgationem moræ, per ea,
quę tradit Bart. in l. ſi inſulam. quæſt. 5. ff. de verb. oblig. ac au
get obligationem intenſiue, licet non extenſiue.

CONCLVSIO CCLII.

ARGVMENTVM.

Calculi error qua ratione probetur.

SVMMARIA.

1 *Calculi error quibus argumentis probari poſſit.*
2 *Error probatur, quando in tractatu de celebranda contractu aliquid expreſſum fuit quod poſtea fuit omiſſum, vel aliter fuit ſcriptum, quam tractatum.*
3 *Error calculi probatur ex confeſſione.*
4 *Error ex eo probatur, quod oſtenditur, rem aliter ſe ſe habere.*
5 *Calculi error non probatur per eos, qui à partibus, vel iudice non ſunt electi.*
6 *Calculatio erroris ſi facta ſit ab eo, cuius nulla ſunt partes, nullum ſortitur effectum.*
7 *Calculationibus eorum, qui à partibus electi fuerunt, fides habenda eſt.*
8 *Calculatorum decretum ſententia appellatur, & eidem parendum eſt.*
9 *Calculorum ratio eſt reddenda arbitrio boni viri.*
10 *Calculus quando ſub ſpecie erroris non poſſit vlterius retractari.*
11 *Calculationibus fides habenda eſt, quando accedit abſolutio, & liberatio generalis per verba pregnantia, quæ omnia videntur amplecti.*
12 *Calculatoribus etiam à iudice, & partibus confirmatis, quando & quo caſu non ſtatur.*
13 *Calculatio per electos facta contra veritatem eſt retractanda reuocanda, & denuo repetenda officio iudicis.*
Calculatio fallax non debet excuſari dolo de errore. ibi.
14 *Calculatio ab electis facta non ſortitur effectum, quando aduerſus eam petitur reſtitutio.*
15 *Calculatio doloſa & computatio per deputatos facta nulla eſt.*
16 *Calculatorum dolus & fraus quando præſumatur.*
Veritas rei præferenda eſt, & attendi debet, reiecta calculatorum collatione doloſa, & nulla. ibi.
17 *Stipulatio de non contraueniendo dicitur fallax, & ratio ratione calculi fraudulenti, qui debet retractari ſemel, vel pluries.*
18 *Pactum de non contraueniendo calculis conſiderandum eſt quoad effectum liberationis, quæ vallata ſtipulatione ſeu iuramento tanquam facta per fraudem, & errorem dolose nulla eſt.*
19 *Stipulatio de non contraueniendo calculis illico appoſita non nocet, cum eodem errore, quo facta fuit calculatio cenſeantur & ipſa eſſe appoſita, & ſic vtrumque retractandum ſit.*
20 *Pro calculatoribus in dubio præſumendum eſt.*
21 *Calculatores denuo vrgendi nõ ſunt ad repetendum calculum, ſemel rationibus redditis atque ſubductis.*
22 *Calculi rationes ſpecie ſolius erroris iterum reddendæ non ſunt.*
23 *Calculator quando ſubductis rationibus aſſequutus eſt liberationem iureiurando confirmatam, non tenetur repetere calculum.*
24 *Calculi rationes ſi non fuerint demonſtratæ dolo, vel fraude redditæ, calculator non tenetur eas repetere.*
25 *Calculi rationes iterum reddendæ ſunt cum dolo, vel fraude redditæ fuerunt.*
26 *Calculi error doloſus detegendus eſt claris, & perſpicuis rationibus, probationibuſque.*
27 *Præſumptio vbi pro aliquo ſubeſt, non admittitur probatio contra eam, niſi præcedente cauſa cognitione.*
28 *Calculatores ad hoc, vt rationes repetere habeant, non ſufficiet probare dolum præſumptum, ſed opus erit dolum & fraudem verum probare.*

Cal-

1 CAlculi error quo pacto argumentis oſtendi † atque pro-
bari poſſit, ſi quis à me rogat, huic ex Pariſij ſnia reſpon
debo, optime probari poſſe, cum ea admiſſa fuere, quæ nullo
pacto erant admittenda, ea quę ſunt omiſſa, quę neceſſario ad
id erant admittenda, vt idẽ reſpondit in conſ. 89. incip. ratio-
nes, & cõputa ſocietatis, nu. 27. verſ. & de errore, & alijs addu
ctis, & paulo infra nu. 35 lib. 1. locupletiſſimum teſtem laudat
Bar. in l. 1. ver. aut quis vult retractare, poſt nu. 7. C. de iur. fiſc.
lib. 10. cuius Bart. auctoritatem referendo ſequitur etiam Iac.
Rebuff. in d. l. 2. poſt nu. 2. ver. ſi autem vult tractare calculatio
nem ratione, quorſum etiam ſpectant, quæ animaduertit Nic.
2 Boer. in ſing. in verb. probatio, nu. 2. vbi dicit † probari erro-
rem, quando in tractatu de celebrando contractu aliquid fuit
expreſſum, quod poſtea fuit omiſſum, vel aliter fuit expreſ-
ſum, ſeu ſcriptum, quam tractarum, vt ibi per eum.

Verũtñ hic error calculi facile patebit, & probari poterit,
3 ſi rationes, atque calculatio denuo ſubducetur, † etenim ex
reuiſione calculi probatĩ error, quod aſſeruere iuris interpre-
tes in l. vnica. C. de erro. calc. & in d. l. 2. C. de iur. fiſc. li. 10. vbi
illud colligere poteris, qñ noceat, vel non, & quouſq; poſſit re-
uideri, vel non, ita rñdit idem Pariſ. in d. conſ. 89. d. nu. 35. &
nu. 37. & in conſ. 131. nu. 27. & ſeq. li. 1. quod & illud cõfirmat,
4 nam error ex eo probatur, † quod oſtenditur rem aliter ſe ha-
bere, l. poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ignor. quod & tradit
Soc. in conſ. 25. nu. 3. li. 4. qui idem ſentientes adducit, & eun-
dem ſequutus eſt Pariſ. in d. conſ. 89. nu. 37. & d. conſ. 131. nu.
28. vol. 1. idem teſtatus eſt Emanuel Soarez in theſaur. recept.
ſentent. ſeu commun. opin. in verb. error in calculis. fol. mihi
279. vbi ex multorum ſententia id confirmat.

5 At ſi dixero, † calculi errorẽ nõ probari per eos, qui à par-
tibus, vel à iudice nõ ſunt electi, me nõ falſa dicere, teſtis erit
Bar. in d. l. 2. C. de iur. fiſc. li. 10. dũ dicit, ſi facta ſit ab eo, cuius
6 nullæ ſunt partes, † nullũ ſortiri effectum, per tot. titu. ſi à non
cõpet. ind. quod ſecus eſſet, ſi quis ad hoc eſſet cõſtitutus à le-
ge, vel à iudice, aut ab ambabus partibus ſimul, vt idem tradi-
dit Bar. in d. l. 2. C. de iur. fiſ. li. 10. atque conſultus rñdit Ruin.
conſ. 71. nu. 3. li. 4. & Corn. in conſ. 43. circa hãc litteta G. verſ.
facit quia, vol. 1. atque Pariſ. d. conſ. 89. nu. 4. & 5. par. 1. etenim
7 calculationibus eorum, † qui à voluntate partium electi fue-
rũt, fidem habendãm eſſe, auctor eſt mihi Bart. & alij in l. ſi cui
libertas. ff. de cond. & demonſt. & in d. l. 2. C. de iur. fiſc. li. 10.
& ibi Io. de Platea qõ. 3. Corn. conſ. 43. circa hanc, col. 4. verſ.
facit quia, vol. 1. ſub nu. 1. habetur in l. 1. C. de vſufruct. leg. &
per Dd. in l. vnica. C. de error. calc. & per Bar. in l. 2. §. 2. ff. de
adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. Pariſ. conſ 89. nu. 5. vol. 1.

8 Rationẽ præter auctoritates ſi quæris † dicto calculatorum
fidẽ, eſſe habendam, ea eſt, nam cum eorum decretum ſenten-
tia appelletur, eidem parẽdum eſt, ſic ſancitum eſt in contex.
d. l. 2. & notat ibi ẽt Imo. & Pau. de Caſt. ibid. dum dicit, iſtiuſ-
modi calculatores habere iuriſdictionem, per illum tex. acce-
9 dat huc, quod † ratio calculorũ ſit reddenda arbitrio boni vi-
ri, vt obſeruat Bal. in l. volũtatis, nu. 2. C. de fideic. per l. Thais
ancillam, §. ſororem, de fideicom. liberta. l. qui filium. in fin. ff.
de manumiſſ. teſtam. Corn. conſ. 43. nu. 1. ſub fin. lib. 1.

Quæ concluſio tunc maxime procedit, quando poſt calcu-
lationem perfectã, & rationes vtrinque redditas, partes ipſæ
deuenerunt ad pactum, & ſtipulationem, expreſſe volentes
10 obtemperandum eſſe prædictis, † quo fit, vt ſpecie erroris nõ
poſſit vlterius calculus, & ſubductio retractari, arg. l. emptor,
§. Lucius, ff. de pact. & l. ſi quidem. C. de tranſact. & per Bar. in
d. l. 2. C. de iure fiſc. lib. 10. & per Modernos & maxime Iaſon.
in l. vnica, C. de errore calc. nu. 6. Soc. conſ. 190. incip. Memini.
col. 3. verſ. ex quibus patet, vol. 2.

Eoque magis tum procedit prędicta concluſio, quando ac-
11 cedit ſolutio, & liberatio generalis † per verba prægnantia
facta quæ omnia videntur amplecti, vt traditur à gl & Dd. in
d. l. emptor, § Lucius, Bald. in l. ſub prætextu ſpecierum. C. de
tranſact. Imo. poſt alios in c. 1. ext. de tranſac. Bar. in l. Aurelio,
§. Caius. ff. de liberat. leg. & per Soc. in d. conſ. 190. col. 4. verſ.
tertio quia, vol. 2. late Pariſ. cõſ. 89. nu. 1. 2. 3. & multis ſeq. li. 1.

Iſtud vero, quod relationi calculatorum à partibus electo-
12 rum ſtandum ſit, limita primo non procedere, † qñ calculatio
facta eſt contra claram veritatem, admittẽdo ea, quæ non de-
berent, admitti conſtituendo eum creditorem, qui reuera de-
bitor eſſet, & ſimilia agendo, nã tali caſu non ſtatur calculato-
ribus ẽt à iudice & partibus cõfirmatis, ita dicit Bar. in d. l. 2.
13 verſ. aut qui reuocat, col. fin. dum vult † officio iudicis talem
calculationem per illos electos factã eſſe retractandam & re-
uocandam, & denuo repetendam, ſequitur Io. de Plat. in d. l.
2. q. 3. volens talem fallaciam calculationem non debere exe-
qui docto de errore. l. 1. C. de appel. Pariſ. in d. conſ. 89. nu. 35.
14 Secundo limita non ſortiri effectum, † quando aduerſus ta-
lem calculationem petitur reſtitutio l. ſeruo inuito, § cũ præ-
* tor. ff. ad Trebell. vbi etiam Dd. notant * communiter, Io. de
Plat. d. l. 2. q. 3. Pariſ. d. conſ. 89. nu. 35. in fin. lib. 1.

Tertio limita, quando ipſi calculatores ſunt ab altera par-
tium decepti, vel ab alijs, vel exigue in fraudem, & doloſe ex-
hibẽtes rationes, nec ſignificãdo lucra, pecunias, & bona, &c.
15 † nam talis doloſa calculatio, & computatio per ipſos ad id
conſtitutos facta nulla eſt, cum in omni actu, & diſpoſitione
dolus dicatur exceptus, l. creditor, § Lucius ff. mand. vbi Ale-
xan. in apoſt poſt Bart. concord. adducit, eſt enim omnis do-
lus contra ius diuinum, Afflict. decil. 403. nu. 11.

16 Dolus autem & fraus calculatorum † præſumitur, quando
diligenter proſpectis, & perquiſitis libris accepti, & expenſi,
nullam eorũ mentionẽ in calculo edendo faciunt, l. verius. ff.
de prob. l. fi. ff. pro ſuo, & ita veritas rei præferẽda eſt, quæ at-
rendi debet reiecta, calculatorũ collatione doloſa, & per con-
ſequẽs nulla, c. fraternitatis, extr. de frig. & malefi. c. 2. de pur-
gat. can. Anch. conſ. 327. Pariſ. conſ. 89. nu 38. & nu. 55. cũ ſeq.

Nec me monet, quod ſupra diximus, concluſionem proce-
dere maxime, quando interceſſerit pactum, vel ſtipulatio de
17 non contraueniẽdo, † nam hoc caſu pactum, & ſtipulatio di-
citur fallax, & ratione calculi fraudulenti, irrita, quæ non ſunt
impedimẽto, quo minus calculus debeat retractari ſemel, vel
* ſæpius, l. vnica, C. de erro. cal. vbi omnes id ſentiunt * cõiter
Dd. vt ait Pariſ. d. conſ. 89. num. 38. & maxime Iaſ. col. fi. Corn.
conſ. 62. col 2. verſ. his non obſtantibus. lib. 4 Nam huiuſmodi
pactum, vel ſtipulatio conſideranda venit quo ad effectum li-
berationis, quæ vallata pacto, ſtipulatione, ſeu iuramẽto nul-
18 la eſt † tanquã facta per fraudem, & exorta doloſe, & ita re-
ſpondit Soc. cõſ. 92. col. pen. & vlt. nu. 19. li. 2. & Iaſ. in d. l. vni-
ca, C. de erro. cal. in 2. notab. dum ait, ſtipulationẽ, & pactum
illico appoſitum hic non nocere, nam eodem errore, quo fa-
19 cta fuit calculatio, † cenſentur etiam iſta eſſe appoſita, & ſic
vtrũque retractabitur, l. doli mali, § diuerſum. ff. de noua. Bar.
& alij in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. Dec. conſ 60. nu. 3.
Quod ſi nulla iſtiuſmodi librorum accepti, & impenſi inquiſi-
20 tio ante facta ſit, † in dubio pro calculatoribus præſumẽdum
eſſe, conſulendo ſenſit Dyn. cõſ. 31. incipien. Tholomæus. Bal.
in l. ſi. C. de contrah. emp. c. niſi eſſent, de præbend. & ibi Car-
* din. expreſſe ſcribentes * omnes poſt Inn. in c. in præſentia. de
probat. Dd. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Soc. conſ. 90. viſis,
in fi. vol. 4. Pariſ. conſ. 89. num. 8. lib. 1.

Quod quidem pronunciatum procedere vſq; eo dicẽdum
21 eſt, † vt ſemel rõnibus redditis, atq; ſubductis denuo vrgen-
di non ſint ad repetendũ calculum, l. ſemel. C. de apoch. li. 10.
ita affirmant Io. Monach. Archid. Io. And. & cæteri in c. vnico.
de cler. agro. li. 6. quos ſequutus eſt Soc. ſen. conſ. 92. nu. 1 li. 4.
Quod eo magis procedit, qñ vna calculatione facta interue-
22 nit abſolutio, & pactum de non contraueniendo, † nã adhuc
ſpecie ſolius erroris rationes reddendæ non erunt, vt docuit
Bar. in l. 2. C. de iur. fiſc. quem ſequutus eſt Soci. ſen. d. conſ. 92.
nu. 4. & Rui. conſ. 16. in fi. li. 5. vel quando calculator ductis ra-
23 tionibus aſſequutus eſt † liberationẽ iureiurando confirma-
tam, iuxta notabilẽ gl. in l. 3. §. 1. in ver. liberatione, ff. de con-
tra. & vtil. action. tutel. quam in hanc ſententiam adduxit Ca-
ſtren. conſ. 346. nu. 1. aduertẽdum eſt, li. 1. Quæ quidẽ gl. idem
ait procedere iuramento à minore præſtito, auth. ſacramenta
puberum. C. ſi aduer. vendit. quam ſingularem pro hoc dicto
dixit Tiraq. de legibus connubial. poſt leges, gl. 3. nu. 7.
24 Limitandũ porro iſtud eſt, locũ ſibi non vendicare, † dum-
modo redditæ rationes nõ fuerint demõſtratæ dolo vel frau-
de redditæ, ita tradidere Dd. in d. l. 1. C. de erro. calc. Caſtr. d.
conſ. 346. col. 2. Anch. conſ. 330. quos ſequuti ſunt Iaſ. cõſ. 219.
nu. 2. li. 2. & conſ. 14. col. 3. li 3. Soc. ſen. conſ. 159. col 3. & con-
25 ſil. 190. col. 3. lib. 2. qui fuſiſſime ſcribit. † Nam eo caſu calcu-
latæ, & redditæ rationes iterum reddendæ erunt, ita conſuluit
Neuiz. conſ. 94. in fi. Rol. à Valle conſ. 49. nu. 61. lib. 1.
Hæc tamen in re obſeruandum erit, hunc errorem, doloſum

Digitized by Google

26 eſſe claris,& quàm perſpicuis rationibus,† & probationibus
detegendum,ita in hac hypotheſi reſpondit Dec.conſ.94.nu.
4.verſ.non obſtat.Idem in l.1.nu.8.in fin.C.de erro.cal.Crau.
conſ.189.num. 3. namque vbi pro aliquo ſubeſt præſumptio,
27 non admittitur probatio contra illam præſumptionem,† niſi
præcedente cauſę cognitio,& requiritur,quod teſtes ſint tan-
tæ fidei,vt non ſit præſumptio, quod debeant iurare falſum ,
* Alex.conſ.99.in fin.vol.3. & Dd.* communiter. in locis præ-
citatis .

Nec ſufficit probare dolum præſumptum, ſed opus erit do-
28 lum † & fraudem veram probare,ita ſenſit Socin.ſen.d.con-
ſil.92.& Rol.à Val.d.cõſ.49. nu.22.& 23. Menoc.de arbit.iud.
caſ.209.in fi.centur.3.quem vide.

CONCLVSIO CCLIII.

ARGVMENTVM.

Calumnia quomodo, præſumatur atque probetur.

SVMMARIA.

1 *Calumniam probari ex non probatione accuſationis.*
2 *De calumnia ſine alijs indicijs poteſt puniri accuſans,ſi defecerit in probatione.*
3 *Calumniari præſumitur,qui non ſufficiens mandatum dederit procuratori.*
4 *Calumnia probatur ex eo,quod facta propoſita non probantur,nec ad rem faciunt.*
5 *Ponens,quæ non ſeruiunt deciſioni proceſſus,calumnioſe præſumitur facere.*
6 *Calumniari dicitur,qui non probat,quod opponit etiam excipiendo.*
7 *Reus in excipiendo eſt actor, & ſicut actor ſuam intentionem,ita reus ſuam exceptionem probare debet.*
8 *Calumnia probatur ex eo, quod id, de quo quis accuſatus fuit , non probatum eſt, etiam ſi accuſator eſſet bono genere natus , & accuſatus obſcuris parentibus ortus .*
9 *Calumniatur is,qui moratur,& differt litem,vel fruſtratur,& fruſtra vexat aliquem .*
10 *Calumniatores nũcupantur,qui per fraudem,moram & fruſtrationem litibus alios vexant,ſiue in ciuilibus,ſiue in criminalibus.*
Ad calumniam repellendam inuentum eſt iuramentum calumniæ. ibi.
11 *Calumniator non præſumitur,qui ſuccumbit,ſi ſemiplene probauit.*
12 *Calumnioſe litigare non dicitur,qui ſuam intentionem ſemiplene probat .*
13 *Calumniator præſumitur, qui ſuccumbit , etiam ſi ſemiplene probauit in illis caſibus,in quibus non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium in defectum probationis.*
14 *Semiplena probatio non excuſatur à calumnia,quia pro non probatione habetur.*
15 *Cauſa ſemiplenæ probationis non liberant calumniatorem à refectione impenſarum .*
16 *Accuſator non probans querelam excuſatur à pœna per ſemiplenam probationem .*
17 *Accuſator calumnioſus poteſt conueniri actione iniuriarum .*
18 *Calumniari qui conſueuit ſemper calumniari præſumitur.*
19 *Semiplena probatio , quæ elidebat præſumptionem calumniæ , à contraria præſumptione tollitur.*
20 *Calumniator præſumitur accuſator non obſtante ſemiplena probatione,ſi reus ad ſui defenſionem aliquid probauit.*
21 *Accuſator non præſumitur calumniator, cum conſtat à teſtibus deceptum fuiſſe.*
22 *Accuſator non præſumitur calumnioſe agere , quando probauit audiuiſſe à perſonis fide dignis accuſatum patraſſe delictum,de quo in querela.*
23 *Accuſator excuſatur à præſumpta calumnia , licet in probatione deficiat, ſi accuſat aliquem de eo delicto,de quo iam erat infamia notatus.*
24 *Accuſans non præſumitur calumniator,nec de calumnia tenetur, etſi accuſationem non probauerit,quando accuſauit aliquem de delicto atroci, nefando,& inſigni.*
25 *Accuſatores tenentur de calumnia non probando delictum , ſi accuſans exercentes publicè officium.*
26 *Delictum illorum,qui publice in itinere viatores adoriantur dicitur atrociſſimum, & qui accuſant aliquem de eo,non probantes tenentur actione iniuriarum.*
27 *Accuſatores , qui defecerunt in probationibus non excuſantur ab actione iniuriarum.*
Quæ delicta atrocia dicantur, vide ibi remiſſiue .
28 *Mulier propter morbum excuſatur,ſi non probauerit accuſationem.*
29 *Mulier vbi non probauerit delictum publicum,quod propoſuit,tenetur eadem pœna, quo veniſſ puniendus accuſatus.*
30 *Mulier punienda eſt extra ordinem arbitrio iudicis , & poteſt actione iniuriarum conueniri,& in illis tenetur ad omne damnum,& intereſſe accuſati,quando accuſationem non probauit.*
31 *Meretrix propter infamiam eius perſonæ tenetur ad pœnas non probanda accuſationem propoſitam in iudicio.*
32 *Mulier honeſta , & probata vita , & fama propter fragilitatem ſexus excuſatur ſi non probat accuſationis intentatam.*
33 *Intellectus Alex conſ. 1 c.lib. c.*
34 *Accuſantes ex neceſſitate officij,vel propter ingentem dolorem,etſi deficiant in probatione,excuſantur à calumnia.*
35 *Accuſans,ſi is ſit,qui tenetur denuntiare maleficia commiſſa, vel in ciuitate , vel in comitatu,excuſatur à calumnia.*
36 *Præſumptio calumniæ , quæ vrget contra non probantem deducta & propoſita, non eſt præſumptio iuris,& de iure,& contra probari poteſt.*
37 *Accuſator facile poteſt à præſumptione calumniæ liberari , ſi probauit publicam vocem eſſe accuſatum deliquiſſe,vel id intellexerit à viris fide dignis .*
38 *Fama excuſat à calumnia,ſicut excuſat à dolo.*
39 *Accuſantes,ſi illi ſint , quibus licet accuſare ex ſola ſuſpicione , digni ſunt excuſatione per famam, quæ præceſſit ſi non probant, quia fama inducit ſuſpicionem , ſecus,vt ibi .*
40 *Fama excuſat à calumnia,quando ſumus in calumnia præſumpta,& non in vera.*
41 *Qui habuit iuſtam cauſam accuſandi , & litigandi , & oſtendit errorem iuſtum excuſatur à calumnia .*
42 *Calumnia quibus in caſibus non præſumatur,vide remiſſiue .*

CAlumniam probari vel præſumi ex eo , quod id , de quo
1 quis accuſatus fuit † non probatum fuit, auctor eſt gl.in
athletas,§ calumniator.ff.de his,qui no.infam. ſuper verb.ex
vtraque.Bart.in l.1.colum.2.nume.6.verſ.vlterius probando.
ff.ad Senatuſconſ.Turpil.Bal.in l.1.num.7.C.de aduoc.diuer.
iudic.& auth generali.C.de epi.& cler.nu.1. & in l.criminis.
not.2.C.qui accuſ.non poſſ.idem docuit Fely. in c.1. nu.4.&
ca 2.nu.1.per illum tex.de calum.& idem voluit Aym.Craue.
conſ.262.nu.7. vbi allegat l. qui non probaſſe. C.de calum.&
notat.in l.1.ff.ad Turpillia. Soci.conſ.118.col.4.lib 1.& hanc
* eſſe *communem Dd.ſententiam fidem facit Abb.cap.calum
niam.nu.2.ext.de pœnis Clar.poſt citatos in ſua pract.crimi.
§ fi.q.62.nu.6.ver.dixi ſupra.Abb.ca cum dilectus,nu.5.in fi.
ext.de calum.& ibi Feli.nu.4.dicens,quod gloſ. in l.athletas.
§.calumniator.in verſ.ex vtraque.ff.de his,qui no.infa.Idem
probat,eſt ad hoc melior de iure reputata.

2 In iſtiuſmodi vero accuſantem † deficientem in probatio-
ne poteſt ſine alijs indicijs de calumnia animaduerti , ita te-
net glo.2.in verb.calumniari. & ibi Abb.in d.c.cum dilectus.
de calum.& cum alijs allegatis per Beuintend.deciſ.46.

Quinimmo calumniari præſumitur is ex eo , quod nõ ſuffi-
3 ciens mandatũ† procuratori dederit,l.ſed ſi vnius.§.procura
torem.ff.de iniur.c.cũ dilecti.de reſti.ſpol.vbi contex.eſt inſi
gnis iuxta Bal.ſententiam, quem ſequitur ibidem Bal nu.7.

Prout calumniam probari ex eo,quod facta propoſita non
4 probantur,†nec ad rem faciunt,tradit Rebuf.in tra.de reſcr.
art.3.gl.3.in fi.to.2.ex eo enim,quod facta noua non ſeruiunt
deciſioni proceſſus,præſumitur,quod ponens calumnioſe fe-
5 cerit, † & propterea debere puniri,niſi ex aliqua cauſa veniet
excuſandus,ſcriptum reliquit Rebuff.d.tracta.de reſcri.art.3.
gl.5 adhibens eundem in gloſſ.4.d.art.3.& ibi videre potes,
quæ dicantur facta noua.

Primo amplia concluſionẽ procedere ẽt,qñ quis non pro-
6 bat,quod opponit † etiam excipiendo, nam & eo caſu etiam
quis calumniari dicitur,ſi conſulenti etedimus Natræ in con
ſil 31.nu.8.li.1.eſt contex.in l.1.C.de aduo.diuer.iud.& in c.
qui non probauerit.2.q.3.c.cũ dilectus.ext.de calũ.c.ſtatutũ.
6 de elec.li.6.& ibi notat.Reus enim excipiendo eſt actor,† vn
de ſicut actor ſuam intentionem , ita reus ſuam exceptionem
probare debet.l.in exceptionib.l.quinquaginta. ff.de proba.
Bal.l.fruſtra. C.eo.tit.de prob.tradit Iodoc. in ſuo Enchirid.
ſimilium iuris,verb.excipere ſine probatione.

Secundo amplia cõcluſionem,vt locum habeat,etiam ſi ac-
8 cuſator eſſet bono genere natus, † & accuſatus obſcuris eſſet
parentibus ortus,ita cauit Iaſ.conſ.144.in fi.li.2. huc referas,
quæ dicta ſunt ſuperius in concluſione , Actore nõ probante,
in 1.ampliat.Frane.Aret.conſ.114. in præſenti conſultatione.
in fi.Soc.trac.de fallen.reg.181.expenſarum,fallen.3.

Tertio amplia,vt concluſio etiam vera ſit,quando quis mo
9 ratur,& differt litem†vel fruſtratur, & fruſtra vexat aliquem
quia ex hoc aperte probatur talẽ calumniari , ita reſcripſere
iuriſconſulti in l.ſi calũnietur.ff.de verb.ſign. & in l.ſed & ad
eos.ff.ex qui.cau.ma.vt hoc annotauit Rebuf.in tra. de reſcr.
art.3.gl.3.ver.pour articuler calumnieuſemẽt. Ideo calũnia-
10 tores nuncupant per fraudem,moram & fruſtrationẽ† litibus
alios vexant,ſiue in ciuilibus,ſiue in criminalibus,ad quã ca-
lumniã repellendam eſt inuentũ iuramentũ calumniæ,tot.tit.
de iureiur.propter calum.dãdo,& in tit.de iura.calum.li.6.

Limita primo non procedere , qñ is qui ſuccũbit ſemiple-
11 ne probauit,tunc.n.non præſumitur calumniator,†neque im
penſarum mulcta ei eſt irroganda,ita Spec.in tit.de calum.in
fi.quem ſequutus eſt Feli.in c.2.in 3.notab.de calum. Iaſ.in l.
properandũ.§.ſinaũt alterutra.nu.8.verſ.4.cõclu. C.de iudi.
& ibi Alex.nu.13. quia tunc litigare calumnioſe non dicitur,
12 qui † ſuam intentionẽ ſemiplene probauit,vt voluit Anchar.
conſ.248.col.penult. nu.7. quia ille hoc pacto probans ſemi-
plene iuuatur primordio veritatis,& ideo non põt de calum
nia & temeritate redargui , neque impenſis mulctari poterit,
vt l.

Digitized by Google

vt l.cum pater.§.hæres.ff.de leg.2.Anchar.d.conſ.248.num.7.
Hippolyt.de Marſ.in l.patre vel marito 9 nu.36.ff.de quæſtio.
Sublimita prædictam limitationẽ non habere locũ in illis
caſibus,in quibus non poteſt deferri iuram ſuppletoriũ in de-
13 fectum probationis,† quia aſcribendum videtur ipſi mouen
ti litem,cum præcauere debuerit,illam ſemiplenam probatio
nem poſſe prodeſſe,vt inquit Soci.tract.fallen.reg.181.incip.
expenſarum fallen.2.teſtatur Imol. & Bal.in authẽ.generali-
ter.C.de epiſ.& cle ſentit Alex.in l.properandum. §.ſi autẽ.
nu.17.de iudic.dum docuit, ſemiplenam probationẽ non ex-
14 cuſare,† quoniam pro non probatione habetur, & illum ta-
men ſequutus eſt doctiſſimus,& iuriſperitiſſimus Menoch.de
arbitr.iudi lib.2.caſ.321.centur.4.nu.7. & multis ſequ.quem
adhibere poteris.
Reſtringe ſublimitationem prædictam ſecũdum Menoch.
in d.caſu 321.nu.9.procedere tantummodo quoad impenſa-
15 rum refectionem,† à qua hæ cauſæ ſemiplenæ probationis nõ
liberant calumniatorem,vt conſultum fuit ab Abb.conſil.78.
in fi.lib.1.cui adhæſit Boſſ.in ſuo trac.crim. tit.de accuſ.n.28.
vbi tamen declarat iſtud intelligi debere,niſi magna & pluſ-
quam iuſta eſſet cauſa.
16 Quo autem ad pœnam, ſiue ſupplicium ſimile in caſu † in
quo ſuccumbit,teneretur accuſator non probans querelã, di
cendum eſt,per ſemiplenam probationem excuſari, & ad eã
non teneri,vt per eundem Menoch.vbi ſup.nu.33.
Poterit tamen nihilominus accuſator calumnioſus cõueni
17 ri† actione iniuriarum,ita reſpondit Alex.conſ.11.nu.4.li.2.
quod etiam multis probare nititur Soc.ſen.conſ.118. col.vlt.
lib.1.Anchar.conſ.325.
Secundo ſublimita prædictam limitationẽ non procedere
in eo,qui calumniari conſueuit. Spec.tit.de accuſatore,n.22.
18 verſ.itẽ quod ſemel.alleg.l.2.ff.ad Turpill. † quia tunc ſemel
malus ſemper præſumitur malus,c.ſemel malus. de reg.iur.in
6.& ſequitur non excuſari hoc caſu,quia illa ſemiplena ꝓba-
19 tio, quæ elidebat illã præſumptionem calumniæ † à cõtraria
præſumptione tollitur,ita declarat Bur. & Fel.in c.2. de calũ.
& eos eſt ſequutus Menoch.d.caſu 321.nu.17.
Tertio ſublimita,vt nõ procedat, qñ ipſe reus ad ſui defen
ſionem aliquid probauit, quia nihilominus non obſtante ſe-
20 miplena illa probatione † præſumitur calumniator, cũ dicta
eius ſemiplena probatio per probationẽ contrariam fiat.....
ita Feli.in d.c.2.in 3.notab.de calum.Menoc. d.caſ.321.n.18.
Secundo limita principaliter concluſionẽ non procedere
in illo,qui habebat teſtes ſe iactãtes extra iudiciũ, quod de-
ponerent in fauorẽ illius, qui poſtea in iudiciũ producti di-
xerunt nihil ſcire, vel deponunt oĩno diuerſum, quia ex iſta
21 iuſta cauſa†accuſator non præſumitur calũniator,cum cõſtet
ab ipſis teſtib.illum deceptum fuiſſe, tum enim proculdubio
liberandus eſt,vt tradidere Ioã.And.in c.1. in fi.de elec.in 6.
Abb.in c.2.nu.5.& ibi Feli.in 3.notab. de calum.Bal.in l.non
ignorauit.C.de fruc.& lit.expen. Alex.in d.l.properandũ.§.
ſin aũt alter.n.18.& ibi Iaſ.poſt nu.19.verſ.ſexta conclu.C.de
iud.Menoch.in d.caſu 177.nu.11.& caſ.321.nu.19.Iulius Cla-
rus li.5.ſenten.iuris.§.fi.q.62.verſ.ſed pone,nu.8.vbi teſtatur
* de * communi poſt Abb.& Conra.quos allegat.
Tertio limita,vt non procedat concluſio, quod accuſator
probauit ſe audiuiſſe à perſonis fide dignis,accuſatũ patraſſe
22 delictum,de quo in querela,† quia tũc non præſumit calũnio
ſe agere,ſed tunc excuſatur à calumnia,ita Bart.in l.athletas.
§.calumniator,nu.3 ff.de his,qui not.infa.& in l.1.nu.7.verſ.
eſt & alius.ff.de hære.inſti.qui ſentit eſſe fide dignos amicos,
& conſanguineos in l.1.in prin.ff.ad Turpill.Iaſ.cõſ.144.li.2.
in fi.Abb.in d.c.2.nu.6.& ibi Feli.in 3.notab.de calũ. Menoc.
** d.caſ.321.nu.21. vbi atteſtatur hanc eſſe magis ** cõmunem
opinionem,quidquid dixerit Cyn.in l.1. C.de aduo.diu.iud.
allegat Soci.ſen.conſ.118.col.pen.ver.nec obſtat.lib.1. à qua
opinione ipſe Soci.non recedit.
Quarto limita non habere locum in eo, qui accuſat aliquẽ
de eo delicto,de quo iã erat infamia notatus,propter enim il
23 lam præcedentẽ turpitudinis notã † excuſatur accuſator ab
hac præſumpta calũnia,& calũniator non præſumitur licet in
probatione deficiat,ita Bar.in d.l.athletas,§.calũniator.n.3.
ver.puto aũt.ff.de his,qui not.infa.Abb.conſ.78.n.1.verſ.ſed
non ſtãdo in verbis li.1.Corſe.ſingul.in verb.pœna,inci.licet
iuſta.in fi.idẽ Abb.in d.c.2.nu.5.& ibi Feli.nu.2.de calũ.Bart.
in l.2.C.ſi ſeru.vel li.lib.10.vbi admonet eſſe menti tenendũ,
facit c.1.circa fi.de elec.li.6.ſecundum Abb.in ca.cũ contin-
gat.de reſcr.nu.4.vbi refert illud dictũ Bart. & ita millies ob-
tentum fuiſſe tradit Bar.in l.cum quidam.§.quod dicitur,nu.
2.ff.de acq.hęred.quem ſequuntur relati per Clar.in ſua prac.
crimi.§.fi.q.72.poſt nu.8.verſ.& dicit Bart.
Quinto limita,vt non habeat locum,qñ accuſatio facta eſt
24 de delicto atroci,nefando,& inſigni,†tunc.n.etſi non probe
tur accuſatio,tñ accuſans non præſumitur calũniator, nec de
calumnia tenetur,ſed ꝓꝑ atrocitatem delicti excuſatur, quod
à multis comprobatum fuit,vt ab Abb.in d.c.2. num.5. & ibi
Feli.nu.6 Soci.conſ.118.nu.11.lib.1. qui tradunt exemplũ in
delicto falſæ monetæ,ex l.pen.C.de falſ.mon. gl.in d.l.athle-
tas.§.calũniator.ff.de ijs,qui not.infa Socin. tñ d.conſ. 118.
declarat iſtud debere intelligi in accuſantib.illos, qui occul-
te in locis priuatis,& ſecretis huiuſmodi delictum patrarunt,
25 †ſecus ſi accuſant exercentes publice officium ſignãdi æs, &
publico munere ſibi de mandato,quia tunc non probãdo de-
lictum,accuſatores tenentur de calumnia, vt ibi per eum.
Secundo ibidẽ nu.12.declarat limitationem prędictã pro-
cedere tñ quoad excuſationẽ calumniæ, vt per allegat.gl.in
d.§.calũniator.non aũt, quoad actionem iniuriarum in eos,
26 qui † publice in itinere viatores adoriuntur, quod delictum
dr̃ atrociſſimum,vt patet ex Caliſtrati rñſo in l.capitalium.§.
famoſos.ff.de pęn.& tamen accuſatores,qui defecerũt in pro
27 bationib.non excuſantur † ab actione iniuriarum.
Quæ autem delicta atrocia dicantur, conſulas Menoch.de
arbit.iud.caſ.289.
Sexto limita,vt non procedat in muliere,quæ propter mor
28 bum ſexus excuſatur,†etſi non probauerit accuſationẽ. Me-
noch.d.caſ 321.nu.32.per tex.in l.1.§.accuſatorem.ver.at qñ
Papinianus.& ver.merito. ff.ad Senatuſcõ.Turpil. & ex Har-
me.iop.lib.1.tit.de mulier.verſ.mulier,quæ ab accuſatore.
Contrariũ prædictæ limitationi aperte reſpondit Alex.cõ-
29 ſil.11.nu 4.li.1.ver.ſuper ſecundo dubio.†vbi ꝓ delicto pu-
blico,quod propoſuit mulier, & non probauerit,teneri eam
ſcribit eadem pęna,qua venit puniẽdus accuſatus,motus au-
ctoritate Imp.in l.fin. C.de calum.& in l.fi. C.de accuſat. pro
alijs vero caſib. puniendam eſſe extra ordinem arbitrio iudi
30 cis,ac etiam poſſe actione iniuriarum conueniri,†& vi illius
actionis teneri ad omne damnum, & intereſſe dicti accuſati
ex iuribus per eum ibi,d.conſ.11.allegatis.
Verum pro conciliatione harũ opinionum diuerſarũ dici
poſſet,vt opinio Alex. fortaſſe procedat i publica meretrice,
vt in caſu ſibi ꝓpoſito, d.cõſ.11.vbi ꝓꝑ infamiam illius perſo
næ,contra quam omnis mala,& ſiniſtra præſumptio vr̃ poſſe
31 induci †reſpondit,teneri ad prædictas pœnas,non proban-
do accuſationẽ propoſitã in iudicio. Altera vero opinio pro-
cedat in muliere honeſta, & probatæ vitæ, & famæ, quæ ꝓꝑ
32 fragilitatẽ ſexus excuſatur † ſi non probet accuſationem in-
tentatã,quippe quod in illã omnis generis improbitatis ca-
dat ſuſpicio,quia ſemel malus ſemper malus præſumẽdus,ca.
ſemel malus.de reg.iur.in 6.in hanc vero perturbationũ mu-
liebrium,& imprudentiæ cadat præſumptio, quæ excuſatio-
nem meretur,vt in ſuperiori limitatione dictum eſt.
33 Vel ſecundo dici poſſet†Alex.d.cõſi.11.loqui in muliere,
quæ erat in vera calumnia,ſupponit enim in caſu ſuo conſti-
tiſſe de accuſati innocentia,tum ex qõne eius,tũ vero ex plu
rium teſtium atteſtationibus,limitatio vero loquitur de mu-
liere,quæ erat in præſumpta calumnia, nempe quia non pro-
bauit delictum.Vnde non videtur poſſe fieri argumentum ex
illo ad caſum propoſitum, cum non ſit par vtriuſque calũniæ
ratio,vt per Clar.d.§.fi.q.67. poſt num.4. verſ.pro reſolutio-
ne huius articuli.
Septimo limita,concluſionẽ non procedere in ijs,qui accu
34 ſant,vel ex neceſſitate officij,†vt in tutore, vel ꝓꝑ ingentem
dolorem,vt in patre,vel matre accuſantibus aliquẽ de morte
filij,& ecõtra,vel vxor de morte viri,& rurſus,l.mater.l.calũ-
niantes.C.de calũ.tradit Pau.Girlã.ſuo trac.cauſ.cri.tit.de ca
lumniator.§.quæro.nu.3.cũ ſeq.Clar.d.q.62.nu.6. in fi.& per
Dec.d.c.2.ext.de calũ.item quod dr̃ de ijs,qui accuſant ratio
ne officij, poteſt exemplum afferri in caſu quotidiano, nẽpe
35 in eo,qui tenetur † denunciare maleficia commiſſa, vel in ci
uitate,vel in comitatu,vt per Girlan.vbi ſupra nu.7.
Octauo limita,vt licet contra non probantem deducta, &

Digitized by Google

propoſita vrgeat calumniæ præſumptio, nõ tñ iſta eſt præſum-
36 ptio iuris, & de iure, † quin contra probari poſſit, ita colligit
Bar. ex Marcelli reſponſo in l. 1. ff. ad Turpillia. poſt nu. 6. & eſt
gloſ. in l. 1. ſuper verb. tranſactionis. in fi. C. de plus petit. & ibi
Bal. poſt nu. 5. verſ. non obſtat hęc lex. & ait Bar. in l. non igno-
rat. in 1. oppoſi. C. de fruct. & lit. expenſ. Bal. etiam dixit in au
then. generaliter. num. 13. verſ. 2. quæritur, verum. C. de epiſ. &
cler. Spec. in §. nunc. de expenſ. poſt nu. 10. verſ. quid eſt talis,
& verſ. nam eo ipſo. tit. de expenſ. & poſt nu. 8. verſ. hoc vult.
ibi, vnde lata ſentẽtia abſolutoria, & in §. ſequitur. nu. 24. ver.
in ſumma nota. tit. de accuſat.

Quod ſi probauerit publicã vocem eſſe, & ſamam, accuſa-
37 tum deliquiſſe, † vel id intellexit à viris fide dignis, ſatis erit,
vt poſsit à calumniæ præſumptione liberari, ſic aſſeuerauit
Bar. in d. l. 1. ſub nu. 6. verſ. poteſt enim eſſe, ff. ad Senatuſconſ.
Turpilian. & dixit in l. athletas. ff. de fal. & hoc ipſe verum ar-
bitratus eſt in d. l. 1. & dixit Bal. in l. qui non probaſſe, nu. 4. C.
de calumniatorib.

38 Fama † enim excuſat à calumnia, ſicut excuſat à dolo, vt l.
miles, §. mulier, & ibi not. ff. de adulr. & Bald. vbi ſupra.

Intellige tñ iſtud vt verum ſit tantum in illis perſonis, qui-
bus licet accuſare ex ſola ſuſpicione, tunc enim iſtæ perſonæ
39 excuſatione dignæ ſunt † per ſamam, quę pręceſſit, quia fama
inducit ſuſpicionem, vt l. iuſtiſsimos, de off. rect. prouin. ſecus
vero eſt in illis perſonis, quibus nõ eſt permiſſum accuſare ex
ſola ſuſpicione, nam tunc licet fama adſit, non tamen hæ per-
ſonæ excuſantur, vt aperte declarauit Bal. in d. l. qui non pro-
baſſe. nu. 4. C. de calumnia.

Secundo intellige, vt tũc fama excuſet, qñ ſumus in calum-
40 nia præſumpta, † ſecus eſt, quando ſumus in vera calumnia,
tunc enim apertiſsimi iuris eſt, nedum ſamam, ſed nec etiam
aliã probationẽ excuſare, vt tradidit Bal. in d. l. qui nõ probaſ
ſe. ver. vbi ãt dixi, & adducit l. ſi. C. eo. de calum. ſex alias limi
tationes ſubminiſtrabit tibi Fęl. in c. a. de calum. cõſulas eum.

Vltimo limita, ſi alia pręſumptio nõ obſtet, videlicet, quod
41 habuerit † iuſtam cauſam accuſandi, & litigandi, vt quod o-
ſtenderit error iuſtũ, & in l. miles. §. mulier. ff. ad l. Iul. de adul
ter. & ibi vide Dd. Nam cum dicta præſumptio calumniæ non
ſit iuris neque de iure, admittitur probatio in contrarium, ita
ait Bar. in l. 1. ff. ad Turpilian.

42 Et in quibus caſibus † non præſumatur calumnia, conſulas
gl. ſingularẽ in l. athletas. §. calumniator, verſ. ex vtraque par-
te, ff. de infam. & ibi Barto. in 1. col. verſ. quæ autem ſunt. Abb.
Fel, & alios, c. 2. extra de calumnia.

CONCLVSIO CCLIIII.

ARGVMENTVM.

Campſor eiuſque libri quod probationis genus faciant.

SVMMARIA.

1 *Campſor deponens pro alio ſemiplenam probationem facit.*
2 *Campſoris ſemiplena probatio perficitur ex libris illius productis pro tertio, qui ſimpliciter ſemiplene probant.*
3 *Duæ ſemiplenæ probationes poſſunt iungi ſimul, & facere plenam probationem.*
4 *Probatio dicitur facta efficax, ſi vnus teſtis probet veritatem, & alius probet famam.*
5 *Probationes quæ ab vno, & eodem teſte originem habent, an faciant plenam probationem.*
6 *Campſor, qui publice artem factitet, & qui artem bona fide exercere iurauerit cum eius libris plenam probationem facit.*
7 *Campſoris liber ſi contineat data, & accepta ſemiplenam probationem facit.*
8 *Campſoris publice artem exercentis liber regulariter ſemiplene probat pro tertijs, & contra tertium.*
9 *Campſoris liber ſemiplene probat in ſpectantibus ad artem illius, non autem in alijs actibus.*
10 *Mercatorum libri, quando ipſi etiam ex conſuetudine non iurant artem ſuam ſine fraude exercere, nec plene probant nec vllam fidem faciunt.*
11 *Liber ſi ſit plurium mercatorum plenam fidem facit.*
12 *Liber conſcriptus ex neceſſitate officij publice iniunctis plenam fidem facit.*
13 *Libris gabellariorum, vel quæſtorum publicorum credendum eſt, non ſecus ac inſtrumento publico manu notarij publici conſcripto.*
14 *Liber qui ignoretur cuius ſit nullam fidem facit.*
15 *Aduerſus libros mercatorum, ſeu campſorum poteſt contrarium probari, etiam ſi teſtator diſpoſuerit, vt de re quapiam ſtetur libris rationum.*
16 *Conſuetudo vt libris campſorum fides adhibeatur probari debet.*

1 CAmpſorem deponẽtẽ pro alio facere † ſemiplenã proba-
* tionẽ, aſſeruere * omnes in l. admonẽdi. ff. de iureiur. vbi
præcipue Bar. poſt nu. 28. Caſtr. poſt nu. 44. Fulg. nu. 28. Rom.
nu. 67. col. 12. verſ. item inquantum. Alex. poſt nu. 32. colu. 10.
* verſ. circa finem vero, dicens cum Bar. * ibi omnes tranſire ex-
cepto Rom. Iaſ. nu. 76. & in repetit. eiuſdem legis poſt nu. 112.
ver. ſi autem nõ erat. Firma. in d. tract. de gabel. 4. par. poſt nu.
6. verſ. contra tertium autem liber mercatoris probat ſemiple-
ne, & reſpondit Ruin. conſ. 81. nu. 7. lib. 5.

2 Quæ ſemiplena probatio † perficitur ex libris illius produ
ctis, qui ſimpliciter ſemiplene ꝓbãt, ꝓducti pro tertio, iuxta
ſñiam Bar. & alior. in l. quædam. §. nũmularios. de eden. Bal. &
Alex. in l. 1. C. de eden. & per alios repetẽtes, in l. admonendi,
* vbi Iaſ. nu. 405. col. 55. teſtatur de * cõi, & Fel. in c. 2. poſt nu.
32. extr. de fid. inſtr. quæ duæ ſemiplenæ probationes poterũt
3 iungi ſimul † & facere plenam probationem, ſecundum Bart.
& alios, in d. l. quædã. §. nũmularios. Ruin. d. conſ. 81. nu. 8. li. 5.

Huc illud pertinet, nam ſi vnus teſtis probet veritatem ipſe
idem, & alius teſtis probet ſamam, cõiunctis iſtis probationi-
4 bus, † facta dicitur efficax probatio, doctrina eſt Bal. in l. Gal-
lus. §. illæ caſus. nu. 1. in fi. ff. de lib. & poſthu. quod vti ſingula-
re, ac mirabile, in vſuque notandum ſcribit ibi Alex. poſt nu.
14. vbi tamen ipſe hoc non putat verũ, rationibus ibi per eum
adductis, ſed recentiores, veluti Iaſ. Soc. & alij Baldi deciſio-
nem tuentur ibi, & in d. l. admonendi. ff. de iureiur.

Aduerte tamen, quia hoc, quod proxime diximus, duos ni-
hilominus habet teſtes, ſed cõcluſio ſupra relata in effectu lo-
5 quitur de probationibus, quæ ab vno, & eodem originẽ † ha-
bent ex quo emergit, vt vnus teſtis faciat plenã probationem
contra l. iuſiuran. C. de teſtib. quod eſſe abſurdum, probat Iaſ.
d. §. ille caſus, & ibi Soc. poſt nu. 4. verſ. pręterea reſpõdeo, vbi
allegat glo. communiter approbatam. in c. licet ex quadam, in
verſ. ab vno, extra de teſti. ex quibus cõcluſio, quæ in fine prę-
cedentis traditur valde periculoſa apparet.

Veruntamen intelligas hanc concluſionem locum ſibi ven-
6 dicare in cãpſore † qui publice artẽ ſactitet, quique artẽ bo-
na fide exercere iurauerit, quod profecto in eo verum non eſ
ſet qui priuatim arti cãpſoris operam daret, vt tradidit Alex.
in d. l. admonendi, nu. 34. & 35. per arg. notat. in l. quædam. §.
nummularios. ff. de eden. quo in loco aſſeuerat cũ Bartolo Bal
dum conuenire in rubr. C. de fid. inſtr. ver. ſequitur videre de
ſcripturis mercatorum, etiã explicat dictum Bart. eſſe verum,
7 quando liber ille contineret data † & accepta, & dicit ad hoc
facere tex. in l. rationes. iuncta l. ſi quis ex argẽtarijs. §. cogen-
tur. ff. de edendo. quod idẽ voluit Iaſ. d. l. admonendi. poſt nu.
8. verſ. quinto limita, atque idem Iaſ. in repetit. eiuſdem l. poſt
nu. 115. verſ. & quod liber rationum, & poſt nu. 120. verſ. tu ta
men ad hoc, & ſequitur Firman. in d. tract. de gabel. in 4. par.
nu. 5. verſ. quæro ſucceſsiue quid de libris mercatorum.

Quæ quidem commodius explicata fuere ſupra in conclu-
ſione, Apocha, & opportunius examinabuntur in concluſio-
ne, Liber mercatorum, illuc igitur te reijcio, & ad concluſio-
nem, Gabellariorum liber.

Nec id mirum eſt, ſi campſor deponens ſemiplene probet,
8 cum & eius campſoris librum publice artem exercentis † re-
gulariter ſemiplene probare pro tertio, & cõtra tertiũ docue
* rit Bar. in l. admonendi, nu. 28. cum quo trãſire magis * cõiter
Dd. teſtãtur Iaſ. in repetit. d. l. admonẽdi, poſt nu. 281. col. 47.
verſ. tertio caſu. Abb. etiam meminit in conſ. 81. videtur quo-
minus, col. 1. verſ. quod autẽ filia ſciuerit, vol. 1. tradit Bertac.
in ſuo tract. de gabel. in 4. part. num. 2. cum ſeq.

Quod quidẽ limitandum eſt, tantum procedere in ſpectan
9 tibus ad artẽ cãpſoris † ſecus in alijs actib. ab arte alienis, vt
ſi ſit mercator pannorũ, in libro autem ſit ſcriptum de aliquo
depoſito, vel mutuo, eo enim caſu nullã probationem facit, vt
ſenſere Iaſ. & Cur. in d. l. admonendi, nu. 40. quem refert & ſe-
quitur Purpur. in d. l. admonendi, nu. 210. reſpondit Roma. d.
conſ. 204. pro diſcutienda, nu. 3. arg. optimo in l. idem ait. §. eo
modo. ff. naut. caupo. ſtabul. & in conſ. 205. in puncto propoſi-
to, poſt nu. 3. citat Io. And. hoc eleganter terminantẽ in addit.
ad Spec. tit. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. Arer. conſ. 33. con
ſultatio, poſt princ. Iaſ. & Dec. in l. age cum Geminiano. nu. 4.
C. de tranſact. Iaſ. poſt Ludou. & Alex. in d. l. admonendi. in 1.
lectura, poſt nu. 81. verſ. ſecũdo limita, Dec. c. 1. nu. 30. verſ. ſe-
cundo talis conſuetudo, de prob. & idem Dec. in conſ. 40. viſo
tenore, nu. 3. Hippol. ſing. 560. habemus, nu. 1. Fel. in c. cæterũ,
poſt nu. 8. verſ. 4. per id quod conſuluit de iud. & in c. poſt ceſ
ſionem, nu. 4. de prob. & in c. a. poſt num. 26. de fid. inſtrum.

Secun-

Digitized by Google

10 Secundo loco limitare poteris,†quando mercatores etiam
ex conſuetudine non iurarent artem ſuam ſine fraude exerce
re,non enim tunc probant,nec plene, nec vllam fidẽ faciunt,
vt elicere eſt ex his,quæ adduxit Cur.in d.l.admonendi.d.nu
me.40.& ſenſit ibi Rom.ſub nu.56.

Tertio præterea ſic limitabis, iſtud locũ ſibi non vendica-
11 re,qñ liber ſit plurium mercatorum,† nam tunc fidem plenã
facere ſcripſit Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs §.cogentur.nu.3.
ff.de eden.Bal protulit in c.quoniam contra falſam, in 13.col.
de proba.& ſi ſcriptura vnius facit ſemiplenam probationẽ,
eo magis igitur ſcriptura duorum faciet plenam,ſiue vterq;
ſcripſerit,ſiue vnus,& alter ſubſcripſerit,vel obſignauerit, vt
traditum eſt à Iaſone loco citato.

Ad hæc quarto limites id procedere in ijs, qui aliquam ar-
tem publicam abſq; officio exercent,illorum namq; ſcriptura
12 ſemiplene tantum probat†verũ ſi liber ſit conſcriptus ex ne-
ceſſitate officij publice iniuncti,tunc plenã fidem facit,vt tra
dit Bart.d.l.nuda ratio,nu.7.in fi.ff.de don. quod poteſt exẽ-
plo declarari in libris gabellatiorum, vel quæſtorũ publico-
13 rum,quibus eſſet plene credendum,non ſecus†ac ſi eſſet in-
ſtrumentum publicum manu Notarij publici conſcriptum,vt
meminit Bal.l.s.C.de conue.fiſci deb.li.10.Alex.& Soci.ſen-
ſere,quos refert Rip d.l.admonendi, nu.130. vbi propterea
* tuetur Bart.ne ſibi ipſi contrarius arguatur,cum quo *commu
niter ſentire Dd fidem facit Iaſ.d.l.admonendi,col.47.vt re-
tulimus ſupra in prima huius concluſionis limitatione .

Inſuper iſtud quinto limitabis,vt procedant præfata,qñ li
ber apparet ſcriptus ab eo,cuius eſſe dicitur, & partes confi-
14 tentur, † nam ſi ignoretur,cuius ſit,nullam tunc fidem facit,
ſed eſt confugiendum ad comparationem literarum,quę iſto
caſu plenam fidem facerent,vt monuit Bar. in d.l.admonẽdi,
d.nu.59.& d.l nuda ratio,nu.9.Corn.conſi.19. litera l.vol.2.
* & hoc ſequi communiter * Dd.probat idem Iaſ.d l.admonen
di,& poſt num.115.verſ.ſubdit vlt.Bart.in repet.vbi dicit,cũ
* hac Bart.doctrina magis* communiter Dd.tranſire,ac tuetur
ibi Ripa nu.130.in fi.& 131.

Poſtremo,& ſexto loco limitandum erit,vt aduerſus libros
15 huiuſmodi † poſſit contrarium probari, etiã ſi teſtator diſpo
ſuerit,quod de re quapiam ſtetur libris rationum,, & ideo ſit
illis credendum,vt ſcriptum reliquit Tiraq.in trac.de retrac,
§.4.glo.1.nu.9.authorem laudat Abb.in conſ.51.videtur pri-
mo ſtandum,lib.1.& Alex.conſuluit in conſ.68.incip. quam-
quam ſuper vacatione,in fi.lib.5.

Ea vero quæ diximus,ſic declarare tibi licebit, vt quando
libri campſorum, & ſimilium perſonarum accipiũt robur pro
16 bationis à conſuetudine,† non à iure communi, illos produ
centes in ius probent talem conſuetudinem , quod conſuetũ
ſit ipſis fides adhiberi,vt confirmauit Firmian. in d.tracta.de
gabell.in 4.par.num.4.

CONCLVSIO CCLV.

ARGVMENTVM.

Cancellatio inſtrumenti , an & quomodo probet inſtrumentum cancellatum.

SVMMARIA.

1 *Cancellatio inſtrumenti ſiue teſtibus facta etiam manu eiuſdem notarij in margine ipſius non probat inſtrumentum cancellatum.*

2 *Cancellatio ſiue interlineatura diei appoſita in inſtrumento ſuſpicionem falſitatis inducit .*

3 *Cancellatio appoſita in inſtrumento,ſi nulla interuenit auctoritas iudicis in ea,inducit ſuſpicionem falſitatis .*

4 *Cãcellatio ſententia immerito præſumitur facta,ſi non conſtet cauſa cancellationis.*

5 *Cauſa cancellationis in banno cancellato ſubijci debet,ac perſona,cuius auctoritate id ſit .*

6 *Cancellatio actorum habet vim ſententiæ , ſi iudex cancellationis cauſam aperte declarat .*

CAncellatio inſtrumẽti ſiue teſtibus facta etiã manu eiuſ-
dem notarij in margine ipſius inſtrumenti appoſita nõ
1 probat inſtrumentum cancellatum,†ẽt ſi dicat,ſic deletũ par
tibus conſentientibus,petente altera parte inde inſtrumentũ
ſumi,vt docuit Ioan.And.ad Spec.in §.oſtenſo.ver.illud quo-
que prætereũdum non eſt,ſuper verb.verior eſt,tit de inſtru.
edition.& hoc idem placuit Caſtrẽ.in d.l.ſi vnus,num.5.ver.
quod ergo ſi notarius.C.de teſtam.Alexan.in d.l.ſi vnus.reij-
ciens ſe ad dicta Ioan.And.in d.§.oſtenſo . poſt nu.5.in fi.cuĩ
adhæret ipſe Alex.in d.l.ſi vnus.poſt num.8. verſ.ſed ſi eſſent
extrauagantia.d.D.Ioan.And.vbi ſup.cuius opinionem pro-
pius ad veritatem accedere aſſerit.

Illud vero ſic extendas,cãcellationem, ſiue interlineaturã
vt appellant diei appoſitam in inſtrõ,non ſolum non proba-
2 re,ſed potius ſuſpicionem falſitatis inducere,†vt animaduer
tit Bar.in l.1.§.fi.de bo.poſ.ſecundum tab & in l.ſi vnus, vbi
plene Dd.C.de teſtamẽ.vberrime iuris Pontificij profeſſores
in c.ex literis,ext.de fi.inſtru.conſultus reſpondit Alex.conſ.
14.nu.3.& 4.vol.6.l.fi.ff.de eden.c.inter dilectos,de fi.inſtru.
ibi cum dicit,quædam literæ in eo erant &c.docuit Specul.in
tit.de reſeri.§.1. igitur. verſ.item excipitur contra reſcriptũ.
quod eſt cancellatum,tradidit Innoc.in c.1.d.titu de fi.inſtr.
pleniſſime per Socin.conſil.567. viſis publico inſtrum. col.6.
verſ.quoniam ad prædicta. vol.2.

3 Potiſſimum vero prędicta cõcluſio procedit†cum nulla in-
terueniit auctoritas iudicis in litera prędicta iuxta ea,quę ob
ſeruat Bart.in l.Imperator.ff.de ſtat.hom.& in l.ſi libratius.ff.
de reg.iu.Fel.d c.ex literis,nu.6.ext de fi.inſtr. vbi poſt cita-
* tos ait,ſic de* facto ſeruari,late Pariſ.cõſ.28.n.10.cũ ſeq.li.5.

Quod & illud nobis exemplo eſſe poteſt, nam cancellatio
4 ſententiæ immerito præſumitur facta†dum non conſtet cauſa
cancellationis,quod fuit pronunciatum Bal.in ca.ſuper.n.18.
verſ.quod ſi conſtat ſententiam latã,de re iudi.& in l.ſi nõ ſor
tem.§.adeo.ff.de condi.indeb. poſt nu.1.ver.& nota,quod in
cancellatione banni, vbi aſſeuerauit in banno cancellato ne-
5 ceſſe eſſe,vt cauſæ cancellationis ac †perſona cuius auctorita
te id fiat,ſubijciatur,hoc idem illud confirmat,quod ipſemet
ſcripſit in l.ſi præſes.in fi. C quõ & qñ iud. actorum cancella-
tionem vim habere ſententiæ,modo tamen iudex cãcellatio-
6 nis cauſam†aperte declaret,quib.eſt finitimum axioma Abb.
in conſ.7.tria circa primum dubium,poſt nu.3.col.5.verſ.nec
cancellatura debiti facta in lib.cleric.vol.2. Nell.in tra.bãni.
in 3.par.ſecũdi temporis.q.74.nu.75. verſ.ſed circa idẽ, qui-
bus concinit Marſ.ſing.340 caute agant banniti,nume.4.ver.
ſuas,quod quis præſumitur indebite,& iniuſte cancellatus.

CONCLVSIO CCLVI.

ARGVMENTVM.

De cancellatione inſtrumenti, vel teſtamenti quid ſit præſumendum.

SVMMARIA.

1 *Cancellatio inſtrumenti , vel teſtamenti præſumitur in dubio facta voluntate teſtatoris,& ſic teſtamentum nihil valet .*

2 *Cancellatio proprie dicitur,quæ facta fuit cum calamo oblique per folium in morem crucis .*

3 *Differentia quæ eſt inter verbum circumducere,inducere,& cancellare , eſt in modo,non in effectu .*

4 *Cancellatio ſi ſit in loco ſuſpecto,& ſubſtantiale teſtamenti, adeo eſt efficax, vt illud inſtrumentum nullam faciat probationem.*

5 *Inſtrumentum præſumitur falſum ſi deprehenditur varietas , cum primo eſſet ſcriptum vnum,& poſtea illud raſum,& aliud ſcriptum.*

6 *Cancellatio inconſulto & propter incuriam præſumitur inducta fuiſſe fauore libertatis,quando teſtamentum continet legatum libertatis .*

7 *Cancellatio præſumitur propter incuriam inducta , quando legatum eſt factum ad pias cauſas .*

8 *Cãcellatio pſumitur facta volũtate teſtatoris ſi penes ipſũ reperitur inſtrumentum.*

9 *Cancellatio præſumitur ab eo inducta,penes quem inſtrumentum reperitur .*

10 *Cãcellatio exiſtimatur facta creditoris volũtate, ſi inſtrumentũ æs alienũ continet.*

11 *Cancellatio ſi tendat ad fauorem tertia perſonæ,inſtrumentum non præſumitur cancellatum voluntate teſtatoris .*

CAncellationem inſtrumenti, vel teſtamẽti præſumi in du
1 bio factam voluntate teſtatoris,† & ſic teſtamentum ni-
hil valere locupletiſſimi mihi teſtes ſunt Bart.Alex.ã.& Iaſ.in
l.ſi vnus,C.de teſtam.tradit Lanfran. in c.quoniam contra. in
ver.inſtrumentorum productiones,nu.49.in fi.de probat.Pa-
riſ.reſpondit in conſ.58.nu.45.li.2. Rubeus Alexandrinus in
conſ.95.nu.4.& animaduertit Achil.Perſonal. in trac.de adi-
piſc.poſſeſ.nu.136.& præſumi velle diſcedere inteſtatum,au
ctor eſt Bal.in l.noſtram,C.de teſtam.nu.1.quod idem conſu-
lendo ſenſit Alex.conſ.14.vol.6.nu.5.& 3.& nume.9. & idem
Alex.conſ.104.vol.7.nu.6.quem vide, Pau.de Caſt.conſ.131.
dubium facit,vol.2 & Albenſ.in conſ.34.par.2.

2 Et vt voces quoque declarentur,ſciendũ eſt,†cancellatio-
nem proprie dici,quando facta fuit cum calamo oblique per.
folium in morem crucis inductã,ita voluit Accurſ. in l. ſi quis
libertatem,in ver.inducatur,ff.de pet.hæred.vbi ponit diffe-
rentiam inter verbum circumducere, inducere, & cãcellare,
ad idem glo.in l.inductum.C.de ſolut. & de verb.cancellare,
tradit Alex.d.conſ.14.nu.9.vol.6.Bart.in l.cancellauerat.n.3.
3 ff.de ijs,quæ in teſtam.del. † Iſta tamen differentia eſt in mo-
do,non in effectu.Bart.in d.l.ſi quis libertatem,num.6.

Amplia ſi ſit cancellatio etiam in parte illius teſtamenti,
ſed in loco ſuſpecto,& ſubſtantiali,quia hmõi cãcellatio ad-
4 eo eſt efficax, vt illud inſtrumentũ†nullam faciat probationẽ
nec plenam,nec ſemiplenã,niſi illud cãcellatum per id,quod
in eodem inſtr̃o continetur non deletum, cõſtet id eſſe verũ,
& eadem manu ſcriptũ,vt Bal.in d.l.ſi vnus.n.4.C.de teſtam.
probat id per c.cum venerabilis, ext.de reli.domib. arg.l.cũ
pater.§.cum imperfecta.ff.de lega.1.cęteroqui ſecus eſt, nam
5 †præſumitur falſum ex eo,quod deprehendit̃ varietas,cũ pri
mo eſſet ſcriptum vnũ,& poſtea illud raſum, & aliud ſcriptũ,
arg.l.ſcripturæ.ff.de fi.inſtr.& l.q falſa,ff.de teſti. & ita tradit
Alex.conſ.14.nu.10.& 11.li.6.& conſ.104.nu.3. vol.7.

Limita primo concluſionem non procedere,quando teſta-
mentum cõtineret legatum libertatis, quia fauore libertatis,
6 præſumitur inconſulto † & propter incuriam inductam ſuiſ-
ſe lituram.l.proxime.in princ.ff.de his,quæ in teſta. delentur.
& Iaſ.in d.l.ſi auus.nu.7.Bart.d.l.proxime . §.1.& Alex.d.l.ſi
vnus.poſt nu.7.

Amplia prædictã limitationem etiam locum habere,qñ le-
7 gatũ†eſſet factum ad pias cauſas,vt idem voluit Bart.in d.l.ſi
vnus,quem ſequuntur ibid.Ang.& recentiores, & idem Bart.
Bal.& Imol.in d.l.proxime.§.1.ff.de his,q̃ in teſta.delen. idẽ
voluit & ſequit̃ Iaſ in d.l.ſi vnus,nu.8.Lud Ro. in repe.auth.
ſimiliter.in 1.ſpãli piæ cauſæ.C.ad le.fal.& Nic.Euerar. i ſuis
locis legalib.i loco à libert.ad piã cãm. ver.quarto iſtud facit.

Secundo limita,vt procedat, quando inſtr̃m reperitur pe-
8 nes ipſum teſtatorem,†tunc certe præſumitur eius voluntate
ſactam lituram,ſecus ſi penes tertium reperiatur, quod placuit
Bald.Fulg.& Paul.de Caſt.in l 1.ff.de his,quæ in teſta.delẽ. &
* hæc eſt * cõis opin. Dd.in d.l.ſi vnus.ſicuti ibi atteſtatur Iaſ.
9 nu.9.& ratio eſt,quia cancellatio præſumitur ab eo †inducta
penes quem reperitur inſtrumentum,l.maiorem. & ibi Cyn.
Bal.& Salyc.& alij.ff.de falſ.quos refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi
vnus.nu.9.C.de teſtam.

Quod poſtremum limite circumſcribendum eſt,nõ habere
locum in inſtrumento,quod æs alienum contineat, quia can-
10 cellatio in eo facta†exiſtimatur creditoris voluntate,ſiue re-
periatur penes eum,ſiue penes tertiũ , moti auctoritate I. C.
in l.chirographum.ff.de probat.& I.C.in l.ſi fullo.§.qui tabu
las.ff.de ſurt.& ibi per Bar.& alios,& in l.Labeo.ff.de pact.&
** & ita magis ** cõmuniter ſentire Dd.fidem facit Alexã.in d.
l.ſi vnus poſt nu.7.

Iſtius ſecundæ limitationis,quod primo loco diximus , ſic
eſt ſublimitandum,vt procedat,quando ipſa cancellatio ten-
11 dit ad fauorem ipſius tertiæ perſonæ†nõ enim tunc præſumi-
tur deletum voluntate teſtatoris,ſecus vero ſi nullum fauorẽ
conſequeretur ex illa litura ille tertius poſſeſſor , eo namque
caſu procedit etiã pręſumptio in teſtatore,ita profitendo ex-
plicauit Alex d.l.ſi vnus,num.7. ad materiam vero cancella-
tionis late tradentem conſulas Corn.conſil.118.num.1.lib.4.
Dd.in cap.ex literis.de fide inſtrum.in c.inter dilectos, & in
cap.fin.de crim.fal.& in ca.cum olim.el a.de priuil. glo.Spec.
& alios relatos per Alexan.d.l.ſi vnus.poſt num.6.verſ. & de
hac materia.C.de teſta.

CONCLVSIO CCLVII.

ARGVMENTVM.

Cancellariæ regulæ quomodo probent.

SVMMARIA.

1 *Cancellariæ regulæ probant tanquam conſtitutiones locales.*
2 *Cancellariæ regulæ non ligant in vniuerſum omnes.*
3 *Cancellariæ regulæ ſtatuta quædã ſunt ſiue conſtitutiones quæ ad certum locũ pertinent.*
4 *Lex an ſit vniuerſalis,an ſingularis cognoſcitur ex loco.*
5 *Cancellariæ regulæ conſtituunt ius,quod ſingulos, & non vniuerſos attingit.*
6 *Natura legis generalis ea eſt,vt ſit perpetua,& ſtabilis,ſed cancellariæ regulæ vna cum authore ſuo deficiunt.*
7 *Cancellariæ regulæ conditæ tantum fuere,vt inſtruerentur cancellaria, & eius magiſtratus in literis expediendis.*
8 *Lex cõis,eo quod vbique publicatur,omnes ligat, & non poteſt allegari ignorantia.*
9 *Cancellariæ regulæ in curia tantum publicantur , & ibidem tantummodo obſeruantur.*
10 *Sententia lata contra legem cõem etiam non deductam , nec in iudicio allegatã eſt ipſo iure nulla ſed ſententia lata contra regulam cancellariæ valet,& tenet.*
11 *Lex,vt vniuerſe liget,oportet,vt à Principe dilucide mandetur omnino obſeruari.*
12 *Cancellariæ regulæ probare non poſſunt,tanquam ius commune, ſed locale.*
13 *Cancellariæ regulæ non ligant niſi prius gratiæ præcipuæ impetrentur, vt allegari, & produci poſſint.*
14 *Statuta particularia quamprimum ſunt publicata,& in vnum volumen redacta, ligant ſuos ſubditos.*
15 *Cancellariæ regulæ certis finibus circumſcripta ſunt , vt niſi prius impetrentur, non poſſint allegari.*
16 *Cancellariæ regulæ conſtituunt ius generale etiam extra curiam.*

CAncellarię regulas probare tanquam conſtitutiones lo-
1 cales non autem tanquam † cõſtitutiones generales con
ſuluit Anchar.conſ.297.nu.1.& 2.incip.efficacibus. Iaſ.in l.1.
nu.29 ff.ſi cert.pet.Barth.de Bellen.in cap.ex parte . col.3.de
ſeud.Card.Zabarel.conſ.99.in fi.Dec.in c.1.nu.1.in 2.lec.ex-
2 tra,de conſti.& hinc fit,vt † non ligent in vniuerſum omnes,
vt traditum fuit à Gomeſ.in prœm.regu.cancel. q.2.num.2.
permultis rationib. adductus.Etenim hæ regulæ ſtatuta quæ-
3 dam ſunt,ſiue quædam conſtitutiones, † quæ ad certum locũ
pertinent,vt patet ex earum titulo, vocant enim regulæ can
cellariæ,cuius quidem denominationis cauſa fit eius loci gra
tia tantum,dicũtur enim regulæ reſpicientes ea,quæ in dicto
loco tractantur,& quemadmodum ex ſigno cognoſcitur,qua
le quidque ſit Dd.in §.teſtes.Iuſti.de teſtam.Bal.in l.compu-
4 tationes.col.fi.C.de fid inſtrum. ita lex an ſit vniuerſalis †an
ſingularis cognoſcitur ex loco , ea enim quæ rebus accidunt,
plurimum conferunt , vt intelligatur quale quidque ſit,l.non
omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.Bal.in l.fi.C.de exec.rei iu-
dic. cum ergo dictio adiecta cancellariæ præ ſe ferat certum
locum,dicendum erit,regulas prædictas cõſtituere ius,quod
5 ſingulos † non quod vniuerſos attingat , qualitas enim adie-
cta diſpoſitioni ita eam afficit ſecundum qualitatis adiectæ
naturam,vt eſt tex.in terminis § ſed ius quidem ciuile. Inſtit.
de iu.nat.gen.& ciuil.c.ſtatutum,de elec.lib.6.& quando lex
ad certum locum pertinet,illos, qui ſunt extra locum, nõ li-
gat,c.1.& c.2.de conſtit.lib.6.l.fi.ff.de iuriſd. om.iud.

6 Secundo ſubiungit idem Gomeſ.rationem † quia ea eſt na-
tura legis vniuerſalis, vt ſit perpetua & ſtabilis , l.edita. ver.
perpetui edicti.C.de eden.Mil.in ſuo repert. in verb.lex.§ 2.
Archid.in c.donatum.1.q.7. ſed hæ vna cum authore ſuo defi
ciunt, vt patet in prœ verſ.ſuo tempore duraturę . Anchar.
d.conſ.297.num.2.Quinimmo hæ regulæ tantum cõditæ fue-
7 re,vt inſtruerentur cãcellaria & † eius magiſtratus in literis ex-
pediendis,vt patet ex regulis Ioan.XXII.& Benedicti,quod
cum ita ſit, non debet actus agentis operari quidpiam pręter
ius propoſitum,cap.ſi ſacerdos,de off.ordin.& vulgata l.non
omnis.ff.ſi cert.pet.

Tertia Gomeſ.ratio ea eſt,nã lex cõis, eo quod vbique pu-
8 blicetur,omnes ligat , vnde non † poteſt tunc allegari igno-
55 iure,ac merito ,ad ſummũ Pontificẽ triplici rõne,quas ibi vi
deas,pertinere,late proſequitur Caſſa.catalo.glor.mũd.par.
3.47.conſideratio.idẽ voluit Auguſtinus de Ancon.in ſumma
de poteſta.eccl.q.14.in 1.dubio,vbi reſpon.cõtrarijs argu.&
56 in 2.dubio ibi tenet in tñ ſummo Põtifici hoc ſpectare, † vt
nec epus poſſit ſanctos in ſuo dięceſi canonizare.Nec in hoc
requiritur cõſenſus Cardinaliũ, vt docuit glo.in verb. contin
geret.in d.c.fundamẽta.in §.decet.de electio.in 6.cui ẽt ad-
hæret Io.And.& Domin.in c.ſi ſup eod.de hæret.li.6. Sali. in
rub.C.de legib. allegãs Archidiac.in c q̃ ad p̃petuũ. & in ca.
ſunt quidã 25.qõ.5.& in c.quãuis.de offic.ordin. in 6. & fra-
ter Auguſtinus de Anco.in ſumma de pot.eccleſ. qõ.14.in 2.
dubio. Reliqua cõſulas apud Caſſan.dict.loco ſup.cit. & vſq;
eo tenenda eſt hæc concluſio,vt etiã aſſeuerandũ ſit,ſummum
57 Pontificem†in hoc errare non poſſe,ſicut nec in cęteris,quæ
reſpiciunt fidem eccleſiæ,prædlleg.frater Auguſtinus de Anc.
in d.ſua ſumma de poteſta.eccleſ.d.quæſt.14.in 4.dubio.

Supeſt vt de forma canonizationis dicamus,videamuſque
q̃ obſeruent.Hæc vero,q̃ ſequũtur,plerũque obſeruari ſolent.

Primo igitur expectandum eſt,donec aliqui probatæ vitæ,
honeſtiſque moribus viri rem ſummo Pontifici ſignificent,vt
58 Diuum in ſanctorum numero referat,†idque non ſemel , ſed
diuturnis precibus poſtulent,efflagitent,inſtent,vrgeant , qđ
idẽ de conceſſione & petitione pallij vſurpari ſolere,obſerua
tũ eſt in c.quidã cedendi.extra de renuncia.c.cum petitã.de
electio.Nõ.n.ſtatim p̃moueri ad p̃ficiẽdam iſtiuſmodi inqui-
ſitionem Romanus Põtifex , ſed potius expectare conſueuit,
quamdiu pulſetur,& an fama de hac re percrebuerit , & vtrũ
miracula in dies magis augeant,& continuentur, antequam
inquiſitionem cõmittat, & id quidem iure ac merito præſer-
59 tim p̃p tria.Primo†quia miracula hodie Deus raro operatur,
vt dicit ſanctus Auguſtin.in libro de vera religio.quæ miracu
la ſunt veriora ſigna ſanctitas alicuius. Deinde,quod miracu
60 la interdum etiam fiunt† ab improbis hominibus, vt dictum
eſt ſupra per c.teneamus.c.nec mirũ.26.quæſ.5.glo.c.cum ex
iniuncto.ext.de hæret.Bal.in c. venerabili.de teſtib.extra. Vñ
cauẽdũ eſt,ne populus decipiatur,vt in c.fin.extr.de reliq.&
61 venera ſanctor.Poſtremo,q̃a circa maiora†maius periculum
verſatur,iõ cautius eſt agendũ,& diuturna tarditate,& conſi
derata maturitate c.quieſcamus.40.diſt.c.miramur.61. diſ.c.
nuper.7.quęſt.2.c. vbi periculum.in princip. de elect. in 6.&
in l.1.§.ſed & ſi quis.ff.de Carbon.edict.Tertio vt differẽdo,
& procraſtinando creſcat frequens operatio miraculorum,
62 † & fama de operibus illius percrebeſcat in cordibuſq; Chri
ſtianorum opinio ſanctitatis,& firmetur atque roboretur,ad
id conſulas fratrẽ Auguſtinum de Ancona in ſumma de pote-
ſtate eccleſiæ,quæſt.16.dubio.2 licet non ita late deducat.

Secundum requiſitum eſt, vt ſi ſupplicationibus continuis
vrgeant,& fama,& miraculorum cõtinuatio in dies magis vi
63 res accipiat,ſoleat Romanus Põtifex † hoc referre ad fratres
& ad aliquos ep̃os Patriæ illius,q dr̃ ſanctus,vel ad alios bo-
næ frugi,integerrimæq; vitæ viros in conſultationẽ propone
re,vt diligẽter inquirant de fama,de pietate,ſanctitate,& re-
ligionis cultu populi,& de miraculis,& alijs,quæ ſunt eidem
nũciata in vniuerſum,& non ſpeciatim & quoad famam , &
nõ quoad veritatẽ,& litteris mãdẽt,quæ euenerint , & an eis
videatur,vt ſuper veritate eorũdem ſit inquiſitio cõmittẽda,

Tertium eſt,vt ſi tales reſcribant talia,per quæ videatur re
quiſitionem veritatis eſſe cõmittendam,requirat iterum ſum
mus Pontifex fratrum cõſilia,& diffiniat, vtrum ſit inquiſitio
committenda,necne .

Quartum,quod ſi inquiſitio,ei committẽda videaẽ,denuo
reſcribat eiſdẽ,vel alijs,vt iterum veritatẽ requirant , primo
de fama,deinde de vita,poſtremo de miraculis exacte,diligẽ
ter,fideliter,& prudẽter,ſecũdũ articulos & interrogationes,
q̃ ſub bulla ſua trãſmittit,de quo notaẽ in c.venerabili.de te-
ſtib.ext.& q̃ inuenerint , remittãt ſub ſigillis p̃prijs incluſũ.

Quintum,vt remiſſa inquiſitione committatur examinatio
in curia aliquibus capellanis,vel alijs probatis,& conſultiſſi-
mis viris,qui etiam componant rubricas.

Sextũ,vt rubricæ ita compoſitæ exacta diligentia examinẽ
tur à Pontifice maximo,& eius fratribus,& requirat ſummus
Pontifex conſilia eorundem,an ſcilicet videantur probata ta
lia propter quæ ſit canonizatio non immerito facienda.

Septimum,quod ſi Pontifici Maximo videbitur eſſe faciẽ-
dam, hoc diffinit ſecreto inter fratres,& ad id pertinet quod
per ſimilitudinẽ dr̃ de ſubſtantia & forma electionis,vt obſer
uant Dd.in c.quia p̃pter.de electio.& ibi gl.in verb. maior.

Octauũ,& in vnũ conuocatis Ep̃is,qui ſunt præſentes in cu
ria,narret publice in cõſiſtorio ea,quæ acta ſũt,& probata,ſe
creta definitione iã facta ſuppreſſa,& requirat cõſiliũ Præla-
torum,

Digitized by Google

torũ,huc ſpectat gl.in verb.conſi.in c.Anaſtaſius.19. diſt. vbi
64 aſſerit†ſummum Pontificem compelli ad requirendum con-
ſilium Epiſcoporum,vbi de fide agitur,quam gloſſam ſequũ-
tur ibi Domin.& Cardinal.idem etiam confirmat,quod dicit
Paoor.io c.ſignificaſti.de elect.

Nooũ,ſtatuitur certa dies,vt omnes cõueniant ad aliquod
templũ,in quo accendentur cerei multi,templiq; parietes in
ſpleodido apparatu aulęis obtenduntur, omniaque argento,
veſte,omnia apparatu,ornatuque videantur, illucque conue
niant ſummus Pontifex proceſſum recitans.& probata,popu
lum obſecrationibus roget, vt ad Deum preces ſundat ipſũ-
que imploret,ne eos labi in hac re patiatur.

Decimum,vt flexis genibus pia,& religioſa fiat oratio, &
canteiur hymnus,Veni ſancte Spiritus,vel alius,ſiue antipho
na,quę tunc congruat.

Vndecimũ,vt ſurgat ſummus Pontifex ab oratione, & defi
niat illum,de quo agitur,ſanctum eſſe, & ſanctorum catalo-
go aſcribendum, ad hoc confirmandum doctrina eſt Accurſ.
inſignis in l.eos in verb.qui.C. de officio mag.milit.qui ait
65 † eos,qui non ſunt ſcripti in matricula eſſe tanquam priua-
tos.Ideo dicit Angelus io auth.de mand.princip.§.penul.in-
cip.ſiquidem.poſt gloſſ.ibi in d.verb.collat.tertia,ſolum mi-
66 litibus ſcriptis in matricula†danda eſſe priuilegia militaria.
Vnde tradidit Bal.in l.diximus in fin.ff.de excuſation. tutor.
mercatorem non deſcriptum in matricula non gaudere priui
legio mercatorum,hoc idem adiuuat capitu.ſi Romanorum.
decimanona diſtinctione,vbi probatur,eum,qui non repe-ri-
67 tur ſcriptus inter alios de vniuerſitate† non præſumi eſſe de
voiuerſitate.

Duodecimũ,& vltimum requiſitum eſt, vt pręcinatur, Te
Deũ laudamus,& celebret ſummus Pontifex rem diuinã ſolẽ
niter in hooorem illius Sancti,quod idem fit,peracta epiſco-
pi lectione,ſecuodũ Speculatorem tit.de electie.§.1.ver.con
ſeqoenter.c.de hymnis,de conſecratione diſt.1.de his vide
late D.Troyl.d.ſoo tract.de canonizat.§.reſtat quartum. &
Caſſan.catalog.glor.mund.cap vltimo. & frater Auguſtinus
de Ancon. in ſumma de poteſt eccleſ.quæſt.16. in 2. dubio,
quos vide.Illud etiam ſciendum eſt,ad ordinem,& dignita-
68 tem Apoſtolicam,†non poſſe aliquem adſcribi, nec canoni-
zari,vt per d.fratrem Augu.vbi ſup.in quarto dubio.

Et hic eſt vſus,qui in praxi ſolet obſeruari,& quãuis nonni
hil ab inſtituto recedere videamur,nihilominus in gratiã ſtu
dioſorum lectorum praxim actus ſolennizationis canoniza-
tionis paucis aſcribere volumus.

CONCLVSIO CCLXII.

ARGVMENTVM.

Cantus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Teſtis dicens ſe vidiſſe aliquem bene cantare,nihil probat.*
2 *Cantus & ſonus ſub auditionem cadunt,& aſpectu percipi non poſſunt.*
3 *Vndecim,quę oculorum ſenſu percipiuntur.*
4 *Oculorum ſenſus ad cæteros omnes eſt quaſi generalis, illique ſub iſto comprehen-dantur.*
5 *Oculorum ſenſus communis eſt vnicuique ſenſui.*
6 *Nomine viſus corporis ſenſus intelligitur.*
7 *Teſtis dicens ſe Titium vidiſſe promittere optime probat.*
8 *Teſtis deponẽs per hęc verba,vidi tale vinum eſſe dulce,& talem rem duram, vel mollem,quę alio ſenſu percipiuntur,recte probat.*
9 *Senſus viſus adaptatur ad omnem ſenſum.*
10 *Veritas magis oculata fide,quam per aures animis hominum infigitur.*

1 TEſtem dicentem†ſe vidiſſe aliquem bene cãtare,nihil ꝓ-
bare,auctor fuit Bal.in c.cum cauſam.de teſtib.n.53.can
2 tus etenim,& ſonus aſpectu ꝑcipi oon poſſunt,†ſed ſub audi
tionem caduot,nam quæ oculorũ ſenſu percipiuntur, vnde-
3 cim tantummodo ſunt ex mẽte Philiſophi,† pulchritudo,lux,
tenebræ,color,corpus,figura,remotio,propinquitas, motus,
& quies.Et cum oullum horum ſub auditionem cadat,ſequi-
tur,vt male deponat,ſic Bald.d.loco.

Tuom tameo lector hac in re eſto iudicium. Etenim vt ali-
ter ſentiam,illud ſuadere videtur, nam oculorum ſenſum ad
4 cæteros omnes eſſe quaſi generalem ſenſum,† illoſq; ſub iſto
comprehendi,aoctor eſt idem Bal.in additio.ad Spec.tit. de
teſte,col.2.verſic.viſus eſt quaſi. per Cyn. in l.teſtium.& in l.
oomen.C.de teſtib. id etiam ſentit Bart.in §.hinc. nobis.col.
3.verſ.ſed non obſtat,quod dicit hic,io auth.de hæred. & Fal
cid.quod integre arbitratus eſt Guido Pap. in ſingul. 462.§.
5 ſenſus viſus.ad hæc † vnicuique ſenſui eſſe communem ocu-
lorum ſenſum tradidit Aloiſ.de Albert.io ſingu.156.ſenſus vi
6 ſus,vnde nomine viſus†corporis ſenſus intelligi confirmauit
Spec.in §.1.nu.53 verſ.quoniam nomine viſus,titul.de teſte.
Hinc recte colligebat Bar.io tract.de teſt.verſi.teſtis dixit.n.
7 16.teſtem dicentem,ſe Titium promittere vidiſſe,†hunc opti
me probare,quod idem proſequitur Bar.in d.tract.de teſt.in
verb.vinum num.34.eadem permotus ratione, quia oculo-
rum ſenſus ad omnes alios corporis ſenſus ſpectat, vt ibi per
eum,quotidie enim,inquit Bar.in d.trac.de teſtib.verſ.teſtis
8 dixit num.16.dicimus,vidi tale vinum eſſe dulce,†& vidi ta
lem rem eſſe duram,vel mollẽ & ſimilia, cum alio ſenſu per-
cipiantur,quem ſequitur Guid.Pap.in dict.ſingul.642 vbi id
9 pro eximio,& ſingulari tradit,ſenſum viſus,†adaptari ad om
nem ſenſum,ideo teſtem dicentem,quia vidi,in vtroque ſen-
ſu probare,motus auctoritate gloſ.in cap.teſtes.ſub verb.quę
nouerunt,& viderunt 3.q.9.& Areti.in l.quod meo.§.ſi vet-
ditorem.ff.de acqui.poſſ.quam glo. adducit etiam idem Alo-
uiſ.de Albert.in d.ſing.156.

Quod fortaſſe ea ratione corroborari poteſt, nã, vt inquit
10 Imperator in §.fi.Inſti.de grad.cognat.† magis veritas ocu-
lata fide, quam per aures animis hominum infigitur, quam ra
tionem probauit Ioan.And.in additio. ad Spec.in rubr.inci.
Tancredus poſuit.tit.de execu.ſent.circa fin.

CONCLVSIO CCLXIII.

ARGVMENTVM.

Capellania honoris quomodo per teſtes probari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Capellania honoris,ſeu protonotariatus quare non probetur per teſtes.*
2 *Capellania honoris non probatur per teſtes,etiamſi per ipſos probaretur poſſeſſio.*
3 *Poſſeſſio nihil operatur in his,quæ conceduntur ex ſolius Principis priuilegio.*
4 *Capella ſummi Pontificis de iure ſcripturam non requirit.*
5 *Teſtes deponentes de poſſeſſione, eo quod viderant aliquem inſignibus,& ornamentis capellania honoris induturn fidem faciunt.*
6 *Signum oſtendit ſignatum ſicut ſtigmata militem,habitus monachum,& clericũ, purpura regem,ſtola ſacerdotem,toga aduocatum,bracas rauiterum.*
7 *Tales quæ præſumuntur quales in habitu reperitus.*
8 *Priuilegia ſummi Pontificis viua vocis oraculo conceſſa ſolent in publicas tabulas referri,& in matriculam ie legi.*
9 *Capellania honoris non probatur per teſtes,etiã ſi deponerent, ſe non opinari, ed ſcire capellanum honoris eſſe talem quia adſiſterent in curia, dum ille creatus fuit.*
10 *Teſtimoniũ bonum eſt,quod de acta,quod antiis terne, vel [illegible]*
11 *Capellania honoris non probatur per verba narratiua ſummi Pontificis.*
12 *Narratiua ſummi Pontificis non probat, quando [illegible] proprio.*
13 *Familiaritas probari debet,etiam ſi ſummus Põtifex aſſerat in literis ſuis [illegible] militarem Cardinalis.*
14 *Ad probandum quem fuiſſe Papæ capellanum,ſufficit producere gratiam, in qua id narretur.*
15 *Capellanatus probatur,quando in gratia narratur,illum per cuius obitum vacauit beneficium fuiſſe capellanum ſummi Pontificis.*
16 *Confeſſio facta in epiſtola tranſmiſſa probat contra ſcribentem,& non pro ſcribente.*
17 *Allegans ſe gratiam peculiariter a Pont.Max ſub certa verborũ formula obtinuiſſe,debet illam producere,cum nihil faciat,probando narrata per teſtes.*
18 *Communis opinio inducit præſumptionem,quæ transfert onus probandi in aduerſarium,ſi poſſeſſor petit abſolutionem,non autem adiudicationem.*
19 *Capellania honoris probatur per teſtes,ſi adducatur probabilis cauſa impedimenti quod de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt.*
20 *Capellania ſatis probatur per ſupplicationem aduerſary, in qua impetrat beneficiũ morte Titij,quem narrat fuiſſe capellanum.*
21 *Verbis narratiuis ſummi Pontificis etiam de facto alieno creditur quoad aliquod præparatorium.*
22 *Narratiua Papæ creditur quoad effectum obtinendi ad iudicationem vel etiã quoad effectum obtinendi commiſſionem.*
23 *Narratiua,& aſſertioni Papæ ſtatur etiam de facto alieno in his,quæ ſunt parui præiudicij.*

CApellaniam honoris ſeu protonotariatum ſiue audito-
1 riatum Rotæ,†non probari per teſtes,pluribus oon eſt à

nobis confirmandum, etenim cum de ea cōiter ſcriptura con
fici ſoleat, quę facile poteſt haberi, hinc fit, vt probatio per te
ſtes videatur captioſa, ſic decidendo ſenſit Aegid. Bellamer.
deciſ. 432. inci. Capellania. & deciſ. 433 Poſſeſſio. & deciſio.
610 Licet. & deciſ. 615. & 613. & ſequitur Caſſan. de cōſuetu.
Burgund. tit. des inſtices, & droict. §. 6. nume. 13. ver. aduerte
ad id. folio 70.

2 Amplia prædictam concluſionem procedere, † ēt ſi per te-
ſtes probaretur poſſeſſio, qui dicerent ſe vidiſſe illum indu-
tum cappa, & rocchetto, ita diremit Bellamer d deciſio 433.
quia in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis priuilegio,
3 † nihil operatur dicta poſſeſſio, ſic tradidit Bellamer. d. deciſ.
433. deciſ. 611. cum deciſ. 612. actor.

Verum, vt aliter ſentiam. illud ſuadere videtur, nā ſummi
4 Pontificis capella † de iure ſcripturam non requirit, qm̄ Pon-
fex Maximus, qui capellanos creat intercedētę bulla eos nō
creat, ſed illos recipiendos curat à Camerario, & in numerū
aliorum redigendos, qui cappa, rocchetto, & bireto eos or-
nat, vt ait Bellame. deciſ. 611. in prin. & Aene. de Falco in rra.
5 reſeruat. 3. principali q. n. 16. quod cum ita ſit, videtur † teſtes
de poſſeſſione deponentes, eo quod viderint illū inſignibus,
& ornamentis capellaniæ honoris indutū eſſe, quæ niſi prędi
ctis capellanis concedi ſolent, fidem facere, inſpecta p̄cipue
rōne ſupradicta, cum (vt ait Bal. in c. cūm nu. 2. ext. de proba.)
ſignum oſtēdat ſignatū, ſicut ſtigmata militem, l. ſtigmata. C.
6 de fabricēſ. † habitus monachū, & clericum, c. ſi iudex. de ſen.
excō. li. 6. chlamys militem, purpura Regem, ſtola ſacerdotē,
toga aduocatum, bricus ruſticum, cuculla monachum, vt legi-
tur, & noratur in l. 1. C. null. licer. in fren. equeſtrib. lib. 11. ex
7 quibus infertur, † quod talis quis præſumitur, qualis in habi-
tu reperitur, c. in audientia. de ſent. excomm.

Contrarium tamen deciſum eſt, idque propter præſumptā
calumniam, vt voluit Bellam. d. deciſ. 611. in fi.

Accedat huc, quod ſummi Pontificis priuilegia viuę vocis
oraculo cōceſſa ſoleant in publicas tabulas referri, ac ſub cer
8 ta forma † in matriculā redigi, cuius exemplum facile haberi
pōt, cum in archiuio ad perpetuam rei memoriā cuſtodian-
tur & hinc eſt, qd̄ teſtes in poſſeſſione habitus nihil probent,
cum poſſeſſio in his, quæ conceduntur ex ſolius Principis vel
ſummi Pōtificis priuilegio nihil operetur, adeo, vt abſurdum
ſit, illum allegare, ita cauit Bellamer. in d. deciſ. 611. in princ.
item deciſ. 746. licet obſeruet. cuius etiā meminere. Io. And.
& Archid. in proœ. lib. 6.

9 Subamplia vſq; eo prædictā ampliationem procedere † ēt
ſi teſtes deponerent, ſe non opinari, ſed ſcire talem eſſe capel
lanum honoris, quia adfuerint in curia, dum ille creatus fuit
capellanus, ſi credimus Bellame. deciſ 613. Nec huic rei refra
gatur, quod Bart. in ſuo trac. de teſt. docuit, hoc teſtimonium
10 eſſe bonum, quod de actu, † quod oculis cerni, vel aurib. hau
riri diſſerit, cum hoc dictum Bart. locum habeat, qū probabi-
liter actus non potuit fieri, quin præſens hoc viderit, vel au-
dierit, facile enim contingere potuit, teſtes in templo fuiſſe,
nec quid in ſummi Pontificis capella fiat, cernere potuerint,
ſic placitum eſt Bellame. d. loco, deciſ. 613. in fi.

Secundo amplia prædictā concluſionem, vt nec etiā huiuſ-
11 modi capellania honoris probetur † per verba narratiua ſum
mi Pontificis, exempli gratia, Si Pōtifex Maximus præbendā
vacantem cōferat tanquam reſeruatā morte capellani hono-
ris, talia verba narratiua ſummi Pontificis non probant, quod
ſit capellanus ille, cuius morte vacat talis præbenda, niſi alias
probetur, ſic ſtatuere Dn̄i de Rota deciſ. 197. Nota quod vbi
in antiquis argu. Clem. ſi ſumus. de ſent. excom. c. 1. ſi Papa. de
priuil. li. 6. cuius ratio eſt, nam hoc caſu innititur ſummus Pō-
12 tifex facto alieno, non autē proprio, † & ideo narratiua eius
non probat, vt d. deciſ. 196. Nota quod vbi. in antiq. & Bella-
mer. deciſ. 253. ſi Papa narrans, & deciſ. 145. licet verba. & de-
ciſ. 125. ſi appellatus, deciſ. 158. Monachus. Rot. deci. 697. dic
quod ſi aliqua, & 272. nota qualiter, in antiq. Bonif. de Vitelli.
in Clem. 1. col. 3. de prob. nu. 39. vbi in terminis tenet, quod ſi
Papa confert aliquod beneficiū tanquā reſeruatū per obitum
talis capellani, non ſtatur eius aſſertioni, quia iſtud de capel-
lano non eſt de facto proprio, cū potuit eſſe, qd̄ prædeceſſor
non fecerit eū capellanū, vide glo. primā. in Cle. 1. de pręb. &
ibi Archid. Nic. Boer. deciſ. 348. quæritur poſt num. 7. & Alex.
in conſ. 112. Viſa copia. nu. 6. vol. 7. Corn. etiam conſ. 139. Pro
deciſione, poſt n. 34. li. 1. ſequitur Panin. in extrauag. ad onus.
13 col. 6. dicens, non ſatis eſſe, † ſi ſummus Pontifex aſſerat quē
familiarem Cardinalis in literis ſuis, ſed debet probari illa fa
miliaritas, ſic aſſeuerauit Lap. alleg 67. inci. Clem. ſi ſummus,
nu 5. & ſeq. quam alleg. citat Pariſ. in conſ. 136. Stante. poſt nu
me. 31. vol. 4. idem proſequitur Tiraq. de vtroque retrac. par.
prims, gl. 14. §. 1. n. 49. ſecus autem eſſet, vbi de facto proprio
quid aſſereret, vel ſuper hac narratiua fundaret intentionem
ſuam Lap. d. alleg. 67. nu. 5. Verum de hac materia latius dice-
tur infra in concluſione, Papa, & dictum eſt ſupra in concluſ.
Aſſertio, vel Atteſtatio Papæ.

Diuerſum ab hac ſecūda ampliatione videtur voluiſſe Bel
lamer. in deciſ. 596. A. contra B. in qua expreſſe habetur, quod
ſi quis contra aliquem velit probare talem fuiſſe Papæ Capel
14 lanum, † ſufficit producere gratiam, in qua narretur, talē eun-
dem fuiſſe capellanum.

Hanc contentionem hunc in modum ſedare poterimus, vt
prædicta deciſ. 596. Bellame procedat, qn̄ narratiua Papę pro
ducitur contra impetrantem gratiā, in qua narratur illum, per
cuius obitum vacauit beneficium, fuiſſe Capellanum Summi
15 Pontificis, eo enim caſu † probatur capellanatus. Ratio ſup-
petit, quia talis narratiua inducit confeſſionem partis impe-
trantis, & icciteo in eius præiudiciū probat, vt ex d. deciſio.
596. colligitur, & per ea quæ animaduertit Io. And. in c. cū in
poſitionib. de iureiur. li. 6. ſecus vero qn̄ ipſe impetrans vel-
let pro ſe vti gratia prædicta, & ex narratiua hmōi ſimplici
inducere capellanatum contra aduerſariū, quia tunc non ſuf-
ficeret, neque probaret ſuā volūtatem, vt voluit Rot. d. deciſ.
16 197. & aliis ſup. adnotatis, nec id mirū videri debet, † cum &
alias confeſſio in epiſtola tranſmiſſa facta probet contra ſcri-
bentem, & non pro ſcribente, vt habuimus à Bart. in l. nuda.
nu. 10. de donat. & à Bart. deciſ 582. nu. 6.

Tertio amplia concluſionem ēt locum habere in peculiari
gratia à Summo Pont. viuæ vocis oraculo conceſſa, nam alle-
gans quis ſe gratiā peculiariter à Pontifice Maximo ſub certa
17 verborū formula obtinuiſſe, † & de narratis dās articulos, pe
tens eos admitti ad probandū per teſtes, nihil facit, niſi pro-
ducit gratiā, dūmodo eam de regiſtro poſſit faciliter habere,
Bellam. d. deciſ. 611. in fi. ſed de hoc vide in concluſ. Gratia.

Limita primo concluſionē non procedere, ſi poſſeſſor pete
18 ret abſolutionem, † non aūt adiudicationem, tunc enim cōis
opinio inducit præſumptionem, quæ transfert onus probādi
in aduerſarium, ita cenſuit Bellam. deciſ. 615. ſub fi. l. ſiue poſ-
ſidetis. C. de prob. & ſcriptis mādauit Cy. ī l. actor. C. de p̄ba.

Secundo limita, niſi adducatur probabilis cauſa impedi-
19 menti, † quod de dicta inſcriptione fidem facere non poteſt,
ſic monuit Bellam. d. deciſ. 611.

Tertio limita concluſionē, nam licet per teſtes capellania
honoris, vt ſupra dictum eſt, non probetur, tamen per ſuppli-
20 cationem aduerſarij, † in qua impetrat beneficiū morte Titij,
quem narrat fuiſſe Capellanum, capellania ſatis probatur, iu-
xta ſententiam Bellam. deciſ. 596. & ſupra dictum eſt in con-
trario ſecundæ ampliationis.

Quarto limita, vt nō procedat quoad aliqd̄ præparatoriū,
21 quia tunc creditur verbis narratiuis Sūmi Pontificis, † etiam
de facto alieno, vt in ſimilib. terminis dixit Bellam. deci. 242.
ad effectum obtinenti, in quo loco hr̄, vt etſi quoad effectum
obtinendi adiudicationem non ſufficiat probare aliquē col-
lectorem, vel ſubcollectorem per literas Pōtificis Maximi nar
rantes eum ſubcollectorem, tn̄ hoc ſufficit quātum ad effectū
obtinendi commiſſionem, qua cōmittitur Auditori ne obſtan
te petitione petitorij, ſi repetiat fuiſſe ſubcollectorem, proce
22 datur ſuper vtroque, † quia quantū ad illum effectum credit
narratiuæ Papæ, & ita dicit procedere opinionem Pauli, &
glo. in clem. 1. de proba. ad cuius ſententiæ comprobationem
vltra eum pertinet, quia hic videtur agi de quodā pauco prę
iudicio, & in his, quæ ſunt parui præiudicij, aſſertioni & nar
23 ratiuæ Papæ ſtatur † etiam de facto alieno, ſecundum Abb. in
c. cum oporteat. col. 4. de prob. & ibi Feli. col. 3. in 4. notab. &
infra dicetur in concluſ. Papæ aſſertio.

CONCLVSIO CCLXIIII.

ARGVMENTVM.

Caprarius quid probare debeat.

SVMMARIA.

1 *Caprarius debet probare, capras ſine dolo ſuo abactas fuiſſe.*
2 *Caprarium fuiſſe in culpa lex præſumit, ſi capræ abactæ fuerint.*
3 *Culpam, vel dolum alterius allegans, probare debet, alioqui ſuccumbit.*
4 *Culpa purgatur, eo quod non probatur contrarium.*
5 *Caprario ſufficit probare caſum, quo probato excuſatur à pœna.*
6 *Caprario obligato ad ſpeciem ſufficit tantũ probare interitum, vt excuſetur à pœna.*
7 *Caprarius licet portet pelles animalium, & ex eis conſtet de interitu, non tamen excuſatur à pœna, niſi probet caſum mortalitatis, vel alium caſum fortuitum.*

1 CAprarium debere probare capras ſine dolo ſuo † abactas fuiſſe, reſpondit Iulianus in l.ſi quis fundum.§. Imperator.ff.locat. Si capras latrones (inquit Iureconſultus) citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, iudicio legati caſum præſtare non cogeris. idem dixit Accurſ. in l.cum ita.§. final. in verb. hæredis.ff.de legat.2. vbi gloſſ. ſuper verb. nec dolo. Bal. in d.l.ſi quis.§.ſi colonus, & ea eſt ratio, ut dicit ibi Bart.
2 & Bal. † quia lex præſumitur caprarium fuiſſe in culpa ab eis, quæ vt plurimum euenire ſolent, ſecus autem in alijs caſibus,
3 quia qui culpam, vel dolum alterius allegat, † debet probare alioqui ſuccũbit, de qua re locus eſt ordinarius in l.creditor. C.de pignor.actio. & in l.ſi quis ex argentarijs.§.penul ff.de edend. & in terminis reſpondit Laurent. Syluan. in conſil.46. Vide celeberrime.n.8.verſi.vel & ſecundo. Vnde idẽ ibidem colligit ſecus eſſe in cuſtode aſini, qui de interitu eius nõ tenetur, nec in eo præſumitur culpa niſi probetur rationibus, & iuribus ibi adductis. & purgatur culpa, eo quod nõ proba-
4 tur † cõtrarium, ita docuit Bal. in dict.l.ſi quis fundum, in princip. de mente Ricar. Gulielm. & tetigimus de caprario in concluſione, appellans tenetur probare.
5 Intellige ſufficere caprario probare caſũ, quo probato † excuſatur à pœna licet non probet abfuiſſe dolum eius, nã poſtquã eſt probatus caſus, qui dicit dolum commiſſum à caprario ipſe hoc atteſtans probare debet, vt tradidit Bal. in d.l.cũ ita §.ſpecies nominatim. verſi. in ea gl ff.de leg.2.
6 Quinimo in obligato ad ſpeciem ſufficiet tantum probare interitũ, † licet non probet per teſtes caſum fortuitum, vnde ſatis erit, ſi talis probet, rem ſui ſe peremptam, vt quia teſtes dixerint, quod viderint animal mortuum per aggreſſuram latronum, vel per alium caſum fortuitum, vt idem ſenſit Bal. in eo modo à nobis allato loco.
7 Non tñ (vt iam diximus) ſic erit in caprario portante pelles animalium, † quia licet ex eis conſtet de interitu, tamen, niſi etiã probet caſum mortalitatis, vel alium caſum fortuitũ, non excuſatur, hoc rõne priuati officij, quo tenetur ad cuſtodiã, ſicut & hac eadem ratione non excuſantur cuſtodes carceris, & ſimiles publico munere fungentes, in quo tenẽtur ad cuſtodiam, vt late id tradidimus in concluſione, Carceratus, & ſentit Bal. in eodem loco, in fine. & ponderat Laurent. Syluan. in d.conſi.46.poſt nu.8.ibi, minus etiam obſtat, & in concluſione, Caſus hæc proſequemur.

CONCLVSIO CCLXV.

ARGVMENTVM.

Carceratus aufugiens fractis carceribus, an pro confitente reo habeatur.

SVMMARIA.

1 *Carceratus carceribus detentus fractis vinculis aufugiens, habetur pro confitente.*
2 *Carceratus à carceribus aufugiens in cauſa eſt, vt verum illud crimen cenſeatur, pro quo detinebatur.*
3 *Carcerato aufugienti poteſt pronunciari ſententia ac vere fuiſſet in iudicio cõfeſſus.*
4 *Carcerati, qui aufugerunt, ſi capiantur, poſſunt ſtatim puniri, tanquam ſi confeſſi eſſent crimen, propter quod erant in carcere.*
5 *Carceratus aufugiens pro confitente reo habetur, etiamſi in carcerem non eſſet coniectus, ſed ſolum vinculis coerceretur.*
6 *Ariſtomenes Meſſenius captus à Lacedæmonijs in vincula coniectus, ad ignem ſe accliuans, & combuſtis vinculis ſolutus cuſtodes occidit.*
7 *Hegeſiſtratus Elæus ferratis ſoleis vinctus dimidium pedem præcidit, & exemptus compedibus, ſubruto muro, periculum effugit, deceptis cuſtoditoribus.*
8 *Carcerati aufugientes pro confitentibus habebantur, etiam ſi ſub ſola cuſtodia fuerint, vel domum ſuis dicentis, ſeu palatium pro carcere aſſignatum habuerint.*
9 *Carceratus etiam is dicitur, qui in palatio eſt conſtitutus propter iudicis præceptũ.*
10 *Carcere effugiſſe dicitur etiam, qui præceptum habuerit non exeundi domum, vel ciuitatem, & exierit.*
11 *Arreſtatus in ciuitate, vel palatio pro crimine, habetur pro confeſſo, ſi recedat, ſeu aufugiat.*
12 *Contractus celebrati ab arreſtato reſcinduntur, ac ſi in ipſo carcere celebrati fuiſſent.*
13 *Carcerem aufugiens, ſi tam tribat, & interim fuit captus, perinde eſt ac ſi perfecte aufugiſſet.*
14 *Carcerati conſpirantes de erumpendo, & aufugiendo carcere, re adhuc integra ſed patefacta habetur pro confeſſis & conuictis, vel in arctiores carceres detruduntur.*
15 *Carcerati ſi carcerem eruperunt, & aufugerunt, nec tantum habentur pro confeſſis & conuictis, pro delicto, ſed indifferenter puniuntur pœna capitis.*
16 *Qui vi carceris fores frangendo, effecit, vt carcerati effugerant is eadem pœna puniendus eſt, qua puniendi erant qui aufugerunt.*
17 *Inſtigator, fautor, & conſultor, qui ſuaſit carcerato, vt aufugeret, punitur eadem pœna qua punitur qui aufugit.*
18 *Qui carcerem effregit, vt aliqui ex debitoribus aufugerent, tenetur loco illorum debitorum.*
19 *Qui debitori de fuga auctor fuit, non liberatur etiamſi debitor capiatur, & in carcerem coniiciatur, ſed cogitur ad perſoluendum pro eo tantum ac aliorum.*
20 *Carceratus aufugiens forſitan aperta ianua, & ſine vlla effractione, non habetur pro conuicto ſed iudicis arbitrio puniendus eſt.*
21 *Carcerem qui aufugit, & deinde reuerſus eſt, non poteſt vt effractor puniri.*
22 *Arreſtati in palatio, vel in ciuitate recedentes, & ſtatim redeuntes, non incidunt in pœnam.*
23 *Ibi quis eſſe dicitur, vbi habet animum reuertendi.*
24 *Carceratus aufugiens puniendus eſt mitiori pœna.*
25 *Aufugientes à carceribus, ſtrictius, & arctius aſſeruari debent.*
26 *Carceratus iniuſte & indebite in carcerem coniectus fores carceris, & parietis vi effringere impune poteſt.*
27 *Captus iniuſte in foro conſcientiæ carceres euadere poteſt.*
28 *Licitum eſt iniquis Principibus, & iniuſtis iudicibus reſiſtere, cum aliter mortem quis euadere non poteſt.*
29 *Mulier effugiens à carceribus cauſa euitandæ libidinis, punienda non eſt, ſed eſt excuſata.*
30 *Carceratus etiam dicitur, qui tenetur in aliqua ciuitate ſub cautione.*

1 CArceratus carceribus detentus aufugiens fractis vinculis † vel carcere, pro confitente reo habetur, arg.l.nudos & ibi gloſſ. in ver. puniendi ſunt.ff.de cuſtod.reorum & plene ſcribit Ioan.And.ad Spec.titu.de præſumpt §.ſpecies.verſic. violenta. quia cauſa eſt, vt verum crimen illud cenſeatur,
2 † pro quo detinebatur, d.l.in eos.ff.de cuſtod.& exhib. reor. Thom. Grammat.conſi.57.d.numer.3.ſub.fin.Boer.deciſ.215. nu.5.9.10 11.15.20.21.& paſſim per totam deciſionem, quẽ
* vide, & hanc eſſe *communem opinionem teſtatur Boer.dict. deciſion.215.nume.9.Rip.l.admonendi.num.170.ff.de iureiurand. Viuius inter communes opiniones, §.fugiens à carcere. Clar.poſt citatos, §.final.quæſt.21.nu.25.verſic.tertio autem modo.
3 Amplia primo vſque eo concluſionẽ procedere, † vt aufugienti poſſit pronunciari ſententia etiã abſenti, ac ſi vere fuiſſet in iudicio confeſſus, ita ſentit gloſ.& Bar. in d.l.in eos. & eſt textus in terminis, in l.ſi apparitor.C.de cohortalib.li.12. Gramm.d.conſ.75.num.3.ſub.fi.Boer.d.deciſ.215.nu.9.& Viuius d.§.fugiens à carcere.nu.2.
4 Secundo amplia, vt ſi denuo capiantur, poſſint ſtatim puniri tanquam † confeſſi eſſent crimen, propter quod compacti ſunt in carcerem, quamuis innocentes ex eo crimine inueniãtur, ſic Calliſtratus in l.in eos.ff.de cuſtod reorum.Boer.dic. deciſi.215.num.9.quem text.faciunt ibi ſingularem Bartol.&
* *communiter Dd.& Ioann.Andr.in addit.ad Speculat. tit.de præſumpt.§.2.in verb.ſuper.l.vnica.idem conſuluit Oldrad. conſilio 65.Hic agitur de duobus.colum.prima.& Ioann.de Ana.conſilio primo colum.vlt.in princip.verſicul.ſed omnia iura allegata.& Cæpol.conſilio 20.columna prima ante fin. verſicul.item ex quo fugit.& Guil.de Ludo.in ſingul.ſuo.fol. 1.columna ſecũda, in fin.incip.Lex eſt, quod ſi carceratus. ad idem text.in l.1.ff.de effract.carcer.& ibi gloſſ. in verb.capite.& in l.ſi quis aliquid.§.miles.& l.1.ff.de pœn.& in l.milites agrum.§.eius fugam.verſi.eum tamen qui carcere.ff.de re milit.auth.vt nulli iudicum §.ſi quis vero accuſatus de adul. collat.9.Ludou.Bolog.in ſuis interpretationibus, in l.lege. Cornelia.ff.ad Syllan.& in l.admonendi.ff.de iureiur.Ang.de malef.in verb.fama publica.ver.ſed ſi qs fuerit poſitus in carcere.Hippoly.in ſua pra.crimin.§.diligenter.n.46.& eſt melior tex.q in toto ſit iuris corpore, in ca.nullus.de pſump.vbi Zabar.Imo.& Abb.Sicul.Frãc.Brunus in tract.de indicijs, & tortura.qõ.3.princip.fol.2.col.4.ante mediũ, verſic.quæ etiã limitat tertio.Guid Pap.ſing.n.206 qua pœna puniat q exierit de carcere.Boſſ.titul.de effracto.carcer.ad fin.vbi allega

d.l.in eos.ff.de cuſtod.reorum. ex quo videtur probari iſta
communis opinio,ibi , & quamuis innocentes ex eo crimine
inueniantur,&c.

Contrariũ huic ſententiæ ſenſerunt Iacob. de Beluiſ.in au-
then.de exhibeodis reis.§.ſi vero etiam.Barto,Bal.& Angel.
Fulgoſ.in d.l.lege Cornelia.ff.ad Syllani.cum alijs plurimis al
legatis per Boer.dict.deciſione.213.num.10.qui contrarium
quoque tenuerunt, quibus & ipſe Boerius reſpondit , quem
videas.

5 Tertio amplia concluſionẽ,vt procedat† etiam,ſi hic effu-
giens in carcerem oon eſſet coniectus, ſed ſolũ vinculis, aut
cõpedibus coerceretur,ita probat Calliſtrat.in l.ſuccurritur.
ff.ex quibus cauſ.maior.dum inquit,nihil intereſt, compedi-
bus an parietibus quis detineatur,ita tradit Iacobus Menoc.
de arbitr.iud.caſ.301.li.2.num.6 Quod feciſſe Ariſtomenem
6 Meſſeniũ memoriæ proditum eſt,†qui captus à Lacedæmo-
nijs,& in vincula coniectus,ad ignẽ ſe acclinauit,atque cõbu
ſtis vinculis ſolutus cuſtodes occidit, clã inde Spartã ingreſ-
ſus eorũ ſcura Chalciæci tẽplo affigens inſcripſir,Ariſtome-
nes illęſus à Lacedęmonijs euaſit. Hoc patrato Meſſanam re
uerſus eſt.Poliæn li.2.Hegeſiſtratus vero Elæus captus à La-
7 cedæmonijs,† in vincola coniectus tem fecit vniuerſæ poſte
ritati commẽdabilem.Nam cum ferratis ſolcis vinctus eſſet,
dimidium,pedem pręcidit,vt ſe compedibus illis eximeret,
demum ſubruto muro periculum effugit,deceptis excubito-
ribus.Herod.in Calliope.Hi igitur iu vinculis & cõpedibus
coniecti auſugientes pro reis con ntentibus habebuntur.

Quarto amplia cõcluſionẽ locum habere in eo,qui eſt ſub
8 ſola cuſtodia,†vel qui habent domum ius dicentis,vel pala-
tium eidem pro carcere aſſignatum eſt,ita docuit poſt alios
Curt.ſen.in l.admonendi. no.165.de iureiur. Gramm conſil.
57.nu.4.quæ allegat.arg.l.in eos.ff.de cuſtod.reor. Et ſi.n.ſub
cuſtodia poſitus,quoad alia proprie carceratus nõ dicat̃,ni-
hilominus ob iudicis præceptum etiam is dr̃ carceratus, qui
9 in†palatio eſt cõſtitutus,ita tradidit Iaſ.in repet.l.admonen
di.nu.163.Grammat.d.conſi.57.nu.4.quia palatium, vel do-
mus iudicis dicitur haberi loco carceris,dum quis in eo deti
netur iuſſu magiſtratus,vt voluit Grammta.dict.luco cit ſup.
per text.& ibi ſcribentes in l.1.ff.de cuſtod.reor.Menoch. di
cto loco ſupra citato.Viuius inter communes opiniones d.§.
fugiens à carcere.nu.5.

10 Quinto amplia prædicta,vt locum habeant in caſu,†qñ ar-
reſtum eſt (vt loquutur)alicoi factum,ſeu præceptũ, ne exeat
domum,vel ciuitatem,is.o.carcerem effugiſſe dicetur, ſi exi-
uerit,ita reſpondit Oldr.conſi.65.Boer.d.deciſ.215.nu.21.&
ſeq.Thom.Gramm.conſ.57.no.5.Ioan.And.in addit.ad Spec.
in tit.de præſumptio.§.ſpecies.verſ.violenra.dũ dixit etiã ar
11 reſtatũ in ciuitate , † vel palatio pro crimine baberi pro cõ-
feſſo,ſi recedat,ſeu aufugiat,ſic decidit Guido Pap. quæſtio.
253.incipieu.Si quis diremit.ita arrẽſtatũ dici proprie carce
ratũ etiã quoad alia,vtpote, qnod celebrati ab eo cõtractus
12 reſcindantur,† ac ſi io ipſo carcere celebrati fuiſſent , quod
eſt notandum maxime in regionibus tramontanis, vbi iudi-
ces huiuſmodi præcipiunt arreſta.

Sexto amplia concluſionẽ,vt procedat etiam io eo, ꝗ effre
13 git carcerem,& iam exibat,& interim fuit captus,† perinde
.n.eſt,ac ſi perfecte aufugiſſet, qđ placuit Boer.d.deciſ.215.
nu.12.quem refert,& ſequitur Menoch.de arbirrar.iudic.ca-
ſu.301.nu.11.ſecundõ Iacobum de Beluiſ. in tract. criminũ,
tit.de quæſt.fol.89.col.1.pro quo allegat.l.quid ſit ſugitiuus.
§.idem Celſus.ff.de ædilit.edicto.

Quinimo couclusio vr̃ procedere in carceratis conſpiranti
bus de crũpendo,& aufugiẽdo carcerẽ,re adhuc integra nec
14 abſoluta,†ſed patefacta,tunc.n.habentur pro confeſſis,& cõ-
uictis,vel in arctiores carceres detruduntur, & ita procedit
tex.dict.l.in eos.cui innititur hæc concluſio.At vbi res opra-
tũ finem conſequuta eſt,tunc non habentur tm̃ pro confeſſis,
& coouictis pro delictis,de quibus arguuntur,ſed indifferen
15 ter†puniũtur pęna capitis,iuxta.l.1.ff.de effracto. & l.ſi quis
aliq̃.§.miles.ff.de pęn.& l.milites.§.eius , qui.ff. de re milit.
prout ita poſt lõgũ ſtudiũ tenet Alber.d.l.io eos.quẽ refert &
ſeqtur Boſſ.tit.de carcer.n.5.& tit.de effract.carcerum, nu.1.

Septimo amplia,vt prædicta concluſio locũ habeat etiã in
eo ſolo,qui vi carceris fores frangendo efficit,vt carcerati ef-
fugiant,ij.n.eadem pœna puniendi ſunt, qua puniendi erant
16 qui†aufugerũt,quod probatur in l.1.C.de ijs,qui latro.Bar.
in l.ſed eximeudi. §.item ſi quis.in fin.ff. ne quis eum qui in
ius vocat.Angel.in l.1.§.item.ſi quis.in fin.ff. dict. titu. Vbi
fortius affirmarunt,non eſſe habendam rationem,an is aufu-
gieos fuerit iuſte, vel iniuſte in carcerem coniectus,idem re-
ſpondit Alex.conſi.35.nu.4.in fin.lib.2.

Quam ampliationem Menoch.d.caſu.301.nu.16.intelligit
hoc modo,vt nimirum effractor puniatur ea pęna,qoa puniẽ-
dus erat is fugiens non ioſpecto fine,ſed ſola accuſatione, &
imputatione conſiderata,quem dicto loco cõſulas latius, qui
id factum eſſe ait ea ratione , vt comprimeretur horum effra-
ctorum audacia.

Octauo amplia, vt concluſio locum ſibi vendicet in inſtiga
17 tore,fautore,& conſultore,†qui ſuaſit carcerato , vt aufuge-
ret,ex d.l.1.C.de his,qui latr.Butr.& cæteri in ca.1.de offic.
deleg.& Alex.d.conſi.35.n.4.lib.2.Boer.d.deciſio.215.nu.3.
& 4 & 16.& vide multa per eum ibi allegata.

Nono amplia, vt procedat etiã in eo,qui effregit carcerẽ,
18 vt aliqui ex debitoribus fugerent,is enim effractor†teoetur
loco illorum debitorum,vt ſanxit Imperator Cõſtantious in
l.quoties.C.de exact.tributor.li.10.Bar.tract.de carcer.num.
18.Nec vlterius quæritur,illi carcarati eſſent vere debitores,
oecne. Ne.n.huic effractori datur facultas, ſi probare vellec
carceratos illos vere non fuiſſe debitores , ita ſigniter obſer-
uauit Angel.io l.ſed eximendi.§.item ſi quis.in fio.ff.ne quis
eum Cæpoll.conſ.14.col.3.in fin.& Marſi.in praxi criminali,
§.attingam.nu.48. Ioao.de Anao.conſ.55.in fin.Iaſ. conſi.27.
nu.1.lib.3.

Quin etiam amplius addit Boer.quæſt.217.nu.12.poſt mul
19 tos,vt etiam ſi is debitor, qui fugit,denuo capiatur , † & in
carceres conijciatur,per hoc non liberari,qui illius fugæ cau
ſa fuit,aut ei de fuga auctor fuit , ſed cogi ad perſoluendum
pro eo totum æs alienum Dd.in l.quoties C. de exactor.tri-
but.li.10.& præcipue Salic.qui ad hoc illam legem allegat,in
l.bonæ fidei.col.5.verſi.tene tñ menti.C.de rebus credit. & ĩ
l.admonendi.col.5.verſ.tene tamẽ cordi.& ibi eum ſequitor
Ludou. Roma.& Iaſ.fol.26.col.4.Boer.d.loco citato ſup.quẽ
refert & ſequitur Menoch.d.caſ.301.nu.23.

Primo limita,concluſionem non procedere in eo,qui car-
cerẽ aufugit,forſitan aperta ianua,& ſic ſine vlla effractione,
20 nã is non habetur pro conuicto,†ſed iudicis arbitrio eſt pu-
niendus,ita ſcribunt Ang.in l.verũ.de furt.Alberi.in l.ſuccur-
ritur.ff.ex quibus cauſ.maior.quos ſunt ſequuti Boer. deciſi.
215.nu.13.15. & 21.Didac.Couarru.li.1.variarũ reſolut.cap.
2.nu.11.in fin.qui allegat Guliel. Cuue. Iacob.Butr. & Alber.
in l.ſuccutritur.ff.ex q̃bus cauſ.maior.l.1.ff.de effracto.Raph.
Comenſ.conſi.105.Feli.in cap.nullus nu.4.de præſum.Marſil.
in prax.crim.§.attingam.nu.37.& nu.45.vbi affirmat talẽ ita
fugientem non teneri pro cõfeſſo,quod Meooch.d.caſu 301.
nu.3.ait eſſe menti tenendum.

Secũdo limita cõcluſionẽ nõ procedere in eo,qui aufugit,
21 †& deiode reuerſus eſt,is.n.nõ põt vt effractor puniri , ita p
multi tradidere,vt Bal.in l.1.C.de ſeru.fugit.Marſil.in l.q fal-
ſam.nu.41.ad l.Cornel.de falſ.in l.is qui cũ telo.n.54.ff.ad l.
Cornel.de ſicar.& in rubr.ff.de fideiuſſor.n.441.Cur.Sen. ĩ l.
admonẽdi.n.159.& ibi etiã Rip.n.169.de iureiur.Alex. ĩ ad-
ditione.ad Bar.in d.l.eos ff.de effract.qđ dicit eſſe mẽti teuẽ
22 dũ pro retẽtis†ſeu arreſtatis ĩ Palatio,vel ciuitate recedẽtib⁹
& ſtatim redeũtibus,illos nõ incidere in pęnã.ſed nulla aucto
ritate id probat verũ pro hoc adde bonũ textũ in l.diuortiũ.
in fin.ff. de diuor.ibi,ſi breui reuerſa eſt vxor,nõ diuertiſſe vi
dẽtur.Canoniſt.in c.vulgaris.§.diuortiũ.de pęnit. diſt.1. & l.
nihil intereſt.ff.de captiu.& poſtlimin.reuerſ.dũ ita reſpõdit
Florẽtinus.Nec.n.ſatis eſt corpore domũ quẽ redijſſe, ſi men
23 te alienus eſt,quem Bart.commendat ad id,†vt qs ibi eſſe di
catur,vbi habet aoimũ reuertendi, vt etiã conſuluit Coru.cõ
ſil.244.2.volu.Boer.deciſ.215.nu.17. qui multa accumulat in
vtranque partẽ,vbi nu.18.ad fin.teſtatur , quod ſupra relatũ
* eſt,cõius teneri,teſtatur quoque de * cõi Clar.in pract.crim.
§.ſi.q.21.verſ.tertio autem modo,in fi.nu.28.

Verumtamen animaduertendum eſt,eum ſic aufugiẽtem,
24 mitiori †pœna punieodũ eſſe,per tex.ſingulatẽ in l.ſi adulte
rium cũ inceſtu.§ Imperatores.ff.de adult.& hanc limitatio-
nem refert Boer.d.deciſio.215.nume.19.ſe vidiſſe obſeruari
in curia propter audaciam, & temeritatem cuſtodiarum re-
pri-

Digitized by Google

primendam argum.l.ſi quis aliud.§.qui abortionis.ff.de pœn.
25 illud inſuper addit idem Boer. interdũ vidiſſe obſeruari † huiuſmodi exeuntes ſtrictius, & arctius in carcere aſſeruari, & ita dicit eſſe faciendum Iacob.Beluiſ.in trac.de malef.titu.de quæſt.fol. 8.9.colum.3.verſ.quæritur.quem refert, & ſequitur Boer.d.deciſ.215.nu.19. & ſeq.

Tertio limita, concluſionem non procedere in iniuſte, &
26 indebite in carcerem coniecto, † is enim, & vi fores carceris, vel parietes effringere impune põt, ita tradidit Paris de Put. in ſuo trac.ſyndica.in §.carcerẽ. quem eſt ſequutus Ripa in l. admonendi,nu 171.de iureiu. Menoch.de arbitr.d.caſu 301.
* nu.14.& eſſe * communem Dd.theoricam dicit Rolan.à Val. conſil.47.vol.1.quem refert.Clar.in pract.crimin.§.fin.q.21. numero 26.

27 Amplia hanc limitationem, vt etiam iniuſte captus † in foro conſcientiæ carceres euadere poſſit, etiamſi inde cuſtodi detrimentum aliquod contingat, immo ſi mortem aliter euadere nequeat, cuſtodes carcerum tute interficere poterit, ita late multorum auctoritatibus confirmat Didac.Couarr.lib.1. variatum reſolut.ca.2.num.11.& 12. Licitum eſt enim iniquis
28 principibus, & iniuſtis iudicibus reſiſtere, † cum aliter mortem quis euadere non poteſt. Archidiac in cap.cum homo. 23.q.5.Alexand.in l.1.§.item ſi quis.ff.ne quis eum, qui in ius vocat. Dyn.in regula.quod quis.de regu.iur.in 6.notantur in l.prohibitum.& in l.defenſionis.facultas.C.de iure fiſ.tit.10. late Caſſan.in conſuetud.Burgun.rubric.1.§.7. verſic.notanter.nume.3.Hippolyt.de Marſil.in l.1. num.28 ff.de quæſtio. Grammat.conſil.51.num.6.& nu.7. late Boer.in d.deciſ.215. num.32.& Angel.de malef.verb.præſente dicto caſ.& ibi late Auguſt.in d.additio.adde Neuiz.conſi.61.nu.37. Menoch.dicto caſu 301.nu.15.

Quarto limita, concluſionem non habere locum in muli-
29 re aufugiente de carceribus † cauſa euitandæ libidinis, talis enim non eſt punibilis, ſed mulier eſt excuſata, ita Bal.in l.1. nu.11.C.de ædil.act. & inter communes opiniones refert Viuius, §.fugiens à carcere.in fi.

Ex quibus omnibus ſupradictis ampliationibus facile colligere quis poterit, quando quis dicatur captus, & ſuper his concluſiones certas ſibi conſtituere poterit, & hanc materiã late docentem conſulas Boer.deciſion.215. quia latiſſime ipſam examinat.

30 Quibus omnibus adde etiam, eum dici carceratum, † qui tenetur in aliqua ciuitate ſub cautione, ſic decidit Grammat. deciſ.14 nu.3.& 4.Iaſ. in l.ſi pecuniam. §.ſi accepit.n.fi.ff.de condi.cau.dat.cauſ.Angel.in l. qui in carcerem.ff.quod met. cauſ.Adde Capic.deciſ.153. vbi contrarium ſequitur, niſi habeat talis cuſtodias, & quæ dicta ſunt ſupra in hac eadẽ concluſione, in quinta ampliatione, vide quæ diximus in concluſione, Fuga carcerati.& vnamquamque concluſionem & limitationem ipſarum adinuicem alijs huiuſce præſentium annectas, quas libuit duplicare vt dilucidius in vtroque ipſarum verbo habeas claras reſolutiones.

CONCLVSIO CCLXVI.

ARGVMENTVM.

Carceratum mortuum præſumi culpa cuſtodis à vita migraſſe.

SVMMARIA.

1 *Carceratus mortuus inuentus, præſumitur mortuus culpa cuſtodis, niſi aliud probetur.*
2 *Qui ad cuſtodiam tenetur, vel publici, vel priuati officij ratione, non ſufficit ei probare interitum, niſi & caſum fortuitum probet.*
3 *Quomodo ſuccurratur cuſtodi carcerum, ſi aliquis ex carceratis in carcere moriatur.*
4 *Mulier carcerata ſi grauida inueniatur, culpa cuſtodis præſumitur.*
5 *Mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu, & ſic non culpa cuſtodis.*
6 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*
7 *Omnes ferè confitentes tempore confeſſionis in carceribus detinentur.*
8 *Carcer torturæ ſpecies dicitur quando quis in illo ponitur, vt non comedat, donec confiteatur, vel ſit datus pro pœna.*
9 *Carcer durus, & arctus æquiparatur quæſtioni, quando alimenta denegantur carcerato, vel quando in hyeme iubet illum nudum permanere, donec confiteatur.*
10 *Carceratus, ſi è carceribus fugeret, præſumitur culpa cuſtodis aufugiſſe.*
11 *Ferrum, venenum, & ſimilia, non præſumuntur poſſe in carcerem inferri, niſi culpa, & negligentia cuſtodis.*
12 *Anaxagoræ, Codri, & Diodori fuga è carceribus.*
13 *Carceratus ſi ſibi ipſi necem intulerit ſponte, præſumitur cuſtodis culpa id accidiſſe.*
14 *Nitiæ Athenienſis, & Demoſthenis mors ſibi ipſi in carceribus illata aſcribitur culpæ cuſtodis.*
15 *Cleomenes & alij ſub cuſtodia traditi mutuis in carcere vulneribus ſe necauere, & in carta cuſtodes ſeipſos occidiſſe præſumuntur.*
16 *Cuſtos carcerum non tenetur de fuga carcerati fugientis cum altero ex cuſtodibus.*
17 *Carceratus non tenetur de morte carcerati, quando iuſſu dominorum vel magiſtratuum in carcere occiſi ſunt.*
18 *In carcere plurimi occiſi connumerantur.*
19 *Cuſtos non tenetur de fuga carcerati, quando cuſtodiuerit ea ratione, qua ſolent cuſtodia cuſtodiri in illo loco.*

CArceratus inuentus mortuus præſumitur mortuus culpa
1 cuſtodis, † & eius, qui carceribus præfectus eſt, niſi aliud probetur, vt docuit Accur.nonnullis in locis, in primis in l cũ ita legati,§ ſpecie,ſuper verb nec dolo, in fi.ibi, aut nunquid. & diligentia quoque exigẽda eſt ab hærede, quod verius eſt, iuncta glo.ibi, ſuper verb.diligentia, verſ. ſed hic dixi teneri. ff.de leg.1.l.fi.§.ergo ſi caſu cuſtodia.iũcta gl.ſuper verb probãdum eſt verſ. ſed eſt ſpeciale.ff.de cuſtod & exhib.re quas gl ſequitur Paris de Put in tract ſynd.in verb. mandauit Rex Poteſtati.nu.15 verſ ſi carceratus reperiatur & in verb.au poteſtas,nu.5.dum allegat gl.in d § ſpecies.Alc.in tract.de præſump.præſump.15.nu.4.reg.3.verſ.fallit etiam per d.l.fi.C de cuſt.reor.Caraldi.de Boncompag.in tract.de ſyndic. nu 182. verſ.adde quod cuſtos carcerum tenetur probare.Boer.deci. 216.ad ſecundum venio,& breuiter quod ſic, nu 1. Marſ.in l. qui falſam.n 117.verſ quod ſi reperiatur carceratus mortuus, ff.de falſ.& in cõſ.52 Miſericordia Domini,col.19.verſ. quod ſi reperitur carceratus.n.236 & Bal.in d §.ſpecies,dicit, obligatum ad ſpeciem probantem interitũ liberari,& ſi non probet caſum fortuitum, quod non procederet tamen in eo, qui ad cuſtodiam tenetur, vel publici, vel priuati officij ratione,
2 quia non ſufficit ei probari interitum, niſi & caſum fortuitum probet, & ita eſſe in carceris cuſtode, argentario, & caprario, pelles animalium ad domum domini afferẽte, & refert, & ſequitur Boer.hoc dictum Bal in d deci 216.nu.2.Ang in tract. malef.in verbis fama publica, in 5 carta, verſ.primo ſciendum eſt quod carcer regulariter.ibi, ſecundo quæro, carceratus reperitur mortuus, refert & ſequitur Marſ.in pract.crim in § attingam,nu 51.verſ.ſcias etiam, quod mortuus, & videtur ſentire Iul.Clar.in ſua pract.crim q.46.li.5.§. fin.verſ.ſed in hoc
3 propoſito.dum docet, quomodo ſuccuratur † cuſtodi carcerum, ſi aliquis ex carceratis in carcere moriatur. Iac. de Belu. in d.pract.iudic.nu.129 verſ. ſed nunquid ſi reperiatur mortuus, & Boer.d.deci.216.in fi.ibi, tenebit probare.Tho.Gram. vot.29.nu 15.verſ.dummodo ipſe probet.Marſ.in pract.crim. § diligenter.nu.93.verſic. ipſe cuſtos debet probare, prout ſi
4 mulier carcerata impręgnata inueniatur, † culpa cuſtodis præſumitur, dicit Boer.dict.deciſi.216. col.3. poſt num.3. verſ. & hoc verum.

Verum prædictæ concluſioni videtur obſtare illud, nam
5 mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu. † ſic non culpa cuſtodis, ita Bal.in l.fi.num.6.verſicul. in contrarium videtur.C.qui non poſſ.ad liber.perue.per leg.1.C.de cuſto.reor. ſequitur, & refert Marſil conſ.29 Solamen omnium.num. 35. verſic.quod mortuus, & conſ.125.Aeternæ lucis.nu.18. verſi. quod mortuus

6 Cuius ratio eſt, † quia carcer eſt ſpecies torturæ, vt dicit Bal.in l.ſi clericus.poſt nu.6. verſ.canoniſtæ dicunt, quod ſit. C.de epiſc.audient.refert & ſequitur Marſ.in d.conſ.29.num. 34.& d.conſ.125.nu.17.verſ.immo carcer dicitur. Fran.Caſon. in tract.crim.c.9.tit.de captur.& carcer.nu.8. verſ. ratio quia carcer eſt.fol.426.& tit.de tormentis,c.12.nu.8 fol.417.Frãc. Hercul.tract.de caut.de non offend.c.35.n.5.per l. item apud Labeonem.§.quæſtionis.ff. de iniur.quã tamen rationem non vr̃ approbare Iul.Clar.in ſua pract.crim.li.1.§.fi.q.64 ver. ſed
7 an forte, vbi inquit, † omnes fere confitentes tempore confeſſionis in carceribus detineri, quæ ſi dicerentur metu extortæ, deſtruerentur fere omnes criminales proceſſus.

Nã tunc forſan poteſt dici torturæ ſpecies, qñ ponitur quis
8 in carceribus, vt nõ comedat, † donec confiteatur, vt dicit gl. d.§.quæſtionis.d.l itẽ apud Labeonẽ, ſup verb.dicũt.ff. de iniur.vel fuerit carcer datus pro pœna, vt dicit Carald.de Bõcõpag.in d.trac.de ſynd.n.103.verſ.ad quod dr̃ carcer mala manſio.& ſic intelligere Ang.in d.l.itẽ apud Labeonẽ d.§. q̃onis ſecus ſi ſolum ad cuſtodiã ibi ponatur, & ſic intelligi poteſt

ſupradicta contraria opinio,& ſic etiã declarat Iac.de Beluiſ.
9 in pract.iudicial.nu.5.ver.iuxta hoc quæritur. vbi dicit,† durum & arctũ carcerem æquiparari quæſtioni,quando alimenta denegantur,donec confiteatur carceratus, vel in hyeme iubet illum nudum permanere,donec confiteatur, per d. l.item apud Labeonem.d.§.quæſtionis.

Amplia concluſionem etiam procedere, quãdo carceratus
10 è carceribus fugeret,†præſumit culpa ipſius cuſtodis aufugiſſe.Franc.Aret.conſ.38.Conſultiſſime Domine,in princ.& per totum,vbi etiam dicit,ferrum,venenum,& ſimilia non præſu-
11 mi poſſe in carcerem inferri,†niſi culpa,& negligentia cuſtodis.Boer.d.dec.216.col.fi verſ.& niſi de hoc appareat.Iaſ.cõſil 27.Cuſtodes carcerum.verſ.qñ incarceratus aufugit.vol.3. per Bar.in l.ſi quis ex argentar.§.pen.ff.de edendo.& per dictas gl.in d.concl.allegatas.Paris de Put.d.tract.ſynd.in verb. an poteſtas.n.4.Alc.d.tract.præſump.poſt n.4.d. præſump.15. verſ.& eodem modo ſi carceratus,d.reg.3.,per l.carceri. ff.de cuſtod.& exhibit.reor.Franc.Cremen,ſing.100.erant duo cuſtodes.verſ.quilibet dicere,& Boer.d.dec.216.poſt nu.3.verſic.tum etiam contra ipſum cuſtodem præſumitur,quando fertum,&c.Thom.Gramm.d.voto 29.nu.16.

12 Vnde merito debuiſſet cuſtos illæ ſuſtinere culpam † fugæ Anaxagoræ, Codri,& Diodori,qui cum Epheſiorũ tyrannum Hegeſiam cõpedibus vinctum interfeciſſẽt, per vimque rapti in arcem Scardiniorũ miſſi,& ſeipſos liberauerunt , accerſita Philurina,cuius auxilio vſi vincula diſsipatũt & ſeruilib.veſtimẽtis induti per noctem quaſi ſerui è carcere egreſsi, ſune,& veſtimentis ſecundum longitudinem diſſectis , ea connexuerunt,ſeſeque de mœnibus demiſerunt,Diodorus ſubito decidens ex alto,claudusque factus in eo loco remanſit,captuſque factus poſtea & ipſe ſe liberauit. Polyen.li 2 numquam.n.funes in carcerem potuiſſent ferri ſi cuſtos vincios euntes , & redeuntes explor aſſet optime.

13 Sub amplia ẽt locũ ſibi vẽdicare,†ſi carceratus ſibi ipſi necem intulerit ſpõte,præſumitur.n.cuſtodis culpa id accidiſſe, ſic reſpõdit Herennius Modeſtin.in d.l vlt.ff.de cuſt.& exhib. reor.ſed ſi ſe cuſtodia,inquit I.C.ſe interfecerit, vel præcipitauerit,militis culpę aſcribitur,id eſt,caſtigabitur.Cuſtos igitur Niciæ Athenienſis,& Demoſthenis fortiſsimorum Ducũ,mortis ipſorum culpam ſuſtinebit, qui cũ infeliciter aduerſus Sy-
14 racuſanos pugnaſſent,† captiui ducti,& in carcerem cõiecti, ſibi ipſis mortem conſciuerunt,vt eſt apud Plutarchum,ſic ẽt ille cuſtos pęna dignus fuit. Nam Cleomenes ad Ptolomæum Regem (ab Antigono victus) fugiens à Nicagora quodã apud Regem ſuſpectus factus,cuſtodię cum quibuſdam alijs traditus eſt , qui tamen ſe omnes mutuis inflicti in carcere vulneribus,ne cauere,idem Plutarch.in curia enim cuſtodis ſeipſos
15 † occidiſſe præſumuntur,qui antequam in cuſtodias illi conijcerentur, debuiſſent ab illo cuſtode excuti accurate , ferrumne alicubi occultatum haberẽt, vel venenum in carcerem ab aliquo illatum ſit,quod ſi ita factum ſit,culpa,& negligentia cuſtodi aſcribitur,inſigniter admonuit Aret.conſ.38.nu.1. & 2.& eſt contextus inſignis in l carceri.in fi.ff.de cuſt.reor. quod & tradidit Boſſ. poſt citatos ab eo in ſuo tract. crimin. tit.de carcer.nu.2.& 8.

16 Limita primo ampliationem non obtinere vim , † quando carceratus cum vno ex cuſtodibus carcerũ aufugiſſet,vt d.l fi. §.nam cũ cuſtodia.ff.de cuſtod.& exhib.reor.Cremen.d.ſing. 100.verſ.ſed tu dicas contrarium.Rom.ſing.30.ſi dicat ſtatutum & conſ.365.vt res clarior.poſt num.4. verſ.ſecundum ad idem textus ſing Marſil.in repet.rubr. de fideiuſſor.q. 17.poſt nu.143.ver.& teneas menti,quod nedum.& nu. 163 ver. vbi eſt text.Boer.dec.217. quoad tertiam quæſtionem,& videtur dicendum.col.3.nu.7.verſ.2.limitatur.per l.fi.verſ.incertum. ff.de cuſtod.reor.

17 Quod idem locũ haberet,qñ iuſſu dñorum,vel magiſtratuũ carcerati in carcere occiſi fuiſſent,vt in D. Ioan. Baptiſta qui iuſſu Herodis Regis in carcerem cõiectus ibidem decollatus eſt.Matth.14.& Marc.6.& Ariſtobolus, atque Alexander Herodis primi Iudæorum Regis filij , qui à parente propter fal-
18 ſam ſuſpitionem in carcere ſunt necati Fulg.li.5.c.6.† vt Theramenes, & Socrates Philoſophi Athenienſes , qui in carcere veneno,& cicuta iuſſu magiſtratuũ ſunt extincti.Cicer.in Tuſculan.quæſt.quod in multis alijs videre eſt, qui iuſſu Regum, Imperatorũ,vel Præſidũ in carcere occiſi ſunt, qualis fuit Eumenes Capadociæ,atque Paphagloniæ Rex,Ariſtonius,C.Marius.Q.Cępio,Syphax Rex Numidarum,D.Agatha,Romanus martyr. & alij plurimi . Tunc igitur cuſtos non debet culpam ſuſtinere,cum dominorum iuſſu id factum ſit.

Secundo limita dictã ampliationem non habere locum qñ
19 †cuſtos cuſtodiuerit ea rõne,qua ſolẽt cuſtodię cuſtodiri ibidẽ,vt animaduertit Boer.d.dec.217.quoad tertiã quęſtionem & uidetur dicendum.col.2.nu.5.verſ.quam limitat primo, & ante eum reſpondit Bal.conſ.32.nu.2.in fi.vol.3.

CONCLVSIO CCLXVII.

ARGVMENTVM.

Carceratus an teſtis eſſe poſsit.

SVMMARIA.

1 *Carceratus ſi pro teſte adhibetur, nihil contra reum probare poteſt & quare.*
2 *Homicidium commiſſum à nobili Cremonenſi in vinculis detento, non potuit probari ab alijs, qui in carceribus detinebantur.*
3 *Captiui licet plene non probent, tamen indicium faciunt ad torturam.*
4 *Coniectus in carcerem ob crimen, quod infamiæ notam eius vitæ inureret, non poteſt eſſe teſtis.*
5 *Teſtes carcerati indicio ſaltem ſunt, vt quis poſſit torqueri.*
6 *Teſtis quem epiſcopus incluſit in cuſtodias pro iuriſdictione ſua poteſt admitti pro ipſo epiſcopo.*
7 *Teſtis ab epiſcopo in cuſtodiam datus etiam contra ipſum epiſcopum poteſt teſtimonium ferre.*
8 *Carceratus de crimine non ſuſpectus ſed ob aliam cauſam detruſus in carcerem poteſt eſſe teſtis.*
9 *Carceratus teſtis poterit adhiberi in teſtamento ad pias cauſas etiam ſi ſit contruſus in carcerem pro maleficio.*

CArceratus ſi teſtis adhibebitur , hunc nihil contra reum
1 †probare poſſe,eſt cantũ in c ſi teſtes omnes. §. lege Iul. de vi cauetur,& ibi gl.ſu per verb.in vinculis.4.q.2.& 3.& in tex.l.3.§.lege Iulia.ff.de teſtibus.& ibi gl.quæ dicit, iſtos,qui in cuſtodia incluſi sũt,repelli,vel quod nota turpitudinis alicuius illorum vitæ iniuſta ſit licet non ſint infames , vel quia præſumuntur,quod falſum teſtimonium pro aliquo dicerent , qui promitteret eis,ſe eos à vinculis liberaturum. Huic conſentaneum eſt illud Speculatoris in titu.de teſtibus.§.1.verſi. item quia carceratus,contra quem,&c.& Alber.in d.§.lege Iulia.refert Azonem, dum publice è ſugeſto profiteretur, dixiſſe,ſe quendam honeſto loco tutum Cremonenſem , protexiſſe,qui furore percitus,dum in vinculis detineretur,famulum
2 ſuum trucidauit,eo quod ab alijs, † qui in carceribus detinebantur,homicidium contra illum nobilem non potuerit probari,nec propterea in illum animaduerti,in cuius ſententiam cæteros prudentes deſcendiſſe dixit, cuius Azon. ſententiæ adſtipulatur context.in d.§.lege Iulia. ſecundum Alberic. de Malet.in trac.de teſtibus.cap.2.num.48.vbi num 49. duas affert cautiones contra hanc ſententiam Azon. videlicet 1. vt magiſtratus duos ad ſummum tres è carceribus eximat , qui poſtea deponant de tali homicidio : poſterior eſt illa cautio ,
3 vt homicidium iudex ad quæſtionem poſtulet,quia† licet illi captiui plene non probent,tamen , vt ille torqueatur, indicio ſunt vt fuit animaduerſum a Barto in d.l.de minore.§. tormenta. in l.quæritur. ff. de quæſtion. & ex illis per Malet. ibi adducta.

Intellige concluſionẽ, vt tunc procedat, quando carceratus
4 in carcerem fuiſſet coniectus ob crimen, † quod infamiæ notã eius vitæ inureret, vt habemus à gl.in d. c. ſi teſtes in dict. verb. in vinculis.Spec.§. ver.item quod accuſatus, nu. 90. ſequitur,& refert Steph.Aufre.in tract de reprob.teſt.n.15.ver. carceratus,ſeu detentus.

Secundo limita,quia dicti teſtes ſaltẽ indicio eſſe poſſunt,
5 vt † quis poſsit torqueri,ſic profitendo ſcripſit Alber.in d.l.4. §.lege Iulia ff.de teſtib.& Campeg.d.loco ſupra citato.

Tertio limita non vendicare ſibi locũ in teſte, quem epiſcopus incluſit in cuſtodias , nam is pro iuriſdictione ſua poteſt
6 admitti † in fauorem ipſius epiſcopi,quia non prohibetur lege,pręſertim in cauſa ciuili,ita notat Alber.Mal.& Ant.de Butr in c.cum oporteat.nu.9.de accuſ.

Amplia hanc limitationem, vt & ab epiſcopo in cuſtodiam
7 datus,etiam contra ipſum epiſcopum † põſsit teſtimoniũ ferre,quę fuit ſententia Io.And.ad Spec.ſup.rub.tit.de teſte.ver. tertio quærebatur,quãuis hoc nõ iure eſſe cantũ afferat,tñ de fide teſtis,iccirco detrahi,motus auctoritate Imp.in §.ſi vero
odioſus.

odioſus.in auth.de teſtib:cui acceſſit Oldrad.conſ.145. quæritur, ſi teſtis.nu.2.ver.item quæritur, vtrum aliqui.

Quarto limita, vt nō procedat in carcerato, qui à criminis
8 ſuſpicione abeſt, † vt quia propter illud non ſit contruſus in carcerem, ſed ob aliam cauſam, tunc enim ipſe poterit eſſe teſtis, & examinari, ſecus ſi eſſet de crimine ſuſpectus, ita ſcriptum reliquit Campeg. d.regu.130.

Quinto limita, quia incarceratus teſtis poterit adhiberi in
9 teſtamento ad pias cauſas, etiam ſi ſit† contruſus in carcerem pro maleficio, ſic protulit Bal.in repet.l.habeat. nu.42.C. de ſacroſanct.eccleſ.l.nouiſſime.§.1.ff.quod fal.tut.au.quem ſequutus eſt D.Monticel. in verb.carceratus, ſuo tract.de teſt. quorū ſententiæ adhæſit Campeg.d.reg.130.quos vide.

CONCLVSIO CCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Cardinalis quod probationis genus faciat.

SVMMARIA.

1 *Cardinalis legati de latere atteſtatio plenam probationem facit, dummodo ipſe aſſerat ſe legatum.*
2 *Commiſſio facta præſumitur Cardinali in his, quæ veniunt in forma generali legationis.*
3 *Nulli creditur ſine literis, niſi ſit Cardinalis.*
4 *Vicario creditur ſine literis in his, quæ veniunt ex generali commiſſione.*
5 *Cardinali legato facile fides habetur, cum extra curiam exire non ſoleat ſine tali dignitate, & facultate.*
6 *Legato non creditur etiam in his, quæ competunt iure ordinario legationis.*
7 *Legatus de latere poteſt exigere procurationem in prouincia ſuæ legationis, & etiam extra, & ei creditur ſine literis, cum veniat iure ordinario ex officio legationis.*
8 *Legatus, ſiue datus, ſiue miſſus non exigit procurationes in ſua prouincia, niſi hoc habeat in commiſſione.*
9 *Cardinali legato de latere fides habenda eſt in his, quæ coram ſignificat.*
10 *Cardinali legato creditur in his quæ geſta ſunt coram eo tanquam coram legato.*
11 *Legato à latere creditur etiam in his, quæ de conſuetudine ipſi ſolita ſunt concedi, licet non veniant in generali commiſſione.*
12 *Aſſertioni legati indiſtincte fides habetur ex conſuetudine in Romana curia recepta.*
13 *Cardinalibus ordinarie creditur in ſibi commiſſis à Papa, non autem in alijs.*
14 *Cardinali aſſerenti ſe habere mandatum ſuper his, quæ non ſolent venire in generali commiſſione, ſi ea exerceat non oſtenſis literis, ei creditur, dummodo ſæpius tales actus exercuerit.*
15 *Cardinali aſſerenti ſe habere commiſſionem in his, in quibus requiritur facultas particulariter conceſſa, non creditur.*
16 *Quicunque à legato recipit, quod ad eum iure legationis non pertineat, ſub manu publica tenorem literæ, per quam talis poteſtas ipſi legato eſt commiſſa ſpecialiter, haberet curet.*
17 *Cardinali credendum non eſt in reſeruatis ſummo Pontifici.*
18 *Cardinali non creditur in alterius præiudicium in ijs, quæ requirunt ſpecialem commiſſionem.*
19 *Cardinali creditur in requirentibus ſpecialem commiſſionem ſi eadem ſpecialia exercuerit.*
20 *Cardinali aſſerenti ſe delegatum, vel cauſam ſibi commiſſam viuæ vocis oraculo nulla fides habetur.*
21 *Cardinali non creditur in his, quæ tertij præiudicium concernunt.*
22 *Summo pœnitentiario aſſerenti ſe habuiſſe commiſſionem viuæ vocis oraculo non creditur.*
23 *Cardinalis dicto aſſerentis aliquem eſſe ſuum familiarem, vt de ipſius beneficijs poſſit diſponere, nulla fides habetur.*
24 *Cardinali aſſerenti de commiſſione ſibi facta à Pontifice maximo, tunc maxime credendum eſt, quando ille ſummus Pontifex eſt præſens, ad quē facile quiſque poteſt confugere.*
25 *Gratia Papæ, vel Principis non probatur, niſi per ſcripturam.*
26 *Magiſtratui creditur etiam cum maximo præiudicio tertij, quando Princeps, vel ſuperior eſſet in illo loco præſens.*

CArdinalis legati de latere atteſtationem plenam proba-
1 tionem† facere dummodo ſe aſſerat legatum, habemus à gl.& tex.in c.nobiliſsimus 97 diſt.gl.in c.cum olim.1.in verb. ſine reprehenſione, de priuil.gloſ.in c.ad Apoſtolicæ.in verb. proponi.de re iud.li.6.quod idem placuit Abb.in c.quod ſuper his.de fid.inſtru.& ibi Imol.& Fel.col.2.ver.1.concluſio. idem Fel.in c.cum in iure.col.pen.nu.12.de offi.deleg.dicens
2 †præſumi commiſsionē factam Cardinali in his, quæ veniunt in forma generali legationis, etiā ſi aliter non appareat, quia raro, vel nūquam exeunt Cardinales extra curiam ſine literis legationis, & quia de ſtylo curiæ eſt, vt nulli credatur ſine li-
3 teris † niſi ſit Cardinalis, & hoc gratia eorum, quæ veniūt ex generali officio delegationis.iſtud etiā tenet Gondiſ.in tract. de lega.i 6.q.1.partis, col.4.ſenſit Rot.in deciſ.47. valēt acta.
4 in nouis, dū voluit, vt ſine literis credatur Vicario in his †quæ veniunt ex generali cōmiſsione, id voluit Lap.alle.15.incip. idem eſt dicere, nu.2.& alleg 32 n.1.iuncto nu.4.quem ſequitur Alex.in conſ 106.perſpectis his, nu.19.col.7.verſ.& de cōmiſsione facta circa prædicta, vol 2.vbi adducit Cald.Corne. ac Lap in d.alleg.32.multi alij tum profitendo, tum conſulendo docuere, vt Spec tit de lega.§.ſupereſt.verſ. quid ſit ergo. Lud.Rom.conſ.59.ad diſcutiēdū, poſt nu.6.verſ.1 quia Hoſt. in ſum.de recu.iud.deleg §.ſi. verſ.item legato Cardinalis & ibi in apoſtil.in ver legato |Cald cōſ.1.an valeat, de off dele. Abb.i c.ꝓ trāslationē.ad fi.ext.eo.Rot.dec.176.alias 2.de off. deleg.Nota qđ legatus in antiq Gemin in c vt circa.§ edicto poſt nu 5.verſ fallit in Cardin de elect.li 6.ſequitur Fel in c. quod ſuper his nu.8.in 1.concl.de fid.inſtr.apoſtil.vlt.ad Iaſ. in l.1 § ſi ff ſi ex nox.cauſ.Gemi.in c.eos qui.§ ſi ante finem. verſ nota bene, quod licet credatur.de ſent. excom.li.6. Ang. in conſ.182.mandatum Principis Rom.in l.ſciēdum.nu.58.& ſeq.qui adducit alleg.Lap.15.ff de verb.obli. latiſsime Iaſ.in repeti.l.admonēdi, n.189.ff.de iureiur.latiſsime ēt Barb. trac. de Card.leg.à latere, qui plurimos citat Ant.de But.in c ex literis.de in integ.reſti.col.14.Corn.conſ.155.in fi.vol.1.verſi. quod autem non credatur.Pariſ.conſ.82.nu.46.li.1.Corn.cōſ. 248.incip.uidetur prima facie dicendū eſt ad fi.uol 3 Alciat. tract.de præſumpt.reg 1.præſum 48.nu.3 And.Sicul.in tract. de præſtant Cardi.in 1.quæſt.2.partis, in 2 membro.

5 Concluſionis noſtræ illa poteſt afferri ratio, nam cum† non ſoleant Cardinales extra curiam exire ſine tali facultate, vel dignitate, nulli mirum videri debet, ſi facile eis fides habeatur, illos hanc habere facultatem. Huius rationis auctor eſt non minus dignitate, quam doctrina clarus Abb.in c.quod ſuper his.& ibi Fel.de fid.inſtrum.vt iam ſupra attigimus.

Diuerſum ab hac ſententia ſenſit Barba.in tractat de præſtant.Cardin.1.q.2.partis, quo in loco per multa iura nititur euertere communem hanc ſententiam, tenens quod etiam in
6 his, quæ competunt iure ordinario legationis † non credatur legato.& idem eſt arbitratus in repet l. ſciendum. col 62. & 63.ff.de verb.oblig.

Primo loco ampliare poteris, vt etiam procedat concluſio in procuratione, quę venit iure ordinario ex officio legatio-
7 nis, etenim tunc creditur legato de latere† exigente procurationem ipſam, adeo vt non cogatur literas oſtendere, quod quidem intelligendum eſt in prouincia ſuæ legationis, & etiā extra prouinciam, quia poteſt exigere, & ei creditur ſine literis, ita poſt Hoſtienſ.declarat Domini.à Sancto Gemin. in c. 1.col.pen.de offic.lega.& ibi ſequitur Philip. Franc.col.2.& in hac re diſcrimen eſt inter legatum de latere, & alios lega-
8 tos, † quia alius legatus, ſiue natus ſiue miſſus, non exigit procurationes in ſua prouincia, niſi hoc habeat in commiſſione,
* iuxta ſententiam * omnium Dd.in dict.capit.de offic.lega.

Præterea ſecundo loco concluſionē extendere ſic poteris,
9 vt etiā ei fides habenda ſit in his† quæ illi coram ſignificat, ad quem ſe fuiſſe miſſum aſſerit, ita tradidit Fel.in c.quod ſuper his col.2.nu.8.in fin.de fid.inſtrum.

Tertio amplia, vt etiā credatur Cardinali legato in his, quæ
10 geſta ſunt corā eo, tanquam† corā legato, vt ſi fabricatus fuiſſet proceſſus coram Cardinale, tunc n. fides adhibetur de actitatis coram ipſo, ad id teſtis eſt Bald.in l.ſi qua per calumniam poſt, nu.5.ver addo tamen C de epiſcop.& cler.Fel.in c.ſicut.de ſentent.excomm.ver.limita iſtam gloſſ. vbi addit vnum, tunc fidem haberi dicto Cardinalis, ſi iureiurādo confirmatum fuerit Bellam.deciſ.183.

11 Quarto amplia, vt etiā credatur legato à latere in his† quæ de conſuetudine ſolita ſunt concedi ipſi legato de latere, licet non veniant in generali commiſſione, vt obſeruauit Abb. in c.ad eminentiam.num.2.extr.de ſent.excommu.& ibi Fel. Abb.in c.quod etiam ſuper his.de fid.inſtrum.

Quinto amplia, vt ex conſuetudine in Romana curia rece-
12 pta fides habeatur† aſſertioni legati indiſtincte, ſic inquit gl. in clemen.1.in verb.reſeruaſſe.de probat.in fin. teſtatur ad id c.ſuper his.de fid.inſtrum.ex mente Ioan.And.ibi, & Abbatis.ita conſultus reſpondit Alex conſi.106.num.13.li.2.& quod de conſuetudine dixi, intelligas de ea, quæ approbaretur, ſic intellexit Aret.in c.cum à nobis col.3.verſi.ſed certe. de teſtibus.

Sublimita hanc prædictam ampliationem, vt locū tantum
13 habeat in Cardinalibus, † quibus ordinariè credit in ſibi cō-

miſſis

miſſis à Papa,non autē in alijs,ſic confirmauit Bella.in conſi.
16.vbi dicit,ita vidiſſe iudicari in curia per tres ſentētias defi
nitiuas,teſtem laudat Soc.conſi.99.nu.3.vol.3.

Sexto amplia,quod ſi Cardinalis aſſerat ſe habere manda-
tum ſuper ijs,quæ non ſolent venire in generali commiſſione,
14 & ea exerceat,non oſtenſis literis mādati,†ei credatur,dum-
modo ſæpius tales actus exercuerit, præſumitur.n.habuiſſe
mandatum,& valebunt actus rōne communis erroris, & præ
ſumptæ volūtatis,vt voluit Steph.Aufrer.in addit.ad Capel.
Toloſ.q.464.n.2.nec abhorruit à mēte Bal. in l.exēplo.in fin.
C.de probat.notat.c.ex literis. de reſtitut.ſpoliat. Bal. in l.ſi
qua per calumniā.C.de epiſ.& cler.cui adhæſit Ludou.Rom.
in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.

Primo limita concluſionē non procedere in Cardinale aſſe
15 rente ſe habere commiſſionem in his, †in quibus requiritur
facultas peculiariter conceſſa, quæ non veniunt in generali
commiſſione,conſentiens eſt Bal.Imol.& Felin.in hac re vo-
lunras in c.quod ſuper his.col.2.de fid.inſtru. & alio in loco
ſcriptū reliquit Bal.in l.ſi qua per calūniā, circa fi.C.de epiſc.
& cler.id præterea vnanimes plurimi ſcripſere prudētes,præ
ſertim Domin.in c.1.col.fi.ſſie offic.leg.in 6.Spec.in titu.de le-
ga.§.ſupereſt videre,n.16.verſ.quidam tū.quo in luco cōſulit
16 propterea,vt quicūque à legato recepit†quod ad eū iure le-
gationis non pertineat,ſiue fuerit diſpenſatio,vel aliud, ha-
2 beat ſub manu publica tenorē literæ, per quā talis poteſtas
ipſi legato eſt cōmiſſa ſpeciatim,arg.eorum,quæ habentur in
c.cum ex iniuncto.§. quod ſi forte.de hæret. Abb.in c.qđ ad
translationē.poſt nu.10.in fin.de offic.deleg.& in c.ad eminē
tiā,de ſent.excomm.& Abb.in conſ.94.in 2.dubio.vol.2.Pau.
de Caſt.in l.1.C.de mand.Princip.& ibi Dec.col.2.n.18. vbi
17 †in reſeruatis ſummo Pontifici non eſſet credendum Cardi-
nali,late Corn.conſ.155.in fi.vol.1.Pariſ.conſ.2.col.1.num.9.
vol.2.late Capel.Toloſ.q.463.item fuit quæſitum.nu.1.vbi in
18 his,quæ requirūt ſpecialem commiſſionem† non creditur in
alterius præiudicium,gloſſ.ſingul.in c.ſicut.de ſenten.excom
mun.vbi Abba.poſt gloſ.

Sublimita hanc limitationem prædictā, qñ legatus identi-
19 dem huiuſmodi ſpecialia exercuiſſet† tūc.n.ei crederetur, ſi
nos credimus Fel.in cap.cū in iure peritus,col.4.de offic.de-
leg.hoc idē probauit Bald.in l.exemplo.in fin.C. de probat.
cui conſulendo album calculum addidit Cald. in conſi.2.tit.
de offic.leg & hinc eſt,vt ſcripſerit Dec.in l.vnica.C.de mād.
Prin.ſupradicta non procedere,quando legatus eſſet in quaſi
poſſeſſione exercendi reſeruata.

Secundo limita,vt nulla fides habeatur Cardinali aſſerenti
20 ſe delegatū†ſeu cauſam ſibi commiſſam viuæ vocis oraculo,
ſic à iuris Pontificij Principibus traditū eſt, vt ab Inno. in c.
cum olim.1. de priuileg.Ant.de Butr.Imol.& Fel.in d.c quod
ſuper his.col 2.in fin.& ſeq.Abb. in c.præterea. col.2.de di-
lat.Capel.Toloſ.q.464.nu.1.in princip.

Tertio limita,vt non credatur Cardinali in his,q̄ tertij præ
21 iudiciū†concernūt,ſic fuit conſtitutum in Capel. Toloſ.d.q.
464.& ibi apoſtil.qđ quidem multi tū profitendo, tum ēt cō
ſulendo docuere, vt Pariſ.conſ.136.col.3 nu.31.vol.4. Aymo
Crau.conſi.104.col.1.nu.5.Abb.in c.ſicut.de ſenten.excom-
mun.& ibi gloſſ.quā gloſ.pro notabili ad hoc refert, & ſequi
tur Dec.in c cauſam quæ.ad fin.de offic deleg.tradit Iaſ.in l.
cū filiusfam Stichum.in princip.col.pen.ad fin.verſ.qa etiam
Cardinali.ff.de verb.oblig.& latius in repetit. l.admonendi.
nu.189.verſ.adde etiam,quod dict.Cardinal.ff.de iureiuran.
Abb.in conſ.94.in 2.dubio.huc ſpectat, quod cōſuluit Alex.
* conſ.112.li 7 nu.2.vbi * cōi mente ab omnibus eſſe probatū
tradit,& conſulendo ſenſit Cur.Inn.conſ.61.col 5.num.13.in
fi.Corn.cōſi.155.in fin vol 1.Bar.in l.dinus.ff.de cuſtod.reor.
Dec.conſi.463.in cauſa quæ nomine cameræ. nu.10.verſi. &
alicui etiam Cardinali.

22 Ex hoc illud exijt, vt nō credatur ſummo Pœnitētiario† aſ-
ſerēti ſe habuiſſe cōmiſſionē viuæ vocis oraculo à ſummo Pō
tifice,ita deciſum fuit in Capel.Toloſan.d.q.464.cuius ſentē
tiæ ſubſcripſit Gozad.conſi.41.col.pen.nu.5.ſecus vero ī his,
quæ principaliter non inferunt præiudiciū, vt notat Angelus
in conſ.182.& in l.quæcūque.§.fin.ff de public.Dec.in l.2.col.
pen.C.de mand.Princip Diuerſam ſentētiā vidētur tenuiſſe
DD.de Rot.in vna Romana inter canonicos,& bñficiatos Sā
cti Petri coram Contareno anno 1540.menſis Octobris, vt
annotauit Put.deciſ.3.li.1.circa 1,de probat. quo in loco ſcri
ptum reliquit, quod Cardinali aſſerenti aliquid in præſentia
Papæ credendum ſit,etiam vbi ageretur de præiudicio tertij,
citat Innoc.& Felin.in c.ſuper his.de fi.inſtru. & alios, quos
videre poteris,

Quarto limita concluſionem, vt nulla fides adhibeatur di-
23 cto Cardinalis † aſſerentis aliquem eſſe ſuum familiarem,ea
de cauſa, vt de ipſius beneficijs poſſit diſponere ita tenuit
Sarnen.in reg.de impetrat.per obitum Card.q.13.

Quod vero pertinet ad cōcluſionē, obſerues tum maxime
credēdum eſſe Cardinali aſſerenti de commiſſione ſibi facta
à Pontifice Max.quando ſummus ille Pontifex eſt præſens ad
24 † quem facile confugere quiſq; poteſt,quia tunc non eſt præ
ſumendum ipſum mētiri,ſic permultis placuit, vt Imol.in d.
c.quod ſuper his.& ibi Feli.col.3.de fi.inſtrum.late profiten-
do,& conſulendo tradit Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.189.de
iureiur.& in conſ.145.col.2.vol.4.& in conſ.104.col.1. & ſeq.
vol.1.Barbat.in tract.de præſtan.Card.in 2.par. in 1.qō.facit
Grammat.conſ.54.nu.1.Pariſ.conſ.11.nu.17.col.fi. & cōſ.132.
nu.20.col.pen.vol.4.

Quorum conſenſus Dec.non deterruit,quin id ipſum aper
tiſſime reprobarit in l.1.col.2.de manda.Princip.nu.6. confir
mat id auctoritate Bart.in l.prohibitum. C.de iure fiſ.lib.10.

Cuius ſententiæ maiorem in modum concinit illud,nā gra
25 tia Papæ,vel Principis†non probatur, niſi per ſcripturam,vt
aſſerit Bellamer.deciſ.746.licet obſeruet.& cū multis per nos
allegatis in ſuperiori cōcluſione,cū ageremus, qūo probare-
tur capellania bonoris,& in cōcluſione,gratia,infra diſcutiē-
da.l.vnica.C.de mand.Princi.Bar.in l.vnica. C.de ſuperindi.
lib.10.hoc tamen locum non habet,qñ Princeps in eadē ciui-
tate moratur,tum enim ſine vllo negotio mandati exemplum
habere poſſumus,vt voluit Specul.tit.de probat.§.videndū.
verſ.auditoribus.quem refert,& ſequitur Roman. in l. ſcien-
dum.ff.de verb.oblig.Iaſ.in conſ.145.col.fin. vol.4.& in l.ex
quacunque.col.1.in fi.ff.ſi quis in ius voc.non ier. Bal.in l.ali
quando,q.4 ff.de off.præſid.Grāmat.conſ.54.nu.17. & Gram
mat.deciſ.36.nu.26.& 27.

Vbi ampliat hanc doctrinam vſque eo procedere,vt etiam
magiſtratui crederetur,etiam cum maximo præiudicio tertij
26 quando † Princeps, vel ſuperior eſſet in illo loco præſens,
quem vide d.deciſ.36.nu.26.& 27.& conſ.54. nu.17.

De materia autem legati à latere agemus plenius in cōclu
ſione, legatus, vbi propria eſt huius argumenti ſedes.

Huc quamplurima poſſem in medium afferre, quibus con-
cluſionem, cum ampliare,tum etiam limitare mihi eſſet inte-
grum.Verum Anto.Gabriel. me hoc onere leuauit, hæc enim
doctiſſime proſequutus eſt in tit.de probat.concl.3.quæ om-
nia huc tranſcribere ſuperuacaneum duxi,te igitur lector il-
luc reijcio.

CONCLVSIO CCLXIX.

ARGVMENTVM.

Cardinali in quibus, & quomodo credatur.

SVMMARIA.

1 *Cardinali in his creditur, quæ aguntur coram eo in cauſa ſibi commiſſa.*
2 *Cardinalibus duob. iuratis teſtibus maior adhibetur fides, quam ſeptuaginta alijs.*
3 *Cardinalis aſſertioni non ſtatur, quando aſſerit quid vt teſtis.*
4 *Cardinali non creditur in iudicio deponenti ſine iuramento præmiſſo.*
5 *Cuicunque viro bono quantacunque ſit vita integritate non creditur ſine iuramento.*
6 *Cardinalis aſſertiones, ſeu cuiuſuis viri boni, licet plenā probationem non faciant, inducunt tamen quandam præſumptionem.*
7 *Cardinali creditur, cum alium habet conteſtem.*
8 *Cardinalis aſſertioni in iudicio etiam ſine iuramento fides adhibetur, dummodo nihil contra obijciatur.*
9 *Inſtrumento notarij imperialis ſtandum eſt, ſi contra illud non opponitur.*

1 CArdinali fidē adhiberi in his,quæ agunt̄ corā eo in†cau
ſa ſibi cōmiſſa,decidit Bellam.deciſ.183.aſſertioni. DD.
de Rot.deciſ.714.aliàs 34.nota quod non creditur, in antiq.
de ꝓba.& in deciſ.96.alias 5.nota qđ reſeruationū,ī fi.eo.tit.
de proba.c.cū dilectus,de accuſ.& ibi gl.in ver.hodie aūt,gl.
in c.ſicut nobis.in verb.alio mō de ſent.exco.& eſt cōtextus
in c.

in c.cum olim.cum ibi notat.de priuil.& videas ea,quę in ſu-
periori cõcluſione dicta ſunt in ampliationibus,cui alludit il-
2 lud Bal.dictũ in l.iuſiurandũ.C.de teſtib.†quod duobus Car-
dinalibus iuratis maior adhibetur fides, quam ſeptuaginta
alijs teſtibus,vt retulit Fel.in c.ſicut,nu.4.de ſent. excommu.

Limita primo concluſionem non procedere,quando Cardi
3 nalis quid aſſerat vt teſtis , nam tunc † eius aſſertioni non ſta-
tur,ſic traditum eſt à Bellam.dec.628.Cardinalis,& dec.629.
nulli etiam,vbi ait,nulli credi, etiam ſi eſſet Romanæ eccleſiæ
Cardinalis.l.iuſiurandi.C.de teſtib. c. tuis. c. nuper. cum ibi
notatis.c.etſi Chriſtus.extr.eod.tit.

Secundo limita,concluſionem vſque eo non procedere, vt
4 nec etiam † credatur Cardinali in iudicio deponenti ſine iu-
ramento præmiſſo,vt placuit Ioanni Crot.tract.de teſtib.par.
7.nu.1. arg l.iuſiurandi.C.de teſtib.c.cum olim.verb.quæren
dũ.de priuil.c.tuis,extr.de teſt.Panor.in d.c.cũ olim,nu.5.qui
5 hãc doctrinã extendit etiã in quocunque viro bono † quanta
maxima ſit vitæ integritate , vel quantumcunque bene audiat
etiam in fauorem eccleſiæ,vt voluit Abbat.in dicto loco,& c.
nuper.extra de teſtib.

Primo ſublimita hanc limitationem,quod quamuis depoſi
tiones Cardinalis,ſeu cuiuſuis viri boni probationem plenam
6 non faciant,tamen inducunt aſſertiones prędictorum† quan-
dam præſumptionem,ſic docuit idem Abb.d.loco, nu.6.& ita
intelligit Abb.ibi Innoc.in d.c. cum olim. cum dicit, aſſertio-
nibus Cardinalium credendum eſſe , intelligi debere quo ad
quandam præſumptionẽ inducendam, non autem quod ple-
nam fidem faciant,hoc probat per dictum cap. cum olim.vbi
ſummus Pontifex ponderat dicta teſtium,vltra depoſitionem
Cardinalium,quibus ſuffragatur,quod in hanc rem fuit obſer
uatum in c.cum à nobis.de teſtib & c.quod ſuper.de fid.inſtr.
quem vide.

7 Secũdo ſublimita † niſi alium habeat conteſtem,nam tunc
creditur Cardinali,vt ait Bellam.dec.628.

Tertio ſublimita, vt fides habeatur Cardinalis aſſertioni in
8 iudicio,etiam ſine iuramento, dummodo † nihil contra obij-
ciatur,iuxta ſententiam eiuſdem Bellam.in deci. 540.ſi pars.
vbi in ſimili , ſi non opponitur contra inſtrumentum notarij
9 Imperialis† ſtandum eſt ei,adeo vt nec iudex debeat require
re probationẽ notariatus,litterarum, & ſigni, poſtquam pars
non opponit.

CONCLVSIO CCLXX.

ARGVMENTVM.

Caſtrum vt probetur alicuius vrbis eſſe territorij , & cum ſit intermedium duarum ciuitatum,cuius præſumatur & an illud poſsidens prædiorum adiacentium poſſeſsionem habere cenſeatur .

SVMMARIA.

1 *Caſtrũ eo ipſo probatur eſſe territorij alicuius ciuitatis, quod ſubijt onera illius , vel ibi perſoluiſſe collectas.*
2 *Caſtrum duabus ciuitatibus interiacens in dubio præſumitur eſſe iuriſdictionis illius,cui eſt magis propinquum .*
3 *Caſtrum, vel villa intelligitur in dubio eſſe de iuriſdictione magis adiacentium,niſi aliud oſtendatur .*
4 *Vicinitas,& aptitudo ſunt dominij argumenta.*
5 *Ad Principem ſolum ſpectat de finibus tractare & non ad alium.*
6 *Vicinitas,vel longinquitas quare non efficiat,vt præſumatur locũ eſſe magis vnius, quam alterius.*
7 *Caſtri poſſeſsionem habens non cenſetur etiam poſſeſsionẽ habere prædiorum,ſeu aliarum rerum à caſtro pendentium.*
8 *Caſtri, qui poſſeſsionem habet,prædiorum adiacentium non cenſetur poſſeſsionem habere, quando ſunt res ſeparatæ.*
9 *Poſſeſsio iuris canonicalis,vel præbendalis,non extenditur niſi ad apprehenſa,& poſſeſſa.*
10 *Poſſeſsionem vnius fundi nomine præbendæ,vel decimæ accipiens , acquirit poſſeſsionem generalem in iuribus,non autem in corporalibus.*
11 *Caſtri poſſeſsione apprehenſa acquiritur omnis iuriſdictio etiam in cohærentibus ad caſtrum.*
12 *Qui per partem itineris it,totum ius vſurpare videtur.*
13 *Poſſeſsione apprehenſa vnius rei,cenſetur acquiſita poſſeſsio aliarum rerum,cum agitur de acquiſitione iuris vniuerſalis.*
14 *Acquiſitio partis,quæ ab ipſo toto diuelli nequit,ratione indiuidua rei extenditur ad totum.*

Caſtrum probari eſſe territorij alicuius ciuitatis eo ipſo,
1 quod probetur,illud ſubijſſe onera illius ciuitatis † vel ibi
perſoluiſſe collectas, traditum fuit à Caſſan.de conſuet.Bur-
gundiæ,tit.des iuſtices,& droict.§.1.verſ.multa alia.num.10.
11.& ſeq.fo.23.col.2. quod etiam ſenſit Bal.in l.data.in 16 col.
C.qui accuſ.non poſ.verſ.ſuper iſta cadit teſtimonium.idem
Bal.in l.3 .C.de natural.liber.eundem Bald.refert, & ſequitur
Alex.conſ.43.incip.de celerrima expeditione requiſitis in fi.
nu.3 .in 1.vol.ita etiam tenet Feli.in c.cum Bertol. in pen.col.
ext.de re iud.per tex.in § ſi quis ex qualibet. auth quib.mo.
nat.effic.ſui.collat.7.& huc reſpexit Bart.in conſil.43.Viſa in-
quiſitione facta contra Franciſcum Vecennium de Aſſiſio . in
fi.vbi inquit,quem dici eſſe de tali porta,vbi vocatur ad mu-
nera,& eſſe de Aſſiſio,& ibi vocari ad munera.

Præterea ex propinquitate illud optime probare poterit,
2 etenim caſtrum,quod duabus ciuitatibus interiaceat† in du-
bio præſumi eſſe iuriſdõnis illius,cui magis eſt propinquum,
docuit Hieron.de Monte in trac. de finib.regend ca.83.n.2.
quod etiam probauit Marr.Lau.in trac.de Caſtellania.in 7.q.
arg.l.adeo.§.inſula.ff.de acq.rerum do.§.inſula. Inſti de rerũ
diuiſ.& habetur per Parid.de Put.tit.de feu.reinteg. in ca.an
ſi Dominus Baroniæ,nu.4.pag.107.

Iſtis cõſentanea ſunt,quæ memoriæ mandauit Alex.in apo
ſtil.ad Bart.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.nu.3.in addit quæ in-
cipit Guliel.de Cun.ff.de pig act.vbi habetur, vt cum diſpu-
3 tetur de iuriſdictione,ſeu confinibus caſtri,vel villæ †intelli-
gantur in dubio eſſe de iuriſdictione magis adiacentium,niſi
aliud oſtendatur,prout etiã voluit Bal in c.cum olim.de præ-
ſcription.nu.1.per tex.in d.c.olim.verb.adiacentibus.

4 Cuius ratio eſt,quia vicinitas†& aptitudo ſunt dominij ar
gumenta,vt ſcriptum reliquit Bal.in ca.cauſam.col.3.verſ.itẽ
dicit Innoc.de probat.& idem tradidit Hieron.de Monte d.
loco nu.3.vel ſecundum Cal.conſ.90.incip.quia iſta quæſtio.
nu.16. quando caſtrum locatum eſt in cõfinijs duorum terri-
toriorum,& dubitetur,cuius ſit, confugiendum erit ad Prin-
5 cipem,†quia ad eum ſolum ſpectat de finibus tractare, & non
ad alium,ita cenſit Alber. de Roſate in l. ex quacunque . ff.ſi
quis ius dic.non obtemp.

Contraria tamẽ in hac re fuit mente Brun.in conſ.109.n.8.
dicens,vicinitatẽ,vel longinquitatem non efficere, vt pręſu-
6 matur,locum eſſe magis vnius †quam alterius, quia cõſtat ali
quas ciuitates longa, & latiora habere territoria , & aliquas
parua & anguſta, aliquas vero nulla per ea,quę animaduerſa
fuere ĩ c.fęlicis.§.ciuitas.de pęnis. li.6. prior tñ ſnĩa propius
ad veritatem accedit, ad id tamen cõſulas ſupradictam con-
cluſionem noſtram , bona intra fines , cum concluſione ſe-
quenti .

Iſtis igitur rationibus adductus, ſi quis caſtrũ alicuius eſſe
territorij probauerit,nõ continuo probatũ erit, vt cum caſtri
poſſeſſionem habuerit , prædiorum adiacentium poſſeſſionẽ
7 habere cenſeatur,cum caſtri poſſeſſionem habentem† nõ cen
ſere etiam habere poſſeſſionem prædiorum, ſeu aliarum rerũ
à caſtro pendentium,conſuluit Iacob.Mandel. conſ.78.num.
12.& 13.ſenſit Bart.in l.3.in fi.principij, verſ.alias ſi ille non
traderet &c.ff.de acq.poſſ.prout clare tradit Inn.ad quẽ Bar.
ſe remittit in c.dilectus,colum.1.in fi.de capell.monach.& in
c.dilecto.in fi.de off Archidiac. per reſpõſum Celſi in l.quod
meo.§.fi.ff.de acq.poſ.atque reſpondit Alexã. in conſ.43.de
celerrima expeditione,nu.1.vol.1. quod & late conſultus re-
ſpondit Burſat.conſ.46.num.26. quo in loco citat Dec.Pariſ.
Craue.Ruin.Cur.iun.Brun.& quamplures alios ab eo ibi con
* geſtos,vbi etiam * communem dicit .

8 Intellige illud poſtremũ tum maxime procedere †quando
ſunt res ſeparatæ,vt tradidere gl.in d.l.3.in prin. in ver. quẽ-
libet,in fi.Alex.ibi nu.22.And.de Iſer.in c.1. in eadem col. in
tit.quid ſit inueſti.per l.qui abſentem.in fi.ff.de acqu.poſ.per
l.1.§ veteres.ff.d.ti.Rot.deciſ.a 77.ex quib.in nouis,verſ.ſed
quantũ.vbi dicitur,poſſeſſionẽ iuris canonicalis,vel præben-
9 dalis,non extendi ad alia†niſi ad apprehenſa, & poſſeſſa,qa
vt inquit Paul.in l.1.§.1.ff.de acqu.poſſ.in rebus ſeparatis, &
corporalibus, ſeu diuiſibilibus tantum acquiritur , quantum
apprehenditur,iuxta ſententiam Dyn.in c.1. de reg.iur. in 6.
Bald.qui ſequitur dictum Dyn.in l.a.colũ.2. verſ.ſuper tertio
puncto.C.de ſeru.& aq dicens eum, qui accipiat poſſeſſionẽ
10 vnius fundi nomine præbendæ , vel decimæ † acquirere poſ-
ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſionem generalem in iuribus, non autẽ in corporalibus, in
quibus corpora in ſpecie conſiſtunt, & vltra ſuos limites non
extenduntur, l. fi. C. de præſcr. long. temporis. cuius pronuntia
tum profitendo ſequutus eſt Anchar. in c. 1. in 2. q. de reg. iur.
in 6. Mil. in ſuo repert. verſ. poſſeſſio rei, & late tradentẽ con-
ſulas Anch. in reg. ſine poſſeſsione, col. 19. de reg. iur.

Illud vltimo loco dictũ ſic velim limites, vt non habeat lo-
11 cum quoad iuriſdictionẽ, † nam apprehenſa poſſeſſione caſtri
ab eo, qui habebat iuriſdictionem, quam is voluit in me trãſ-
ferre, acquiro omnem iuriſdictionem, etiam in cohærentibus
ad caſtrum, vt docuit Alex. in d. l. 3. nu. 22. ſub fi. ff. de acquir.
poſſeſ. per l. ſi ſtillicidij. §. fi. ff. quemadmod. ſeruit. amittat. vbi
12 cauit Paul. eum † qui per partem itineris it, totum ius vſurpa-
re videri, hoc idẽ multis alijs placuit. Bar. in d. l. 3. ff. de acqui.
poſſ. Ang. in l. 1. § ſi quis hoc interdictum, cum §. ſeq. ff. de iti.
actuque priua. & vide late Alex. dicto loco ſupra alleg. nu. 23.
cum aliquot ſeq ſed hæc tradentem latius conſules Oldr. cõſ.
121. per tot. & conſ. 11. Ludou. Rom conſ. 444. nu. 3. & 5. Fran.
Aret. conſ. 119. Bal. conſ. 482. lib. 4. & conſ. 71. lib. 1.

Secundo limita ſecus eſſe in corporalibus, vt ſeruitutibus,
vel iuribus vniuerſalibus, ſic profitendo ſcripſit Prępo ſ. in c.
1. col. pen. quid ſit inueſtitura. vbi cõcludit, quod cum agatur
de acquiſitione iuris vniuerſalis, apprehẽſa poſſeſsione vnius
13 rei † cenſetur acquiſita poſſeſſio aliarum rerum, confirmat id
per ea, quæ obſeruauit Inn. in c. in literis. de reſtit. ſpol Iaſ. in
l. 3. in prin. ff. de acquir poſſeſ. & ibi Alex. dicto loco, nu. 23. ad
Bar. quoque per l. quoties. ff. de ſeruitut.

Accedat huc, quod vbi præſcribitur, vel acquirit pars, quæ
14 ab ipſo toto diuelli nequit, tunc præſcriptio † vel acquiſitio
partis extẽditur ad totum ratione indiuiduæ rei, per id, quod
notat Inn. in c. cum in tua. de decim. & per eundem in c. dile-
ctus. de capell monacho ita notat Corſet. in c. bonæ. 2. in apo-
ſtil. ad Abb. ſuper tertio notab. de poſtul. præl. arg l. ſi ſtillici-
dij § fi. cum l. ſeq. ff. quemadmod. ſeruit. amitta. Fel. in c. audi-
tis. col. 2. in 4. declaratione, de præſcr. Mil. in repert. in ver. poſ
ſeſsio rei corporalis, quę allegat c. fi. col. 48. verſ. reſtat vltimo
videre extr. de cauſa poſſeſs. & propriet.

Verum ſuſius de hac re dicetur in concluſione præbenda,
& in concluſione, poſſeſsio, infra, quæ tibi lector, ſi opus erit
videnda erunt.

CONCLVSIO CCLXXI.

ARGVMENTVM.

Caſum fortuitum quis probare cogatur.

SVMMARIA.

1. *Caſum fortuitum allegans, illum probare debet.*
2. *Caſum fortuitum tam actor agens, quam reus excipiens probare debet.*
3. *Caſus plerunque contingere ſolet, culpa eius, qui ad cuſtodiam tenetur.*
4. *Caſus eſt quid facti.*
5. *Caſum fortuitum probare debet, vbicunque quis tenetur ad cuſtodiam ratione officij ſiue publici, ſiue priuati.*
6. *Caſum fortuitũ allegans, non ſolum illum probare debet, ſed ſe omni culpa caruiſſe.*
7. *Caſum allegans, de culpa tenetur, non probato, quod culpa caruerit.*
8. *Caſus qui ſine culpa præcedente euenire non conſueuerunt.*
9. *In caſibus, qui regulariter ſine culpa euenire ſolent, probata amiſſione, caſus præſumitur, niſi culpa probetur.*
10. *Caſus fortuiti quandoq; facto naturæ, quandoq. facto hominis dicuntur contingere.*
11. *Conductori pecudum aſſerenti eas ſibi fuiſſe abactas, credendum non eſt, niſi probauerit caſum furti.*
12. *Aſſerenti amiſiſſe pecuniam, & ex hoc non potuiſſe impertire ſocijs, credendum non eſt, niſi probet caſum fortuitum.*
13. *Caſus fortuitus per iuramentum probatur, concurrente qualitate perſonæ arbitrio iudicis.*
14. *Caſus ſuperueniens, vt quis citatus comparere intra terminum ſibi affixum non poſſit, probatur per iuramentum.*
15. *Caſus ſuperuenientis, vt citatus comparere non potuerit, relinquitur arbitrio iudicis.*
16. *Caſus fortuitus non poteſt ſolo iuramento probari, quando quis vult ſe excuſare propter ipſum, cui ratione contractus tenebatur.*
17. *Caſus per iuramentum probare poteſt, qui non tenetur ex contractu.*
18. *Actor allegans caſum pro fundamento ſuæ intentionis, aliter, quam per iuramentum illum probare debet.*

1 CAſum fortuitũ allegãtẽ † debere illum probare, teſtis eſt
Pariſ. in conſ. 156. nu. 2. & 3. vol. 4. Bar. Alex. Bal. & alij in
l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero ff. de edẽdo. vbi dixit Bar. tã
2 in actore agente, q̃ in reo excipiẽte id procedere, † cũ vtriuſ-
que intentionis fundamentum ſit, cui accedit Franc. Aret. in
conſ. 83. poſt nu. 11. verſ. preterea dato, quod in principio lo-
cationis. & idem reſpondit Alex. in conſ. 58. circa primũ quæ-
ſitũ, nu. 6. vol. 1. Alber. in l. ſi credito. n. 2 C. de pact. & habetur
§. ſi. Inſt. quib. mod. re contrah. obli. reſpondit Bal. cõſ. 476. fa-
ctũ tale eſt. col. 2. nu. 2. li. 1. & ſentit Ang. in l. eum qui. § ſi rem.
ff. commod. Bar. & alij in l. ſi creditor. C. de pign. act. Cor. cõſ.
108. nu. 1. li. 1. & conſ. 318. eo. vol. Rom. cõſ. 395. vt res clarior
per totũ. Dec in cõſ. 552. nu. 7. Goz. in conſ. 63. n. 2. Soc. in cõſ.
24. nu. 4. li 1. Anch. conſ. 316. nu. 4. Bar. conſ. 38. nu. 4. volum. 3.
3 Nec id ratione caret † nã plerunque caſus eius culpa con-
tingere ſolet, qui ad cuſtodiam, tenetur, ſic Vlp. in l. cum duo-
bus. §. damna quæ. ff. pro ſoc. §. præterea. Inſti. quibus mod. re
contrah. oblig. Bar. Cæpol. conſ. 18 ſtatutum Vincentiæ, col. 1.
latiſſime Corn. conſ. 28. nu. 4. incip. in hac conſultatione, l. 3. §.
4 effracturæ. ff. de off. præfec. vig. Itẽ quia caſus † eſt quid facti, &
facta non præſumuntur, niſi probentur vulgata. l. in bello. § fa
ctæ. ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſ.

Primo amplia concluſionem procedere, vbicũque quis te-
5 netur ad cuſtodiam ratione officij ſiue publici, † ſiue priuati,
vt reſpondit Natta conſ. 79 nu. 2. vol. 1.

Secũdo amplia, vt non ſolum debeat probare caſum fortui
6 tũ, qui illũ allegat, ſed amplius et probare cogatur † omni cul
pa caruiſſe, ita me docuere Bar. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis ex argẽ
tarijs. § an vero. ff. de edend. Pariſ. d. conſ. 156. nu. 5. vol. 4. quo
non probato præſumptio eſt culpã pręceſsiſſe talẽ caſum, quo
7 caſu tenetur caſum allegãs † de culpa l. ſi creditor. l. creditor.
l. ſi nulla C. de pig. act. l. cum duob. §. de damna. ff. pro ſocio. l.
ſi vendita. l. lectos. ff. de peric. & comm. rei vend. canoniſtæ in
c. extr. de commod. & habetur in §. quod ſi fuerit, Inſti. de em-
ptio. & venditio. Bar. in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. comm.
Corn. conſ. 108. in prin. vol. 1.

8 Limita, vt procedant præſata in his caſibus † qui ſine culpa
præcedente facile euenire non conſueuerũt, vt in furto, incen
dio, fuga ſeruorum, vel aliorum, qui debuerũt cuſtodiri, ſecus
in ijs, qui ſine culpa regulariter euenire ſolẽt, vt vis hoſtium,
impetus aquarũ, & ſimilia, in quibus probata amiſsione, præ-
9 ſumitur caſus † niſi culpa probetur. Bar d. l. ſi quis ex argenta
rijs. §. an vero hæredi. num 4. cum quo Angelum, Fulg. Abb &
alios ſimpliciter tranſite fidẽ facit ibi Iaſ. col. fi. & inter com-
munes opiniones refert Franc. Turza. concl. 185. nu. 23. in fin.
cum ſeq. Vnde poſſe in materia colligi aliquorum iurium de-
clarationẽ dicebat Bello §. item is cui. nu. 11. Inſti. quib. mod.
re con. ob. Salic. in l. ſi creditor. nu. 2. C. de pig. act & in l. quæ
10 fortuitis. C. eo. tit. vbi, nu. 6. ait † quod iſti caſus fortuiti dupli
citer dicuntur contingere, quandoque facto naturæ, quando-
que facto hominis, vt per eum.

Ex hac concluſione inferas, quod ſi cõductor pecudum aſ-
11 ſeruerit, eas ſibi fuiſſe ab actas, ei credẽdum nõ ſit † niſi pro-
bauerit caſum furti, ita rñdit Alex conſ. 118. vol. 1. & conſultus
eſt Bertr. cõſ. 98. n. 4. vol. 3. Quod intelligere debes, ſi deponat
de identitate pecudũ, vt tradit Bar. in l. ſanatus. ff. de accuſat.

Secundo infertur, vt aſſerenti amiſiſſe pecuniam, & ex hoc
12 non potuiſſe impertire ſocijs, nõ ſit credendum † niſi probet
caſum fortuitũ, vt docuit Soci. conſ. 24. nu. 40. vol. 1. & ſcripſit
Bald. in l. ſi creditor. C. de pign. action.

Ille igitur, qui caſum fortuitũ allegauerit, illud probare de-
bebit, ſed inueniendę ſunt rõnes, quibus id poſsit probari. ca-
13 ſum ideo fortuitum probari per iuramentum † concurrente
qualitate perſonæ arbitrio iudicis voluere Bar. Alex. & Iaſ. &
* ſimul omnes * ſcribentes in l. non exigimus. §. quod diximus.
ff. ſi quis cautio. vbi dicitur de caſu ſuperueniente, vt quis ci-
tatus comparere intra terminum ſibi affixum non poſsit, talis
14 enim caſus † probatur, per iuramentum. idem Bar. ſcripſit in
l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. tradit Alẽx. in l. 2. §. quod dixi-
mus. ff. ſi quis caut. & eſt conſultus conſ. 55. vol. 2. ſcripſere Dd.
in l. ſi quis fundũ. §. Imper. ff. locati, voluit Bal. in l. teſtẽ. C. de
teſtib. & in l. ſicut. C. de fid. inſtr. ꝓdidit Abb. in c. 2. de depoſ.
& conſuluit Alex. in cõſ. 58. circa primum quæſitum, nu. 6. vol.
1. idem Bart. in d. §. quod diximus. ff ſi quis cautio. late Corn.
conſ. 318. nu. 3. & 4. lib. 4. qui plurimos ibi cumulat Rom. conſ.
295. incip. vt res clarior. Archid. c. 1. poſt nu. 1. de dolo, & cõtu.
15 in 6. vbi dicit † id arbitrio iudicis relinquendum, conſidera-
ta qualitate perſonæ, & honeſtate, & modo impedimenti, fa-
ma, & alijs addminiculis, & inſpecta difficultate probationũ.
Marſi. l. de minore. §. plurimum quoque, nu. 67. ff. de qõ. Alex.
* vbi teſtatur de * communi, d. §. quod diximus, num. 1. & 2.

Lim-

Digitized by Google

16 Limitabis iſtud poſtremũ noo procedere † qñ quis vult ſe
rxcuſare propter caſum fortuitum, cui rõnẽ contractus inniti
tenebatur, nam tunc non poteſt hoc ſolo iuro probari, ſed tã-
tum prædicta concluſio habet locum, quando quis nõ teneba
17 tur ex contractu, nam † tunc ſufficit iuramentum, vt auctor eſt
Bart. in l ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. qui allegat gl.
in l. fi. C. de fid. inſtrum. Specu. ponit iſtam quæſtionem tit. de
appel § nunc breuiter. ver. quod ergo. vbi in hanc deſcendit
ſententiã inſpecta qualitate perſonę procedere concluſionẽ,
cui adhæſit Cuman. in l. a §. quod diximus. ff. ſi quis cau. quod
Bart. d. loco ſupracitato dicit menti eſſe tenendum.

Id vero, quod diximus, eum qui non tenetur ex cõtractu,
poſſe caſum per iuramentũ probare, intelligẽdũ eſt procede-
re in reo, qui ſolum iudicis officio tenebatur, ſecus in actore,
18 qui allegans caſum pro fundamento ſuæ intentionis † aliter
quam per iuramentum illam probare debet, ſic ſcripſit Sali.
l. fi. nu. 6. C. de fi. inſtru. & ante eum docuit Bart. in d. l. ſi quis
ex argentarijs. §. an vero hæredi, nu. 1. & ſeq. vbi manifeſtiſ-
ſimis probationibus cogi probare rem amiſiſſe, ait per tex. io
l. ſi creditor. C. de pign. act.

CONCLVSIO CCLXXII.

ARGVMENTVM.

Caſus naufragij, furti, & ſimilium debent probari, & quo pacto.

SVMMARIA.

1 *Caſus fortuiti, naufragij, rapinæ, & ſimiles non præſumuntur, niſi probentur.*
2 *Caſus naufragij probandus eſt ab eo, qui illud propoſuit, & per teſtes commode probari poteſt.*
3 *Caſus manifeſti perfectam requirunt probationem.*
4 *Teſtes de caſu in loco, vbi incidit, examinari debent, & eorum depoſitiones faciunt poſtea fidem coram iudice legitimo.*
5 *Examinatio teſtium contra rapientem ex naufragio fieri poteſt in loco naufragij, & probat.*
6 *Caſum, vbi quis patitur, ibidem curare debet examinandos teſtes, qui poſtea fidem faciunt coram iudice ſuo.*
7 *Teſtes in loco non apto examinari poſſunt, vbicunque neceſſitas imminet propter periculum mortis, vel abſentia in loco longinquo.*
8 *Teſtes de caſu poſſunt etiã examinari ſup. articulis à iudice repulſis, & reprobatis.*
9 *In examinatione teſtium ſuper caſu non eſt neceſſe citare partem, quæ forte loci longinquitate diſiuncta eſt.*
10 *Caſum probare ſatis eſt ex naturali iuſtitia non attenta ſolemnitate ciuili.*
11 *Caſum naufragij probare intẽdẽs, probare dẽt intra annũ, quia poſt nõ eſt audiẽdus. Mercator rationem reddere debet omni anno, ibi.*
12 *Mercatores ſi aſſerant ſe damnum ſuſtinuiſſe furti, vel naufragij, aut ſimilium debent facere de hoc fidem intra annum.*
13 *Omnes exceptiones ſunt perpetuæ, etiam ſi actio ſit annalis.*
14 *Susceptor ſpecierum publicarum tenetur de earum amiſſione, niſi intra annum caſum probauerit.*
15 *Familiares, & domeſtici in ſubſidium admittuntur probatione caſus fortuiti per teſtes facienda.*
16 *Domeſtici teſtes recipiuntur, vbicunque veritas aliter haberi non poteſt.*
17 *Caſus furti probari poteſt per coniecturas, præſumptiones, & veriſimilitudines, quæ alias non eſſent valida ad plenam probationem.*
18 *Caſus clandeſtini, & occulti per coniecturas probantur.*
19 *Caſus furti, vel pignoris ſubrepti quomodo probetur.*
20 *Clamor, ſeu vociferatio nocturna contra latrones, vbi aliud veſtigium nõ apparet, non probat furtum.*
21 *Caſus furti ſi probandus eſt, hoc permitti debet iudicis arbitrio.*
22 *Furtum qua ratione probetur, vide remiſſiue.*

CAſum fortuitum, naufragij, rapinæ, & ſimilia non præſu-
1 mi † niſi probentur, docuit Abb. in c. ſi vero, t. num. 8. de
ſent. excom. Dec. conſ. 552. nu. 7. per text. in l. ſi creditor. C. de
pig. actio. Bal. conſ. 476. nu. 6. vol. 1. & duo debet probare, ſci-
licet caſum emergentem, & ſine ſua culpa illum accidiſſe, vt
monuit Bal. in d. l. ſi creditor. C. de pign. act. & vide quæ in ſu
periori concluſione ſunt adducta.

Cum igitur non præſumatur naufragiũ, ab eo erit proban-
2 dũ, qui illud propoſuerit † quod per teſtes commode poterit
probari, vt tradidit Bar. in l. a. C. de naufr. li. 11. nu. 7. vbi teſta
tur. Cy. ĩ l. ſi creditor. C. de pig. act. ſic ſẽſit Capel. Tolo. q. 448.
n. 2. ita docẽdo voluit Alex. de Imol. in l. a. §. qđ diximus. ff. ſi
qs caut. & cõſulẽdo ſequutus eſt Alex. cõſ. 54. li. 2. in eandem
deſcẽdit ſniam Spec. tit. de pign. io prin. verſ. ſed qualiter. Cũ
3 enim iſte ſit de caſib. manifeſtis † nimirum ſi perfectam requi
rit probationem, Bar. l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero hære-
di. nu. 3. ff. de edendo, & non ſufficit perfunctoria, & imperfe-
cta probatio Natt. conſ 79. poſt nu. 2. lib 1.

Amplia cõcluſionẽ, vt in probatione huiuſmodi caſus, vel
cuiuſcunque vt incendij, furti, rapinæ, & ſimilium, vbi caſum
quis patitur, ibi debent examinari teſtes de caſu in loco, vbi
4 † incidit quæ teſtium depoſitiones poſtea faciunt fidem corã
iudice legitimo, ita Bar. in d. l. a. C. de naufr. li. 11. Cap. Tol. d.
q. 448. nu. 2. ſequitur Ant. Corſet. ſing 48 incip. in loco vbi ali-
quis in verb. teſtis. nu. 1. vbi dicit hanc eſſe practicam, quam
* ẽt * mirabilem nuncupauit Bar. d. l. a. nu. 2. & ad hoc erunt te-
ſtes idonei nautæ & miniſtri nauis, vt reſpondit Socin. ſen. in
conſ, 17. oipotens Deus ſupradictæ cauſæ. nu. 5. in prin. vol. 1.

5 Secũdo amplia idẽ procedere, ſi quis vellet probare † con-
tra rapientem ex naufragio, quia huiuſmodi examinatio fieri
poteſt in loco naufragij, & probat. ſic dixit Angel in l. 2. C. de
naufr. li. 11. in addit. ad Bar. ibidem, nu. 6. cuius ſententiæ ac-
ceſſit Paul. de Caſtr. in l. ſi creditor. C. de pignor. actio.

Tertio amplia, vt in loco, vbi patitur quis aliquem caſum,
6 curet ibidem examinandos † teſtes, qui poſtea fidem facient
coram iudice ſuo, ita conſuluit Crauet. conſ. 2. nu. 7. vol. 1. hoc
idem Alex. ad addit. Bar. ad d. l. 2. C. de tit. qund inſigne, & ſin
gulare arbitratus eſt Ant. Corſet. in ſuo ſing. 371. in verb. teſtis.
18. incip. in loco vbi quis patitur.

Sed obſeruandũ eſt, hanc ampliationem ſemper eſſe veram
vbicunque neceſsitas imminet, vt teſtes examinentur à parte
propter periculũ mortis, vel abſentię in loco longinquo, quo-
7 niam etiam eo caſu † poterunt teſtes in loco non apto exa-
minari, ſecundum Dominos de Rota concluſ. 120. in antiquis.
& hoc ſequitur Lud. in l. ſi vero. § de viro. ff. ſolut. matr. in fal-
leu. 54. additio. ad Lanſr. de Oria. in c. quoniam contra, §. con-
feſsiones, nu. 2. verſ. quia forenſes, extra de probatio.

Quarto amplia, vt nõ ſolũ teſtes poſsint examinari, ſi peri-
culum, vel mortis, vel abſẽtiæ, vt dictũ eſt, immineat, ſed etiã
8 poterunt teſtes examinari, † ſuper articulis à iudice repulſis,
& reprobatis, ſic diremere Dñi Rot. deciſ. 90. iudex appella-
tionis. in nou. Lud. Rom. in d. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr.
quod pronuntiatum maxima obſeruatione dignũ cenſet, qui-
nimo aſſerit, ſe ita conſuluiſſe apud Vincentiam, cui aſſeuritur
Alex. in addit. ad Bar. in d. l. a. C. de naufrag. lib. 10. nu. 3. & 4.

9 Quinto amplia cõcluſionẽ vſque eo procedere, vt in † exa-
minatione teſtiũ non ſit neceſſe citare partem, quæ forte loci
longinquitate diſiũcta eſt, vt aſſeuerauit Bar. in l. a. & ibi Alex.
tit. de naufr. C. li. 10. in annotatis ad Bar. q dicunt hoc eſſe mi-
rabile dictũ, & ſic intelligenda eſſet. l. ſcire oportet. § ſufficit,
vbi dicit ſatis eſſe probare caſum ex naturali iuſtitia, hoc eſt,
ſecundum ius gentium, in quo in ore duorum, vel trium ſtat
10 omne verbũ nõ attenta ſolennitate ciuili obſeruauit Hipp. de
Marſ. in ſing. 24. & fuit deciſum in Capel. Tol. vt ex eius deciſ.
447. item fuit quæſitum, quidam Sempronius. vbi etiam apo-
ſtilla late, ſic ẽt tradit ante Gul. in l. a. §. quod dicimus. ff. ſi qs
cautio. ita quoque cauit Bar. in l. contumacia. ff. de re iudic. &
idem Bar. & Imol. ſcripſere in l. quæſitum. ff. eod. Ant. de Butr.
ẽt docuit io c. quærelã. de procurat. per glo. in c. quenquam, 4.
q. 3. & Azo. in ſumm. de dilatio. Bald. in l. 1. ff. eod. tit. de prob.
Archid. & Io. Andr. in c. 1. de dol. & cõtum. in 6. Bal. & Cyo. in
l. ſi cum gl. in verb. ſanctũ. C. de fid. inſtr. per Io. And. in addit.
ad Specul. in tit. de appel. §. nunc breuiter. verſ. quid ergo An-
to. de Butr. in c. ex rõne. de appell. per Ang. in l. fi. ff. de ferijs.
Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de edend. Bart. in l. qui
accuſare. C. eod. tit. Ant. Corſet. ſing. 18 in verb. teſtis, late vi-
deas Alex. hæc proſequentem in l. ait Prætor. §. ſi debitorem:
in fi. ff. de his, quæ in fraud. creditor. Feli. c. a. nu. 10. verſ. quar-
to fallit. extra de teſtibus. Gabriel. poſt citatos titul. de cita-
tionibus, concluſio. 1. num. 352. verſ. 18. limita. vbi etiam am-
pliat hæc procedere in quolibet alio caſu occurrenti in re-
motis partibus.

11 Limita concluſionẽ non procedere † niſi intra annum pro-
bauerit de cauſa naufragij, vt ſupra, ſecus ſi poſt annum, nam
tũ non erit audiendus, & hoc illud confirmat, quod mercator
debet reddere rõnem omni anno. l. neminem. C. de ſuſcept. &
archa. li. 10. & ibi Bar. nu. 1. Vnde intra annũ debet facere fidẽ
& hæc reſtrictio eſt mirabilis, vt atteſtatur idẽ Bar. in d. l 2. C.
de naufr. nu. 5. pro his, q ſuas pecunias mercatoribus erogant,
vt inter ſe cõmunicent lucrũ, & damnum. Nam hi mercatores
ſi aſ-

Digitized by Google

ſi aſſeruerint ſe damnum ſuſtinuiſſe furti,vel naufragij,aut ſi-
12 milium † debent facere de hoc fidem intra annũ,alioqui non
audientur,ſed licet hoc videatur innuere text. in d.l. 2. C. de
naufrag.& ſequatur idem Capel.Toloſ.q.447.item fuit quęſi-
tum,quidam Sempronius,vbi cum apoſtilla ibi late traditum
eſt.tamen Angel.in eadem l.2.non probat hoc Barto.axioma,
reddens rationes, quia ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod
actio de naufragio eſſet perpetua, & exceptio eſſet tempora-
13 lis,quod eſt falſum contra omnes iuris regulas † nam omnes
exceptiones ſunt perpetuæ,etiam ſi actio ſit annalis. l. pen.ff.
de do.excep.& idem ſequitur Steph.Aufrer. in addit. ad Ca-
pel.Toloſ.d.q.448.& Ioan.de Plat.& Iacob.Rebuff.dicunt il-
lam l.procedere in caſu præcipuo, & ſingulari, fauore fiſci in
14 ſuſceptore ſpecierum publicarum,vt videlicet † teneatur de
earum amiſſione,niſi intra annum caſum probauerit,ſecus au-
tem eſſe in priuato,quia defenſiones(vt dictum eſt)ſunt per-
petuæ.

Illud vero animaduertas in probatione caſus fortuiti per
teſtes facienda in caſu,quo dictum eſt ſupra, admitti familia-
15 res & domeſticos † in ſubſidiũ,ita voluit Io. de Plat. in præ-
allegata l.2.C.de naufrag.& in l.3.C.d.tit.li.10.late Aufrer.in
additio.ad quęſtio.Capel.Toloſ.q.448.nu.2.ſub fi.Gabriel.ti.
de teſtib.concluſ.9.nu.87.verſ. primo infertur. vbi poſt cita-
16 tos tradit, vt vbicunque veritas aliter haberi non poſſit † te-
ſtes domeſtici recipiantur, & iſtud pro regula habetur in c.
veniens.el 2.in fi.& ibi gl.extr.de teſtib. & alibi ſæpe, vt per
eundem Gabr.eo.tit.de teſtib.concl.7.

Caſus etiam furti, cum inter caſus fortuitos connumeretur
probatione indiget, qui quidẽ poterit probari per coniectu-
17 ras,ſeu prӕſumptiones,† & per veriſimilitudines etiam tales,
quæ alias non eſſent validæ ad plenam probationem, conſul-
tus reſpõdit Alex. conſ.53.li.2. per totum,ita notat Bar.quem
alij ſequuntur in l.ſi quis ex argentarijs.§.an vero hæredi. ff.
de edendo,vbi inquit ſufficere probare per coniecturas caſus
18 clandeſtinos † & occultos,puta furtum, vt probando fractas
fuiſſe fores,famulum fugam arripuiſſe, & id genus alia, arg l.
l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mil. & obſeruat Cyn. in l. ſi
creditor.in fi. ff.de pignor.actio.Feder.de Sen.conſ.119.nulli
dubium eſt,allegar c. Michael. de filijs presbyt. & in c. tertio
loco.de probat.l.ſi vicinis. C.de nupr.c.veniens.2. de teſtib.

Attendẽdum tamen eſt illud, quod dicit Bart.ſufficere fugã
famuli,qui caſus videtur,vt notat Bar.in d.l.ſi quis ex argen-
tarijs.§.antepen.& idem Bar.in l.ſi quando.ad fi.C. vnde vi.
& Specul.in tit.de furt.verſic.pen. vbi quærit Speculator, de
eo,cui res aliqua pro pignore ſit tradita,& illa fuerit ſibi ſub-
repta. Reſpondit ibi,quod . . . probando,tali nocte irrupiſſe
19 latrones in oſtium ſuum † & illud fregiſſe, ſic Io.Andr.tit.de
loca.vel probabit ſe vociferatum fuiſſe, vel ingentem clamo-
rem edidiſſe noctu, & quando latrones irruerunt in domum,
ſeque ſurrexiſſe, & dixiſſe tale pignus ſibi fuiſſe ſurreptum.
clamor tamẽ, ſeu vociferatio nocturna,dà alli ladri,vbi aliud
20 veſtigium non appareret † non probaret furtum, alias enim
multæ fraudes poſſent fingi.Speculat.titul.de pigno.in prin-
cip.quod vti ſingulare dictum refert Iaſon. d. l. ſi quis ex ar-
gentarijs.§.prætor ait.col.pen.ff.de edendo.Boſſ. tit. de furt.
in princip.poſt nu.2.

* Veruntamen * communis Dd. fuit traditio, vt ſi proban-
dus ſit caſus, vel ablatio, hoc debere permitti iudicis arbitrio
21 † qui inſpecta facilitate probationis,vel difficultate, & con-
ſiderata perſonæ qualitate, interdum exiget plenam proba-
tionem,aliquando non,vt traditũ fuit ab Ang.in l.ſi.ff.de fur.
Bal.& Salic.in l.1. C.de dilatio.in l.quæſitũ.ff.de re iudi.Alex.
conſi.53. num.3.lib.2.

Aduertendum tamen eſt,Bart.& Dd.præcitatos non loqui
de indicijs contra furem, ſed de probando ipſo furto, veluti
quia vult quis ſe tueri per amiſſionem rei,vt per Boſſ. titul.de
furt.in prin.n.2. vbi ſubdit cõſtare debere de rebus,licet non
requiratur probatio quantitatis explicitæ, quæ per iuramen-
tum probari poterit, vt per eum.

22 Verum † qua ratione probetur furtum conſulas Speculat.
tit.de pignor.in princ.verſ.ſed qualiter. Pariſ. conſ.156.nu.2.
& 3.vol.4.Bal.conſ.476.factum tale,num.5.lib.1. Corn. conſ.
318.nu.4. lib. 4. & fuſius à nobis explicabitur in concluſione
Furtum,infra.

CONCLVSIO CCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Cataſtrum licet regulariter non probet, bona tamen in illo deſcripta illius dicuntur,cuius eſt cataſtrum.

SVMMARIA.

1 *Cataſtrum, ſiue liber æſtimi regulariter non probat.*
2 *Aeſtimum non probat nec dominium,nec poſſeſſionem.*
3 *Aeſtimum probat,quando agitur inter perſonas in illo comprehenſas.*
4 *Cataſtrum quando producitur vna cum ſolutione cenſus & collectarum quid probet.*
5 *Cenſus,& collecta deſignant ſubiectionem,& probant caſtrum, vel villam eſſe territorij illius,cui ſoluuntur.*
6 *Cataſtrum vbi per ſe ſine ſolutione producitur, non probat.*
7 *Cataſtro ſi res deſcripta reperiatur tanquam alicuius, non per hoc tendit in illius præiudicium,qui non conſentit.*
8 *Cataſtrum in argumento eſt, vt bona in illo deſcripta illius ſint, cuius cataſtrum eſt.*
9 *Cataſtrum hominis priuati non plene probat.*
10 *Cataſtrum plene probat contra eum,qui eſt dominus rerum in ipſo deſcriptarum.*
11 *Cataſtrum inuentum penes illuſtres perſonas plene probat.*
12 *Cataſtrum plene probat,ſi inter ſcripturas publicas collocatum ſit, & ei præſit publicus magiſtratus.*
13 *Cataſtri, ſiue libri æſtimi cum aſſeruentur in archiuio publico, dicuntur ſcriptura publica.*
14 *Cataſtri,ſiue æſtimi libri dicuntur authentici.*
15 *Cataſtrum,quando habitum eſt pro publico,vel authentico probat.*
Authoritas antiquitatis magna eſt, & vim legis obtinet.ibi.
16 *Vetuſtas ſemper pro lege habetur.*
17 *Cataſtrum probat, quando agitur inter perſonas eiuſdem territorij, ſecus ſi contra alios.*
18 *Cataſtrum probat contra tertium,dummodo adfuerit ſcriptura cataſtri.*
19 *Cataſtrum inducit præſumptionem in gratiam eius, cui ſunt bona deſcripta.*

1 CAtaſtrum, † ſiue librum æſtimi regulariter non probare
optimi fere quique ſcribentes docuere, vt Fel.in ca.cum
cauſam.nu.2.de probat.Aymo Craue.tract.de antiq.temp.§.
quarto limitatur,nu.71.par.1.ſol.mihi 96.Hiero.de Monte in
* tra.de finib.reg.c.64.per totũ.Pariſ.cõſ.104. n.169.qui dicit*
cõi prudentum ſententia fuiſſe receptum,vt æſtimum nõ pro
2 bet nec dominium † nec poſſeſſionem,vt l.ſi pater.vbi plene
ſcribentes.C.de rei vend.& per Bald.in l.quidam in ſuo.ff.de
condi.inſtit Alex.conſ.10.col.2.verſ.non probantur. in 4.lib.
& per Bal.in l.ſolemnibus.C.de rei vendic.Soci.conſ.6. licet.
col.3.num.81.lib.4.Dec.conſ.150.perfecto, plene per Corn.
conſil.304.per totum,lib.1.

Sic vero eſt accipienda cõcluſio,vt procedat qñ agitur cõ-
3 tra tertium,nam eo caſu nihil probat æſtimũ † ſecus vero quã-
do agitur inter perſonas in illo æſtimo comprehenſas, vt re-
ſpondere Pariſ.conſ.104.nu.fin. & Alex.d.conſ.10. nu.6.li.4.
& tradidit Hieron.de Monte,d.c.64.nu.6.& 7.

Limita concluſionẽ non procedere, quando cataſtrũ pro-
ducitur vna cũ ſolutione cenſus, & collectarum, tunc etenim
4 probat locum,vel illã ſoluentẽ cenſum,vel collectas eſſe † de
dominatu loci illius,cui ſoluũtur,quod placuit Hiero.d.c.64.
nu.4.ſecundum Alex.in conſ.35.viſo proceſſu,nu.4.vol.4.per
§.ſi quis igitur ex qualibet,in auth.quib.mo.nat.effic.legit.&
ibi per gl.in verſ.perſoluatur.& per Bal.in l.3.C.de nat.liber.
vbi illius contex.auctoritate motus obſeruat, per cenſus, &
5 collectas deſignari ſubiectionẽ † & per eam probari Caſtrũ,
vel villam eſſe territorij illius,cui ſoluuntur & per l 3.verſic.
ſub quo vicus,vel poſſeſſio cenſeatur.C.de iure emphyt.

Secus vero eſſet,vbi cataſtrũ per ſe ſine ſolutione produce
6 retur † non enim probaret,ſecundum Fel. in ca.cum cauſam.
num.2.& paſſim per totum.de probat. vbi dicit, ſi res deſcri-
pta reperiatur in cataſtro tanquam alicuius, per hoc non ten
7 dere in illius præiudicium † qui non conſentit,quod idem vo
luit Aymo Crauet.de antiq.temp.§.quarto limita. nume.71.
Alex.conſ.62.in cauſa,& lite.num.16.vol.7. & conſil.77.viſo
proceſſu.nu.21.vol.6.Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra
falſam.verſ.teſtium.nu.165.de probat.

Quod quidem Cataſtrũ,licet(vt diximus)regulariter non
probet,attamẽ non leue, nec mediocre probationis ſignũ,&
8 argumentũ eſt,bona in illo deſcripta † illius eſſe cuius eſt ca-
taſtrũ,licet non plene probet,vt late proſequitur Mandel.Al-
bens.

Digitized by Google

benſ.conſ.34.nũ.11,& 12.Hieron. de Mõte d.tract. de fin.regun.c.64.nu.8.Alex.conſ.92.viſo proceſſu. nu.5.vol.2.Socin. conſil.89.num.11.vol.1.Pariſ.conſ.53. primo dicendum. nu. 21. vol.1.

Sed velim animaduertas, iſtud verum eſſe, quando agitur
9 de æſtimo † vel cataſtro hominis priuati, quia eo caſu nõ plene probat, ſic conſulit Barbat.conſ.6.num.10.lib 2. huc adhibeas ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

In primis iſtud nuper à nobis dictum limitabis, vt plene
10 probet cataſtrum contra eum, qui eſt † dominus rerũ in cataſtro deſcriptarum, ita Barbat.in d.cõſ.6.nu.10.Bart.in l.rura.C.de omni agro deſer.lib.11. cenſualibus. C.de donat.& Cyn.in l.ſolemnibus.C.de rei vendi.gl.in cap.ſi Papa.de priuileg.in 6.

Secundo loco limitabis iſtud poſtremum, etenim cataſtrũ,
11 vel librum æſtimi inuentum penes egregias † & illuſtres perſonas, quales ſunt Marchiones, plene ꝓbare, auctor fuit Barbat.conſ.6.nu.9.li.2.Hieron. de Monte d.trac. de fin.ca.64.in fi.Bar.in l.rura.C.de omni agro deſer.li.11.vbi dicit, quoſdã ex fratribus inſcribenda curaſſe nomina aliorum fratrũ in cataſtro, per huiuſmodi cataſtrum ipſis fratribus ſcriptis acquiſitum fuiſſe dominium, ſicut illis, quos tenor inſtrumẽti deſignat, comprobat id per l.cenſualis.C.de donat.

12 Tertiæ limitationi dabitur locus, illũ plene probare † ſi inter ſcripturas publicas collocatus ſit, & ei præſit Magiſtratus publicus, & conſueuerit ei fides haberi, vt reſpondit Barbat. conſ.6.nu.10.11.Alex conſ.92.nu.6.lib.2.

13 Huius ratio eſt, quia † cum aſſeruẽtur in archiuio publico, habentur, & dicuntur ſcripturæ publicæ, auth.ad hæc C.de fi.inſtr.& ibi Bar.glo.& Dd.in ca.cum.cauſam.de probat.quod
14 vero iſtiuſmodi libri æſtimi, ſiue cataſtr † dicantur authentici, dicit Ioan.Andr. in addit.mag. verſ.quantum ſupplementum.& Bal.in rubr.de fi.inſtr.in penul col.& l.exemplo.C.de probat.& idem Alex.conſ.12.nu.1.vol.4.l.in fraudem.§.quotiens.ff.de iur.fiſc.

Quarto præterea loco limitare poteris, quando tale cata-
15 ſtrum diu habitum ſit pro publico, † vel authentico, ſic Barbat.d.conſ.7 nume.13. cum allegatis ibi per eum. Ratio eſt, quia auctoritas eſt magna antiquitatis, cum vim legis obtineat.l.2.ff.de aq plu arcen.

In ſumma inquit Paul.I.C.tria ſunt, per quæ inferior locus
16 ſuperiori ſeruit.lex, natura loci, vetuſtas † quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum ſcilicet litium cauſa, idem conſtituit Imper.in l.teſtamenta.C.de teſtam.l.ſancimus.eo.tit.ca.cum dilectus.de fi.inſtrum.

Illud vero obſeruatione dignum nõ prætеribo, omnes has limitationes locum habere, & procedere, quando agitur in-
17 ter perſonas eiuſdẽ territorij, vt ait Barba.conſ.6.nu.10. † ſecus vero ſi agatur contra illos, qui non ſunt in illius dominatu, arg l.regula.§ pen ff.de iur.& fac.ignor.

Poſtremo limitabis, vt etiam probet contra tertium, dũmo
18 do adfuerit † ſcripturę cataſtri.l.ſolemnibus.& ibi Dd.Alex. in l pretia rerum.col.3.ff.ad l.Falc. quem refert Marian.Soci. conſ.61.nu.2.vol.3.Dec.in c.cum cauſam.col.2.in prin.ſuper glo.1.de probat.late Dd.in l.decem.ff.de verb.oblig.

Nec illud tibi è memoria elabatur, etenim licet cataſtrum non probet ordinarie, tamen inducit prȩſumptionem in gra-
19 tiam eius † cui ſunt bona deſcripta.Marian.Socin.conſil.61. num.3.vbi teſtem laudat Bart.in d.l.decem. Paul.de Caſtro, in d.l.ſolȩmnibus. & Bart.in l.rura. C. de omni agr.deſer.lib. 11.Corne.in conſil.333.num.3.& conſ.172.videtur.volu.1.& fuſius hæc agentur infra in concluſione, Confines per æſtimum, & in concluſione, Liber.

CONCLVSIO CCLXXIV.

ARGVMENTVM.

Cauſam iniquam quomodo quis fouere dicatur.

SVMMARIA.

1 *Cauſam iniquam fouere præſumitur, qui omnes aduocatos pro ſe conduxit, & nullum pro aduerſa parte reliquit.*
2 *Cauſam iniquam fouere is dicitur, qui à lite ceſſat.*
3 *Qui iudicem refugit, apparet de iuſtitia diffidere, & impenſarum mulcta ipſi irroganda eſt.*

CAuſam iniquam fouere, qui omnes Aduocatos pro ſe con
1 duxit † & nullum pro aduerſa parte reliquerit, ſanxit Imperator Gratianus in l.prouidendum.C.de poſtulã.ſi quis autem ex litigatoribus, inquit Imperator, detectus fuerit, ſeparatim tractaſſe cum plurimis, & aduerſario ſuo tali fraude ſubtraxiſſe defenſionis copiam, oſtẽdet proculdubio iniquã à ſe litem foueri, & auctoritatem iudiciariam à ſe deluſam experietur cui ſententiæ accedit Lucas de Penna in l.quemadmodum.C.de agr.& cenſ.lib.11.verſ.114.

2 Amplia, vt & is dicatur iniquam cauſam fouere † qui à lite ceſſat, argum.cap.per tuas.in fin.de ſimon.& ibi gl.ſuper ver. ceſſit.& cap.bonæ il 2 § quid ſi cõtradicentibus, ibi, vos contingeret, &c.iuncta ibi gloſ.ſuper verb.diffidere.de poſtulat. prȩlat.c.nullus.in prin.ibi, qui ita iudicium, &c.& ibi, confitetur enim, & ibi gl.1.ibi, qui enim iudicium refugit. de præſumpt.quod etiam decidit Afflict.deciſ.13.vertitur dubium. num.22.verſ.præſumitur enim.

3 Vnde, qui iudicem refugit, apparet † de iuſtitia diffidere, vt tradidit Ioan.de Deo, tit.de aduocat.ca.9.num.4.verſ.qui iudicem, lib.1.cauil.per cap.Chriſtianis. 11.quæſt.1. & ſuſpicio contra eum in cauſa eſt, vt ipſi impenſarum mulcta irrogetur, vt inquit Bald.in authen.generaliter.poſt num.8.,verſ. quandoque ſententia. & poſt nu.9. verſ. ex præiudictis autem. C.de epiſc.& cler.

CONCLVSIO CCLXXV.

ARGVMENTVM.

Cauſa in reſcripto Principis an præſumatur, & quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Cauſa præſumitur in reſcripto Principis, licet non exprimatur.*
2 *Cauſa præſumitur quando Princeps diſpenſat circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui.*
3 *Cauſa non præſumitur, quando Princeps quidpiam diſponit contra ius gentium.*
4 *Cauſa in principe non præſumitur in his, ſuper quibus libere diſponere non poteſt, niſi illa exprimatur.*
5 *Cauſa in principe præſumitur etiam cum actum facere non potuit.*
6 *Ad cauſam ſtatam placitam principi ſufficit quæcunque occaſio.*
7 *Cauſa præſumitur in principe reſcribente etiam dum aufert alicui dominium ſuum.*
8 *Cauſa in principe reſcribente, & auferente dominium quæſitum priuato de iure gentium non præſumitur.*
9 *Aſſertioni principis de cauſa, qua aufert alicui dominium non ſtatur.*
10 *Præſumptio, quod cauſa præſumatur in principe, talis eſt, vt nihil contra illam poſſit obijci.*
11 *Cauſa in diſpenſatione non præſumitur iuſta quando reſcriptum, & diſpenſatio tributa non extitit motu proprio.*
12 *Præſumptione certa & de iure contrarium probari non poteſt.*
13 *Cauſa tantum præſumitur in principe ratione ſubiectorum.*
14 *Cauſa præſumitur iuſta, licet perſona non ſit ſubiecta principi, ſi res, cuius dominium aufertur, eſt in territorio, & iuriſdictione principis auferentis.*
15 *Iuriſdictionem non poteſt quis exercere in non ſubditos.*
16 *Cauſa in principe præſumitur, quando ex conceſſione principis facta poſſit aliqua cauſa iuſta conijci.*
17 *Præſumendum non eſt aliquid placere principi, quod videatur à iuſto, & à vero abhorrere.*
18 *Cauſam præſumitur, quando princeps per ſuum reſcriptum diſponit, & derogat iuri gentium.*
19 *Princeps dicitur animal rationale, & ligatus dictamine rationis naturalis.*
20 *Cauſa non præſumitur, quando princeps ſine partis citatione procedit ad gratiam, quæ alteri præiudicium creare poteſt.*
21 *Cauſa non præſumitur quando princeps ſine cauſæ cognitione reſcribit.*
22 *Cauſa legitima non præſumitur in principe, quando ex eius reſcripto immineret aliquod ſcandalum, ſ a pideto Chriſtianorum, vel graue peccatum.*
23 *Cauſa non præſumitur, ſed apertiſſima requiritur in diſpoſitione ſummi Pontificis, propter quam vniuerſus eccleſiæ ſtatus turbatur.*
24 *Cauſa, ob quam alicui licitum eſt à regula iuris recedere, debet ab illo allegari, & exprimi.*
25 *Cauſa non præſumitur in principe, quando reſcriptum diſpoſitum fuerit, efflagitante parte.*
26 *Cauſa non præſumitur, quando princeps diſponeret contra ius quæſitũ ex contractu.*
27 *Princeps non poteſt ſuo vaſallo tollere feudum ſine cauſæ cognitione.*
28 *Feudi natura eſt, vt non auferatur, niſi cum cauſæ cognitione.*
29 *Princeps careret omni commercio, ſi ei pluries contractum non eſſet in manu eius.*
30 *Pontificis ſola voluntas, vt plurimum habetur pro cauſa.*
31 *Cauſa non præſumitur in inferiore à principe ſupremo in diſpenſatione alteri præiudiciali.*
32 *Cauſa non præſumitur, quando princeps vtitur clauſula de plenitudine poteſtatis.*

33 Cauſa non præſumitur in principe reſcribente contra diſpoſitionem teſtatoris.
34 Cauſa non præſumitur, quando à principe declarata erróea eſt.
35 Cauſa non præſumitur, quando epiſcopus diſponeret contra id, quod ſit iuris diuini, vel naturalis.

CAuſam præſumi in reſcripto Principis cõceſſo motu pro-
1 prio † licet ipſa non exprimatur, cauit Rom.cõſ.436. in-
cipiẽ.quod indultum.colu.pen.nu.19.verſ.& ſi dicatur, quod
in principe, cuius ſniam cęteri probauere. Soc.in cõſ.273.col,
pen.nu.11.verſ.& ſi dicatur.lib.2.Iaſ.in l.ſi teſtamentum, poſt
nu.5.verſ.vlt.limita dummodo. C.de teſtam.Crau.in tract.de
antiquit.temp.in 1.parte, verſ.ſeu.§.non omitto circa pręmiſ
ſa.nu.23.verſ.limitatur tunc præmiſſa concluſio, tranſit Soci.
* ſen.in conſ.266.poſt nu.55.vbi * cõem dicit.vol.2.à verſ.2.in
princ.& conſ.6.nu.34.& nu.57.verſ.non obſtant allegata.Go-
zad.conſ.5.poſt nu.19.col.pen.verſ.quod Papa, & nu.24.poſt
med.col.Rebuff.ſuper concord.in tit.de for. maud.apoſt.pag.
186.verſ.vltimus effectus eſt.quod ẽt late proſequitur Marſil,
in l.de vnoquoque, num.14.ff.de re iud.& in ſing.ſuo incip.in
Principe.& idem tradidit Thom. Gramm.conſ.ciuili 100.nu.
17.& Capicius dixit in deciſ.51.in fin.Soci.in conſ.10.nu.13.
vol.4.Abb.in c.olim.num.17.de ſent.& de re iud.& in c.cum
veniſſent.nu.8.de iud.
2 Intellige concluſionem, vt procedat † quando Princeps di-
ſpenſat circa ea, quæ ſunt iuris diſpoſitiui, ita obſeruauit Dec.
in c.quæ in eccleſiarũ, col.13.nu.132.verſ.ſupereſt tertiũ mem
brum, de conſtit.Iaſ.in d.l.ſi teſtamentũ.in fi.1.notab.C.de re
ſta.conſiderando in præcedentibus dixiſſe non præſumi iuſtá
cauſam in principe, niſi de his, quæ ſunt iuris poſitiui. Craue.
de antiqui.ſupra allegato.§.non omitto.nu.24.
3 Secus vero † quando princeps quidpiam diſponeret cõtra
ius gentium, vt monuit Iaſ.in l.quo minus.in 3.notabili.ff. de
flumin.& in l.ſi teſtamẽtum.in 3.notabili. C.de teſtam.vbi in
his, quæ ſunt de iure gentium, & ſuper quibus. Princeps libere
4 diſponere non poteſt, non præſumi cauſam in Principe † niſi
illa exprimatur, inquit Crau.d.tract.de antiq.temp §.circa 1.
partem.1.partis.nu.24.& 25.late Decius in d.c. quæ in eccle-
ſiarum.nu 132.& ſeq.de conſtit.
Primo amplia prædictam concluſionem ex aliquorum ſen-
5 tentia procedere, vt præſumatur cauſa in principe † etiá cum
actũ facere non potuit, vt cautum reliquit Iaſ.in conſ.227.col.
11.circa med.verſ.in tali autem principe.li.2.quod idẽ tenet
Iaſ.in cõſ.236.col.2.verſ.cõfirmantur pręſata, li.2.quo in loco
inter alia admonet, quod vani capitis eſſet exiſtimare, prin-
cipẽ nõ poſſe præcipere ſine cognitione, vel expreſsione cau-
6 ſæ, iuxta ſententiá Inno.in c.ad aures, de tẽp.ordin.& † quod
ad iuſtificandum placitum principis ſufficit quæcũque occa-
ſio, ex traditis per Bal.in c.eccleſia S.Mariæ.col.pen.vt lit.non
conteſt.Rom.in conſ.369.in 5.dubio, num.27.Alex.conſ.103.
col.3.verſ.ſexto quia.lib.6.nu.11.vbi tamen Alex.hoc dictum
reſtringit in principe nõ recognoſcente ſuperiorem, & cauit
Abb.in conſ.84.col.fi.nu.7.li.1.ſequendo Cyn.in l.fi.C.ſi con-
tra ius, vel vtil.publ.Idem voluit Soc.in conſ.266.col.19.poſt
nu.55.verſ.aliquando & ſecundo lib.2.in cõſ.4.col.4.in princ.
nu.13.verſ.vnde ex quo.& conſ.120.col.7.nu.9.verſ.nam ad-
uertendum eſt.li.3. Verum contra hanc doctrinam multa op-
ponit Crauet.dicto loco ſupra proxime citatu.quem vide.
Secundo amplia concluſionem, vt cauſa etiam præſumatur
7 in principe reſcribente, † dum aufert alicui dominium ſuũ, ſic
docẽdo ſenſit Cyn.in l.reſcripta.poſt nu.8. circa fi.C.de prę-
cib.Imper.offe.quod cæteri poſtea confirmauere.Ant.de But.
in c.quæ in eccleſiarũ.col pen.in verſ.aut eſt dubium, & in c.
quia plerique.de immun.eccl.Imo.in d.c.quę in eccleſiarum.
col.4.in fi.verſ.ſi aũt eſt dubiũ.Bal.in l.reſcripta.col.fin. verſ.
tertio q̃rũt Dd.poſt nu.10.C.de precib.Imp.offe.in c.cũ olim.
nu.17.de ſent.& re iud.idem Abb.in c.cũ veniſſent.poſt nu.8.
verſ.ex hoc infero.de iudi.Alex.in cõſ.136.col.2.in prin. poſt
nu.1.vol.1.& in cõſ.94.col.4.nu.8.vol.1.Curt.ſen. in conſ.72.
col.9.in fi.Fulg.in conſ.143.col.2.in fi.verſ.ſed hic iuſta.Guid.
Pap.cõſ.31.incip.viſo ad plenũ proceſſu.in fi.verſ.& in dubio
in principe iuſta cauſa p̃ſumit.Capic.dec.51.in fi.nu.13.Fel.in
c.qualiter, & q̃ñ.1.col.23.nu 36.verſ.7.fallit, de accuſ. Luc.de
Pen.in l.fi.nu.93.C.de loc.pręd.ciuil.vel fiſc.li.11. Bertr.in cõ
ſi.140.nu.5.verſ.p̃terea eſt aliud.vol.3.Soc.iun.in cõſ.56.n.15.
verſ.& licet alias rem alterius.vol.1.Iaſ.in conſ.236. col. 2.in
princ.verſ.confirmantur prædicta.vol.2.& in conſ.38.colum.
fin poſt nu.4.verſ.fortius ergo in caſu pręſenti, vol.3.Nicel.in
cõcord.gl.ſub nu.474.verſ.moderatur tñ. Ruin.conſ.91.col.1.
vol 1.nu.4.5.& conſ.95.poſt nu.4.verſ.& ſic.prędicti præſup-
ponunt.col.3.& in cõſ.153.nu.13.verſ.nam iuſta cauſa.vol.1.
& in conſ.79.col.3.num.9. verſ. & licet in principe. vol. 3. &
* * communiter Dd.Canoniſtæ in c.quæ in eccleſiarum.de con-
* ſtit.& hæc eſt * communiter opinio.
Contrariam huic ſentẽtiam, imo cauſam in principe reſcri-
8 bente † & auſerente dominiũ quæſitum priuato de iure gen-
tium nõ præſumi, quã plurimi ex noſtris ſequuti ſunt.vt Abb.
in c.quæ in eccleſiarum.verſ.hoc dictum videtur ſatis durum.
de conſtit.& ibidem Dec.nu.17.idem Dec.in c. cum inter.nu.
13.de exceptio.ſcripſit etiam Iaſ.In l.ſi teſtamentum.C.de te-
ſta.traditque Fel.in d.c.quę in eccleſiarũ.verſ.ex quibus red-
ditur dubia.nu.7.decidit Affl.deciſ.166.nu.8.conſuluit Dec.
in conſ.600.nu.15.cum pluribus ſeq.& idem reſpondit Pariſ.
in conſ.2.nu.48 & in conſ.101.nu.72.vol.1.Crau.in conſ.135.
nu.41.& ante eum cauit Bal.in conſ.426.in fi.vol.1.
9 Quod quidem locum ſibi vendicat † etiam ſi princeps aſ-
ſereret de cauſa, nam tunc non ſtaretur illi aſſertioni, ita deci-
dit Capic.in deciſ.166.nu.7.
Tertio amplia, vt ſit talis hæc præſumptio, vt nihil cõtra il-
10 lam † poſſit obijci, vt cenſuit Abb.in d.c. quæ in eccleſiarum.
poſt nu.14.verſ.quando dubitatur.de conſtitu.quod etiam in
eodem loco Felin.placuit, nu.60.verſ.& adeo procedit, vbi in
eandem ſententiam deſcendentes adducit, quod idem etiam
ſcripſit & idem cauit Gozad.in cõſ.5.nu.27.verſ.& tertio di-
co, quod & tradidit Socin.ſen.in conſ.4.ſuper quæſtio.nu.13.
verſ.vnde ex quo.vol.3.ſic etiam Alex.in conſ.2.nu. 20. verſ.
eſt modo videndum.vol.1. vbi profitentium hac in re ſenſum
* * omnium congruere reſpondit.& Abb.in cõſ.3.col.pen.poſt
nu.12.verſ.condeſcendo igitur.Ant.de Butr.in d.c.quæ in ec-
cleſiarum.col.pen.verſ.aut eſt dubium.& ibi Imol.col.4. in fi.
verſ.ſi autem eſſet dubium.Gram.dec.65.nu.30.motus aucto-
ritate Cyn.in l.reſcripta.C.de precib.Impe.offer.& in l.fi.C.ſi
contra ius, vel vtilit.publi.
In contrariam deſcendit ſententiam Crau.in conſ. 135.nu.
42.vbi aduerſam huic partem tuetur, cui contrariæ opinioni
adhæret Dec.in d.c.quæ in eccleſiarum. poſt nu.129.verſ. ſed
conſiderandum eſt, de conſtit.
11 Primo limita concluſionẽ non procedere, † quando reſcri-
ptum, & diſpenſatio tributa non exiuit motu proprio, ſed ab
inuerecunda petentium inhiatione, quia tunc cauſa iuſta non
præſumitur in diſpẽſatione, ſic colligere eſt ex l.1. vbi Bar.C.
de peti.bono.ſubla.li.10.reſpondit Dec.in conſ.576. circa fi.
nu.12.Curt.iun.in conſ.170.col.6.circa medium.nu.25.& 40.
12 vbi etiam addit, quod † hæc præſumptio eſt iuris, & de iure,
ita quod contrarium probari non poſſit.meminit etiam Crau.
conſ.135.nu.44.& ſeq.late tradit idem Dec.in d. c. quæ in ec-
cleſiarum.nu.135.ver.& hoc intelligitur, vbi declarat, quan-
do hoc locum habeat, hoc idem tuetur Feli.in d.c. quæ in ec-
cleſiarum.nu.65.verſ.limita quinto.
13 Secũdo limita, vt cauſa tantũ præſumatur in principe † ra-
tione ſubiectorum, nõ autem aliorum gratia, qui in illius non
ſunt dominatu, vt auctor eſt Fel.in c.quæ in eccleſiarũ.nu. 60.
61.62.& 63.verſ.limita tertio.vbi plures adducit Dd.auctori-
tates, & ibi Abb.num.15.verſ. item limito. vt præſumatur pro
principe reſpectu ſubditorum tantum, non autem reſpectu
aliorum, & ibi in apoſtil.ad commentaria.Abb.in verb.reſpe-
* ctu ſubditorum allegãtur, ext.de conſti.* communem opinio-
nem eſſe hanc dicit Vaſquius Menchacenſis in li.1.controuer-
ſiar.illuſtr.c.2. num. 2. vt refert Laurentius Kirchouius in ſuis
communibus opin.conclu.28.in verb.cauſa iuſta.nu.2. Dec.in
d.c.quæ in eccleſiarum, nu.95.ver.tertia concluſio, vbi tamen
14 iſtud reſtringit non habere locum † ſi res, cuius dñium aufer-
tur, eſſet in territorio, & iuriſdictione principis auferẽtis, quia
tunc præſumeretur cauſa iuſta, licet perſona non eſſet ſubdita
ipſi principi, vt ex allatis ibi per ipſum.Inn.in c. inquiſitioni.
de ſent.excom.clem.paſtoralis.de re iud.Ruin.conſ.91. nu.5.
vol.1.Pau.de Caſtr.in conſ.317.incip. viſo, & examinato pun
cto.ſub nu.14.verſ.ſed princeps.in antiq.Aret.c p venerabilẽ.
ext.q fil.ſint legit.quia cũ hoc ſit ſpecies quædá iuriſdictionis
15 † non põt quis eam exercere in nõ ſubdito, vt dixit Aret. di-
cto loco ſupra citato, & huc pertinet, quod vult Imol.in clem.
1.vt lite pend.& idẽ cõſulẽdo ſenſit Rui.d.cõſ.91.nu.5.vol.1.

Tertio

Tertio limita, qñ ex conceſſione principis facta poſſit ali-
16 qua cã iuſta † conijci, alias ſecus eſt. Id voluit Imol. in c.uam
coocupiſcentiam.dc conſtitut.col.2. verſ. extra gloſ. tangit, &
ibi ẽt Anton.de Butr.col.2.verſ.examinemus hæc tria. Socin.
Sen.io conſ.273.n.11.verſ. & ſi dicatur.vol.2.cõſ.120.n.9.vol.
3.Curt.Sen.conſi.120.col.4.& conſi.50.col.72.verſi. ſecunda
concl.Curt.Iun.conſi.170.nu.52.& 23.Iaſ.cõſ.233.col.fi.vol.
2.Ripa in 19.reſponſ.col.6.vol.2.Gozad.conſ.5.col.5.nu. 19.
Pariſ.conſi.82.nu.54.vol.1.Felin.in c.quæ in eccleſiatum. nu.
61.verſic.tecipit tamen iſta concluſio. Ruin.conſi.21.col.3.
vol.5.

17 Tamen non eſt præſumendum † aliquid placere principi,
quod videatur à inſto, & à vero abhorrere, hinc eſt, vt clauſu
la de veritate ſemper ſuæ reſponſioni inſita ſit, vt Marc. Mãt.
ſingu.21.princeps ſolutus.nu.6.

Quarto limita, quando ipſe princeps per ſuum reſcriptum
18 diſpooit, & derogat iuri gentiom, † quia tuoc cauſa non præ-
ſumitur. Alciat.tract.de præſump.reg.3.præſumpt.8.nu.3. di-
cens hanc cõem * eſſe opinionẽ, ſecus vero, qõ alteri concedit
facnltatem, vt ſupra in intelligentia conclusionis dictum eſt,
& probat Marian.Iun.conſ.65.nu.4.vol.2.& Iaſ.in d.l.ſi teſta
19 mentum.C.de reſtsment.cui ſententiæ † proculdubio conue-
nit, quod princeps dicitur animal rationale, & prõptetea dĩ
citur ligatus dictamine rationis naturalis, vt inquit Bal.in l.2.
col.6.C.de ſetu.& aq.dicens, quod à tali ligamine nullus po-
teſt eum abſoluere.

Quinto limita, quando princeps procedit ad gratiam, quæ
20 alteri præiudicium creare poſſet † ſine partis citatione, ſicca
uit Soc.conſ.566.col.pen.poſt nu.55.verſ.amplius, & etiã di-
co.vol.2.& in cooſi.164.col.6.num.17.eod.vol.2.& conſi.62.
col.fiu.poſt nu.25.vol.4.cuius ſententiæ permulti ſubſcripſe-
re, vt Iaſ.conſi.233.col.fin.ſub num.3.verſi. Præterea quando,
vol.2.Cran.conſi.50.ou.5.Curt.Iun.conſi.170.nume.25.ver-
ſicul.cum igitur.& Curt.Sen.cooſi.20.col.4.verſic.tertio po-
teſt reſponderi. Abba.in capit.1.col.5.de cauſ. poſſeſſionis &
propriet.

Sexto limita idem eſſe, quando princeps ſine cauſæ cogni-
21 tione reſcribit † quæ fuit ſententia Ruin.conſ.80.num.22.vo-
lum.3.

Sed huic limitationi aduerſatur Abb.in c.olim.col.7.n.23.
ver.fateor tamen.de re ludi.& idem ſenſit Abb.in c.in cauſis.
in 2.notab.eod.tit.cui accedit Fel.in d c.quæ in eccleſiarum.
ou.6.verſ.6.limita.de conſtit.

Septimo limita, qñ ex reſcripto principis ſcandalum immi-
neret aliquod (vt Græco verbo vtar) ſeu ſeditio Chriſtiano-
22 rum † vel graue peccatum, quia tũc non præſumitur cauſa le-
gitima in priocipe, vt memioit Felin.in d.c.quæ in eccleſiatũ.
nu.64.verſ.4.limita, de cõſtitut.& Abb.ibidẽ, qui allegat In-
noc.io d.c.inquiſitioni.idem Abb.in c.ſi quando.extra de re-
ſctipt.& plene videas Dominum Abb.pro hac limitatione in
ſua diſputatione incipien.Eps, & quidam Rector.verſi.venio
23 ad tertiũ membrũ.vbi dicit † in diſpoſitione ſummi põtificis,
propter quam vniuerſus eccleſiæ ſtatus turbatur, requiri aper
tiſſimam cauſam, quæ tali iu caſu non præſumitur, ſic docuit
Innoc.in c.3.extra de conſuetud.& ibidẽ Abb.& cõprobatur
ex inſigni axiomate Innoc.in cap.pen.de dilatio. cum dixit,
24 † vbi alicui ex aliqua cauſa licitum eſſet à regula iuris rece-
dere, nõ ſufficere cauſam ſubeſſe, niſi illa per illum, cui hoc de
iure competit, allegetur & exprimatur, ſic etiam reſpõdit Ol-
dra.conſ 62.incip.circa hoc veniunt tria.& conſ.287.

Octauo limita, vt concluſio locum habeat, quando reſcri-
25 ptũ motu proprio diſpoſitũ † fuerit, ſecus ſi efflagitãte parte,
vt voluit Felin.d.c.quæ in eccleſiarũ.n.65.in cuius deſcẽdere
ſententiã permulti cũ cõſulentes, tũ profitẽtes.Soc.in cõſ.273.
col.pen.nu.11.verſ.nõ omitto.& in cõſ.164.col.4.nu.11.verſ.
amplius, & ſecũdo dico.vol.1.& in cõſ 62.col.fin.n.25.verſi.
& licet i principe.vol.4. Curt.Iun.cõſ.170.n.25.col.5.& Cur.
ſen.cõſ.20. col.4.verſ.tertio reſpõdeo. Deci.cõſ.576.ou.12.
Rom.cõſ.436.col.6.n.19.Iaſ.cõſ.105.col.pen.vol.1.Hippoly.
ſing.6.incip.in principe. Gozad.cõſ.41.nu.12.& in conſ.51.
ou.41.Rom.in l.ſi vero.§ de viro.in 24.fall.ff.ſolu.matr. Dec.
in l.3.in 1.col.in fi.ff.quod quiſque iur.Barba.conſi.13.col.6.
verſi.& ſi dicatur.vol.3.Ioan.Mooac.in c.ſi motu proprio.n.
10.& num.13.de præben.in 6.Rebuff.in concordan.in tit. de
form.man.Apoſtol.fol.186.verſic.vltimus effectus.Grammat.
deciſ.65.numero 30.& ſequenti.

Quorum omnium conſenſus Alex non deterruit, quin id-
ipſum iotrepide teprobarit in conſ.2.col.ſin. verſ. eſt mõ vi-
dendum.vol.1.qui vt ſuam corroborent ſentẽtiam, plurimas
adducit authoritates, ſd quas me reijcio, qoo in loco * cõmu-
nem teſtatur, & in conſi 87.colum.12.vol.2.vbi idem tenet, &
repetit eaſdem authoritates, Crau.in trac.dc antiq.temp.nu.
32.parte 1.

Nono limita, qõ princeps diſponẽs cõtra ius quæſitũ ex cõ
26 tractu, † quia tuoc cã nou præſumitur, ſic ſenſit Felin.in d.c.
quæ in eccleſiatũ nu 62.verſi.limita ſecũdo Abb.in conſil.3.
poſt nu.12.in pen.col.in 27.quæſt.ver.cõdeſcẽdo igitur. vol.
2.Bertrand.in conſ.15.nu.4.vol.1.verſ 2.reſpõdetur & in cõſ.
233.nu.3.vol.3 alioqui ſequeretur, vt poſſet facile irritũ face
re omnẽ contractũ cũ eo initum, quod eſt cõtra l.Cæſar.ff.de
publi & c.1 de probat.ſecũdũ Abb.dicẽtẽ in d. c.quæ in ec-
27 cleſiarũ.principẽ † nõ poſſe ſuo vaſallo ſine cauſę cognitione
tollere feudũ, quia in feudo eſt quidã contractus, ex quo vl-
tro, citroque naſcitur obligatio.c de forma.22.q.5. & in l.li-
ber homo.ff.de verb.obligat.& hæc inſita natura feudi eſt, vt
28 non auferatur † niſi cũ cauſæ cognitione.vt voluere Bal.in l.
qui ſe patris.C.vnde lib.gloſ.& Bald.in c.i.§ notandum. qui
feud.dar.poſſ.ca.vnico.de feud.ſine culpa oõ amit.& hinc di
cit Bal.in c.1.de natur.feud. Federicũ Primũ, qui Cõitatẽ Pa-
piæ curauit cõpromittere in certis caſtris, non poſſe reuocare
ſine culpa cõis Ludou.Rom.io conſ.353.quod iocipit, quęrit
29 primo, nu.24.verſ.& huius eſt rõ, dicens † ſi reſolutio contra-
ctus initi eſſet in manu principis, nullus inueniretur, qui cum
principe cõtraheret, & ſic careret oĩ cõmercio, qđ eſſet valde
graue.l.hi qui.C.de apoſtat.& ſic ſentir, ſolam voluntarẽ iſto
30 caſu non haberi pro cauſa in principe, quãuis vt plorimũ † ſo
la velutas principis habeatur pro cauſa, vt reſpõdit Gramm.
deciſ.65.ou.30.& cauit Bertrand in cõſ.15. incipien.ex the-
mate.nu.5.vol.1.in nou.& in conſ.360.incipien.beoemerite.
nu.6.vol.3.in aotiq ſcripſit etiã Alciat.in tract.præſump.reg.
3.præſump.8.nu.7.& bane eſſe * omuiũ conſenſo opinionẽ re
ceptam, teſtatur Aymo Crauet.in tract.de antiq.temp.part.1.
poſt ou.5.& ootat gl.io l.relegati.ff.de pęn.Rebuff.in ſua pra
xi beneficiorum, tit.de diſpenſat.ad plura beneficia. nu.54.

Decimo limita in inferiore à principe ſopremo, iu cuius di
31 ſpenſatione alteri pręiudiciali † cauſa non præſumitur, vt ca-
uit cõſulẽdo Gozad.cõſ.29 col.2.nu.2.quo in loco citat Cur.
in conſ.17.col.fin.& in cõſ.35.io fi.& alios in quã pluribus lo
cis, idẽ monuit Crau.de antiquita.tẽp.verſ.nõ omitto, nu.35.
Alex.conſ.203.col.2.poſt no.11.verſ. & inferior à Principe.
vol.6.& idem tradidit Alex.in conſ.44.in fin.nu.6. verſi.ſucc
obſtat.vol.1.Curt.ſeo.conſ.17. col.fin.& cõſi.65.col.7. Ruin.
conſ.79.col.3.ſub n.9.verſ.& licet in principe, vol.3.& cooſi.
96.col.peu.nu.11.d.lib.5.& cõſ.98.col.15.vol.4.Alciat.dc præ
ſump.præſumptio.8.nu.5.reg.3.

32 Vndecimo limita † quando princeps vtitur clauſulis dero-
gatorijs, & non alijs, vt dicit Nicell.in concord.gl.474.

Duodecimo limita, qoia non præſumitur cauſa in principe
33 reſcribente † contra diſpoſitionem teſtatoris: ſic Ruin. conſi.
80.nu.14.verſi.vnde veriſimile nõ eſt.vol.3.ita docuit Iaſ.in
l.ſi teſtament.in 1.notab.C de teſtam.

Decimotertio limita, quando cauſa à principe declarata
34 irrita † eſt, idem Rui.conſ.123.nu.23.& ſeq.lib.3.

Decimoquatto limita, quando epus diſponeret contra id,
35 quod ſit iuris diuioi † vel oaturalis, ſic docuit Rebuff.io prac.
beuefic.tit.de diſpeoſat.ad plura beneficia.num.53.& ſeq.&
* commuoiter Dd.in d.c.quæ in eccleſiarum de conſtit.

Sed hæc latius differentẽ adeas Cardinalẽ Alex.in c.per ve
oerabilẽ.§.quod autem.col.1.in 3.notab.& ſeq.extra, qui fil.
ſint legi.vbi ponit, quando cauſa præſumatur in principe, &
quando oon, & Alciat.relatiuè in tract.de præſump. præſum.
8.nu.9.ver.& propterea dicunt Dd.& addit.regul 3.

CONCLVSIO CCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Cauſa cognitio quomodo probetur, & in decreto iudicis præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Cauſa cognitio ex quo non probatur.*
2 *Cauſa, & ſolemnitas requiſita quando fuit ſpeciatim enunciata in decretis, probat cauſæ cognitionem.*
3 *Cauſæ cognitio præſumitur in decreto iudicis, & transfert onus probandi in aduerſarium.*
4 *Cauſæ cognitio eo magis præſumitur, quando in inſtrumento dictum eſt, prædicta facta eſſe à iudice cum cauſæ cognitione.*
5 *Cauſæ cognitio præſumitur, ſi apponatur clauſula prædicta æquipollens, veluti omni meliori modo.*

1 CAuſæ cognitio non probatur ex eo, quod Notarios † in inſtrumento dixit, Decretum fuiſſe interpoſitum cum cauſæ cognitione, nam in hoc non eſt fides habenda aſſertioni Notarij, quod pluribus confirmat Petr. Beniuten. in deciſ. Bononienſi 2. nu. 4. cum ſeq.

Intelligendũ eſt illud ſecus eſſe, qñ cauſa, & ſolẽnitas reqſi
2 ta † fuerit ſpeciatim enunciata in decretis, ſic tradidit Accur, in l. 1. ſuper verb. oĩ ordine. circa fi. C. de fi. inſtr. li. 4. Bal. in l. ex his verbis. poſt nu. 3. verſ. idẽ oppo. qđ verbis enũciatiuis. C. de teſta. mili. & in l. 1. in fin. C. de reb. credi. Ioã. Faber. in §. fin. poſt n. 4. verſ. ſed vř, quod extrinſeca, Inſt. de fideiuſſor.

Verumtamen ad iſtiuſmodi conſulas concluſionem, Decretum, & concluſionem, Verba enunciatiua, & infra, Cauſæ cognitio præſumitur. vbi hæc latius ſumus proſequuti.

Cauſæ nãque cognitionem præſumi in decreto iudicis pro
3 quo † ſemper eſt præſumendum, multi tum conſuluere, tum ẽt profitendo ſenſere, è quorum numero eſt Iacob. Mandel. Albenſ. conſ. 4. nu. 55. arg. l. in cauſæ. § cauſa cognita. ff. de minorib. Alex. conſ. 80. nu. 5. 6. & 8. vol. 5. adeo, vt transferat onus probandi in aduerſarium, vt inquit Spec. in tit. de emptio. & vend. §. nunc dicendum reſtat. verſi. breuiter ſcias, per id, qđ hř in cap. in præſentia, de renuntia. l. ſciẽdum. de verb. oblig. idque propter auctoritatem decreti iudicis. Bal. in l. quæcunque. §. fina. ff. de publicia. & in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & in l. non aliter. ff. de arbitr. & in l. quæcunque. C. de bon. q̃ libet. & in l. fi. C. de præd. min. c. 1. in tit. qui feud. dar. poſſ. Io. de Imol. in l. ſi quis cũ aliter. ad fin. ff. de verb. oblig. Paul. de Caſt. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqn. poſſ. bñ facit l. a. C. de offi. ciui. iud. & l. 1. C. de p̃d. curial. li. 10. & hř in c. accepimus. de æta. & quali. & Bald. dicit in d. l. fin. C. de præd. min.

Illud vero præterfluere ne ſinas, concluſionẽ procedere eo
4 magis, quando in inſtrumento diceretur, † prædicta facta eſſe à iudice cum cauſæ cognitione, licet non exponantur ſingularia, vt dicit inſigniter Paul. de Caſtr. in d. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact.

5 Amplia idem eſſe, ſi apponatur clauſola, † quæ cum prædicta idem valeat, veluti omni meliori modo, vt cõſuluit Alex. d. conſi. 80. cum nu. 6. & conſi. 125. nu. 5. lib. 1.

CONCLVSIO CCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Cauſa legitima in alienatione rei eccleſiaſticæ, an probari debeat, & quomodo.

SVMMARIA.

1 *Cauſa legitima in alienatione rei eccleſiaſticæ probari debet.*
2 *Cauſæ, propter quas fieri poſſunt alienationes rerum eccleſiaſticarum, quot ſint.*
3 *Cauſa neceſſitatis eccleſia alienare poteſt, vt pro ſolutione æris alieni.*
4 *Cauſa vtilitatis eccleſia alienare poteſt.*
5 *Cauſa pietatis pro redimendis captiuis eccleſia alienare poteſt.*
6 *Acacius Amydenus epiſcopus conuocato eccleſiaſtico collegio, vaſa & donaria eccleſiæ precioſiſſima vendere curauit, vt eo pretio miſeros captiuos redimeret.*
7 *Eccleſia alienare poteſt pro pauperum alimentis.*
8 *Gregorius Pontifex Maximus dum Abbas eſſet, omnes monaſterij res pauperibus erogauit.*
9 *Gregorij Pontificis Maximi in elargiendo eleemoſynam cuidam naufragium paſſo frequenter petenti, ſe ſigne pietatis, & benignitatis exemplum.*
10 *Baſilius Magnus epiſcopus Cæſarienſis frumentum ex facultatibus ſuis venditis in fame vehementi comparauit, vt pauperes omnes etiam Iudæorum aleret.*
11 *Paulinus Nolanæ vrbis epiſcopus pro redimendis captiuis, poſtquam cuncta cõſumpſit ſe ipſum in eleemoſynam tradidit.*
12 *Cauſa incommodationis, vel minoris vtilitatis eccleſia alienare poteſt, vt quando res alienanda ipſi eſt maiori detrimento, quam vtilitati.*

1 CAoſam legitimam in alienatione rei eccleſiaſticæ † deberi probari, reſpõdit Barth. Soci. in conſ. 29. n. 8. vol. 1. vbi ait, legitimam cauſam eſſe, videlicet neceſſitatem eccleſię, vel apertiſſimam vtilitatem, vt in c. ſi quis presbyterũ. de reb. eccleſ. nõ alienã. & per Cano. in c. 1. de reb. eccleſ. nõ alienã. 16.

2 Cauſæ vero † propter quas fieri poſſunt alienationes rerũ eccleſiaſticarũ regulariter ſunt quatuor, videlicet: Neceſſitatis, vt ſi æs alienũ aliquod eccleſiæ vrgeat, & alienare opus ſit
3 vt † æs alienũ diſſoluant, ita ſancitũ eſt ab Imperat. Iuſtinia. in auth. hoc iũs. C. de ſacroſan. eccleſ. & à ſummo Pontifice in c. ſicut. 12. q. 2. & quandoque eius appellatione venit omnis cauſa c. non habent. ibidem. & ibi Præpoſit. hac nominatione exprimit. Bella. in c. ſed notandum. 12. q. 2. vbi dicit nomine neceſſitatis intelligi omnem iuſtam cauſam alienandi.

4 Secunda cauſa eſt † vtilitatis, vt ſtatuit Pontifex Maximus in c. ſine except. 12 q. 2. c. tua. extra, de his, quæ fiũt à Prelato.

5 Tertia eſt cauſa pietatis † pro redimẽdis captiuis, ita ſciuit Imperator Iuſtinianus, l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. Qđ excẽplo ſatis memorabili confirmandũ eſt, nã Theodoſio Iuniore contra Perſas ſuſcepto bello regionẽ Azazenã vaſtãre, capti erant à Roman. circiter ſeptem Perſarum millia, quos cũ Regi Perſarum reddere nollẽt Romani, fame cęperũt peri
6 clitari ibi tũ Acacius Amydenus epiſcopus † conuocato eccleſiaſtico collegio omnes eo duxit, vt vaſa, & donaria eccleſiæ pretioſiſſima venderẽt, & eo pretio miſeros captiuos redimerẽt Eos ergo cibo refectos, & viatico inſuper donatos, ad regem remiſit. Qui tanta Acacij pietate motus à Theodoſio impetrauit, vt Acacium coram videre, eiuſque colloquio frui poſſet. Socrat. lib. 7. c. 21.

7 Aut pro † pauperũ alimentis, per tex. in c. aurũ habet. 15. q. 2. Vnde D. Gregorium Pontificẽ Maximum, dum adhuc Abba
8 tis officio fungeretur, oẽs monaſterij res † pauperibus erogaſſe legimus, vt ſibi victum ſuppeditare poſſent. Ad eundem veniſſe quendã, atque eleemoſynam popoſciſſe memorię proditum eſt, quod ſe naufragiũ feciſſe diceret, & cum ſero nummos ab eo accepiſſet, mox reuerſum, totidẽ pari facilitate (tãta erat largitoris benignitas) impetraſſe. Perẽdie rurſũ acceſſiſſe lamentantẽ, minimum quod præ ijs, quæ mari amiſerat,
9 ſibi fuiſſe emendicatũ † proinde ad opem eius implorandam iterũ, atque iterum neceſſe ſe habere confugere. Tunc murmurante multũ diſpenſatore, ac dicẽte, Iam aliud, nihil quod dari poſſit, præter argenteam laguncułam in monaſterio reſtare, continuo eam ipſam à Gregorio tradi iuſſum.

Hinc Baſilius Magnus epiſcopus Cæſarienſis in fame vehe
10 menti facultates ſuas vendidit, † frumentum comparauit ex quo pauperes omnes, etiam Iudæorum liberos aluit.

Poterũt igitur diuinæ benignitatis optimi diſpẽſatores ſacerdotes, cũ iſtiuſmodi neceſſitates vrgebũt, eccleſiaſtica bona, quæ in illos vſus illis elargita ſunt, alienare, etiam ſi oportuerit ſeipſos offerre. Quod Paulinũ Nolanæ vrbis epiſcopũ
11 feciſſe legimus, † qui depopulata Campania Vandalorũ excurſionibus, cũ in redimendis captiuis cuncta conſumpſiſſet, ſeipſum quoque in eleemoſynam tradidit.

Quarta eſt cauſa incommodationis aut minoris vtilitatis, quia res, quæ eſt alienanda, eccleſiæ maiori eſt detrimento,
12 quam vtilitati, c. non liceat Papæ. c. ſine exceptione. c. terrulas. 12. q. 2. & enumerantur per glo. in c. in ſententia. d. 12. q. 2. per Bal. in conſi. 374 factum tale eſt.

Quæ ſingula ad ſatietatẽ te docebit Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. rubr. de cauſ. propter quas fiunt alienationes, cũ ſeq. & vide late ſupra in concluſione, Alienatio rei eccleſiæ.

CONCLVSIO CCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Cæcitas quomodo poſsit probari, & an quondam cæcus, nunc cæcus præſumatur, & nunquid teſtificari poſsit.

SVMMARIA.

1 *Cæcitas probari debet per teſtes, & quomodo.*
2 *Cæcus proprie quis dicatur.*
3 *Statutum puniens eum, qui aliquem excæcauerit, non comprehendit illum, qui affectum alicuius debituerit*
4 *Cæcus olim, nunc non præſumitur cæcus.*
5 *Cæci permulti, qui Dei beneficio conſpectum receperunt, enumerantur.*
6 *Cæcum aliquem fuiſſe tali die, ſi teſtis afferat, non ex hoc efficitur, vt etiam poſtea tempore quo aliquem contractum celebrauerit, cæcum fuiſſe præſumatur.*

7 Cæ-

Digitized by Google

7 *Cæcus teſtis eſſe non poteſt.*
8 *Teſtis deponere debet per quinque ſenſus corporis.*
9 *Cæcus in his poteſt teſtificari, quæ vidit, antequam oculis caperetur.*
10 *Cæcus teſtificari poteſt ſuper verbis formalibus prolatis à contrahentibus, modo ipſorum contrahentium voces notas habeat.*
11 *Cæcus an in vocibus decipi poſſit, ſicut aliquis in viſu, & in tactu.*
12 *Cæcus an decipi poſſit circa vocem, relinquitur arbitrio iudicis.*
13 *Cæcus in confectione inuentarij teſtis eſſe non poteſt.*
14 *Cæcus teſtis eſſe non poteſt in teſtamentis.*
15 *Cæcus teſtis admittitur in his, quæ principaliter requirunt auditum, & in alijs ſenſibus, præterquam in viſu.*
16 *Cæci teſtimonium valet, quando aſſerit ſe noſſe vocem perſonæ, de qua teſtificatur.*
17 *Cæci teſtimonium in prohibendo matrimonium, & adulterio probando admittitur.*
18 *Cæcus non facit plenam, nec ſufficientem probationem.*
19 *Cæcum teſtem eſſe non prohibetur in iure.*

CAecitas probari debet per teſtes ita deponentes, videli-
1 cet † ſe vidiſſe illiuſmodi habere oculos à capite auul-
ſos, & oĩno clauſos, ſi aũt talis habebat oculos non clauſos, ſed
quædã obſtacula, vel membranulas, quæ omnino illi videndi
facultatẽ auferrent, debent teſtes dicere, ſe vidiſſe talem ſem-
per ire cum duce, ſi vero qñq; à nullo comitatus proficiſcere-
tur, illũ ſæpius muro caput illidere, & ire per loca inculta, nec
alicui peruia, per quæ, ſi vidiſſet, nunquam fuiſſet profectus,
hęc eſt doctrina Bar. in l.2.ff.de bon.poſſ.furi.infant.dclat.nu.
6.& ait Ang.in §.cæcus aũt.Inſtit.quib.non eſt permiſſ.facere
teſtam.Rolandin.Bonon.in tract.ſuo vlt.volunt.in rubr.25.3.
par.de form.teſta.à cæco,nu.5.Iaſ. in l.furioſus.C.qui teſtam.
2 fac.poſ.nu.4. Hinc ait Natta conſ.210.n.1.† illum proprie cæ
cum nõ eſſe, niſi qui careat acie vtrinſq; oculi, nã talis proprie
cæcus nũcupatur, l.1.C.qui morb.li.10.Aliud vero, ſi hẽret pu
pillam obſcuratam, quia eo caſu non diceretur cęcus.Natta d.
conſ.210.Bal.Ang.& Paul.de Caſtr.in l.binas ædes. per illum
tex.ff de ſeruit vrban.prædio.

Ex quibus infertur ad quæſtionem ſtatuti punientis eũ, qui
3 aliquem excæcauerit † vt non comprehendatur is, qui aſpe-
ctum alicui debilitauerit, per Bal.Aug.& Pau.de Caſt. loco ſu
pra citato.Natt.d.conſ.210.quem vide num.1.

Ille vero non recte cæcitatem probabit, quod quõdam cę-
4 cũ fuiſſe quempiã probauerit.Etenim cæcus alias † nunc non
præſumitur cæcus, ſic me conſulendo docuit.Natta conſ.210.
nu.2.Bar.idem dicit in terminis in l.2.ff.de bon.poſſ.infan.fu-
rio.dela. Permulti enim cęci fuerunt, qui poſtea Dei beneficio
conſpectum receperunt, vt in Cedonio Chriſti diſcipulo, qui
cæcus natus eſt, ſed poſtea ab humani generis vindice Chri-
ſto aſpectum recepit, qualis ẽt fuit Lucilla virgo, filia Nemeſij
Tribuni, quæ fuit cæca primo, demum à Stephano Põtifice vi-
5 dendi facultate donata eſt, † & Nautulphus puer natura cæ-
cus, qui de lacte Ciliniæ matris D.Remigij iã nati oculos ſuos
liniens, illuminatus eſt, & in ſexcẽtis alijs videre eſt, qui cum
prius oculis eſſent capti, diuinę Maieſtatis benignitate oculis
fuere donati.Hos igitur, ſi quõdã oculis orbatos eſſe probabi
tur, non illico conſequetur, & in præſentia cęcos eſſe, quod &
vlterius confirmandum eſt, etenim ſi teſtis depoſuerit ſuper
6 cæcitate alicuius, aſſerens illum tali die fuiſſe cæcum, † nõ ex
hoc efficietur, vt etiam poſtea tempore, quo aliquem contra-
ctum celebrauerit, præſumatur cæcũ fuiſſe, ſic obſeruauit Bar.
in l.2.in fi.C.de bon.poſſ.quem refert & ſequitur Alex.conſil.
85.vol.2.repetitum ſub nu.147.nu.8.volu.7. quod idem clare
tradidit in l.pretia rerum.nu.3.ff.ad leg.falcid.

Iſtis igitur rationibus ſi quis alicuius cæcitatẽ probauerit,
7 ex hac cęcitatis probatione efficiet † vt teſtis eſſe nequeat, vt
permulti tradidere, & præcipue glo.in §. ſi vero abſunt ſuper
ver.& vidiſſe, in auth.de hæred.& falcid.Spec.de teſt.§.1. ver
ſic.ſed numquid cæcus.nu.56.Corn.conſ.18.nu.5.volu.2.item
conſ.200.num.9.d.lib.Campeg.de teſti.reg.118 Monticel. in
ſuo reper.in ver.cæcus.Steph.Aufr.tract.de teſti.nu.16.glo.in
c.teſtes.3.q.11.Io.Crot.in ſuo tract.de teſti.in 4.par.nu.186.
8 Cuius ratio eſt, † quia teſtis debet deponere per quinque
ſenſus corporis iuxta tex.in c.teſtes.& in c.nihilominus.3.q.
9.quem refert & ſequitur Io.Crot.loco ſupra allato.

Primo limitabis, illud locum ſibi non vendicare in bis, quę
9 vidit, antequã oculis caperetur, † in his etenim poteſt teſtifi-
cari, non poſt, vt tradidit Spec.de teſt.§.1.verſ.ſed nũquid cæ
cus.nu.56.atque Iaſ.in addit.ad Port.in §.poſſunt aũt.Iuſt.de
teſta.verſ.qñ inſpiciat, cui aſſentit Bar.in l.ad teſtiũ.§.1.nu.6.
ff.de teſta.Ang.in §.in autẽ aſuerit.in auth.de hæred.& falc.
gl.in c.ad Apoſtolicæ.de re iud.li.6.& in c.1.de tenun. eod.li.
Monticel.in ſuo reper.in ver.Cæcus, Campeg.tract. de teſtib.
reg.118.Alb.Mal.in ſuo trac.de teſt.in 1.par.in 69.col.Hoſt in
c.ex litteris, de teſtib.Nell.à S. Geminiano in ſuo tract. de te-
ſtib.nu.21.& nu.29.Feli.in c.præterea. in fi. verſ. & idem puto
dicendum.ſub nu.4.d.tit.de teſtib.Steph.Auſt.in ſuo tract. de
teſtibus.nu.16.qui plurimos adducit.

10 Secundo loco limitabis † vt poſſit teſtificari, ſuper verbis
(vt appellant) formalibus prolatis à contrahẽtibus, modo ta
men voces ipſorum contrahentiũ notas habeat, & ſibi cogni-
tas. Barb.in c.ſignificaſti.nu.6.Fel.in c.cum cauſam.nu.35.de
teſtib.verſ.6.nota.Hipp.in rubr.C de prob.nu.332.Specu.tit.
de teſte §.1.col.17.nu.56.ver.ſed nunquid cęcus.Bar.& alij in
l.2.§.idem Labeo.ſub nu.4.ff.de aqu.plu.arcend. quos ad hoc
refert & ſequitur Boer.io deciſ.226.nu.4.& ita voluit gl. in c.
teſtes.3.quæſt.9.

11 Nec obſtat † qđ cæcus in vocibus decipi poſſit, vt 27.q.1.c.
nec aliqua Nam & pariter viſu quis poteſt decipi.c.quo. ſimi
liter, & in tactu quis decipi poteſt, c.in tantum.33.q.5. Et qđ
ſupradicta limitatio procedat, voluit Accurſ. in auth. de hær.
& falci.§.ſi vero abſuit.ſuper ver.& vidiſſe. col.1.& ibi Ang.
de Peruſ. ſed tũ ad id, videlicet, an cæcus decipi poſſit circa
12 vocẽ † relinquetur arbitrio iudicis, cuius munus erit diligẽter
inueſtigare, & conſiderare, an habeat adeo notas voces con
trahẽtium, vt falli non poſſit, ita tenet Alberi.de Malet. in ſuo
tract.de teſt.c.5.nu.36.vide Cy.in l.teſtium C.de teſt.

13 Sublimita primo in cõfectione inuentarij, nã in hoc † cęcus
teſtis eſſe nõ poteſt, d.§.ſi vero abſint, auth.de hæred.& falci.
cuius fallentiæ auctor fuit Saly.in l.teſtium.C.de teſtib.quem
refert & ſequitur Steph.Aufr.in ſuo tract de teſtib.no.16.

14 Secundo ſublimita † in teſtamentis, vt cauit Imp.in d.l. ſi
non ſpeciali.C.de teſtam.Bar.in l.ad teſtium.§. conditionem.
ff.de teſt.Aufrer.vbi ſupra, d.nu.16.

Tertio limita, quia in his quę principaliter requirunt audi-
15 tũ, admittitur teſtis cæcus, † & idem in alijs ſenſibus, præter-
quã in viſu, ſic ſentit Accur.in auth.de hæred.& falc.§. ſi vero
abſunt.in verb.ſe vidiſſe.& Ang.ibi Io.Crot.de teſti.reg.118.

Quarto limita, qò aſſerit ſe de voce perſonam noſſe, de qua
16 teſtificatur, † quia tũc valet eius teſtimonium, dummodo huc
aſſerat, ſic ſcripſit Salyc.in l.teſtiũ.in 6.colu.C.de teſtibus.cui
accedit Crotus dicto loco ſupra citato, atque Spec.in §.1.ver
ſic.ſed nũquid cæcus.nu.56.Alberi.in tract.de teſt. in 1. parte
principali.tit.quando repel.teſtes ratione defect. perſonæ, in
fin.nu.19.verſ.vltra prædicta videndum.Io.Oldendorpius in
tract.de teſt.in tit.de perſonis teſtium.num.39.verſ. de cæcis.
Steph.Auſt.in tract.de reprob.teſt.nu.16.verſ.cæcus teſtis eſ-
ſe poteſt.vbi alleg.concord Nell.de S.Gemin.in tract.de teſti
bus.nu 29.ver.cæcus teſtificatur.

Quinto limita, cæci enim teſtimonium in matrimonio pro-
17 hibendo † & adulterio probãdo admittitur, ita ſcripſit Igne.
in l.1.§.hoc autem.nu.40.par.1.ff.ad Syllã.Monticel.in reper.
de teſtib.in verb.cæcus.

Quorundam tamen ſententia fuit in illis caſib.ſuperioribus
18 cæcum non facere plenam probationem † nec ſufficiẽtem, vt
animaduertit Ang.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſt.quem ſequitur
Abb.Sicul.in c.cum cauſam.in 5.col.de teſti. etiam vbi habe-
ret notas voces contrahentium.

Contraria tamen huic ſententię propius ad veritatem acce
19 dere videtur, eo quod non prohibeatur in iure † cæcum eſſe
teſtem, vt traditum fuit à Spec.tit.de teſtam.§ 1.verſ.ſed nũ-
quid.cæcus.nu.56.ex context.in l.1.§.1.ff.de teſtib.quod qui-
dem, vel ea ratione pręcipue confirmatur, quia cęcus retinet
dignitatem vt colligere eſt ex Vlp.I.C.reſponſo in l.qui fure-
re.ff.de ſtat.homi.& ex eiuſdem Vlp.l.cęcus.ff. de iud.& me-
minit Spec.loco ſupra citato, & nu.37.

CONCLVSIO CCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Cenſus an per annuam ſolutionem probetur.

SVMMARIA.

1 *Cenſus probatur per annuam ſolutionem quadraginta annorum.*
2 *Cenſus in rebus priuatorum probatur per ſolutionem triginta annorum.*

3 *Cenſus in ciuilibus probatur per ſolutionem decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.*
4 *Cenſus elapſi temporis ſolutio probatur per ſolutionem trium annorum ſibi cohærentium.*
5 *Cenſus probatur per annuam ſolutionem etiam in eccleſia quoad res temporales.*
6 *Cenſus etiam in fiſco probatur per annuam ſolutionem.*
7 *Cenſus ſolutio in his, in quibus ius vetat, probari debet per tantum tempus, de quo memoria non extet in contrarium.*
8 *Cenſus ſolutio in rebus priuatorum etiam de iure Pontificio probatur per triginta annos.*
9 *Cenſum annuum fuiſſe ſolutum quadraginta annis probatur, ſi afferatur cauſa in ſpecie.*
10 *Cauſa propter quam ſoluitur cenſus, debet ſpecifice allegari.*
11 *Cenſus probari debet ſolutus ex cauſa allegata.*
12 *Cenſus ſolutio ſi tanti temporis ſit, de quo memoria non extet in contrarium per ſe ſufficit ad obtinendum, licet non allegetur cauſa idonea.*
13 *Cenſu probato formali, vt quem ſe poſſediſſe tanquam cenſuarium, & eo nomine cenſum præſtitiſſe, ſatis erit poſſeſſio quadraginta annorum ad præſcribendum contra eccleſiam.*
14 *Cenſus ſolutio vt probetur, requirit allegationem cauſæ ſpecificæ.*
15 *Cenſus probatur probata ſolutione duorum annorum, quādo agitur ad obtinendum in poſſeſſorio.*
16 *Præſtatio diuturna non obligat in futurum, quando quis ſemper ſoluit cum proteſtationibus, vel aliter, non animo ſe obligandi vere, vel præſumptiue.*
17 *Præſumptio emergens ex diuturna præſtatione facta non animo obligandi, non eſt iuris, nec de iure, & recipit probationem in contrarium.*
18 *Cauſa valida tituli, & obligationis annuæ præſtationis cenſus allegari & exprimi debet in libello.*
19 *Cenſus probatur per annuam ſolutionem quadraginta annorum, dummodo non probetur contrarium.*
20 *Præſtatio probari debet per 30. annos facta, quando agitur de mutatione ſtatus, vel ſubiectionis perſonæ.*
21 *Cenſus non probatur per vnam ſolutionem pro decem annis.*

CEnſum probari per annuam ſolutionem cenſus quadra-
1 ginta annorum factā de iure canonico, † traditum fuit à
Donin.de Sancto Gemin.in c.1.de præſcr.li.6.in quam ſeoten
* tiam * omnes iuris Pontificij profitentes vna niēre deſcende-
re, teſtis eſt idē locupletiſſimus, quem refert & ſequitur Guid.
Pap.in deciſ.407.& 408.vbi multos teſtatur idem ſentientes.
Inn.in c.de quarta.extr.de præſcr.vbi teat.& ibi gl.1.allegar.
c.quia.10.q.3.& contra morem.100.diſt.l.1.§ 1.ff. de aq.plu.
arcen.Hoſt.in c.peruenit.eatr.de cenſib.qui alleg.c.olim.ea-
tr.de cenſib.& Henric.Boich.in d.c.peruenit. d.tit. & ibi Za-
barel.Anto.de Butr.in d.c.peruenit, & idem teuuerunt Io.&
Bernar.Hiſpa.dicto loco, quos refert Henr.Boic.in d.c.perue
2 nit. Verum hæc concluſio procedit in rebus eccleſiæ, † ſed in
rebus priuatorum triginta anni ſufficiunt ad probandum ſolu
tionem cenſus, c.ſanctorum.& ibi gl. in verſ. ſincere.in fi.eat.
de præſcr.vt caurum eſt in c.poſſeſſiones.in gl.1.16.queſ.4.&
Panor.in c.de quarta, in 4.col.ſub nu.14.in verſ.ſed quantum
ad principalem articulum, eatr.de præſcr.Henr.Fetrād.in ad-
dit.ad deciſ.Gui.Pap.deciſ.407.

3 In iure vero ciuili ſufficiunt decē anni inter præſentes, † &
viginri inter abſentes, vt Hoſt.in ſua ſum.in tir. de conſuet.§.
obtentis, & idē in ſumma de præſcr.li.6.cum mulris alijs coa-
ceruatis à Guid.Pap.vbi ſupra.& Io.Fab. in inſti. §.æque.ſub
nu.16.verſ.item acquirirur ſeruitus.Inſti.de act.gl. & Dd.in l.
cum de in rem verſo.ff.de vſur.

Primo amplia, vt probetur ſolutio cenſus elapſi temporis, ſi
4 trium ſibi cohærentium annorum † cenſus ſolutos oſtenſum
fuerit, ſic ſanxit Imp.Martianus in l. quicunque, C. de apoch.
publi.li.10.Caſſan.de conſuetud.Borgun.rubr.11.des cenſes,
fol.359.col.2.in ver.& de cenſ.à luy non payer.Capel.Toloſ.
deciſ.235.Iam fuit quæſitū & ibi Aufr.quod velim intelligas,
qn̄ ſolutiones fuerunr factæ per ſe ſingulo anno, ſecus ſi ſemel
pro tribus, vt tradidit Iaſ.in l.2.poſt nu.135. verſ.limitate ta-
men.C.de iur.emphy.& obſeruauit Pet.de Rauen.in ſing.22.
incipien.qui oſtendir, & Cremē. in ſuo ſing.80.incipien.item
quæro, & idem retulit Iaſ.in l.ſi certis annis.poſt nu.4. verſic.
quatto notabiliter limita.C.de pactis.& Aufrer.in d.dec.235.
verſic.limita tamen hanc concluſionem, de qua re infra loco
oportuniori in concluſione, Solutio, dicemus.

5 Secundo amplia, vt procedar etiam in eccleſia, † quo ad res
temporales, ve loquotus eſt Salyc.in d.l.cum de in rem verſo.
ff.de vſur.& Iaſ.in d.l.ſi certis.poſt nu.14. ver.extende.C. de
pact.& refert Petr.Foller. in pract.ſua cenſuali, in verſ.huiuſ-
modi cenſualia. fol. 179. ver. & prædicta procedunt, poſt
num.91.

6 Tertio amplia, vt procedat † etiam in fiſco, vt auctor fuit
Iaſ.in d.l.ſi certis annis, poſt d.ou.14.verſ.& per hoc ego, quē
refert Petr.Foller.ibid.loco ſupra citato.

Primo limita opinionem Canoniſtarum, ſcilicet dum aſſe-
runt, quadraginta annos requiri, vt tātū procedat in his, quæ
7 ios commune nō prohiber, quia in his, † in quibus ius reſiſtit,
requiritur tantum tempus, de quo memoria non exter in con
trarium, ita docuit Hoſt.in c.peruenit, extra de cēſibus.ſequi-
tur Gui.Pap.in d.dec.407.ver.vbi dicit, quod ſeruitia, nu.2.&
Io.Fab.in d.§.æque.nu.19.verſ.canoniſtæ vero, Inſtit. de act.
c.1.de præſcr.in 6.in fin.

Secundo limita, vt tantū procedat in rebus eccleſiæ, in qui-
8 bus requiritur præſtatio quadraginta annorum, † ſed ſecus in
rebus priuatorum, quia etiam de iure Pontificio ſufficient tri-
ginta anni, c.ſanctorum, & ibi gl.in verb.ſenſere, de præſcr.16.
q.4.c.Poſſeſſiones eccleſiarum.Panor.in gl.1.c.de quarta.col.
4.nu.14.ver.ſed quantum ad principalem articulū, de præſcr.

Tertio limitat, vt procedat ſi afferatur cauſa in ſpecie, licet
9 poſtea non probetur, dūmodo probet † cenſum annuum ſibi
fuiſſe ſolutū quadraginta annis, vt ſenſere gl.Arch.in c.ſerui-
tiū.18.q.2.& gl.fi.in c.peruenir eatr. de cenſib. & ibi Hoſt.&
Card.Flor.in 3.& 4.q.refert & ſequitur Gui.Papæ in d.deciſ.
408.cum ibi allegatis, ex quibus omnibus concluditur, quod
ſi ſaltē nō allegetur cauſa ſpecifica, vt puta ex ſtipulatione, vt
Bar.in l.cum de in rem verſo.ff de vſur.pp quam debetur talis
10 cenſus nō † ſufficit ad obtinēdū, nec ſufficit ſimpliciter dice-
re, peto cenſum, quia illū mihi ſoluiſti quadraginta annis, ſed
(vt dixi) oportet dicere, peto cēſū, quia illum mihi debes ex
tali contractu, ipſū nominando, ad quē contractum probādo
poſſeſſionē induci 40.annorū, vt ea allegatis ſupra patet, quæ
* ſenteutia * cōi ius Cæſareum profitentium calculo recipitur,
cui iuris Pontificij recentiores profeſſores ſubſcripſere in c.
peruenir.extr.de cenſ.videlicet non ſatis eſſe probare tantum
* tempus, niſi fuerit allegata cauſa, ſic de * cōi atteſtatur Guid.
Pap.in d.deciſ.408.& idem atteſtatur Io And.in c.1. de præ-
ſcrip.& idem atteſtatur Bal.nu.14.& 19.& Ang.in reper. d.l.
ſi certis annis.C.de pact.& infra latius dicetur.

Primo ſublimita, vt licet non teneatur probare illā cauſam
11 huiuſmodi contractus, † tamen compellatur probare cenſum
ſolutū fuiſſe ex cauſa allegata, ne vſus temporis opererur duo
ſpecialia, contra l.1.C.de dot.promiſſ. Salyc.in l.ſi certis.col.
4.ver.quarto diai.C.de pact.& ibi Bal.col.3.& poſt nu.8.Bar.
in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.nu.14.

Secundo ſublimitatur, ſi tanrum ſit tempus, de quo memo-
12 ria nō extet in contrariū, † quia tūc per ſe ſufficit ad obtinen
dū, licer nō allegeť cauſa idonea, ita prodidir Iaſ.in d.§ æque.
Inſtit. de actio.quem refert & ſequirur Gui.Pap.in dec. 408.

Quarto porro limitabis procedere, ſi probetur per actorē
formaliter ſe poſſediſſe tanquā cenſuarium, & eo nomine cen
ſum præſtitiſſe, eo enim caſu ſufficeret poſſeſſio 40. annorum
13 aduerſus eccleſiā, † ſecus ſi ſimpliciter poſſederit, & nō appa
rear illā reus formaliter poſſediſſe, quia non ex hoc inducere-
tur prubatio cenſus, vt rn̄dit Alex. qui loquirur in re feudali,
cōſ.79.circa primū.nu.4.li.1.& in conſ.166. viſo themate.nu.
4.vol.2.cōprobar id auctoritate tear.in c.ſi quis p triginta. in
verb.vt feudū.& ibi Bal.nu.6.ſi de feu.fue.contro.inter dom.
& agn.& c.ſi.quidā obligauerit.& ibi Bal. poſt nu.1.ver.aur
ru.poſt gl.ſup verb p triginta annos.tit.de feu.dat.in vic. leg.
commiſſ.poſſeſsio.n.debet eſſe formalis, id eſt, vt cēſualis &
vt poſſeſſor tanquā cenſuarius ſoluerit pēſionem, alioqui pa-
rū ei proderit, vt ea dictis iuribus elicere poſſumus, & præci-
pue ex Bal.d.c.ſi qs per triginta.nu.6.& Alex.d.cōſ.169.nu.4.

Quinto limita, ſi cenſus fieret in cauſam piam, vt ex allega
tis per Foller.in d.ſua pract.cenſual.in d.verb.cenſus, fol.179.
io 1.par.verſ.ſed tamen non procedit.

Quod vero diximus, ſententiam eſſe ius ciuile profitētium
ſatis eſſe tempus decem annorum.

Limita primo, vt dixi ſupra in limitatione Canoniſtarum.

Secundo limita, proot dixi in tertia limitatione principali,
ſed præter eos, quos ibi adduxi, adde in terminis ſecundū ius
ciuile glo.& Dd.in l.cum de in rem ver.ff.de vſur.gl.& Dy.&
Bar.in l.litib.ou.2.cum ſeq.C.de agric.& cenſi.li.11.Bar.in l.ſi
certis annis, nu.3.& 4.C.de pact.

14 Ex quibus omnibus concluditur, † requiri ad obtinendum
allegationē cauſæ ſpecificæ, licet cauſa allegata nō probetur.
Reliqua videas, vt ſupra dictū eſt in duabus ſublimitationib.

Sexto principaliter limita, qn̄ agitur ad obtinēdum in poſ-
15 ſeſſorio, quia tūc cenſus probať † probata ſolutione duorum
anno-

Digitized by Google

annorum,iuxta ſententiam Iacob.in tit. ſuper penſ.ſeu in tit. redditus libellus.verſ.itē credn,vbi dicit,in acquirēda quaſi poſſeſſione annuæ præſtationis duos annos ſufficere,licet aliter non conſtet de titulo, quem pro ſingulari refert Gui.Pap. in d.q.408.in fi.& idem refert Gulielm.de Bened.in c.Raynut. de teſtam.nu.438.vbi ait hoc eſſe notandū in materia l.ſi certis annis.C.de pact.& l.de in rem ver.ff.de vſu.& c.querelam de elect.quos omnes refert & ſequitur Pet.Foller.in ſua prac. cenſual.in d.verſ.cenſus.tit.huiuſmodi cenſualia,nu.88.verſ. probatur etiam cenſus,fol.177.

16 Septimo limita,ſi conſtet aliquem ſoluiſſe, non animo † ſe obligandi vere,vel præſumptiue,vt cōtingit in perſonis,quę ſemper ſoluunt cum proteſtationibus,vel aliter,quia eo caſu diuturna pręſtatio nō obligat ī futurū,ſi credimus Bal. in l. fi. nu.1.C ne de ſtatu. defun. quem ſequitur Alex. conſ.190.maturę geſtis.ad fi.nu.22.ver.non obſt.vol.2.& idē refert & ſequitur Pet.Foll.in d.ſua prac.cenſua.d.verſ.hmōi cenſualia poſt nu.91.verſ.1.cōcluſio eſt, qđ vbi interuenit diuturna pſtatio, fol.179.vbi ait illam præſcriptionē, quæ emergit ex illa diu-
17 turna præſtatione† non eſſe iuris,nec de iure,& ideo recipere probationem in contrarium,vel ſi ex aliquibus cōiecturis, & præſumptionibus apparere poterit præſtationem fuiſſe factam non animo obligandi,tunc nimirum per dictā pręſtationem non probatur cenſus,vt per Pet.Foller. vbi ſup.loco cit.

Octauo limita,vt procedat,ſi capituletur (vt cū noſtris loquar) & probatur per actorē,ſingulas præſtationes dicti lōgi
18 tpis factas fuiſſe ex cauſa, & titulo allegatis in libello, † in quo debet ſpeciatim allegari & exprimi cauſa valida tituli, & obligationis annuæ præſtationis dicti cenſus,vt voluit Alexan.conſ.124.1.col.ſub nu.1.vol.4.& Saly. in d.l.ſi certis annis.C.de pac.& clarius in d l.cū de in rem ver.ff.de vſur.cuius ſententiæ conſulendo accedit idē Alex.in conſ.108.circa fin. nu.15.ver.2.quia,vol.2.& conſ.75.col.3.circa fi.nu 41.vol.4. quos refert & ſequit̄ Foller.vbi ſup. & huc adhibeas ea, quæ dicta ſunt ſupra in tertia limitatione concluſionis.

19 Nono limita,† dūmodo nō probetur contrariū,vt profitendo ſenſere Cy.in d.l.ſi certis annis ſub n.11. Bal.& Pa.de Ca. in l.2.C.de do.promiſ.quos refert & ſequit̄ Foller.in d.pract. cenſual.d verſ.hmōi cenſualia. poſt n.91.in fi.verſ.3.limitat̄.

Decimo limita,vt nō procedat, qñ ageretur de mutatione
20 ſtatus,vel ſubiectionis perſonæ,† quia eo caſu licet interueniſſet præſtatio, non tamen ſufficeret longum tēpus,ſed requiruntur 30.anni,ita protulit Pet.Foller. in d.ſua prac.cenſual. verb.huiuſmodi cenſualia,nu.91.in 4.limita fo.179. cir.fin.

Vndecimo limita,vt procedat ita,& hunc in modū ſi præſtationes factæ per decēnium fuiſſent ſeparatæ,atque pręſta-
21 tio fuerit annua,† ſecus ſi fuerit vna ſolutio pro decem annis vel pluribus,iuxta ſniam Cy.in d.l.ſi certis annis.verſ.6.quęro.ſub nu.7.& idē Cy.& Bal.in d.l.2.C.de dot.promiſ.& Pariſ.conſ.13.ſub num.10.& 14.vol.4. Quos refert & ſequitur Pet.Foller.vbi ſup.nume.91.in fi.5.limit. Quæ omnia vberius explicata fuere ſuperius in concluſione, Annua præſtatio,ad quam te reijcio.

CONCLVSIO CCLXXX.

ARGVMENTVM.

Cenſus qua ratione probetur.

SVMMARIA.

1 *Cenſus probatur ex eo,quod venditor in venditione rei cenſualis dixerit,ſe vendere cum onere ſoluendi cenſum.*
2 *Cenſualis res quibus caſibus recte probetur, tam in praiudicium venditoris, quam quorumcumque ſucceſſorum.*
3 *Cenſualem rem eſſe non probatur per ſolam aſſertionem venditoris.*
4 *Emptor in bona fide conſtituitur ex ſimplici aſſertione venditoris aſſerentis rē venditam liberam eſſe.*
5 *Cenſus probatur per aſtimum,vel cataſtrum.*
6 *Cenſus emphyteuticus probatur per inſtrumenta vel ſcripturas.*
7 *Cenſus emphyteuticus probari poteſt per teſtes,etiam ſi ſint ſingulares deponentes de varijs ſolutionibus per legitimum tempus factis.*

CEnſum probari ex eo, quod in venditione rei cenſualis
1 venditor dixerit,ſe vendere † cum onere ſoluendi cenſum,à noſtris eſt paſſim receptū,tunc enim talis cōfeſſio probat cenſum,adeo vt nedum ipſe cōfitens,ſed ēt ſingularis ſucceſſor habēs cauſam ab eo teneatur domino, & obligetur, ſic reſpondit Aymo Craue conſ.217.nume.4. vbi alios citat. & proſequitur Caſſa.in conſuet.Burgun.rub.11.des cenſes.§.5. verſ.quid autem num.5.fol.355.cum alijs allatis ac idem per Petr.Foller.in ſua prac.cenſual. verb.huiuſmodi cenſualia,nume.98.in nouiſſime impreſſis.

Limita,vt hæc vera non ſint,niſi cōcurrant etiam alia,præ-
2 terquam dicta aſſertio venditoris,† vt ſi probetur,antea venditorē conſueuiſſe ſoluere, vel quia venditor alias diſpoſite recognouerat, & profeſſus fuerat rē illā cenſualem corā parte, cui debetur cenſus,vel Notario ſtipulante, & acceptante pro eo,nā iſtis caſib.recte probat̄ res cenſualis tā in præiudiciū venditoris,quam quorūcunq; ſucceſſorum,vt traditū fuit per Pet.Foller.in d.ſua prac.cenſua. vbi ſup.n.87.in verſ.cenſus,& ſcriptū reliquit Gui.Pap. q.272. vtrum dñi, per totum.

3 Quod ſi ſolum appareat ipſa aſſertio venditoris,† nō probatur rem eſſe cenſualem,ſic decidit idem Gui.Pap. in q.24. quiſpiam vendidit,reſtem laudat Spec. in tit. de emphyteut. §.nunc aliqua.verſ.74.nu.95. & pro hoc facit ſecundum eum l.fi.in fi.ff.de contrah.emp.

Veruntamen,ſi venditor aſſerat rem venditā eſſe liberā,ex
4 tali aſſertione ſimplici † emptor cōſtituitur in bona fide, vt aperte tradidit Gui.Pap.d.q.24. ſub fi. motus auctoritate Modeſt.in l.bonæ fidei emptor. ff.de ver.ſign. & Pauli in l.bonæ fidei poſſeſſor.de acqu.rerum domi.atque Vlpiani in l.ſi egn. §.item Vlpianus. ff.de publicia. vſque eo quidem,vt emptor à.....excuſetur,ſi non ſoluat canonem,vel deteriorem faciat, vel alienet,argu.l.1.§.dies.& §.ſi aduerſus. ff.quando appel. ſit,& l.ſi annus.de calum.Gui.Pap.d.quæſt.24.

Nec illud,quod magnopere ad noſtram concluſionem con
5 fert,præteribo,† cenſum probari per æſtimum, vel cataſtrum (vt noſtri loquuntur) ideſt,ſi in ipſo ęſtimo ille cuius noīe res eſt deſcripta,dicat & aſſerat,rem ſoluiſſe cēſum, vt Titio,nā per huiuſmodi cataſtrum probari cenſum docuit Pet.Foller. in ſua prac.cenſua.vbi ſup.nu.85.in d.verb.cenſus, verſ.quid enim ſi de cenſu.vbi ad hoc teſtatur Caſſan.d.rub.11.des cēſes.§.3.in conſue.Burgun.num.5.& Bened.in repet.c.Raynutius.de teſtam.num.444.vbi pluribus id explicat, conſulas ēt concluſionem noſtram Cataſtrum.

6 His finitimum eſt,quod ſcriptis prodidit Gui.Pap.† cenſū emphyteuticū probari per inſtrumenta,vel ſcripturas,in cōſil.118.poſt nu.4.verſ.nec poſſet, quo in loco pluribus id auctoritatibus confirmat,ad quem te reijcio.

Quod quidem ſic velim amplies, vt etiam per teſtes poſſit
7 cēſus emphyteuticus probari,† etiam ſi ſint ſingulares deponentes de varijs ſolutionibus factis per legitimum tempus, hoc eſt, quod vnus deponat de vno actu ſolutionis, alius de alio,vt conſultus reſpondit Caſſan.conſ.16. num.19. verſ.nec obſtare,cui accedit Gabriel.in ſuis conclu.li.1. tit.de teſtibus conclu.2.nu.47.verſ.13.quoad probandum cenſum, ſic ēt conſulendo ſenſit Caſtren.in conſ.51. incip. in caſu ſpectabilium virorum.in 2.col.ſecundum antiquam impreſſionem, num.4. verſ.nec obſtat,quod iſti teſtes.lib.2.

CONCLVSIO CCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Cenſualis an in dubio præſumatur contractus, an emphyteuticus,& quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Cenſualis in dubio potius præſumitur contractus,quam emphyteuticus.*
2 *Cadere quis non poteſt à iure ſuo ex non ſolutione, quando non conſtat,an ipſe ſit emphyteuta,an cenſuarius.*
3 *Cenſualis intelligitur contractus,ſi recte probatur penſio ſoluta per 40.annos.*
4 *Cenſus magis præſumitur, quam emphyteuſis, etiam ſi quis per triginta annos ſoluiſſet eccleſia, vti de re emphyteutica.*
5 *Contractus emphyteuticus quid ſit.*
6 *Quod ſolutum eſt uniformiter quotannis,præſumitur potius ſolutum iure emphyteutico,vel colonia perpetua, quam iure cenſus, tam in conceſſione facta à priuato, quam in conceſſione facta ab eccleſia.*
7 *Cenſualis non præſumitur contractus, quando in prouincia, & loco celebrationis eiuſdem frequentantur contractus emphyteutici.*

Cenſua-

Digitized by Google

1 *Cenſualis potius præſumitur contractus quam emphyteuticus, ſi anceps eſt & nõ clarus, nec conſtet de origine eius.*

CEnſualis cõtractus in dubio potius præſumitur, quã em-
1 phyteuticus, † ſi appatet factam fuiſſe ſolutionem cenſus
nonnullis annis ante, vñ non ſoluens cenſum noncadit à iure
ſuo, ſic tradidit Alb. de Roſa. in l. 2. C. de iur. emphy. col. 8. ver.
quid de qõne à me quæſita. in quo loco ſcriptum reliquit, vt
ſi nõ cõſtet, ſit ne aliquis emphyteuta, an cenſuarius, ſiue quo
2 iure teneatur, † quod nunquam ex non ſolutione cadet à iure
ſuo, & ex hoc aſſerit alias ſe conſuluiſſe, quod cum in quodã
inſtrumento nõ cõſtabat an eſſet cenſus, vel emphyteuſis, nõ
poſſet dici Titium cecidiſſe à iure ſuo ob nõ ſolutioné, & ſen
ſere Domini Rotæ in vna Imolen. bonorum coram Gambera
die 12. Februarij 1523. vt annotauit Gãbera deciſ. 33. & teſta
tur Creſeen. deciſ. 33. lib. 2. Idé voluiſſe Ioan. Fab. in l. 1. C. de
iur. emphy. aſſerit Iaſ. qui eũ ſequitur in l. 2. ſub. d. n. 165. eod.
tit. q. 9. vbi quærit, quid ſi nõ appareat de aliquo cõtractu præ
cedenti, ſed recta probetur pẽſio ſoluta per quadraginta an-
nos, an præſumatur cõtractus emphyteuticus, an cenſualis. In
3 hãc ipſe deſcendit ſententiã, † intelligi cenſualé, qa in dubio,
quod minimũ eſt, ſequimur l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de
reg. iur. Idé Iaſ. referens dictũ Alber. in l. 2. C. d. tit. in auth. qui
ré C. de ſacroſ. eccl. Soc. conſi. 167. non inutilis, per totum. li.
2. Imol. in cap. ad audientiam. col. 2. de reb. eccle. nõ alienan.
Natta conſuluit in terminis in conſil. 3. pro habenda. nn. 2. &
3. vol. 1. & idé conſulendo docuit Burſa. in conſi. 26. num. 24.
4 † vbi magis cenſum, quam emphyteuſim præſumi, etiã quod
quis per triginta annos ſoluiſſet eccleſiæ vti de re emphyteu
tica, ſi de contractu non conſtat.

Eorum quæ diximus, ea videtur eſſe ratio, quia contractus
emphyteuticus præ ſe fert ſpecié quãdã ſeruitutis, quia alius
recognoſcitur in dominum, & eſt contractus valde grauis, eo
5 † quod pp non ſolutionem certo tempore factam res aufert,
vnde huiuſmodi contractus non cenſetur initus, niſi diluci-
diſſime de eo conſtet, ita Natta d. conſil. 3. lib. 1. clariſſime aũt
apparet. quando imponitur penſio ſoluenda pro recognitio-
ne dñij, vt obſeruauere Bar. & cæteri Dd. in l. 1. C. de iur. em-
phyt. ſed plura de his in cõcluſione, Cõtractus emphyteutic.

A cõcluſione noſtra penitus diſſenſit Iul. Clar. in §. emphy
teuſis. q. 1. verſic. ſed pone, vbi aſſerit Dd. ſentire, vt ſi vnifor-
6 miter fuerit quotannis quidpiã ſolutum, † præſumitur potius
ſolutũ iure emphyteutico, vel coloniæ perpetuæ, quã iure cé
ſus, hoc. n. eſt in minus concedentis præiudicium, hanc vero
* ſententiã * cõi omniũ ſcribentiũ conſenſu eſſe probatam te-
* ſtatur Bero. q. 14. num. 1. & vna mente * omnes id ſenſere ſcri-
bentes, docuit Burſa. in conſi. 56. nu. 8.

Quod quidé ampliat, vt etiam procedat, tam in conceſſio-
ne facta à priuato quã in conceſſione facta ab eccleſia, nã (vt
inquit) in eodem caſu militat eadem ratio, vt ibi per eum.

7 Primo limita, vt tantum procedat concluſio, † ſi in prouin-
cia & loco celebrati contractus frequententur contractus cé
ſuales, alioqui, ſi celebrentur contractus emphyteutici, tunc
non præſumitur cenſualis. Iaſ. auctor fuit in d. l. 2. ſub nu. 165.
verſi. quod ipſe limitat, quem refert, & corroborat quibuſdã
rationibus Petr. Follet. in d. ſua prac. cenſ. in d. verb. huiuſmo
di cenſualia, nu. 80. cum alijs, fol. 175. Bal. in cap. querelam. n.
31. de elect. & elect. poteſtat.

Secundo loco limita, vt locum habeat concluſio, qñ caſus
8 anceps eſt, ideſt, † an contractus ſit cenſualis, an emphyteuti-
cus, ſecus qñ clarus ſit, nec vllam in ſe dubitationem cõtineat
vt quia conſtet de origine contractus, ita id dirimere Domi-
ni Rotæ. declarãdo Albe. in loco ſuperius adducto in d. deciſ.
Gambaræ. 33. in cauſa Imolenſ.

CONCLVSIO CCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Certam ſcientiam probandi cui incumbat onus, & quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Impetranti incumbit onus probandi aliquid eſſe factum ex certa ſcientia.*
2 *Aliquid factum eſſe ex certa ſcientia, pluribus modis probari poteſt.*
3 *Clauſula non obſtante & clauſula, ex certa ſcientia æquiparantur.*
4 *Decretum, vel reſcriptum habet vim clauſula certa ſcientia.*
5 *Certa ſcientia quid fieri dicitur, quando tenor rei confirmata exprimitur.*
6 *Certa ſcientia quid fieri probatur, quando expreſſe dicitur ex certa ſcientia confirmamus.*
7 *Certa ſcientia fieri dicitur, quod ex narratis comprehenditur, licet non exprimatur.*
8 *Confirmatio dicitur facta ex certa ſcientia ſi tenor rei confirmata inſeratur.*
9 *Certa ſcientia ſi quid factum eſſe dicitur attenditur voluntas Principis.*
10 *In voluntate Principis declaranda non eſt forma.*
11 *Teſtatoris voluntas ex coniecturis inſpicitur.*
12 *Certa ſcientia probatur, ſi Princeps in ſua diſpoſitione eam exprimat.*
13 *Certa ſcientia probatur, quando Princeps in ſua conceſſione apponit totum tenorem priuilegij cui derogare conſtituit.*
14 *Certa ſcientia probatur, quando aſſeritur, factum eſſe cum cauſa cognitione.*
15 *Certa ſcientia probatur per teſtes.*
16 *Certa ſcientia probatur, quando interuenit ſecunda iuſſio Principis.*
17 *Certa ſcientia probatur, quando in diſpoſitione eſt appoſita clauſula, non obſtante.*
18 *Certa ſcientia probatur ſi ex tenore conceſſionis de ea conſtet.*
19 *Princeps in confirmatione ſemper præſumitur confirmare ex certa ſcientia.*
20 *Certa ſcientia non præſumitur, niſi de ea certo conſtet.*

1 ONus probandi, aliquid eſſe factum ex certa ſciẽtia, † in
cumbere impetranti, docuit Abb. in c. porrecta. num. 5.
verſ. in dubio tamen. de confir. vtil. vel inut. quem refert & ſe
quitur Dec. in d. decretali, nu. 9.

Aliquid autem eſſe factum ex certa ſciẽtia pluribus modis
2 probari † poteſt. Quorum omnium primum eſt, ſi in literis ſit
facta mentio d. decretalis porrecta, vt optime ſcripſit Abb.
dicto loco ſupra citato, nu. 5. ver. qualiter autem conſtabit,
argum. c. 1. de exceſſi prælator. in 6. & hoc illud confirmat, nã
3 clauſula, non obſtante, & clauſula † ex certa ſcientia, æquipa-
rantur, iuxta ſententiam Dec. in d. c. porrecta. nu. 14. verſic. &
ad hoc facit. & Accurſ. apertiſſime id voluit in l. ratas. in verb.
conueniamini, in fin. C. de reſcin. vendit. & animaduertit Bal.
in l. idem Vlpianus. in princip. ff. de excuſa. tutor. & in cap. 1.
§. naturales. nume. 4. verſicul. ſed ego quæro, ſi de feud. fuer.
controuerſ. & conſulendo ſenſit Ioann. de Ana in conſi. 81. vi
ſo inſtrumento. col. fin. Paul. de Caſt. profitendo ſcripſit in l.
3. ſi is verſic. item quod ſubijcit, ſub num. 3. ff. quod quiſq; iur.
& recentiores tradidere in c. nonnulli. in prin. col. 15. verſic.
quarto fallit, de reſcrip. Alex. conſultus reſpondit conſili. 30.
ponderatis. col. 3. nu. 10. lib. 5. atque meminit Dec. dicto loco
ſup. cit.

Secundum probandi modum ſubiungam, quando ſecundo
4 manauit decretum † vel reſcriptum, quia tunc habet vim clau
ſulæ certæ ſcientiæ, ſic inquit Abb. dicto loco, ſub nu. 2. quod
quidem eſt eximium Bal. pronunciatum, in l. nec damnoſa. ſub
nu. 1. ver. ſed contra primum dictum. C. de precib. imperator.
offeren. hunc ſequitur Alex. in l. 3. in princip. ſub nu. 3. verſic.
quod primo limita. ff. quod quiſque iu. & recentiores in d. c.
nonnulli. col. 40. ver. fallit 6. & in c. ſi quando. col. pen. de re-
ſcript. Dec. in d. ca. porrecta. nu. 15. verſ. 2. quando ſecũda iuſ-
ſio emanauit. de confirma. vtil. vel inutil.

5 Addam & tertium, † nam dicitur fieri ex certa ſcientia,
quando tenor rei confirmatæ exprimitur, vt ſancitum eſt in
c. penul. extr. de cõfirmat. vtil. vel inutil. & dixit Dec. d. c. por
recta. ſupra citato poſt d. nu. 15. verſicu. tertio dicitur fieri ex
certa ſcientia.

6 Quarto dabitur locus, qñ expreſſe dr̃, † ex certa ſcientia cõ
firmamus, vt fuit animaduerſum à gl. in clem. & ſi principalis
in gl. fi. de reſcript. & gl. in c. clerici. de reſcrip. & in c. ſtatutũ.
in gl. 3. in verb. literarũ. de reſcript. in 6. nec id præterijt Abb.
in c. examinata. poſt nu. 5. ver. in gl. fi. de confirm. vtil. vel inu-
til. Roman. etiam idem conſuluit conſ. 327. iſtæ ſunt rationes
col. 3. nu. 7. verſi. quarta ratio. Alex. reſpondit in conſil. 59. vi
ſo inſtrumento. nu. 8. verſi. nec obſtat, quod adducebatur. lib.
1. iſtis ſubſcripſit contex. in clem. 1. de probatio.

7 Quintum ſubnectam † etenim ex certa ſcientia, etiam fieri
dicitur, ſi ex narratis comprehendatur, licet non exprima-
tur, ſic voluit gloſſ. inſignis in c. paſtoralis. §. præterea. in ver.
ex certa ſcientia extr. de offic. deleg. & in clemen. 1. in eod.
verb. ex certa ſcientia. de iudic. & obſeruat Abb. in c. ad hæc,
poſt nu. 7. verſ. ſed Innoc. de reſcript. & in c. cum inter, poſt
nu. 8. de except. & late tradidere recentiores ibi, & voluit idé
Imo. in l. quidam conſulebant. col. 4. ver. item aduerte. ff. de re
iud. & in clemen. 2. in fi. de reſcript. Franc. Curt. cauit in cõſ.
65. ſuper remiſſa. Alex. monuit in d. conſ. 59. d. nu. 8. li. 1. Aret.
profitendo ſcripſit in l. poteſt quis col. 3. de vulgar. & pupil.
Quod quidem confirmatur bipartita ratione.

Prio

Digitized by Google

8 Prior eſt,†quia videmus,quód ſi tenor rei confirmatę inſe-
ratur, dicitur confirmatio facta ex certa ſcientia ,ſic ſummus
Pont.ſcinit in c.pen.ext.de confir.vti.vel inut. atque protulit
Dec.d.c.porrecta ſupra allato nu.15.ex quo patet præciſe nó
requiri,vt exprimatur de certa ſcientia .

9 Poſterior ratio eſt, † nã in hoc ſolum voluntas Princpis at-
tenditur,vt ſupra dictũ eſt in concluſione cauſa , quæ omnia
huc referẽda eſſent,ad quæ lectorẽ reijcio , quibus adde Inn.
in c.cum eccleſiaſticæ.ſub nu.2.verſ.ſed dices,de excep & in
10 tali voluntate declarãda†non eſt forma præſcripta,ergo ſuf-
ficit quocunque modo illa voluntas colligatur , l.certum. ff.ſi
cert.pet.nota.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtam.facc.poſ.vt
11 etiam per quandã ſimilitudinẽ videre eſt in teſtatore,†cuius
volũtas etiam ex cõiecturis inſpicitur, l.licet Imperator. vbi
Bart.ſub nu.4.de leg.1.l.cum auus. de condi.& demonſtr..

Præterea certa ſcientia pluribus modis probatur. Primo ſi
12 Princeps†in ſua diſpoſitione eam exprimat,vt tradidit glo.
in c.ſtatutum.in verb.literarũ.de reſcri.in 6 Abb. Fel & Dec.
vna mente id meminere in c.cum inter.Abb.ſub nu.8 Feli.nu
me.1.Dec nu.15.de excep.Alex.in conſ.122. viſo puncto.nu.
23.li.4.Domi.voluit in c.1.col.6.de conſti.li.6. Afflic.decidit
ſuper conſtit.Neapol.in tit.de iur.ſu.cur.obſer.nume.4.Pariſ.
conſultus reſpondit in cõſ.3.col 5.nu.55.iuncto nu.57. vol 4.
& conſ.19 col.1.nu.13.& 14.vol.1.

13 Et ſecundum ſuggeram,†certa enim ſcientia probať, quan
do Princeps in ſua cõceſſione apponit totum tenorem priui-
legij,cui derogare conſtituit,iſta namq; conceſſio dicitur fa-
cta cum clauſula ex certa ſcientia , licet iſta clauſula in literis
non fuerit declarata,iuxta ſententiã gl.in c.paſtoralis.§ præ-
terea.verb.ex certa ſcientia. de off.deleg.& protulerit Areti.
in conſ.8.col.2.ſub nu.2.verſ.ſecũdo pro deciſione.cui adhę-
ſit Pariſ.in conſ.3.col.5.nu.48.vol.4.

Tertium probandi modum audias , nam eadem probatur
14 quando † aſſeritur factum eſſe cũ cauſæ cognitione vt me do
cuit glo.in c.1.in ver.de qõne,de confir.vtil.Afflic.ſuper con
ſtitut.d.tit.de iur.ſu.cur.obſer.num.5.

Quartum modum ſubijciam , probatur enim certa ſcientia
15 per†teſtes,vt id dirimere Dñi de Rot.in deciſ.332 licet Ro-
mana.nu.1.in nou.late decidit Bellam.deciſ.746. licet obſer-
uet,vbi cõcluditur,certã ſcientiã poſſe probari per teſtes , vt
ẽt idem ſequutus eſt Philip.Frãc.in c.ſi motu. col.1.ver.quid
aũt de clauſula.de præbẽ li.6.& in ca.1 poſtquam,ver.56.de
cenſib.eod.lib.6.tradit Mandoſ.in commen. in regu.cancell.
reg.16.q.6.nu.5.ſcripſit Iaſ.in l.ſi quis iniquum.in princ.n.5.
ff.quod quiſque iur.quod non præterijt Felin. in c.præterea.
col.pen.ver.tertio ſcias. de teſtib.cogen. & in c.inter priorẽ.
col.2.& ſeq.de excep.conſultus rñdit Alex. in conſ.2.alijs cõ
ſului.nu.2.lib.7.& cũ ijs tranſijt Lanfr.de Oria. in trac de in-
terlocutor.& appel.nu.9.Roman.ẽt ſentit in conſ.327.incip.
iſtæ ſunt rationes,num.8.Afflic.decidit deciſ.253. duo Regij
Conſiliarij,nu.8.& in tit.per quem fiat inueſtitura.nu.34.Iaſ.
docuit in l.ſi quis iniquũ.ſub nu.5.ff.quod quiſque iur.Oldra.
reſpondit conſ.329.poſt nu.1.verſ.& ſuper primo pũcto, &
conſ.330.num.6.col 2.verſ.ſuper articulis admittendis,& in
conſ.331.poſt nu.3.verſ.iura autem canonica,ibi, & diſpẽſa-
tio per teſtis.Fel.profitendo ſcripſit in c.præterea,nu.9.de te
ſtib.cogẽ.& in c.cum inter.poſt nu.4.verſ.& pulchre prę cęte
ris.vbi etiam Dec.de exceptio.Felinum ſequutus eſt Gom. in
c.ſtatutũ,nu.11.de reſcr.in 6.Staphil.hoc idẽ ꝓbauit, de lite-
ris gratiæ & iuſtitiæ,chat.84.ver.immo,volũt aliqui, quibus
conſulendo adhæſit Marian.Iun.conſ.65.nu.54.vol.1.

Receſſit ab hac ſententia glo.in c.ſtatutum,in verb.literas
de reſcr.in 6.& gl.in clem.& ſi principalis.in verb.obſeruari.
eod.tit.de reſcr.in 6.quas ſequitur Iaſ.in l.iuſtitia,col.fi.verſ.
quarto,& vltimo.ff.de iuſti.& iur.eidem repugnauit opinio-
ni Bal.in c.1.per quem fiat inueſtitura,Io.Andr.& alij in cap.
nonnulli.de reſcript.

** Verumtamen priorem ſententiam magis * * cõmuni ſcri-
* bentium calculo eſſe receptam,& glo.iam relatas eſſe * com-
muniter reprobatas,atteſtatur Nicol.Boer.in tract.de poteſt.
l. gat.ã latere,nu.78.

16 Quintus iſtis probãdi modus adſcribetur,†nã certa ſcien-
tia probatur , qñ interuenit ſecunda iuſſio Principis, quæ hẽt
vim clauſulæ ex certa ſcientia,vt præcepit Bal. in l.nec dãno-
ſa.ſub nu.1.ver.ſed cõtra primum dictũ. C.de precib.Imper.
Mil.repert.in verb.gratia non poteſt. dici, qui vltra Bal.aſſe
runt Ioan.And. & Anr.in c.porrecta. de confit.vtil.vel inuti
Aret.conſ.15.nu.7.verſ.quid multa.

Sextum adiungã,vt probetur illa , quando in diſpoſitione
17 eſſet † appoſita clauſula,non obſtãte,vt rñdit Alex.cõſ.219.
col.2.ſub nu.6.ver.item videtur ex certa ſciẽtia. vol.6. Felin.
in d.c.nonnulli,col.18.ſub nu 12.in fi.ibi.idem tenet Sali c.de
reſcri.& Franc.Aret.in conſ.58 poſt nu.6. verſ reſtat igit nr.

Septimus,& poſtremus certam probandi ſcientiã mo dus
18 ſupereſt.is eſt, † ſi ex tenore conceſſionis conſtaret de certa
ſcientia Principis,licet illa non fuerit expreſſa, vt fuit reſpon
ſum ab Aret.conſ.58.num.5.ibi,quia immo ſatis eſt, quod ex
ſeric commiſſionis aliter conſtat ex certa ſcientia . & clarius
id aſſeruit in cõſ.15.ſub n.5.ver.vnde dicit Spec. & ſub nu.9.
verſ confirmatur iſta concluſio,& conſuluit Bru.cõſ.1.col.10.

Verum tamen hæc declares, nam in dubio Princeps in con
19 firmatione † ſemper præſumitur confirmare ex certa ſciẽtia,
ſic placuit Alex conſ.1.ſub nu.35.verſ.præterea confirmatio.
vol.5.& cõſ.219.col.2.nu.5.vol.6.atq; docuit Aret. in l.quod
ſeruus.ff de acq.poſ.atq; aperte voluit Fran.Aret.in conſil.8.
ſub nu.3.in prin.& in verſ.ſed in confirmationib. & Dec.me-
minit in l.more.col.4.ſub nu.21 ff.de iuriſdi.om.iudi.& rñdit
Albenſ.in conſil 64.nu.40.licet huic pronunciato aduerſetur
Alex.ſibi ipſi contrarius in conſi.122.col.fi.ſub nu.22. & alijs
20 ſeq.lib.4.vbi † reſpondit,ſcientiam certam non præſumi,niſi
de ea certo conſtet,per notata ibi per eum .

CONCLVSIO CCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Certificatio cum non præſumatur,probanda eſt .

SVMMARIA.

1 *Certificatio non præſumitur, niſi probetur .*
2 *Certificatio non præſumitur,nec probatur,etiam ſi in inſtrumento diceretur, talem*
fuiſſe certificatum .
3 *Inſtrumentum non facit fidem de his quæ notarius dicit feciſſe .*
4 *Licet in inſtrumento aſſeratur , oblato libello , & lite conteſtata,non per hoc talia*
verba probant litem conteſtatam .

1 CErtificationem non præſumi,†niſi probetur,cum ſit ſolẽ-
nitas,quæ extrinſecus adueniat,colligere eſt ex Caij re-
ſponſo in l.quæcunque.§. fin.de publi.in rem actio.in hanc ẽt
ſententiam de iure optime reſpondit Federic.de Sen. in con-
ſil.199.quæritur,an domina Margarita , nu.2.atque profiten-
do,idem dilucide ſenſit in l.ſciendum.de verbo oblig.nume.
35.poſtremo iſtis adhæſit Firma.in reper.in verb.certus,ver-
ſicul.certificatio .

Illud axioma relatum ſic velim amplies locum ſibi vendi-
2 care †etiam ſi in inſtrumento diceretur,talem fuiſſe certifica-
tum,etenim adhuc nõ præſumitur,nec probatur certificatio.
Namque inſtrm ſolet tantum fidem facere de his , quæ inter
3 contrahentes geruntur.non autem de his † quæ ipſe notarius
dicit feciſſe,arg.l.omnibus. C.de teſtib. & traditũ fuit ab eo-
dem Federic.in d.conſi.199.nu.2. ad quod conferunt ẽt quæ
fuere obſeruata ab Inn.in c.quoniam. de probat.& ibi Hoſt.
in prin.ſuper verb.per ſententiam, quo in loco ijdem vnani-
4 mes ſcripſere iuris interpretes , vt licet † aſſeratur in inſtrõ,
oblato libello,& lite conteſtata,non per hoc talia verba pro-
bare litem conteſtatam . Quæ omnia opportunius,vbi iſtius
rei propria ſedes eſt,explicabuntur in concluſione, Scientia.

CONCLVSIO CCLXXXIV.

ARGVMENTVM.

Charta maculoſa ſuſpicioſa eſt,nec admodum probat .

SVMMARIA.

1 *Charta deturpata,& maculoſa reddit ſcripturam valde ſuſpectam.*
2 *Inſtrumentum non redditur ſuſpectum per raſuram chartæ,ſi raſura eſt in præfatio-*
ne,vel in parte non ſubſtantiali .
3 *Bulla falſa exiſtimatur,ſi charta in qua reperitur ſcripta,ſit ſordida, & perforata.*
4 *Inſtrumentum inſcriptũ in charta raſa,aut vili,& ſordida, nõ eſt de iure falſum.*

Char-

Digitized by Google

1 *Charta, in qua ſcriptus eſt aliquis actus, vt contractus, ſine teſtibus ſubſcriptis eidem, qui actui adfuerint, non probat.*

CHarta deturpata & maculoſa, in qua quod ſcribitur red-
1 dit † ſcripturam valde ſuſpectam, adeo quidem, vt mul-
tũ de eius fide & probatione derogetur, ſic tradidit Alex. in l.
ſi quis ex argent. §. ſi initiũ, nu. 1. & 2. ff. de eden. teſtatur Gul.
de Cun. in l. contractus. C. de fid. inſtr. qui hoc dictũ aſſerit ve
rũ, Ant. de Butr. in c. 1. de fid. inſtr. per l. fi. C. de edic. diu. Adr.
toll. Bal. ẽt cauit in l. contractus. nu. 10. de fid. inſtr. qui teſtem
laudat Accurſ. in §. & quod ſæpe. in auth. de trien. & ſemiſ. &
profiten. ſcripſit Sebaſt. Sapia. in repet. l. fi. C. de edic. di. Adri.
toll, nu. 73. verſ. 2. concluſio. vbi loquit de teſtõ, & arbitratur,
ex hac ſola raſura impediri poſſe miſſionem, quod tñ ſtatim li
mitandũ dixit, non ſortiri effectum, ſi raſura adfuerit in præ-
2 fatione, vel in parte non ſubſtantiali † quia tunc non reddit
* inſtr̃m ſuſpectum, nec impedit miſſionem, vbi * communi om
nium conſenſu fuiſſe probatum teſtatur, & quod charta macu
loſa falſi ſuſpicionem reddat, tradidit idem Sapia eodem lo-
co, nu. 74. & 75. quod & profitẽdo voluit Dec. d. l. fi. n. 37. verſ.
& præd. concluſio. C. de edic. diui Adr. toll. Hinc fit vt † in cu-
3 ria Romana ſi charta ſit ſordida aut perforata, in qua reperia
tur ſcripta bulla, exiſtimatur bulla falſa, ſic Bal. d. loco. nu. 10.

Aduertendum tñ eſt, nam etſi aliquo modo detrahatur de
fide inſtr̃i inſcripti in charta raſa, aut vili & ſordida, vt notat
pleniſſime Alex. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de
4 eden. & Spec. in tit. de inſtr. edit. §. 8. ver. per medium. † nõ tñ
eſt iſtiuſmodi inſtr. de iure falſum, vt id animaduerſũ fuit in l.
chartę. & ibi Bar. de bon. poſſ. ſecũd. tab. Ang. & Salyc. i l. quo-
niã indignum, ff. de teſtam. Alex. in d. l. ſi quis ex argentar. §. ſi
initium, nu. 2. de eden. idem ſcripſit Dec. in d. l. fi. nu. 37. verſi.
ſed hoc non videtur. C. de edict. diu Adria. tollen.

Huic quidem chartę derogatur, ſed illa, quę ſequitur omni-
no abrogatur. Etenim chartã, in qua ſcriptus ſit aliquis actus
5 vt † contractus ſine teſtibus ſubſcriptis eidẽ qui actui adfue-
rint, non probare reſpondit Guid. Pap. in cõſ. 152. nu. 1. id ve-
ro, quod dicimus, ea etiam confirmant, quæ ſupra à nobis ob-
ſeruata fuere in concluſione, apocha, & infra in concluſione,
ſcriptura priuata, animaduerſa ſunt atque tradituri ſumus in
concluſione, inſtrumentum, & in concluſione, raſura.

CONCLVSIO CCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Chirographum quomodo omnino probet.

SVMMARIA.

1 *Chirographum tribus teſtibus ſubſcriptum facit plenam fidem.*
2 *Chirographum vbi tribus teſtibus ſubſcriptum eſt fidem facit nec indiget comparatione literarum.*
3 *Chirographo non ſufficit recognitio trium teſtium, niſi accedat & comparatio literarum.*
4 *Teſtes duo non ſufficiunt in recognitione chirographi, licet vnus illorum ſit notarius.*
5 *Teſtes ſubſcribentes ſe chirographo debent eſſe mares, & non fœmina.*
6 *Chirographi teſtes debent eſſe bonæ, & probatæ exiſtimationis, & hæc qualitas articulanda & probanda eſt.*
7 *Signum habet vim ſubſcriptionis.*
8 *Chirographum non probat, quando opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, & hoc ſublimita & intellige, vt ibi.*

CHirographum tribus teſtibus ſuſcriptum videtur facere
1 omnino plenam fidem † de quo tractatur, vt per ſcriben
tes in l. ſcripturas. cum authent. ſi quis vult. C. qui potio. in pi-
gn. & reſpondit Alben. conſ. 33. num. 3.

Et obſerues, vſque eo hãc concluſionem procedere, vt tali
2 caſu non ſit neceſſaria † cõparatio literarum, ſic reſpondendo
voluit Calcan. conſ. 29. nu. 16. ſub fi. verſic. ſed tunc poſſet op-
pon. Ant de Butr. docendo ſenſit in c. ſcriptura, num. 4. ext. de
fid. inſtr. Alex. in conſ. 182, nu. 3. lib. 2. & conſ. 118. lib. 4. num. 3.
Aret. conſ. 64. col. 1. in fine, verſ. amplius videtur. Bart. in auth.
& ſi contractus. C. de fid. inſtru. 10. de Imol. in l. nuda ratio. ff.
de donat. ſequitur Alexan. in l. admonendi, nu. 29. & ſeq. ff. de
iureiuran. & ibi Iaſ. num. 88. & ſeq. in repetit. & in lectu. num.
76. & ſeq.

In contrariũ, quod immo non ſufficiat recognitio trium te-
3 ſtium † niſi accedat & comparatio literarũ, deſcendit ſenten-
tiam Cur. & Caccialup. in d. l. admonendi, in 10. concl. & ſeq.
gl. in §. ſi qs. in verb. faciamus, auth. de inſtr. c. ante. & fide, &
Iac. de Belu. in § ſed ſi quis, auth. cod. Ang. in l. cõpararationes.
C. de fid. inſtr. Butr. Abb. & Fel. in c. 2. de fid. inſtr. Bal. in auth.
ſed nouo iure, col. 2. verſ. modo oppone. C. ſi cer. pet. Socin. in
conſ. 274. in cauſa Dominę, in 2. dubio. clare Bar. partes tuetur
Petr. Philip. Corn. in conſ. 48. in hac conſultatione, col. 2. lib. 3.
& conſ. 296. in præſenti conſultatione, in fi. Alex. in conſ. 123.
diſcuſſio. col. 3. nu. 5. li. 1. & conſ. 76. ponderatis, li. 3. hanc di-
** cit magis ** cõem Purp. in d. l. admonendi. nu. 169. & ſeq. vbi
tamen admittit priorem opinionem verã eſſe, ſi teſtes in re-
cognitione nedum dicant ſe fuiſſe præſentes, dum ſcriberetur
illud chirographum, & quod ſcripſerunt, ſed etiam dicant ve-
ra eſſe contenta in illa ſcriptura, vt etiam in illis terminis lo-
quitur Alex. in conſ. ſupra relatis.

Verum, vt recte percipiatur hæc concluſio, animaduerten-
dum eſt, eo vſque tres requiri teſtes, vt habemus in d. l. ſcriptu-
4 ras. C. d. tit. † vt nec duo ſufficiant, nec pauciores eſſe poſſint,
licet vnus illorum eſſet notarius, quod multi ſenſere, vt Fel. in
c. 2. col. 2. verb. 4. declara, ext. de fid. inſtr. nu. 5. Rom. conſ. 204.
incip. pro diſcutienda, nu. 2. & conſ. 205. incip. puncto propo-
ſito, nu. 1. & ſeq. huc ſpectant, quæ tradidit Soci ſen. in conſil.
274. in cauſa Dominæ Liuiæ, ſub nu. 6. & 8. vol. 2.

5 Secundo requiritur, vt teſtes ſint mares † non vero fœminę,
ita probat contex. in d. l. ſcripturas, in fin. verſ. virorum. & ibi
notat Bal. col. 2. in prin. verb. iſto ergo caſu, Dec. in c. qm̃. col.
fi. nu. 28. ver. 2. concluſio. de teſtib. & in c. 2. col. 2. nu. 11. verſ.
* & notandũ eſt, de fid. inſtr. vbi dicit iſtam eſſe * cõem opinio-
nem, Soci. d. cõſ. 274. col. 8. poſt nu. 9. verſ. poſtremo dico. vol.
2. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 4. verſ. 10. limita. ff. de iuriſd. om.
iud. Aym. de antiq. tẽp. 1. parte, nu. 166. §. viſo de verbis enun-
ciatiuis, per totum. Purpur. in l. admonendi. nu. 164. verſ. tales
teſtes. de iureiuran.

6 Tertio requiritur, vt tales tres teſtes † ſint bonæ, & proba-
tæ exiſtimationis, quæ qualitas eſt omnino articulãda, & pro-
banda, vt reſpondit Soci. in conſil. 274. col. 2. verſic. poſtremo
duo. Purpurat. in l. admonendi, nu. 165. ver. & debent eſſe. Ay-
mo, de antiq. temp. 2. par. §. 2. quæro.

Quarto requiritur, vt ſcriptura illa, ſiue chirographũ ſub-
ſcriptũ ſit manu dictorum teſtium, aut ſaltem ſuis ſigillis fue-
7 rit obſignatũ, † quia ſignum habet vim ſubſcriptionis ita con
ſuluit Rom. d. conſ. 204. & 205. & 303. nu. 2. Hippo. de Marſ. in
repet. rubr. C. de prob. num. 300. vbi alios citat & in ſuo ſing.
436. incip. late ſatis dixi, reliqua vide infra in concluſ. Scri-
ptura priuata.

Concluſionem limitare poteris, vt habeat locum, quando
8 opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, † tunc enim chi-
rographum non probat, vt vberrime tradidit Bald. in c. Antigo-
nus. nu. 60. extra de pact. motus auctoritate Paul. in l. lecta. ff. ſi
cer. pet. & eiuſdem Paul. in l. ſi ita ſtipulatus. la 6. §. Chriſogo-
nus. ff. de verb. oblig.

Iſtud poſtremum ſublimitabis hunc in modum non proce-
dere, quando confitens in chirographo eſſet pupillus, eccle-
ſia, vel ciuitas, vt reſpondit Vlpia. in l. ciuitas. ff. ſi cer. petat. &
Imp. ſciuit in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſan. eccl. Bal.
etiam tradidit in d. c. Antigonus, nu. 10. de pact.

Quæ tamen ſublimitatio, vt locum habeat, eſt intelligenda,
quando prædictæ perſonæ fuerint quid per chirographũ con-
feſſæ in contractu mutui, non autem ſic in alijs contractibus,
l. 1. C. ſi aduerſ. creditores. ibique à Cyn. ſcriptum fuit per c.
grauis. extra de depoſit. & per Inn. ibidem Bal. loco ſupra ci-
tato. dictæ enim perſonæ excipiuntur odio fœneratorum, vt
Bal. monuit vbi ſupra, & per eundem Bal. in l. ſi pupilli. in prin
cip. ff. de neg. geſt.

CONCLVSIO CCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Chriſtianum quem eſſe quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Chriſtianum quem eſſe probatur per teſtes dicentes, ſe vidiſſe talem baptizari.*
2 *Qui in Chriſtianorum orê occiſus inuenitur, an dubio baptizatus præſumitur.*

Chri-

Digitized by Google

1 CHriſtianum quem eſſe probator per teſtes dicentes ſe †
vidiſſe talem baptizari, nec refert, ſi non deponant de
modo & verbis ſacraméti,quia omnibus nota ſunt:ſed ſi pro
baretur iſtiuſmodi baptizatum ritum Chriſtianorum diei ſer
uaſſe,in ſoro noſtro præſumũtur illa verba, modus,& omnes
ſolemnitates,quas ille actus requirit,interceſſiſſe, ſic magnus
ille magiſter docuit Bart.in tract.de teſtib.verſ.ſubſtantiæ,nu
me.59.verſ.ſi ergo quæratur,an aliquis ſit Chriſtianus.
2 Quinimo † ſi quis in Chriſtianorum oris occiſus inoenia-
tur,in dubio ſacro baptiſmatis ſonte lotum fuiſſe,teſtis eſt lo
cupletiſſimus Matth.Afflict.in conſtitu.Neapol.incip. damna
clandeſtina,nu.69.lib.1.

CONCLVSIO CCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Chronicarum, & hiſtoriarum exemplum, an & quomodo fidem faciat.

SVMMARIA.

1 *Chronicarum, & hiſtoriarum exemplum fidem facit.*
2 *Chronicarum exemplum non ſolum ſi auctor ex ſua, ſed etiam ex aliorum ſententia loquatur fidem facit.*
3 *Chronicarum illi parti fides erit habenda, à qua plures ſcriptores ſtabunt.*
4 *Chronicarum auctoribus etiam paucioribus creditur, dummodo grauioris ſint authoritatis.*
5 *Chronicarum auctores ſi pares ſunt illis fides adhibebitur, qui validiores rationes in medium proferunt.*
6 *Hiſtoria in multis notorium inducunt.*
7 *Poetis, qui narrare ſolent veritatem, fides adhibetur.*
8 *Chronicarum auctoribus fides non habetur, quando à lege illi reijciuntur, quia plus poteſt lex.*
9 *Chronica quæ loquuntur per verba enunciatiua, non faciunt fidem.*
10 *Chronica probant, ſi longiſſimo tempore fuerunt approbata.*

1 CHronicarum & hiſtoriarum exemplum † fidem facere
tradidere Bar.& Alex in l.1.ff.ſi cert.per.per tex.in c.cũ
cauſam.de probat.probatur in l.1.ibi à quibuſdam ſcriptori-
bus traditum eſt.ff.de off.præfec.præt. & in l.1.ibi, Innius &
Trebatius & Feneſtella ſcribunt.ff de off.quæſtor.glo.in cle.1.
in verb.vrbano,de reliq & venerat.ſanct.& in clem.1.in ver.
Bononia,de magiſt.& in c.quamuis.21.diſt.Huc addas glo.in
verb.trapezitas,in c.in nomine Dñi. 23.diſt. Dd.in cap.ſunt
15.diſt.Arch.in proœm.6.Ludou.Rom.in conſ.524.incip. vos
eſtis lux mundi.De hiſtorijs eſt tex.in l 2. in § eodem tépo-
re.ff.de orig.iur.& in l.quæſtionibus. ff.ad leg.Iul.Maieſt.vbi
Saluſtij hiſtoria inſerri videtur,& in § 1.in fi. Inſti.de donat.
& de hiſtorijs eccleſiaſticis eſt tex.in c.fin. 9.diſt. & glo.in c.
veterum.in verb.Græci.eadem diſt.gl.in §.hæc autem tria,in
proœm.ſforum,in verb.regis in l.1.ff.de offi queſto.& in l.ſe-
ptimo menſe.ff.de ſtat.homi.Dec.conſ.135.Abb.in c.2.n.11.
de feud.& in c.cum cauſam,nu.1.de probation.Cæpol.in au-
then.ſed nouo iure,ou.22.C.de ſer.ſugit.& notabiliter Pariſ.
in conſ.1.ou.50.vol.1.Plat.in §.penul.notab.1.Inſti.de teſtam.
Iaſ.in l.1.nu.25.ff.ſi cer.pet.Bellam.deciſ.70.inci.adminicola,
vbi late de hac materia differentem conſulas.

Primo amplia primam concluſionem procedere,ſi author
2 huiuſmodi chronicarum ex aliorum,†non ſolum ex ſua ipſius
ſententia loquatur,vt ſcribit Socin.in l.1.ff.ſi cert.peta. & ibi
Purpurat.nu.156.affatim Felin.in ca.cum cauſam. col.1.nu.1.
ſub fi.ext.de probat.

Secundo amplia, & ſi chronicarum ſcriptores inter ſe diſ-
3 ſentiant † quia illi parti fides erit habenda, à qua plures ſcri-
ptores ſtabunt.l.prima, ff.de offic.quæſtur.capit.nouimus.ff.
de verborum ſignificatio.Purpuratus in dicta l.prima, nume.
156.ſub fin.

Subamplia hanc primam ampliationem, vt etiam paucio-
4 ribus credatur † dummodo grauioris illi ſint authoritatis,
per id quod dicit Angel.in l.ſi idem. § fin. ff. de iuriſdictio.
omnium iudic.& per text.l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtibus.&
de vtroque Alexand,conſi.13.in fin.libro primo, numero 15.
nis cauſa tollit omnem ſuſpicionem.

Poſteriori vero caſu ſi vniuerſitas ſit adeo parua, vt illi de
ipſius corpore cadant ſub nomen domeſticorum, vel cohabi-
17 tantium, tunc † procedit prædicta doctrina, vt non admittan
tur, iſta diſtinctio probatur ex ijs, quæ animaduertit Spec. in
tit.de teſt §.1.verſ.ſed nunquid in caſu vniuerſitatis, vel ciui
tatis, nu.22. per ea quæ obſeruata fuere per Io. And.in d.cum
nuntius, & per Panor.& Fel.in c.inſuper.poſt nu.4. de teſt.vbi
late de hac re, & per Alber.Malet.in tract.de teſtib.in 9. fol.in
2.col.& per Franc.Cur.in tract.de teſt.in 3.concluſ.nu.11. per
totum, & per Hyppol.Marſ.in l.1.§.ſeruus mancipium. nu. 4.
ff.de quæſt.late Petr.de Monca.in addit.ad Io.Crot. in d.par.
3.ſub nu.166.in verb.quod non.de teſtib.

Poſteriori loco illud eſt declarandum, vt non ſibi locũ ven-
dicet, quando aliter factũ probari non poſsit per alios, quam
18 per ipſos ciues † nam tũc & ciuis pro ſua ciuitate, & quis de
vniuerſitate adhibetur in teſtem. Ita dilucide ſancitum reli-
quere Imp.Theodoſ.& Valenti.in l.conſenſu.circa med.C.de
repud.& contex.eſt c.& ſi Chriſtus.in fi.de iureiur.glo.in l.in
tantum.§.ideoque.ſuper.verb.reſcripſerunt.ff. de rer.diuiſio:
vbi Bart.verſ.quædam ſunt, quæ non poſſunt probari, niſi per
d.l.cõſenſu; ſic etiam intelligit Gui.Pap.ſing.257.incip. illi de
vniuerſitate, ac ita declarat Petr.Ghirard.d.ſingul.

Sed iſtud poſtremum ita demum locum habet, quã ex natu-
ra negotij habita & acta non potuerunt alij teſtes interueniſ-
ſe, vt de tractatis in collegio, ad quod cõſulas recentiores Pa-
pien.in l.cũctos populos.C.de ſum.trin.& fid.cath. & Petra-
ſancta ſing.24.vtrum, & Bar.de Capua ſing.4. ſed an vnus.

Id vero vltimũ axioma ſic accipias, vt procedat, quã illi de
vniuerſitate non ſentiunt cõmodũ in particulari, ſed publicæ,
& vtilitas præcipue ad ciuitatem ſpectat, tunc enim ipſi ſunt
teſtes idonei, ẽt ſi factũ per alios poſsit teſtes probari, ita tra-
dunt Bar.& cæteri Dd.in d.l.conſenſu.de repudijs.Secus autẽ
id eſſet, cũ ad ſingulos vtilitas, & emolumentum pertineret,
non.n.tunc ſunt idonei teſtes, vt ſentit Bar.in l.in tantũ.§. vni
uerſitatis, verſ.quædã ſunt, quæ poſſunt probari per alios.ff.de
rer.diui.& in l.ſed ſi hac.§.qui manumittit.ff.de in ius voc.Vn
de tradunt, ſi q̃ſtio ſit de paſcuis & nemorib.in quib.ſingulo-
rũ beſtiæ paſcant, & ſinguli ligna incidãt, teſtimoniũ ipſũ nõ
admittat, vt ſenſit Bar.in eodẽ nup allato loco, & ſequutus eſt

Marcell.Bonus in additio.ad Barth.de Capua ſingul.4. incip.
ſed an vnus, atque idem probauit Petr.Ghirard.de Petra ſan-
cta ſing.24.incip.vtrum ciuis.

CONCLVSIO CCXCVI.

ARGVMENTVM.

Quæ probentur eſſe ciuitatis.

SVMMARIA.

1 Ciuitatis ea præſumuntur eſſe, quæ intra fines eiuſdem reperiuntur.
2 Quæ intra fines ciuitatis reperiuntur, ſi ſunt ad vſum eiuſdem, præſumuntur omnino eſſe in bonis illius ciuitatis.
3 Ciuitatis præſumuntur eſſe non ſolum immobilia bona, ſed etiam mobilia, quæ intra fines eiuſdem exiſtunt.
4 Aſſerens aliqua bona, quæ fuerunt, & hodie non ſunt, eſſe ex pertinentijs ciuitatis probare debet.

1 Ciuitatis in dubio ea eſſe præſumuntur, † quęcunque intra
fines eiuſdem reperiuntur, vt voluit Caſtr.in l. 1.in prin.
ff.de aquir.poſſeſſ.& ibi Soci.in 4.col.nu.18.cum plurib.ſeqq.
Barth.Soci.conſ.166.in cauſa communitatis.a.col.Maria. Soc.
iun.conſ.68.nu.6.lib.1.

Quæ concluſio tum maxime procedit, quando illa, quæ re-
2 periuntur intra fines, ſunt ad vſum ciuitatis, † nam eo caſu prę-
ſumuntur eſſe omnino de bonis illius ciuitatis, vt reſponden-
do voluit Maria.iun.d.cõſ.68.nu.16.& tradidere Innoc.& alij
in c.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.Bal.in conſ.445.qualiter pro-
bentur pertinentiæ.col.1.vol.5.

Amplia prædicta etiam procedere non ſolum in rebus im-
3 mobilibus, † ſed etiam in mobilibus bonis, vt cautum fuit ab
Innoc.in d.c.cum ad ſedem.nu.4.de reſtit.ſpol.Soci.in d.con-
ſil.68.nu.16.li.1.Bal.in c.1.col.5.de cap.qui cur.vendi.in vſib.
feud.in verſic.quædam ſe habent.Qui ergo dicit aliqua bona,
4 quæ fuerunt, & hodie non ſunt, eſſe ex eius pertinentijs † de-
bet illud probare, alias contra eum præſumitur, ita conſuluit
Socin.d.conſ.68.nu.16.& per not.per eum.

CONCLVSIO CCXCVII.

ARGVMENTVM.

Clam ſi quid factum ſit probat contra eum, qui id egit, & clam fieri quid dicatur.

SVMMARIA.

1 Clam quod factum eſt probat contra eum, qui id egit.
2 Error iuris non prodeſt minori, mulieri, vel ruſtico, vbi occulte quid agunt, licet tractent de damno vitando.
3 Clam quid fieri probatur ex eo, quod ſine ſolemnibus requiſitis factum reperitur.
4 Clandeſtinum matrimonium quare dicatur.
5 Clam fuiſſe contractum matrimonium dicitur, ſi omiſſæ fuerunt ſolemnitates bannorum.
6 Matrimonium publice dicitur, & non clam contractum, ſi conuocatis amicis, & conſanguineis, & nemine fores excluſo celebratum fuerit.
7 Matrimonium faciem eccleſiæ dicitur contractũ ſi in publico conuocatis vicinis contrahatur etiam ſine bannis.
8 Clam factum dicitur, quod fit omiſſis eis, quæ iuxta conſuetudinem requiruntur.
9 Clam factum dicitur, quod ſine iudice factum eſt, in quo iudicis præſentia requiritur.
10 Clam factum eſt, quod eſt factum, vt ad notitiam eius, cuius intereſt, peruenire non poſſit, quod intellige, vt ibi.
11 Clam factum dicitur, quod factum eſt parte non citata.
12 Quid in citatione partis exprimi debet.
13 Citatio citato debet denunciari, aut ſi abſens eſt amicis, vel procuratori, vel domi.
14 Clam dicitur fieri actus, qui fit, vel in ſubſtantia, vel in qualitate aliter, quam fuit denunciatum.
15 Clam dicitur factus actus, & parte non citata, qui fit alia hora, quam ea, quæ citatus eſt.
16 Clam non dicitur factus actus, in quo pars præſens reperitur.

1 Clam vel clandeſtine, quod fuit factum † probare contra
eũ, qui id agit cõſultus r̃ndit Crau.conſ.128.nu.11.com-
probat id per reſponſa Triphonini in l.fi.ff.de rit. nup. & in l.
non exiſtimo.ff.de admini.tuto.& per reſcriptum Imp.Seuer.
& Antonini in l.1.C.de interd.matr.& p c.conſuluit.§ ne vero
iudiciũ, de off.deleg.c.Anaſtaſius, iuncta gl.pen.in verb.occul
te 19.diſ.l.ita fidei.ff.de iur.fiſc.c.pnicioſa.circa prin.18.q.2.

Quorum auctoritate permotus prædictam concluſionem

Digitized by Google

amplio iuxta Rom. ſententiam in conſil.506.nu.4.verſ. & primo moueor,col.3.vt vſq; eo ſit vera,vt ēt error iuris nō proſit
2 minori,† mulieri,vel ruſtico,vbi occulte quid agant,licet tractent de damno vitando,quod refert Crau.d.conſ.129.nu.21.
3 Clam vero quid fieri probatur † eo quod ſine ſolēnibus requiſitis factū reperiť,ita docuit Bar.in l.fin.ff.de rit.nup.& in l.2.C.de his,quæ de publi.ratio.li.10.ad id contex.eſt in c.cū
* inhibitio.§ 1.de clandeſt. deſponſ. & ibi cōiter omnes * Dd. quos refert & ſeqť Soc.iun.in cōſ.87.nu.48 & ſeq li 2. qui lo-
4 quitur in matrimonio contracto † non præcedentibus denunciationibus in faciem eccleſiæ iux.formulam præſcriptā in d. c.cū inhibitio,quod propterea diciť clandeſtine contractum.

Illud ſic velim extendas,vt vendicet ſibi locum,etiamſi matrimonium eſſet contractū cōuocatis amicis & nemine ſerioſe excluſo,quia & tunc ſi fuerint omiſſæ ſolēnitates bannorum
5 † clam tamen fuiſſe contractum matrimonium dicitur,ſic vna mente tradidere Inno.Hoſt.Io.And.& Ant.de But.in c.ex tenore,qui filij ſint legit.& ſequitur Præpoſ in c.quod nobis.eo tit.& iuxt.hanc ſententiam reſpondit Ruin.in conſ.14.nu.10. li.3.& Cephal.in conſ.503.col.pen lib.4.

Contraria huic eſt cōis ſententia Theologorum & Canoniſtarū,quod imo ſemotis ſolemnitatibus,de quibus in d c.cum inhibitio.matrimoniū dicatur publice & non clam cōtractum
6 ſi † conuocatis amicis & conſanguineis,& nemine ſerioſe excluſo celebratū fuerit,ita apertiſſime aſſeruit Lup. in tract de marri.& legitimat in 2.par.princ.nu.14.& reſpondit Oldr. in conſ.256.Clemēs epiſcopus.nu.4.& ſeq.cui adhæſit Abb.in d.
* c.cū inhibitio.nu.9.& cōſuluit Cur.iun.qui ēt * de cōi atteſtatur in conſ.64.col.2.id etiam protulit Rol.à Val.in cōſ.93.nu. 25.& ſeq.vol.3.Rui.ſenſit in conſ.51.nu. 15.& ſeq.vol.1.& in cōſ.100.nu.2.in fi.vol.3.idem Lup.vbi ſupra.nu 18.vbi oſtendit in hanc ſententiam deſcēdiſſe Inno.in d.c.cum inhibitio. & in c.ex tenore.Et idem dixit Crot.in conſil.304.nu.7.& 8. li.3.Hoſt. etiam in contrarium citatus in hanc deſcendit ſententiā in ſumm.in tit.de clande.deſponſ.§ quot modis,quam plures ēt alios tenuiſſe eandem opinionem connumerat Lup. in loco ſupra allato,nu.10.idem voluit Spec in tit.de clandc. vbi indiſtincte tenet matrimoniū dici in faciem eccleſiæ con-
7 tractum † ſi in publico conuocatis vicinis contrahatur etiam ſine bannis Ceph.ēt ſibiipſi contrarius hanc cōplexus eſt ſententiam in conſ.82.nu.26.& ſeqn.& in conſ.216.nu.15. vol.2. Dec.qui idem ſentientes adducit in conſ.153.Iaſ.in conſ 156. vol.4. & hanc opinionem multis rationibus defendit Didac. Couar.in 4.decr.in 2.par.c 6.in princ.nu.10.vbi teſtatur hanc
* * opinionem eſſe moribus * * receptam.

8 Primo amplia, vt etiam clam eſſe factum probetur † in eo, quòd eſt factum omiſſis eis, quæ iuxta conſuetudinem requiruntur,vt voluit Bal.in d.l.2.nu.2.C.de his qui ex publ. ratio. mut.pec.accep.lib.10.

Secūdo amplia,vt etiam procedat, quando quid factum eſt
9 ſine iudice † quando in eo facto præſentia iudicis requirebatur,vt tradidit Bar.in d.l.2.nu.2.& Bal.in l.fi.C.de præd.curia. non alie.

Tertio amplia,locū habere concluſionem,qň ita quid factū
10 eſt † vt id ad notitiam eius,cuius intereſt,peruenire nō poterit,auctor eſt Bar.in d.l.2.C.eod.tit.vt in l. clā poſſidere.ff.de acq.poſſ.non l.intelligitur.§.tacita.vbi Bar.circa prin.ff.de iu. fiſc.Corſet.ſing.in verb. occulte, incip. quid dicatur fieri occulte.verſ.ſimiliter dicitur,Aret.in l.clam poſſidere.nu.5.ff.de acqu.poſſ.Bar.in l.2.poſt nu.1.verſ.clam enim diciť. C de his q ex pub.ratio.mut. pec.accep.li.10.Soc.conſ.86.n.53.vol.2.

Intellige hāc ampliationem procedere, ſi in rei veritate & nō ex opinione ad præfatū ſpectabat tale factū, ſiue negotiū ſcire,l.aut q aliter. §.ſi qs.& ibi Bar.nu.1. ff.quod vi,aut clam.

11 Quarto noto concluſionem locum habere, † quando quid factum eſt parte non citata, vt reſpondit Vlpia. in d. l. aut qui aliter.§.ſi quis te.ff.quod vi aut clam.Innoc. in c.cum olim.in gloſſ.in verſic.prædicto,ext.de re iud.

12 Nec ſufficit ſimpliciter partē citare, † ſed debebit & diē & horā in citatione apponere,& locū, in quo actus fieri debet, & quod opus facturus ſit,nō perfunctorie, aut obſcure qd dicere,aut denunciare, neque tā arctare debet citandū, vt intra diē occurrere ad prohibēdum non poſſit, ſic ad verbū loquutus eſt idem Vlp.in l.aut qui aliter,qui eſt aureus tex.ex mente Bar.ibi ff.quod vi aut clā.in §.ſi quis ſe denunciauerit.Quæ
13 omnia prædicta,licet ad amuſſim obſeruāda ſint,† debet omnino citatio ipſi citato denūciari,ſi tñ adſit,ſin minus,amicis, aut procuratori,aut ſaltem ad domū denuncianda eſt, d.l.aut qui aliter.§.ſi quis.ff.eod.tit.quod vi aut clam.Quibus omnibus in citatione obſeruatis, ſi nihil minus actus ille, ad quem
14 † quis citatus eſt,aliter fiat,vel in ſubſtantia,vel in eius qualitate,quam fuerit denunciatum,actus ille nihilominus dicetur factus clam,& non citata parte,conſulas ad id Abb.in conſil. 38.poſt nu.1.verſ.non obſtat aliud motiuum,in 1.lib.Fel.in c. quia iudicante.col.1.nu.1.de præſcr.& in c.conſuluit. nu.3.&
15 4.de off.deleg.vbi ait.ſi citatus ſit aliquis pro certa hora † & actus fiat alia hora,dici factū clam, & parte non citata,& omnino adhibeas eundem Fel.in c.1.nu.2.& 3. de iud.vbi multa ſcitu digna in re propoſita cumulauit Bart.in d.l. aut q aliter. §.ſi quis.ff.quod vi aut clam,& ibi late vberrimeq; ſe fundit Illuſtriſs.Card.Alba.in addit.ad eūdē Bar.Imo.in cōſ.97.col.3.

16 Limita tamen prædicta, ſi in illo actu † pars præſens reperiatur, vt ſcriptum fuit à Feli in d.c.1.nu.2.& 3.& in d.c.conſuluit.col.1.nu.2.& 3.& ſeq.& in c.ad petitionem. de accuſat. in verſ.iſtis etiam.& Abb.d.conſ.38.d.verſ.nō obſtat. & in d. c.conſuluit.nu.7.vbi declatat Card.Alba.in d.l. aut qui aliter. nu.1.ff.quod vi aut clam.

CONCLVSIO CCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Clauium receptio quid probet.

SVMMARIA.

1 *Clauium receptio probat poſſeſſionem eius rei, cuius claues traditæ ſunt.*
2 *Clauibus traditis videtur tradi poſſeſſio eorum, quæ ſub clauibus ſunt.*
3 *Spoliato ſufficit probare poſſeſſionem per traditionem clauium.*
4 *Clauium traditio poſſeſſionem non arguit, niſi claues traditæ ſint apud illam rem, cuius ſunt.*
5 *Clauium traditione transfertur rei poſſeſſio, quando fit in rei præſentia.*
6 *Aſpectus idem efficit in rebus vicinis à nobis poſſidendis, quod poſſeſſio corporalis in rebus maximis.*
7 *Claues traditæ in loco propinquo rei poſſeſſionem arguunt.*
8 *Inſtrumento ſtandum eſt, niſi contra probetur.*
9 *Clauium traditione, ſi res eſt in præſentia vel in ciuitate, vel territorio, videtur poſſeſſio tradita, & ſi eſt in abſentia nequaquam.*
10 *Clauium traditione res immobilis tradita non præſumitur, niſi appareat de venditoris voluntate.*
11 *Duo non poſſunt rem inſolidum poſſidere.*
12 *Clauium traditione transfertur ſola cuſtodia rerum clauſarum.*

1 CLauium receptionem probare poſſeſsionē eius rei † cuius claues ſunt traditæ,reſpōdit ſubtiliſsimus ille Papin. in l.clauibus & ibi Bar.nu.1.ad quem multa addit Card Alb. in ſuis lucubrationibus,quem videre poteris.ff. de cōtrahen. emp.ab Vlpiano,etiam cautum fuit in l.Pomponius.§.ſi iuſſu. ff.de acq.poſſ.quod idem multi tum conſulendo, tum docendo ſenſere,vt Dec.in conſ.56.nu.2.Anchar.conſil.190 nu.3.ita etiam voluit Iaſ.in l.1.§.ſi iuſſerim.nu.16.verſ.vltimo nota.atque Hormānotius Detus in repet.d.l.1.nu.65.verſ.tertia concluſio.ff.de acquiren.poſſeſſ.Bertrand.conſil.30.num.12.in 1. parte,volum.1.& idem conſil.185.nu.6.vol.3. Bart.late in d.l.
2 clauibus ff.eodem tit.vbi ait, traditis clauibus † videri tradi poſſeſſionem eorum,quæ ſub clauibus ſunt,nam per claues,vt inquit Bald.in l.2. C.de verb.ſignif.intratur ad poſsidendum, quem refert & ſequitur Dec.d.conſ.56.nu.2. & late reſpondit Oldr.in conſ.209.in cauſa hoſpitalis.nu.3.& ſeq.decidit Rot. deciſ.717.alias 21. dic quod aliquis.de reſtit.ſpoliat.in antiq.
3 vbi ſpoliato ſufficit † quod probet poſſeſsionem per traditionem clauium,ſenſit Socin.ſen.in conſ. 131.in præſenti conſultatione.nu.8.lib.1.& ad idem text.in l.1.& ibi Bal.C.de crim. expilat.hæredi.

Primo limita cōcluſionem non procedere,niſi claues tradi-
4 tæ ſint † apud illā rē,cuius claues ſunt.d.l.clauibus,verſ.ſi claues apud bona traditæ ſūt.Bar.ita explicat d.l.clauibus,& in l.1.ff.de acq.poſſ.poſt nu.18.verſ.tñ in traditione clauium. dicens tū demū traditione clauium rei poſſeſsionem transferri
5 † qñ fit in rei præſentia quem refert & ſequ.Dec d.cōſ. 56. In cauſa appellationis.nu.2.quę ſnſa fuit gl.in l.1.in prin.in verb. qui primi.ff.de acq.poſſ.quæ non obſcure vult, poſſeſsionem tum demum transferri traditione clauium,cum contrahentes ſunt in conſpectu rei venditæ,quam quidem gl.ita intelligūt, & ſequuntur Bart.Raph.Commenſ.Roma. Socin.& Franciſc. Ripa,ac cæteri citati per Andr.Tiraq.in tract. de iur.conſtitu.

in 2.

in 2.part.3.ampliat.nu.3.verſ.ex quibus iur. Et hoc rōne vi-
ſus;vt reſpōdit Paulus in d.l.1.§.pen.verſ.& vina tradita vi-
deri,cū claues cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint. per di-
ctionē,&,copulatiuā,quæ repetit qualitates præcedētes.Bar.
in l.fin.§.cui dulcia.ff.de vin.triti.& ole.lega.& l. quod meo.
§.ſi vēditorē.ff.de acqu.poſſeſ. Nā aſpectus non minus efficit
6 in rebus vicinis à nobis poſſidendis,quā † ſi pedē finibus intu
liſſemus,vt cauit Celſus in d.§ ſi venditorē.& Paulus in d.l.1.
§.ſi iuſſerim.ver.cū ea res i pręſentia ſit, videri mihi traditā.
Contrariā ſentētiam,quod imo neceſſe non ſit, claues eſſe
7 traditas in aſpectu † vel in pręſentia rei,ſed ſufficere eas eſſe
traditas in loco ꝓpinquo ipſius rei,adeo vt de proximo poſ-
ſit emptor ad eā accedere,ſequutus eſt Alex.in l.1.n.70.verſ.
habetis diligēter,ff.de acq.poſſeſ.vbi poſt Imol.ſibi cōtrariū
firmat,poſſeſſionē acquiri per traditionē rei, in abſentia rei
factę.cui opinioni aſſentitur Paul.de Caſt.in d.l.1.n.18. verſ.
alia opinio.quo in loco dicit,priorē opinionē eſſe truffam.
Verū opinionē Bart.contra Alex.tuetur Hormanot Det.in
d.l.1.nu.65.verſi.ſed teneas ſententiam Bar.quo in loco argu
mentis ab Alex.contra allatis reſpondet,rōnibusque & aucto
ritatibus Bart.ſententiam cōfirmat,ſed vltra Hormannt. Det.
ad Bartoli opinionem corroborandam non abs re fuerit hic
ſingularem doctrinam Spec.adijcere,quam idem refert in §.
3.nu.32.ſub titul.de empt.& vēd.vbi ſic quærit, quid ſi in in-
ſtrumento contineatur, vēdo, & trado tibi,&c. nūquid pręſu
matur traditionem ſactam eſſe? Affirmate videtur reſponden
8 dum,quia † ſtandum eſt inſtrumēto,niſi contra probetur. l.cū
precibus.C.de probat.l.ſi quis vuas.ff.de vſufruct. quidā ali-
ter ſentiūt,argum.l.prædia.ff.de acquir.poſſeſ.vbi inſtrumen
tum nihil probat.Quidam diſtinguūt,an res,de qua agitur in
vēditione,ſit in præſentia.ſ.in eadem ciuitate, vel territorio
9 eodem,an ſit in abſentia.i.in alia ciuitate,& † primo caſu vi-
deatur poſſeſſio tradita & acquiſita,in alio nequaquam, vt in
l.quod meo.§.plus.ff.de acquir.poſſeſ.argum.l.parui.ff.de cō
dict.ſin.cauſ.vel dic,aut res,quę venditur,eſt mobilis,& tunc
10 tradita præſumatur,aut † immobilis,& tunc neutiquā, niſi ap
pareat de venditoris voluntate,vt in præalleg.l.prædia. ſi er-
go ſcribatur in inſtrumēto,vendidit,& tradidit, intelligitur,
ſi res ſit in pręſentia,qui eſt modus quærēdi poſſeſſionem , vt
ibi Spec.Ad hæc præterea adijcias ea,quæ tradit Tiraquel.in
tract.de iur.cōſtit.2.par.in 3.ampliat.nu.2.& infra,atque ea,
quæ fuſius ſumus proſequuti in concluſ.Poſſeſſio.
Secundo limita non procedere,ſi alius eā rem,de qua cla-
11 ues traduntur,poſſideat:nā † dici nō poſſunt,rē inſolidū poſ-
ſidere,l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculū.ff.commo.ita reſpon
dit Soc.in conſi.131.nu.8.vol.1.Rot.deciſ.168.quam nō in-
ueni,ſed recte facit d.deciſ.717.alias 21.de reſtit.ſpol. in an-
tiq.recenſuit Oldr.in conſ.209.in caſu hoſpitalis.nu.13.
Tertio loco concluſio limitāda eſt,vt tunc vera ſit, qū tra-
ditio clauiū pręceſſit titulū,vt venditionis,vel alterius,alias
12 † per traditionē clauiū transfertur ſola cuſtodia rerū clauſa
rū.Ita limitat Iaſ.in d.l.1.§.ſi iuſſerim.nu.19.de acqui.poſſeſ.
auctorem laudat Bar.in l.cum pater.§.pater pluribus.per illū
text.ff.de leg.2.& Petr.de Anch.in clem.1.§.ſane.de hæretic.

CONCLVSIO CCXCIX.

ARGVMENTVM.

*Clauſula inſolita quo pacto probetur , appoſita in aliquo in-
ſtrumento.*

SVMMARIA.

1 *Clauſulam inſolitam in aliquo inſtrumento fuiſſe appoſitam aſſerens probare debet.*
2 *Clauſula inſolita probatur appoſita in aliquo inſtrumento ex inſpectione multorum inſtrumentorum.*
3 *Clauſula conſueta in dubio præſumuntur appoſitæ in inſtrumento potius , quam inſolita.*
4 *Quia moris & conſuetudinis ſunt,in bonæ fidei iudicijs venire debent.*
5 *Clauſula in inſtrumento appoſita,non probantur inſolitæ,ſi conſtet de conſuetudine generali,vel præcipua ipſius Notarij,clauſulas huiuſmodi ſolere apponi.*
6 *Vbi ſtylus Notarij varius eſt,debet attendi vltimus, & vbi in loco plures ſunt conſuetudines,ſtatur ei,quæ minus damnoſa,& magis æquitati , ac rationi conſentanea eſt.*
7 *Contractus videntur geri ſecundum conſuetudinem loci , licet id non exprimatur.*
8 *Clauſula ſolita poni in certo loco. ſi transfertur contra ius , intelligitur inſerta ſuo loco.*
9 *Quod ſolet apponi in contractu,habetur pro appoſito,etiamſi non fuerit ſcriptum.*
10 *Notarius ſimpliciter rogatus,præſumitur rogatus cum clauſulis conſuetis.*
11 *Notarius in inſtrumento dotis apponere debet obligationem hypothecariam, etiamſi ſibi non fuerit dictum.*
12 *Subſtantialia inſtrumenti ſi non declarantur aperte,licet obſtata ſint , pro expreſſo non habentur.*
13 *Error Notarij circa ſubſtantialia teſtamenti ex dolo præſumitur.*
14 *Quæ raro fieri ſolent,& iure quodam extra ordinem inſolita præſumuntur.*
15 *Promiſſio de euictione non ligat venditorē, ſi iure quodā extra ordinem cenſeatur.*
16 *Notarius poteſt tantum apponere clauſulas conſuetas in inſtrumento ab eo recepto.*
17 *Clauſulæ conſuetæ licet habeantur pro appoſitis,iuramentum tamen,quod ſolet præſtari,ſi non eſt præſtitum,Notarius non debet apponere.*
18 *Clauſula vbi probatur inſolita,inducit ſuſpicionem ſimulationis actus.*

CLauſulam inſolitam fuiſſe appoſitam in aliquo inſtrumē
1 to,aſſerentem † id probare debere , ſancitū eſt in l.præ-
ſcriptione,cum gloſſ.C.ſi contra ius vel vtilit.public.hoc idē
voluit Dec.in c 1.col.13.nu.113. verſic.1.quia negari poteſt.
de probat.quod etiam ſequitur Ant.Rub.in l.non ſolū.§.mor
te.nu 84.verſ.vnum tamen nota,quod dicēti.ff.de nou. oper.
nunc.cui ſubſcripſit Galliaul.in l.Gallus.§.idem credendum.
nu.23.ff.de lib.& poſthum.
Quæ quidē probatio poterit haberi ex inſpectione multo-
2 rum † inſtrumentorum,vt ab eodem ſcriptum eſt Rubeo, loco
nuper à nobis allato,qui ad hoc teſtatur Bart.in l.de quib.in
5.quæſt.ff.de legib.in illa parte,dum allegat l.quod ſi nolit.§.
quia aſſidua.ff.de ædil.edict.ad hoc etiam conſulas Abb.in
conſ.53.vol.2. & idem videtur ſentire Alexā.in d.l.Gallus.§.
idem credendum,nu.6.verſ.item quia.ff.de lib.& poſthum.
Quod ſi de hac re dubitetur, in hac dubitatione præſumi-
3 tur clauſulas † conſuetas fuiſſe appoſitas in inſtrumento,vt de
hac re eſt Vlpiani reſponſum cuique obuium in d.l.quod ſi
nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædil.edict.Ea enim,inquit Iuriſcon
4 ſultus,quę ſunt moris & conſuetudinis † in bonæ fidei iudicijs
debent venire;cui reſpondet Pauli reſponſum in l.fin.ff.de fi-
deiuſſor.qui text.eſt melior de mundo,vt ore Baldi loquar in
l.huiuſmodi.in princip.ff. de legat.1. ſic etiam tradidit Abb.
in c.cum M.nu.4.& ibi Felyn.num.6. de conſtit. idem voluit
Anton.de Rub.in l.non ſolum.§.morte.nu 21.ff.de nou.oper.
nunciat.cui opinioni aſſentitur Dec.in d.c.cum M.n.18. verſ.
5.nota. Lancelotus Galliaula in l.Gallus.§.idem credendum.
nu.14.& ſeq.& ibi Iaſ.col.1.nu.2.verſi.confirmatur.ff. de lib.
& poſthum.
5 Illud vero ſic eſt accipiendū,vt intelligatur verum eſſe, † ſi
conſtabit ſaltem de conſuetudine generali, vel præcipua ip-
ſius Notarij,clauſulas huiuſmodi ſolere apponi , vt declarat
Alex.in d.l.Gallus.§.idem credendum.num.4.ff.de liberis &
poſthumis.in quo loco aſſerit,vt, vbi ſtylus Notarij ſit va-
rius,debeat attendi vltimus,quod ſi non liqueat de conſuetu
dine ipſius Notarij,debeat accurate notari conſuetudo gene
6 ralis aliorum Notariorum , & vbi † contingat in loco plures
adeſſe conſuetudines,ſtatur ei,quæ magis æquitati atque ra-
tioni conſentanea ſit,quæque minus damnoſa ſit , vt & idem
Alex.explicat in l.2.vbi quoque recentiores ad fin.ff. ſolut.
matrim.quem ſequitur Rub.d.§.morte.l.non ſolum.nu. 84.ff.
de nou.oper.nunciat.& tradit etiam Iaſ.in d.l.Gallus.d.§.idē
credendum.col.5.nu.23.verſ.item adde,quod ſi Notarius, ff.
de lib.& poſthum.
Quonam vero pacto intelligendum ſit id,quod ſupra dixi
mus,clauſulas conſuetas haberi pro appoſitis,declarādū eſt,
vt primo procedat in contractibus,vt.ſ.videantur geri ſecun
7 dum conſuetudinem loci,licet † id non exprimatur in cōtra-
ctu,vt colligere eſt ex Vlpiani reſpōſo in d.l.quod ſi nolit.§.
quia aſſidua.ff.de ædil.edict.& obſeruauit Bar.in l.nemo eſt q
neſciat.ff.de duobus reis.quē refert Abb.in d.c.cū M. addu-
8 cēs c.cauſam.de reſcript.vbi † clauſula ſolita poni in certo lo
co,ſi trāſfertur contra ius,intelligitur inſerta ſuo loco , ſic ēt
Felyn.in d.ca.cum M.nu.6.& Abb.in d.c.cauſam. & in eandē
deſcēdere ſententiā Anton.& Imol.& Bal.in d.c.cum M.aſſe-
tentes,nullum eſſe contextum meliorem in iure pro eo,qđ illud,
9 quod ſolet apponi in contractu habeatur pro appoſito † etiā ſi
non fuerit ſcriptum,ſic etiam teſtatus eſt idem Rub.in d.l.nō
ſolum.d.§.morte.ff.de noui oper.nuncia.num,72.verſ.prima
ſit concluſio.Bar.in l.ſi pignore.in fin.ff.de pign.action. & in
l.final.ff.quæ in fraudem creditorum. Dec.in c.1.col.12. num.
112.uer.vbi inquit,quod in contractibus.de probat.

Deinde

Deinde intelligendū eſt, vt Notarius ſimpliciter rogatus,
10 præſumatur rogatus ex clauſulis conſuetis: ſic animaduertit
Bal.motus auctoritate context.in l.fin.in fin.ff.de fideiuſſ.atq;
Felyn.in d.c.cum M nu.6.& in c.ex literis.col.5. poſt nu. 12.
ver.quod Notarius ſimpliciter rogatus.de fid.inſtr. & verſi.
ſed tñ iſtud nō vr̄ neceſſario.& Abb.in d.c.cum M.nu.5.verb.
ibi,ſicut conſueuit.de conſtit.quod idē placuit Paul.Caſtrēſ.
in l.2.nu.3.ff.de iuriſdict.omn.iudic.Anton.Rub.in d.§. mor-
te.nu.79.verſ.ex præmiſſis inferūt præfati Dd.per text.in d.l.
fin.vbi gloſ.ſuper verb.ſimpliciter.C.de fideiuſſ.& idē n.82.
ver.retenta tñ.Iaſ.in l.Gallus.§.idē credēdū.col.3.n.12.verſi.
adde rōnē,quod per text.ff.de liber.& poſthum.per gloſ.in l.
4.§.in commiſſoria.ff.de leg.commiſſ.& alia, vt ibi Guid. de
Su.in l.in omnibus.ff.de arbit.& not.in l.ſi pigno.§.fin.ff. de
pign.& plene per Alex.in l.ſi finita.in princip.nu.2.ff.de dān.
infect.& Bar.in l.prius.§.1.ff.de aq plu.arc.

Hinc dicere cōſueuerat Bal.in l.1.nu.27.ver.ſed ponamus.
11 ff.ſolut.matr.Notariū † in inſtrumēto dotis debere apponere
obligationem hypothecariam etiamſi ſibi nō fuerit dictum,
cum id ſoleat apponi,per l.fin. in fin. C. de fideiuſſ. Multa &
quāplurima alia huiuſmodi videas apud Fel.in d.c.cū M. nu.
6.cū ſeq.& apud Iaſ.in l.vt liberis.nu.7.vſque ad nu.15.C.de
collat.& apud eundē in l.certi condictio.§.ſi nummos.à n.5.
vſque ad nu.30.ff.ſi cert.petat.& Gabr. in ſuis concluſionib.
lib.6.concluſ.3.de conſuet.in princip. qui ea in hac materia
congeſſere, quæ breuitatis cauſa prætereo.

Præterea declares, vt locum non habeat, vbi ea, quæ cōſue-
12 uere apponi, actus ſubſtantiam reſpiciūt: tūc † etenim, ſi ſub-
ſtantialia nō declarent̄ à parte, licet vſitata ſint, pro expreſſis
non habētur. Huc ſpectat, quod ſancitū eſt in l.teſtamētum.&
in l.iubemus.C.de teſtam.& in context.c.iuſte.de ſponſa. cū
alijs, q̄ cōgerit Fel.in c.cū M.col.3.de cōſtit.idē Felyn.in c.ex
literis.in verſi.ſeptima declaratio.de fid.inſtr.& Iaſ in l.vt li
beris.C.de collat.hāc limitationē cōfirmat id, quod obſerua
uit Bal.in l.generaliter in vltim.not.C.de nō nume.pecun.&
id quod ſcribit Felyn.in d.c.ex literis.in 2.col.in verſi.tertia
concluſ.de fi.inſtr.nā licet error Notarij nō p̄ſumatur ex dolo
prouenire, l.pen.C.de his, qui ſibi aſcrib.& vno cōſenſu aſ-
ſeruere ſcribētes poſt Bar.in l.quoties.§.1.de hæred.inſtit.tñ
13 † vbi Notarius errat circa ſubſtātialia teſti, iſtiuſmodi error
ex dolo p̄ſumat̄, vt eſt caſus i l.iubemus.§.ſi.ff. de hæred.iſtit.
Rub.in d.l nō ſolū.§.morte.n.85.verſ.id tñ.ff.de nou.op nūc.

Id inſuper declarari poterit, vt ſolum procedat in his, quæ
14 cōiter fieri ſolent de iure ordinario, ſecus † autem, ſi raro &
iure quodam extra ordinem, ſic memoriæ proditum reliquit
Felyn.in d.c.cum M.de cōſtit.locupletiſſimum teſtem laudat
Bar.in l.Seio.in §.medico.ff.de ann.leg.huc pertinet Iuriſcō
ſulti reſpōſum in l.fiſtulas, in §.ſi frumēta ff.de cōtrah. empt.
& doctrina Bart.vbi Alex.& recentiores in l.ſed etſi quis.§.
quæſitum.ff ſi quis caut. & reſpōdit Alexand.in conſilio.31.
colum.penul.vol.2.& in conſi. 107.incip. perſpectis verbis.
col.pe.lib.3, Quibus ſimile eſt illud axioma Angel.i cōſ.174.
incip.præmittendū. vbi ait, vt ſi venditor promiſerit de eui-
15 ctione, ſiue res de facto, ſiue de iure euincatur, iſta † promiſ-
ſio non liget ipſum venditorem, ſi iure quodam extra ordi-
nē res ipſa euincatur, cuius pronunciatum refert & ſequitur
Soc.in l.quidam relegatus.in 5.not.ff.de rebus dubijs, idem
Rub.in d.§.morte.nu.87.verſi ſecunda datur declaratio.

Huic ſubijcitur illa declaratio, vt illud procedat in his,
quæ ſolent fieri vno & eodem modo, ſecus ſi diuerſimode.Ita
limitat Alex.in cōſ.5.col.2.& 4.vol.5.teſtatur Bar in l.ſcien-
dum.in 4.oppoſ.ff.de verb.oblig.idem Rub.in §.morte. num.
89.verſi.tertia datur declaratio.

16 Poſtrema declaratio erit, vt poſſit tñ Notarius † apponere
clauſulas conſuetas in inſtrumento ab eo recepto, ſecus tamē
eſſet, vbi vellet apponere clauſulas conſuetas in nota alterius
defuncti, vt concludit Barba.in conſi.10.col.pen.ad hanc ta-
men declarationem conſulas Iaſ.in d.l.Gallus. in §.idem cre-
dendum.ff.de lib & poſthum.

Quinto loco vltra Rubeum limitare poteris id, quod dixi
17 mus, clauſulas conſuetas haberi pro appoſitis, † vt non proce
dat in iuramento: nam licet iuramentū ſoleat præſtari, tamen
ſi non ſit præſtitum, Notarius non debet apponere, ſingularis
hæc eſt doctrina Soc.in l.Gallus.§.idem credendum. col.3.ff.
de lib.& poſthu.quem refert & ſequitur Bellacōba in addit.
ad Iaſ.in l.vt liberis.ſub verſ item ex vlt.parte.C.de collat.

18 Scias tamē, quod vbi probatur clauſula inſolita, illam † in-
ducere ſuſpicionē ſimulationis actus, vt conſuluit Alb.in cōſ.
56.nu.23.& Dec.in conſ.399.nu.8 cauit gloſ.in l.1.C.de fid.
inſtrum.& iur.haſt.fiſcal.lib.10.Petraſancta ſing.77.clauſulæ
inſolitæ.nu.1 4.5.6.Aloiſ.de Alber.ſingul.143.clauſulæ inſoli-
tæ.Cæpol.in tract.de ſimul.contract.nu.48.& ſeq.Caſtrenſ.in
conſi.337.col.4.poſt nu.20.verſi.5.præſumitur.vol.1.Bald.in
c.quod veriſimile.nu.2.de præſumpt.& conſil.75.nu.2. vol.2.
& diximus in fin.in concluſ.Contractus ſimulatus ex clauſul.
inſolit.& in concluſione, Simulatio.

CONCLVSIO CCC.

ARGVMENTVM.

*Clauſula codicillaris, an præſumatur appoſita ex mente teſta-
toris.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula codicillaris non præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris, ſed ex ſtylo & capite Notariorum.*

2 *Clauſula codicillaris ex voluntate teſtatoris appoſita præſumitur, cum teſtamentū publice coram eo legatur.*

3 *Clauſula codicillaris non intelligitur ſcripta ex mente teſtatoris, quando eſt conſuetudo ſeu ſtylus illius Notarij, qui teſtamentum ſcripſit, apponere clauſulam codicillarem.*

4 *Clauſulam codicillarem appoſitam eſſe ex mente teſtatoris tunc præſumitur, quando eſt conſuetudo generalis Notariorum illam ſcribendi, quia videtur eſſe conſuetudo populi, & omnium teſtantium.*

5 *Clauſula codicillaris abſque dubio appoſita eſt de mente teſtatoris, quando teſtamē tum ſcriptum eſt manu ipſius.*

Clauſulā codicillarē nō præſumi appoſitā de volūtate te
1 ſtatoris, ſed † ex ſtylo & capite Notariorū, profitēdo ſcri
pſit Bar.in l.1.n.1 n.in fin.ff.de iur.codicill. & eū ſequutus eſt
Alex.in conſi.52.nu.27.vol.4.& reſpondit Barba.in conſ.43.
nu.31.& ſeq.col.8.vol.1.& in conſi.48.col.7.nu.11. & in cōſ.
58.col.7.nu.11.& ſeq.vol.1.& in conſi.16. circa princip.vol.
2 & in conſ 60.nu.8.& ſeq.vol.2.& id vna mente omnes ſen
ſere ſcribentes, teſtatus eſt Curt.iun.in conſi.t m.nu.11.quod
& placuit Calcan in conſi.27.nu.11.uerſi.& ad hoc adduco.
Idem reſpondit Bertrand.in conſi.170.ponitur in facto. nu.
6.vol.1.& in conſ.71.ex tenore.nu.7.vol.3. hoc etiam aſſeue-
rauit Soc.iun.in conſi.216.nu.21.vol.2.& decidit Gramma.in
deciſ.62,nu.21.in quo loco in hanc ſententiā omnium ſuiſſe
propenſam voluntatē diſſeruit. Id etiam protulit Soc.ſen.in
conſi.250.nu.8.vol.2.& in conſi.93.nu.27.vol.4.à quo non re
ceſſit Rub.Alex.in conſi.112 circa fin.verſ.& maxime.

Ab his totus eſt diuerſus Imol.in l.filio p̄terito.nu.21.in ſi.
2 ff.de iniuſt.irrit.fact.teſta.volens ibi † ex voluntate teſtatoris
clauſulā codicillarē præſumi appoſitā; cum teſtm̄ publice co-
ram eo legatur; cuius opinionē ſequutus eſt Alex. ſibi cōtrà-
rius in conſ.42.nu.7.vol.2.in conſi.1.nume.21.& ſeq.vol.5.in
cōſi.50.nu.8.vol.6.& in conſi.53.nu.11.vol.7.Idem ſenſit Bar
bat.in conſ.6.in fin.vol.2.& in c.quoad trāſlationē.nu.26.de
offic.deleg.& idē reſpōdit Ruin.in cōſi.25.n.24.vol.2. & ſcri
pſit Dec.in l.ſemper in ſtipulationib.poſt nu.11.verſi.ex præ
dictis infert.ff.de regul.iur.& in conſ.90.nu.20.vbi dicit, opi
nionem Bar.à cunctis ſcribentibus etiam reprobatam: & de
cōi cōtra Bar.atteſtatur ēt Grat.in conſi.21 .n.25.volum.2.
idē ſcriptum reliquit Gulielm.de Benedictis in repet.c. Ray
nut.in verb.in eodem teſtamento relinquens nu.48.de teſta.
& nouiſſime reſpondit Hier.Gabr.Eugub.conſ.113.nu. . vbi
communem ſcribentium eſſe ſententiam profitetur.

3 Hi † inter ſe diſſidentes auctores reconciliari poterunt, ſi
dicamus, ſententiam Bart.procedere, qn̄ eſſet cōſuetudo, ſeu
ſtylus illius tantum Notarij, qui ſcripſit teſtamentum, appo-
nere clauſulam codicillarem, quia tunc non intelligitur ſcri-
pta ex mēte ipſius teſtatoris; aliorum vero ſcribentiū contra
Bart. ſententia locum habere poteſt, quando extat gñalis con
ſuetudo Notariorum, vt ſcribāt clauſulam huiuſmodi codicil
larem: nam tunc, quia videtur etiam conſuetudo populi, &
4 omnium teſtantium, erit † præſumendum, teſtatorem mādaſ-
ſe, vt ea clauſulā apponeretur. Ita declarando ſcripſit Barbat.
in d c.quoad tranſlationem.nu.76.de offic.deleg.& in d.con
ſil.6.in fi.vol.3.

Declarābis tamen, vt ſñia Bartoli, & illorum, qui cum eo
ſentiunt, vera non ſit, quādo teſtamētum, in quo appoſita eſt
5 clauſula codicillaris, ſcriptū ſit manu ipſius teſtatoris, † quia
tunc

tunc clauſulam prædictam fuiſſe appoſitam de mente ipſius, dubium non videtur, vt conſulendo reſpondit Pariſ. in conſil. 60. nu. 57. vol. 2.

CONCLVSIO CCCI.

ARGVMENTVM.

Clauſula in contractibus appoſita, quo pacto probent.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ omnes in contractibus appoſitæ, præſumuntur appoſitæ, vt probent, & aliquid operentur.*
2 *Clauſula generalis excluſiua non probat excluſionē perſonarum priuilegiatarum.*
3 *Clauſula in principio ſeu præcedentibus poſita, nō probatur ex mente diſponentium in ſequentibus repetita.*
4 *Clauſula in præcedenti capitulo poſita, non cenſetur repetita in ſequenti, in his, quæ pertinent ad facti narrationem.*
5 *Clauſulam in principio poſitam referri ad ſequentia regula eſt.*

CLauſulas omnes in contractib. appoſitas, præſumi appo-
1 ſitas, vt † probent, & aliquid operentur, optime docuit Bald. in rub. C. de contrah. emp. 9. q. in c. ſi Papa. circa med. de priuil. nu. 6. l. ſi quando. ff. de leg. 1. Barbat. conſ. 18. clemētiſſimum Deum. col. 6 circa fi. ver. ideo idem Bal. vol. 4.
2 Clauſula generalis excluſiua† non probat excluſionē perſonarum priuilegiatarū, ita tradidit Card. in clem. 1. §. nonulli. de exceſ. præla. & docuit Bar. in l. decurionib. vbi Imp. Valēt. id ſciuit C. de ſilēt. li. 12. Decurionib. & ſilentiarijs, inquit Imper. etiāſi ad ſuperiorē gradū ſucceſſu meliore tranſcendunt, oīa priuilegia, quæ iam dudū Diuorum principū iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica. & idem voluit Bar. in 1. col. pen. nu. 26. verſ. vnde quæritur. C. de ſur. & Bal. conſ. 67. ſuper hoc puncto.
Quemadmodum clauſula in principio ſeu præcedentibus
3 poſita, non†ideo probatur ex mente diſponentiū repetita in ſequētibus, niſi clare id dicatur, quod placuit Bar. in l. 1. ff. de pac. dotal. & idē Bar. in l. in actionib. ff. de his qui not. infa. dicit, clauſulā in præcedenti capitulo poſitā, non cenſeri repeti
4 tam in ſequēti in his, †quæ pertinent ad facti narrationē, ſecus quoad iuris diſpoſitionem, atq; idem Bart. poſt gloſ. in l. tranſigere. in vlt. col. in princ. nu. 20. verſ ex hac gl. C. de trāſac. limitat & declarat præcedentē concluſionem, dicens, in diſpoſitione legali dicta in præcedentib. nō cenſeri repetita in ſequentibus, cū regula alias ſit, vt clauſula in principio po
5 ſita, referatur †ad ſequētia, vt innoit Vlpiani tāſum in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initiū. ff. de eden. & ſenſere Bart. & cæteri Dd. in l. talis ſcriptura. §. ſi. ff. de leg. 1. & in l. 1. per Bart. C. de libe. præt. Dd. poſt gl. in c. ſecūdo requiris. de appel. & Dd. in l. 3. §. filius. de lib. & poſth. plene per Spec. tit. de inſtru. edi. §. nunc aiit. on. 8. verſ. & nota quod. & in tit de diſput. & alleg. §. poſt hæc. verſ. vltimo, Pau. de Ca. conſ. 455. nu. 5. & Roman. conſ. 110. & cōſ. 19. notatur plene in apoſt. ad Guliel. de Cu. in l. ſi idem cum eodem. in prin. de iurii. om. iud. & ibi Bart. in glo. in verb. eorum ſententia.
Verum circa hāc clauſulā conſulas Bar. in l. prætor air. ff. vi bo. rap. & in l. ralis ſcriptura. ff. de leg. 1. & præcipue cōtextū ſiog. in c. Eccleſia veſtra. il 2. & Abb. nu. 5. ibi. ext. de elect. Et hæc hactenus de clauſulis, quod ſi ſingulatim clauſularū concluſiones hic perſequi vellem, rerum argumenta in infinitū (à quo quam qui maxime abhorremus) proferre id profecto eſſet. His paucis igitur in præſentia contenti ſimus. Nec deeruot, qui ad nauſeam vſq; hæc ſuppeditabunt. Adeat, qui volet, Ceſſum, Hugonem Cabilinenſem, qui tractatum clauſularum exactiſſime proſequutus eſt.

CONCLVSIO CCCII.

ARGVMENTVM.

Clericatus an probetur, eo quod quis incedit in habitu tonſurato.

SVMMARIA.

1 *Clericus nemo probatur ex eo, quod incedat in habitu & tonſura clericali.*
2 *Clericum ſe aſſerens, docere debet de titulo, vt obtinere poſſit beneficium, ac declinare iudicem ſecularem.*
3 *Clericatus ſufficienter per ſolum habitum probatur, quando ex huiuſmodi probatione non emergeret graue præiudicium.*
4 *Clericatus non probatur ex habitu & tonſura, quando agitur de commodo ipſius aſſerentis ſe clericum, ſecus vt ibid.*
5 *Clericus læſus probare debet ſe clericum, & docere de clericatu ad hoc, vt qui ipſum percuſſerit, in pœnam incidat, cap. ſi quis ſuadente.*
6 *Clericus & clericatus probatur ex ſola poſſeſſione habitus & clericalis tonſuræ.*
7 *Clericus ex poſſeſſione clericalis habitus debet à iudice haberi pro vero clerico.*
8 *Clericus præſumitur profanus, cum non induat ſacerdotis veſtes, neque tonſura inſignitus incedat.*
9 *Signum & ſignatum ſub eandem rationem cadunt.*
10 *Clericus ex poſſeſſione habitus præſumitur, quoad fori priuilegium, non tamen quoad beneficium obtinendum.*
11 *Clericum ſe eſſe probare debet impetrans beneficium, alioqui non obtinebit.*
12 *Clericus ſtante probatione præſumptiua emergente ex poſſeſſione habitus, nō debet probare, ſe clericum electum, ſed qui hoc negauerit, probare tenetur.*
13 *Quilibet noſcitur laicus, niſi clericum ſe probet.*
14 *Natura non trans artem: ſed diſponit ad artem.*
15 *Clericatum plene docere debet vltramontanus & tranſalpinus.*
16 *Clericus, qui eſt in poſſeſſione clericatus, ſi eſt poſſeſſor beneficij, clericus præſumitur*
17 *Exiſtens in poſſeſſione, poſſeſſionem probare debet, & tolerantiam antiqui temporis 30 annorum.*
18 *Clericus illegitimus vltra poſſeſſionem habitus clericalis, probare debet ſuum clericatum per literas, & non per communem exiſtimationem, & ſibi gratiam factam, vel legibus ſolutum fuiſſe.*
19 *Clericus licet illegitimus & non diſpenſatus quoad poſſeſſionem, ſeu quaſi beneficij, & clericatus manu tenendus eſt in ſtatu, in quo reperitur.*
20 *Clericus illegitimus ſi captus ſit pro criminali cauſa à foro ſeculari, remittendus eſt ad ſuum iudicem eccleſiaſticum.*
21 *Character ex collatione ordinum imprimitur etiam illegitimo, licet executio ipſius ſuſpendatur.*
22 *Clericatus de rigore iuris non præſumitur ex poſſeſſione habitus.*
23 *Præſumptio clericatus ex poſſeſſione non ſufficit ad adiudicandum beneficium, niſi verus titulus probetur.*
24 *Clericus ſi diu fuerit in poſſeſſione clericatus, de æquitate clericus præſumitur.*
25 *Pro poſſeſſore ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur.*

1 CLericum neminem probari ex eo, quod incedat †in habitu & tonſura clericali, niſi probetur de titulo, tradidit Angel. quem ſequitur Alexan. in l. ſi prius. ff. de nou. ope. nunciat. nu. 38. Quocirca ſi quis dixerit ſe clericum, licet ſit in habitu & tonſura, non obtinebit beneficium, tanquam clericus,
2 nec declinare poterit iudicem ſecularem, † niſi doceat de titulo 1. clericatu. Ita cautum eſt in c. ſi iudex laicus. & ibi glo. in verb. clericali. de ſent. excommu. in 6. Alciat. voluit in tracta. de præſump. præſump. 4. num. 2. reg. 2. gloſ. docuit in cap. presbyteri. 68. diſtinct. Domin. de ſancto Geminiano meminit in c. ſi iudex. §. fin. de ſent. excom. in 6. decidit Boer. deciſ 171. nu. 12. cum ſeq. Tiraq. ſcripſit in tract. præſcri. verſ. per decem annos. gloſ. 4. §. 1. ver. 17. huc pertinet.
Primo loco limitabis, prædictam concluſionem non proce
3 dere, quando † ex huiuſmodi probatione non emergeret graue præiudicium, quia tunc ſufficeret probari clericatū per ſolum habitum. Sic Alciat. nos monuit d. tract. de præſump. d. regul. 2. præſump. 4. in fin. exempli gratia, cum ſumus in præparatorijs iudiciorum. Et hunc in modum accipiendum eſt cap. ſi iudex. de ſenten. excommun. in 6. & declarat Bald. in l. non ignorat. in 2. colum. num. 10. C. qui accuſar. non poſſ. nec hinc longe diſtat contex. in cap. ſi eos. de conſecra. diſtinct. 4. Quamobrem ſi ita accipies & intelliges opinionem Baldi in procem. Decret. in princ. num. 40. recte, vt mihi quidem videtur, intelliges.
Secundo loco limitare poteris concluſionem, vt locum ſibi
4 non vendicet, quando † agitur de commodo ipſius aſſerentis, ſe clericum, quia tunc non ſufficit præſens ſtatus, id eſt, habitus & tonſura, abſque probatione tituli, ſecus vero ſi agere tur de commodo aliorum, & id præſertim ſi verſatur publica vtilitas. Ita dixit Alex. in l. ſi prius. nu. 38. ff. de nou. oper. nunciat. & Angel. ibidem id etiam confirmare videtur, l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & l. 1. C. de teſta. l. 2. C. de ſentēt. & hoc in primis, ſi agatur publica vtilitas, vt dictum eſt per Alexan. ibidem.
Sublimita, vt imo etiam proſit alijs, etiāſi non verſetur vtilitas publica, veluti ſi agatur de vitanda pœna, vt ſi qs percuſ-
5 ſerit clericū incedendo in habitu clericali, nam tunc licet nō verſetur vtilitas publica, tū†non ſufficit habitus, vt percutiēs in pœnā incidat c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſed opus eſt, vt clericus læſus probet ſe clericū, & doceat de clericatu, vt Alex. tradidit in d. l. ſi prius d. nume. 38. vbi ad id adducit Litem apud. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. l. ſi ignotans. ff. loca. & idem

idem reſpondit Alex.in conſi.8.incip. videtur ſuper pruno, poſt nu.a.verſi.quidam enim intelligunt.lib.1.

4 Huic concluſioni contrariam plurimi ſunt ſequuti ſententiā,hoc eſt.clericum atque clericatum probari ex ſola poſſeſ
6 ſione habitus,& †clericalis tonſuræ, donec contrariū probetur,vt ſcriptum fuit à Petr.Anch.& Franc.in cap.ſi iudex.col. 3.de ſent.excommunicat.in 6.& in c.ſi ſorte.in verb.ſentētię. & ibi Philipp.Franc.de elect.lib.6. & idē voluit Ioan.Andr. quem ſequitur ibi Bald.in c.dudum.1.nu.5.de elect.ſic etiam obſeruauit Innoc.in c.ſuper his.circa fin.magnæ gloſſ.poſt n. 10.verſ.ſed quid dices,ſi excipiantur.de accuſat. & in c.innotuit.de eo qui furtiu.ord.ſuſc.latiſſime Tho.Gramm.deciſ. 81.nu.16.verſ.& tamen ſolum poſſeſſio.Innocentium ſequutus eſt Bal.in proęmio decret.verb.Gregorius.nu.23. vbi aſ-
7 ſerit,ex†huiuſmodi poſſeſſione clericalis habitus debere à iudice haberi pro vero clerico.Sic animaduertit idem Bald.in l.ſi qua per calumniā poſt nu.2.verſi.ſed tu dic.C.de epiſcop. & cleric.Arch.diac.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.atq; protulit idē Archidiac.in c.contra morē.100.diſt. Primus vero cū nō induat ſacerdotis veſtes,neque tonſura inſignitus incedat,
8 præſumitur non clericus,ſed†profanus,non quod habitus in cauſa ſit,vt quis ſit,vel fiat ſacerdos,ſed quod ſit nota quędā eorū,quæ id conſequuntur,vt tradidit Andreas Gail.in prac. obſeruat.obſeruat.118.nu.4.li.2.quod quidem eſt argumētū à ſolitis,& quæ rē comitantur,c.non eſt facile.11. diſt. Porro
9 ſignū & †ſignatum ſub eandem rationē cadunt,l.ſtigmata.C. de fabric.lib.11.Vnde vulgo ſolet illud iactari,cū pro eo haberi,qualis indutus incedat,c.in audientia.de ſentent. excōmun.Si igitur quis in habitu clericali non inueniatur, nō præſumetur clericus.His ea conueniunt, quæ dicta ſunt ſupra, in concluſ Capellania honoris.lector illuc te reijcio.

Primum omnium poſtremum enunciatum ſic limitabis, vt
10 tū procedat,quoad fori priuilegium,non† tamen quoad beneficium obtinendum,niſi per literas doceatur,vt ſæpius ſupra dictū eſt,& meminere Nicol.Boer.in d.ſua deciſion.171. nu 13.& Gramm.d.deciſ.81.d.nu.16. Nā impetrans benefi-
11 cij ,cogitur probare proculdubio, ſe † eſſe clericum alioqui non obtinebit, vt voluit Ioan.And.in d.c.ſi iudex laicus. de ſentent.excōicar.in 6. & ibidem Franc.cū multis alijs allatis per dictū Boerū in d.ſua deciſ.171.nu.12.& 13.& idē tenſit Cardinal Zabarell.in reperit.c. perpendimus.col.8 verſic.vt autē præmiſſorum plenā notitiā habeamus.de ſentent.excōmunicat. atque etiam profitendo ſcripſit Lucas de Penna in l.1.in 25.præſumptione.C.de quæſtn.li.12. per ea, quæ fuere obſeruata in cap.presbyteri.68.diſt.cui ſententiæ conſulenco ſubſcripſit Domin.de ſancto Geminian.in cōſ.91.in 1.qō. & ſcripſit Philipp.Dec.in conſi.125.col.2.in medio, nume.5. verſi.ſecus eſt in caſu noſtro.Barbar.protulit in capit.quoniā contra.col.12.nu.45.de probat.

In alia omnia ire videtur Innoc.in cap.ſuper his. poſt nu. 10.verſi.ſed quid dices ſi.de accuſat.aſſerens,ſi obijciatur cōtra electū,non eſſe clericū electū,ſtante dicta probatione,prę
12 ſumptiue emergēte ex tali poſſeſſione, † nō debere probare ſe clericū,poſtquam ei obiectum eſt,ſed negatiuam probare debere, qui obijcit, vt ſancitū eſt in c.1.& in cap. vt circa. de elect.lib.6.Philipp.Franc.poſt Io.And.aſſerit in d.cap.ſi ſorte. & Panormitan.in cap.ſio.poſt nu.7.verſic.in hac autē extrinſeca de præſumpt.

Prior tamē ſententia propius ad veritatē accedere videtur, idque ratione naturali permoti,nam quilibet naſcitur laicus,
13 niſi †clericum ſe probet,vt dicit Ioan.And. in regul. ſcienti. col.pen.poſt princip.de regul.iur. in Mercurial. ad id affert contex.in cap.ſeguin.2.q.1.& ipſum ſequitur Lucas de Pēna in l.quicunque. in 62.præſumpt. C.de apoch pub.lib.10.& Aufret.in repetit.clemēt.1.de offic.ordinar.col.1.n.5.& Bal. in d c.fin.col.2.nu.4.verſ.ſed quæro,nunquid præſumatur qs clericus de præſumpt.quia eſſe clericū,non ineſt à natura,ſicut nec eſſe cerdonē,vel exercitatum, aut in ſcientijs verſa-
14 tū.Natura† .n.non creat artē,ſed diſponit ad artē, vt colligere eſt ex Valentis reſpōſo in l.Stichus.ff.de legat.3. & ex c.ex ſtu. js.de præſumpt.& reſpōdit Alber.Bruo.10 conſ.38.col.3. verſi.n. obſtat,ſi dicatur,quod ipſe dominus donās eſſet clericus.idē tenet Bal.in l.Macedoniani.poſt n.2. C.ad Maced.

Quod vero ſuperiori loco traditū eſt, clericatum probari ex ſola poſſeſſione habitus,& clericalis tonſuræ, procedere quo ad fori priuilegium,ſic velim intelligas, vt hodie verum ſit ex ſacroſancti Tridentini Cōcilij decreto,modo alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat,& illi ſit aſcriptus; vel in Seminario clericorum,aut in aliqua ſchola,vel vniuerſitate,Epiſcopi iuſſu, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur,vt ſancitum eſt in eodem Concilio Tridentino, ſeſſio.23.reformat.ſacram.ordin.c.6. & ita in praxi obſeruatur,prout nos multoties habuimus in facto.

Secundo limita iuxta ſententiam Ioan.Galli in arreſtis tęlati à Nicol.Boer.in d.deciſ.171.nu.13.ideſt, clericalis habitus poſſeſſionem ſufficere, vt procedat, quando eſt eiuſdem
15 prouinciæ,vt regnicola Italus,&c.ſecus† vero ſi eſſet vltramontanus & tranſalpinus,quia tunc de clericatu plene debeter doccre:& ita decidit in terminis Grammat.deciſ.81.poſt nu.16.quem videas.

Tertio limita,vt locum ſibi vendicet,ſi talis aſſertus cleri-
16 cus, q ſit in poſſeſſione clericatus, eſſet poſſeſſor† beneficij, aliter.n.dicendum eſſet,ſi non eſſet poſſeſſor, vt D.de Rot.in deciſ.312.alias 13.nota,quod clericus exiſtens.tit.de proba. in antiq.vbi teſtantur,Ioannē Mon. & Archidiac. ita ſentire in d.c.ſi laicus.& id diremit Bellamer.in deciſ.612.alias 611. actor admiſſus.verſi.ſed ſi eſſet reus.de probationib.& idem Domin.de ſancto Geminiano conſultus reſpondit in cōſi.91. & ſequitur Boer.d.decę.171.nu 13.qui omnes in hanc deſcendunt ſententiam,hunc, qui ſit in poſſeſſione, debere probare
17 poſſeſſionem † & tolerātiam antiqui temporis triginta annorum,ſi credimus Innoc.in cap.ſuper his. de accuſat. quos etiam ſequitur Grammat.d deciſ.81.nu.16.circa finem.

Quarto loco limitabis,nō procedere in clerico illegitimo, quia illegitimus, præterquam quod ſit in poſſeſſione habitus
18 clericalis & tonſuræ,debet† etiā probare,ſibi gratiā factam, vel legibus ſolutum fuiſſe,& ſuum clericatum probare per literas,& nō per communem exiſtimationem ſolum,vt dixere Domini de Rota in vna Hiſpalen.canonicatus, coram Dño Io.Paulo Tholomeo,vt ipſe teſtatus eſt in ſuis recollectis deciſionum,deciſ.25.incip.illegitimo nō ſufficit.de probation.

Illud tamen velim ſic intelligas,vt verum ſit, quoad iudicium proprietatis,ſcilicet validitatis,vel inualidatis clerica-
19 tus,& collationis beneficij,ſecus†vero quoad poſſeſſionem, ſeu quaſi beneficij & clericatus,qui tunc licet ſit illegitimus, & non diſpenſatus,tamen manu tenendus eſt in ſtatu,in quo reperitur,per context.in c.ſi laicus.de ſentent.excōmunicat. 106.vbi Anchar.in 3.notab & pie ac docte declarat D.Vincent.de Fran.regius conſiliarius in ſua deciſ.189.per tot.Vn-
20 de conſequitur,vt ſi quis illegitimus†ſit captus procriminali cauſa à foro ſeculari,ſit remittendus ad ſuum iudicem eccleſiaſticum,tum quia hæc ſit parui & leuis præiudicij, teſte Grammat.in deciſ 81.tum etiam,quia negari nō poteſt, quin ex collatione ordinum imprimatur character etiam illegiti-
21 mo,† licet executio ipſius ſuſpendatur,per text.in c.filij.56. diſt.vbi Domin.& Præpoſit.de quibus meminit, & eos ſequitur Diaz.in ſua pract.crim.in verb.illegitimi.in fin.ver.quod & proſequitur late D.Vincent.in d.deciſ.189.nu.4.& ſeq.

22 Quinto loco limitare poteris,vt ſibi locū nō vendicet† de rigore iuris,vt loquutus eſt Io.And.in c.in literis. de ſent.excommunicat.in 6.& voluere Domini Rot.deciſ.264. alias 8. nota,quod talis eſt opinio Rotæ.titul.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.in antiquis. Etenim licet poſſeſſio clericatus ſine alia probatione tituli inducat præſumptionem, vt tradidit gloſſ. magna,c.ſuper his.de accuſat. tamen in beneficialibus talis
23 præſumptio non ſatis eſt †ad adiudicandum beneficium,niſi verus titulus probaretur,vt c.1.de re iud.lib.6.quod quidem obſeruauit Innoc.in cap.illud.nu.3.de præſumpt.vt per Rot. deciſ.8.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.alias 264.in antiquis.

Veruntamen ſecus eſſet de æquitate, quia ſecundum eam
24 ſemper cōueuit obſeruari,†preſertim ſi aſſertus clericus diu fuerit in poſſeſsione clericatus,arg.l.3.ff. ad Macedon.l.Barbarius.ff.de offic.prætor.& d.deciſ.8.alias 264.

Sublimita,vt illud procedat etiam ex ſummo iure, ſaltem
25 ad tuendum clericum aſſertum in poſſeſſione,quia † ſemper præſumitur pro poſſeſſore,niſi contrarium probetur, vt animaduerſum fuit in cap.ex inſinuatione.de procurat. quibus haud dubie reſpondent ea,quæ obſeruauit Archidiac.in cap. 2.de confeſſ.lib.6.& refert Rota d.deciſ.8. de cauſ.poſſeſſ.& propriet.alias deciſ.264.in antiquis.

CON-

Digitized by Google

CONCLVSIO CCCIII.

ARGVMENTVM.

Clericatus per quot teſtes probari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Clericatus per duos teſtes, qui actui interfuerint, probari poteſt, ſi literæ amiſſæ ſint.*
2 *Probatio per duos teſtes legitima dicitur.*
3 *Clericatus per duos teſtes probari poteſt, quando non agitur de materia obiectiua, vel quando probare intendens non patitur defectum natalium.*
4 *Clericatus etiam per vnum teſtem probari poteſt, quando tractatur de nemini præiudicium afferendo.*
5 *Clericatus probatio per duos teſtes fieri debet, quando lis eſt in iudicio ſuper aliquo præiudicio.*
6 *Presbyter non poteſt ſe talem probare per literas.*
7 *Clericalis tonſura probatur per vnum teſtem.*
8 *Scriptura non eſt de ſubſtantia actus, nec regulariter alterius contractus.*
9 *Clericatus de iure ciuili non poteſt probari, niſi per ſcripturam.*
10 *Conſtitutio Imperatorum, vt clerici & monachi, qui ad almam vrbem proficiſcuntur, literis Epiſcopi, quorumlibet eorum muniti ſint, vt pro clericis & monachis habeantur.*
11 *Clericatus probatur per teſtes, maxime quando dicitur ſcripturam amiſſam eſſe.*

1 CLericatũ probari poſſe per duos teſtes, qui † actui inter-
fuerint, ſi literæ clericatus amiſſæ ſint, ſancitum eſt, in c.
2.& c.3. extr. de cler. pereg. Alex. conſuluit conſ.107.nu.7.vol.
7.& tradidit Bal.nu.4.verſi.iſta gl.in c.licet.1.de teſtib.& ibi
Fel.in fi.verbis.Gui.Pap.ſenſit in q.474.& Matt.de Affl.voluit
in conſtit.Neap.in li.1.rub.tertia conſtit.de Apoſt.nu.15.vbi
2 ait huiuſcemodi † probationẽ per duos teſtes dici legitimã:
idem præterea dicit gl.in auth.quib.mod.nat.leg.effic.§.quo-
niam.in verb.legitimis idem tenent Cy.& Alb.in l.ſi qua per
calumniam, & ibi Bal.C.de epiſ.& cler.

Amplia primo, vt probari poſſit ẽt per vnũ teſtẽ, vt ait Affl.
loco ſupra citato.& facit tex.in c.cum itaq;, de conſecr.diſ.4.
gl.fi.in c.licet vniuerſis.de teſt.gl.in c.nup.in ver. niſi iuratus.
de teſtib.& atteſtat Bal.in d c.licet vniuerſis.n.4.ext. de teſt.
tenuerunt Dom.de Rot.vt p Guidobo.dec.133.ibi, tñ id pro-
3 cedere ſcribit.qñ non agitur de materia obiectiua, vel † qñ is,
qui quærit probare clericatũ, nõ patitur defectum natalis. Pe-
traſancta.ſing.49.incip.nota regulã.nu.3.Iaſ.in repet.l. admo
nendi.nu.198.de iureiur.vbi illam reddit rationem, quia iſte
actus ex ſui natura principaliter nõ p̃iudicat, & in l.reſcr. nu.
7.C.de precib Imp.offer.Hypp.in l.1.§.idem Cornelio.nu.7.
ff.de q̃ſt.Fel.in c.licet vniuerſis.in fi.ver.de teſtib.Caſſ.in con
ſuet.Burg.ſol.72.col.1.Gui.Pap.d.dec.474.Iaſ.cõſ.150. iuridi
ca.in prin.vol.4. ſequitur Rebuſ.in tract.nomin.q.14.num.55.
4 Intellige illud tñ procedere, qñ † tractaretur, vt nemini prę-
iudicium afferatur, & extra iudicium, vt celebrare poſſet, vel
alia ſacra exercere, ſiue aliquod aliud ſimile non pręiudiciale
tertio probare per vnum teſtem, ſe eſſe clericũ. Secus vero in
iudicio, vt quando ſit lis ſuper aliquo beneficio, quia tunc ſal
5 tẽ per duos teſtes † probatio fieri debet, & per Rebuff.in tra-
ctat.de nomin d.q.14.nu.32.quod ſi fuerit presbyter, non po
tuit ſe talem probare, niſi per literas, quia ſemper ſolet de eo
6 fieri ſcriptura, niſi † probaretur impedimentũ, quare illa ſcri-
ptura tunc haberi non poſſit, vt per Mil.in reper.in verb.pro-
batio capellanatus, quem ſequitur Rebuff vbi ſupra.

Valeret tamen probatio, ſi inſtrumentum ordinum diceret,
Epiſcopum vltramontanũ, quem vocant portatilem, de licen
tia & mãdato Epiſcopi illi ordines cõtuliſſe, quia potuit tunc
in actu ordinum interueniſſe, maxime ſi ſigillatæ ſũt literę ſi-
gillo Epiſcopi.Card.in c.Alberic.de teſtib.Fel.in c. ſicut, col.
12.de re iud.ſequitur Rebuff.loco ſupra citato, vbi etiam ſcri-
bit, quod de anno 1414. d e 27. Martij fuit remiſſus quidam
Ambroſius Mabriſet.tanquã clericus ad Epiſcopum Pariſien-
ſem, licet non oſtendiſſet literas tonſuræ, ſed per informatio-
nem & teſtes de illa apparebat.

7 Sed tñ animaduertendum eſt, Dd. qui † vnum teſtem ſuffi-
cere aſſerũt, loqui de clericali tonſura, vt Bal.docuit in d.c.li-
cet vniuerſis.& Gherard.de Petraſancta.in ſing.49.& Boer.in
8 in dec.171.nu.24.cuius rei illa videtur ratio, quia † ſcriptura
non eſt de ſubſtãtia illius actus, prout nec regulariter alterius
contractus, verum ad hanc materiam Ripam conſulas in cap.
decernimus.nu.4.de iud.vbi id vberrime explicat, atque Fel.
in c.cum cauſam, de teſtib.

Limita, vt prædicta concluſio non procedat de iure ciuili,
9 quia † illo iure non poteſt probari clericatus, niſi per ſcriptu-
ram, ita conſtituere Imper.Teodoſ.& Valen.in l. ſi qua per ca
lumniam.C.de epiſc.& cler Prętereа, inquiunt Imp.iubemus.
vt omnes clerici, atq; monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad hãc
almam vrbem eccleſiaſtici negotij, vel religionis cauſa, profi-
ciſcuntur, literis Epiſcopi, cui vnuſquiſque eorum iter facien-
10 tes, obſequitur, † muniti adueniant, ſcituri, quod ſi citra hanc
fiduciam acceſſerint, ſibimet imputabunt, quod non clerici,
vel monachi eſſe putabuntur.vbi Iac.de Butr.in c. legum.2.q.
1.tradit late Rebuff.in pract.ſua benefic.tit de forma.lite.tõſ.
nu.22.& 24.Gui Pap.q.582.incip. reperitur inſtrumentum pu
blicum.nu.2.verſ item cum aliquis dicit ſe fore clericũ. Caſſ.
de conſuet.Burg.tit.des iuſtices & droict.§ 6.vol.7.nu 12.Di
dac.Couar.pract.q.c.33.n. 3. & hoc ordinario iure procedit.
Ea autem, quę à nobis ſuperius allata ſunt, procedunt de iure
canonico, vt tradidere Petr.Bal.Cyn.& Salyc.in d.l.ſi qua per
calumniam.quo iure per teſtes clericatum probari, ſancitum
eſt in c.2.& c.3.de cler, peregr.atque ita decidit Nicol. Boet.
d.deciſ.171.nu.23 & 24.& reſpõdit Alex.in d.conſi.107.nu.
11 7.volu.7.tum maxime, † quando dicitur, ſcripturam amiſſam
eſſe, vt ſupra dictum eſt, ſic Rebuff in ſua pract.benefic. tit.de
literis tonſurę.nu.23.arg.l.teſtium.in fin ff.de teſtib.Huc ſpe-
ctant ea, quæ tradidit Iaſ.in repet.l.admonendi.nu.186. verſ.
vnus tamẽ caſus.de iureiur.Gui.Pap.in dec.474 incip. de ma
teria priuilegij clericalis.vbi adducit notatu digna in hac ma
teria, l.ſolemnibus.C.de fid.inſtr.id etiam voluit Did.Couar.
pract.quæſt.c.13.num.3. nam hoc caſu per teſtes probari po-
teſt, vt dictum eſt, per quoddam ſubſidium.

CONCLVSIO CCCIIII.

ARGVMENTVM.

Clericatus ex diuturna poſſeſſione an probetur.

SVMMARIA.

1 *Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione.*
2 *Teſtes producti in depoſitione antiquæ poſſeſſionis clericatus quid deponere debeant.*
3 *Clericum quem non eſſe aſſerens, probare debet.*
4 *Prælatus, vel alius, vbi fuit longo tempore in poſſeſſione, non poteſt admitti contra eum exceptio defectus tituli.*
5 *Tolerantia longi temporis probari debet in probando ordinem.*
6 *Clericatum auctoris ſui probabit, qui probauerit, ipſum fuiſſe per triennium pro clerico habitum.*
7 *Succeſſor non arctatur probare titulum anteceſſoris, neque diſpenſationem.*
8 *Clericatus probatur ex diuturna poſſeſſione ad hoc, vt quis in eius poſſeſſione manuteneatur.*
9 *Legitimus quis non præſumitur, quantum ad hoc, vt adiudicetur beneficium, niſi ſe legitimum probet.*
10 *Clericatus poſſeſſio ſi deducta eſt, leuat onere probandi.*
11 *Præſumptio ſemper debet allegari.*
12 *Pro clericatu ex tempore non præſumitur, quando non eſt probata, neque deducta poſſeſſio.*
13 *Clericatus non probatur ex diuturna poſſeſſione celebrandi Miſſas.*
14 *Literæ ſacerdotis non ſufficiunt in probatione ordinum, ſed aliæ literæ oſtendi debent.*
15 *Titulus non præſumitur ex lapſu temporis antiquiſſimi, quando producitur titulus expreſſus, qui ſit nullus, nec validus.*
16 *Qui vult conſequens, vult & antecedens.*
17 *Collatio ordinaria pendet à ſola voluntate ordinantis, niſi præcedãt requiſita iuris.*
18 *Præſumptio eſt pro ſuſceptione ordinum inferiorum ſi interceſſerit decennium.*
19 *Clericus quando eſt actor, vt ſibi adiudicetur beneficium, non ſufficit ei diuturna clericatus, poſſeſſio, ſed docere debet de clericatu per ſcripturam, aut teſtes in ſubſidium.*
20 *Clericatus omnino per ſcripturam, vel per teſtes probari debet, ſi clericus ad beneficium admitti velit. Sub amplia, vt ibid.*
21 *Clericatus defectum opponens, probare cogitur.*
22 *Nominatio ſummi Pontificis non eſt valida probatio pro clericatu, ſi vendicando beneficium quis aſſerit ſe clericum.*

1 CLericatus præterea probatur ex † diuturna poſſeſſione,
vt cum quis diu deſeruierit in beneficio tanquam pro-
motus, vt ſi Miſſas celebrauerit, vel Enãgelium decantauerit,
vt fuit obſeruatum in c.illud.de præſump.& cauit Pau.de Ca-
ſtr.in conſ.202.in cauſa confinium.nu.3.lib.1. & huic ſenten-
tię congruit, quod notat Dec.in d.conſ.135.nu.1.& conſ.152.
2 Ad id tamen animũ aduertas, ſi † teſtes producantur in de-
poſitione huius antiquæ poſſeſſionis nõ ſufficere, vt ſimplici-
ter deponãt, iſtiuſmodi ſacerdotẽ Miſſas celebraſſe, ſed requiri-
tur, vt deponãt de tẽporis diuturnitate, id eſt, diu Miſſas cele-
braſſe,

Digitized by Google

braſſe,vt conſultus reſpondit Aymo Crau.conſ.134.num.41.
cum aliquot ſeq.& coοſ.39.ou.5.& idem Crau.de antiq. tẽp.
in 3.par.verſ.vidimus in genere.fol.127.nu.30.& ſeq.
3 Præterea obſerues conditionẽ vſque eo procedere,vt † aſ-
ſerenti quẽ clericum non eſſe,iocumbat onus probandi illud,
quod dictũ eſt,firmo manente,diu ipſom in ſacerdotio deſer-
uiſſe.Ita iſtud diremere DD.de Rota io deciſ.4. alias 84.nota
vbi cootra aliquem excipitor.tit. de prob.in antiq. ſic ẽt Feli.
nu.19.& Innoc.in c.ſuper his.de accuſ.col.4.poſt nu.10.verſ.
ſed quid dices,ſi excipiatur,non eſt ſubdiaconus.& idem In-
noc.in princ.in c.innotuit.& ibi quoque Hoſt.Anchar. Panor.
nu.6.verſ.ex gl.extr.de eo qui ordin.fur.ſuſc. quorum ſenten-
tiæ ſubſcripſit Rom in l.in illa.no.3.& 4.la 1 ff. de verb.oblig.
com multis alijs collectis à Tiraq.in tract. præſcr. §.1. per de-
cem annos.gl.4.verſ.17.& ijdem DD.de Rot.in dec.264.alias
4.de cauſ.poſſeſ.& propriet.Nota,quod talis eſt opinio,in an
tiq.Panor.in c.fraternitati.de cler.non reſiden.nu.4.Anto. de
Butr.in c.inter quatuor.de cler.peregr.& in c.peruenit.de em
pt.& vendit.His quoque adſtipulatur, quod voluit Abb. in c.
4 nihil.col.fin.de elect.dicens, vt vbi † prælatus vel alius fuerit
loogo tempore in poſſeſſione, non poſſit admitti contra eum
exceptio defectus tituli,& ita debet intelligi Rot.in dec.331.
nota cum poſt.alias 6.de except. in antiqu. qui refert dictum
Compoſtel.in d.c.oihil. de elect.vt procedat ſcilicet,quando
prælatus fuit longo tempore in poſſeſſione, vt tunc noo ad-
mittatur contra eum exceptio defectus tituli. Idem admittit
Fel.in c.1.de lit.conteſt.& in c.illud.col.3.de præſump.Gemi.
5 conſ.91.pręmitto,quod poſſeſſori.dum voluit,in † probando
ordinem requirit,vt probetur tolerãtia longi temporis. Idem
Fel.in c.ſuper his.col.pen.de accuſ.poſt Inno.ibi.Dec.in con-
ſil.118.viſo inſtrumento.vol.2.late Iaſ. vbi multa cumulat in l.
ſciendum.col.8.in 4.limita.principali.C.qui admitti.& plura
etiam alleg.Fel.in c.Albericus.col.2.de teſtib.
Amplia ex mente DD.de Rota,vt ad probandũ clericatum
6 ſui auctoris,ſufficiat † probare,auctorem fuiſſe per triennium
pro clerico habitum,ſic diremere DD.Rotæ in deciſ.2. de fil.
presbyt.nu.7.8.in nou.incip.voluerunt DD.quod opinio.
7 Sub amplia,vt nec arctetur ſucceſſor † probare titulum an-
teceſſoris, neque diſpenſationem, ſi ageretur de ſubreptione
diſpenſationis factæ cum anteceſſore. Rot.d.deciſ.2. d. nu.8.
& Anchar.conſ.409.
Primo limita prædictam concluſionem,vt procedat, quan-
8 tũ ad id,vt † quis manu teneatur in poſſeſſione ſui clericatus,
non autem ad iudicandum clericatum,& ratione eius benefi-
cium poſſeſſum.Ita decidit Rora dec.4.de cauſ.poſſeſ.& pro-
priet.alias 264.in antiq.talis eſt opinio.dicens,talem præſum
ptionem nõ efficere,vt poſſit adiudicari titulus beneficij, vel
clericatus,niſi verus probetur titulus,moti auctoritate cõtex.
in c.1.de reg.iur.in 6.iſtud etiam ſenſit Rot.deciſ.343.alias 1.
in antiq.nota quod non præſumit.tit.de pręſump.dicens,non
9 † præſumi quem legitimum, quantum ad hoc, vt adiudicetur
beneficium,niſi probet,ſe legitimum,ſecus quantum ad illud,
vt quis manu teneatur in poſſeſſione, quia præſumitur legiti-
mus,niſi contrarium probetur.Et hoc etiam tradit Rot.deciſ.
40.alias 3.nota vbi reus eſt in poſſeſſione.tit.de prob.& dec.
312.alias 13. nota qđ clericus exiſtens.co.tit.de ꝓb. in antiq.
Secundo limita concluſionem,vt procedat,quando aliquis
eſt in poſſeſſione clericatus,& eſt deducta dicta poſſeſſio, qa
10 tunc † leuat onere probandi.Ita probat tex in c. ſi iudex lai-
cus.de ſent.excom.in 6.& probatur in §.commodum.Inſti de
11 interdict.& generale eſt axioma,vt † ſemp præſũptio debeat
allegari,quod habetur in clem.appellanti. de appell. & in l.ſi
adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.& ibi Bart.nu.14. ff.
de adulter.ſecus quando non eſt probata neque deducta poſ-
12 ſeſſio clericatus, quia † tunc non procedit hæc deciſio, vt ex
tempore præſumatur pro clericatu.
Tertio limita tribus alijs modis,qoos habuiſti ſupra,in con
cluſ.Abb.in 2.intelligentia.cum aliquot ſeqq.quæ hic referre
nõ cenſui,ne bis idem repetatur,quod penitus eſt abſurdum.
Quarto limita, vt non procedat concluſio in ſuperioribus
ordinibus,pro quibus non præſumitur ex poſſeſsione, ſi non
13 conſtaret de ordinibus inferioribus,nam † etſi diu Miſſas ce-
lebraſſet,tñ ex hac diuturna poſſeſsione non probaretur cle-
ricatus,vt in terminis,ait Rebuf.de for.lite.tonſu.in pract.be-
nefic.nu.18. vbi inquit, non ſufficere oſtendere literas ſacer-
dotij,niſi ẽt literas ordinum oſtenderet,quia per ſaltum poſ-
14 ſet eſſe promotus,c.1.de cler.per ſalt.promot.alioquin † fru-
ſtra conficeretur ſcriptura de quolibet ordine,ſi per ipsã non
eſſet probandum,niſi eſſet iotegritas ordinantis, quod ſenſit
Panorm.in c.niſi de præbend.poſt.nu.3.verſ.vbi dicit,quod ſi
quis probet,ſe fuiſſe ordinatum,atque Fely.in c.ſuper his.nu.
19.verſ.ex quibus.de accoſ.& ſequutus eſt Pręposit.in c.ſolli-
citudo.42.diſt.col.2.Caſſ.tradidit in conſuet.Borg.tit.des in-
ſtices & droict.§.6.fol.70.nu.12.verſ.vide etiam.& per ſimili-
tudinem idem conſoluit Bellam.in conſ.10.col.10.in prin.vbi
15 ait,nõ † præſumi titulum ex lapſu temporis antiquiſsimi,cu-
ius initij memoria non exter in contrarium,qñ producitur ti-
tulus expreſſus, qui ſit nullus, nec validus, tunc enim ſtamus
expreſſo,vt reſpondit Aymo Crau.conſ.134.nu.44.& 45. vbi
late,& cautum reliquit Pau.de Caſt conſ.81.in cauſa quæ ver
titur.col.3.ad fi.nu.3.li.2.& conſultus reſpondit Dec conſ.13.
col.1.nu.2.& conſ.36.col.3.ad fin.nu 5.Curt.iun.reſponden-
do ſenſit in conſ.130.colu.2.ad fin.Abb. conſulendo voluit in
conſ.61.col.fi.nu.6.verſ.item antiquitas.li.1.quibus concinit,
quod animaduertit idem Crau.in tract.de antiqu.temp. in 3.
par.§. vidimus in genere.nu.28.fol.127.Nec obſtat,nec etiam
me mouet,ſi quis dicat,cum probatur de ordine maiori & ſa-
cerdotali,pręſumi debere,pręceſsiſſe ordines minores,per il-
16 lud axioma,quod circumferri ſolet,vt † qui velit conſequẽs,
velit & antecedens ad illud,l.ad leg. tum l. ad rem mobilem.
ff.de procur.etenim reſpõdetur,id procedere in his,quę pen-
dent à mera voluntate diſponentis,ſecus in alijs,vt in hoc ca-
17 ſu,nam ordinaria collatio pendet † à ſola voluntate ordinan
tis,niſi præcedant requiſita iuris: ergo,&c. vt tradidit Aym.
Crau.in d.conſ.234.nu.45.Pręterea,quod ex maioribus ordi-
nibus non praſumantur minores,conſuluit Bellamer. in conſ.
30.col.2.in fi.teſtatur Innoc.in c.1.de cler.peregr & hoc dilu-
cide docuit Bar.in l.illud.ff.de acquir.hęred.moti auctoritate
contex.in c.2.de cler.peregr.
Sublimita non procedere,ſi intercesſiſſet decennium, nam
18 tunc † eſt præſumptio pro ſuſceptione ordinum inferiorum,
ſic placuit Franc.Aret.in addit.ad Caſtr.in l.illud.ff.de acqui.
hæred.adducit ea,quæ obſeruata fuere in l.qui in aliena.ff.eod.
& à recentioribus in l.ſciendum.ff.de verb.oblig.
Quinto limita, vt concluſio ſolũ procedat in poſſeſſore be-
neficij,vt abſoluatur à petitione actoris,vel vt manu teneatur
in poſſeſsione, licet non doceat de clericatu per ſcripturam
19 aut teſtes, ſecus † quando huiuſmodi clericus eſt auctor, vt
ſibi adiudicetur beneficium, quia eo caſu non ſufficeret ſibi
hæc diuturna clericatus poſſeſsio, ſed neceſſe eſt,vt cõſtet de
clericatu per ſcripturam, aut per teſtes in ſubſidium, cætero
qui beneficium ſibi vt idoneo adiudicari non poteſt. Ita deci
ſum fuit à DD.Rotæ deciſ.17. de probat.alias 312.nota quod
clericus.& deciſ.1.de præſump.alias 34.in antiqu. nota quod
non præſumitur.quibus adhæſit Rebuff. in tract nomin.in 2.
& 23.quæſt.princ.pag.154.nu.13.quos omnes ad idem refert
& ſequitur Aymo Crau.in tract de antiq.temp.in 3.part.§.
vidimus in genere.num.33.
Quod autem dictum eſt in ſuperiori limitatione,neceſſe eſ
ſe omnino per ſcripturam, vel ſaltem per teſtes probare cle-
20 ricatum,ſi † ad beneficium admitti velit.
Primo ſub amplia,vt procedat,etiamſi ab alio tertio nõ op
ponatur, ſed de habilitate tantũ illius perquiratur ab executo
tore impetrationis beneficij obtentę in forma,ſi dignum,&c.
non enim præſumitur ſubeſſe hæc qualitas clericatus,cum ex-
trinſecus adueniat, quæ non præſumitur, vt ſæpius ſupra di-
ctum eſt,c.cum nobis,extr.de elect.Io.And.in Mercur. in reg.
nõ licet actori.de reg.iur.in 6. ſecus ſi à tertio opponatur de-
21 fectus clericatus,quia † ipſe cogitur probare,alioquin puni-
tur,vt in c.1.& c.vt circa.de elect.li.6.c. cum dilecti.in antiq.
Card.Zabar.in clem.vnica.q.4.de except.Io.de Imol & Fely.
in c.fi.nu.4.poſt Abb.ibi,nu.5.& 6.de pręſump.late Nic.Boer.
deciſ.171.nu.15.& 16.quem vide.
Secundo ſub amplia, vt procedat,etiam ſi ſummus Põtifex
22 illũ nominauerit clericum in tali collatione beneficij, † quia
huiuſmodi nominatio non eſt valida probatio pro clericatu,
ſi vendicando beneficium ſe clericum aſſerat. Ita voluere Io.
And.in Mercurial.in reg.non licet.& Petr.de Anch. & Franc.
in c.ſi iudex laicus.de ſent.excomm.in 6. & affatim traditum
eſt à Boer.in deciſ.171.num.12.

CON-

CONCLVSIO CCCV.

ARGVMENTVM.

Clericatus an per literas Epiſcopi, & alijs hic enumeratis modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Clericatus per literas Epiſcopi probatur.*
2 *Literæ Epiſcopi fidem faciunt probabilem & veram, ſi obſignatæ ſint ſigno authentico, & ad talia conſueto, vel manu ipſius ordinarij ſubſcripta, vel ornata teſtium.*
3 *Clericatus probatur per literas promotionis ad diaconatum.*
4 *Clericatus non probatur ex nominatione ſummi Pontificis, vel Epiſcopi in literis collationis beneficij.*
5 *Clericatus probatur etiam per indicia & argumenta.*
6 *Clericatus probatur ex confeſſione partis.*
7 *Confeſſio aduerſarij non probat titulum in beneficialibus, ſed bene, quoad obtinendũ in poſſeſſorio.*
8 *Probatio tituli leuior ſufficit in poſſeſſorio ſicut quando agitur in petitorio.*
9 *Confeſſio aduerſarij licet non probet plene in beneficialibus, ſufficit tamen ad imponendum ſilentium confitenti.*
10 *Confeſſio partis ſufficit ad coadiuuandum titulum.*
11 *Clericatus probatur per famam, concurrentibus aliquibus adminiculis.*
12 *Clericatus illegitime nati probatur per famam, concurrentibus alijs coniecturis.*
13 *Clericatus illegitimi non probatur ex ſola fama.*
14 *Præſumptio eſt contra illegitimum, & ad illam euitandam tenetur ipſe oſtendere literas ſuæ diſpenſationis.*
15 *Clericatus probatur per ſolam aſſertionem Cardinalis dicentis, quem eſſe clericum.*

1 CLericatum probari per literas Fpiſcopi atteſtantis † ſe cõ
tuliſſe ordines illi, qui clericum ſe aſſerit, late proſequi
tur Felin. in c. poſt ceſſionem. n. 3. & n. 15. verſ. fallit 7. de pro-
bat. Petr. de Belluc. in ſuo ſpeculo princ. Grãm. deciſ. 81. nu. 1.
Hoc tamen ſic intelligas procedere, dummodo obſignatæ
2 ſint ſigno authẽtico, & ad talia cõſueto ipſius ordinarij † vel
Epiſcopi, & ſubſcriptæ fuerint manu teſtium, ſic. n. faciunt fi-
dẽ probabilem & verã, iuxta ſententiam Felin. in d. c. poſt ceſ-
ſionem. nu. 3. de probat. Hæc tamen fuſius & vberius explica
buntur in concluſ. Literę Epiſcopi, infra.
3 Amplia concluſionẽ procedere, vt etiã † probetur clerica-
tus per literas promotionis ad diaconatum, quamuis in illis
dicatur, illũ ordinem nõ fuiſſe collatum à proprio Epiſcopo:
nã ꝑ huiuſmodi literas ad diaconatũ probatur clericatus, vt
traditũ eſt i addit. ad deciſ. Rot. 2. de filijs presby. i nou. n. 14.
Limita, vt non procedat, ſi Epus vel ſummus Pontifex in li
teris collationis beneficij nominet ipſum aſſertum clericum
4 ſimpliciter, quia † ex hac nominatione in huiuſmodi literis fa
cta nõ probat clericatus, vt voluit Petr. de Anch. in c. ſi iudex
laicus. de ſentent. excõicat. in 6. & ibi Pilipp. Franc. in §. non
ſic. & Ioan. And. in Mercurialib. in reg. nõ licet. in 6. cuius opi
nioni ſe reijcit Matth. Afflict. in cõſtitut. Neapol. cont Apoſta
tãtes. rub. 3. li. 1. nu. 12. verſ. & an per literas. qđ vero literę hu
iuſcemodi beneficij non probẽt clericatũ, ſequitur Alex. in l.
ſi prius. ff. de nou. oper. nũc. nu. 38. & Bal in l. ſi qua per calũ-
* niã. C. de epiſc. & cleric. quem ibi* communiter DD. ſequun-
tur, vt atteſtatur Thom. Grammat. d. deciſ. 8. nu. 4.
De his literis Epiſcopi, quando probent, & quando nõ, di-
cetur latius in ſuo loco, & conſulas Fel. & DD. hæc vſque ad
nauſeam tradentes in c. poſt ceſſionem. de probat.
5 Præterea non ſolum per Epiſcopi literas, ſed etiã per † indi
cia & argumenta probatur clericatus, vt cautum eſt in c. in-
ter quatuor. & ibi gloſ. in verb. per argumenta. de cler. pere-
grin. & ſequitur Nic. Boer. d. deciſ. 171. nu. 25.
6 His addas, clericatũ prrobari † ex confeſſione partis, vt cõ
ſuluit Aymo Crau. conſ. 93. nu. 4. quem late id examinantem
conſulas, & profitendo ſcripſit in c. 1. col. 2. de eo qui mitt. in
poſſeſſ. li. 6. & ibi Philip. Franc col. 4. Rot. deciſ. 433. in antiq.
incip. nota qđ tũ quid. tradit Milis in repert. in verb. probari
nõ põt titulus. & in verb. poſſeſſor recuperand. agẽs in benefi
7 cialib. dicẽs, quod † cõfeſſio aduerſarij non probat titulum in
beneficialibus, ſed bene quoad obtinendum in poſſeſſorio.
Limita, vt tñ concluſio procedat, qñ agitur de poſſeſſorio,
8 in † qua ſufficit leuior tituli ꝓbatio, ſecus aũt eſſet, qñ ageret
in petitorio iudicio, vt ſibi adiudicaretur beneficium. Ita de-
cidunt in terminis DD. Rotæ deciſ. 408. fuit dubitatũ vtrum
confeſſio. in nou. Crau. in loco ſupra cit. Bellamer. deciſ. 183.
aſſertioni Cardinal. & eſt deciſio Capel. Toloſ. quæſt. 423. itẽ
fuit quæſitum, vtrum in cauſis beneficialibus. tradit Felin. in
c. olim col. vlt. in prin. verſ. limita ſecũdo. poſt nu. 10. de reſcr.
Illud vero animaduerſione dignũ in hac re non prætere-
9 rim, vt etſi confeſſio partis † non probet plene, vt dictũ eſt in
beneficialibus, adeo vt non ſufficiat ad adiudicationem bene
ficij, ſufficit tamen ad imponendum ſilentiũ confitenti, ita ca
uere Dd. de Rot. deciſ. 245. nota, quod vbi poſitio. in antiqu.
10 depoſit. & confeſ. aliàs deciſ. 44. de teſti. in antiq. inſup † ſuffi-
cit talis confeſſio ad coadiuuandum titulũ, vt inſigniter dixit
glo. in c. pen. in verſ. ſi non appareat. de reſcr. li. 6. quam pro
ſingulari not Barbat. in c. tuæ. col. 10. vt lite non conteſt Feli.
in c. olim. col. pen & ſeq. nu. 9. & 10. de reſcri. Craue. d. conſil.
93. num. 4 & 6.
Illud inſuper ſubiungam, clericatũ probari per famã, con-
11 currentibus aliquibus adminiculis: ſic Papazo. in addit. ad
deciſionem DD. Rotæ. deciſ. 2. de fil. presbyt. num. 13. in nou.
aſſerens, ita fuiſſe obtentum per Dd. de Rot. in vna Leodienſ.
decanatus.
12 Quod ibi ampliatur ẽt procedere in † illegitime nato, con-
currentib. aliis coniecturis, vt tenuiſſe pariter dictos Dd af-
firmauit Peregr. in ſuis deciſ. deciſ. 26. li. 2. ſecus eſt, vbi cõcur
13 rat ſola fama, nã tunc ex ea nõ probat † clericatus illegitimi,
vt ijdẽ DD. dirimere die 23. Octobr. 1542. in vna Calacurgit.
denogron. Proponente Dño de Thanis, vt refert Put. deciſio.
163. lib. 1. vbi atteſtatur ita Rot. ſeruare per conſil. Gemin. 71.
idẽ eſt teſtatus Guidobo. deciſ. 133. & Chiſan. deciſ 26. ratio
14 eſt, quia † præſumptio eſt contra illegitimum, & propterea te-
netur oſtendere literas ſuæ diſpenſationis, vt per Biſignetum
deciſ. 2 de probat. & Papazo. vbi ſup.
Nec ſilentio præteribo, clericatum etiã probari per ſolã aſ-
15 ſertionem Cardinalis † dicentis, quem eſſe clericum: teſtis mi
hi eſt ad hoc Bald. in proœ. decret. in prin. nu. 23. teſtatur Ar-
chid. in c. nihilominus. 90. diſt. Cętera huc ſpectantia, comma
dius examinabuntur infra in concluſ. Ordinatus.

CONCLVSIO CCCVI.

ARGVMENTVM.

Clerico teſti quanta fides adhibeatur.

SVMMARIA.

1 *Clericus ratione presbyteratus eſſe magis idoneus teſtis, quam laicus.*
2 *Teſtimonium quatuor clericorum par eſt cum teſtimonio ſex laicorum.*
3 *Clericus dicitur quodammodo teſtis omni exceptione maior.*
4 *Clerico tanta fides habetur, vt non poſſit repelli à teſtimonio dicendo pro ſua eccleſia abſque iuſta cauſa.*
5 *Clerici non ſolum repellendi non ſunt à depoſitione teſtimonij, ſed omnino cogendi, tum pro ſua eccleſia, quam contra eam, deficientibus alijs probationibus.*
6 *Clericus non poteſt teſtificari contra laicum in cauſa criminali, in qua agitur pœna ſanguinis.*
7 *Clericus teſtificari poteſt in cauſa criminali, vbi pœna ſanguinis non agitur.*
8 *Quilibet de vniuerſitate recipitur pro teſte, ſi aliquis de vniuerſitate accuſet ſtatũ.*

CLericum ratione presbyteratus eſſe magis idoneum te-
1 ſtem, quam † laicum. voluit gl. in c. monachus. in verb. cõ
pendia. 77. diſt. vbi dicitur tantum par eſſe teſtimonium qua-
2 tuor clericorum, q̃ † ſex laicorum, quod idem conſulendo ſe-
quitur Soci. conſ. 28. col. 3. circa prin. Dec. tradidit in c. ex lite
ris. col. 2. nu. 24. de prob. quod vero teſti clerico magis creda-
tur, tñdit Alex. conſi. 43. col. 1. num. 5. vol. 7. quos oẽs refert &
ſequitur Crau. conſ. 169. nu. 3. Dec. conſ. 109. ante fi. nu. 4. verſ.
non obſtat, quod abſoluat. Caſtr. conſ. 143. viſo proceſſu, & at-
teſtationib. col. fi. nu. 3. ver. item adeſt 2. frater Bartholom. li. 2.
4 Amplia, vt etiam is dicatur quodammodo teſtis † omni ex-
ceptione maior ſic cauit Aymo d. cõſ. 169. n. 4. in fi. vet. Ant. de
Butr. ſenſit in c. 2. extr. de elect. & Franc. Cur. conſuluit concl.
10. de teſtib. & idem Butr. tradidit in c. cum nuncius. nu. 5. de
teſtib. Gui. Pap. decidit in quæſt. 65. nu. 1. Corn. id vidit in con
ſil. 135. nu. 7. vol. 2. Feli. idem docuit in d. c. cum nuncius. nu. 3.
cum gl. ibidem.
Cui quidem clerico tanta fides habetur, vt etiam non poſſit
4 repelli † à teſtimnuio dicendo pro ſua eccleſia abſque iuſta
cauſa, vt ſancitum eſt in c. cum nũcius. de. teſtib. cũ ſupra alle-
gatis anctoritatibus, c. 1. in fi. cum gl. ibi, itẽ ciuili iure, niſi in
cauſa eccleſiæ ſuæ, & c 2 §. põt ẽt. verſ. ſed ꝓ eccleſia, q̃ mater,
&c. 14. q. 2. & ibi gl. 1. verſ. ſed eccleſiæ tantũ. Spec. §. 1. ver. ſed
nũqd rector. n. 23. tit. de teſte. Dec. in tertio loco. n. 17. de ꝓb.

Cc Illud

Digitized by Google

Iſtud velim ſic amplies, vt non ſolum repellēdi nō ſint cle-
5 ricia depoſitione teſtimonij, ſed † omnino ſint cogendi, tam
pro eccleſia, quam contra eam, deficientibus alijs probationi
bus, ſic habuimus ab Inn. in d.c. cū nuncius. arg. c. quiſquis me
tu. 11. q. 3 & à Curt. in ſuo tract. de teſtib. concluſ. 49. nu. 97.
Poſtremo loco à nobis traditū limitabis non procedere in
6 cauſa criminali. nam † contra laicū in ea non poteſt teſtificari
clericus, quod placuit gl in c. teſtimonium. 11. q. 1. c. de cæte-
ro. ext de teſtib arg. contrariorum, quod eſt verum eſt in cau-
ſa, in qua ageretur de pęna ſanguinis, ita concludit Abb. in 1.
not. & cæteri ſcrib. in d.c. de cætero. & ita debet intelligit ex.
in d.c. teſtimonium, quē ſic intelligit gl. in c. 1. 51. diſt. in verb.
7 ad ſacerdotium. ſecus † aūt in cauſa criminali, vbi pœna ſan-
guinis non ageretur, c. quandoque. 14. q. 2. ſecundum Abb. in
d.c. de cætero. in 1. not. & But. in d.c. dilecto. de teſtib. cogen.
Verum iſtud ſublimitabis, niſi aliquis de vniuerſitate accu
8 ſaret pręlatum, † tunc enim quilibet de vniuerſitate recipitur
pro teſte, ita cautum eſt in 2. q. 7. c. lator. & meminit Innoc. in
d.c. cum nuncius. de teſtib.

CONCLVSIO CCCVII.

ARGVMENTVM.

Clientulus an poſſit eſſe teſtis pro ſuo patrono.

SVMMARIA.

1 *Clientulus non eſt idoneus teſtis pro patrono ſuo.*
2 *Clientulus repellendus eſt à teſtimonio propter affectionem, quæ regulariter repellit teſtem à teſtificando.*
3 *Teſtis non eſt omni exceptione maior, in quo eſt præſumpta affectio.*
4 *Clientulus teſtis eſſe poteſt finita clientela.*

1 CLientulum non eſſe idoneum teſtem † pro patrono ſuo,
tradidit Spec. in tit. de teſtib. in princ. nu. 13. verſ. quid ſi
olim fuit. quem refert & ſequitur Campeg. in ſuo tract. de te-
ſtib. reg. 19. eiuſdem ſentētiæ acceſſit Alber de Malet. tract. de
teſtib. nu. 39. qui ad id adducit. l. recipiendū. §. furta. ff. de pę-
nis. qui §. furta non probat, vt arbitror, concluſionem noſtrā,
quia loquitur de clientulo cōmorante in domo patroni, quod
in clientulis noſtri temporis verum eſſe non poteſt, qui vt plu
2 rimum non commorantur in domibus patronorum, ſed † ea
ratione illum potius à teſtimonio repellendum eſſe videtur,
propter affectionem, quæ regulariter repellit teſtem à teſtifi-
cando, vt tradidit Cāpeg. in tract. de teſtib. in reg. 312. per tex.
in l. fi. ff. de teſti. eodem ea pertinent, quę ſcripſit Curt. in trac.
3 teſtib. concl. 30. nu. 66. vbi dicit, teſtem † non eſſe omni exce-
ptione maiorem, in quo ſit præſumpta affectio.
Limita cōcluſionem, vt procedat tantum, quandiu quis eſt
4 cliens: nam † finita clientela, teſtis eſſe poteſt ſic voluit Spec.
d. loco ſupra allegato. nu. 13. ver. quid ſi olim fuit. arg. l. 3. § af
finitatis. ff. de poſtulat.

CONCLVSIO CCCVIII.

ARGVMENTVM.

Codicilli probatio quo pacto fiat.

SVMMARIA.

1 *Codicillus, quando agitur, quo pacto factus ſit, per duos teſtes probatur.*
2 *Legatum validum & obſcurum poteſt coram duobus teſtibus declarari.*
3 *Quod in teſtamento dictum fuit, & à Notario prætermiſſum, poteſt per teſtes probari, vt ſuum ſortiatur effectum.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt in declaratione voluntatis teſtatoris.*
5 *Teſtes, qui admittuntur in teſtamenta, admittuntur etiam in codicillis.*
6 *Mulieris teſtimonium idoneum eſt in codicillis.*
7 *Legatarius licet in teſtamento admittatur, non tamen admittitur in codicillis.*

CODicillus vt probetur, licet ad ſolennitatem ipſius requi-
1 rantur quinque teſtes, l. fi. C. de codicil. tū † quando agi-
tur, quod hoc pacto vel illo ſit factus, ſufficiunt duo teſtes, vt
dicit Gui. Pap. conſ. 118. circa definitionem proceſſus. ſub nu.
6. verſ. & licet quo ad ſolemnitatem. teſtem ad id adducit gl.
& ibi Azo. & DD. in l. comparationes C. de fid. inſtr. in verb.
duobus l. hæredes palam. ff. de teſta. quę gloſſa loquitur idem
de teſtamento, reſpondit Alex. conſ. 54. nu. 3. li. 3. dicens, lega-
2 tum † validum & obſcurum poſſe coram duobus teſtibus de-
clarari per gloſ. ordinariam in l. hæredes palā. §. 1. ff. de teſta.
quam † communiter fore receptam à noſtris ibi teſtatur.
Idem etiam iuris illud eſt, quod fuit à teſtatore dictū,
3 & † à Notario pręteremiſſum, poſſe per teſtes probari, vt ſuum
ſortiatur effectum, vt dilucide tradit Paul. de Caſt. in conſ. 18.
nu 3 vol. 5. & ante eum cauit Rom. in conſ. 385. nu. 7. in fi. & ſi
4 agatur de declaratione voluntate ipſius teſtatoris, dum † pro-
fecto ſufficiunt teſtes, vt poſt allegatam gloſ. in d. l. palam. §. ſi
quid poſt factum teſtamentū. placuit Signor. in conſ. 188. nu.
19 cui aſſentit. Oldr. in conſ. 597 nu. 7. & obſeruauere Bart in
d. §. ſi quid poſt factum teſtamentum nu 4. & Caſtr. nu. 13. ſcri
bit Soci. ſen. in conſ. 92. nu. 10. vol. 5. & idem tradidit Soc. iun.
in conſ 189. nu. 30. vol. 5. & profitendo docuit Bar. in l. propo-
nebatur. nu. 3. ff. de leg. 2.
5 Huc accedat, in codicillis eoſdem teſtes admitti, qui † ad-
mittuntur in teſtamento, vt ſcripſit Crot. in ſuo trac. de teſtib.
part. 5 nu. 1 & 2 vbi hoc militat in muliere, quæ licet in teſta-
mento non ſit teſtis idonea, tamen in codicillis eſt idoneum
6 † eius teſtimonium, teſtatur gl. in l fi. C. de codicill.
Quod idem arbitratur etiā procedere in legatario, qui non
7 admittitur in codicillis, licet † in teſtamēto admittatur, ea ra-
tione, quia in codicillis totum negotium agitur inter teſtato-
rem & legatarium: eandem opinionem ſequitur Soci. in l. ſi qs
ita. in fi. ff. de reb. dub. & Bal. in l. ſi quæſtio ff. de teſtamen. ſed
Petrus de Moncad. in addit. ad Crot. vbi ſupra. contra ſenſit,
motus auctoritate Imper. Zenonis, qui id dilucide ſanxit in l.
dictantibus. C. de teſtam. inducendo, vt ibi per eum, tamen in
fin. ſuæ ſententiæ, propter auctoritatem illorum virorum non
firmat pedes, ſed ipſe quæſtionem relinquit cogitanti, prout
ego etiam aliorum iudicio relinquo.

CONCLVSIO CCCIX.

ARGVMENTVM.

Cogitatio quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Cogitatio mentis probatur per ſolam confeſſionem.*
2 *Cogitatio mentis aliter, quam per confeſſionem probari poteſt.*

COgitatio mentis, quo pacto probetur, ſi quis à me ſciſci-
1 tetur, † huic per ſolam confeſſionem poſſe probari, ex
Bal. ſententia reſpondebo, in l. ſi quis nō dicā. col. 1. verſ. iſtud
tamen fallit in hæreſi. de epiſ. & cler. & fuit animaduerſum in
l. 2. ff. de interrog. act.
2 Non † tamen ſola confeſſio probat cogitationem, verum ēt
aliquando colligi poteſt ex alijs ſignis, quam per confeſſio-
nem, vt in percelebri illa l triticum ff de verb. obl. vbi ſtipula-
tio alias per ſe inualida, eſt efficax ratione cogitationis, quæ
cognoſcitur ex certis illius cogitationis indicijs, late Zaſ. ibid.
& conſulas ea, quæ dixi in concluſione, Animus, vbi quam-
plures formauimus huius rei concluſiones.

CONCLVSIO CCCX.

ARGVMENTVM.

Cognatus an teſtimonium dicere poſſit.

SVMMARIA.

1 *Cognatus licet dicendus ſit perſona domeſtica, non tamen à teſtimonio dicendi repellendus eſt.*
2 *Cognatio ſpiritualis maior eſt, quam vinculum adoptionis.*
3 *Compater & patrinus prohibentur eſſe teſtes.*
4 *Quibus admittitur ad teſtimonium dicēdum, qui non reperitur expreſſe prohibitus.*

COgnatus licet quodammodo ſit dicendus perſona dome
1 ſtica, arg l. vnica. C. de emenda. propin. non † tū icirco
à teſtimonio dicēdo eſt reijciendus, quod placuit Spec. tit. de
teſtib. in prin. nu. 4. verſ. ſed nunquid agnati. quē refert Alber.
de Malet. tract. de teſtib. num. 4. quæ concluſio procedit tan-
tum in cognato carnali, quia ſi loqueremur de cognatione
2 ſpirituali, fortaſſe ſecus eſſet dicendum, nam maior eſt † co-
gnatio ſpiritualis, quam vinculum adoptionis, gl. eſt not. in c.
qui dormierit. 30. q. 2. & in c. Pictacium. 30. q. 3. & ad hoc con
ſulendus erit Cur. in tract. de teſti. in ſua concluſ. 30. Pręterea,
3 quod tam compater, quam † patrinus prohibeantur eſſe te-
ſtes, dixit Bal. in l. generaliter per illum tex. ff. de in ius voc. cu
ius ſentētiæ adhæſit Salic. in l. teſtis idonea. ff. de teſti. id quod
falſum eſt: nam compater & patrinus non repelluntur à te-
ſtimonio, quod illa ratio confirmat: nam edictum de teſtibus
4 eſt prohibitorium certarum perſonarum, quilibet † ergo ad-
mit-

mittitur, qui non repetitur expreſſe prohibitus, l. 1. cum gl. ff. de teſt. & gl. in l. quoniam. in gl. fi. C. de hæret. & Manich. idem ſenſit Bar. in conſ. 92. incip. in quæſtione vertẽte inter D. Simonem. nu. 8. Bal. & Salic. ſibi aduerſantes in l. parentes. C. de teſtib. Alex. in l. generaliter. nu. 5. ff. de in ius voc. & multis alijs allatis à Iaſ. in l. apertiſſimi. ſub nu. 8. vbi iſtud diligenter eſſe obſeruandum aſſerit. C. de iudicijs. & in l. generaliter. in 1. col. ff. de in ius vocan. Sed leniter attigiſſe ſit ſatis, cum latius hæc docuerimus in concluſionibus, Coniunctus & Conſanguineus, ad quas te reijcio.

CONCLVSIO CCCXI.

Argumentum.

Coitus impotentia quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Coitus impotentia probatur per confeſſionem viri in ſui præiudicium.*
2 *Coitus impotentia ad hoc, vt diſſoluat matrimonium, requiritur quod durauerit per triennium.*
3 *Statutum de lucranda dote, vxore mortua, non habet locum in eo, qui propter impotentiam coire non poteſt.*
4 *Coitus impotentia vbi probatur per alia ſigna, vrgentia, & manifeſta, non requirit triennalem cohabitationem ad matrimonij diſſolutionem.*
5 *In certis non eſt opus aliqua temporis coniectura.*
6 *Mulier ſi tempore contractus matrimonij aſſerat ſe virginem, & poſtea fateatur ab alio corruptam, non eſt audienda, vtpote, quæ alleget ſuam turpitudinem.*
7 *Matrimonium dirimi poterit, ſi per inſpectionem viri ſtatim patebit de eius impotentia.*

1 Coitus impotentiam probari per cõfeſſionem viri † in ſui præiudicium, clarius eſt, quam vt à me probetur. Quod feciſſe Antoninũ Caracallam ex morbo impotẽtem legimus: nam cum virginem Veſtalem Clodiam Lætam ſtupraſſe diceretur, & illa viua ſepelicda eſſet, clamauit, ipſum Antoninum ſcire, ſe virginem eſſe, quodque propter impotentiam virum ſe præſtare non potuerit, Xiphilinus in Antonino. Huiuſmodi vero impotentia nõ præſumitur pręceſſiſſe matrimonium, niſi conſtet, nunquam fuiſſe conſummatum, quia tunc præſumitur
2 pręceſſiſſe, ſed tamen obſerues, ad hoc † vt matrimonium diſſoluatur ob hanc coeundi impotentiã, requiri iſtiuſmodi impedimentũ duraſſe per triennium, vt de omnibus, quę dixi, teſtatur Iaſ. conſ. 58. per tot. & 59. ẽt per tot. vol. 1. vbi cõcludit, ſtatutum de lucranda dote, vxore mortua, non habere locum
3 in eo, qui propter impotentiã coire † nõ poteſt, licet vxorem traduxerit domũ, quamuis iura ſuper tali tempore inter ſe repugnare videantur, nã decretalis 1. quæ incipit, Accepiſti. de frig. & malef. tradit de ſeſquianno, l. in cauſis. C. de diuor. aſſerit de biẽnio, & in d. tit. de frig. eſt decretalis laudabilis, quæ loqtur de triennio, quod ẽt hr̃ in auth. de nupt. §. per occaſionem. collat. 4. quæ duo iura corrigunt alia iura, quę loquuntur de alio tempore, q̃ de triennio. Et ita ſenſit Roffr. in nono impedimento matrimonij poſt aliquas ſolutiones Dd. ſupra dicto tẽpore relatas. Ideo, quod dictũ eſt, de cohabitatione per triennium, intelligendum eſt, vbi frigiditas & impotentia per
4 alia ſigna vrgentia probari non põt, quod † ſi alia ſigna manifeſta appareant, non reqrit triennalis cohabitatio, ita ſcripſit Panor. in c. 1. ſub nu. 5. de frig. & malef. motus auctoritate ſummi Pontificis in d. c. laudabilẽ, verb. ſi frigiditas prius probari non poſsit. eo. tit. de frig. quæ abunde proſequit Brunel. in ſuo tract. de ſponſ. & matrim. 28. conclu. limit. 2. n. 17. vbi ait, propter frigiditatem, aut aliam impotentiam non requiri cohabitationem triennalem, quando impotentia eſt naturalis, ac omnibus nota, vt quia viro vel mulieri deſint membra genitalia, aut ſi habeat, ſint omnino inutilia, cuius rei illa poteſt eſſe
5 ratio, quia † in certis non eſt opus aliqua temporis coniectura, l. continuus. §. cum ita. de verb. obl. Notum eſt & illud vulgare, quia hodie cõſtat, hodie ſine vlla tẽporis dilatione agatur, l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſſ. legato. ſic ſentiunt Innoc. nu. 1. vbi nu. 2. dat tria argumenta ad frigiditatem probandam, de quibus dicemus in concl. frigiditas, & in concl. impotentia, & Io. Andr. Henr. Boich. in c. 1. de frigid. & malef.

Quinimo aſſerũt Dd. in d. c. 1. vt ſi tẽpore contractus matri-
6 monij † mulier aſſereret ſe virginem, ac poſtea fateatur, ſe ab alio fuiſſe corruptam, non eſſe audiendam, vtpote quæ alleget ſuam turpitudinem, arg. l. cum profitearis. C. de reuoc. donat.

Quo circa, ſi (vt dictũ eſt ſupra) ex alijs ſignis certis cõſtare poterit de impotentia, debet inſpici vir, ſi vero p eius inſpe-
7 ctionẽ ſtatim de vitio patebit, illico † poterit matrimonium dirimi, ſic voluit Brunel. d. loco. Hoſt. & Ioan. And. in d. c. 1. de frigid. & malef. Quod etiam locum ſibi vendicat, ſi mulier fuerit vidua, & cum alio concubuerit, vbi difficilior vitij probatio futura eſt, vt dixere Dd. in d. c. 1. & Brunel. d. limit. 2.

Quomodo autem probetur impotentia, infra ſuo loco examinabitur fuſius in concluſ. Impotentia.

CONCLVSIO CCCXII.

Argumentum.

Coitus quo pacto præſumatur atque probetur.

SVMMARIA.

1 *Coitus præſumitur, quando vna cubauerint vir & mulier, & in eodem thoro quis cum puella iacuerit.*
2 *Paria ſunt, quem iacuiſſe cum muliere, & cum ea coitionem feciſſe.*
3 *Coitus præſumitur etiam in conſanguineis, ſi vna cubauerint.*
4 *Coitus præſumitur in conſanguineis remotioris gradus, ſi viſi fuerint ſimul dormire.*
5 *Clandeſtina dormitio arguit contra ſimul dormientes.*
6 *Contra conſanguineos præſumitur, ſi ſimul non habitent, & ſimul occulte deprehendantur, quia clam inſolitum faciunt.*
7 *Coitus præſumptio tollitur in affinibus, & conſanguineis proximioris gradus.*
8 *In clerico qui intra ſepta domus ſuæ continet matrem, filias ſuſceptas ante clericatum, & ſorores, ſeu germanas, nihil ſæui criminis exiſtimari, fœdus naturale permittit.*
9 *Coitus non præſumitur in fratre cum ſorore, nec in conſanguineo cum conſanguinea.*
10 *Ratio generalis efficit, vt dictum extendatur ad caſum, ad quem alias non adaptantur verba etiam in materia ſtricta.*
11 *Lex extenditur ad omnes caſus, quibus adaptatur ratio legis.*
12 *Cubatio manifeſta ceſſare facit omnem malam & ſiniſtram ſuſpicionem.*
13 *Contrahens matrimonium à legibus prohibitum, præſumitur per errorem id facere.*
14 *Falſitas, & corruptio non præſumitur in teſte, cui palam elargita eſt pecunia, vt veritatem dicat.*
15 *Babyloniorum, Parthorum, Aegyptiorumque, ac aliorum dirum & deteſtabile inſtitutum erat coitum cum conſanguineis proximioribus.*
16 *Coitus non præſumitur in valetudinaria, & quæ ex affectu arguatur frigida eſſe natura.*
17 *Argumentum ab oppoſitis valet.*
18 *Coitus præſumptiones ex eiuſdem domicilij habitatione, & inſimul cubatione, non tantæ ſunt fidei, quin aliæ præſumptiones in contrarium admittantur.*
19 *Coitus ex coniecturis & præſumptionibus probari poteſt.*
20 *Coitus coniectura quæ ſint.*
21 *Coitus probatur, cum vir ad mulierem frequenter accedere conſueuit, & commoratus ſolus cum ſola, & nudus cum nuda.*
22 *Coitus, & copula carnalis directe non poteſt probari, etiamſi deprehenderetur in loco nudus cum nuda.*
23 *Coitus poteſt probari per iuramentum viri dicentis, ſe cum muliere concubuiſſe.*
24 *Mulieri iuranti, ſe à viro cognitam, fauore matrimonij fides habetur.*
25 *Mulieri licet contrarium probare, quando vir per iuramentum aſſerit, ſe cum ipſa concubuiſſe.*
26 *Coitus præſumitur, quando diu quis cum aliqua muliere habitauerit.*

1 Coitum præſumi, quod vna cubauerint vir & mulier, † & in eodem thoro quis cũ puella iacuerit, à nobis dicendum eſt, moti auctoritate tex. in c. literis. de præſump. & in c. præterea. de teſtib. atque in c. nec aliqua. 26. q. 1. vnde dicere poſſumus, veneream coniunctionem, & coitum probari ex eo, quod aliqui ſimul iacuerint in eodem loco, & hæc paria vi-
2 dentur, iacuiſſe quis cum muliere, & † cum ea coitionem fecit, vt tradidit Accurſ. in l. Caij Caſſij. ff. de fideicommiſ. lib. in gl. 1. quam gl. ad hoc ẽt affert Bal. in c. 1. col. 6. in §. vel ſi cum filia. quib. mod. feud. amit. Alex. conſ. 77. incip. in cauſa & lite inter Luciam vxorem. col. 1. nu. 2. verſ. accedit etiam id quod. vol. 7. & quod ſi vna cubauerint, probetur coitus, reſpondit Pau. Caſtrenſ. conſ. 45. licet per ſupraſcriptum. col. fin. poſt nu. 10. ver. tertio poſſet quis. lib. 1. vbi citat illud Ouidij.

A Iuuene & cupido credatur reddita virgo?

Alexand. & Dd. in l. 1. ff. ſi cert. pet. poſt nu. 19. ver. exemplum in probatione actus copulæ. Abb. in c. literis. vbi Feli. de præſump. & idem Fel. in c. præterea.

3 Amplia, concluſionẽ ẽt locum habere in † conſanguineis, quia cõtex. in d. c. literis. de præſump. loqt in conſanguineis, & tamen arguit inceſtum, licet in conſanguineis nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittat, vt cõſtituere Imp. Honor. & Theodoſ. in l. cum qui probabilẽ, C. de epiſc. & cler. & mulier. ſuper verb. canones. gl. 1. c. 1. de cohabit. cler. & mulier. ſup verb. canones. & gl. 1. in l. non aliter. ff. de vſu & habit.

Quæ ampliatio tum maxime locũ habet, quando † conſan-
guinei remotioris gradus viſi ſunt ſimul dormire, vt cõſuluit
Crauer conſ.321.ſub nu.1.in fi.idque occulte & clandeſtine,
5 lociſq; ſecretis,& ad hoc paratis,& commodis,et † qua clan-
deſtina dormitione arguit contra eos, vt colligere eſt ex Pau
li reſponſo in l.fi.ff.de rit.nup.& ex reſcripto Imperatoris Se-
ueri & Antonini in l.1.C.de interdi matri. Nã,qui male agit,
odit lucem,c.cõſuluit.de off.dele.c.Anaſtaſius.19.diſt.l.1.cir.
ca med. ff.de vent.inſpi.Bar.in trac.q.vẽtil.corã domino. col,
3 verſ.quid.auditis aduocatũ. Tum ẽt locũ hẽt prędicta am-
6 pliatio,quando † illi conſanguinei ſimul non habitarent, nam
hoc caſu,cum ſimul occulte deprehendantur,præſumit con-
tra eos,quia actum inſolitum faciunt, & ex actu inſolito præ
ſumitur dolus,vt docuere Accurſ.in gl.1. & Bal.ĩ l.ſi quis ſub
conditione.in fi.verſ.item allegatur hæc gl.ff.de condit.inſti.

7 Primo limita concluſionẽ non procedere in affinibus † &
cõſanguineis proximioris gradus, à quibus coitus pſumptio
tollitur,quod apertiſſime ſcinere Imperatores in l. cũ ꝗ pro-
babilẽ.C.de epiſ.& cler.& in l.ſi qui.C.de adult. ex quib.iu-
ribus probatur, ratione proximitatis & cõiunctionis ſangui
nis depelli,& probari oẽm ſuſpicionẽ coitus inceſtuoſi. Im-
peratores enim in l eum qui probabilem.loquuntur in cleri-
8 co,qui † intra ſepta domus ſuæ continet matrem,filias ſuſce-
ptas ante clericatum,& ſorores,ſeu germanas: in his enim,
inquiunt Imperatores, nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus
naturale permittit,vt ſupra docuimus.

Subamplia, prædictam limitationem etiam locum habere
9 in omnibus caſibus,in quibus militat eadẽ ratio,vt † in fra-
tre cum ſorore,conſanguineo cum conſanguinea:ſic Crau.d.
conſ.321.nu.1.nam iura prædicta loquũtur in vniuerſum,nec
excipiunt cauſam,quod vna cubauerint, ergo generaliter vi-
detur intelligenda,l.de pretio.ff.de publ.l. actio ff.de calum.
l.regul.§.ſi quis. vbi Bar.in prin.& Bal.verſ.item ſi principiũ
legis.ff.de iuris & facti ignorant.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.
de leg.2.l.nomen debitoris.§.fi.ff.de leg.3.Bart.in l. pater fi-
liom.§.fundum.in fi.poſt nu.3.ff de leg.3.Bal.in l.volũtas.C.
de fideic.quinimo (quod maius eſt) ratiõ generalis efficit, vt
10 † effatum extendatur ad caſum,ad quẽ aliàs non adaptantur
verba,ẽt in materia ſtricta,vt tradidit gl.in clem.1.de elec.ſu
per verb homines.& cauit Corn.conſ.273.col.2. in fi.li.4.re-
ſponditq; Gemin.in conſ.39.col.1.vbi inquit, legem extendi
11 ad omnes cauſas,quibus † adaptatur ratio legis,licet lex ſtri-
ctius loquatur in parte diſpoſitiua, permotus auctoritate di-
ctæ gloſ.in d.clem.1.de elect.Curt.ſen. conſ.81. col.4.verſ.&
in propoſito noſtro.

Secundo ſubamplia, prædictã limitationem locũ habere,
etiamſi conſanguinei proximioris gradus viſi fuiſſent ſæpius
12 ſimul dormire,dũmodo palam id fecerint,quia † ex manife-
ſta cubatione ceſſare videtur omnis mala & ſiniſtra ſuſpicio,
vt cauit Triphonius in l.non exiſtimo.ff.de admi.tut.Crauet.
d.conſ.321.nu.2. Vnde ſi quis contrahat matrimoniũ à legib.
13 prohibitum, vt † quia inter coniunctos,palã præſumitur per
errorem id facere,vt ille reſpondit Papinia.in l.ſi adulterium
cum inceſtu.§.1.ff.de adult.Quod etiam per ſimilitudinẽ con
firmari poteſt:nã ſi elargiatur teſti pecunia palam, vt verita-
14 tem dicat,non † præſumitur in eo falſitas,neque corruptio,vt
voluit Bal in c.fi poſt num.11.verſ.iuxta prædicta. de appell.
& Dec.conſuluit in conſ.189.col.8.poſt nu.13.verſ.item dici-
tur.in verſ.inſuper accedat.

Verum hæc mala ſuſpicio nõ ceſſaret in Babylonijs,quorũ
inſtitutũ fuit,vt cũ parentib.filij,cum ſororibus frater coirẽt,
atque ex eis ſobolem gignerent. In qua ẽt ſententia Chryſip
pum fuiſſe,legimus apud Alexã.ab Alexã.lib.1.cap.24. & ita
Parthis quorum deteſtabile & dirum inſtitutũ fuit,ſed in re-
gio tantum ſtemmate,vt nõ niſi ex filio & matre genitus, re-
gnum capeſſeret.Fulgoſ.li.9.ca.1. & in Aegyptijs,qui ſororũ
15 amoribus coniugiiſq; implicari,atque † cũ his paſſim matri-
monia iuire ſolent.Alexã.ab Alexãd.in li.1.cap.24.Multi prę
terea inuenti ſunt,qui nullo habito diſcrimine (honor ſit au-
ribus) cũ matre,cum ſorore, cum nepte,cum vxoris ſorore,
& mulieres itidem cũ patre,cum fratre, cum patruo,cum ma
riti patre,& multis alijs,ſiue proximioribus, ſiue remotiori-
bus,clã & palã turpiter coirent,vt paſſim videre eſt apud hi-
ſtoricos:quæ ſi recenſere vellem, honor eſſet præfandus, nec
ſine magna l.oium & fęminatũ ignominia poſſent cõmemo-
rari. In iſtiuſmodi igitur perſonis hæ præſumptiones ſangui-
nis cõiunctionis,vel aliæ nullæ erunt:nec erit vlla dubitatio,
quin etiamſi cum ſanguine cõiunctiſſima cubauerit, nefando
inceſtu ſe contaminarit.

Secundo limita, concluſionem in primis non procedere in
16 valetudinario,& † qui ex aſpectu frigidæ eſſe naturæ arguiẽ,
vt idem reſpondit Crau.d.conſ.321.nu.3. ſub fin. Nam in eo
non militat ratio,nec ſuſpicio ab illo prouerbio deſumpta:

A iuuene & cupido credatur reddita virgo?

17 Valet enim argumentum † ab oppoſitis,quod omnino validũ
eſſe atteſtat in loco à cõtrariis & oppoſitis, Euerar.latiſſime
ĩ ſuis locis legalibus,tit.ſeu rub. locus à cõtrarijs aduer. pug.
ſeu oppoſit.fol.mihi 117. Contrariorũ.n.eadẽ eſt natura, &
diſciplina,l.1.ff.de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.& ibi Angel.
Bal.& Alber.l.& ſi contra.in fi.ff.de vulg.& pup.tex.notab.in
l.pen.& ibi Bal.C.de ſolut.Nã ſicut in ludis venereis ſuſpicio
eſt contra iuuenẽ fortem & cupidum, ita à contrario præſũ-
ptio eſt pro homine imbecilli, valetudinario. & prouectæ iã
ætatis,argumento ducto à contrario ſenſu, quod fortiſſimum
eſt & longe vtiliſſimum,l.1.§.huius rei.ff de off.eius cui man.
eſt iuriſdi.l.qui teſtamento §.mulieri. ff de teſtamen. ca.cum
Apoſtol ca.in fi.de his quæ fiunt à Prælato,&c.cap.cum virũ.
de regular.D.Euerard.in ſuis locis legalibus, in loco à cõtra-
rio ſenſu.fol.mihi 496.

18 Tertio limita concluſionem:nam † quamuis idem domici-
lium incoluerint,& vna cubauerint, præſumatur coitus,vt ſu-
pra dictum eſt in concluſ. per iura ibidẽ allegata, non tamen
tantæ ſunt fidei huiuſcemodi præſumptiones, quin aliæ pſum
ptiones admittantur in contrariũ,vt conſultus rñdit Anchar.
in conſ 219.facit dubiũ. veluti ſi negetur coitus à viro & mu
liere,vel mulier ſtatim aufugerit,ita Crauc.d.conſ.321.nu.4.

19 Sunt & aliæ vrgentiſſimæ cauſæ,quibus † coitus facile poſ-
ſit probari,nam coitum ex præſumptionib.& cõiecturis poſ-
ſe probari,conſuluit Pariſ.conſ.160.nu.25.vol.4.& in cõſ.54.
nu.91.& ſeq.& cauit Lap.alleg.53.factum,ſuper quo.num 3.
idem Pariſ.conſ.57.nu.34.eod vol.4.

Coniecturæ autẽ hæ eſſe poſſunt, veluti ſi tempore noctur
20 no, & in locis ſecretis ſola morabaẽ,quam † cõplexam multi
tenebant,quos & illa oſculabatur, libenter ferens ſe impudi-
ce attrectari: hæ namq; & id genus aliæ coniecturæ & pſum-
ptiones iſtiuſmodi ſunt, vt ex ijs lex iudicet quampiam vere
fuiſſe cognitã,vt in c.literis.& c.tertio loco. de præſum. Coi-
tus quippe per coniectutas probatur, vt cum vir ad mulierẽ
21 † frequenter accedere conſueuit, cumque moratur ſolus cũ
ſola,& nudus cum nuda,atque per id genus alia,gloſ.in cap.
præterea.de teſtamen.& obſeruatur in l.Lucius.ff.de cond.&
demonſtrat.

22 Ratio huius rei illa eſſe vr̃,quod coitus & † copula carna-
lis non poteſt directe probari, etiamſi dephẽderetur in loco
nudus cum nuda,vt tradit Auge.de Gambellio in tra.de teſt.
gloſ.46.poſt nu.4.& docuit Bar.in l.2.§.ſi ſimul.n.3.ff.ad leg.
Iul.de adult.& Lap.d.alleg.53.nu.1.& ſeq.

23 Præterea poteſt probari per iuramentum viri dicẽtis, † ſe
cum muliere concubuiſſe,vt hr̃ in c.continebatur.in verb.vi-
ri ſtandũ eſt.& ibi gl.& Dd.de deſpon.impub.Quod idẽ ape
ruit Didac.Couarr.in epit.2.par.c.3.§.1.ſub nu 14. qđ quidẽ
locum habere tradit,vbi de matrimonio contracto cũ ea agi
tur,comprobat id per cap.continebatur. de deſpon.impube.
& ca.ſi quis acceperit.33.q.1.quinimo ait: Et mulieri iuran-
24 ti,ſe à viro cognitam,fauore † matrimonii fides habeatur, te-
ſtes ad id laudat Hoſtien.Ant.Abb.Præpoſ. & alios in ca.duo
pueri.de deſponſat.impub.& Henric.in d.cap. continebatur.
* quam ſententiam * cunctis placuiſſe,idem auctor eſt,cui ſub-
ſcripſit Emanuel Soarez in ſuis commu.opinionibus, in ver.
copula ſeu coitus probatur.

25 Sed tñ † licet mulieri contrariũ probare,vt in c.propoſuit.
de prob.tradidere gl.Panor.& cæteri Dd.& itidem gl.in c.1.
de frigi.& malef.& in c.quod autem.27.q.2. & in c.ſi qs acce
perit.32.q.1.& ex Theologis ſenſit hoc idem Ricar.in 4.ſen.
diſt.34. vberrime id proſequutus eſt Tiraq. de vtroq; retrac.
verb.admittitur ad probandum.§.4.gl.1.nu.3.fol mihi 130.

26 Coitus inſuper ex eo præſumitur,quod † diu quis cum ali-
qua muliere habitauerit,27.quęſt.1.cap.nec aliqua.& reſpõ-
dit Alexand.in conſil.150.incipiẽ. in cauſa & lite inter domi
nam Lucretiam, nume.8.lib.5. quæ quidem dicitur violenta

præ-

præſumptio, quæ vocatur iuris præſumptio, vt à Spec. titu. de
præſump. §. ſpecies. n. 3. Ex qua quidem viri cum muliere ha-
bitatione Antigonus filij ſui coitum animo præſenſit, nã cum
filium ſuum diuertiſſe audiſſet in eius domum, cui tres filiæ in
ſignes ſpecie eſſent: Audio, inquit, fili, anguſte habitare te,
pluribus dominis domum poſſidentibus: hoſpitiũ laxius ac-
cipe. iuſſoque commigrare edixit, ne quis minor quinquagin
ta annos natus hoſpitio matrisfamilias vteretur. Front. li. 4. c.
1. Verum hęc, & alia multa ſuſius ſumus proſequuti in conclu-
ſione, Adulterium, & in concluſione, Copula. illas igitur con-
cluſiones adire lector ne graue tibi videatur.

CONCLVSIO CCCXIII.

ARGVMENTVM.

Collatio valida quomodo & quibus rationibus probetur.

SVMMARIA.

1 Quæ probanda ſint ex parte teſtatoris, vt collatio valida probetur.
2 Collatio ſimoniaca eſt, & nulla, ſi collator conferat, vt parem gratiam pro beneficio alicui referat.
3 Epiſcopus canonice poteſt conferre beneficium alicui ſub conditione, vel aliud, quod obtinet, reſignet.
4 Collatio facta aliquo impulſu, nulla eſt.
Quæ metu geſta ſunt, nullum habent robur. ibi.
5 Collatio debet eſſe facta ſine aliqua diminutione.
6 Epiſcopus non poteſt alicui conferre beneficium, & ſibi, vel nepoti, vel famulo ſuo reſeruare penſionem, quia diminueretur beneficium.
7 Epiſcopo non licet conferre cuidam beneficium, & ſibi fructus addicere.
8 Collationi vt credatur, neceſſe eſt, vt facta ſit præſentibus teſtibus fide dignis.
9 Collatio beneficij perpetua eſſe debet, & facta, vt quis perpetuo illam poſſideat.
10 Actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem.
11 Collatio vt dicatur habilis, probari debet, vt is, cui confertur, ſit habilis & idoneus.
12 Collatio vt habilis dicatur, ætas legitima probanda eſt.
13 Quo ætatis ſuæ tempore quis initiandus & promouendus ſit ad ordines.
14 Aetatem probare debet, qui ei innititur, ſiue agendo, ſiue excipiendo.
15 Collatio vt dicatur habilis, probari debet ſcientia ſufficiens, & mediocris, quæ ſatis ſit ad adminiſtrandum illud beneficium, quod quis obtinet.
16 Collatio probari debet facta bonis moribus prædito.
17 Coniugatus non poteſt beneficium conſequi.
18 Illegitimi ſine ſummi Pontificis gratia beneficia obtinere nequeunt.
19 Collatio facta abſenti, antequam ipſe declarauerit voluntatem, nullius eſt momẽti.
20 Collatio vt valeat ex parte rei probari debet, quod beneficium ſit vacans.
21 Collatio probari poteſt per inſtrumenta, ſeu per teſtes in iudicio.
22 Collationem beneficij ad aliquem pertinere, probatur per famam & communem opinionem, atque per inſtrumentum.
23 Collationem alicui pertinere, ſatis eſt docere per literas, vel inſtrumentum, beneficium conſueuiſſe per talem conferri, & ad illum collationem & inſtitutionem ſolere pertinere.
24 Agenti ex cauſa permutationis ſatis eſt probare, compermutantem habitum & exiſtimatum fuiſſe pro tali.
25 Collationẽ fama probat, quando aliquis conſequitur beneficium ab aliquo ad quem de iure non ſpectat collatio, ſecus, vt ibi.
26 Fama ſatis eſt ad probandam collationem, vbi directe, non agitur ſuper pertinentia, vel ſuper collatione facta ab ordinario.

COllatio beneficij quo pacto probetur, ſuperius (ſi memi-
niſtis) tradidimus in concluſione, Beneficij collatio, ad
quam vos reijcio. Nũc vero valida collatio quomodo, & qui-
bus rationibus probetur, paucis aperiendum eſt.
1 Primũ igitur omnium, vt hinc exordiar, ex † parte collato-
tis debet probari, illum eſſe habilem, idoneum, & non excom
municatũ. Sic ſancitum eſt in c. paſtoralis. de cler. excom. De-
inde, vt pure conferat, id eſt, ſine pacto, conditione & modo,
alioquin ſi conferat, vt parem gratiã pro beneficio alicui refe
2 rat, vel ſi alia conditio interuenerit, † collatio ſimoniaca eſt,
& nulla c. quam pio. 1. q. 2. & c. cum pridem. & c. fi. de pact. c.
2. de elect. lib. 6. Canonice tamen poterit conferre Epiſcopus
3 beneficium alicui ſub conditione, ſi aliud, quod † obtinet, re-
ſignet, vt docet Hoſt. in c. ad audientiam. de reſcr. Io. Franc. in
tract. de poteſt. cap. ſede vacante. q. 1. par. 2. col. 4.
Tertio loco debet libere collatio probari facta, id eſt, ſine
4 aliquo impulſu, alioquin † eſſet nulla. Sic eſt conſtitutum in
c. 2. de ijs, quæ vi met. cauſ. fiunt. nam quæ metu geſta ſunt, nul
lũ habent robur, vt voluit I. C. in l. 1. ff. quod met. cauſ. idẽ eſt,
ſi per vim, c. ad aures, c. pe. ext. de ijs, quæ vi met. ve cau. fiunt.
Quartum probationis genus eſt, vt ſine aliqua diminutione
5 facta † ſit collatiõ, vt decreuit ſummus Pontifex cap. vnico. vt
eccleſ. benefic. ex hoc illud exijt. vt non queat Epiſcopus con-
ferre beneficium vni, & ſibi, vel nepoti, vel famulo reſeruare
6 penſionem, quia diminueretur beneficium, quod † fieri non
poteſt ab Epiſcopo, d. c. vnico. & c. extirpandæ. in fi. de præb.
Quinimo nec poteſt iura, quæ dignitati congruunt, conferen-
do illam ſibi adiudicare, c. cum veniſſent. de inſtitu. Calder. in
verb. conferens dignitatem. Quemadmodum nec Epiſcopo li
7 cet conferre cuidam beneficium, & † ſibi fructus addicere,
quod ſi hoc faciat ex pacto, vel conuentione, nefario ſimoniæ
ſcelere ſe aſtringit, d. c. vnico. in fi. c. ſi quis præbendas 1. q. 4.
Et quintum ſubijciam, nam neceſſe eſt, vt ſit facta collatio
8 præſentibus † teſtibus fide dignis, non domeſticis, alioqui illi
collationi non creditur, c. poſt ceſſionem. de probat.
Poſtremus ex parte collatoris probandi modus erit, colla-
9 tionem beneficij eſſe perpetuam, vt † quis perpetuo id poſſi-
deat, & non ad tempus, c. præcepta. 55. diſt. & c. ſatis peruer-
ſum. 55. diſt. Nam ſicut matrimonium ad tempus non contra-
hitur, eſt. n. viri, & mulieris coniũctio, indiuiduã vitæ conſue-
tudinem continens, vt definit Imperator in §. 1. inſtit. de patr.
poteſt. ſic nec ſacrum matrimonium, c. inter de translat. Epiſc.
10 quia † actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem,
per l. actus. ff. de reg. iuris. cap. 2. de elect. lib 6. & hæc ſunt, quæ
probari debẽt in collatione à parte collatoris, à parte autem
eius, cui confertur, vt collatio dicatur habilis.
11 Primo probari debet, vt is, cui confertur, ſit habilis † & ido
neus. c. gratie, de præben. idoneus autem dicitur ſecũdum iu-
rium interpretes, ſi præditus ſit ſcientia, moribus, & ætate, c.
cum in cunctis. de elect. c. licet canon. eo. tit. nu. 6.
12 Secundo loco probanda eſt legitima ætas, quæ † pro ordi-
num diuerſitate varia eſt, nam in tonſura requiruntur ſeptem
anni completi, ſic eſt conſtitutum in c. fin. de tempor. ordina.
libr. 6. in quatuor minoribus poſt ſeptem annos poteſt quis
initiari, vt docuit gloſſ. in ſumma diſtinct. 77. ad ordinem au-
13 tem ſubdiaconatus in 18. anno, ad † diaconatus ordinem in
vigeſimo, ad presbyteratum in 25. anno promoueri quis po-
teſt, vt ſancitum eſt in clement. fin. de ætat. & qualit. ad epiſ-
copatum in 30 anno completo, cap. cum in cunctis. de elect.
plene Panormitanus in cap. ſuper inordinata. de prębend. per
totum.
14 Aetatem autem probare debet, qui † ei innititur, ſiue agen
do, ſiue excipiendo, ideo, qui dicit, pronium non habere æ-
tatem legitimam, hoc probare debet, quod multis in locis à
plurimis fuit traditum, vt in l. cum de ætate. ff. de probat. l. de
ętate. ff. de minor. Bar. in l. in illa. ff. de verb. obligat. l. ſi maio-
rem, vbi Paul. & Iac. C. de integr. reſtitut. Domini de Rota de-
ciſ. 254. alias 2. nota quod vbi quis opponit. in antiquis. titul.
de except. & deciſ. Biſignet. 1. vtrum vnio. nu. 5. titul. de rebus
eccleſ. non alienan. Felyn. in c. dubium. de præſumpt. poſt nu.
10. nu. 31. & late Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. in 4. limitat.
nu 174. cum ſeq.
Tertio erit probatio, vt debeat probari ſcientia ſufficiens
15 & mediocris, quæ † ſatis ſit ad illud adminiſtrandum bene-
ficium, quod quis obtinet. Ita ſciuit Pontifex Maximus in c.
venerabilis. de præben. Panorm. in d. c. cum in cunctis.
Quarto præterea loco probãdum erit, factam eſſe collatio-
16 nem bonis prædito moribus: nam † ij maxime neceſſarij ſũt
beneficiato, l. ſcire. §. eos qui ff. de tut. & curat. dat. ab his. ne-
que enim facultates, inquit Modeſtinus Iureconſultus, ne-
que dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio, & be-
nigni mores. Sic etiam tradidit Rebuſ. in ſua praxi beneficio-
rum. tit. requiſita ad bonam collationem, &c. nu. 44.
17 Quinto erit probandum, vt † non ſit coniugatus ille, in
quem beneficium eſt collatum: nam coniugatus non poteſt be
neficium conſequi, vt cautum eſt in cap. 1. & per tot. titul. de
cleric. coniugat.
Sexto, vt ſit legitimus: nam illegitimi ſiue ſummi Pontificis
18 gratia † beneficium obtinere nequeunt, c. 1. & per tot. de fil.
presbyteror.
Septimo, vt ſi collatio facta ſit abſẽti, vt ipſe acceptet, alio-
qui collatio facta alteri, antequam iſte abſens declarauerit vo
19 luntatem, nullius † erit momenti, ſic ſciuit Pontifex Max. in c.
ſi tibi abſẽti de præb. in 6. Panor. & alij in c. accedens. d. titu.
Poſtremo loco ꝓbari debet, vt collatio valeat ex parte rei
20 quod † beneficium ſit vacans, non enim vacans conferri non
poteſt. c. 1. & per totum. extr. de conceſſ. præb. Sed hæc latius
proſequutus eſt Rebuff. in ſua praxi benefic. tit. requiſita. ad
bonam collationem. ad quem te reijcio.

Quod ſi de viribus collationis beneficij dubitetur, collatio
21 illa cõmode probari poterit per inſtr̃a, ſeu † per teſtes in iudi
cio, cum habeant eandem vim, vt ſancitũ eſt in c. cum Ioãnes
Eremita. de fi. inſtr. huc pertinet c. poſt ceſſionem. de prob. ſic
ẽt tradidere D. de Rota in deciſ. 38. aliàs 780. inci. Dic, quod
collatio alicui facta. in antiq. de proba. quam deciſionem pro
ſingulari notat Lambert. in ſuo tract. de iure patr. in 3. art. 11.
q. princ. 3. par. 2. lib. nu. 3. vbi alibi non inueniſſe ſimilem di-
ctum aſſeruit Alber. Bru. in tract. de diminut. & deteriorat. cõ
cluſ. 4. nu. 22. cauit Gig. de penſ. q. 45. nu. 4.

Quemadmodum ẽt collationem beneficij ad aliquẽ perti-
22 nere, probari per famam & cõem opinionem, atque per † in-
ſtrumentum admiſſionis illius, ad cuius collationem ſpectare
dr̃, dixerunt Dñi de Rota in deciſ. 123. aliàs 3. ſufficit proba-
re. de probat. in nouis. & obſeruauit Milius in ſuo repert. in
ver. probatio. qđ beneficium pertineat. idem ſancitum fuit in
deciſ. 47. aliàs 1. tit. de off. vicar. valẽt acta. in nou. vbi ſi negẽ
facultas Epo, ſufficit probare per cõem reputationẽ. Idem hr̃
in deciſ. 449. valẽt acta. in antiq. ſenſit Lap. alleg. 89. incip. in
Dei noĩe, amen. poſt nu. 8. ſub verſ. venio ad ſecũdũ caput. in
fi. per cõtex. in c. cũ olim. de cau. poſ. & propr. qđ & meminit
Lambert. de iu. patr. in 1. art. 3. q. prin. 1. par. 2. li. nu. 7. verſ. &
aliud ſimile ad validitatẽ collationis. idem confirmat Rot. in
deciſ. 4. aliàs 1. tit. de teſt. ſpol. poſſeſſor beneficij. in nouis. &
docuit Dec. in c. 1. nu. 39. verſ. tertius caſus. de appel. iſtud ẽt
diremit Rot. in deciſ. 257. aliàs 7. tit. de proba. ſi quis dicat. in
23 nou. vbi † ad probandũ alicui pertinere collationẽ, & eſſe ca
nonice inſtitutũ, ſatis eſt docere per literas, vel inſtr̃m, iſtiuſ-
modi beneficium conſueuiſſe per talẽ conferri, & ad illũ col-
lationẽ & inſtitutionem ſolere pertinere. Ita ẽt decidit Bella-
mer. in deciſ. 116. ſi petens confirmationem, & deciſ. 570. con
cluſio, quod licet. & ita fuiſſe deciſum per Dños de Rota in
vna Parmẽſi S. Chriſtinæ, de menſe Martij 1520. atteſtatus eſt
Caſſad. deciſ. 1. pertinentia collatio. de probat. Huc ſpectat,
qđ animaduertit Rot. in deciſ. 109. aliàs 4. tit. de rer. permut.
24 agenti & petẽti. in nou. aſſerẽs, agenti † ex cã pmutationis ſa-
tis eſſe probare cõpermutantem habitũ & exiſtimatum fuiſ-
ſe pro tali, iſtis conſentaneum eſt, quod tradidit Bellamer. in
deciſ. 389. ſi in impetratione beneficij. volẽs ibi ſufficere, pro
bare cõem exiſtimationem & famã, beneficium eſſe talis qua
litatis, & idẽ notat ĩ deciſ. 375. depoſitio de cõi reputatione.

Verũtamen hoc limitabis, famã probare collationem, qñ
25 aliquis conſequitur beneficium ab aliquo, ad † quem de iure
non ſpectat collatio, ſecus vbi aliquis eſſet prouiſus ab Epo,
ad quem iure pertinet collatio, & alius ab alio, vt à canonico
prætendente ratione præbendę ſuæ illud beneficium ſpectare
ad ſui collationes: nam tunc ſola fama non ſufficeret, niſi eſ-
ſet adiuncta alia ſpecies probationis: quod quidem traditũ
& deciſum fuit à Bellam. in deciſ. 570. concluſ. quod licet. aſ-
26 ſerens, famã † ſatis eſſe, vbi directe nõ agatur ſuper pertinen
tia, vel ſuper collatione facta ab ordinario: vnde ita fuiſſe cõ
ſtitutum in vna Parmen. Parochialis S. Chriſtinæ, auctor eſt
Caſſad. in d. deciſ. 1. pertinentia collationis, de probat.

CONCLVSIO CCCXIIII.

ARGVMENTVM.

Qua collatio prius facta cenſeatur, an illa ſummi Pontificis, an collatio ordinarij.

SVMMARIA.

1 *Collatio prius facta præſumitur à Pontifice Maximo, quam ab ordinario.*
2 *Collatio Epiſcopi præſumitur prius facta, quam illa vicarij ſui.*
3 *Collatio ordinarij prius eſſe facta præſumitur, ſi habet horam determinatam, qua in collatione Pontificis Maximi non ſit appoſita.*
4 *Collatio Papæ non præfertur collationi ordinarij, quando ab ordinario prouiſus reperitur in poſſeſſione.*
5 *Prouiſus à Papa, ſi habet eius prouiſionem motu proprio præfertur prouiſo ab ordinario, maxime ſi adſit etiam clauſula decreti irritantis.*

COllationem beneficij ſi vnus conſequatur à ſummo Pon
tifice, & alius ab ordinario iudice, ſi non conſtet, vtra al
1 teri præcedat, præſumit̃ † prius facta collatio Põtificis Maxi-
mi, & ille, qui eã habuit à ſummo Pont. præfertur. Ita cautum
eſt in c. ſi à ſede. de præben. in 6. Iaſ. tradidit in l. 1. nu. 6. ff. ſol.
matr. & ibidẽ late proſequitur Rip. n. 7. cũ aliquot ſeqq. Dec.
reſpondit in conſ. 169. nu. 4. & paſſim p tot. & tradit Soc. ſen.
in conſ. 67. eadem die prouidit. nu. 1. & ſeq. vol. 3. & ſequutus
eſt Ioan. de Sylua in ſuo tract. de benef. par. 3. q. 15. nu. 18.

Amplia hoc idem locum habere in collatione Epiſcopi, &
2 Vicarij ſui: nam † illa Epiſcopi præſumitur prius facta, vt do-
cuit Iaſ. in d. l. 1. nu. 6. ff ſol. matr. & ibidem Ripa nu. 7. verſ. ſe-
cundo aduerte. pulchre conſuluit Calder. conſ. ſuo 2. de off. vi
carij. incip. an collatio Epiſcopi. fuſius hæc ſcripſit Lambert.
de iure patr. 3. art 2. q. priu. 3. par. 2. lib. nu. 5.

Concluſionem limitabis hoc pacto, locũ ſibi non vendica
re, ſi in collatione ordinarij erat dies & hora determinata, &
in collatione Pontificis Maximi nõ erat appoſita hora: nã tũc
3 præſumitur, collationem † ordinarij prius eſſe factam, & illa
præfertur, vt Iaſ. ſenſit in d. l. 1. nu. 6. vbi ait, hanc eſſe veriorẽ
opin. & Dec. hoc idem ſequutus eſt in d. conſ. 169. n. 5. quam
ſuam veram probauit Fely. in c. paſtoralis. de reſcri. quod ẽt
Socin. conſulendo ſequutus eſt conſ. 67. d. nu. 2. lib. 3. & idem
docendo Soci. in l. 1 ff. ſolu. matr. nu. 11. & ſeq. & obſeruauere
Cy. & Bal. in l. de rebus. n. 2. de dona. ante nup. & animaduer-
tit Dec. in conſ. 689 viſo puncto. nu. 2. & conſ. 169. diligenter
pro tenui. nu. 6. & ſeq. l. cũ quid. nu. 1. & ſeq. vbi loquit̃ de Do
ctore ſeniori & iuniori, qui prius fuerit licentiatus, prout &
idem aſſerit Soci. in d. l. cum quid. nu. 19. & ſeq. ff. ſi cert. pet.
l. in ambiguis. ff. de reg. iur. nu. 3. 4. quibus opinio Ioã. de Plat.
conuenit in l. 1. C. de iur. fiſ. lib. 10.

4 Ad vnum tamen hic aduertas, collationem † Papę minime
ordinarij collationi præferri, qñ prouiſus ab ordinario etiã
citra horæ appoſitionem reperiretur in poſſeſſione, vt Socin.
in d. l. 1. col. 2. poſt nu. 13. verſ. nam lex. in d. c. ſi à ſede. ff. ſolut.
matr. & in d. conſ. 67. poſt nu. 3. verſ. confirmatur, & nu 4. ver.
quod ſi à ſede. vol. 3. & idem videtur ſentire Iaſ. in d. l. 1. nu. 7.
verſ. tertio limita regulam traditam per Bart. ff ſol. matrim. &
Dec. in d. conſ. 169. d. num. 6. & in d. conſ. 689. in prin. & in d. l.
in ambiguis. d. nu. 4. in fi. ff de reg. iur.

Sublimitare poteris prædictas limitationes, quicquam nõ
5 ſuffragari prouiſo ab ordinario, habẽte † prouiſo à Papa eius,
prouiſionem motu proprio, vt Soci. in d. conſ. 67. nu. 7. vſque
ad finem dicti conſilij: maxime ſi adſit etiam clauſula decre-
ti irritantis, vt ibi Soci. poſt d. nu. 7. vſque ad fi. dicti conſilij.

CONCLVSIO CCCXV.

ARGVMENTVM.

Collator an ſit idoneus teſtis pro illo, cui contulit beneficium.

SVMMARIA.

1 *Collator beneficij non videtur idoneus teſtis pro illo, cui fecit collationem.*
2 *Inueſtitor in cauſa feudi teſtis eſſe non poteſt.*
3 *Inſtrumentum collatoris ordinarij fidem facit.*
4 *Collator admittitur, vt aliquo pacto iudicem doceat, & ad aliquod indicium.*
5 *Collator poteſt aſſiſtere illi, cui contulit beneficium.*
6 *Collatio beneficij facta clam, præſumitur ſimulata, & non valet.*
7 *Collatio beneficij facta contra interloquutoriam, præſumitur ſubreptitia.*

1 COllator beneficij non vr̃ idoneus teſtis pro illo, cui † fe-
cit collationem: nam ſecutus eſſe præſumitur, vt quod
egit, valeat, præterea ſua videtur intereſſe, ca. inter cętera. de
præben. Bal in c. 1. de pace tenen. §. ſi duo. num. 2. verſ. quæro
ergo, nunquid inueſtitor. & poſt eum ibi Præpoſit. in li. feud.
2 vbi concludit Bal. inueſtitorem † in cauſa feudi teſtem eſſe nõ
poſſe, cui adhæret Ludou. Rom. ſing. 733. quidã, &c. quam ſen
tentiam etiam ſequutus eſt Steph. Aufrer. tracta. de teſtib. nu.
19 cui opinioni ſubſcripſit Ioan. Monticell. reperr. de teſtib.
verb. collator benef. & iſtorum ſententiæ album calculũ ad-
didit Crot. tract. de teſtib. nu. 183.

Primo limitare poteris cõcluſionem, nam quamuis colla-
3 tor beneficii teſtis, vt dictũ eſt, adduci non poſſit, poterit † tñ
collatoris ordinarij inſtrumẽtũ de collatione produci, quod
omnino fidem facit, arg. eorum, quæ vberrime à Dd. fuere ani
maduerſa, in c. poſt ceſſionem. de præben. ſic Domini de Rota
deciſ. 22. aliàs 1. tit. de probat. fuit dubitatum. in nouis. ita Lu
dou. Roman. d. ſingul. 733.

Deinde limitabis, vt licet non admittat̃ ſimpliciter pro te-
4 ſte, admittitur † tamen, vt aliquo pacto iudicem doceat, & ad
aliquod indiciũ, vt ſenſit Bal. in d. c. 1. de pace tenen. §. ſi duo.
in lib. feu. d. nu. 2. poſt gl. ibi. in verb. teſtimoniũ. circa fi. quos
refert & ſequitur Steph. Aufrer. d. ſuo trac. de teſti. nu. 19. Qđ
5 vero collator poſſit aſſiſtere illi, cui † contulit beneficium, do-
cent

Digitized by Google

cent Domini Rotæ deciſ.282.nota qualiter.in antiquis, alias 4.tit.de except.

Vnde eo minus teſtis eſſe porerit in collatione beneficij
6 facta eiā,nā præſumitur ſimulata,† & nō valet, vt ſcnit Pōtifex Maximus c.vt noſtrū.extr.vt eccleſ.bñfic.in verſic.Porro cū donatio,&c.quod quidē ſentit Barth.Cæpol.de ſimul.contract.præſumpt.20.nu 67.& facit tot.tit.extr.de clandeſt.deſponſ.e.cum de iniuncto.ext.de hæret.ad quam rem conſulas concluſionem noſtram.Beneficij collario,vbi id attigimus.

Sicut etiam collatio beneficij facta cōtra interloquutoriā,
7 præſumitur † ſubreptitia,nec valet, ſicut nec impetratio bñficij,vt tradidere Dñi,poſt gl.in c.cū olim.extr.de verb.ſignific.& Io.And.voluit in c.cum dilectus.extr.de iur.patron.

CONCLVSIO CCCXVI.

ARGVMENTVM.

Collectam quem ſoluiſſe quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Collectam aliquem ſoluiſſe probatur per teſtes,etiam vniuerſitatis.*
2 *Teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei ad probandum aliquem ſoluiſſe collectam.*
3 *Collecta ſolutio indiſtincte probari non poteſt per teſtes.*
4 *Collectas quem ſoluiſſe,vel non ſoluiſſe probatur per librum exactoris.*
5 *Libris exactoris vt authoritate publica electi fides adhibetur.*
6 *Libris exactoris collectarum maior fides adhibetur,quam teſtibus.*
7 *Libri in archiuio publico repoſiti, qui habent cuſtodem publico ad id conſtitutum, magis fidem faciunt,quam teſtes*
8 *Collectas non eſſe ſolutas,qui dicit probare debet.*
9 *Collecta præſumuntur potius ſoluta contra voluntatem,quam ſponte.*

1 COllectam aliquem ſoluiſſe probatur per teſtes,†etiā vniuerſitatis,quia vtilitas præcipue pertinet ad vniuerſitatē,& cōitatē,licet deinceps vtilitas,& cōmodū ſingulos etiā attingat,ita cōſuluit Alex.cōſ.99.viſis proceſſibus cauſæ.col.4.verſ.nec obſtat,ſi diceretur.nu.15.& verſi.2.reſpondeo.nu.16.li.5 & conſ.68.vt viſo.col.4.verſ.non obſtat, quod hnies.nu.14.vol.2.& in conſ.136.in cā,& lite verten.nu.16.verſ.non obſtat,qđ noſtri teſtes.eod.vol.2 Dec.conſi.342.in cā partus ſuppoſiti,o.5.verſ.& videmus in teſtib.Curt.Iun.conſ.61.nu.
* 12.& hāc eſſe *cōem opinionem affirmat Io.de Amicis, conſ.8.n.34.verſ.ſed certū eſt.quos refert,& ſeqtur Nicol. Feſtas ī ſuo tract.de collect.part.3.ſub nu.24.verſ.quærūt octauo Dd.

Contraria tñ in hac re fuit mente Bald in c.tertio loco.de probat.nu.5.verſi.ſed pone.& in c.inſuper.no.3.verſi.2.nota.de teſtib.quem ibi ſequitur Felin.nu.2.verſ.fallit primo.lo-
2 quendo proprie in terminis collectæ,† aſſerens teſtes de vniuerſitate non eſſe idoneos tanquā in cauſa propria deponentes,quando agitur de impoſitione collectæ, in qua ſinguli de vniuerſitate ſentiant incommodum,ſi enim ciues non ſoluerent collectam,maior eſſet portio ruralium.

Contrarium etiā ſequutus eſt Bar.in l.1.in fin.C.de apoch.publ.lib.11.dicens, collectæ ſolutionem probari indiſtincte
3 non poſſe †per teſtes.idem voluit Archid.in c.in ſumma.12.q.2.iſtiuſmodi vero teſtes de vniuerſitate,teſtes non eſſe integros ſcripſit Alex.ſibi contrarius in conſ.43.viſis, & pōderatis. col.5.verſ.quia licet alias.nu.23.lib.4.& docuit Bart.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ. item per alios relatos à Dec in c.inſuper.num.6.7.de teſtib.ſequitur idem referens Bar.d.loco,Hieron.de Monte tract.de finib.regeod.cap.64.nu.2.Iaſ.Bar.Dd.in l.decem.ff.de verb.oblig.

Prior tñ opinio propius ad veritatem accedit, & à pleriſque probatā,vt per Io.de Amic d.conſ.8.nu.34.verſi.ſed certum eſt.Verū ea omnia,quę diximus,intelligenda,& declarāda ſont,vt per Nicol.Feſtas.i ſuo d.tract.de æſtimo,& collect.part.3.nu.27.verſi.vnde non obſtat,cum plurib.alijs ſeqq.

An vero teſtes de vniuerſitate ſint idonei,latiſſime infra in concluſione,Teſtes de vniuerſitate,viſſeremus.

4 Secundo loco probari etiā poterit, † quem ſoluiſſe per librū exactoris.Nā nomina,& bona eorū,qui collectas ſoluere tenentur,in æſtimo deſcribi ſolent, quod ſi cōſtet per libros illius,eos non ſoluiſſe,vtique faciendū eſt,eſſe tales debitores, & negatiue probari tales non ſoluiſſe collectā,vt ſenſit Bal.in rub.C.de ſi.inſtr.col.ſi.n.43.ꝗ ad id affert auth.ad hæc.C.d.tit.l.cenſus.ff.de probat.l.Barbarius.ff.de offic.ꝑtor.pſona enim exactoris eſt auctoritate publica electa,& iō oīno ſe-
5 qui videtur,† vt illius libris fides adhibeatur,vt reſpōdit Alex.conſ.136.in cauſa, & lite.poſt nu.2. verſ.item etiā de ſolutione.li.2.cōprobat id per l.quædā.§.nummularios & ibi Bar.& Dd.ff.de eden. & eſt Marſelli rāſum id ad verbum probās in d.l.cenſus.cum gl ff.de proba.cenſus.& monumenta publica, inquit I.C.potiora teſtib.eſſe,ſenatus cenſuit, & idē cōſuluit Alex conſ.186.viſis ſubtiliſſimis dubitationib.col.2.poſt n.6.verſ.nec etiā obſt li.2.in quam ſñiam permulti quoq; deſcen-
6 dere,vt Cur.iun.cōſ.106.nu.5.vbi aſſerit † maiorē fidem illis adhiberi,quam teſtibus,& Dec.conſ.285.& pro tenui facultate mea,nu.2.& nu.3.qđ & probatum eſt ab Alex.conſi.43.de celerrima expeditione,in ſi.in 1.vol.Quod tamen eſt intelligendū,ſi cauſa ageretur inter ſubditos dicto cōi, cuius ſunt li-
7 bri,& modo ſint in archiuio publico repoſiti,† & habeāt cuſtodē publice ad id conſtitutū, & alia de quib per Canon.in c.cum cām.de proba.& in c.ad audientiā. de præſcri.ita limitat Salic.in l.exēplo.C.de proba.& Fel.in d.c.ad audientiam.

Si autem quis aſſerat, contra aliquē non debere audiri, qđ
8 non ſoluit collectas,incūbit ei onus probandi,† qui dicit collectas non eſſe ſolutas,vt auctor eſt Bar.in l.in illa.la 1.col.2.nu.7.verſ.& prędicta faciunt.ff.de ver obli.cui accedit Rom.ibidē nu.15.& tradidit Ant.de Bur.c.ſup his.col.10.de accuſ.Bal.voluit ī l.ſi à furioſo,col.2.in ſi. verſ.ſi vero dicit ſtatutū.ff.ſi cer.pet.ita cenſuit Ang.in l.1.col.7.C.de ſi.inſtru.li.10.& in repet.l.pen.§.docere.ff.ne quis eum,&c.idem probauit Alex.in d.l.in illa,col.pen.nu.10.verſ.item in quantum Bart.ff.de verb.oblig. Bald.alio in loco idem ſenſit in l.2. poſt nu.17.verſ.ſed contra hoc C.de iur.emphy.& ibi Angel.circa fin.& Iaſ.poſt nu.132.& 133.ver.in ea glo.ibi. & verſ.ſubtilis Petr.de Bellaper.Bartol.quoque idem repetijt in l.ſi quis conſortium. verſic.vnde ſi dico.C.de fabriceoſ. libro vndecimo. & ibi Angel.

Verum hæc omnia tibi ad nauſeam vſque ſuppeditabunt omnes in d.l.in illa illos igitur conſulas.

Sed à me ſciſcitabitur quiſpiam, an præſumātur ſolutæ collectæ ſponte,an contra voluntatem? paucis quærenti ſatisfa-
9 ciendo, † collectas præſumi potius ſolutas timore impulſos, quam quod ita deberent,aſſero,hinc fit,vt in eis præſumptio currere non videatur,ſic me docuit Innoc.in cap.ſi diligenti.poſt nume.3.ſub verſi.item nota, quod cum tantum per coniecturas.extra de præſumpt. cui adhæſit Lucas de Penna in l.quemadmodum.C.de agric.& cenſit.lib.11.verſ.154.& quando, & à quibus præſtari debeat, vide Aegid.Thomat.in ſuo tract.de collectis.

CONCLVSIO CCCXVII.

ARGVMENTVM.

Collectoris facultas, ſiue commiſsio, quo pacto probari debeat,& an ex eo,quod quis ſit collector, eius beneficia reſeruata dici poſsint.

SVMMARIA.

1 *Collectoris facultas,ſiue commiſſio debet probari per literas,& non per teſtes.*
2 *Vbi agitur de alterius præiudicio,vt de exigendis pecunijs,quæ dicuntur vita hominis,non creditur etiam legato de latere, nec alteri quantumcunque honeſtæ perſonæ.*
3 *Collectoris literæ cum illius ſigillo ſine manu notarij,& ſubſcriptione teſtium probant facultatem,& deputationem ſubcollectoris.*
4 *Subdelegationes probantur per ſola ſigilla delegantium.*
5 *Commiſſio,& ſubdelegatio probatur per literas ſolo ſigillo legati ſigillatas.*
6 *Collectoris facultas probatur per literas originales,non autem per earum tranſumptum.*
7 *Sumptum facultatis collectoris de regiſtris bullarum Papæ probat facultatem.*
8 *Sumpta poſtquam clauſa,& ſigillata ſunt producta coram Auditore cauſæ in curia,recognito ſigillo fidem faciunt.*
9 *Collectoris deputatio poteſt probari per teſtes,ſi aliquis deputatus eſt in collectorem in eccleſiis vrbis Romæ,in vrbe exiſtente Papa.*
10 *Auditor deputatus ab ordinario præſente non tenetur probare per literas ſuam iuriſdictionem.*
11 *Collectoris poteſtas poteſt per teſtes probari,quando literæ collectoriæ amiſſæ ſunt.*
12 *Bullæ amiſſione probata ſatis eſt probare tenorem per teſtes.*

13 *Literarum amiſſione probata non admittitur probatio per teſtes ſecundum ſtilum Palatij Apoſtolici.*
14 *Collectoris facultas probatur per litteras in actu delegationis, vel ſimplicis cognitionis.*
15 *Subcollectoria per teſtes probari poteſt.*
16 *Commiſſio ſubcollectoris, & eius poteſtas ac exercitium probari poteſt per teſtes, qui fuerint præſentes tempore commiſſionis ſibi factæ.*
17 *Collectoris, vel ſubcollectoris deputatio, ſi nec per literas, nec per teſtes conſtat nec etiam per communem hominum exiſtimationem, poteſt probari.*
18 *Geſta per legatum qui non erat, licet exiſtimaretur legatus, non valent.*
Inſtrumenta facta à notario, qui non erat, non valent, ibidem.
19 *Communis error nihil operatur, quando nullum reperitur fundamentum.*
20 *Geſta per ſubcollectorem tunc ſuſtinentur, & valent, quando ſuperior, ad quem ſpectat, veriſimiliter ſcit, & ſuſtinet.*
21 *Geſta per illum, qui exercuit officium tabellionatus ſciente, & patiente ſuperiore, qui habet poteſtatem creandi notarios, valent.*
22 *Quæ probanda ſint ab eo, qui beneficia collectorum vel ſeruata impetrauerit.*
23 *Reſeruatio beneficij ſubcollectoris inducitur, ſi conſtet de qualitate viciniatis.*
24 *Aſſerenti pluralitatem, ſeu multiplicitatem, incumbit onus probandi.*
25 *Collector non tenetur probare ſe acceptaſſe, & exercuiſſe officium collectoria. Contrarium, nu. 27.*
26 *Collectoria eſt officium, quod & honorem, & vtilitatem Reipublicæ affert & confertur in inuitum.*
28 *Papa ſi reſeruauit beneficia capellanorum commenſalium, reſeruatio eius ſtabit terminis ſuis, & ad beneficia commenſalium tantum reſtringetur.*

COllectoris facultatem, ſiue commiſſionem debere ptoba
1 ri per litteras, †non autem per teſtes, diremere Domini
de Rota in deciſ. 266. alias 10. dixerunt, & concluſerunt. de
offic. delegati. in nou. per context. in l. vnica. C. de mandat.
Princip. & in c. cum in iure. de offic. delegat. & tradidit Milis
in repertorio in verb Probatio, quod quis ſit collector. qund
quidem confirmat Felin. in c. in noſtra. col. 5. poſt nu. 7. in fin.
de reſcript. & idem ſcripſit Bartholom. Bellenc. in tractat. de
eharitat. ſubſid. quæſt. 110. nu. 1. ad quod adducit text. & ibi
Bart. in l. prohibitum. circa fin. ibi, cum literis noſtris cogno-
uerit. C. de iur. fiſc. lib. 12. & iuxta ſententiam Iacobi Simonet
tæ in tract. de reſeruat. benef. cap. 34. atque Innoc. in d. c. cum
in iure. in verſi. de mandato. nu. 4. de offic. delegat. Aeneas de
Falconibus. in tract. reſeruat. in 3. q princ. nume. 16. ibi, ſed ſi
quis vellet probare per teſtes. & atteſtatur Lambert. in tract.
iuriſpatronat. artic. 12. quæſt 3. par. 2 lib. 2. nu. 5. verſi. & adde
etiam nota. per Bellenci. Quos ſequitur Quintil Mandoſ. in
Commen. in regu. cancel. in reg. 4. de reſeruation. in 2. q. nu. 2.
verſi. breuiter ego diſtinguerem.
2 Et in vniuerſum hoc verum eſt, † vt vbi agitur de alterius
præiudicio, vt eſt in caſu noſtro, vbi tractatur de exigẽdis pe
cunijs quæ dicitur vita hominis, iuxta Bald. poſt gl. in l. 14. C.
de adu. diuerſ. iudic non credatur etiam legato de latere,
nec alicui, quantumcunque honeſtæ perſonæ ſint, ſecundum
Abbatem in c. cum olim. de priuileg. & eſt glo. inſignis, quam
approbat collector in c. ſicut. de ſentent. excommunicat. &
voluit Gondiſal. Villadiego. in ſuo tract. de legat. in 6. q. 1.
* par. col. 4 & hæc eſt *communis opinio, quam ſequitur, & tue
tur late Felin. in c. cum in iure. col. 2. poſt nu. 6. verſi. 2. limita.
de offic. deleg.
Quod vero diximus, collectoris facultatem debere proba
3 ri per literas, ſic eſt extendendũ, vt † etiam per literas colle-
ctoris cũ illius ſigillo, ſine manu Notarij, & ſubſcriptione te-
ſtium probetur facultas, ſiue deputatio ſubcollectoris, per ea
quæ tradidit Innoc. in c. quoniam contra. vltra medium, verſ.
alij dicunt, de probat. ibi ſcripſit, ſubdelegationes probari ꝑ
4 ſola ſigilla † delegantium, quem ſequitur Bellenci. in dict ſuo
tract. de charitati. ſubſid. q. 114. num. 1. & eſt deciſ. Rotæ 701.
alias 17. nota quod non creditur, de probat. in antiq. & deciſ.
574 alias 7. vtrum credatur, de offic. deleg. in antiquis. & de-
ciſ. 148. alias 10. voluerunt, & ordinauerunt, verſi. contra pri-
mam concluſionem, de probatio. in no. quibus in locis habe-
5 tur † commiſſionem, & ſubdelegationem probari per literas
ſolo ſigillo legati ſigillatas. Quod tamen ſic eſt accipiendum,
ſi ille ſubcollector literas acceperit, antequam officium exer
ceat, iuxta Bellencin. in d. q. 114. in fin. nu. 2. verſi. rum tamen
literas. per Bart. in conſ. 73. incip. vtrum procurator.
Præterea cũ tradiderimus, per literas collectoris facultatẽ
6 ꝓbari, ſic intelligere debemus de literis originalibus, † nõ ãt
per trãſumptũ, & exẽplaria ipſarum facultatum, ita cõcludit
Bellencin. in d. tract. de charit. ſubſid. q. 113. nu 1. adducit Ro-
ma. in cõſ. 336. circa propoſitã cõſultationẽ primo q̃ritur. nu.
5. verſ. cæterũ nec ſufficit. idẽ voluit Dec. in l vnica. n. 8. C. de
mãdat. princi. & decidit Boer. in deciſ. 181. vẽditio, ante nu.
9. Gomeſ. etiam in c. ſtatutum. poſt nu. 6. de reſcri. in 6. Andr.
Tiraq. de vtroque retrac. tit. 1. §. 2. gl. 1. nu. 10.
7 Quod tamen ſic eſt limitandum, vt non procedat † quando
exhiberetur ſumptũ facultatis collectoris de regiſtris bulla-
rum Papæ, quia tunc per tale ſumptũ probatur facultas iſt iuſ-
modi, ita limitat Bellenc. in d. q. 113. & ita ſeruat Romana Cu
ria ſecundũ Rot. deciſ. 621. aliàs 28. nota ſumptum, de proba.
in antiq. & deciſ. 681. nota. quod ſumptum in antiq. & deciſ.
689. ſic quod tranſumptum in antiq. & deciſ. 881. nota. quod
vbi gratia, in antiq. & ita dicit Bellenc. hodie ſeruare palatiũ
8 Apoſtolicum, † quia poſtquam talia ſumpta clauſa, & ſigillata
ſunt producta coram Auditore cauſæ in curia recognito ſigil
lo, tunc fidẽ faciunt, ſecus extra curiam, quia requiritur, quod
ſumptum producatur ſub bulla plumbea, aliàs ei non dare-
tur fides, nec ſufficeret ſigillum.
Primo loco concluſionem limitabis, vt nõ procedat, quan
9 do eſſet aliquis deputatus in collectorem † in eccleſiis vrbis
Romæ, in vrbe exiſtente Papa, tunc etiam talis deputatio il-
lius collectoris poterit probari per teſtes, ita docuit Bellenc.
in d. ſuo tract. de charit. ſubſid. q. 110. nu. 10. vbi adducit tra-
dita per Specul. in tit. de proba. § videndum. verſ. quid de au
ditorib. nu. 3. nam auditor deputatus ab ordinario præſente
10 non tenetur probare † per literas ſuam iuriſdictionẽ, ex quo
ordinarius, vel Pontifex Maximus eſt præſens, ad quem faci-
le quiſque confugere poteſt, idem placuit Roman. in l. ſcien-
dum. col. 12. nu. 50. verſ. aut ſit citatio. de verb. oblig. & idem
protulit Felin. in d. c. cum in iure. col. 2. nu. 6. verſ. prima limi-
tatio. & tenet etiam Archid. in c. nobiliſſimus. 96. diſtin. & ſe-
quitur Milis in verb. Probatio delegationis.
Secundo præterea eſt limitanda concluſio, vt locũ ſibi non
vendicet, qñ literæ collectoriæ eſſent amiſſæ, nã tunc talis po
11 teſtas collectoris poterit † per teſtes probari, ſicut ꝑ ſimilitu-
dinem dicit Inn. in c. cum olim. il 1. de priuil. quòd licet prãs
delegati veniat probãda per ſcripturas, hoc ramen nõ proce
dit, qñ ſcriptura eſſet deperdita, cuius Innoc. pronunciatum
ſequitur Rot. in deciſ. 459. aliàs 21. circa tertium dubium, ſub
nu. 7. verſ. vtrũ delegatio poſſit probari per teſtes. de conceſs.
preb. in nou. & cũ hoc tranſit Mil. in repert. in verb. Probatio
ſubdelegationis. ad quod citat Ant. in d. c. cũ in iure de offic.
dele. & decidit Bellam. in deciſ. 611. licet Capella, & Gõdiſal.
12 de Villadiego in trac. de legat. in 6. q. 1. par. col. 4. dicẽs † pro
bata amiſſione bullæ, ſatis eſſe probare tenorem per teſtes, ꝑ
l. teſtium. § fin. C. de teſtib. & non ſufficere teſtes deponere ſe
vidiſſe bullã, ſed debere deponere de tenore bullæ, iuxta ea,
quæ obſeruauit Bart. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. idẽ
diremit Bellam. in deciſ. 595. vbi ius actoris.
Ab hac ſnĩa diſceſſit gl. d. c. cum olim. de priuil. & cõcludit
Bellen. in d. ſuo trac. de charit. ſubſid. q. 110. nu. 9. verſ. cõclu-
13 do ergo, † vbi ita obſeruare palatium Apoſtolicũ atteſtat, nõ
admitti probationem per teſtes, ẽt probata amiſſione litera-
rum, ea ratione, quia ex regiſtris Papæ poteſt fieri probatio
de nouo expediendo bullas, à qua opinione gl. non omnino
recedit Spec. in tit. de probat. in §. videndum. circa prin.
Tertio inſuper limitabis concluſionem, vt tãtum procedat
14 in actu delegationis, † vel ſimplicis cognitionis, vt loquitur
Rot. in deciſ. 266. aliàs 10. dixerunt, & concluſerunt. de offic.
deleg. in nou. ſecus vbi foret mandatum alterius actus, vt pro
curatoris, quia poterit tunc per teſtes probari, iuxta ſenten-
tiam Ant. de But. in d. c. cum in iure. col. 5. de off. delega. quam
probat Barbat. in d. ca. cum in iure. col. 8. aſſerens mandatum
* procuratoris per teſtes poſſe probari, vbi auctor eſt *oẽs ſcri
bentes id tenere, in l. 1. C. de procur. idem voluit Bal. in l. fal-
ſus. C. de fur. & in l. fi. C. de re iudic. ſcripſit etiam Bellenci. in
d. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 110. per contex. in cap. ex inſi-
nuatione. de procur.
15 Quarto loco tibi limitãda erit concluſio, vt nõ vera ſit † in
ſubcollectoria, q̃ cõmode per teſtes poterit probari, vt volue
re Dñi de Rota i d. deciſ. 266. aliàs 10. dixerũt, & cõcluſerũt.
de off. del. in nouis, poſt priu. verſ. tamẽ ſubcollectoris cõmiſ-
ſo. aſſerentes ibidẽ cõmiſſionẽ ſubcollectoris, & eius poteſta-
16 tẽ, ac exercitiũ poſſe probari per teſtes, † qui fuerũt præſen-
tes tpe cõmiſſionis ſibi factæ, idem cõcludit Mil. in ſuo reper.
in verb. Probatio, quod quis eſt ſubcollector. huic ſnĩę ſubſcri
pſit Bellenc. in d ſuo trac. de charit. ſubſid. q. 3 ſub nu. 1. & 2.
verſ. tamen contrariũ, citius opinioni adhæſit Mandoſ. in cõ-
ment.

ment.in regu.cancel.4.de reſeruatio.quæſt.2.poſt n.2. verſi.
in ſecundo,caſu concludo,& cauit Fel.in cap.in noſtra.col.5.
nu.5 in fin.de reſcrip.

Si vero de collectoris,ſiue ſubcollectoris diſputatione nec
17 per literas,nec per teſtes conſtabit,hinc fiet,vt nec etiã † per
cõem hominum exiſtimationem poterit illius deputatio ꝓ-
bari,vt tradidit Bellencin.in d.ſuo tract. de charit.ſubſid.q.
112.nu.3.verſic.ſed Innoc.vbi arbitratur hanc eſſe veriorem
* * opinionẽ,prout animaduertit.Anton.de Butr.in c. conſulta
tionibus.in 8.chart.verſi.2.principaliter.de iure patr. & in c.
cum dilecto.de reſcript.vbi ex hoc declarat.l.Barbarius.locũ
non habere in delegato,quando non appareret aliqua deputa
tio,vel auctoritas ſuperioris, hanc etiã ſniam in ſimili tenet
Gondiſal.in tract.de legat.in 6.q.1.par.col.fin.vbi concludit
18 † non valere geſta per legatũ,qui non erat,licet exiſtimaret
legatus cõi opinione,ex notatis per Innocentium in ca.nihil.
de electio.qui aſſerit,inſtrumẽta facta à notario, qui nõ erat,
non valere,quia adeſt defectus auctoritatis ſuperioris, nam
19 cõis error nihil operatur,quando † nullum repetitur funda-
mentum.l.actuarios.C.de numera.lib.12. quæ quidem Inno-
* centij opinio * communiter ab omnibus eſt recepta, licet in
vtranque partem articulus diſputari poſſit,vt latiſſime per Ia
ſonem.in d.l.Barbatius.verſi.limita nunc iſtã legem. & idem
aperte tenet Bal.in l.1.C.de teſtam.de qua te nos etiã in con
cluſione,Notarius,infra differemus.

Hoc poſtremo loco dictum limites velim, vt non procedat,
quotieſcũque gerit quis ſe pro collectore in Prouincia, i qua
eſſet Camerarius,vel ſummus Põtifex, aut alius habens hanc
facultarem deputãdi talem collectorem,vel qui ſubcollector
gereret ſe pro ſubcollectore in Prouincia, in qua eſſet colle-
20 ctor,nã † ex quo ſuperior,ad quẽ ſpectat, veriſimiliter ſcit,&
ſuſtinet,tũc geſta ꝑ ſubcollectorẽ ſuſtinent,& valent,vt in ſi-
mili concludit Gondiſal.in tract.de lega.in 6.q.1.part.in fin.
ꝑ l.Titianus.ff. quod cũ eo.& l.3.ff.ad Maced.qđ & aſſeuera-
uit Iaſ.in d.l.Barbarius.col.11.nu.52.verſ.facit,qđ dicit Ioã.
And.in reg.de offi.prætor.vbi in hanc ſniam deſcendit,quod
licet ſecundum cõem opinionem non valeant geſta per eum,
qui non eſt Notarius,tñ fallit,quando quis exercuiſſet officiũ
21 tabellionatus ſciente,† ac patiente ſuperiore,qui habet pote
ſtatem creandi notarios,per contex.in c.conſultationibus.de
iur.patron. teſtatur Anton.de Butr.in c.1.de fid.inſtr. ita limi
tantem,& idem docuit Salic.in l.1.C.de teſtamen.

Hoc igitur pacto probata collectoria,vel ſubcollectoria,in
dubiũ vocari ſolet,an ex eo ſolo,quod quis ſit collector,eius
beneficia reſeruata dici,& haberi poſſint,adeo vt comprehẽ-
ſa cenſeantur in reg.4.Cancellariæ de reſeruatione. Et quidẽ,
22 vt ſententiã aliquorum referam,† nonnulla probãda ſunt ab
eo,qui beneficia collectorum vti reſeruata impetrauerit,non
enim ſatis erit docere,collectorem fuiſſe deputatũ , niſi quo-
que probentur alia,quæ in ipſa regula tradita ſunt.

Illud enim in primis probandum erit, ſubcollectorem eſſe
vnicum, vt verba illius regulæ ibi,& vnicorum cõcepta ſunt,
23 nam ad hoc,vt inducatur reſeruatio,conſtare debet † de hac
qualitate vnicitatis,vt ore loquar Mandoſ.in comment.ad d.
regul.4.q.1.n.1.& cenſuit Rot.in deciſ.507.alias 11.licet iux
ta ordinationem tituli,de præbẽ.in no.quam declarat Bellen
ci.in tract.de ſubſidio charit. q.118.& Commentator regulæ
Cancell.ad dict.regulam 4.in fin.

Verũ,cui incumbat onus probandi,an impetranti vnicita-
tẽ,an vero oppugnanti reſeruationũ pluralitatem,in hoc to-
tus rei cardo vertitur. Et(vt verũ fatear)reſpondendum vide
24 tur † aſſerenti pluralitatem, ſeu multiplicitatem incumbere
onus probandi,ea rõne,quia vnicitas;& non pluralitas pręſu
mitur,vt colligere eſt ex contex.in l.omnium.cum gl.in verb.
* comprobatur.C.de teſt.cuius Accurſ.doctrinam * cõi calculo
Dd.eſſe receptam, teſtis eſt locupletiſſimus Quintilia. Man-
doſ.ad d.regul.4.nu.3.quo in loco aſſeuerat,ita fuiſſe obten-
tum,& obſeruatum per Dominos de Rot.in vna Callagurgi-
tan.Scholaſtriæ de Logreno coram Reueren.Patre D. Anton.
Aug.vltima Maij 1546.ea præſertim ratione, quod probata
deputatione collectoris, transferatur onus in partem aduer-
ſam,cum ſint præſumptiones de vnicitate.

25 Pręterea,an probandũ ſit collectorem acceptaſſe,& † exer-
cuiſſe officium collectoriæ,Dñi de Rota docuerunt me, mini
me illud probãdum eſſe,vt deciſum fuit in deciſ. 700.bene-
ficia collectorũ,in antiquis,& de hoc extat adhuc extrauagãs
Pauli II.quod incipit,Beneficia collectorũ,& eſt deciſ.207.a-
lias 11.licet iuxta, de præbend.in nou.& cum hac opinione
tranſit Mil.in reper in verb.beneficia collectorum,& in verb.
Gratia,per quã quis eſt exemptus,dicens, quod vbi quis eſt
exemptus,vel Capellanus,talis gratia operatur effectũ,etiãſi
non perueniat,vel antequã perueniet ad notitiã,idem tradit
Philip.Fran.in c.ſtatutũ.col.3.in princip.de præbend.in 6.cõ
firmauit Fel.in c.in noſtra.in 21.corollar in princ.& in c.cæ-
terũ.col.3.in fi.verſ.3.reſtitutio.de reſcr. idem etiã meminit
Cõmentator Regularũ Cãcellariæ Apoſtolicæ in 6.regu. tra-
dens,beneficia cubiculariorum,& officialium Papæ etiã cau-
ſa honoris eſſe reſeruata ante acceptationem officij.

Rõ huius rei illa poteſt eſſe,etenim cum collectoria ſit offi-
26 ciũ,quod & honorem,ac vtilitatem Reipublicæ afferat,† ſta-
tim ſortitur effectum ſuum, etiã antequam ſuam poteſtatem
videat,vel exerceat,adeo vt etiam conferatur in inuitum, vt
habetur in deciſ.207.alias 11.de pręben.in nouis.

27 Contrariam ſententiam ſequuti ſunt † poſteriores Domini
de Rota in vna Regien.pręhend. corã Domino de Thanis ꝓ
Thadæo Dugeno,contra Thadęum Caſalium die 30. Aprilis
1542.vt atteſtatus eſt Puteus in deciſ.ſua 319. incip licet Ro
ta lib.1.reiecta opinione Rotæ in deciſ.207.in nouis,& 700.
in antiquis.ac reiectis nonnullis alijs contrariũ aſſerentibus,
permoti ipſi verbis ipſius regulę ibi eorũ,quod pro tempore
officia exercuerint,&c.q́ verba repugnãt oĩno ſentẽtiæ con-
trariæ,& ad tuendas deciſiones 207.& 700.ſupra citatas,fuit
dictũ ab eiſdem Dñis,qđ in dictis deciſionibus non appare-
bat regulas Cãcellarię illius temporis habuiſſe illa verba,dũ
tñ eorũ officia exercuerint,quinimo ſubiungit ibi Puteus, D.
Mariſcanũ eius collegã teſtatũ fuiſſe ſecundũ hanc opinionẽ
fuiſſe etiã alias cauſa propoſita ita reſolutũ,propter repugnã
tiã verborum regulæ:idem reperio tenuiſſe Alexandrin.in c.
per principalem.in fin.1.q.1.qui aſſerit Rotã ita ſępius ſtatuiſ
ſe,beneficia.ſ.non cenſeri reſeruata,qñ Papa deputauit capel
lanum,vel officialem, niſi quãdo apparuit talem abſentem
acceptaſſe talem deputationem,idem etiam inuenio hoc cõ-
firmaſſe Th.Faſto.in dubio Rot.11.incip.quartũ dubium.nu.
28 3.in fin.vbi concludit,† quod ſi Papa reſeruauit beneficia ca-
pellanorum commenſalium, quod reſeruatio huiuſmodi ſta-
bit in terminis ſuis,& ad beneficia commenſalium tm̃ reſtrin
getur,& minime ſe extendat ad illos, qui cõmenſales nõ ſint,
ſic vr̃ dicendũ in caſu noſtro quod ex quo Papa reſeruauit be
neficia eorum collectorum,qui pro tempore officia exercue-
runt, non debet extendi regula ad illos, qui nunquam exer-
cuerint,alioqui eſſet implicare contradictionem.

CONCLVSIO CCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Collegiatus an teſtis eſſe poſsit in cauſa collegij.

SVMMARIA.

1 *Collegiatus poteſt eſſe teſtis in cauſa collegij.*
2 *Collegiati pro collegiatis teſtificari non poſſunt, quando illi ex collegio alios teſtes exhibere poſſunt.*
3 *Collegiati teſtes eſſe nequeunt pro collegio, quando de collegij commodo agitur, quod ſigillatim ſpectat ad vtilitatem ſingulorum.*
4 *Collegiati teſtificari poſſunt pro collegio, quando ſe referunt ad aliquod inſtrumentum vniuerſitatis.*

1 Collegiatũ poſſe eſſe teſtem † in cauſa collegij cauit Bart.
in l.ſed ſi hac §.qui manumit.ff.de in ius voc.& idem tra
didit Bar.in l.in tantum.§.vniuerſitatis,ff.de rer.diuiſ.poſt n.
1.ver.quædam ſunt.probatur in ca.tertio loco,& ibi Fel.col.
2.extr.de proba.nu.3.

Primo limita concluſionem hanc in modũ non procedere,
2 cum illi ex collegio alios teſtes exhibere potuerunt † tunc.n.
collegiatis pro illis teſtari non eſt integrum, ita docuit Abb.
Sicul.in c.inſuper.nume.2.de teſtib. quem refert, & ſequitur
Barth.Soc.conſi.17.nu.5.vol.1.

Secundo limita nõ habere locũ,quãdo agitur de cõmodo
collegij,quod ſigillatim ſpectat ad vtilitatem ſingulorũ,nam
3 † hoc caſu teſtes adhiberi nequeunt,teſtis eſt mihi ad id Bar.
in d.l.in tm̃.§.vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.Bal.in c.3,loco.n.3
ſub fi.vbi late hoc argumẽti genus examinat,ad quẽ te lecto-
rẽ reijcio,quorũ ſentẽtiã permulti tum profitendo,tũ conſu-
leudo

Digitized by Google

leudo probaſere, in primis adeſt Cæpol.in trac.de ſerui.ruſt.
præd.in rubr.de ſeruit.pecor.paſcē.nu.10.& 28. Bal.cōſ.168.
nu.1.verſ.quædā vero.li.2.& cōſ.391.n.12.vol.1.& in cōſ.10.
nu.5.vol.5.Rom.conſ.7.nu.4.& cōſ.508.pręſens cōſulratio.in
fi.& plene obſeruatur vna cum glo.in d.§.vniuerſitatis.l.ſi in
hac.§.qui manumittunt.ff.de in ius vocā.l.patentes.& ibi af-
fluenter per Cy.C.de teſtib.c.cū motuis, & ibi copioſe p Ca-
noniſt.ext.de reſtib.late Rip. in l.explicito. §.ſi aūt collegiū,
nu.2.ff.ad Trebel.Alex.in cōſ.68.vt viſo.n.14. verſ.nō obſtat,
quod hoies dictæ cōitatis, cum ſeq.vſque ad 17.nu. vol.2.vbi
multos cōcordantes cirat, & in cōſ.99.viſis proceſſibus,n.15.
vol.5.vſq; ad nu.20. & conferunt dicta per Bal. conſ.10.nu.2.
vol.3.Barbat.conſ.77.illud afferam.verſ.& licet iſta.vol.3.

Poteris hanc limitationē ſublimitare, nō ita de facili pro-
4 cedere, † qn̄ iſti teſtes ſe referrent ad aliqđ inſtr̄m dictæ vni-
uerſitatis ſuper præmiſſis, vt r̄ndit Bal.in d.conſ.10.d.nume.5.
vol.5.ac etiam quando in conſequentiam commodum ad eos
peruenturum eſſet, vt Alex.d.conſ.68.poſt num.15. verſ.eum
ergo.d.vol.2.& Burſat.in d.conſ.77.col.4. vet.ſexto facir.d.l.
omnibus.d.vol. 3. alia ad hunc propoſitum potes videre in
conclusione noſtra, Ciuis, & concluſione, Clericus.

CONCLVSIO CCCXIX.

ARGVMENTVM.

Collegium quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Collegium probatur ex communi ſigillo communi tractatu, arca communi, refecto-rio & dormitorio, ac ex fraternitate, & familia communi.*
2 *Collegium tres faciunt.*
3 *Collegium omne præſumitur illicitum, niſi probetur licitum.*
4 *Collegium & fraternitates, vt vocant, battentium, an dicantur loca pia, & colle-gia approbata.*
5 *Collegiatum quem non eſſe probatur, quando cohortales dicunt ipſum non eſſe ex eorum numero.*

COllegium ſi quis probare velit, id cōmode facere pote-
rit, ſi probabit oēs ex collegio cōi ſigillo vti, præterea
1 ei ex cōi tractatu id colligere licebit† inſuper quod poſſideāt
arcam cōem adhuc, quod habeant cōe refectorium, & dormi
torium, poſtremo ex cōi fraternitate, & familia recte poterit
animaduertere, quæ plurib.proſequitur Barbat.in cōſ.17.præ
clare, in prin.& nu.3.cum ſeq.verſ.quod ſigna, per quę cogno
ſcimus.vol.1.tradit ēt Rip.lib.2.reſponſ.c.10.de reſcri.verſic.
qūo ſcitur collegiata, vel non, ex vſu cognoſci, &c. idē aſſerit
Luc.de Pen.in l.leges.C.de curial. li.11. vbi remiſſiue docet,
quot hoies conſtituant collegium, vel cōgregationē, ad quod
conſ.las tex.in l.Neratius.ff.de verb.ſig.vbi Marcellus ex ſen
2 tentia Priſci † tres facere collegium reſpondit, & ibi gloſ.&
glo.in rub.ff.de colleg.illic.vbi Bart.& idem Bart.in l.fin.poſt
num 3.eo.tit.Chriſtoph.Port.in §.ſi grex. poſt nu.1.verſ.ad-
dit.tertium.Inſt.de lega.gl.ſi.in l.ſicut.in prin.ff.qđ cuiuſque
vni.nomine.& Barbat.d.cōſ.17.n.15.& 17.vet.modo ſi ſunt,
vol.1.& Inn.in c.1.de elec.in prin.vbi Bal.nu.3. & idē Bal.in
rubr.de elect.nu.2.idem Bal.in rubr.C.pro ſocio.poſt num.1.
verſ.ſed de eſſe iſtius.Rip.lib.2.reſponſ. c.10. de reſcri.nu.4.
& ſeq.Vnde ſcias formare articulos in illud probandum, cæ-
tera vide quæ diximus in concluſione, Eccleſia collegiata.

Qui igitur ita probabit, ſciat non iccirco collegiū illud ho
3 neſte poſſe dici conſtitutū, ſed† collegium omne præſumi illi-
citum, niſi probetur licitum, vt reſpōdit Martianus I.C.in l.1.
poſt princ.ff.de colleg.illic.& in l.3.§.in ſumma. eo.tit.cuius
reſponſum ſequutus eſt Luc.de Pen.in l.quemadmodū.C.de
agric.& cenſ.li.11.verſ.198. Cotta tamen in ſuis Memorialib.
verb.collegia, declarans locū illum Iuriſconſulti in d.l.1.non
ſemper arbitratur collegia illa ſodalitia eſſe inhoneſta & il-
4 licita, & ibi loquitur de collegijs †& fraternitatibus batten-
tium, vt eius verbo vtar, an talia dicantur loca pia, & an ſint
collegia approbata, quod ibi negat ex ſingulari decī. Bal.in
conſ.162 quidam Franciſ.in 4.dubio.lib.5.

Quod ſi probato collegio collegiatum quem non eſſe vel-
let probare, ex hoc probabit, quod curiales, vel cohortales,
5 quos vocant, †dicant, ipſum nō eſſe ex eorum numero, quod
ait Bat.eſſe obſeruatione dignum in l.nemini liceret. §.nō ali
ter.C.de aduo.diuer.ind.& in l.hoc iure.ff.de verb.obl.addu
cit, l.rura.C.de omni ag.deſer.& Bar.in l.1. C.de colleg.li.11.

CONCLVSIO CCCXX.

ARGVMENTVM.

Colonus an pro domino teſtis eſſe poſsit.

SVMMARIA.

1 *Colonus teſtis eſſe non poteſt pro domino.*
2 *Colonus aſcriptitius, & mercenarius, qui cum ſibi libuerit non poteſt recedere teſtis eſſe non poteſt pro domino.*
3 *Colonus partiarius, qui non eſt domeſticus, & non dicitur productus, è domo produ-centis, pro domino teſtis eſſe poteſt.*
4 *Coloni noſtri temporis ſunt idonei teſtes pro dominis, & contra dominos.*
5 *Colonis teſtibus quanta fides ſit adhibenda, à iudice inueſtigandum eſt.*
6 *Coloni teſtes ſine vllo diſcrimine probant, quando non agitur de eorum emolumen-to, & commodo.*
7 *Coloni teſtari poſſunt pro domino, eo ita iubente, nedum de proprietate, ſed etiam de poſſeſſione fundi, quando ſunt coloni, & laboratores in poſſeſſione, de qua agitur.*
8 *Colonus pro domino teſtis eſſe poteſt, quando de re minima tractatur.*
9 *Colonus partiarius ſi adhibebitur in teſtem, recte probabit pro domino ſuo, quando agitur de proprietate alicuius rei, non autem de fructibus.*
10 *Coloni ſi plures ſunt, probant pro domino.*

1 COlonū pro dn̄o teſtē eſſe† nō poſſe, colligere eſt ex gloſ.
in §.pater.in fin.in verb.in ea re, Inſtit.de teſtam. & cō-
ſuluit Bal.conſ.292.nu.8.col.3.verſ.quantum ad tertiū.Alber.
de Roſa.tradidit in l.etiā.C.de teſtib.Steph.de Auſr. monuit
in trac.de teſtib.nu.21.verſ.colonus.Spec.ſenſit d.tit.de teſt.
§.1.verſi.item excipitur.poſt nu.11.& nu.ſeq. Soc.reſpondit
conſ.135.nu.6.vol.2.& conſ.146.nu.11.& 12.vol.1.Campeg.
voluit in tract.de teſtib.regu.14.Cror.cenſuit eod.tract.par.
4.n.142.Medic.in ſuis regulis in reg.5.atque conſultus reſpō-
dit Alex.in conſ.32.viſo puncto, & dubiis, nu.2. & ſeq.vol.1.
& in conſ.116.nu.16.vol.4.

Primo limita, & intellige cōcluſionē procedere de colono
2 aſcriptitio, & mercenario† qui nō poteſt, cū ſibi libuerit, rece
dere, & ita vr̄ intelligenda glo.in c in literis.extr.de teſtib.ſu
per verb.de familia, verſ familiares appelant, q̄ gl. ſic expli-
cauit, & refert Soc.Iun.d.cōſ.135.n.6.ſub fin.nā eo mō omni-
no talis eſt repellendus, quia ſit de familia, quod idē atteſta-
tur Alex.in conſ.57.in cauſa, & lite inter Magnificū.n.14.vol.
7.aſſerens gl in d.c.in literis ſuper d.verb.de familia* cunctis
placuiſſe, dicēs omnino repelli eos, quibus poteſt imperari.
3 Secus āt eſt in colono partiario† qui nō eſt ita domeſticus,
& vere non dr̄ productus è domo producentis, ita ſcripſit
Soc.d.cōſ.135.ſupra allegato, in mediū affert.c.teſtes.4.q.3.
& ita intelligit gl.in d.§.pater.in fi.in verb.in ea re.qđ ēt ſen-
ſit Alex.in d.cōſ.57.n.16 de mēte Salic in l.qm̄ liberi.C.de te
ſtib.Iaſ.in addit.ad Port.in d.§.pater.i vlt.additio.nā ibi ait,
4 Colonos noſtri tēporis idoneos eſſe teſtes† & pro dn̄is, & cō
tra dn̄os, vbi inſuper illud addit, ita in vſu forēſi ſolere obſer
uari, ſequitur idē Steph.Aufre.in d.trac.de teſtib.n.21. dicēs
hoc de conſuetudine procedere, cū hoc tamen moderamine,
5 vt iudex ex arbitrio ſuo inueſtiget† quantū fidei ſit huiuſmo-
di teſtibus adhibendum, ſic Aufr.d.loco, cōprobat id per l.3.
verſi.ideoque.ff.de teſtib.Ioan.Faber.§.in teſtib.poſt num.1.
verſ.ſed filius pōr.Inſtit.de teſtam.qđ idē egregie diſtinguit
Soc.d.cōſ.235.nu.7.ſub fin.& dicit illā fuiſſe opinionē Hugo.
in ſum.3.q.5.& ita inſigniter refert, & ſequitur Abb.in d.c.in
literis.de teſti.nu.5.col.2.verſ ſed quęrit glo.&c.cui opinioni
ēt adhæret Dec.conſ.10.incip. in cauſa inquiſitionis.col.pen.
verſ.6.contra perſonam, nu.8 Fulgoſ.in conſ.173 in cauſa in-
quiſitionis.& idem conſuluit Alex.d.conſ.57.d.nu.16. lib.7.
6 Secundo limita non procedere, †quando de eorum emolu
mento, & cōmodo non agitur, quia tunc ſine vllo diſcrimine
probant, ita cauit Cur.Iun.conſ.168.nu.15.& idē ſenſit Bald.
in d.conſ.293.nu.8.vol.3.ibi, ex quo ſentiunt commodum ſe
cundario.Alex.voluit in conſ.78.col.2.vol.1.nu.2.

Tertio limita procedere, qn̄ ſunt coloni, & laboratores in
7 poſſeſſione, de quibus agitur† nā tunc poterunt illi teſtari pro
dn̄o, eo ita iubente, nedū de proprietate, ſed ēt de poſſeſſio-
ne fundi, ſic Salic.in terminis in l.liberi n.8.C.de teſtib.quē
refert & ſequitur Cur.Iun.d.conſ.168.nu.15.verſ.nō obſtat.&
teſtatur Soc.conſ.228.incipien.in cauſa Gabrielis.col.3.n.7.
verſ.nec obſtat quæ contra.vol.2.vbi dicit ſecundum hāc opi
nionem vidiſſe plurimos doctiſſimos iudices iudicare.

8 Quarto limita concluſionē non attendi† qn̄ tractaretur de
re minima, vel colonus eſſet pro re minima, vt de vno ſacculo
frumenti, vt Dec.inquit conſ.100. In cauſa inquiſitionis, col.
fin.

Digitized by Google

fin.nu.8.verſ.ſexto contra perſonam teſtis.cui acaedit Steph.
Aufret.de reprobat teſtium, in verb.Colonus,quod etiā refert,& ſequitur Tiraq.in tit.de iud.in reb.exig.ferē. verſ.88.
Quinto inſuper limitabis, non habere locum concluſionē
in colono partiario,qñ agitur de proprietate alicuius rei, nō
9 autem de fructibus † tunc enim ſi adhibebitur in teſtem, recte probabit pro domino ſuo, ita proditum eſt à Salicet.in l.
quoniam liberi.col fin.verſ.ex prædictis patet.C.de teſtib.&
reſpondit Cur.iun.in conſ.168.nu,15. verſ.non obſtat etiam,
idem tradidit Soc.iun.in conſ.135.nu.6.vol.2.
His aduerſatur Grat. in conſ.41, col,2. verſ.tertio dubitatur.volum.2.
Sexto limitare poteris,vt nō procedat,quando eſſent plu-
10 res coloni,† quia tunc propter numerū explent defectū coloniæ,& probabunt pro dño,vt conſultus reſpōdit Alex. in con
ſil.57.nu.13.& ſeq.vol.7.Socin.iun.in conſ.146.nu.14.vol.1.
quod & placuit Cur.iun.in conſ.168.col.4.verſ.præterea numerus maior. Sed ad hanc concluſionem conſulas Gabriel. in
ſuis concluſ.concluſ.10.n.57.cum plurib.ſeq.li,2. ti.de teſtib.

CONCLVSIO CCCXXI.

ARGVMENTVM.

Color quomodo probetur,

SVMMARIA.

1 Teſtis deponens de colore,ſi dixit,rem talis coloris eſſe. quia viderit,probat.
2 Album eſt ita clarum ex ſe, vt non indigeat alia demonſtratione.
3 Demonſtratæ rei quicquid adijcitur, fruſtra eſt.
Manifeſta non indigent probatione.ibi.

1 TEſtis deponens de colore probat,exempli gratia † ſi interrogatus,an res eſſet alba,an alterius coloris, & dicat,
albā eſſe,qa viderit,hunc ꝓbare docuit Bar.ī l.de ætate.n.11.
ff.de minorib.licet interrogatus,qd ſit albū,poſſit dicere,ne-
2 ſcio tibi demōſtrare,†qa eſt ita clarū ex ſe,vt nō idigeat alia
demōſtratione.Imo ait Bar.d.loco, ſic nō debere interrogari.id ꝓbat in l.1.§ fi.ff.de dot.prele.ī poſtremis verbis,ǵ opti
3 me ꝓdicta probāt. Nā † quicquid.inquit Vlp.l,C.demōſtratæ rei adijcit,ſatis demonſtratæ,fruſtra eſt,vbi ēt not.glo.manifeſta nō indigere probatione,ſuper d.verb.demonſtratę,&
Bar.in tra teſtimo.in verb.rē aliquā.poſt n.23.ver.ſi vlterius,

CONCLVSIO CCCXXII.

ARGVMENTVM.

Colluſio quomodo probetur,

SVMMARIA.

1 Colluſio eſt difficilis probationis,& propterea probatur ex coniecturis.
2 Colluſio in dubio non præſumitur,niſi probetur.
3 Colluſio probatur quando inter accuſatum,& accuſatorem ſit magnus vſus,& familiaritas.
4 Colluſio ſatis probatur ex familiaritate accuſatoris, & accuſati.
5 Leno præſumitur, qui ex adulterio ſuæ vxoris non iraſcitur.
6 Colluſio non præſumitur ex concordia,& amicitia in iudicio ciuili.
7 Colluſio probatur,ſi accuſatus,& accuſator poſt litem conteſtatam non compareant in termino ſtatuto per iudicem.
8 Colluſio probatur,ſi aliquis veras probationes abſcondit, vel diſſimulat, & falſas excuſationes admittit.
9 Colluſio probatur,ſi teſtes corrupti ſunt,vel iudices,vel examinatores facto, & opera actoris.

1 COlluſionem eo quod difficilis † ſit probationis, vt dixit
Abb.in c.de his nu.8.ext.de accuſat.& Afflic.in conſtit.
Neapol.inci.Sæpe contingit.li.2.nu.2.probari ex cōiecturis
ſenſit Io.And.in c.audiuimus.col.1.de colluſ. & hoc dilucide rñdit Vlpian.in l.quia aūt.§ non ſimpliciter.verſ.ſi tamen
nulla ſuſpicio collationis religionē Prætoris inſtruxerit. ff.ſi
quis omiſ.cau.teſtam.quem cōtextū dicit eſſe inſignē,& eximium ad materiam probandæ colluſionis Bal.in l,1.§.ſi.C.ſi
quis omiſ.cau.teſtam.quem refert, & ſequitur Hieron.Gigas
in trac.penſio.in q.42.nu.4.& in conſ.59.circa primum.nu.9.
& ampliſſimus Cæſar Cōtard.in repet.l.diffamari,in ampliat.
nu.163.q.ai alios adducit.C.de ingenu. & manumiſ.
2 In dubio tamen† colluſionem non præſumi,niſi probetur,
conſulto reſpondit Aemilian.in conſ.6.nu.13. & Nat.in con
ſil.537.num.30.verſ.ego in eandem.per rubr.ff.& C.atque in
decret.de colluſ.detegen.
3 Secundo loco† probatur colluſio ex eo, qd inter accuſatū,
& accuſatorem ſit magnus vſus,& familiaritas,qa ex accuſatione criminali oriūtur inimicitię capitales.l.1.& l. ſi inimici
tiæ.ff.de his,quib.vt indig.ſi ergo accuſatus nō laboret de ac
cuſatione,& familiariter vtat accuſatore, pſumitur colluſio,
qđ Panor.ait obſeruatione dignū eſſe in c.de ijs.nu.8.ext. de
accuſat.ad id adducit.c.repellātur.eod.tit.pulchre Bart.in l.
accuſatorum.§.prævaricatorem.nu. 4.ff. ad Turpilan.vbi ait
4 †ſatis probari colluſionē ex ſupradicta familiaritate accuſatoris,& accuſati,cōprobatid argumēto à ſimili,quod & recte
cōprobat Natt.in d.cōſ.537.oritur controuerſia.nu.31.verſi.
probari aūt.li.3.per tex.in ca.2.de colluſ.detegen.nā queadmodū præſumit leno † qui ex adulterio ſuę vxoris nō iraſcit.
5 l.mariti lenocinij.ff.de adult. ſic quo ꝗ qui accuſatione criminali nō obſtāte accuſatore valde familiariter vtitur, præſu
mitur colluſio.ita Bar.d.l.accuſatorū, quem ſequitur Rober.
Maran,in trac.de ord.iudic.16.parte. tit. de inqſitione.n.51.
Iſtud velim intelligas,locū ſibi vendicare in cauſa crimina
6 li,ſecus vero in ciuilibus,in quibus, † licita eſt concordia, &
amicitia:etenim ſi in iudicio ciuili cū aduerſario meo amicitiā conttahā,non præſumor colludere, vt tradidit Salic.in l.a.
C.de colluſ.dete.per l.ſi cōuenerit.ff.de te iud.& l.iudicem.
C.commu.diuid. quod etiam conſulendo ſequitur Natt.in
dić.conſ.537.nu.31.
Tertio præterea probatur colluſio,ſi accuſatus, & accuſa-
7 tor poſt litē conteſtatam†non cōpareant,nec in termino ſtatuto per iudicem,vt ſcripſit Matth.de Afflict.in cōſtit.Neap.
quæ incipit,ſæpe contingit.lib.2.num.2. quem refert Marāt.
vbi ſup in d.tit.de inquiſit.nu.51.
8 Prout probari etiā colluſio dicitur,†ſi aliquis veras probationes abſcondit,vel diſſimulat, & falſas excuſationes admittat,adiuuans cauſam aduerſam,& prodens ſuā ita Nat.d.cōſ.
137.poſt nu.31.verſ.probatur quoque colluſio,vbi etiā, addit,colluſionē probari,ſi corrupti teſtes fuiſſent, vel iudices
9 †vel examinatores facto, & opera actoris,vel rei,ex tex.in c.
fin.de colluſ.deteg.vbi alios idem ſentientes citat.

CONCLVSIO CCCXXIII.

ARGVMENTVM.

Comes an præſumatur habere Comitatum iure proprio, an tanquam feudalem,

SVMMARIA.

1 Comes ſub dominio Regis in dubio præſumitur habere comitatum iure proprio, & non tanquam feudalem.
2 Comes ſi ſeruitia Regi præſtiterit.præſumitur ea tanquam ſuo ſuperiori feciſſe, non tanquam domino feudi
3 Petitio inueſtituræ eſt naturæ feudi.
4 Comitem ſub dominio Regis habere Comitatum tanquam feudalem probatur, ſi ſumus in antiquis per famam.
5 Verba narratiua Principis probare,Comitem habere Comitatum feudalem.
6 Feudalia præſumuntur bona omnia,quando quis requiſitus à Domino,vt oſtendat pro quibus bonis præſtet homagium hoc non facit.
7 Bona,quæ antoceſſor habuit in feudum,præſumuntur eodem iure perueniſſe ad hæredem.
8 Eccleſia concedens iuriſdictiones,vel penſiones,cenſetur concedere in feudum.
9 Infeudatio potius præſumitur in rebus eccleſiaſticis,quam rebus laicorum.

1 COmitē ſub dominio Regis in dubio præſumi habere Co
mitatū iure proprio†nō āt tāq̃ feudalē, aſſueruere Hoſt.
& Io.And.in c fi.de iudic.& in c.nimis,& ibi Ant. de But.de
jureiu.& ita Cardi.Alex.in ꝑlud.feudor.n,56.Alex.pluribus ī
locis docuit,vt in cōſ.15.in princ.verſ.vnde licet vol.5.conſ.
126.n.1 verſ.nā ꝑmiſſo.vol.1.& ia cōſ,55.n.19.verſ.reſpōdeo
qđ ſolū,vol.4.& cōſ,87.n.6.verſ.& ad deciſionē iſtorū.vol.6.
quod ēt placuit Ruin.cōſ.155.in prin.vol.1.n.1. & num.a.&
ſcripſit,tū profitēdo tū ēr cōſulendo Iaſ.in l.ſi prius. col. 12.
poſt n,37.verſ.vnde teneo & n.38.& n.40.ff.de ope.nou.nūcia.& in cōſ.60.col.a.verſi.& tāto magis cū in dubio.& cōſi.
102.n.1.vol.1.atq; monuit Alber.Brun.cōſ.1.col.1.princip.
& in cōſ.467.poſt n.8.verſ.qbus tū nō obſtātibus.& cōſ.468.
n.6.verſ.qđ bona de qbus quærit & in cōſ.498.poſt n.a verſ.
vř habere fundatā intentionē,atque cōſ.588.poſt n.8.verſ.&
hoc clarū eſt in bonis allodialibus.conſi.89.in princ.verſ.circa primū fundata.& cōſi.425.n.7.verſ.& pro fundamēto.nec
præterijt Alciat.de præſumpt.reg.2.præſump.3.per totū.iſtis
adhæret Duen.in ſuis regulis,regu.107.atque Afflict. in de-
cif.

ciſ 267.num.4.verſi.in contrarium dicebat, quod d. territo-
riũ nõ præſumitur feudale, c.1.§.inter filiã.ſi de feud.defunct.
contro.ſit,in vſibus feudorũ,ibi Bal.n.2.verſi.prædia autem.

Sed hæc latius in noſtra concluſione, Allodialis, tradita
ſunt,ad quam te reijcio.

2 Amplia cõcluſionẽ † vt licet talis Comes ſeruitia Regi præ-
ſtiterit, præſumatur ea ſimpliciter,& tanquã ſuo ſuperiori fe-
ciſſe:non tãquã domino feudi,ad quod pertinet text.in l.nõ
dubito.verſ.hoc enim adijcitur.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.
& contex.in clem.paſtoralis.col.pen.ver.eo mod de re iudi.

Primo limita & intellige,niſi feciſſet aliquos actus, q pro-
3 prie eſſent de natura feudi † prout eſt petitio inueſtituræ: vt
fuit conſtitutum ca.1.§.ſi vero.in vſib.feud. quid ſit inueſtit.
dummodo facti fuiſſent plures actus, iuxta nota.in l.ſi certis
annis.C.de pactis.

Ad hæc ſecũdo limitabis,quãdo fama eſſet,quod talia bo-
4 na ab illo comite poſſeſſa eſſent bona feudalia † & eſſemus in
antiquis,tũc etenim fama plene probat, vt hr̃ in c.veniẽs.1.
de teſtib.& in c.quid per nouale.extr.de verb.ſignif.& ita aſ-
ſeruit Alex.in d.cõſ.15.n.6.vol.5.vbi dicit idẽ eſſe,ſi proba-
5 retur † per verba enunciatiua Principis,iuxta clem.1.de pro-
bat.vt ibi per eum,& placuit Alc.in d.tract.de præſump. præ
ſump.3.nu.3.reg.2.

Quod vero fama in antiquis plene probet, explicabitur à
nobis infra in concluſione,Fama,& huc adhibeas Fel.in d.c.
veniens.de teſtibus,& late conſulentem conſulas Roman.in
conſ.414.& additio.ad Alc.d.nu.3.ſub litera A.

Tertio limitare tibi licebit, qñ conſtaret in genere, quod
aliquis haberet bona feudalia talis dñi, & requiſitus à Dño,
vt oſtenderet,pro quibus bonis præſtaret homagium, hoc
6 non faceret,† nã tũc oĩa bona præſumũtur feudalia,ita cõſul-
tus reſpõdit Bellon.in conſ.10.nu.6.vbi multos affert in me-
diũ,tradidit ẽt Spec.in tit.de locat.§.nunc aliqua, verſ.62.&
docuere vna mente Iaco.de Belui.Card. & Bal.in c.vaſallus.
ext.ſi de feud.fuer.cõtrouerſ.inter dom.& agn.Bal.inſup ĩ c.
1.§.inſup.de prohib.feud.alienat.idẽ proditũ reliquit Alber.
de Roſat.in l.ſi certis annis.C.de pact.& in l.plures apochis.
de fi.inſtr.Alber.& Fulg.ꝓdidere ĩ l.Titius.ff.de actio.empt.
nec ꝓterijt Iaſ.ĩ l.2.ĩ 13.q.C.de iur.emph.qđ intellige, & de-
clara,vt p Cardin.in d.c.vaſallus.& per Bal.cõſ.225.in 1.vol.

7 Quarto limitabis,quando probaretur † quod anteceſſor ha
buiſſet illa bona in feudũ, quia præſumuntur eodẽ iure per-
ueniſſe ad hæredem,iuxta ſententiam Bald.in l.ſi cuius. ff de
vſufruct.& And.Sicul.conſ.18.in 15.col.vol.2.& Andr.Alc.d.
præſump.3.nu.5.d.reg.2.

Quinto limites velim,qñ eccleſia concedit iuriſdictiones,
8 vel pẽſiones,† in dubio.n.cẽſetur cõcedere in feudum, vt eſt
cõtext.in c.ad audientiam.vbi Bal.extr. de præſcript. Alciat.
vbi ſup.nu.6.cuius rei illa reddi põt rõ,quia de natura rerum
eccleſiaſticarũ eſt,vt nõ alienentur,ſi facilius in feudum dari
poſſunt,vt ſancitũ eſt in c.1.qui feud.dar.poſſ.Vnde fit, vt po
9 tius præſumatur in his infeudatio,† quam in rebus laicorum,
annotauit Alciat. vbi ſup.qui hanc regulam cum ſuis limita-
tionibus ponit,& ad eas quæ tradidimus ſupra in concluſio-
ne,Bona feudalia,& concluſione,Allodialis.

CONCLVSIO CCCXXIV.

ARGVMENTVM.

Comiti Palatino an & quomodo credendum ſit aſſerenti ſe habere facultatem legitimandi.

SVMMARIA.

1 *Comiti Palatino aſſerenti ſe poteſtatem habere legitimandi non creditur, niſi id probet per eius priuilegium.*
2 *Facultas legitimandi eſt de reſeruatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis Papæ, ſiue Imperatoris.*
3 *Legitimatio eſt quædam reſtitutio primorum natalium.*
4 *Non præſumitur aliquem poteſtatem habere legitimandi, niſi priuilegium oſtendat.*
5 *Legato de latere non creditur in his, quæ non veniunt in generali commiſſione.*
6 *Comiti Palatino aſſerenti ſe habere poteſtatem legitimandi non creditur, etiam ſi vna cum aſſertione concurreret longitudo temporis.*
7 *Notario aſſerenti ſe vidiſſe, & legiſſe priuilegium Comitis Palatini, non creditur, niſi aliunde probetur.*
8 *Comes Palatinus vltra exhibitionem priuilegij probare debet, ſe eſſe illum, cui fuit conceſſa facultas, vel ab illo deſcendere, cui ante fuit conceſſum priuilegium legitimandi.*

Comiti Palatino aſſerenti ſe poteſtatẽ habere legitimãdi
1 non eſſe credendum † niſi id probet per eius priuilegiũ,
conſulendo reſpondit Dec in conſi.288. quæritur. col.3.in fi.
poſt nu.8.facit contex.in c.porro de priuil.& colligit ex So-
cin.ſen.in conſ.212.prima conſultatione. col.2.poſt nume.3.
verſ.ſed præmitto.vol.2.& in conſ.63. viſis teſtamento.col.1.
poſt nu.2.verſ.ex quo infero.vol.3. quod & affirmat Fran.de
Cur.in cõſ.16.clarus vir.col.3.in prin.& clare tradidit Pariſ.
in cõſ.2.legitimatio,de qua in ꝓſenti.n.8.& ſeq. verſ.& ideo,
& in conſ.3.iſta legitimatio.n.10.& ſeq.verſ.& iõ.& conſ.di-
cendũ primo aſpectu.n.6.verſ.& licet.li.2.& ſequutus eſt Io.
Crot.in conſ.422.difficultas præſentis caſus. num.3. verſ.non
enim ſufficit.lib.3.

2 Facultas nãque legitimandi † dr̃ de reſeruatis Principi in
ſignum ſupremę ptãtis Papę,ſiue Imperatoris,neque ab alijs
põt fieri:niſi ab eis,qb.Papa, vel Imperator cõmiſit, vt ſancitũ
eſt in §.ſi cum ibi no.in auth.qui fil.ſint legi.per c.per venera
bilẽ.qui fil.ſint leg.& obſeruauit Alex.in conſ.70. Magnificus
miles.n.1.verſ.& dato qđ facultas.li.6.atq; Pariſ. d.cõſ.2.nu.
3 7.li.2.legitimatio enim † eſt qdã reſtitutio primorũ natalium,
quæ impetranda,& obtinenda eſt ab iſtis. l.1. & l.quoties.ff.
de natal.reſti.& l.1.C.eo.ideo ꝓſumendum non eſt,aliquẽ fa
4 cultatẽ,& priuilegiũ habere legitimãdi,† niſi illud oſtendat,
vt videri poſſit eius tenor,à quo facultas legitimãdi pendet,
vt late p Dd.in d.c.p venerabilẽ.qui fil.ſint leg & tradit Dec.
d.conſ.288.poſt n.8.atq; Pariſ.d.cõſ.3.nu.10.& Soc.ſen.in d.
conſ.212.prima cõſultatione.col.2.verſ.ſecũdo ꝓmitto.vol.2.
& Crot.in d.conſ.422.n.2.verſ.& iõ li.3.quod ex eo cõfirma-
5 tur,† quod legato de latere nõ credatĩ his,q nõ veniũt in ge-
nerali cõmiſſione,vt poſt Bal.& Abb.& alios citatos per Dec.
docet idẽ Dec.in d.conſ.288.nu.9.& eſt deciſ.Tholoſ.464. &
nos ſuperius late,& vlterius diximus in concluſione,Cardi-
nali aſſerenti,& nonnulla etiã attingemus in cõcluſ.Legatus.
& Crot.aſſeruit d.conſ.422.nu.3.videmus enim lib.3.

6 Ampliãda primo loco eſt concluſio,vt locũ habeat † etiãſi
vna cũ aſſertione concurreret longitudo temporis:etenim ẽt
tunc ei non eſt credendũ habere ptãtem legitimandi, vt tra-
didit Pariſ.in d.conſ.2.n.10.ver.nec ſufficit longitu. & in con
ſil.3.nu.12.vol.2.quib. in locis id comprobat auctoritate Ale
xan.in conſ.1.col.fi.vol.7.& Soc.in conſ.29. viſo inſtrumẽto
vol.1.quæ tamen in meis codicibus non deprehendi,& Cra-
uet.vbi ſup.nu.4.verſ.neque hic ſumus.

Secũdo ampliare poteris,vt vera ſit concluſio,etiãſi Nota-
7 rius,qui rogatus eſt de legitimatione † aſſeuerauit ſe vidiſſe
& legiſſe priuilegiũ:nã adhuc illi nõ creditur,niſi aliũde pro
* betur,hanc facultatem ſibi competere, per ea, quæ* commu-
niter tradunt Dd.in auth. ſi quis in aliquo documento. C.de
eden.& dilucide voluit Pariſ.in d.conſ 2 nu.11. & d.conſ.3.
nu.13.& Crot.d.conſ.422.num.5. verſ.quinimmo nec plurib.
* vbi & ipſe atteſtatur de * communi,eod.lib.3.

Tertio ampliare tibi licebit, vltra exhibitionẽ priuilegij,
8 vt Comes Palatinus † etiã probare debeat,ſe eſſe illũ, cui fuit
conceſſa talis facultas, vel ab illo deſcendere, cui ante, fuit
conceſſum priuilegium legitimandi: ita auctor eſt Soc.ſen.in
conſ.246 eleganter,& ſubtiliter,poſt nu.1.verſ.circa primum
habeo.li.2.& ſcripſit Pariſ.in d.conſ.2.nu.12. & d.conſ.3. nu.
14.vbi idem ſentientes adducit, & reſpondit Crot. d.conſil.
422.poſt nu.5.verſ.accedat.eod.lib.3.

CONCLVSIO CCCXXV.

ARGVMENTVM.

Commiſſio,vt valeat, quæ probanda ſint.

SVMMARIA.

1 *Commiſſio,vt valeat,in qua narrata ſunt plura capitula, quorum aliqua vera,& aliqua falſa ſunt, ſufficit probare vnum quod verum ſit.*
2 *Ordinarius ſi conferat beneficium vacans,declarata duplici cauſa,eius collatio ſuſtinetur, ſi vna vera ſit.*
3 *In commiſſione cum plura capitula narrantur, quæ de iure minime neceſſaria ſunt, ipſa in disiunctiuam reſoluuntur.*
4 *Appellatio interpoſita ab admiſſione articulorum iuſtificatur ſi vnum verificatur, præterit, cum prætenduntur impertinentis, vel defectiua, ſiue obiectiua.*
5 *Reſcriptum Papæ ſi continet diuerſas gratias, per ſubreptionem in vna, non vitiatur in alia.*
6 *Impetrans beneficium, & narrans illud pluribus modis vacare, ſufficit vnum modum probare.*
7 *Sententia lata ex pluribus cauſis, ſi vna vera ſit, & alia falſa, ſuſtinetur.*

8 *Quando in reſcripto duæ cauſæ expreſſæ ſunt, ſi vna ex ſe potens eſt ad mouendum Principem, ſufficit illam probare.*

9 *Commiſſio valet, quando plura narrata ſunt, & aliqua ſunt vera, etiam ſi narrans iuraſſet omnia narrata ſe credere eſſe vera.*

10 *Quando vnum de copulatis venit qualificatiue ad aliud, tunc vtrunque probandum eſt.*

11 *Qui dicit, quem manifeſte deliquiſſe, videtur ſe qualitatem cum facto ad probandum adſtrinxiſſe.*

12 *Cum aliquid adijcitur per modum qualitatis, non debet vtrunque probari, ſi in articulis eſt appoſita clauſula, non ſe aſtringens ad vtrunque probandum.*

13 *Qualitas, & narrata quando ſunt de ſubſtantia actus vtrunque probari debet.*

14 *Dicens teſtes falſum dixiſſe corruptos, videtur ſe aſtringere ad vtrunque probandũ.*

15 *Ponens ſi omnia ad probandum ſe aſtrinxit, omnia probare debet.*

16 *Succumbens in qualitate probanda, ſuccubuit in toto.*

17 *Deducta ſi talia ſunt, ad quæ quis fuit à principio etiam diſtributiue ad probandũ vnum tantum admiſſus, vnum probare ſufficit.*

18 *Ponens duo copulatiue, vel disiunctiue, ſi vnum venit qualificatiue ad alterum, videtur ad vtrunque probandum ſe aſtrinxiſſe.*

19 *Reus licet ſe aſtringat ad duo copulatiue probandum, ſi vnum tamen probabit, ei ſufficiet.*

20 *Nemo poteſt ſe aſtringere ad duo copulatiue probanda, niſi quoad concernentiam eius intereſſe.*

21 *Duo ſi coniunctim narrantur, & vtrunque ſufficiat ad concluſionem, tunc vtrunque probandum eſt.*

22 *Vnum non ſufficit probare, quando in pœnam calumniæ ius repellit non probantem propoſita ab alijs propoſitis.*

23 *Quando vnum ex narratis falſum eſt, omnia falſa præſumuntur.*

24 *Falſa expreſſio ætatis vitiat gratiam, licet alia narrata vera ſint, & ſuper ætate Papa non ſe fundet.*

25 *Ignorantia tolerabilis non datur in id, quod in facto proprio narratur.*

IN Commiſſione ſi plura capitula ſint narrata copulatiue,
1 quorum aliqua vera, & aliqua ſint falſa † ſufficit probare vnum, quod verum ſit ad id vt commiſſio valeat: ita dixerunt Domini de Rot in dec.68.alias 7.licet capitula.de reſcr.in nouis.& dec 175.alias 7.nota quod licet plura capitula, tit.de reſcrip.in antiq.& decidit Bella.in dec.280. licet plura.d.tit. de reſcr.cui ſententiæ patrocinatur gl.1.& Dd.in c.2.in prin. & ver.ſed ſi alterum.& tex.ibi, eo cognito, & probat.de reſc. nec ab illa receſſit Lap.alleg 23.lim.decretal.in fi.& alleg. 54. quidam quorum.col.3.ver.de hoc patet, poſt nu.5.& ver.item non expedit.col.4.facit l.hoc enim.ff.de ſuſpec.tut.& huc ſpectat.quod conſultus reſpondit Gemin. in conſ.52.vacante ca
2 nonicatu, poſt nu.3.ver.in contrarium videtur, inquiens † ſi ordinarius beneficium vacans conferat, declarata duplici cauſa, ſi vera vna ſit, inſtitutionem ſuſtineri cum habet ordinarius in vtroque caſu poteſtatem, quod & Fel.comprobat in cap. licet cauſam.col.10.poſt nu.40.verſ.1.limita.de proba. & ibi Abb. col.11.poſt nu.30 verſ.gl.in verb.ſe adſtrinxit.

Cuius quidem illa poteſt afferri ratio: nam cum plura nar-
3 rẽtur, quæ de iure minime neceſſaria ſint capitula † ipſa in diſiunctiuam reſoluuntur: vt traditum fuit in c.cum iam dudum de præbend.& in c.ſignificante.& ibi notat Dec.in vlt.notab. nu.9.per illum tex.de appel.& ibi Ab.ſequitur nu.5.& in c.licet cauſam.col.12.poſt nu.31.ver.reddo rõnem.de prob.d.deciſ.68.& d.gl.1.cir.fin.d.c.2.de reſcr.& tenet Bellam.in deciſ. 735.ſeu 734.ſi impetrãs vnũ beneficiũ.ver. in cõtrarium fuit.

Verũ concluſioni adſtipulaẽ dec.Rot.360.alias 30.nota, qđ mãdatum directum, de reſcr.in antiq.nec ab hoc longe abeſt, quod notat Bellam.in dec.444. ſi ab admiſſione articulorũ ap
4 pello, de appel.vbi aſſeruit † iuſtificari appellationẽ interpoſitã ab admiſſione articulorũ, qa impertinẽtes, vel defectiui, ſiue obiectiui prætenduntur: ſi in vno verificari poterit, quod & tradidit Iaſ.in l.1 §.ſed & ſi mihi.n.15.ver.6.adde.ff.de verb. obl.tradẽs reſcriptũ Papæ cõtinẽs diuerſas gratias, ſubreptio
5 nẽ in vna † nõ vitiare reſcriptũ in alia: qđ auctoritate contextus fulcit in c.ſi eo tẽpore.de reſcr.in 6.& per c.exhibita.in fi. & ibi Ant.de But.de iud.qđ idẽ placuit, dũ rñdit Rom. in cõſ. 369.circa primũ.col.13 nu.37.ver. vñ ſuccedit, adducẽs Lap. alleg.24 idẽ voluit Bellam.dec.415.ſi impetraui. qđ & ſeqtur Fel.in ſupradicto c 2.col.10.ver.fallit tertio.n.23. de reſcr.ad id affert ea, q̃ obſeruant in dec.83.alias 14.ſi impetrãs aliquã eccleſiã, de reſcr.in nou.vbi cocludit, impetrãti bñficiũ & nar
6 ranti † illud pluribus modis vacare: vt per cõſtitutionẽ execrabilis, p c.de multa, & p rõ promotionẽ, ſufficit vnũ modũ probare, p d.c.2.de reſcr.cui quẽ deciſioni adhæret Ant. de But. in d.c.exhibita.de iud.hoc idẽ meminit Pauin.in tract. de poteſt.c.ſed.vac.in vlt.pludio, n.18.in fi.ver. quod ſufficit.Card. ẽt in clem.conſtitutũ, in prin.in 15.q.de elect.qđ & ſeqtur Mil. in ſuo repert.in verb.gratiã beneficii vacantis.il 1. his proximum eſt illud, quod animaduertit Cardi.in conſ.19. iudex de
7 iure iudicaturus.col.2.aſſerẽs † ſñiam latã ex pluribus cauſis, quarum vna ſit vera, alia falſa, ſuſtineri, vt per plura ibi per eũ allegata, & inqt Mil.in d.ſuo reper.in verb. reſcriptum nõ vitiatur, dũmõ ex verbis poſſit ſeq effectus & concluſio, ẽt ſi plura capitula narrent in reſcripto, quorũ aliquod falſum fuerit: ſic prẽterea Fel.in c.ſedes.col.2.ver.limita 5.ibi itẽ licet plura de reſcr.ad idẽ occurrit, qđ deciderũt Dñi de Rota in vna Tra
8 mer.pẽſionis corã Putheo, † quod licet duæ cauſæ eſsẽt expreſſæ; quia vna erat ex ſe potens ad mouendũ Principẽ, ſatis fuit illã probare, p dicta p Fran.in c.cũ ceſſante.in prin. de appel. vt in recollectis Puthei in 2.lib.dec.70.item fuit reſolutum.

9 Sic velim amplies concluſionẽ ẽt procedere † ſi narrans iuraſſet omnia narrata ſe credere eſſe vera, ſecũdũ gl.ſup verb. probare.in c.vt circa.de elect.in 6 in §.edicto ppetuo: vt Fel, refert & ſeqtur in d.c.licet cauſã.d.col.2.d.verſ.primo limita.

Primo loco limitabis pdicta nõ pcedere, qñ vnũ de copulatis
10 veniret qualificatiue ad aliud † tũc nẽpe eſt vtrunq; probãdũ: vt ſancitũ eſt in c.licet cãm.de prob.vbi Fel.col.20. ver. gl.in verb.aſtrinxit.nu 40.& ibi Abb.nu.33.ver.quapp. vbi Arct.& Im.& alij ibi relati à Fel.ita dicit cõcludere, & idẽ Fel.in d.c. 2.ver.reſtringiẽ quinq; modis.n.22.col.12.qđ pbat p c.ab eo. de elect.in 6.atq; ſeqtur Dec.ibi.col.6.verſ. ſexta concl.n.57. de reſcr.quod ẽt exẽplo planũ facit Fel.in d.c.licet cauſam.de
11 prob.n.40.verſ.gl.in verb.aſtrinxit: vt ſi dicat † quem manifeſte deliquiſſe, qa licet vnũ factum ſit, tñ rõne additæ qualitatis videtur ſe qualitatẽ cum facto ad probãdũ adſtrinxiſſe: quod etiam traditum fuit à Bart.in l.diuus.ff.de re iud.nu 3.4.& 5. & deciſum fuit in d.dec.Rot.68.alias 7.nu.2.de reſcr.in nou.

Sublimitanda tñ eſt hæc limitatio, vt cum aliquid adijcitur
12 p modũ qualitatis, debeat vtrunq; probari nõ procedere † qñ in articulis eſſet appoſita clauſula, videlicet, non ſe aſtringens ad vtrunq; probandũ, &c.vt videre eſt ex d.dec.Rot.68.alias 7.n.3.quia vi illius clauſulæ iuuat quis, vt non teneat ad vtrũ-
* que probãdum, vt voluere omnes * Dd.in d.c.licet cauſam.de proba.& Fel.in d.c.2 d.col 13.n.33.ver.ſextus caſus. de reſcr.

Ad hæc ſecundo limita concluſionem locum ſibi non vendi
13 care † quando illa qualitas, & narrata eſſent de ſubſtantia actus, vel defenſionis: etenim tunc vtrunque probari debet, ſic colligitur ex Vlp.reſponſo in l.habebat in prin.ff.de inſti.act. l.prætor.la 2.§.docere.ff.vi bon.rap. vbi ſcripſit Fel.in d.c.licet cauſam.col.21.nu.41.ver ſecundo limita.

Præterea tertio limitabis concluſionem non eſſe verã, quando in eadem oratione quis hoc poneret, videlicet dico, teſtes
14 falſum dixiſſe corruptos: † quia videtur tunc quis ſe aſtringere ad vtrunque probandum, vt Bart.docuit in d.l.diuus.d.nu. 4.per illum tex.& d.c.licet cauſam.vbi Fel.d.n.40.& Abb.poſt nu.33.ver.ſecundo caſu ſubdiſtinguo.de probat.

Illud enim adiectum in propoſitione, corruptos, qualificat totam orationem, vt dixit Bar.in d.l.diuus.d.nu.4.vt l.Fulc.§. 2.ff.quib.ex cau.in poſſeſ eat.atque voluit Fel.in d.c.licet cauſam.col.21.poſt n.41.verſ.& aduerte ſubtiliter. cum verſ.ſeq. & poſt num.42.verſ.modo aduerte, de probat.

15 Quarto inſuper limita ẽt pdictã concl.non procedere † niſi ponens oia ad probandũ ſe aſtrinxiſſet, vt traditum fuit in d. c.licet cauſam.de prob.& in d.l.habebat.in prin ff.de inſt.act. vt pṫulit Bar.in d.l.diuus.d.n.3.ff.de re iud.& Fel.in d c.licet cãm.d.col.20.poſt d.n.40.vbi Abb.col.11.poſt n.30.d.ver.gl. in verb.ſe aſtrinxit.de pb.& Rot.d.dec.68.alias 7.de reſcrip. poſt n.2.in fi.atq; Bar.in l.1.§.q̃litũ.ver.illud.ff.de aq.quotid.&
16 æſtiu.& tex.in c ab eo.de elec.in 6.vbi ſuccũbẽs † in qualitate probanda, ſuccubuit in toto: quod non eſſet, niſi ad vtrunque videretur ſe aſtrinxiſſe: vt Fel.vbi ſupra per allegata, vt ibi.

Subamplia præcedentem limitationem non procedere, ſi erũt talia in eadem ratione deducta, ad quæ quis fuiſſet à prin cipio etiam diſtributiue ad probandum vnum tantum admiſ-
17 ſus, quia † tunc vnum probare ſufficeret, vt Abb. tradit in d.c. licet cauſam.col 14.ver.ſecundo caſu.poſt nu.33.de probat.

Niſi ad vtrunque probandum ſe aſtrinxiſſet expreſſe, ſecus quis à principio etiam diſtributiue ad probandum deducta non fuiſſet admiſſus, tunc non ſufficeret alterius probatio: vt declarat Abb.in d.c.licet cauſam.d.col.14.poſt d. num.33.d. ver.ſecundo caſu ſubdiſtinguo.& nu.34.& ſeq. & Fel.in d.c. 2.col.15.ver.reſtringitur tertio.de reſcrip.

18 Et tunc videtur quis ſe aſtrinxiſſe † qñ poſuit duo copulatiue, vel diſiunctiue in eadem oratione, & vnũ veniret qualifi-

Digitized by Google

ficariue ad alterum;tunc enim videtur ad vtrunq; probandū
ſe aſtrinxiſſe in dubio, vt paulo ante diximus: ſic Bart.in d.l.
diuus.d.nu.4.quē ſequitur Abb.in d. c. licet eām. in d.col.11.
nu.31.ver.& Bar.in d.l.diuus.de prob.& Fel.ibi poſt d.n.40.

Intelligas tamen: vt id procedat tantum in actore;ſecus in
19 reo.qui licet ſe aſtringat ad vtrunq; probandum† tamen et ſi
vnum probabit,ſufficiet; vt placuit Abb.in d.c.2.nu.51. & ibi
Feli.nu.36.ver.nonum caſum in reo.de reſcr.& probauit Bal.
in l.fin.C.de edic.di.Adri.toll.col.11. verſ.quarto generaliter
conſideret,poſt nu.43.

Secundo loco intellige has duas præcedētes limitationes,
& ſublimitationem, ſi ſe aſtrinxerit ad probādum vtrunque,
procedere in cauſa priuati in ſui præiudicium, ſecus ſauore
20 publico concurrente: †quia non potuit ſe ad hoc aſtringere,
niſi quoad concernentiam eius intereſſe: vt protulit Fely.in
d.c.2.col.13.poſt nu.38.verſ.reſtringe ſecundo, ibi, excipi-
tur vnus caſus,d.tit.de reſcript.

Quinto limita concluſionem ſibi locum minime vēdicare,
quādo duo coniunctim narrarentur, quorum ex ſe neutrum
21 ſufficeret ad concluſionem†ſed ſi vtrunque ſufficeret;tunc v-
trunq; probandum erit,ſi fuit conſtitutum in c.olim.& in ca.
inter cęteras.de reſcr.& d.glo.1.in d.c.2. circa mediū. ver.ſi
coniunctim duo mandantur.& tex.ibi meo cognito.de reſcr.

Sexto limita concluſionem locum ſibi vendicare nō poſſe,
22 quando in pœnam calumniæ ius repellit†non probantē pro
poſita ab alijs propoſitis: vt declarat Fel.in d.c.2 col.16.verſ.
reſtringe 5.hanc tertiam fallentiam.de reſcrip.quia tunc non
ſufficit vnum probare.per c.ſi forte.de elec.in 6.& ibi decla-
rat glo.in verb.euidentem:quia quando vnum ex illis eſt fal
23 ſum†omnia falſa præſumuntur,iuxta ſententiam Bellame.in
deciſ.410.item ſi petat.in fi.de reſtit.in integ.

Poſtremo intellige prædicta procedere in reſcript.ad lites,
ſecus vero ſi ſimus in gratioſis;ita dixerūt Domini de Rot.in
vna Hiſpal.patrimonij portionis corā Thoma de Thanis, vt
hr̄ in recollectis Accorābo.deciſ.17.de reſcr. vbi ex hoc limi
24 tauerūt d.alleg.Lap.23. ibiq; voluerunt Domini præfati† fal
ſam expreſſionem ætatis vitiare gratiam,licet alia narrata ve
ra extiterint, & ſuper ætate Papa non ſe fundaſſet: vt refert
Mandoſ.in addit.ad d.alleg.Lap.23.in ver.narratur: quod ta
men intelligendum eſt ſolum in mendacio non doloſo, ſecus
autem,quādo præſumi deberet eſſe doloſum: vt ſi quid in fa-
25 cto proprio narraretur,† in quo tolerabilis ignorantia nō da-
tur, vt reſpondit magnus ille Papinianus in l.quāquam.ff.ad
Velleian.& ſciuit ſummus Pontifex. in c.ab excōicato.de re-
ſcri.& conſuluit Dec.conſ.464.viſo.in fi.nume.14. & aſſeruit
Mandoſ.in d.addit.ad d.alleg.Lap.23.

Et in his terminis videntur loqui Fel. in d.c. licet cauſam.
d.col.20.poſt d.n.40.verſ.vbi ſuccūbens in qualitate proban
da,& Abb.in d.col.11.in d.ver.gl.in ver.ſe aſtrinxit. de prob.

CONCLVSIO CCCXXVI.

ARGVMENTVM.

Commiſsio facta Vicario generali viua voce de conferendis beneficijs à legato,vel Epiſcopo, an probetur per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Commiſſio Epiſcopi,vel legati de conferendis beneficijs facta viua voce Vicario ſuo generali valet & probatur per teſtes.*
2 *Gratia ſubcollectoris Apoſtolici, qui deputatur à collectore, & ab inferiore,poteſt teſtibus probari.*
3 *Commiſſiones factæ per Papam, vel Imperatorem non poſſunt probari per teſtes, ſed per literas & ſcripturam.*
4 *Commiſſio facta ſuper diuerſis,& pluribus articulis à iure communi diſcrepantib. requirit ſcripturam.*

1 COmmiſſio Epiſcopi, vel legati Vicario ſuo generali viua
voce facta†de beneficijs cōferēdis valet,& probari pōt
per teſtes, ita dirimere Dñi de Rota in deciſ.307. aliàs 5.ſi
Eps dat,& cōcedit.tit.de off.Vicar.in nou.vbi late addit.nu.
8.& qđ obſeruauit Milis in repert.verſ.probatio gr̄æ Papalis.
Bellene etiā tradit in tra.de ſubſi.charitatiu q.3.allegat in ſi-
2 mili†quia gr̄a ſubcollectoris Apoſtol ci qui deputatur à col-
lectore,& ab inferiore poteſt teſtib.probari, ſecundum Rot.
d.deciſ.10.aliàs 226.dixerūt,& cōcluſerūt,in not.de off.del.

Primo limitabis concluſionem procedere, ſi agatur tātum
de probanda cōmiſſione facta ab inferioribus, vt in cōcluſio
ne:ſic monuit Bal.in l.1.C.de mād.prin. & idē in auth.ſi qua
per calumniā.col.2.C.de Epiſ.& cle.ſecus aūt eſt in cōmiſſio
3 ne facta per Papā, vel Imperatorem,† quia tales cōmiſſiones
probari non poſſunt per teſtes,ſed per literas,& ſcripturā: vt
ſancitū eſt in l.vnica.C.de mand.Prin.& ibi not.Bal.& eſt cō
tex.in c.cū in iure peritus.ſ.de off.deleg.Domini de Rot.ēt
d.deciſ.5.num.4.& d.deciſ.10.de offic.deleg. in nouis.

Secundo loco limitare poteris,vt vera ſit concluſio,ſi loq-
mur de cōmiſſione facta viuæ vocis oraculo ſuper vno articu
lo,vt ſupra: ſecus vero,ſi ſuper diuerſis,& plurib.articulis,ac
4 à iure cōi diſcrepantib.facta fuerit commiſſio: †quia tūc re-
quiritur ſcriptura: vt videre eſt in iam allata deciſ.5. circa fi.

Verum de hac materia ſuſius dicetur in cōcluſ.delegatio,
& in concl.gratia,inf.quæ propria eſt huius materiæ ſedes.

CONCLVSIO CCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Commodatum an præſumatur factum rogatu, ad requiſitionem commodatarij.

SVMMARIA.

1 *Commodatum præſumitur factum rogatu commodatarij.*
2 *Commodatum,ſi perierit,commodatarius tenetur non ſolum de dolo,ſed etiā de culpa.*
3 *Commodatarius quando aliquid repetitur, cautio eſt, vt in libello dicatur,ſe commodaſſe ad requiſitionem ipſius commodatarij, & econuerſo commodatarius debeat facere articulos,quod ſponte res commodata ſibi fuerit oblata.*
4 *Commodatum qua cautione probari poterit, quando deficiant modi probandi per teſtes,vel inſtrumenta.*
5 *Acceptatio literarum,in quibus petatur reſtitutio certum commodatorum & taciturnitas inquiunt inducit probationem contra illum acceptantem de dictis centum,adeo vt ex hoc poſſit cogi ad ſoluendum illam quantitatem.*
6 *Literæ acceptatæ,& lectæ obligant legentem,& acceptantem ad contenta in eis, niſi ſtatim expreſſe contradicat.*
7 *Commodatæ res ſi pereant penes commodatarium, ipſe probare tenetur rem peremptam. ſed agens contra eum probare debet,quod eius dolo,vel graui culpa illa perempta ſit.*

1 COmmodatum præſumi factum rogatu † & ad requiſitio-
nem commodatarij, ſi aliud in contrarium non apparet,
docuit Bart.in l.vt certo.§.interdū,nu.3.& ibi Pau Caſt.n.5.
ff.cōmud.ex quo ſit,vt ſi commodatum perierit, cōmodata-
2 rius teneatur nedū de dolo, † ſed ēt de culpa, vt tradidit idē
Bart in d.§.interdū.nu.2. quod ſecus erit, ſi cōmodatum fiat
gratia dantis;tunc.n.cōmodatarius de ſolo dolo,& lata cul-
pa tenetur,vt per eundem Bart.proxime citatū num.1. & ibi
Caſtrē.nu.4.vbi pro cautione admonent, vt quādo repetitur
3 cōmodatum†dicatur in libello, ſe cōmodaſſe ad requiſitionē
ipſius commodatarij,quod probandū eſt, ſi velit, vt ſit con-
demnandus de leuiſſima culpa, & è conuerſo cōmodatarius
debet facere articulos quod ſponte res commodata fuit ſibi
oblata.Verūtamen ſi deficiant modi probandi per teſtes,vel
4 per inſtrā,tūc hac cautione poterit probari †cōmodatū fuiſſe
factum,ſi ad te literas ſcribā coram duobus,vel trib.teſtibus,
qui legant ea,quæ in literis continentur, quibus tibi ſignifi-
cem,& rogem: vt mihi reſtituas mea centum,quæ tibi cōmo-
daui,quo peracto ad te literas illas per nuncium vna cum di-
ctis tribus mittam,qui viderunt,& legerunt continentiā illa-
rum literarū;nam ſi legerit dictas literas,& non fuerit conti-
nuo proteſtatus, illum non eſſe mihi aliqua in re debitorem,
5 ſed tacuerit;tunc per iſtam acceptionem literarū,† & per ta-
citurnitatem inducitur probatio contra illum de dictis duca-
tis centum;adeo,vt ex hoc poſſim illum cogere ad ſoluēdum
dictam quantitatem,vt inſigniter docuit Bar.in l.ſi filius.la 2.
per illum text ff.ad Macedon.& in l.quoniam. §.1.ff.rem rat.
hab.& idem in l.ſi tabernam.§.idem quæſijt.ff.de pig. & in l.
2.§.idem per contrarium.ff.de liber.agnoſ. & in l.Publi.in fi.
ff.depoſi.& idem in l.Titius.in fi.ff.de conſtit.pecu. atq; Bal.
ibidem verſ.ſed quæro.Abb.in conſ.18.inci.in cauſa,& quæ-
ſtione.col 2.& in c.nō iuſſe col.3.de prob. cū multis alijs col
lectis per Hipp.de Marſil.in rub. C.de prob.n.246.atq; Alex.
in cōſ.78.viſo proceſſu.n.1.vol.1.& inſigne arbitratus eſt Ma
theſ.in ſing.22.nota mirabilē modū,rñdit ēt Goza.in cōſ.23.
6 prima,n.6.verſ.3.citatū eſt:quo i loco cauit †lr̄as acceptatas,
& lectas obligare legentē,& acceptantē ad cōtēta in eis,niſi
ſtatim expreſſe contradicat: idem Gozad.in conſ.92. ab Illu-
ſtriſſima

Digitized by Google

ſtriſſima domina Argentina,col.10.nu.49.verſ. octauo cõclu-
do,tradidit idem Marſ.in repet.rub.C. de prob.col.50 n.299.
& ſeq. Corn.quoque in conſ.319. circa primũ conſultationis.
col.4.n.5.verſ.ex quibus elicienda eſt concluſio.& pro cautio
ne hac tradidit Cæp.in cautel.9.Pone,quod filius,n.2. Præte-
rea Corſet.in ſing 381.in verb.taciturnitas,incip.in onerosis.
num.2.

Verum cõmodata res ſi pereat penes commodatarium te-
7 netur † ipſi probare rem nẽ reemptam, ſed agens contra eã re-
netur probare.quod eius dolo,vel graui culpa, de qua cõmo-
datarius tenetur,res illa perempta ſit;vt ſcripſit Io.And in ad
dit.ad Spec.tit.de cõmodato,verſ.nunc dicendũ.vbi adducit
l.cum ita.§.ſpecies.ff.de leg 2.& eſt tex.in l.ſi qs fundũ.§. im
perator,ff.locati,& voluit Abb.in c.2.extra de depoſit.& pro
tulit Imol.in c.1.de commod.& late Salic.in l. quæ fortuitis.
C.de pignor.actio.

CONCLVSIO CCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Communio quomodo ſit probanda, & ex quibus etiam præſumenda.

SVMMARIA.

1 *Communio regulariter non præſumitur.*
2 *Communio præſumitur diſcordiam,& diſſenſionem excitare.*
3 *Communio dicitur mater diſcordiæ.*
4 *Communio probari poteſt ex coniecturis, præſumptionibus,& actibus,qui non poſſunt fieri citra ius,& nomen ſocietatis.*
5 *Communio probatur contracta inter fratres,quando diu ſimul habitauerint,& omnia lucra communicauerint, nec ad inuicem rationem bonorum reddiderint.*
6 *Communio præſumitur inter fratres,niſi contra rium probetur.*
7 *Communio præſumitur inter fratres quo ad ſocietatem,& communionem fructuum & lucrorum, non autem omnium bonorum.*
8 *Communio præſumitur ex eo, quod quis habeat tigna immiſſa in muro ab aliquo poſſeſſo.*
9 *Murus,quando non apparet magis de iure vnius, quam alterius, & communiter poſſidentur,præſumitur eſſe communis,donec probetur contrarium.*
10 *Murus quando ex parte alicuius habet aliqua ſigna, vt feneſtra & alia, ex ſola immiſſione tigni alterius non præſumitur communis.*

1 COmmunionem regulariter † non præſumi colligi poteſt
ex his,quæ late tradidit Bar.poſt Oldr.in l.Titium,& Me-
nium.§.altero.poſt nu.4.ff.de adminiſtr.& ex his,quæ vberri-
me conſultus reſpondit Dec.in conſ.21.viſo puncto & diligẽ-
ter pro viribus examinatis nu.1.& 3.& conſ.68.pro reſolutio
ne.nu.3.& clare tradidit Io.Ceph.in conſ.250.menſibus ela-
pſis.nu.8.& colligitur ex Crau.conſ.26.de duobus vidẽdum
eſt.nu.1.& conſ.159.viſis,quæ in facto.nu.1. facit etiam Soci.
ſen.in conſ.160.in præſenti conſultatione.nu.12.verſ.ſed con-
tra præmiſſa.vol.2.& huc ſpectauit Rim.cum protulit.commu
nicare nolle,quem præſumi,in conſ.75.nu.7.vol.1.
2 Cuius axiomatis ea fortaſſis ratio eſſe poteſt: † quia commu
nio præſumitur diſcordiam, & diſſenſionem excitare, & pa-
rere,l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2.gl.in l. ſi vetuſtiſſima.
ſuper verb.ex communione.C.de iur.domi.impetr.& ibi tex.
in §.ſi autem minus.quod & dixit Spec.in §. ſequitur videre.
verſ.ſcias ergo.nu.1.de iud.atque glo.in c.1.ſuper verb.relig.
3 ne ſed.vac.† communio enim mater diſcordiæ dr̃, c.1.de pa-
roch.& multa incommoda afferre ſolet,l.ſi nõ ſortem.§. ſi cen
tum.ff.de cond.indeb.& Hormanot.Dec.in l.4 § Cato.n 154.
ver.ſecundo probatur.ff.de verb.obl.& ibi Mar.Soci.nu.218.
verſ.& tenendo iſtam opinionem, & ex alijs adductis p Luc.
de Penna in l.quemadmodum.C.de agr.& cẽſit.li.11.nu.129.
Ideo probanda cõio eſt, quod recte fieri poterit ex conie-
4 cturis,& pſũptionib.atq; actibus † qui non poſſunt fieri citra
ius,& nomen ſocietatis,vt tradidit Bart.in d.l.Titium. & Me-
uiũ.§.altero.ff.de admi.tut.& in l.ſi patruus.C.cõm.vtri. iud.
& reſpondit Dec.in conſ.21.viſo puncto.col.2. verſ.prædictis
tñ minime obſtantib.& tales præſumptiones, vel coniecturæ
qñque ſunt graues,qñque violentę,qñque leues,ſecundum va
rietatem caſuum,vt ſcriptum reliquit Anchar.in cõſ. 303. col.
1.quem ſequitur Dec.in conſ.68 pro reſolutione.nu.1.
Primo loco limitanda eſt concluſio, vt vera non ſit, qñ fra-
5 tres diu ſimul habitauerint, † & omnia lucra cõicauerint nec
ad inuicem rationem bonorum reddiderint,quia ex his acti-
bus præſumitur,& probatur inter ipſos cõtracta communio,
vt poſt Oldr.& Bartol.in d.l.Titium.& Meuium.§.altero.poſt
nu.4.verſ.prædicta iura ſunt.ff.de admin. tut. rñdit Dec. in d.
conſ.20.nu.1.q q̃plores adducit,& dixit Crau.in conſ.150 vi-
ſis his,quæ in facto.nu.1.qui & ipſe concordãtes citat,cui ſen
tentiæ aſtipulatur Io. Bapt.Ferre.in conſ 120. Et aduertat Re
6 ue.D.V.in fi.nu.6.verſ.nec obſtat,quod ibi aſſeruit † inter fra
tres præſumi communionem,niſi contrarium probetur per l.ſi
maior.C.fam.erc.& leg.non ideo.C.cõmuni diu.vbi gl.& Dd.
Intelligendam tñ arbitror limitationem procedere quoad
7 ſocietatem,& cõionem fructuum,& lucrorũ † non autem om-
nium bonorum,vt conſultus rñdit Crau.in conſi.26. de duob.
videndum,nu.1.& dixit Dec.in d.conſ.21.nu.6.verſ. & con-
cluditur.vbi ab vtroq; tum à Crau.tum etiam Dec. adducun-
tur concordantes.Plura his in medium afferre poſſem,ſed hęc
leuiter attigiſſe ſit ſatis: etenim copioſius iſtiuſmodi tradidi-
mus in concl.Acquiſita,& vberius,atq; affluentius ſumus pro
ſecuturi in concl Societas, vbi iſtius concluſionis argumen-
ti propria ſedes eſt, illas igitur lector adire ne graueris.
Sed interim illud prætermittere nolui,communionem prę-
8 ſumi ex eo † quod quis habeat tigna immiſſa in muro ab ali-
quo poſſeſſo,vt docuit Bar.in l.damni infecti. la 3.§. cum pa-
rietẽ.ff de dam.infect.quẽ ſeqt Cæpol.in tract.ruſt.præd.in c.
de pariete,& muro.nu. 13. & ſeq.verſ.ſecundo modo, vbi alia
multa ſigna refert,ex quibus communio inferri poteſt.
9 Illud ſic limitabis,vt procedat,qñ ambo ſunt, in poſſeſſio-
ne muri,nec conſtet,quis illum ædificauerit † & ſic qñ non ap
paret magis de iure vnius,quam alterius, tunc.n.præſumitur
murum cõiter poſſeſſum inter illos eſſe communem, donec
probetur contrarium, ſecus quando pro iure alterius partis
apparent aliqua ſigna,vt feneſtræ, & id genus alia:tunc enim
10 † ex ſola immiſſione tigni non præſumitur communis, ſed il-
lius,pro quo ſunt ſigna,vt rñdit Rui.conſ.55.nu.6. & 7. vol.4.

CONCLVSIO CCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Communis vſus loquendi quo pacto probari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Communis vſus loquendi eſt difficilis probationis.*
2 *Communem vſum loquendi qui allegat illum probare debet.*
3 *Communis loquendi vſus præfertur proprietati ſermonis.*
4 *Ad communem vſum loquendi recte probandum,quomodo ſit formandus articulus.*
5 *Communis vſus loquendi probatus dicitur à teſtibus deponentibus, quod ita cõſueuerit per decem annos ante.*
6 *Communis vſus loquendi non eſt in loco,ſi teſtes non concludunt de tempore decem annorum.*
7 *Tempus expreſſum in dicto teſtis intelligitur repetitum in ratione ſui dicti.*
8 *Quando aliqua diſpoſitio interpretatur ſecundum communem vſum loquendi intelligitur de illo communi vſu, qui erat tempore diſpoſitionis.*
9 *Communis vſus loquendi præualet propria verborum ſignificationi,quando probatur extitiſſe tempore conditi ſtatuti.*
10 *Teſtis deponens ſuper communi vſu loquendi,debet addere in dicto ſuo,quod ſciat, quia ſic audiuerit dici communiter.*
11 *Præſumptio iuris eſt, teſtem audiuiſſe, & ſcire illud, quod deponit, ſic communiter dici in ciuitate.*
12 *Teſtes,qui probare habent communem vſum loquendi,ſi factum ſit quotidianum,deponere debent ſe audiuiſſe à multis, & ſi non ſit, ſufficit audiuiſſe ab aliquibus.*
13 *Teſtes ſuper communi vſu loquendi atteſtari debent de communi illius generis hominum,cui conuenit actus,vel verba,de quo deponunt.*
14 *Articuli quo pacto formari poſſint,& teſtes quomodo ferre teſtimonium in probatione communis vſus loquendi.*
15 *Teſtis deponens ſuper vſu an debeat aliquas perſonas nominare.*

1 COmmunem vſum loquẽdi † eſſe difficilis probationis te-
ſtatur Ioan.de Ana.in c.1 col.7.de ſagit.& illum ſequitur
Roc.de Cur.in tract.de conſuet.nu.625.verſ. ſeptimo princi-
paliter.idem ſentit Raph.Cuman.in conſ.77.nu.5.& clare tra
didit Pau.Pic.in l.Titia,§.Titia cum nuberet,nu.21.ad fi.ff.de
leg.2.aſſerens ibi magnam eſſe difficultatem probare hunc cõ
munem vſum loquendi,idem monuit Feli in prooem.Gregor.
2 nu.22 ad fi.& ſeq.vnde fit † vt qui communem vſum loquen-
di alleget,illũ probare debeat vt rñdit Paul.de Caſtr. in conſ.
48.ſuppoſito quodã ſtatuto,nu.3.li.1.atque Fulg.in conſ.165.
circa med.col.4.& poſt alios Gabriel.Saray.in annot.ad ſing.
Mattheſil.ſing.74.nota quod ſtatutũ diſponens, nu.7.& quã-
3 uis difficile probari poſſit,magni tamẽ effectus eſt,† quia præ-
fertur proprietati ſermonis, vt ſancitum eſt in l. librorum. §.
quod tamen Caſſius.vbi gl.de leg.3.& Bar.in l.talis ſcriptura.
* in prin.de leg.1.& copioſe tradit * omnes ſcribentes in rub.

vt à me pluribus oſtendatur, nam aliter ſcribit homo in iuuen
tute, ac in ſenectute facit, ita dixit gl. in auth. de triē. & ſemiſ.
§. ſin autem. & ibi Ang. atque Franc Cur. in l. admonendi, nu.
110. verſ. ego aũt ſeqnor. ff. de iureiur. tum quia multi reperiun
2 tur, qui norũt ſcribere diuerſas literas † adeo vt vna alteri ſi-
milis tota ſit, vt reſpondit Paul. de Caſtro, conſ. 467. nu. 8. col.
3. vol. 1. & vt obſeruauit Graua. in addit. ad Veſt. in ſua praxi.
c. 1. li. 6. nu. 26. & 27. vt vix quilibet vafer dixiſſet, vt qui vnã
ipſarum, etiam alteram ſcripſiſſet, ſic protulit Hippol. de Mar-
ſil. in rubr. C. de prob. nu. 317. verſ. aduertas tamen, vbi atteſta
tur multos homines ita ſcribentes.

Quinimo ego quoque memini me vidiſſe quendam Bapti-
3 ſtam de Illico, ita ſcribentem † qui tam facile variorum homi-
num litterarum characteres referre, & effingere ſolebat, vt om
nino haberetur eadem ſcriptura, & eadem manus, & ita ſcri-
bendo multas falſitates patrauit, demum ad perpetuos carce
res fuit damnatus. ſed infra conſulas concluſionem, Inſtrumē-
tum falſum, & cõcluſionem, Falſitas, vbi videbis pulchriorem
probationem falſitatis ab eodem Baptiſta.

4 Quapropter iure, ac merito fit † vt comparatio literarũ ſim
plicitet probare non poſſit, ſed egeat alio adminiculo, vt tra-
didere gl. & Bart. in auth. & ſi contractus. C de fid. inſtr. nu. 4.
vt minimũ tribus ſit munita teſtibus, vt ſancitũ eſt ab Imp. Iu-
ſtin. in l. comparationes. C. de fid. inſtr. & vt ſint ſub ea ſcriptu
ra ſubſcripti, vt docuere Dd. in d. l. cõparationes, vbi Petr. de
Bella. nu. 4. & Ang. col. pen. & vlt. & cõſulendo ſcripſere Alex.
conſ. 76. Ponderatis his, de qbus in themate, n. 8. verſ. facit, qđ
eſt de mēte Bar. vol. 3. & cõſ. 80. viſo proceſſu cauſæ, n. 5. verſ.
præterea attento. vol. 4. Ruin. conſ. 61. caſus iſte modicum, nu.
4. verſ. & quæ ſola, vol. 4. atq; multi alij collecti ab Hypp. vbi
5 ſupra in d. rub. n. 315. † vel ſaltē teſtes deponunt ſe fuiſſe præ-
ſentes, qñ ſcripta fuit talis ſcriptura per ſcribentem, ſeque vi-
diſſe illũ ſcribere illas literas, & ſcripturam, de qua agitur, vt
aſſeruit gl. in d. auth. de trien. & ſemiſ. §. ſin autem. & ibi gloſ.
magna, & variis in locis protulit Alex. vt in conſ. 58. nu. 1. vol.
7. & conſ. 114. nu. 2. eod. vol 7. & in conſ. 76. incip ponderatis
his. in prin. nu. 3. & nu. 8. col. 2. vol. 3. quo in loco ſcribit, neceſ
ſe eſſe, vt teſtes dicant ſe vidiſſe illum ſcribere illas literas, qđ
& placuit Caſtr. d. conſ. 467. poſt dictum, nu. 8. ver. & ideo lex
ſtatuit, d. vol. 1. atque Affl. deciſ. 181. nu. 8. Bar. in l. ſcripturas,
nu. 3 C. qui por. in pign. hab. & Bertr. conſ. 140. locatio. nu. 1.
& 3. vol. 2. nec ſatis eſt, ſi dicerent ſe recognoſcere literas illas
ex illius eſſe ſcribēdi genere, quod alias viderint iſtiuſmodi
einſdē, eaſq; notas habere, ſic conſuluit Rui. in conſ. 69. in cau
ſa, & lite, nu. 2. verſ non aũt. vol. 4. refert ēt Marſil. vbi ſupra d.
nu. 318. Menoc. de arbitr. iudic. caſu 114 li. 2. centur. 2. nu. 22.
verſ. octauus eſt caſus, vbi plures concordantes allegat.

6 Nec illud obſeruatione dignũ prætcribo † nec teſtes ſolos
ſiue cõparatione litterarum plene probare, vt auctor eſt Bar.
in d. l. admonendi. ff. de iureiur. & ſenſit Alex. in d. conſ. 80. vi-
ſo proceſſu cauſæ. n. 4. verſ. item non probat. vol. 4. Bertr. d. cõſ.
140. nu. 2. d. vol. 3. vtrunque quippe neceſſarium eſt, vt idē ait
Bar. in l. nuda. ſub num. 5. verſic. ſi vero non habet. ff. de donat.
& in auth. at ſi cõtractus, ſub nu. 6. verſ. qñq; teſtes non teſtifi-
cant. C. de fid. inſtr. atq; Butr. & Abb. in c. 1. extr. de fid. inſtru.
Ang. ēt in l. comparationes. C. d. tit. & Bal. in auth ſed nouo iu
re. C. ſi cer. pet. Ruin. præterea cõſ. 69. in cauſa & lite, nu. 3. vol.
4. quem tamen vide nu. 9. vbi declarat, quando hoc procedat,
decidit etiam Matt. de Affl. d. deciſ. 181. & adeas Dec. in c. 2.
de fid. inſtr. nu. 13. & ſeq. Corn. conſ. 169. col. fi. li. 1 & conſ. 58.
lib. 3. Socin. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtr. nu. 3.
vide late Purpur. in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 40. & 41. &
late proſequitur Lanfr. de Orian. in ſua pract. c. 9. de inſtrum.
editio. nu. 56. in additio. ſub. 55. num.

7 Primo loco limitabis † vt ſaltem cõparatio ſemiplene pro-
bet, iuxta ſententiã Accur. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi
recentiores, atque Menoc. vbi ſupra, nu. 6. & n. 20. & gl. fi. verſ.
ſi autem actor ſemiplene. in l. bonæ fidei. C. eod. ti. idem ſentit
Ang. in §. ſi quis igitur, auth. de fid. inſtr. Soci. in d. l. ſi ita ſcri-
pſero. poſt nu. 3. ff. de cõ d. & dem. & Io. de Graſſ. in ſua arbore
iudic. in 5. prin. de probar. licet. nu. 1. atque Franc. Curt. in d. l.
admonendi. nu. 115. verſ præterea. ff. de iureiur. vbi dicit hanc
opinionem veram eſſe, * quod & placuit Barthol. Soci. in con
ſil. 1. nu. 2. vol. 3. idem conſulti reſpõdere Alex. in conſ 58 vol.
7. Ruin. in conſ. 71. col. pen. vol. 3. & in conſ. 47. vol. 4. late Fet-
ret. conſ 374. li. 2. Bero. in conſ. 87. vol. 3. qui communem * ſen-
tentiam ſcribentium eſſe atteſtatur. Natta. in conſi. 632. nu. 3.
& per tot. atque Rolã Valle in conſ. 27. nu. 12. & per tot. vol.
1. & omnibus iſtis ſe ſubſcripſit doctiſſimus Burſ. in conſ. 133.
nu. 21 li. 2. qui pariter * communem dicit, & nuperrime voluit
excellen. Octa. Volpell. conſ. 35. nu. 3. vol. 1.

In contrariam deſcendit ſententiam Accurſ. in l. 3. §. 1. ver.
8 ſpeciem. ff. de teſtib. vbi aſſerit † dictam comparationem face
re plenam probationem, & ita ſe vidiſſe, * communiter obſer
uari affirmat Albe. in d. l. comparationes. C. eod. tit.

Illud ſublimitabis locũ ſibi vendicare tantum in cõparatio
ne apochæ priuatæ perſonæ, quia hoc caſu ſolum ſemiplene
9 probat. vt per Menoc. vbi ſupra, nu. 20. & 23. ſecus vero † in li
bris mercatorum rationum, vt in epiſtola ſcripta abſenti: quia
in his plene probat, vt tradidit Bar. in l. nuda rõ. ff. de don nu.
7. atque Purpur. in d. l admonendi, nu. 168. conſultus reſpõdit
etiam Alex. in conſ. 58. nu. 1. & conſ. 114. nu. 4. li. 7. cauit Soci.
in l. ſi ita ſcripſero. col. fi. ff. de cond. & demonſtr Dec. cõſ. 219.
10 in fi. in quo loco tamen ſcriptum reliquit † in hoc multũ ope-
rari iudicis arbitrium, idem Dec. in c. 2. nu. 16. de fid. inſtr. qui
hanc * communem eſſe atteſtatur Cur. iun. conſ. 162. nu. 5. So-
cin. iun. conſ. 162. nu. 4. li. 2. Crau. in tract. de antiq. temp. 5. par
te primæ partis prin. nu. 65. & clarius. nu. 68. Feli. in c. 2. nu. 17.
de fid. inſtr. vbi * communem dicit, Rip. etiam in l. admonen-
di, nu. 132 & ibi Curt. nu. 141. ff. de iureiur. Burſat. in conſ. 39.
nu. 25. lib 1. & hoc non præterijt Nico. Boer. deciſ. 281. nu. 6. &
Gramm. deci. 14. nu. 16. hoc tamen addito moderamine, dum-
modo fuerint agnitæ vel confeſſatæ, vt colligere eſt ex Pauli
reſponſo in l Publia Meuia. §. fi. ff. depoſ. & decidit Boer. dicto
loco ſupra citato. d. nu. 6. & plene in ſuo conſ. 22. incip. appel-
lationis proceſſu. Quod ſi agnitæ non fuerint, aut non confeſ-
ſatæ. tunc ſi habet ſigillum illius, qui illam miſit, probat, vt ſan
citum eſt in l. qua per calumniam. C de epiſ. & cler. & Menoc.
vbi ſupra num. 21. ſi vero epiſtola negata non habeat ſigillum
11 † tunc per cõparationē dabit plena fides, & probabit contra
ſcribentē, qa habet vim confeſſionis extraiudicialis, vt decla-
rat Tyndar. in ſuo tract. de teſtib. li. 2. c. 8 nu. 5. & tradidit Lan
fr de Oria. in c. quoniam contra. tit. de fid. inſtr. nu. 58. verſ. ter
tio circa epiſtolam. & Gram. in d. dec 34. nu. 16. & reperijt Fr.
Cur in d l. admonendi. nu. 123. verſ. càpio ſecundum ſpeciem.
12 vbi aliã in medium affert rõnem differentiæ, † quia. ſ. epiſtola
mittitur abſenti, ideo non poteſt ille, cui tranſmittitur, adhi-
bere teſtes, qñ ſcribitur per quos poſſit probare, propterea fa
cilius ſtatur cumparationi, quam ſententiam ait ſequi Fulg.
Paul. de Caſtr. & Alex. in d. l. admonendi. & Io. de Imo. in c. 2.
de fid. inſtr. & Bar. & Imol. in l. ſi ita ſcripſero. de cond. & de-
monſtr. volentes præfati in epiſtola. l. comparationes. non eſſe
correctã, ſed tñ ſe extendere in apochis, & idem tenet Bar. in
d. l. admonendi. quem ibi omnes * recẽtiores ſequuntur. ff. de
iureiur. & opinio ſeruatur de ſtilo Curiarum Franciæ, vt atte-
ſtat Boer. d dec. 282. nu. 6. q. 124. incip Dña vita nunc functus.
& Menoc. d. caſu 114. d nu. 21. & num 24. & idem tenet Ang.
conſ. 370. creditor volens. & Bal. in conſ. 253. incip. literis re-
ſponſalib. vol. 4. Bar. in l. nuda ratio. ad fi. ff. de don. & ibi Abb.
& Ant. de Butr. in c. poſt ceſſionē. de prob. & Bal. in d. l. ſi qua
per calumniam, & in l. falſus & ad fi. C. de furt. Spec. in tit. de
citat. §. iam de citatione. verſ. literis Ludou. Rom in d. l admo
nendi. nu. 50. verſ. tertio principali caſu. & ibi Iaſ. in primo lo
co, qñ loquitur de apocha priuata. fol. 16. col. 3. verſ. de hoc au
tem vltimo, & ibi Purpur. nu. 214. & Bar. in l. contractus. col 2.
13 C. de fid. inſtr. † vbi ait. l. comparationes, eſſe coarctandã tan
tum in apocha, non aũt in alijs priuatis ſcripturis, vt in literis
mercatorum, & epiſtola, quam ſequitur Alex. conſ. 58. li. 7. Bar
thol. Soci. conſ 41. col. 1. li. 3. & Dec. conſ. 219 in fi. Cur. in cõſ.
118. col. pen. & 162. adde iſtis Pau. de Caſtr. in conſ. 87. & hæc
videtur eſſe verior, & magis * communis.

In contrarium tamen deſcendit ſententiam Hypp. de Marſ.
in d. rubr. num 289. cum ibi allegatis, & apertiſſime Ang. in l.
comparationes, col. pen. C. d. tit. Alex. conſ. 36. n. 8. & 9. vol. 3.
14 Affl. deciſ. 181. nu. 4. & pluribus ſeqq. † qui dicunt concluſio-
nem procedere in qualibet ſcripturarũ comparatione, vide-
licet tam apochæ, epiſtolæ, & ſimilium ſcripturarum. Contra-
rium etiam fuiſſe ſequutos teſtis eſt idem Franc. Curt in d l.
ad nonendi, num. 123. verſ. capio ſecundam ſpeciem, Bal in l.
fi. colum. . . in 5. quæſt. num. . . C. de edict. diu. Adr. tol. &

Digitized by Google

Iacob.Me noch.in tract.de arbitrat.iudic.li.2.cētur.2.caſ.114.
vbi format vndecim caſus,in quibus differit de cōparatione
apochæ non habētis,& habētis teſtes,ac libri rōnū,epiſtolæ,
& ſcripturæ publicæ,vbi videbis requiſita, ad quē pro alias
tui inſtructione te reijcimus,& ibi dicit ēt oia relinquit iudi
cis arbitrio,vt princ.dicti caſus 114.nu.1 per §. ſi vero tale
quid.in auth.de inſtrum.caut.& fid.& Bal.in d.l. cōparatio-
nes.nu.19.C.de fid.inſtrum.& Menoch.vbi ſup.poſt nu.6.in
fin.& ſeq.& nu.18.ac 19.in fin & ſeq.ac per totū dictū caſum
31 114.†iā in apocharum,quā epiſtolarum,& inſtrumentorum
publicorum,cōparatione facienda probatione cēſuit ſemper
iudicantis arbitrio relinquendum,idem cēſuit Iacob.Pet. de
Tolom.in repetit.l.admonendi.nu.66.ff.de iureiur.verſic.in
* ea.& Cato Sacc.qui teſtatur de*communi opinione in eadē
l.admonendi nu.44.verſi.pro eo facit,in fine.
32 Quomodo autē† & quibus in caſibus faciēda ſit literarum
cōparatio,conſulas Pet.de Bellaperti.in l.cōparationes.n.28.
verſi.ex quibus inſtrumentis.C.de fi.inſtr. ibi. ex quinq; in-
ſtrumētorū generibus poſſe fieri cōparationē ait, & ibi tra-
dit exēpla,atque docet,quæ requirantur ad hoc,vt fiat cōpa-
33 ratio,& ſecundū gl.in d.l.cōparationes.† præcipue requiri-
tur,vt deficiant aliæ omnes probationes,& propterea volen-
tes facere literarū cōparationē iurabūt,quod nō habent aliā
probationem,quodque nihil commiſerunt, propter quod ve
ritas potuerit occultari,in eodem ēt loco tradit comparatio
34 nē hanc faciendam eſſe ab illis† qui ſint in illa arte periti, vt
ſi in controuerſia verſetur,an inſtrumentū ſit confectum ma-
nu tua,necne,& ego producā aliud ſimile inſtrumentum,pe-
riti in arte,vt ſunt ſcriptores, iudicabunt, & adeas ad hæc
35 Bar.in d.l.comparationes.nu.1.vbi ēt dicit† duplicē requiri
ſcripturā in comparatione litterarum,& adeas eundem in §.
illud.in auth. de his qui ingredi.vbi nu 1.2.& 4.habetur, ex
quibus generibus literarum comparatio fieri poſſit.

CONCLVSIO CCCXXXI.

ARGVMENTVM.

Comparationis quomodo fiat.

SVMMARIA.

1 *Comparationis probatio fit per inſpectionem actorum.*
2 *Quæ ſpectant ad comparationem.*

COmparationis probationem ſi quis ſcire exoptet adeat
1 Paul.Caſtr.† qui per inſpectionem actorum probari aſſe
ruit in l.ſi per aliū quis.§.docere,nu.5.ff.ne quis eū qui in ius
vocat.& docuit Bal.in c.bonæ.nu.7.de elect.Porro comparés
præſumitur citatus ex ſententia Bal.vbi ſup.& ad hæc conſu-
las Spec.in tit.de comparatione,nu.2.& ſeq.& nu.5.& Card.
poſt gloſ.in clem.2.§.ſimiliter.2.q.de appell.qui ad compara
2 tionem† ſpectantia tibi ſuggeret.

CONCLVSIO CCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Compater an pro compatre, & filio ſuo ſpirituali teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIA.

1 *Compater poteſt eſſe teſtis pro compatre.*
2 *Interdictum de teſtibus eſt prohibitorium cauſa certarum perſonarum tam ciuili, quam criminali, & cum compater in eo non comprehendatur, teſtis eſſe poteſt.*
3 *Compater dicitur teſtis omni exceptione maior.*
4 *Compater in cauſa, quæ ad matrimonium ſpectat, teſtis eſſe poteſt.*
5 *Compater poteſt etiam eſſe teſtis in criminali cauſa.*
6 *Argumentum ſumptum a ciuilibus ad criminalia potentiſſimum eſt, frequens & vtile.*
7 *Compater poteſt eſſe teſtis in ciuili, & in capitali iudicio.*
Contrarium ibi.
8 *Compater non poteſt eſſe teſtis pro filio à ſacro fonte leuato, & è contra.*
9 *Inter compatrem, & filium leuatum à ſacro fonte contrahitur quædam ſpiritualis cognatio, ex qua oritur affectio, quæ repellit eos à teſtimonio.*
10 *Patres ſpirituales in cauſa neceſſitatis debent alere filios ſuſceptos, & econtra.*
11 *Patres ſpirituales non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, ſicut & patres naturales.*
12 *Compatres æquiparantur patribus naturalibus, & ideo non ſunt idonei teſtes pro filijs ſuis ſpiritualibus.*
13 *Cognatio ſpiritualis videtur ſolum operari quoad impediendum matrimonium, & quoad præſtandum reuerentiam & non quoad reliqua.*
14 *Qui leuauit aliquem de ſacro fonte eſt idoneus teſtis, & pro filio ſpirituali poteſt teſtificari.*
15 *Iudici arbitrarium eſt, an compater repellatur à teſtimonio.*
16 *Compater iudex poteſt recuſari pro ſuſpecto, licet talis cauſa non ſit in iure determinata.*

1 COmpatrem teſtem eſſe poſſe† pro compatre tradidi- Ro-
man.in l.quamuis.nu.5.ff.de in ius voc.& Alex.in l.gene
raliter.nu 5.vbi Iaſ.poſt nu.2.ff.eod.tit.de in ius voc.præter-
ea Bal.& Saly c.in l.parentes.nu.3.C.de teſtib.Alex.ēt cōſulē-
do voluit plurib.in locis,vt in cōſ.42.ante fi.verſ. nec obſtat,
quod omnes eorum teſtium.nu.18.lib.3.& in conſ 237. nu.18.
verſ.idem vr̄ ſentire.vol.6.& expreſſius conſuluit in cōſ.125.
poſt nu.3.verſ.& dato quod ſtatutum.vol.4.& Aufrer.in tra.
de teſtib.nu.76.ver.poteſt ſpiritualis.Steph.Bertran.in conſi.
300 nobilis,& honeſta,nu.6.vol 2.& cōſ.50.ex forma vol.3.
* vbi teſtatur * de cōi volu.3.Iaſ.inſuper apertiſſime ſcripſit in
l.apertiſſime.col.2.ver.tamen aduerte,nu.9. C de iud.& in §.
* pœnales.col.10.ver.per prædicta dixit Inſtit.de act.vbi hāc*
eſſe cōem opin Bart.dilucide id probauit in conſ.92.in q.ver
tente inter D.Simonē,col.3.verſ.nec obſtat quod ipſe ſit ſan-
ctolus,nu.8.Crau.conſ.169 nume.1 Corn.conſ.61.col.3.poſt
med.verſ.oſtenſo itaque nu.14 li 3.Rui.conſ.82.nu.19.poſtre
mo Bertran.in conſ.178 viſo proceſſu cauſæ. nu.14. poſt ver.
& primo non per depoſitionem.lib.2 & in conſ.300. nobilis
& honeſta mulier.poſt nu.6.ver.tum & quis, eod.lib.2.
2 Nec id ſine ratione fuit cōſtitutum.etenim † cū interdictū
de teſtibus ſit prohibitoriū cauſa certarum perſonarū tam in
ciuili,quam criminali,l.1.ff.de teſtib.oēs ergo illi,qui nō pro
hibentur,nec prohibiti reperiuntur,expreſſe admittūtur ad
teſtificandum,ſed compater non reperitur vllo iure prohibi-
tus,ſequitur igitur,vt teſtis eſſe poſſit, vt traditū fuit à Crau.
d.conſ.196.in prin.& à Ioanne Crot.in trac.de teſtib. n.101.
& ab alijs ſupra allegatis atque à Bertran.in d.conſ. 300.no-
bilis,& honeſta.poſt nu.6.ver.cuius dicti illa ſolet.vol 2.
3 Sed obſerues velim,eo vſq; concluſionē procedere,† vt ēt
compater dicatur teſtis oi exceptione maior, vt colligere eſt
ex Barth.Cæpol.conſ.ciuil.5.in qōne vertente.col 3.num.11.
verſ.nec ēt ex eo,qđ dicat,& à Corn.cōſ.61. col.3. poſt med.
nu.14.verſ.oſtenſo itaque.li.3.quos refert & ſeqūr Crauet.d.
cōſ.169.n.2.ex quo proculdubio ſeqtur, & cōpatrē in cauſa.
4 quæ ad matrimoniū ſpectet,teſtem† eſſe poſſe, in qua reqrun
tur teſtes omni exceptione maiores, eo qđ cauſa matrimonij
dicatur cauſa grauis,ſic Cæpol.d.conſil.5. nu.11. & Abb.in c.
ſi pro debilitate.in vlt.notab.nu.4.ff.de off deleg.& huc per-
tinet c.1.cum gl.de conſang.& affin.atque c.ſuper, qui matr.
accuſ.poſſ.Crau,etiam d.conſ.169.nu.2.
5 Amplianda concluſio eſt,† ēt locum habere in criminali cau
ſa,idq; argumento ſumpto à ciuilib.ad criminalia, quod ne-
6 dū eſt probabile,ſed ēt potentiſſimum, frequens † & vtile,&
colligere eſt ex Vlpiani reſponſo in l.abſentem. ff.de pœnis.
& ad id late ſe fundat Eucrar.in ſuis locis legalibus,loco à ci
7 uilibus ad criminalia, ſed cōpater pōt eſſe teſtis † in ciuili, vt
fuit reſponſum à Bart.in d.cōſ.92 inci.in qōne,quæ vertitur.
&c.& per alios ſupra adductos,ſit igitur,vt etiam in capitali
iudicio teſtis poſſit adhiberi.
Qđ qdē Crot.permouere nō potuit, qn cōtrariū ſentire in
trac.de teſtib.nu.10.& Cur.ſen.in tracta.de teſt.concluſ.30.
Sed velim limites concluſionē non eſſe verā in cōpatre,&
8 à filio ſacro fonte leuato† & econtra, quod menti eſſe tenen-
dum docet Franc Curt.in trac.de teſtib.d.concluſ.30. nu.63.
& Alex.conſ.143.nu.2.vol.6.Fulg.conſi.11.Bal.vt alias ſæpe,
nunc ēt ſibi contrarius,in d.l.generaliter. ff de in ius vocā.&
meminit Felin,in c.cum ſpeciali.nu.20.de appell.Bened.in c.
Raynutius.num.20.& 767.de teſtam.Port.in § in teſtib.poſt
nu.4.Inſti.de teſtam.Saly.in l.teſtis idoneus.ff.de proba.Iac.
Nouel.in reg.216.num.77.& patet ēt ex multis allegatis per
Tiraq.in trac.de pœn.tēper.aut remit cauſa 21.nu.7.8 & 9.&
à Rip.in l.admonendi.nu.181.ff.de iureiu.quod ea rōne con-
9 firmatur,† quia inter eos contrahitur quædam ſpiritualis co-
gnatio,vt ſtatutū eſt in c.1.& per totum.30.q.1. & de cogna.
ſpirit.ext,per totū.ex qua veriſimiliter oritur quędā ſuſpicio
ratione affectionis ortę,nā dicit tex.in d.c.1.30.q.3.ita dilige
re debet homo illū,qui ſuſcepit ipſum de ſacro fonte ſicut pa
trem,ergo illa de cauſa repellendi ſunt à teſtimonio,vt tradi
dit Ioan.Crot.d.loco vbi ſupra. Vnde merito conſequitur,vt
10 in † cauſa neceſſitatis huiuſmodi patres ſpirituales debeant
alere filios,& econtra,vt voluit Ioan.Fabr.in l.1.C.de alend.
liber.verſic.item quod de patrino.Philip.Fran. etiam in ca.1
de

Digitized by Google

de cog.ſpiri.qui aſſerit hoc eſſe animaduerſione dignũ,quod
& obſeruauit Nic.Peru.in tra.ſucceſ.ab inteſ.cat.3. in paruis.
verſ.7 & annorauit Barbat.in repet.cap.Raynntius.de teſt.ſi-
mul cũ alijs adductis à Tiraq.d.tra.de pęn.tēp. aut remit.cau
11 ſa 21.n.9.& ibid.num. 10. ait†huiuſmodi patres ſpũales non
poſſe côueniri,niſi in quantũ fieri poteſt,ſicut nec pr̄es natu-
rales,teſtat̄ Ioã.de Plat.& Ang.Aret.in §.ſunt præterea. verſ.
ſed ſi qs.Inſtit.de act.Barb.in l.cũ acutiſſimi.col.125.ver.ſacit
elegãs.C.de fideic.Quocirca cũ ęquiparentur patrib.natura-
12 libus,†merito ꝓ filijs ſuis hmôi ſpũalib.nõ ſunt idonei teſtes,
vel ſaltē multũ de eorum fide detrahitur, vt ait Fulg.cõſ.5.&
Alex.cõſ.237.proſpectis his.col.vlt.no.8.9.& li.6. & hoc ve-
riſſimum eſſe ait Tiraq.vbi ſup.ſecus aũt ſi deponant pro cõ-
patribus,& commatribus,&c.vt ſupra dictum eſt.

Hæc tñ ratio non arridet Iaco.Menoch.in trac. de arb.ind.
13 lib.2.cētur.1.caſ.100.poſt nu.1.verſ.2.fuit opinio.†cũ cogna-
tio iſta ſpũalis videatur ſolũ operari quoad impediendũ ma
trimoniũ,& quoad pręſtandum reuerentiam,ſecus quoad re-
liqua.etenim etiam illum,qui leuauit aliquem de ſacro ſonte
14 eſſe idoneum teſtem,† & pro filio ſpirituali poſſe reſti ficari,
conſuluit Ioan.Crot.in conſ.3. reperitur quoddam ſtatutum.
nu.20.poſt ver.ſecundæ obiectioni reſpondeo.lib.1.

Dec.tamen in c.cũ ſpeciali.nu.6.& 24.de appell. tenet eſ-
15 ſe iudicis arbitrium,† an à teſtimonio repellatur ipſe compa
ter,cui aſſentitur Iac.Menoch.d.caſu 100.nu 4.& patrocinan
tur ea,quæ animaduerſa fuere per Io.And. in c.Rom.§.quod
16 ſi obijciatur.de appel.in 6.vbi voluit,talem cauſam†non eſſe
in iure determinatam,ſed eſſe dubiam, verum conſulas Ioan.
And.& ibi Imol.in c.cum ſpeciali.de appel.

CONCLVSIO CCCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Compenſatio an præſumatur, cum teſtator rem obligatam legat creditori ſuo.

SVMMARIA.

1 *Compenſatio non præſumitur, licet teſtator rem obligatam leget creditori ſuo.*
2 *Debitor ex contractu,vel quaſi ſeu ex diſpoſitione hominis,ſi donet, vel leget, donare, aut legare non præſumitur animo compenſandi.*
3 *Compenſatio non præſumitur cum debito voluntarie contracto.*
4 *Compenſatio quo pacto probetur, & ex quibus conjecturis.*
5 *Debitor teſtator ſi legatum creditori fecerit,in dubio præſumitur factum animo cõpenſandi,quando ipſum debitum erat neceſſarium. Sublimita vt nu 8.*
6 *Debitum dicitur neceſſarium,quando non habuit originem à debitore, ſed prouenit aliunde.*
7 *Compenſatio etiam cum debito neceſſario nunquam præſumitur,quando aliquid inter viuos donatur.*
9 *Diuerſa cauſa diuerſum parit effectum.*
10 *Compenſatio non cadit, ſi debitum ſit ſub conditione,vel in diem ab vna parte, & ex alia purum.*
11 *Quando quis non neceſſitatur ad ſoluendum,non habet locum illa regula, vt in neceſſitatibus nemo ſit liberalis.*
12 *Legatum factum fideicommiſſario per hæredem primi teſtatoris,cenſetur factum animo compenſandi in fideicommiſſum.*
13 *Teſtatorem rem obligatam creditori legaſſe animo compenſandi probari poteſt ex coniecturis.*
14 *Frater dotans ſororem dando eidem in dotem prædium, vel aliud ſimile,præſumitur dare animo compenſandi cum eius legitima.*

1 COmpenſationem non pręſumi, †licet teſtator rem obliga
tam leget creditori ſuo,cautum eſt à Paulo in l.credito-
rem.ff.de leg.2.Creditorem, inquit I.C.cui res pignoris iure
obligata à debitore legata eſſet, nõ probiberi pecuniã credi-
tã petere, ſi voluntas teſtatoris cõpenſare volẽtis euidenter
nõ oſtēderetur,quòd & veriſſimũ eſſe cenſuit Luc.de Pen. in
l.vnica.C.de quæſtor.nu.30.li.12. prout nõ præſumi debitorē
2 ex cõtractu,vel quaſi,ſeu ex diſpoſitione hoïs†ſi donet,vel le
get,donare,aut legare animo cõpenſandi,rñdit Alex.in con-
ſil.7.nu.16.verſ.teſtat,vt ſuper vltimo lib.6.vbi dicit hãc eſſe
* veram * deciſionē,& comprobat per contex.in l.1.§.ſciendũ.
C.de rei vxo.act.& in l.creditorē.de leg.2.idē mouuit in cõ-
ſil.12.viſo themate anteſcripto,nu.5.verſ.& primo lib.2.quē
ſequitur Crau.in conſ.86.magiſter Aymarus de Nantis, nu.1.
atque Bertr.in conſ.347.viſo inſtrumento vlt.nu.2.vol.2.
3 Sic dicimus†cõpenſationem nõ præſumi cũ debito volun-
tarie contracto,ex contextu l.creditorē.ff.de leg.2.& l.vnicę.
§.2.C.de rei vx.act.& per ea quæ clare tradidit Crau.in con-
ſil.149.Petrus Bilaeri.nu.5.& quo pacto probetur compenſa
4 tio,& ex † quibus coniecturis,conſulas Afflict.in deciſ.44.de
tribus.nu.17.& 28.

Limites & intelligas illud velim, vt nõ ꝓcedat, quando ip
ſum debitum erat neceſſarium,nam tunc ſi debitor teſtator le
5 gatum creditori fecerit,in dubio præſumitur† factum animo
cõpenſandi,vt ſanxit Imperator in auth.præterea.C.vnde vir
& vx.quod & probauere Bar.cæteri Dd.in l.ſi cũ dotē.§.ſi pa
* ter.ff.ſol.matrim.& hæc*eſt cõis opinio Dd. vt atteſtat Abb.
conſi.17.nu.6.quã & ſequitur Cran.in conſi.131.n.14.verſ.ad
vltimum,illamque ante eum amplexus eſt Anch.in cõſ 26.in
qõ.ſupradicta.col.5.in 2.dubio.& Paul.Caſtr.in conſ.35.vide
tur dicendum,quod vtrunque legatum. col.2.circa medium.
verſ.ſed ad hoc reſpondetur.li.2.& tradidit Soc.ſen.in conſi.
93.circa primum nu.19.uerſ.confirmatur & ſecundo li.1.

6 Debitum autem†dr̄ neceſſarium,quando non habuit origi
nem ab ipſo debitore,ſed prouenit aliũde, vt declarat Iaſ.in
d.auth.præterea col.7.nu.18.in vlt.notab.& Alba. vbi ſupra.

Contrarium ſentire videtur Corn.in conſ.297.vol.1.quem
citat Cran.d.conſi.131.nu.14.& quem reprobat,vt ibi.

Iſtud tamen ſublimita,vt verum nõ ſit,quando aliquid in-
ter viuos donatur,tunc enim nunqoam præſumitur compen
7 ſatio†etiam cum debito neceſſario,ita reſpondit Soc. Sen.in
d.conſ.93.poſt nu.51.verſ.confirmatur & tertio.vol.1.per cõ
tex.in l.etiam.§.ſi debita.verſ.ſed ſi non mortis.ff.de bon.quę
lib & in l.ſi vero.§.cæterum ff.eod.tit.

Secundo ſublimita,vt limitatio locũ tantum habeat, quan-
do eſt debita quãtitas,& relinquitur quantitas, & ſic debita
8 ſunt hinc inde cõpenſabilia,†ſecus ſi eſt quantitas debita,&
cõcedatur ſpecies,vel econtra,vel eſt debita ſpecies,concedi
tur quantitas,quia tunc non cõſideratur, an debitũ ſit neceſ-
ſarium,an voluntariũ, ſed nunquam intelligitur factum ani-
mo cõpēſandi,ita decidit idem Soc.in d.conſ.93.nu.23. eod.
vol.1.multis ibidē auctoritatibus permotus, quia vbi relin-
quitur ex cauſa expreſſã,& diuerſa à debito,vtrunque debe-
9 tur,& cõpēſatio nõ præſumitur,†diuerſa.n.rõ diuerſum parit
effectũ,l.ſcio.§.vxori ff.de annon.lega.& ſic concludit Alex.
in cõſ.7.viſo inſtrumēto donationis.col.fin n.18.li.6.permo-
tus auctoritate Bal.in l.filia legatorum.in 4.quæſ.C.de legat.

Ad hęc tertio ſublimitare poteris, vt ſolum limitatio vera
ſit,qñ extrema ab vtraq; parte ſunt cõpenſabilia, ſecus ſi in-
10 cõpenſabilia ſint,†vt ſi debitũ ſit ſub cõditione,vel in diē ab
vna parte,& ex alia purum,tunc.n.non cadit cõpēſatio, l.qđ
in diem.ff.de compenſ.nam ſi adhuc non euenit dies,vel con
ditio non ſuerit purificata,videtur ceſſare ratio,propter quã
præſumitur animus compēſandi cum debito neceſſario,quia
ex quo tunc non neceſſitatur homo ad ſoluendum,non habet
11 locum illa regula,†vt in neceſſitatibus nemo ſit liberalis,l.rē
legatam.ff.de adimen.legat.ſic proditum eſt à Bartho.Soc.in
d.conſ.93.poſt nu.23.verſ.prætetea illa materia.lib.1.

Secundo loco præcipue limita in legato facto fideicõmiſſa
12 rio per hæredē primi teſtatoris,quia illud†factũ cēſet animo
cõpenſandi in fideicõmiſſum,tradit in terminis Paul.de Caſt.
cõſ.35.incip.vr̄ dicendũ,quod vtrunque legatũ.vol.2.in antē
quis.col.5.poſt nu.1.per tex.in l.huiuſmodi.§.ſi Sēpronius.ff.
de legat.1.cui adhæret Alba.d.conſ.17.nu.7.Si igitur nõ præ-
ſumatur,teſtatorem rem obligatam creditori legantem id ani
13 mo cõpenſandi facere.†poterit id ex coniecturis probari,vt
docuit Cran.in cõſ.23.teſtator reliquit.nu.6.& in d.cõſ.131.
ad primum quæſitũ.n.17.cum multis ab eo ibidem adductis.

Tertio limitabis,vt locum non habeat in fratre dotante ſo
rorē,nam dando eidem in dotem prædium,vel quid aliud ſi-
14 mile,†præſumitur dediſſe animo compenſandi cum eius le-
gitima, l.vxorem.§. pater naturalis. ff.de leg.3.& conſuluit
Crau.in d.conſ.131.ad primum quęſitum in fin.nu.18.

CONCLVSIO CCCXXXIV.

ARGVMENTVM.

Compenſatio debiti non liquidi per quem probari debeat, & quo temporis ſpatio.

SVMMARIA.

1 *Compenſatio debiti non liquidi probari debet per eum, qui illam allegat.*
2 *Compenſare idem eſt quod ſoluere.*
3 *Ad probandum compenſationem debiti debent dari duo menſes.*

Con-

Digitized by Google

Contra-ium poſt nu.4.
4 *Debitor fiſci habet regulariter dilationem duorum menſium ad ſoluendum, & intra illos debet debitum liquidare.*
5 *Tempus ad probandum compenſationem eſt repoſitum in arbitrio iudicis.*
6 *Arbitrium iudicis ad dandum tempus probandi compenſationem, non debet excedere ſpatium duorum menſium.*
7 *Tempus idem dandum eſt ad probandum compenſationem, & liquidandum debitum, quod dari debet ad ſoluendum.*

COmpenſatio debiti non liquidi, quæ opponitur ad impe
diendum ſolutionem debiti liquidi, debet probare per
1 eũ, †qui illam allegat termino duorum menſium, ita docuit
Bar.in l.auſert.§.qui cõpenſationẽ.ff.de iu.fiſci. cuius opinio
* nẽ laudat, & late defendit vti verã, *& cõem Alex.in cõſ.94.
clariſſime Dñe, nu.1.& ſeq & in conſi.95.etſi vt puto.num.1.
cũ pluribus ſeq.lib.4.quod eſt repetitum in conſ.61.lib.3.Ne
niza.etiam in conſi.56.n.9. verſi.confirmo tertio, tuetur hanc
ſententiam, & ibi alios plures pro Bar.citat.

Ratio iſtius concluſionis ſecundum Bar.in d.§.qui cõpen-
2 ſationẽ, †illa vr̃, quia cum compenſare idem ſit, quod ſoluere,
l.amplius.ff rem ratã hab.& ad ſoluendũ datur tempus duo-
rũ menſiũ, l.in fraudẽ.§.in fiſcalibus.ff.de iure fiſc.ergo eodẽ
3 modo ad probandũ cõpenſationem debiti, †debent dari duo
menſes, quod optime probatur per d.§.qui cõpenſationẽ.iũ-
cta.l.in fraudẽ.§.in fiſcalibus. ff.eod.tit.de iur.fiſci. vbi debi
tor fiſci habet regulariter dilationem duorum menſiũ ad ſol-
uendũ, & quandoque trium, vnde tex.in d.§. qui compenſa-
tionem vult quod ſimiliter intra duos menſes datos ad ſoluẽ
4 dum debeat debitum† liquidare, & hanc inductionem com-
probat Alex.d.conſ.95.nu.2.lib.4.

Ab hac tñ ſententia Bar.declinauit Bal.in l.3.C de compẽ-
ſatio.vbi adducit l.ſi cum militi.§ pen.ff.de cõpenſatio.& cũ
eo contra Bar.videtur ſentire Alciat.reſponſo.291.nu.6.

* Opinio tamen Bar.eſt * communis, & ab omnibus recepta,
quã ẽt ſequuti ſunt Perr.de Anch.Ioan.de Imol.& Abb. in c.
bona fides.de depoſito.& idem tenet Io.Fab.Inſtit.de actio.
in §.in bonæ fidei.verſi.ſed quid ſi cõpẽſatio opponatur poſt
ſentẽtiã.& ad tex in d.l.ſi cũ militi.§.penult. reſpõdet Alex.
in d.conſ.94 poſt nu.1.lib.4.dicẽs loqui, qñ opponebatur cõ
pẽſatio de debito iã liquidato per aliã ſentẽtiã, quæ tranſiue
rat in iudicatũ Bar. vero loquitur de debito liquidando, quo
in caſu recte datur tẽpus ad probandum compenſationẽ, &
ita ſecũdũ eam l.illa nõ obſtat, nec merebatur à Bal.allegari.

5 Nonnulli tñ in aliam deſcenderũt ſniam, †quod.ſ.tẽpus ad
probandũ cõpenſationẽ eſſet repoſitũ in arbitriũ iudicis, vt
profitẽdo dixere gl.in l.vltima, in verb.indaginẽ.C.de cõpen
ſat.vbi Cyn.in 11.quæſ.Bal.in 2.oppoſit.& Salyc.col.2 7.op
poſi.atq; Aret.in §.in bonę fidei Inſtit.de actio. & ibi Iaſ.n.
81.Felin.ẽt in c.ſuborta.col.2.i fin.de re iudic.& cõſulẽdo re-
ſpõdit Soc.ſen.in cõſi.65.cõcluſio ſupra firmata.n.7. verſi.vt
nõ liquidi ad liquidũ.li.4.& Bertrãd.in cõſ.289.tria, ſi nõ fal
lor.n.7.verſ.tñ nõ obſtat, li.2.atq; Pariſ.in cõſ.121.primo ad-
uertẽdum eſt, nu.25.verſ.maxime cum arbitrio iudicis.lib.1.

6 Qđ tamen intelligi debet, †nõ arbitriũ illud non excedat
ſpatiu duorũ menſiũ, vt declarat Tiraq.de retract.lignag.§.
3.gl.3.n.11.verſ.ſed & illud.authorẽ laudat Bal.in auth.& cõ
ſequẽtet.col.2.verſ.extra quęro, nũquid liquidato.C.de ſent.

Alia fuit ſentẽtia, quod idẽ tẽpus dãdũ ſit ad probãdũ cõ
7 penſationẽ, & liquidandũ debitu, †quod dari debet ad ſoluẽ
dum, vnde ſi ſumus in caſu, in quo nullũ tẽpus eſt dãdum ad
ſoluẽdum, neque ad liquidandum dari debet.auctor eſt Bart.
in d.l.auſertur.§.qui compenſationem.in fi.ff.de iur.fiſ. & eũ
ſequitur Tiraq.d.tract de retract.§.3.nu.13.glo.3.nu.12.quo
in loco more ſuo idem ſentientes quamplures citat.

CONCLVSIO CCCXXXV.

ARGVMENTVM.

Complices delicti qui præſumantur.

SVMMARIA.

1 *Complices delicti ij præſumuntur, qui inuenti ſunt in loco delicti.*

1 COmplices delicti pſumunt ij, q inuẽti ſũt† i loco delicti,
& de iure torqueri debẽt, pſertim ſi appareãt aliqua in-
dicia, atq; cõiecturæ, vt reſpõdit Vlpian.in l 1.§.ſi qs in villa.
verſ.ſufficit ergo.ff.ad Syllania.& tradit Blãc in trac.de idic.
nu.305 conſulendo voluit Iacob. Mandel.in conſi.56.nu.305
Veruntamẽ cum de hoc argumenti genere latis ſup que di-
ctum ſit ſupra in concluſione, Auxiliator criminoſi, illuc le-
ctorem reijcio, ne bis idem repetamus.

CONCLVSIO CCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Compromiſſum ex quo præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Compromiſſum præſumitur ex laudo lato præſente, & non contradicente parte.*
2 *Compromiſſum præſumitur ex laudo antiquo.*
3 *Delegatio præſumitur ex ſententia antiqua, in quo tenor delegationis eſt inſertus.*
4 *Compromiſſum præſumitur etiam poſt decennium latum cum ſolennibus ſuis requiſitis.*
5 *Sententia lata ab aliquo, in quem fuerat compromiſſum, qui dixerit in edicendo, nos arbiter, & arbitrator, &c. in dubio præſumitur deciſa, vti ab arbitratore.*

1 COmpromiſſum præſumitur ex laudo lato †præſente & nõ
* contradicente, neq; repugnante parte, vt vnanimes *ſcri
ptum reliquere Ang.Imol.& Dd.in l.ſciẽdũ. Bal.& Moder.ff.
de verb.obli.Dyn conſ.13.Tholomeus Manentis, ac Socin.in
conſ.104.nu.3 & 4.vol.4 & Alex.conſ.84.ſuper conſultatio-
ne, nu.3.ver.ad hoc etiã li.5.Anchar.q.26.laudo lato.num.2.

Sed velim ſic concluſionẽ accipias, vt intelligatur in laudo
2 antiquo, †ex eo nãq; præſumi compromiſſũ dicendũ eſt, iux-
ta ea, quæ obſeruauit Inn.in c.Quintaualliſ, de iureiu.& in c.
bonæ.il 1.de elect.nu.8.ita dixit Bal.loco ſup.cit. & rñdit Ri-
min.in conſ.472.nu.15.in 3 vol. vt ẽt per quandã ſimilitudi-
3 nem delegatio præſumitur † ex ſententia antiqua, in qua te-
nor delegationis eſt inſertus, non vero ex ſententia recens la
ta, vt tradidere Inn.& cæteri Dd.in c.cũ in iure.ext.de offic.
dele.nu.5.& voluit Abb.in c.quoniam contra.de proba.n.19.
& ſeq ſed ſecus dicendum eſt in laudo, recenti facto, vt col-
ligere eſt ex ijs, quæ modo adduximus.

4 Qđ ampliabis, vt ẽt præſumatur poſt decẽniũ † latũ cum ſo
lenoib.ſuis requiſitis, iuxta ſniam Ioã.Crot.in conſ.114. viſo
& diſcuſſo puncto.nu.8.verſ.aduertendum etiam eſt.lib.1.

Verũ ſi dubitetur an ſi in aliquẽ ſit compromiſſum tanquã
in arbitrũ, & arbitratorem, iſq; iudicet dicendo, nos arbiter,
& arbitrator, &c.pſumatur pronũciaſſe tanq̃ arbiter, an tanq̃
arbitrator, multi multa ſenſere, ſed hæc ab omnibus eſt rece-
* pta * communi conſenſu ſnia, rem in † dubio præſumi deci-
5 ſam, vel ab arbitratore, ſic elegãter decidit Alciat.in trac.præ
* ſum.reg. 3.præſum.35.in fi.cui ẽt de * cõi ſententia atteſtãdo
accedit Emanuel Soarez in cõmu.opin.fol.mihi.262.in verb.
cõpromiſſum ſi vt in arbitrum, & Iuan.Baptiſta Villalob. ibi-
dem.li.30.fol mihi verb.compromiſſum in arbitrum.

CONCLVSIO CCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Conceſſio in emphyteuſim vel feudum probatur per diuturnam præſtationem cenſus, penſionis, aut ſeruitij.*
2 *Conceſſio in emphyteuſim, vel feudum, probatur per ſolutionem decem vel viginti annorum.*
3 *Conceſſio in emphyteuſim probatur, ſi appareat quem poſſediſſe tanquam, emphyteutam, vel vaſallum, & eo nomine præſtitiſſe cenſum, vel ſeruitium.*

COnceſſionem in emphyteuſim, vel feudum, probari per
1 diuturnuã præſtationem cenſus†penſionis, aut ſeruitij, vi
delicet 30.annorum contra laicũ, ſed contra eccleſiã 40.ann.
conſultus rñdit Alciat.conſ.169.no.4. vol.2. & fuit ſnia gl.in
l.2.in gl mag.in fin.C.de iure emphyt.& ibi Bal.nu.19.atque
ibi Ioã.Fab.Ang & Salyc.& Iaſ.col.57.n.165.ver.non quęro.
Bart.ẽt docuit in l compet.C.de præſcri.30.ann idem Bar. in
l.cũ de in rẽ ver.nu.2.& 12.& ibi Bal.& Salyc.ff de vſur.Bart.
in l.3.§.ex contrario.n.4.ff de acq.poſ.& faciũt quę ſunt ani-
maduerſa ab Alex.in col.79.n.4.& ſeq. le ſolennit.& cõſenſu
p lapſum ann.60.col.3.in fi.li.1.& per Pau.de Ca.col 213 viſo
puncto.col.2.poſt n.2.ver.tertio veniẽdo.et ſeq li.2.l.a.or.i c.
ad audientiã.col.5.nu.16.verſ.ſed quo et ſei oco in dubiũ, de
præſcri.et conſ.82.quanquã.col.2. verſ ex his concludo poſt
nu.7.li.2.Iaſ.in l.Icicucium.col.8.ver.octauo tamẽ facit.ff de
verb.

Digitized by Google

verb.oblig.Card Alexan.in c vaſallus.col.2 tit.ſi de feu.fuer.
controu.idq; placuit Soci cóſ.50.ſubtiliter,& copioſe.col.2.
ver.& licet prædicta inſtrumenta.nu.9.lib.4 & late proſequi
tur Tiraq.trac.de præſcri.in verb. x.ann.gl.4.ver.decimoſex-
to quod voluit alia glo.

Et quanquã plerique ex ſupradictis loquantur de triginta
vel quadraginta annis alij ſimpliciter de diuturna ſolutione,
ſiue de longo tpe,ſiue alia certi temporis præfinitione, multi
2 †tñ expreſſe tenent in hoc caſu ſufficere ſolutionẽ decem vel
xx.annorũ,videlicet Spec.tit.de feud.§ qm.ver.tertio quæri-
tur.nu.10.in fi.& iterũ.§.vltimo.verſ ſi autẽ velim.poſt nu.5.
licet ibi dicat,præſumi ex tpis diuturnitate præceſſiſſe ꝓmiſ-
ſionẽ,& Bal.in l.1.col 3.verſ.pone quidam ſoluit eccleſiæ.nu.
25.C.de fideicommiſ.& eſt contex.in l litibus.C.de agric.&
cenſ vbi Bar n.1 2 & 3.& ibidẽ Bal.in l.1.col.2.poſt n.3.in 4.
qõ.& iterũ col 3.verſ.& nota qđ ille.poſt n.24.ff.de rer.diuiſ.
& in l.ſi certis annis col.3.verſ.& iſta ſunt multũ. nu.9 C.de
pac.Ioã.Fab in § ſeruitus col pen.verſ.ſed an per curſu tẽpo
ris.nu.5.Inſti.de iure perſonar.vbi tñ dicit hoc ꝓcedere, cũ
titulus allegatur,iux.d.l.cũ de in tẽ ver. Ant.de But.in repet.
c.peruenit,in 11.charta,ſecundũ nos eſt dubiũ de duobus, &
iterum in 43.col.de cenſibus,vbi ad hoc alleg.tex.in ca.1.tit.
de conſuet.recti feud.ibi,aliquo tpe & glo.ſuper d.verbo ali-
quo.& in c.1.qũo olim poterat feudũ alien.in fi.Pau.de Cast.
loquens & in emphyteuſi eccleſiaſtica,in l.ſicuti §.ſed ſi q̃ri-
tur.verſ.& per prædicta pate',poſt nu.8 ff.ſi ſer.vẽd.Panor.
conſ.74 Ciues quidã Senenſes ſtatim poſt prin.li.1.Alexand.
conſ.113.viſo,& diligenter cõſiderato.col.vlt.nu.11.verſ & in
facto præſupponatur.li.4.& conſ.124. conſideratis his.col.2.
verſ.& attendo qđ dictus.nu.3.li.5.Deci in c.bonæ.col.6.ver.
contra ipſũ vero ſoluentẽ.de appell.nu 52.vbi refert ita cõſu
luiſſe,& ita conſuluit cõſ.285.& pro tenui.poſt nu.2. verſi &
primo conſiderandũ eſt.ru aũt hic omnino vide Bal. cõſ.116.
Colũbinus de dit.li.1.poſt nu.2. verſ præterea pſumptio. l.hĩ
pro ſcriptura.Iaſ.in l.2.C.de iu.emphyt. col 52.nu.155.verſi.
in eadem glo.in fi.teneris ex hac glo.& col.55.num.165.verſ.
nono quæro,quod ſi nõ appareat.& latius dicetur inf.in con-
cluſione,Emphyteuſis,& in concluſione, Feudum.

Limitatur, vt procedat, ſi appareat poſſediſſe tanquã em-
3 phyteuta †vel vaſallus,& eo noie præſtiterit cenſum vel ſerui
tiũ,vt Alex.d.cõſ.79.poſt nu.4.verſ.dicit enim ibi Bal. vol.1.
& in cõſ.169.nu.4.vol.2.verſ.tũ etiam quia.vbi allegat tex.in
ca.ſi quis per triginta,&c.in verb.vt feudũ.& ibi Bal tit.ſi de
feu.fuer.controu.int.dom.& agn.nu.6.in c.fi.& ibi Bald.poſt
gl.in tit.de feud.dat.in vic.legis commiſ.quod & placuit ei-
dem Alex.d.conſ.113.poſt nu.11.verſ.vñ in propoſito. vol.4.

CONCLVSIO CCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Conceſsio Principis an in dubio præſumatur realis, an perſo nalis.

SVMMARIA.

1 *Conceſsio Principis in dubio præſumitur realis, & non perſonalis etiam in materia iuriſdictionis.*
2 *Conceſsio in dubio realis eſt niſi ex qualitate perſonæ & rei præſumatur perſonalis.*
3 *Conceſsio præſumitur realis,quando continet beneficium Principis.*
4 *Conceſsio in dubio realis præſumitur, quando facta eſt ciuitati, vel alicui vniuerſitati.*
5 *Conceſsio facta à priuato, quæ refertur ad factum,præſumitur perſonalis.*
6 *Conceſsio ſi ad ius refertur indeterminate reſpectu fundi dominantis perſonalis præſumitur, ſi determinate, realis cenſetur.*

COnceſſio Principis in dubio præſumitur conceſſio realis
1 † & non perſonalis, etiam in materia iuriſdictionis, vt
monuit Barth.Cæpol.in trac.ſeruit.vrba.prædior.c.2.col.pe.
laudat auctorem Bart.in l.pater.ff.de ſeru.lega.& placuit Al-
benſ.conſ.64.num.72.

2 Intellige iſtud,vt verũ ſit,niſi ex qualitate perſonæ,† & ex
qualitate rei præſumeretur pſonalis cõceſſio,vt per Bar.in d.
l pater.nu.3 & nu.8.per illu tex.& ibi de filia,quæ vadat per
domos patris,ſecus præſumitur de extraneo, vt vadat per do
mos hæredis,cũ non eſſet conueniẽs, vt videret ſecreta eius,
vt ibi per Bart.per l.2.C.quando & quib.quar.pars.

Adhæc etiã dicemus præſumi conceſſionem realem quan-
3 do ipſa † cõceſſio continet bñficiũ Principis,vt Bar.d.l.pater.
nu.1.per l.fin.ff.de conſtit.princip.Spec. in §.nunc autẽ. nu.
6.verſ.ſi autem dubiũ.tit.de fid.inſtrum. prout & quando cõ
ceſſio contineret priuilegiũ, videlicet aliquid contra ius ſcri
4 ptum,quia tunc qñ concederetur ciuitati,†vel alicui vniuer
ſitati,in dubio realis præſumeretur,vt Bartol. in d.l.pater.ff.
de ſeruit.legat.per l.formã.§.quanquã.de cẽſi. ſecus ſi daret
certæ perſonæ ſimpliciter,quia tũc in dubio realis præſume-
retur,vt gloſ.in d.§ quanquã.ſentire vř ſuper verbo cũ perſo
nis,quã ibi ſequitur Barto in d.l.pater.nu.6.ſi vero conceſſio
5 fieret à priuato.†& referret ad factũ,videlicet,cõcedo tibi fa
cultatẽ eũdi,vel vt ire poſſis,tũc præſumit perſonalis, l.apud
Iulia nũ.§.ſi quis alicui.ff.de legat.1.§ ſed cũ factũ. Inſti t.de
ſtipulat.ſeruo.ſi vero ad ius referat cõceſſio indeterminate re
6 ſpectu fundi dominantis†ẽt pſonalis præſumitur,ſecus ſi de-
terminate,quia tũc realis pſumit,niſi ex qualitate perſonæ,&
rei aliud præſumeretur,vt Bart.d.l.pater. & ita Illuſtriſſimus
Cardinalis Albanus in l.Lucius.ff.de ſeruitut.ruſtico.prædio.

CONCLVSIO CCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Concluſio in cauſa an præſumatur in dubio facta infra tempus debitum.

SVMMARIA.

1 *Concluſio in cauſa in dubio facta præſumitur infra tempus debitum,ſcilicet dies ſexaginta vtiles.*
2 *Concluſum in cauſa non præſumitur,niſi in actis expreſſe vel tacite concluſum appareat.*
3 *Concluſio in cauſa præſumitur notum fuiſſe iudici.*
4 *Concluſio in cauſa præſumitur nota iudici ſi ipſemet ille fuit,qui concluſit.*
5 *Iudex admittendo poſt concluſum in cauſa iura,vel probationes,videtur concluſionem reuocare.*
6 *Concluſum in cauſa dicitur, quando eſt productionibus & allegationibus renunciatum.*
7 *Concluſio in cauſa quot modis fiat,vide remiſſiue.*

COncluſio in cauſa præſumitur in dubio facta infra tem-
1 pus debitum,† ſcilicet dies ſexaginta vtiles,vt conſulen
do tradit Pariſ.conſ 115.nu.1.vol.1.

Intellige tñ in cauſa concluſum non præſumi, niſi ex actis
2 expreſſe vel tacite † cõcluſum appareat,vt Iaſ.docuit in l.ad-
monẽdi.ff de iureiur.in 1.lectur.poſt nu.52.verſ.itẽ diligẽter
aduerte.per Bal.in c iureperitus.in 3.col.in fi.de offic.deleg.
3 Hinc eſt,quod iudici præſumitur notam fuiſſe † concluſio-
nem in cauſa.ſic docet Alex.in l.admonendi.ff.de iureiur nu.
19.verſ.& quod hic eſſet concluſum,dirimere Domini de Ro
ta deciſ.5.alias 1.ſi poſtconcluſionem,verſ & hoc intelligo,ſi
auditor ſciuit.tit.de teſtib.in nouis.Bal.in l perẽptorias.poſt
num.6.verſ.quia cum aſſignatio termini.C.ſenten.reſcin.non
poſſ.Felin.in c. cum dilectus.col.3. poſt nu.17.verſ. & iudex
ſciens.de fid.inſtrum.& Iaſ.in d.l.admonendi. col.10.poſt n.
49.verſ.quia immo iudex ſcit concluſum in cauſa.& in repet.
col 21.nu.50.verſ.quod autem hic eſſet concluſum in cauſa.
4 Intellige,vt iſtud verũ ſit †ſi ipſemet iudex eſt ille, qui cõ-
cluſit,ſic decidit Rot.d.deciſ 5.alias 1. tit. de teſti.d. verſ.&
hoc intelligo,ſi auditor ſciuit.in nouis.& tradidit Alex.in d.
l.admonẽdi.col.6.n.22.verſ.nã immo vř,qđ iudex.ff.de iure-
iur.argum.l.illud.in fin.& ibi gl.ſup verb.cũ ſciã.ff. de acqui.
hæred.docuitque Abb.in c.qm contra.nu.17.verſ.nota hanc
gloſſ dt probat.col.9.& Bar.in l.quod iuſſit.poſt nu.21.verſi.
item faciendo ſecundum teſtamentum.ff.de re iud.

Admonendũ tamen te velim, quod iudex admittẽdo poſt
5 concluſum in cauſa†iura vel probationes,videtur cõcluſionẽ
reuocare,vt dixere iã allati Dd.in ſupra citatis locis.& Rot.
d.deciſ.5.Alex.etiam.d.l.admonendi.d.nu.22. & Felin.in d.
6 c.cum dilectus de fid.inſtr.d.nu.17.&†dicitur concluſum,qñ
eſt productionibus & allegationibus renunciatum,vt vbi ſu-
pra,& Felin.in d.c.cum dilectus.num.22.& Ab.nu.8.Iaſon.in
d.l.admonendi nu.51.verſi.dicitur autem.& nu.66.verſi. vlti
mo.adde,in 2.lectur.& nu.50.verſi.qualiter autem intelliga-
tur concluſum in cauſa,in 1.lectur.
7 Et quot modis† fiat concluſio in cauſa, vide vbi Felin.à n.
27.vſque ad nu.30.d.titu.de fid.inſtrum.

CON-

CONCLVSIO CCCXL.

ARGVMENTVM.

Concubina an præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis Amaſii, quicquid ſibi comparauit, & an pro ipſo teſtis eſſe poſſit.

SVMMARIA.

1 *Concubina quicquid ſibi comparauit, acquiſiuiſſe præſumitur ex bonis Amaſii. Contrarium ſub nu. 2*
2 *Concubina & vxor comparantur.*
3 *Vxor quicquid acquiſiuit conſtante matrimonio acquiſiuiſſe præſumitur ex bonis mariti.*
4 *In concubina lex facilius præſumit turpem quæſtum.*
5 *Inter amaſium, & concubinam non eſt prohibita ſed conceſſa donatio.*
6 *Præſumptio hominis ſeu coniectura ita efficax eſſe poteſt arbitrio iudicis, vt ſufficiens indicium faciat ad torquendum.*
7 *Præſumptio legis transfert onus probandi in aduerſarios.*
8 *Concubina pro ſuo Amaſio teſtis eſſe non poteſt.*
9 *Sponſa, concubina, ac vxor eadem ſunt.*
10 *Concubina & vxor pares cenſentur fere omnibus in rebus, cum in affectione optime conueniant. & niſi in dignitate nihil intereſt.*
11 *Vxor a teſtimonio pro viro dicendo reijcitur.*
12 *Vxor quoad plurima in dominatu viri eſt. & veluti eius famula cenſetur.*
13 *Vir & vxor à teſtimonio repellantur ob maximum inter eos amorem, & quod vna idem domicilium incolant.*
14 *Concubina non dicitur amica.*
15 *Amor et inſania occæcat, & perdit homines infelices & perditos, vt ſunt concubinarij*
16 *Concubinarius publicus, nec contra alios teſtificari poteſt.*
17 *Qui vxorem habet, & concubinam retinet infamis eſt.*
18 *Concubinarius manifeſtus teſtis eſſe non poteſt.*
19 *Clericus concubinarius non ſolum à teſtimonio reijcitur, ſed nec ad dignitatem, gradus & honores promoueri poteſt*
20 *Concubinatus in clericis graue crimen eſt.*

1 CONcubinã præſumi acquiſiuiſſe ex bonis † Amaſij quicquid ſibi comparauerit, docuit Bal. in l 1. n. 3 iſtius contex. auctoritate pmotus, C. de natur. li. vbi hoc dilucide obſeruanit, & ſequit Fran. Cremẽſ in ſingulari ſuo 6. incip. cu ſcis. ver. addit tñ. vbi hãc Bal. deciſionẽ eſſe ſingularẽ aſſerit. & ſẽſit Barba. in tract. de preſtan. Cardin. 3. q. 1. par. 5. ſub n. 21. cu
2 ius rõ eſt, † qa vxor & cõcubina cõparantur: vt reſpõdit Paulus iureconſultus in l. Maſſurius. ff. de verb. & rer. ſignific.

Contrariã ſequutus eſt ſentẽtiã Alciat. in tract. de præſum. regu 3. præſump. 26 nu. 2. arguendo à rõne ceſſante. lex enim in acquiſitione iſtorum bonorum conſiderat turpẽ quæſtum,
3 qui vt euitari poſſit, admittit † vxorem quicquid acquiſiuerit cõſtãte matrimonio præſumi acquiſiuiſſe ex bonis mariti, vt de hac re latius diſſeruimus in cõcluſione, Acquiſita per mulierẽ, quæ tñ ceſſare vr̃ in concubina, cũ iſtiuſmodi perſona
4 lex facilius † præſumat turpẽ quæſitũ, vt conſiderat Alciat. loco nuper adducto, vbi pondetat contex. in l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. à quo deſumpta vr̃ iſta præſumptio, vbi Põponius Iureconſultus in primis requirit, vt ſit vxor, quod etiã ea ratione probatur, nam etſi bona huiuſmodi peruenisſent à cocubinatio, non ta men deberent illa reſtitui ita faci-
5 le, cũ † inter ipſos nedũ ſit prohibita, ſed imo conceſſa donatio, niſi ſit miles, vel doctor, vt ſanxit Imp Anton in l. 2. C. de dona. int. vir. & vx. & docuit Bar. in l. affectionis. ff de don. cui opinioni ſubſcripſit Alciat. d. præſum. 26. num. 3. & meminit Petr. de Petrutio in l. 1. nu. 48. ff. de iureiur.

Conciliari poterunt hæ inter ſe diſſentiẽtes ſcribentiũ ſen
6 tẽtiæ hoc pacto, vt prior vera ſit † in præſumptione hominis, ſeu coniectura, quæ arbitrio iudicis ita poſſet eſſe efficax, vt ſufficiens iudicium faceret ad torquendum, & in hanc ſentẽtiam ſequutus eſt Bal. in d l. . . C. de natural. lib. Poſterior ve-
7 ro debet intelligi de præſumptione legis, quæ trãsfert onus probandi in aduerſarium, ita declarat Alciat. loco iã allato, d. præſump. 26. ſub nu. 3.

Cũ igitur ob tantã affectionẽ, & mutuũ inter ſe ſtudiũ oĩa ex ſui Amaſij facultatibus concubinã acquiſiuiſſe præſumat,
8 hinc ẽt fit † vt pro ſuo amaſio teſtis eſſe concubina nequeat. ſic tradidit Bal. in l. ẽt in fi. C. de teſtib. cuius ſententiã probauit Ioã Crot. in tract. de teſtib. nu 122. & docuit Alb. de Mal. d. tract. titu. quando teſt repel. rat. domeſt. in 2. verſic. idẽ eſt dicendũ. Cãpe. ẽt in tract. de teſt. reg. 149. arbitratur eandem
9 eſſe † ſponſam, & concubinã, atque vxorem, & ſenſit Capell. Toloſ. deciſ. 3. ſub n. 2. in additio. verſ. ſed quid in concubina.

Huius rei illa põt afferri rõ paulo ante relata, qđ fere oĩbus in rebus vxor, & concubina pares, eſſe cenſentur: ſane enim,
10 † niſi in dignitate, nihil intereſt, cũ in affectione optime cõueniãt, vt reſpondit Vlp. in l. itẽ legato §. parui. ff. de legat. 3. & fuit obſeruatũ in l. ẽt C. de teſtib. atq; meminit Crot. vbi ſupra, & receſuit Alber. loco nuper allato. Quod autẽ vxor à te
11 ſtimonio pro viro dicẽdo reijciatur, † apertiſſime docuit Accur. in l. 2. C. de teſtib. quã ſequũtur ibidẽ Bal & Sal. quorum opinionẽ tãquã veriorẽ aſſerit Crot. vbi ſup. Etenim quãuis vxor quoad oĩa nõ ſit viro ſubiecta, attamen quoad plurima
12 in eius eſt dominatu, † & veluti eius famula cẽſetur, vt conſtitutũ eſt in c. ſatis. in c mulierem & in c. mulier. 33 q. 5. quod cunctis placuiſſe ſcribentibus teſtis eſt optimus Alb. vbi ſup. Huc præterea accedat, quod vir & vxor repellantur à teſtimo
13 nio, quod vna idem domicilium incolant, † ob maximũ inter eos amorem, vt teſtatur Alb. vbi ſupra, quæ omnia & in concubina militant.

Ex his igitur efficitur, vt veriſſimum ſit, concubinam à teſtimonio dicendi reijci.

Huic tamẽ opinioni repugnat Ang. in l. 2 §. ſi vir. ff. ad Sylla. & aliud ſenſere Dd. in l. parẽtes. & in l. ẽt. C. de teſtib. & illi ſentẽtiæ refragat Lãfr. i c. qm̃ cõtra. verſ. teſtes, de prob. quo-
14 rũ ſenſum illa rõ confirmat, † qđ cõcubina nõ dicatur amica; ſi ita reſpõdẽti credimus Paulo in l. Maſſurius. ff. de verb. ſign. Amica n. dr̃ honeſtis familiaritatis quæſita rõnibus, vt idem cauit Paulus in l. latæ culpæ ff. eod. de verb. ſignifi. quod an in concubina verum ſit, vnuſquiſque poteſt inſpicere. Verum à priori ſententia huic contraria, non eſſe recedendũ arbitror, quippe quæ propius ad veritatem accedat, & ea rõne corroboratur: nã amoris inſania occæcat, & perdit homines infeli-
15 ces † & perditos, cuiuſmodi ſunt concubinarij, ita dixit Bal. in c. in literis, nu 3. de teſtib. & ait Conſtantin. Imp. in l. 1. C. de natural lib. atque ſenſit Spec de teſte. §. 1. Accurſ. ẽt meminit inſigniter in tit Inſt. de iur. perſonar. quod placuit Nell à Sãcto Geminia. tract. de teſtib. nu 20 & cautũ eſt in c. cõſanguineorum. 3. q 4. Felin. quoque probauit in c teſtimoniũ. de teſtib. & ſequutus eſt Stephan. Aufr. tract. de teſtibus nu. 22.

16 Quinimo iſtud ampliãdum eſt: † vt cõcubinarius publicus nec cotra alios teſtificari poſſit: ita pulchre decidit Dãhoud. in ſuo tract. de teſtib. n. 19 & ex q̃ plurimis id colligere poſſumus: vt ex c. ex parte. & c. ſuper eo. de teſtib. atq; ex Marcelli reſpõſo i l. nõ põr. ff. de fur. c cõſanguineorũ 3. q. 4. c cõſtitui mus. 3 q. 5. qđ poſtremo extendẽdu eſt, vt p̃cipue tñ locũ ha-
17 beat, cũ quis vxorẽ habẽs, † cõcubinã retinet: eo nãque caſu infamis eſt: ſic inſigniter more ſuo obſeruauit Bal. in l. 1. in fi. ff. de his qui not. infam. quem conſulẽdo refert & ſequit Ruin. in conſ. 5. nu. 10 lib. 2 vbi multis argumẽtis id corroborat: ita ẽt tradidit Bal. in l. 1. C. de ſecun. nupt. Alex. docuit in d. l. 1. in fi ff de his, qui not. infam. ita præterea voluit Marticel. in ſuo
extraiudicialiter, & parte abſente facta fuerit Roman. conſil. 373. in caſu propter. nu. 6. & conſ. 7. viſis neceſſarijs, poſt nu. 1. verſ. 2. ex alia cauſa. & in conſ. 8. viſo facto in princip. & per Bal. in l. generaliter. C. de epiſcop. & cler. Felin. in d. c. ſi cautio. col. 5. Ant. de Butr. in c. ſi conſtiterit; in fin. de accuſatio. Dec in l. cum te. C. de tranſactio. & hanc eſſe *cõem opinionẽ atteſtatur Imol. in c. at ſi clerici, in princip, in 7. col. de re iudi. quam refert cum alijs Fel. in d. c. ſi cautio. de fid. inſtr. nu. 29. verſ. quarta declaratio, & cum ſequitur, & ita ait fore intelligẽdum Bar. in d. l. capite quinto. & hęc etiam eſt *cõis opinio teſte Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 158, ff. de iureiur. ſed de hac limitatione vide quæ latiſſime dixi in prima ampliatione ad concluſion. De confeſſ. ſine cauſa, ad quæ me remitto.

Vigeſimoprimo limitabis, quando agitur de declaratione
120 actua, cuiuſpiam dubij ab eo facti, qui confitetur, † quia tũc plene probat parte abſente extraiudicialiter, vt docte ſcripſit Titaq. in tract. de vtroq; retract. tit. de retract. lignagier. verſ. cum æquipolleat. §. 1. gl. 14. fol. mihi 110. nu. 55. vbi ad hoc refert Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, col. 2. verſi. prædicta vero. ff. de lega. 3. per textum in l. vxori, §. vltim vbi & idem Bar. ff. eod. tit. & l. ſi ania, C. de iure deliberand. ita ẽt doctiſſime ſenſit ampliſſimus Contardus contra Zenum in ſecunda confeſſione, vbi pro hoc præter allegatos ſupra adducit Afflict. titul. de feud. dato in vic leg. commiſſ. nu. 140. Caſſane. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 10. §. 102. nu. 4.

Vigeſimoſecundo limitabis, vt locum non habeat, ſi fieret
121 præſente fideiuſſore, licet principali abſente; † nam tũc plene probaret, ac ſi præſente parte facta fuerit, nam per talẽ cõfeſſionem paratur exceptio fideiuſſori, & per conſequens ipſi principali, argum. l. idem in duobus, ff. de pact. vt Bald. innuit in conſ. 41. incip. in primis videndum eſt, vol. 5. cui adhæret Felin. in d. c. ſi cautio, de fid. inſtr. nu. 8. verſ. 12. & refert & ſequitur Hippolyt. in rub. C. de proba. nu. 113. & Fel. in c. olim, de reſcript. col. 3. nu. 2. Soc. in reg. 89. verſ. 9. fallit. & Bal. reſpõdit conſi. 392. vol. 3. in 2. dubio.

Vigeſimotertio limitatur, vt nõ procedat, ſi facta fuerit co
122 rã negotiorum geſtore, † quia tunc plene probat, ac ſi præſente parte facta fuiſſet, quod ea ratione confirmari poteſt: quia per negotiorum geſtorem acquiritur domino ratum habenti; nam negotiorum geſtor tenetur actiones ei cedere, vt colligere eſt ex reſponſo Iuliani l. huiuſmodi, in princ. ff. de leg. 1. quod & probauit Bart. in l. ſtipulatio iſta, §. ſtipuler, ff. de verb. oblig. & ita ait de confeſſione coram negotiorũ geſtore, Aym. Crau. conſ. 292. nu. 16. vbi inquit idem procedere à fortiori in nuncio ad hoc expreſſe deſtinato, per multa ibi adducta, & ad primum dictum adducit Arct. conſ. 64. col. 1. verſ. 2. patet, vol. 1. & idem voluit Fel. in d. c. ſi cautio, de fid. inſtr. nu. 38. teſtatur Signorol. in conſ. incip. Titius, confeſſus eſt, & Sal. in l. vni. in 15. oppoſitione. C. de confeſſ. & Hippoly. de Marſil. in rub. C. de probat. n. 100. Fel. in c. olim, de reſcrip. nu. 2. col. 3. cum ibi allegatis.

Subamplia vt vera ſit, etiam ſi huiuſmodi negotiorũ geſtor acceptans pro abſente eſſet priuata perſona, ſecundum Sali. in d. l. vni. in 10. oppoſit. C. de confeſſ. & Fel. in d. ca. ſi cautio, d nu. 38. & Hippol. de Marſ. in d. rubr. C. de probat. nu. 114. & Fel. in c. olim, de reſcrip. col. 3. nu. 2.

Vigeſimoquarto limitabis, vt locũ non habeat, ſi huiuſmo
123 di confeſſio facta fuerit corã nuncio: † quia tũc plene ꝓbat; vt reſpondit D. Aymo Crau. d. conſ. 272. nu. 16. vbi dicit plura referendo iſtud procedere à fortiori; nam factũ à nuncio videtur proprie factum à Domino, vt tradidere Dec. in l. 2. col. fin. C. de edeu. & Bal. in conſ. 12. nu. 3. vol. 2.

Vigeſimoquinto limitare poteris, quando confeſſio fuiſ
124 ſet facta coram toto populo, vel pleraque parte, † qua nedum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus inducit præſumptionem, ex qua poteſt ſequi condemnatio, niſi purgatio fiat, ita me docuit Anton. de But. in c. noſtra, de cohab. cler. & mulier. col. 34. in prin. ita dicit tenere gloſ. in l. ictus fuſtiũ, verb. fuſtium, ff. de his, qui nõt. infam. & voluit Soc. reg. 89. verſ. 14. fallit. ſic etiam aſſerunt, idem Ant. in c. per inquiſitionem, col. 5. de elect. Feli. in c. olim. col. 3. de reſcrip. in 4. fallen. & in d. c. ſi cautio. col. 5.

Sublimitantur omnes ſupradictæ limitationes, vt nõ proce
125 dant † quoad præiudicium tertii, vt egregie protulit Hercul. in tract. de proban. negat. fol. 57. nu. 198. ver. 31. fallit. vbi anctoritate Alex. in conſ. 45. in fi. vol. 1. id comprobat.

126 Secũdo ſublimitatur, ſi erronea fuit, † quia reuocari poteſt ante concluſionem in cauſa, ſecus poſt, ita mihi teſtis eſt Roma, conſ. 346. nu. 7. vbi adducit Bal. in l. error, C. de iur. & fac. ignor, & dicit, nullum reperiri, qui contradicat illi, & refert etiã dictum Innoc. in c. paſtoralis, de cau. poſſ. & Ioã. And. de
127 reſtit. in integr. c. fin. in 6, in nouel. qui volunt, † concluſionẽ in cauſa eſſe terminũ deciſionis, & diſceptationis, ad hoc, vt poſt eum dicatur cognitum eſſe, & nõ debere amplius cognoſci, nec etiam quicquam iuris, vel facti allegari, & hoc confirmat etiam, quod dicit Bart. in l. ſi mater. §. eandem, in fi. ff. de excep. rei iudi. qui etiam affert ad hoc context. inſignem cum gloſ. in verb. condemnationem, in l. ſi rem ſuam, quam mihi.
128 §. fin ff. de euict. qui Bar. in d. l. ſi mater. §. eandem dicit, † qđ allegare poſt concluſum in cauſa, eſt perinde, ac ſi allegaretur poſt ſententiam, poſtquam non auditur allegatio, vt d. l. error, & c. fin. de confeſſ. & pro Bar. effato erroborando pertinet c. auditis, de procurat.

Ad id tñ velim diligenter obſerues, quod dixit Rom. adducens Innoc. & Ioan. And. vt non poſſit quicquam iuris allegari poſt concluſum in cauſa, locum habeat in illis quæ ſunt de iure partis, nõ autem iuris communi a, vt ipſe ſeipſum declarat in conſi. 176. nu. 9. quæ quidem ſublimitatio placuit Socin. reg. 90. 4. fallit, cum ibi allegatis.

Vigeſimoſexto limita, vt locũ ſibi non vendicet in confeſ
129 ſione facta à Principe, † quę parte etiã abſente valet, ita Bar. docuit in l. nuda ratio. ff. de donatio. cum alijs ibi allatis, & Imol. poſt alios aſſeruit in c. ſi cautio. de fid. inſtr. cui adhęret conſulendo Ruin. in conſ. 231. nu. 2. vol. 1.

CONCLVSIO CCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in iudicio, an probet, & præiudicet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in iudicio probat, & præiudicat.*
2 *Confitens in iudicio habuiſſe, & recepiſſe non poteſt opponere exceptionem de non numerata pecunia.*
3 *Qui paſſus eſt ſe ſcribi fideiuſſor apud acta, eſt obligatus, ac ſi per ſolemnem ſtipulationem promiſiſſet.*
Confeſſus non poteſt appellare ibi.
4 *Confeſſio clerici facta coram iudice ſeculari ſemiplene ſaltem probat, & facit indicium contra eum.*
5 *Confeſſio facta in iudicio calore iracundiæ, niſi reuocata fuerit, plene probat.*
6 *Perſeuerare quis dicitur in confeſſione, quando illam non reuocat.*
7 *Confeſſio facta in iudicio etiam ſine cauſa plene probat. Contrarium ibi.*
8 *Confeſſio ſine cauſa etiam in iudicio facta non nocet.*
Quando aliquid dicatur factum in iudicio, & iudicialiter, vide ibi remiſſiue.
9 *Confeſſio facta in iudicio ſummario, dummodo tendat ad eundem finem, & effectum probat etiam in plenario.*
10 *Aliæ probationes, quam per confeſſionem non faciunt fidem in iudicio plenario, cum factæ fuerint in ſummario. Contrarium ibid.*
11 *Confeſſio procuratoris facta in iudicio ſummario non probat in plenario.*
12 *Confeſſio proueniens ex perſona filij non nocet patri.*
13 *Confeſſio facta in iudicio ſummario primo, quando contra illam fuerit pronunciatũ, non nocet alicui in ſecundo.*
14 *Confeſſio facta coram arbitro procedente iuris ordine ſeruato probat, ac ſi coram iudice facta fuiſſet. Contrarium ibi.*
15 *Confeſſio facta coram arbitratore non valet vt iudicialis.*
16 *Confeſſio facta in cauſa ciuili probat etiam in criminali.*
17 *Confeſſiones vigore facta in iudicio dum criminaliter agitur, non poteſt iudex priuare clericum beneficio, ſed hoc facere poterit Epiſcopus, vel alius Prælatus.*
18 *Probationes in ciuili fidem faciunt, cum agitur criminaliter. Contrarium nu. ſeq.*
19 *Cõfeſſio facta in uno iudicio nõ facit fidẽ in alio, vbicunque variatur modus agẽdi.*
20 *Confeſſio Procuratoris facta in vna cauſa non probat, nec nocet domino in alia.*
21 *Confeſſio procuratoris in vno iudicio ad vnum finem non facit fidem in alio ad alium finem etiam inter eaſdem perſonas.*
Factum procuratoris non nocet domino, niſi in cauſa, qua datus eſt. ibi.
22 *Confeſſio facta in iudicio ſi vera ſit, probat contra hæredem confitentis, & ei nocet, ſicut etiam contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem.*
23 *Confeſſio facta per verbum, credo; vt puta reſpondendo poſitioni confitentis plene probat, ac ſi de veritate reſpondiſſet.*
24 *Confeſſio facta iudice non ſedente pro tribunali non probat, cum non ſit facta in figura iudicij.*
25 *Iudex quando dicatur ſedere pro tribunali, vide remiſſiue.*
26 *Confeſſio facta iudice non ſedente pro tribunali licet non habeat vim plenæ probationis, tamen habet vim indicij ad torturam.*
27 *Confeſſio facta in iudicio, quando iudex non ſedet, ſed itinerat per locum iudicij, ſemiplene probat.*
28 *Confeſſio geminata, & facta in figura iudicij præiudicat.*

29 Con-

29 *Confeſſio facta non ſedente iudice non probat in ſecundo iudicio, nec nocet etiamſi ſit inter eaſdem perſonas, quando in primo iudicio contra eum fuerit pronunciatum.*
30 *Confeſſio ſi tacita eſt, non nocet in alio iudicio.*
31 *Lex ex taciturnitate alicuius confeſſionem præſumit.*
Confeſſio præſumpta ex taciturnitate in vno iudicio non nocebit in alio.
32 *Confeſſio ficta non probat nec nocet in alio iudicio.*
33 *Confeſſio ficta ſi reſultat ex morte, probat in alio iudicio.*
34 *Confeſſio ficta reſultans ex morte in tantum probat, quod facit transfire pœnam ad hæredes.*
35 *Confeſſio ficta in caſu læſæ Maieſtatis, in latronibus, & in crimine hæreſis facit tranſire pœnam ad hæredes.*
36 *Confeſſio implicata non nocet, nec probat in alio iudicio.*
37 *Confeſſio facta in iudicio ciuili ſummario coram iudice, & parte non probat pleno in iudicio criminali etiam inter eaſdem perſonas.*
38 *Confeſſio facta in cauſa ciuili etiam incidenter propter aliud, ad quid probet, & nocent in cauſa criminali.*
39 *Confeſſio etiam ſi in iudicio fiat cum cauſa abſente parte non probat, nec præiudicat Contrarium ſub nu. 40.*
40 *Aduocatus, vel procurator in actis, ſemper debet facere apponere parte præſente.*
41 *Confeſſio in iudicio facta, ſi à iudice tanquam publica perſona acceptata fuerit probat, & nocet.*
42 *Intellectus §. ſi quis abſente.*
43 *Confeſſio in iudicio acceptata ab alio nomine abſentis, etiam non habēte mandatū probat & nocet.*
44 *Confeſſio à iudice acceptata, etiam ſi non fiat in forma iudicij, probat, & habet executionem paratam contra hæredem confitentis.*
45 *Præſentia iudicis in confeſſione acceptanda nomine abſentis, non ſufficit, niſi pro tribunali ſedeat, & præſens ſit ad hoc, vt eam acceptet.*
46 *Confeſſio à iudice acceptata licet non habeat vim plenæ probationis, habet tamen vim iudicij ad torturam ſufficientis.*
47 *Confeſſio in iudicio facta parte abſente non probat, niſi pars eſſet citata, & eſſet caſus, quo poſſit procedi contra abſentem.*
48 *Confeſſio facta in libello, poſitionibus vel exceptionibus probat etiam parte abſente.*
49 *Confeſſio facta in libello, vel poſitionibus, nihil probat, ſi aduerſarius contradixit.*
50 *Confeſſio in criminali abſente accuſatore probat, & nocet, quia iudex cum ſit præſens ſupplet.*
51 *Confeſſio in iudicio facta de crimine ciuiliter parte abſente non probat.*
52 *Confeſſio facta in iudicio coram notario non probat, nec nocet, cum non ſit facta in figura iudicij.*
53 *Notarius confeſſionem recipere non poteſt, niſi præſente iudice, vel mandante.*
54 *Confeſſio facta in iudicio coram notario non nocet eo modo, quo noceret, ſi eſſet iudicialis, ſed vt extraiudicialis nocet, & facit indicium ad torturam.*
55 *Confeſſio ſi antequam per Notarium redacta ſit in ſcriptis, reuocata fuerit, etiam non probato de errore, nihil probat.*
56 *Confeſſio facta in iudicio à procuratore non probat.*

1 Confeſſionem factam in iudicio probare, † & præiudica
te ſancitum eſt in c.fin.& c.veſtra, & ibi gl.de cohabi.cle
ri.& muliet.& in c.cum olim, in fi.de verb.ſigni.& in c.fiu.de
reſtit.ſpol.quod idem ſexcentis in locis fuit conſtitutum, vt
in l.1.C.de cõfeſs.l.2.C.de cuſto & exhib.reorũ, l 1.§.diuus.
ff.de quæſt.& §.ſi quis vltro, vbi Dd.c.veniens, de teſt.c.1.de
accuſat.in 6.facit tex.in l.1.ff.de confeſſ.in l.proinde, §.notā-
dum, ff.ad leg.Aquil l.cum te.C.de tranſact.l.generaliter, C.
de non num.pecun.c.per tuas, de probat.c.cum Ioannes, de
fide inſtrum.c.1.de confeſſ.in 6. Nec defuerunt quamplurimi
ex ſcribentibus, qui tum profitendo, tum etiam conſulendo
hanc tandem ſententiam probauere, è quorum numero in pri
mis ſeſe nobis offert Inn.in c.quia plerique.col.1.de immun.
eccleſ.gl.not.in §.illud, auth de æqua.dot.& gl.in l. in cõtra-
ctibus, in verb.vno modo. C.de nõ nu.pec.iſtis patrocinatur,
quod dicit Ant.de Butr.in rub.de probat.in fi.Corn.cõſ.224.
vol.4.Iaſ.in d.l.cum te.3.notab.C.de tranſact.& in l.ſi cõuene
rit.in 7 colũ.ff.de iur.om.iud.oēs l.ſi ſine, ff.de interrog.act.
gl.in l.1.ff.eod.tit Alex.cõſ.13.vol.4.incip.ex his, q̃ in thema
te, in l.pacta, poſt princ.C.de pact.Fel.in c.qm̃ cõtra, col.7.de
prob.& in c.1.ĩ fi.de pact.Angel.ĩ l.ſi vnus, §.pactus, ff.de pac.
col.2.Abb.& Fel.in d c.ſi cautio.de fi.inſtr.vnus, n.2. alter n.
10.vbi ēt Ant.de Butt.& Imol.Barbat.in rub.de fid.inſtr. fol.
3 col.3.Bal.in l.ſicut, C.de repud.hæred Rom cõſ.290.incip.
ĩ caſu, ĩ fi.gl.in c.fi.de cõfeſ.Cyn.in l.generaliter, C.de nõ nu.
pecu.nec minus hoc adiuuant ea, quæ tradidit Salicet.in d.l.
2 vnica, C.de confeſ.vbi vult, † eum qui fuerit confeſſus in iudi
cio habuiſſe, & recepiſſe, non poſſe opponere exceptionē de
non num.pec.hoc idem voluit Bal.in addit.ad Spec.in tit.de
confeſ.in verb.confeſſio, glo.ēt docuit id in ca.præſentiũ.de
teſt.ſenſit Card.in c.examinata, de iud.aſſeruit Ioā.And.in c.
fi.de iureiur.in 6.Inn.protulit in c.cum venerabili. de excep.
& in c.olim, de cenſibus, nec id prætérijt Bat.in l.poſt legatũ,
ff.de his, quibus vt indig.huc ſpectant ea, quæ fuere animad-
uerſa in l manumiſſio, ff.de manumiſ.vind.& id aperte cauit
Vlpi.in l.cũ oſtendimus, §.fi.ff.de fideiuſ.tutot. qui ēt arctius
3 tem concludit, inquit enim, quod ille, † qui apud acta paſſus
eſt ſe ſcribi fideiuſſor, eſt perinde obligatus, ac ſi per ſolem-
nem ſtipulationem promiſiſſet; & denique regula eſt, qđ con
feſſus non poteſt appellare, ita inquit contex.in cap.cum ſpe-
ciali, §.porro, de appel.& c.quicunque.2.q.6.
Primo amplia vt procedat, etiam ſi clericus confeſſus fue-
4 rit coram iudice ſeculari; † quia tũc ſaltem ſemiplene probat,
& facit indicium contra eum, ita ſcripſit Dec.in cap.at ſi cle-
* rici, num.105.de iud.& nume.115. de * communi teſtatur, eo
quia ibidem ipſe Dec. hanc quæſtionem latiſſime tractat, &
adducit contrarium, illiſque omnibus reſpondet, & tandem
* hanc * communem quamplurimis rationibus affirmat, ad nu-
mer.105.vſque ad num.141.& in hoc non immorabor, ne il-
lum deſcribendo in maleuolorum voculas incidam, vide
tu ibi.
Secundo amplia, vt locum habeat, quando calore iracun-
5 diæ facta eſſet confeſſio in iudicio, † quia plene probat, niſi
reuocata fuerit, vt ſcripſit Dec. in d.cap. at ſi clerici, nu.125.
ext.de iud.cuius rei illa poteſt afferri ratio, nam nõ reuocan-
6 do illam videtur in eadem perſeuerare, † & illam approbare
velle, argum.tex.in l.quicquid calore, vbi Socin.& cæteri ſcri
bentes, ff.de regu.iur.& capit.ſi quis iratus, ſecunda quæſt.3.
l.ſi mulier, C.ad Velleian.l.diuortium, la ſeconda, ff.de diuor.
& tradidit gloſ.in c.ex literis, in verb.admonita, & ibi Abb.
de diuort.
Tertio amplia, etiam ſi huiuſmodi confeſſio ſit ſine cauſa,
7 quia † propter calorem iudicij plene probat, vt aſſeruit Hip-
polyt.de Marſil.in rubr.C.de probat. num.91. motus doctri-
na Accurſ.inſignis & ſingularis, in l.1. § fin. ff.de interro.act.
idem voluit Abb.& Felin.in d.cap.ſi cautio. de fide inſtrum.
vnus num.2.alter nume.10. vbi etiam Anto.de Butr.& Imol.
hanc ſententiam etiam approbauit Alexand.in conſil.13.co-
lum.4.incip.ex his, quæ in themate, & in l.pacta, poſt princi.
C.de pact.cui adhæret Felin.in ca.quoniam contra, colom.7.
de probat.& in cap.1.in ſi.de pact.&.probauit hoc Ange. in
l.ſi vnus, §.pactus, col.2.ff.de pact.
Contrarium ſentit Ioā.And.in addi.ad Spe.tit.de confeſſ.
8 §.nunc videndũ, in addi.inci.Roſre.vbi ait, † cõfeſſionē ſine
cauſa etiam in iudicio factam non nocere; ſed contraria ſen-
* tentia * cõis eſt, de qua per Marſil.in d.loco citato, vbi quam
plura accumulat, & vide ibi per eum, & ad hanc ampliatio-
nem faciunt notata ſupra in concluſione, cõfeſſio ſine cauſa,
in 5.limitatione, & ibidem reperies remiſſiue, quādo aliquid
dicatur factum in iudicio, & iudicialiter.
Quarto loco ampliare poteris, vt locum ſibi vendicet, etiā
9 ſi facta fuerit in iudicio ſummario, † quia probat ēt in plena-
rio, dummodo tendat ad eundem finem, & effectum in iudi-
cio plenario, ad quod tendebat in ſummario, vt tradidit Feli.
in cap.denique.de excep.num.6.teſtatur Inno.in c.2.de ord.
cognit.Dec.ſcriptum reliquit in c.at ſi clerici, nume.209. de
iud.& glo.& Dd.voluere in c.veniens, de teſtib.& Moder.in
cap.1.de excep.Alexā.comprobauit in l.2.C.de eden.colum.
penult.Abb.confirmauit in cap.2.num.12. de confeſſ.licet a-
10 liæ probationes, † quam per confeſſionem, non faciant fidem
in plenario, cum factæ fuerint in iudicio ſummario, ita obſer-
uauit Abb.in d.cap.2.eo.num.& huc pertinet ca.veniēs, el 2.
de teſt.l.penul.in glo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. etiam
ſi in iudicio ſummario confeſſiones non fuerint plenarie re-
ceptæ, ſecundum Bal.Flor.Ang.in l.peu. & Abb. in c.at ſi cle-
rici, nu.17.de iud & ibi nu.6.
Contrariam tamen in hoc vltimo pronũciato ſequutus eſt
ſententiam Iac.Butr.in l.ab hoſtibus, §. ſi quid ſimpliciter, ff.
ex quib.cau.ma.Auro.de But.in d.cap.2.vlt.car.de ord.cogn.
& in c.fraternitatis, antepen.col. de teſt. quibus ſuffragantur
ea, quæ animaduertit Accurſ.in d.l.penul.hoc etiam ſequutus
eſt Rayn.in l.quo.C.de teſti.mili.huic etiam ſententiæ adhę-
ſit Imol.in c.cum literis.col.18.de reſtit.in integ. & Alex. la-
tiſsime in repet.l.ſæpe, in gl.1.circa 6.quæſitum, ff.de re iud.
11 Primo ſublimita, † vt non procedat in confeſſione procura
toris, ſic Antonius de Butr.in capit.per inquiſitionem, de ele
ction.ita Felin.in cap.cauſam quæ, de teſti. & Compoſtel. &
Ioan.Andr.in dict.cap.per inquiſitionem, & Specul.in tit.de
confeſſ.§.nunc videndum, verſ.ſed nunquid confeſſio, atque
Paul.de Liaz.in ca.1.de confeſ.in 6.Ant.de But.& Imol.tradi
dere in cap.1.vt lit.non conteſ.ita conſuluit Franc.Aret.con-
ſil.13.col.fin.
Secundo ſublimitate tibi licebit verā non eſſe in confeſſio-
ne ſa-

Digitized by Google

12 ne facta,† quæ prouenienſ ex perſona filij nõ nocet patri, vt
affert exemplum Barrol. in l. eius qui delatorem, in princi. ff.
de iure fiſ. licet Tho. non loquatur, an in iudicio, an extra.
Tertio ſublimitabis, vt non habeat locum, quãdo in primo
13 iudicio contra illam confeſſionem fuerit pronunciatũ,† quia
illa confeſſio facta in iudicio ſummario primo, non nocet ali
cui in iſto 2. ita inſigniter docuit glo. in auth. itẽ poſſeſſor, in
gloſ. fin. C. qui pot. in pign. hab. quam gl. illam declarando ſe
quitur Bar. in l. 1. §. ſed nec impuberis. ff. de inſt. teſt. & facit l.
Aurelius. §. fi. ff. de lib. leg. idẽ voluit Innoc. in c. mulier. de iu-
reiu. & placuit Bal. in auth. ſed nouo iure, in fin. de pęn. iud.
qui ma. ind. & in l. ſi quis in hoc genus, de epiſcop. & cle. idẽ
Bar. docuit in l 2. §. diuus, C. eod. tit. vbi eſt caſus ſingularis
de hoc, idẽ ſenſit Bal. in l. 2. vbi Alex. in 7. concluſ. nu. 16. & Al
cia. col. fin. poſt Dec. & alios de edend. quibus ſe ſubſcripſit
Aret. de malef. ſub nu. 34. verſ. quærit tamẽ. idem Alciat. in re
gul. 3. de præſumpt. 22. verſ. 6. Abb. etiam in c. at ſi clerici, nu.
28. de iud. cum ibi allegat.
Secundo ampliatur concluſio, vt procedat, ẽt ſi facta ſit co
rã arbitro, qui proceſſit ordine iuris ſeruato ad inſtar iudicis
14 nã† huiuſmodi cõfeſſio probat, ac ſi corã iudice facta ſuit, vt
tradidit Bar in l. 1. in fi. C. de cõfeſſ. qa hodie, vt ipſe ibidẽ di
cit, data eſt vis ſentẽtię arbitri, qñ eſt homologata, & ideo oĩ-
bus actis corã eo credit. l. cũ antea. C. de arbitr. ergo, & con-
feſſioni, qđ idẽ Bar. cõfirmauit in l. 1. ff. de arbitr. & hãc Bart.
opinionem veriorẽ dixit Marãt. in ſuo tract. de ord. iud. in 6.
par. art. 5. verb. cõfeſsiones, n. 31. & recẽtiores oẽs hoc affir-
mãt, vt teſtať Petr. de Bellapert. in d. l. vni. C. de cõfeſſ. n. 14. p
l. cũ antea. & l. de arbitris. C. de arbitr. & p l. pen. ad fi. C. eod.
qđ ẽt voluit Angel. in d. l. certũ, §. ſi quis abſente, ff. de cõfeſſ.
Contra tamẽ Bar. opinionem ſenſit Petr. de Bellapert. in d.
l. vni. C. de confeſſ. nu. 16. & Cyn. ibidem nu. 6. & conſulendo
Alex. conſi. 13. col. 2. lib. 1. atque decidendo Afflict. deciſ. 178.
nu. 10. docendo etiam Anto. in c. quintanallis, 14. iuuentio. &
profitendo Ioan. Andr. in c. præſentata, vbi etiam idẽ Anton.
de But. de teſtib.
* Sed quomodocunque ſit in arbitro * cõis tamen concluſio
15 eſt Dd.† qđ in arbitratore non valeat vt iudicialis, prout ſcri
pſit Marãta ſup. loco citato nu. 31. valebit tñ vt extraiudicia-
lis, vt d. deciſ. 178. nu. 10. & per ibi alleg. & Bar. in l. non fate-
tur, circa fin. ff. de confeſſ. cui adhęret Ioan. Bap Caccialup. in
l. admonendi. nu. 193. ff. de iureiur. cum ibi per eum alleg.
Et ab opinione Bart. ſtat Ioan. de Imol. in c. præſentata de
teſtib. vbi vult, talem confeſsionem valere vt iudicialem.
Sexto ampliabis, vt etiã vera ſit, ſi confeſsio facta fuerit in
16 cauſa ciuili, † quia probat etiam in cauſa criminali: vt memi-
nit Bal. in l. 2. C. de eden. & ibi Alex. nu. 26. quod probatur per
l. locum, §. ſi quis, verſi. delictum magis. ff. de tab. exhib. idem
voluerunt Ioan. And. & reliqui in c. per inquiſitionẽ, de elect.
hoc idẽ ſequitur Fel. in c. denique. ext. de except. nu. 6. & in
c. at ſi clerici, nu. 12. de iudic. idẽ voluit Abb. in c. at ſi clerici,
nu. 14. & n. 30. vbi late diſputat, de iudi. quod placuit & Inn.
in d. ca. per inquiſitionẽ, vbi ipſe Abb. colum. penult. & idem
Abb. in c. qualiter, il 2. de accuſa. in fi. vbi etiã Innoc. nu. 10. q
17 vult, † quod licet iudex nõ poſsit, dũ criminaliter agitur, pri-
uare clericũ, qui fuit confeſſus non in illo iudicio, beneficio;
tñ poterit hoc facere Epiſcopus, & illius prælatus, vigore il-
lius confeſsionis: quin etiam Bar. poſt Iacobum de Are. in l. 3.
§. ſi quis dolo. ff. de tabul. exhiben. dicit expreſſe probatio-
18 nes in ciuili facere fidẽ, † cum agitur criminaliter, per illum
tex. ibi, magis manifeſtatur, l. ſi quis fundum. idem voluerunt
Dd. in c. 2. de ord. cognit. Ant. Butr. in c. dilect. de capell. mon.
Sed iſtis non diſsimulanter fuit aduerſarius Barth. Soc. in
conſ. 8. nu. 6. vol. 1. teſtem laudat Ioan. And. in c. cum contin-
19 gat. de offic. deleg. vbi vult, † vt vbicunque varietur modus
agendi, confeſsio facta in iudicio non faciat in alio fidem, ad
quod conſulas Alex. in l 2. ff. de iudic. ſol.
Verũ in hac ſententiarum diſſenſione diſtinguere, & illas
conciliare poteris, vt docuit Bar. in l. prętor ait, §. hoc edicto,
* ff. vi bon. rapt. nam illius ſententia * communiter approbatur:
ita ſenſit Aret. in c. at ſi clerici, col. 2. de iudic.
Primo reſtringas, vt non procedat, ſi talis cõfeſſio eſſet pro-
20 curatoris, & nõ principalis, † quia nõ probat, nec nocet Dño
in alia cauſa: vt tradidere Compoſt. & Io. And. in d. c. p inqui-
ſitionẽ. idem cauit Spec. in tit. de cõfeſſ. §. nũc videndũ. verſ.
ſed nunquid confeſſio, & teſtatur Alex. in l. 2. C. de eden. Feli.
prodidit in c. cauſa quę. de teſtib. Paul. de Liaz. aſſeuerauit in
c. 1. de cõfeſ. in 6. Ant. de But. & Imo. probauere in c. 2. 1. vt lit.
non cõte. & plenius per dictum Ant. in d. c. per inquiſitionẽ,
& Fel. in c denique. ext. de excep. c. 6. atq; rñdit Fran. Aret. in
21 conſ. 13. cir. ſi verſ. præterea iſta, vbi ait, † confeſſionẽ procu-
ratoris factam in vno iudicio ad vnum finẽ non facere fidẽ in
alio iudicio ad alium finem, etiam inter eaſdem perſonas: nã
factum procuratoris non nocet domino, niſi in cauſa, qua da
tus eſt: vt colligere eſt ex c. cum olim. ext. de off. dele.
Septimo amplia principaliter concluſionẽ, vt huiuſmodi
22 confeſſio facta in iudicio, † dummodo vera ſit, & nõ facta, ita
probat etiam contra hæredem confitentis, & ei noceat, iuxta
ſententiam Bal. in l. 2. C. de eden nu. 23. & ad id cõſulas Rui.
conſ. 128. nu. 16. vol. 2. & Ioan. And. in addi ad Spec. in tit. de
reſt. §. nunc tractemus, in additio. magna. Aret conſ. 36. col. 2.
verſ. 2. dico, & non ſolum contra hæredem, ſed etiam contra
quemlibet ſingularem ſucceſſorem: vt ibidem ſcripſit Ioan.
And. in d. loco, & Aret. ibidem.
Octauo amplia procedere, etiam ſi facta fuerit per verbũ
23 credo, † veluti reſpondendo poſitioni confitentis per verbũ
credo: nam hoc caſu plene probat, ac ſi de veritate reſpõdiſ-
ſet ita ait Bal. in l. fin. C. arb. tut. ſed de hoc obſeruauimus ſup.
in præiudijs, tit. depoſitio & videas gl. & Paul. de Caſt. in au
then. generaliter. C. de epiſc. & cler.
Primo limita principalem cõcluſionẽ, ſi facta fuerit iudice
24 non ſedente pro tribunali; † quia tunc nõ procedit. cum non
ſit facta in figura iudicij, vt ſcripſere, gl. & Dd. in l. iubemus.
C. de lib. cau. Feli. placuit. in ca. denique, nu. 6. de excep. vide
de hoc Soc. in reg. 92. vbi ponit quatuor limitationes ad hanc
reſtrictionẽ, quas breuitatis cauſa omitto, & elegãter tradi-
dit Tiraq. de vtroq; retractu. ver. Hotiſe. & Crieſ. §. 36. glo. 2.
fol. 262. nu. 54. & 55. Abb. in c. at ſi clerici. num. 6. qui adducit
cõtex. in l. pen. ff. de iuſt. & iu. & tex. cũ gl. 11. q. 1. in §. qñ aũt.
& arg. eſt tex. ĩ l. interrogatũ, & ibi gl. Bal & Sali. C. de li. cau.
& gl. in l cũ ſcimus, in ver. cõfeſ. & ibi Bar. C. de agr. & cẽſ. li.
11. Alb. in l. non eſt oĩno, ff. de manumiſ. vindi. & in l. 1. col 3.
verſ. 2. q̃ro, C. de cõfeſ. & in l. certũ, §. ſi qs abſente. C. eo. col. 1.
vbi tñ diſtinguit Bal. in l. cũ mulier, col. 3. in fin. oppo. ff. ſolu.
mat. Rom. conſ. 8. viſo facto, verſ. ſecundũ Bar. cõſ. 57. pręcla-
re. col. 10. nu. 24 li. 2. hoc idẽ confirmat, quod ſcribit Bal. in au
then. ſi qua mulier. colum. 2. verſ. pone ergo, vbi ẽt Salic. C. ad
Velleian. & idem Abb. in d. c. at ſi clerici, nu. 17. cum ibi etiam
25 per eum alleg. & ibidem docet, † quãdo iudex dicatur ſede-
re pro tribunali, & pro hoc dicto facit gl. not. in c. pœnitenti-
bus diſtin. 50. & quod not. in c. fi. de confeſſ.
Primo intellige hanc limitationem, vt licet nõ habeat vim
26 plenæ probationis, vt l. iubemus, C. de libe. cau. & ibi gl. † tñ
habeat vim indicij ad torturã ſufficientẽ, Rom. ita reſpondit
* in conſ. 8. nu. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe * cõem opinionẽ, &
ſenſere Dd. in d. l. iubemus. C. de liber. cau. & in l. cũ ſcimus.
C. de agric. & cenſ. li. 11. & idẽ voluit Iaſ. in l. magiſtratibus,
ff. de iuriſd. om. iud. & protulit Franc. Bru. in trac. de ind. par.
1. q. 3. nu. 17. Bal. in l. pen. C. de fideiuſſ. & in addi. ad Specula.
in tit. de confeſ. in verb. confeſſio iſta, ſed hanc primam reſtri
ctionem limita trib. modis, inſigniter per eundem Iaſ. in d. l.
magiſtratibus, nu. 5.
Secundo intellige hanc limitationẽ habere locum, quãdo
27 ageretur de plena probatione, † ſecus ſi de ſemiplena, quia
tunc ſufficit, etiam ſi iudex non ſedeat, ſed deambularet p lo-
cum iudicij, ita dicit ſatis inſigniter gloſ in c. noluit, in fin. ff.
de interrogat. act. & eam ſequitur Abb. in d. cap. at ſi clerici,
num. 6. in fi.
28 Tertio intelligas veram eſſe † niſi fuiſſet geminata, quia pręiudicat, etſi eſſet facta in figura iudicij, ita docuit Bat. in l. cũ
ſcimus, C. de agric. & cẽſ. in fi. li. 11. & conſuluit Soc. conſ. 15.
circa med. Feli. in c. ſi cautio. de fi. inſtru. verſ. fallit vltimo.
Quarto reſtringitur, vt nõ procedat, ſi in primo iudicio cõ
29 tra hanc confeſſionẽ fuerit pronunciatũ † quia tunc in alio iu
dicio illa cõfeſſio nõ probat, nec nocet, ẽt ſi ſit inter eaſdẽ p-
ſonas, vt placuit gl. not. in auth. itẽ poſſeſſor. in gl. fi. C. qui po
tio. in pig. & meminit Bat. in l. Papinianus. §. ſed nec. impube
tis, ff. de inof. teſtam. vbi declarat ſupradictã glo. & illã ſequi
tur Alex. in d. l. 2. C. de eden. nu. 27. cum ibi alleg. Innoc. tradi
dit in c. mulieri, de iureiurã. refert, & ſequitur Fel. in c. deniq;
ext.

ext.de excep.nu.6.idem voluit Bal.in auth. ſed nouo iure,in
fi.de pœn.iud.qui male iud.& in l. ſi quis in hoc genus, C.de
epiſc.& cler.& huc pertinet l.Aurelius ff.de lib.leg.

30 Quinto reſtringitur,ſi eſſet tacita cõfeſſio,† quia nõ nocet
in alio,vt docuit Imol.in clem.cõſtitutionẽ, de elec.refert &
ſequitur Feli.ĩ d.c.denique,de excep.& rõ huius effati ea po
teſt aſſerri,qa licet tacite, & expreſſe eadẽ ſit, vt paſſim ſolet
circũferri,per l.cũ quid,ff.ſi cer.pet. in fi. tñ iſtud non proce-
dit,quãdo iſtud tacitũ venitet ex ſola præſumptione legis,vt
Iaſ.monuit in d.l.cum quid,nu.6.prout eſt in caſu iſto, nã lex
31 eſt quæ † ex taciturnitate alicuius præſumit confeſſionẽ,vt in
c.nonne de præſum.& ideo confeſſio facta, ſeu præſumpta ex
taciturnitate in aliquo iudicio non nocebit in alio.

32 Sexto reſtringas,ſi eſſet ficta cõfeſſio,† quia in alio iudicio
non probat,nec nocet,ſi ita docẽti fides eſt habẽda Bal.in ca.
2.de ord.cogo.per l.2.§.1.ff.de iu.fiſ.ſequit Fel.in d.c.deniq;
num.6.vbi hoc intelligit, niſi iſta ficta confeſſio emergere ex
33 morte,vt quia reus ex conſciẽtia criminis ſe occidat, † quia
tunc ꝓbat in alio iudicio,ita ſcripſit Cy.in l.2.in fi.C.qui te-
ſtam.fac.poſ.vbi ſcribentes dicunt talem confeſſionẽ æquipa
rari veræ, & quod ficta confeſſio in alio iudicio non noceat,
nec probet,tenet Bart.in l.eius qui delatorẽ,in fi. ff.de iur.fiſ.
cui adhæret Bal.in l.2.vbi ẽt Alex.concl.7.n.16. Alciat.quoq;
col.fi.poſt Dec.& alios,C.de edẽ.& probauit Aret. de maleſ.
nu. 34.verſ.quæritur tamen.Idem Alciat.ſenſit in regu.3.præ-
ſump.22.verſ.6.tradidit Abb.in c.at ſi clerici, nu.28.de iudi.
cum ibi alleg.Alexan.ſcripſit in l.cum filius, ff.de verb.oblig.
vbi etiam Bart.& idem voluit Ang.in conſi.276. inci.puncta,
col.2.& in conſ 308.incip.factum tale eſt,col.pen. Cuma.re-
ſpondit in conſ.146.inci.Simon.col.pen.

Et quod dixi de confeſſione facta emergente,ex morte,am
34 plia,† vt eouſque probet,vt faciat trãſire pęnam ad hæredes,
vt Bal.aſſeruit in d.l.1.§.2.C.qui teſtam.fac.poſ. & idem in c.
vaſallus,ti.ſi de feu.fue.controu. quod etiã obſeruauit Imol.
in l.qui à latronibus , §.1.ff.de teſtam.& ſcitu dignũ cenſuit
Rom.ſing.305.& idem in conſ.305.iſtis ea patrocinãtur,quę
per omnes ſunt animaduerſa in l.2.C.de bo.cor.qui ſibi mor.
conſciuer.nec ab hoc receſſit Bald. in l.1.§ 1.ff.de calum.& in
l.1.C.ex delic.defun.neque præterijt Imol. in l.qui à latroni-
bus.ff.de teſtamen.

35 Amplia etiam,† vt ficta confeſsio faciat tranſire pęnam ad
hæredes ẽt in his tribus caſibus,videlicet primo, in caſo læſæ
maieſtatis criminis,vt ſancitum eſt in l.quiſquis , C.ad le.Iul.
Maieſt.ſecundo caſu in latronibus,vt tradidit glo. in l.1.ff.de
bon.cor.&c.tertio caſu in crimine hæreſis,ita cõſtitutũ eſt in
c.ſecundũ leges.de hæret.in 6.& ſenſit Bart.in l.2.§ ſi is.ff.de
bo.cor.& recenſuit Bal.in l.is apud quẽ, prope fi. C.de eden.

36 Septimo reſtringe † ſi eſſet implicita confeſsio, vt aſſeruit
Domi.in ca.1.ad fi. de teſtibus,in 6. quem refert & ſequitur
Feli.in d.c.denique,d.nu.6.idem dixit Dec.in ca.at ſi clerici,
nu.30.& ſeq.de iudi.vbi inquit, quod ſi quis oppoſuerit ac-
cuſatori,quod fuerit ſocius criminis, dicitur ſateri, & tamen
ex huiuſmodi confeſsione non punitur.

Octauo reſtringe non procedere,ſi fuit facta in iudicio ci-
37 uili ſummarie corã iudice,& coram parte,† quia tunc nõ ple
ne probat in iudicio criminali ẽt inter eaſdem perſonas,vt in
hanc ſententiam reſpondit Barthol. Soc.conſ.8.nu.6.volu.1.
vbi teſtem adducit Cy.in l.2. ff.ſi quis in ius voc. quod etiam
probauit Bart.in l qui Romæ,§.duo fratres.ff.de verb.oblig.
& in l.nam poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.Inn.protulit in ca.
inquiſitionis,de accuſat.& tradidere Dd.in ca.2.de reſtit. in
integ.Ant.de But.ſcriptum reliquit.in c.cum dilectus . de or.
cogni.& idem Barthol.Soci.profitendo ſenſit in c. ſi clericus,
de foro compet

Et quod confeſsio facta in cauſa ciuili probet in cauſa cri-
38 minali,vt ſup.diximus in 6.ampliat. ad hãc cõcluſionẽ,† die
procedere ẽt ſi huiuſmodi cõfeſsio incidẽter facta fuerit pro
pter aliud in iudicio ciuili, quãuis.n.in criminali ex hac ſola
non condẽnetur,tamẽ ſaltem quoad hoc probat,& nocet,vi-
delicet ad iudicem inſtruendũ , vt poſsit ex hac confeſsione
formare proceſſum,& inquiſitionẽ,& eam probare per hanc
confeſsionẽ,ut proditum eſt à Bal.in l.mercalẽ,C.de cõdi.ob
tur.cau.& affert ad hoc l.nullus.C.de teſti. idẽ retulit Dec.in
c.at ſi clerici,n.21.ver.2.reſtringit,de iud.vbi teſtat Inn. in c.
ꝑ inqſitionẽ,de ele.& ibi Abb.col.pe.ver.ex quo no.ſingula-
riter,cum alijs per eũ adductis,idem voluit Fel.in c.at ſi cle-
rici.de iudic.Abbas late in c.cum ſuper.de confeſſ. vbi dicit
eſſe caſum de hoc .

Secundo limitabis,vt non procedat,ſi fieret cõfeſſio parte
39 abſente † quia tunc licet in iudicio fiat,& cum cauſa,tñ abſen
te parte non probat,nec præiudicat,vt reſpõdit Vlpianus in
l.certũ ,§ ſi quis abſente,ff.de cõfeſſ.& Bar.vbi ait, iõ procu-
40 ratorẽ † vel aduocatũ ſemper debere curare,vt apponatur in
actis parte præſente,& idẽ Card.voluit in c.ſi cautio, ext.de
fid.inſt.quos refert & ſequitur Fel.in d.c.ſi cautio , nu.22.cũ
ibi allegat.Ant.de But.& Abb.ſcripſere in c.fi.col.4 de con-
feſſ.Bal.tradidit in auth.generaliter.col.penul.C.de epiſc.&
cler.Soc.aſſeruit in reg.89.ver.amplia primo,cum ibi alleg.

Contrariã opinionẽ in limitatione , & ampliatione repe-
ries ad concluſ.De confeſſ.ſine cau.in 5.limitatione,vbi late
de hoc,& vide tu circa hoc Abb.in c.fin.nu. 15.qui optime di
ſtinguit,& Feli.in c.ſi cautio.de fid.inſtru.3. col.limitat qua-
tuor modis hanc limitationem,quem omnino inſpicias,& vi
deas etiam, quæ latiſſime cumulaui in concluſione confeſſio-
nis abſente parte extra iudicium factæ,in 1. limitatione , vbi
etiam reperies contrar & concordantias .

Primo ſublimitare poteris,niſi iudex tamquã publica per-
41 ſona acceptet dictã cõfeſsionem pro abſente † quia tũc pro-
bat,& nocet,vt reſponſum eſt à Ruin. in conſ.72.nu.3.vol.4.
Cyn.in auth.ſacramenta puber.C.ſi aduerſ.vend. & Bald. &
alios in l.poſtquam.C.de donat.idẽ voluit Abb.in d.c. fi.nu.
15.per text.in c.quãquã.de vſu.lib.6.& notatur in c.dudum.
de conuerſ.coniug.& in authẽ.generaliter, C.de epiſcop.&
cler.idem placuit Fel in.cum allegatis in c.capitulum S.de re
ſcript.nu.12.& Bal.in d.auth.generaliter.C.de epiſcop.& cle
42 ric.ait,† quod d.§.ſi quis abſente.loquitur de confeſsione cu
ius receptio non pertinet ad officium iudicis,ſed partis. idẽ
ſequitur Felin.in d.c.ſi cautio.n.23.verſ.4. extra de fid.inſtr.

Secundo ſublimites velim , niſi etiã ab alio,quam à iudice
43 fuerit acceptata talis confeſsio nomine abſentis,† etiãſi talis
acceptans non haberet mandatũ,ita dicit Soc.in reg.89.verſ.
15.fallit.vbi ad id adducit tot.tit.ff.& C.de negot.geſt.& c.
ſi cautio,ext.de fid.inſtr. gl.in d.l.huiuſmodi.in princ.ff.de le
gat.1.nec hinc longe abeſt,quod obſeruauit Bar.in l.cũ quis.
§.codicillis.de leg.3.col.1.& Abb.in d.c.fin.nu.15.

Subamplia prædictã primam ſublimitationem,vt eo vſque
44 procedat , † quod etiã habeat executionem paratam etiam
contra hæredẽ talis confitentis,ẽt ſi non fiat in forma iudicij,
vt proditũ eſt ab Hippoly.de Marſi.in rub.C.de probat. n.6.
Idẽ voluit Alex.in l.tale pactum,in §.qui ꝓuocauit.ff.de pac.
& Bal.fortius dicẽs in l.fin.C.de arbit.tut.vbi inquit , qđ idẽ
erit,ſi quis confeſſus fuerit per verb.credo , de quo videas ꝑ
gl.& Caſtrenſ.in auth.generaliter.C.de epiſc.& cler. quibus
accedit Philip.Franc.in c.cũ ſpeciali.col.antepen.ver.3.quę-
ritur.ext.de appell.qui Phil.in medium profert l.cũ,pro quo.
& ibi Bal.ff.de in ius voc.& ego dixi in prælud.tit.de poſitio.

45 Reſtringe dictam ſublimitationẽ,vt tantum procedat,† ſi
iudex erat præſens ad hoc,vt.ſ.dictã cõfeſsionẽ acceptaret,
& apparet,ꝙ erat huiuſmodi propoſiti, vt confeſsionem pro
abſente reciperet,alioqui nõ ſufficeret pſentia,niſi (vt dixi)
pro tribunali ſederet,vt in hanc rẽ cõſuluit Alex.conſil.174.
In cauſa & lite.num.2.vol.6.per l.fin.ff.de interrog.act.& ad
hoc locupletiſsimos teſtes laudat Bart.& Bal.in l.poſtquam
C.de pact.& Anto.in c.final.extr.de confeſſ.idẽ aſſeruit Abb.
in d.c.at ſi clerici.nu.6.de iud.vbi de hoc perbelle per eũ,&
meminit Bal.in l.1.§.ſimilique mõ.C.de Lat.liber.De hac re,
videlicet, qđ ea,quæ nõ ſunt facta in figura iudicij nõ probãt,
cõſulas late tradẽtẽ Tiraq.in ſuo tract.de vtroq; retract.fol.
586.nu.54.& 55.& de hoc videas,quę dixi ſupra in 2.ſublimi
tatione ſextæ ampliat.ad iſtam concluſionem; vbi late.

46 Intellige hanc reſtrictionẽ,† vt licet non habeat talis con-
feſsio vim plenę probationis, vt l.iubemus.& ibi gl.C.de li.
cau.attamen habet vim iudicij ad torturã ſufficientis, vt cau
* tum eſt à Rom.conſ.8.nu 2 vbi atteſtatur* cõmunem eſſe opi
nionem:& de hoc tradidimus ſup.in declarationibus ad ſex
tam ampliationem huiuſmodi concluſionis.vbi videas.

47 Tertio ſublimitat,† niſi pars eſſet citata,& eſſet caſus,quo
poſſet procedi cõtra abſẽtẽ,p l.properãdũ,§.1.& 2.C.de iud.
ita ſenſit Felin.in c.ſi cautio.de fi.inſtr.n.23.& Soc.regul. 89.
2.fallit.atque Bal.in l.poſtquam liti.col.pen.C.de pact.quod

idem

idem probauere multi alii, vt Paul. de Caſtr. in l.certum, §.ſi
quis abſente.ff.de cōfeſſ.Imol.in c.fin.de confeſſ.col.5.Salic.
in l.generaliter,col.5.C.de nō numera. pec.& i l.vnica,15.op
poſit.C.de confeſſ.vbi Alber.vet.4.quęritur.Ioan.And.in ad-
dit.ad Speculat.in tit.de confeſſ.§.nunc ſequitur,ver.7. & eſt
ratio,quia tunc habetur pro præſente, ita inquit Soci. d.reg.
89.ver.2.fallit.vbi allegat Bart.in d.l.vnic.in fin.C.de confeſſ.
Quarto ſublimitatur, ſi huiuſmodi confeſſio facta ſit in li-
48 bello, vel poſitionib. vel exceptionibus,nam tunc etiā ſi par
te abſente probat,per c. fi.de iureiur.in 6. idem voluit Ruin.
conſ.41.n.3.vol.4.teſtatur Anto. de Butr.Abb.in c.fi. de con-
feſſ. idē tenet Feli.ibi,d.c.ſi cautio.n.23.& in quo differat li-
bellus,articuli,& poſitiones,colligere poteris à Marāt.in tra
ctat.de ord.iud.in rubr. de poſitione,in 6.par.in 4. artic. &
circa hanc ſublimitationē vide, quæ latæ diximus in 3. limi-
tatione,cōcl.de cōfeſs.facta abſente par.vbi,& alia reperies.
Intellige, niſi aduerſarius contradixit dictæ confeſsioni
49 in libello, vel poſitionibus,† quia tunc nihil probat,vt Bart.
* & *communiter omnes tradidere in l.naturaliter. §.nihil cō-
mune.ff.de acq.poſſ.& conſulendo ſcripſit Pariſ.conſ.72. nu.
15 vol.3.atq;reſpondit Alex.conſ.283.col.2.lib.5.quē refert,
& ſequitur Herc.in tract.de proba.negat.nu.198.ſol.57.vet.
* 40. fallit, vbi atteſtatur de * communi ſcribentium conſenſu.
Quinto ſublimitatē,niſi cōfiteretur in criminali abſente ac-
50 cuſatore,†quia tamen probaret,& nocet,nam iudex ſupplet
cum ſit præſens,ſecundum Bal.in l.ea, quæ in vlt.col.C.quo-
modo,& quando iudex.& idem Bal.in l.generaliter.C.de nō
nu.pecu. De hac ſatis diximus in 20.limitatione, De confeſ-
ſione facta abſente parte,&in prima ampliatione,ad conclu-
ſionē,De cōfeſsione ſine cauſa,vbi latiſsimè,& ne ſæpius ea-
dē repetēdo lectorē faſtidio afficere videar,ad ea me reiicio.
51 Id reſtringas velim,niſi ageretur de crimine ciuiliter, † qa
parte abſente non probaret,vt ſcriptum reliquit Abb.poſt D.
Anto.in c.cum olim. nu.10.de reſcript.& ſequitur Fel. in c. ſi
cautio.n.23.de fid.inſtrum.
Tertio limita principaliter,vt non habeat locū ſi coram no
52 tario in iudicio facta fuerit,†quia nō probat,nec nocet,& ea
eſt ratio,quia nō eſt facta in figura iudicij,vt Bar. docuit in l.
cū ſcimus C.de agric.& cenſit lib.11.nec pōt dici huiuſmodi
confeſsio iudicialis,ita decisū fuit in deciſ.Neapol. 245 n.8.
& pro hac limitatione faciunt ea, quæ late diximus ſupra in
2.limitatione ad conclu.vbi etiā reperies ſallentias de hac li
mitatione,ſed vltra ibi allega.idē voluit Bartol. in d.l.cū ſci-
mus.C.de agric.& cenſit.lib.11.cū multis aliis allegatis p Ro
ber.Marāt.de ordin.iud.in 6.par.ar.5.n.30.rub. de cōfeſ.vbi
inter cætera teſtē laudat Affl.in deciſ.Neap.245.n.8.vbi dicit
53 † notariū non poſſe recipere confeſsionē,niſi pręſente iudi-
ce,vel mandante,& Marant.tradidit d.n.30.& attigi ſupra in
principio,quib.addas Bal.in l.iubemus,in gl.fi.C.de lib. cau.
Iaſ.in l. videamus.§.deferre,1.col.ff.de in lit.iurand.atq;Dec.
in c.at ſi clerici.n.116.de iud.& intelligas,vt non noceat talis
54 confeſsio eo modo,quo noceret,ſi eſſet iudicialis,†nam no-
cet tamen vt extraiudicialis,& facit inditium ad torturam,ſi
credimus Bald.in l.magiſtratibus,verſ.ſed tu dic.ff.de iuriſd.
om.iud.vbi Alex.plures alios referendo,& Bal. cauit. in cōſ.
* 6.tit.de confeſſ.& hāc * cōem dicit Dec. in d.c.at ſi clerici,
nu.15.& ſeq.
Quarto limitatur,ſi confitens eam reuocauit,antequam re-
55 dacta eſſet per notariū in ſcriptis,†quia tunc etiam non pro-
bato de errore,nihil probat,vt Alexā. conſulendo monuit in
conſ.34.n.1.vol.1.adducit gloſ.inſignem 31.quæſt.1.c. apud
miſericordię,atque gloſ.& Dd.in c.fin.verſ.iuſta cauſa,de iu-
reiur.lib.6.cum aliis per eum ibi allegatis.& vltimo loco idē
vult Herculan.de proban.negat n.198.fol.57.ibi 17. fallit. &
ad id conſulas Iaſ.in l. quidquid. aſtringendæ. ff. de verborū
obligat.n.9.vſque ad n.11.vbi,& late,& pulchre circa mate-
riam variationis,& mutationis dicti,vel confeſsionis,ſe fun-
dit,& à nobis explicabitur infra,De confeſsione iuramento,
&c.& hic videas omnino Bellamer.deciſ.691.conceſſio emiſ
ſa,vbi ſeptem ponit fallentias, quas breuitatis cauſa omitto.
56 Quinto limitabis,†quandiu fuerit facta à procuratore,ſed
ad limitationem hanc poteris inſpicere ea , quæ ſupra tradi-
dimus, quibus adiungas velim Spec.in §. poſtremo, de con-
feſſ.vbi in litera B.inuenies quibus caſibus non procedat,le-
ctor (ſi libuerit) illum videto.

CONCLVSIO CCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio de crimine facta parte præſente , an plene probet .

SVMMARIA.

1 *Confeſſio de crimine facta parte præſente plene probat.*
2 *Confeſſio de crimine facta parte præſente,vel abſente, vtrobique facit indicium ad torturam.*
3 *Confeſſus in ciuilibus habetur pro condemnato,ſed non in criminalibus.*
4 *Confeſſus non appellat in ciuilibus,ſed bene in criminalibus.*
5 *Confeſſio extraiudicialis in ciuilibus ſemiplenam probationem facit ſed in criminalibus non facit niſi indicium ad torturam.*
6 *Confeſſio facta coram Tabellione ſine iudice,vel coram iudice, & non in figura iudicij dicitur facta extra iudicium.*
7 *Confeſſio extraiudicialis parte præſente plene probat,& præiudicat,ſi agitur de crimine ciuiliter.*

1 CONfeſſionē de crimine factā,parte præſente,†plene pro
bare,conſultus reſpondit Deci.conſ.146.nu.3. & tradi
dit Abb.in c.at ſi clerici.nu.16.de iud.verſ.1.caſu. ea ratione
motus: quia idem ſeruatur in ciuili,per l.certum.§. ſi quis ab
ſente.ff.de confeſ.& teſtatur ad hoc Inno. idem ſentientem
in c.per inquiſitionem,de elect.
Sed quod tantum huiuſmodi confeſſio facit indiciū ad tor
turam aperte ſenſit Aret. in d. c.at ſi clerici.docuit Bart.in l.
capite.fam erciſc.& in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reor. cui ad
hæret aliter,in l.fin col.5.C.de confeſſ.idem voluit Innoc. in
c cum cauſa.de teſtib.quod etiam placuit Bal. in l. ictus fu-
ſtium.ff.de infam.nec diſſenſit Florian. in d.c. at ſi clerici. &
idem Bald.ſcripſit in l.quoniam partium.ff.de his.qui notan.
2 infam.vbi ait† nihil referre,an parte præſente,vel abſente fa
ctū ſit,quia vtrobiq; facit indiciū ad torturā,& idē meminit
Alex.Imol.in l.magiſtratib.ff.de iuriſ. om.iud. quid. accedit
Ang.in l.1.de conf,Fel.in c.olim,nu.4.de reſcr. vbi reprehen
dit æquiparationē Abb.de confeſſione criminali ad confeſſio
3 nē ex ciuilibus,ex triplici cauſa,†primo,quia in ciuilib.habe
tur pro condemnato, vt ſancitum eſt in l. vnic.C. de confeſſ.
ſed non ita in criminalibus,iuxta ſent.Bart.in l.1.ff.de confeſ.
per l.proinde.ff.ad l.Aquil 2. in ciuilibus confeſſus nō appel
5 lat,ita fuit cōſtitutū in 2.q.5.c.quæcunq.† ſed in criminalib.
bene appellat,ita decreuit Adri.Pont.Max.in c.ei qui §. ſunt
ēt,iuncta gl.2 q.6.& reſpondit African.in l. fideicomm.ff. de
cōfeſſ.tertio in ciuilib.extra iudicialis facit ſemiplenā proba
tionē,vt ſup.dixi,ſed in criminali nō facit.niſi indiciū ad tor
turam,vt ſup.tradidimus.Ad id vero aduertas eū extra iudi-
6 ciū dici confiteri, † licet fiat corā tabellione ſine iudice , vel
coram iudice,& non figura iudicij,vt docuit gloſ.ſingularis,
& menti tenenda.in l.iubemus.& ibi Bald.C.de liberal.cauſ.
& dixi ſup.in princ.in cōmunib.confeſſio.Sed de hac videas,
quæ late dicta ſunt in 1.ampliatione ad concluſionē,De con
feſſione facta præſente par,extr.iud.& in 20.limitat. ad con-
cluſionem,De cōfeſſione facta extra iudicium,abſente parte.
Limita hanc ſecundam ſententiā,vt non procedat,† ſi aga
7 tur de crimine ciuiliter, quia tūc huiuſmodi confeſſio extra
iudicialis parte præſente plene probat , & pręiudicat,vt vo-
luit Ab.declarando dictum Innoc.in c. quam ſit , de exceſſ.
prælat & in c.olim,nu.9.de reſcript.& aducit pro hoc tex.in
l.generaliter.C.de non nu.pecu.& in c.per tuas , de probat.
q̄ ēt confirmanit Salic.in d.l fi.col.5. C.de quæſt.& protulit
Fel.i d.c.olim.de reſc.n.4.& 5.& idē voluit Imol.d.c.at ſi cle
rici,de iudic.vbi reprobat Ant.de But.cōtra ſentētiā, ſ.quod
idem procedat,quando agitur criminaliter aut ciuiliter.

CONCLVSIO CCCL.

ARGVMENTVM.

Confeſsio de crimine extra iudicium facta parte abſente an probet necne,eo vsque,vt ex ea quis puniri poſſit.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio de crimine extra iudicium facta parte abſente,nihil probat, vt ex ea puniri quis poſſit.Contrarium in ſeq.*
2 *Confeſſio criminalis facta extra iudicium parte abſente,quando probat,vel non, & quando noceat.*
3 *Confeſſus pro parte abſente extra iudicium de crimine poteſt torturæ ſubijci .*
4 *Confeſſus extraiudicialiter,& deinde tortus,ſi in tortura denuo confiteatur,non requiritur alia perſeuerantia,ſed debet ex ea condemnari.*
5 *Confeſſio extraiudicialis non poteſt amplius reuocari,ſi poſtmodum facta fuit etiā in tortura.Quod intelligā,vt ibi.*

Digitized by Google

6 *Confeſſus extraiudicialiter, & conſtitutus in iudicio, ſi reuocat ipſam confeſſionem, etiam non docto de errore, ſufficit, quod dicat, ſe errasse in eo, dum confeſſus eſt delictum extraiudicialiter. Contrarium, ibi.*

7 *Confeſſionem erroneam allegans probare tenetur.*

8 *Confeſſio etiam non conſtito de errore reuocari poteſt, ſed incontinenti.*

9 *Confeſſio facta in instrumento principaliter, ſiue enunciatiue inter partes ſi reuocata fuerit, nihil operatur.*

10 *Confeſſio dicitur reuocata incontinenti, ſi reuocetur, antequam redacta fuerit in ſcriptis.*

11 *Reuocatio confeſſionis facta incontinenti, non prodeſt confitenti, ſi antequam reuocetur, fuiſſet acceptata à parte.*

12 *Clericus ex confeſſione extraiudiciali torqueri non poteſt, niſi eſſet infamatus.*

13 *Confeſſio ſi infamat confitentem de facto puniri poteſt.*

14 *Clericus etiam ſi mille indicia haberet contra, torqueri non poteſt ex confeſſione extraiudiciali, niſi ſit infamatus.*

15 *Confeſſio extraiudicialis ita probat, vt puniri poſſit, niſi agatur de crimine ciuiliter. Et intellige vt ibi.*

16 *Confeſſio extra iudicialis ſi eſt informis, incerta, & non qualificata, non ſufficit ad introducendum indicium ad torturam.*

17 *Confeſſio informis ſimpliciter facta non operatur.*

18 *Confeſſio extraiudicialis non veriſimilis non probat.*

19 *Allegans non veriſimile non debet audiri.*
Iudex non veriſimilibus non debet dare fidem.
Teſtibus deponentibus non veriſimilia non eſt credendum.

20 *Confeſſio extraiudicialis facta calore iracundiæ nihil operatur.*

21 *Homo intenſo calore permotus non eſt in plenitudine intellectus.*

22 *Calor iracundiæ hominis intellectum diminuit.*

23 *Confeſſio extraiudicialis ſuper crimine ſi facta eſt ſpecifice, & præſente parte, & in ea concurrant, & ſint appoſita omnia requiſita ad validitatem confeſſionis extraiudicialis in ciuilibus, nedum facit indicium ad torturam, ſed etiam quis ex ea puniri poteſt.*

24 *Confeſſio de crimine extraiudicialiter facta ſi geminata fuerit, ita probat, vt poſſit puniri, ac ſi in iudicio confeſſus eſſet.*

25 *Confeſſio extraiudicialis probat in pertinentibus ad iudicium eccleſiæ fauore animarum.*

26 *Confeſſio reſpiciens exonerationem conſcientiæ, etiam facta parte abſente, & extraiudicialiter plene probat.*

27 *Confeſſio extraiudicialis reſpiciens exonerationem conſcientiæ de æquitate canonica in foro pœnitentiali valet irreuocabiliter.*

28 *Confeſſio extraiudicialis, vt valeat in foro ſpirituali, vel pœnitentiali, non requiritur partis præſentia.*

29 *Confeſſio abſente parte valet in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis.*

30 *Confeſſio facta in teſtamento quomodo noceat confitenti, & probet.*

31 *Confeſſio facta in teſtamento pro exoneranda conſcientia habet vim legati ad pias cauſas.*

32 *Confeſſio extra iudicium facta coram aliqua publica perſona, quæ poſſit recipere probationes ad vtilitatem fiſci, plene probat, & confeſſus puniri poteſt.*
Et aduerte & amplia, vt ſub num. 34.

33 *Licet quis poſſit proſequi publicum ius agendo, non tamen per hoc habet poteſtatem recipiendi probationes. Contrarium ibi.*

34 *Quis non poteſt alteri ſtipulare, niſi ſit publica perſona, & tamen gerendo negotium abſentis, poteſt eius nomine acceptare illud, quod fuit factum, vel dictum in illius fauorem, & acceptatio habebit effectum illo ratificante.*

verb.tortura.verſ.quia communiter.Iaſo.in l.magiſtratib. de
iuriſd.omn.iud.Alex.poſt Bar.in l.capite quinto. ff.de adul-
ter.Marſi.ſingu.400.incip.ſponſalia de futuro.

Subamplia hanc reſtrictionem, vt ita habeat locum, quo ad
25 hoc, † vt talis cõfeſſio per torturã extorta reuocari non poſ-
ſit, ſi pręceſſit extraiudicialis confeſſio, vel extãt alia indicia,
& adminicula, dummodo ſint talia, quæ inducant veritatẽ, &
non ſint dubia, quia tunc huiuſmodi confeſsio per torturam
probat, quoad condemnationem, vt docuit Salic. in l.final.
C.de proba. & ibi Bald.cum alijs allegatis per Carrer.d.ſua
pract.crimi.in d.l.obſeruare.nu.49.

Primo ſublimitare potẽs tres prædictas limitationes ſepti
26 mæ ampliationes, vt non ſint veræ, † quando poſt confeſſio-
nem perſeueratam, & ratificatam, & etiam poſt ſentẽtiam ap
pareat, & liqueat iudici aliquo modo de innocentia confiten
tis condemnati, nam tunc non debet exequi cõdemnatio, vt
reſpõdit Vlpian.in l.1.§.ſi quis vltro.ff.de quæſ.Thom.Grãm,
in voto 7.nu.2.& per Marſi.in pract. crim.§. opportune. vbi
multa accumulat de innocentia, idem voluit Carre.in d.ſua
pract.l.obſeruare.nu.49.

Secundo ſublimitabis, ſi tãquam erronea reuocata fuerit,
27 quod poteſt fieri, † licet confeſſio fuerit geminata per ſubſe-
quentem ratificationem, & etiam iurata, & tunc docto de er
rore talis confeſsio non probat, nec operatur, vt condemna-
tio, vel exequutio fieri poſsit, vt late proſequitur Tho.Gram
mat.in d.voto.7.& in voto 10.& Carrer.vbi ſup.nu.50.

Intelligas velim præcedentẽ ſublimitationem, vt ꝓcedat,
28 quoad executionem corporalem, † ſecus autem quoad bona,
veluti quando ex aliquo delicto bona publice eſſent proſcri
benda, quia tunc non impeditur executio pp reuocationem,
aut appellationẽ, ſed de hoc me reijcio ad ea, quę fuere ob-
ſeruata latiſsime per Carre.in d.ſua pract.l obſeruare, nu.52.
29 cum alijs, vbi late, † quando condemnatus de crimine poſsit
appellare necne.

Primo limita concluſionem principalem, vt locum non ha-
beat in publicis latronibus, & dirobatoribus publicis, & diſ-
30 famatis, vel alijs ſimilibus delictis, † quia in his abſque indi-
cijs confeſsio ſua per torturam extorta probat, & eis nocet,
vt dixit Carrer in d.ſua pract.nu.47. cum ibi allegatis.

Secundo limita: vt procedat, ſi expreſſe, & non tacite in ea
31 perſtiterit: † quia tũc abſque indicijs præcedentibus probat,
& valet huiuſmodi cõfeſsio per torturam extorta, vt late tra
didit Thom.Gramm.in conſi.40.nu.77.vbi ad idem adducit
Parid.in d.tractat.de ſyndicatu, in verb.tortura, fol.4.in c.de
indicijs, & inquiſitionib. circa medium, idem voluit, & ſequi
tu Carrer.in d.ſua pract.criminal.in l.obſeruare, nu.47.verſ.
limita etiam.cum alijs ibidem per eum allegatis.

Sublimitabis, vt nõ vera ſit, ſi denuo tortus abſq; indicijs
32 expreſſe rata feciſſet in repetita tortura: † quia tunc non no-
cet talis confeſsio expreſſe hoc pacto rata facta: vt Carre. do
cuit vbi ſup.verſ.fallit dictum, teſtatur Bal.in l.1.de confeſſ.

Quod ſi dubitatur, vtrũ confeſsio emanata ſit coacta in du
33 bio præſumi emanatam ſponte † niſi probetur metum eſſe il-
latum, vel minas atroces per iudicem, vt placuit Lanfrao.de
Orian.in ſua praxi.c.9.de confeſſ.verſ.3.caſo, ſub no.18.vbi
ait, quod ita intelligit, quod notat Bald.in l.de pupillo. §. ſi
quis ipſi prætori.ff.de nou.oper.nun.

Tertio limitatur in cõfeſsione ſpõte facta abſque tormen-
tis, vel metu tormentorũ, & ẽt nullis indicijs præcedentibus,
vel non data indiciorũ copia, & ſic data nullitate proceſſus;
34 † quia hoc caſu probat, & ſufficit ſine aliqua ratificatione ad
condẽnandũ confitentẽ, vt cautum eſt in tex.& ibi not.in c.1.
de accuſat.li.6.ita Bal.inquit in additio.ad Spec.tit.de con-
feſ.col.1.& idẽ Bal.& Dd.tradidere in l.2.C.qđ me.cau. An-
gel.poſt gl.in l.1.C.de cõfeſ.Ancha.in clem.1.de homicid.&
idẽ Angel.in l.1 col.fin.ff.de cõfeſſ.& Gandi.in tract.malefic.
ſub rubr.de quæſt.& torment.verſi.quis ſit effectus qõnis.at-
* teſtatur hanc eſſe * cõmunẽ opinionem, idẽ refert Vio. in ſuis
communibus opinionibus, in verb.confeſsio facta ſponte. &
vltra eos ad Matthę. ab Afflict.in conſtitutione Neapolitan.
inci-

35 inciplen.damna clandeſtina,nu.55.†& quando dicatur ſpon te facta remiſſiue per D.Carter. in ſua prac.crimin. vbi ſupra * num.29.& idem de * communi aſſeuerat Dyn.in l.2.C.de cuſto.reor.quem refert,& ſequitur Gui.Pap.deciſ.339.

36 Extendas,vt procedat,† etiam ſi metu torturæ ſit extorta, dummodo ſponte ſit rata facta:vt Carrer. tradidit vbi ſupra numer.15.

Sublimitabis,vt locum non habeat,quando ille, qui ſponte confeſſus eſt, non eſt conuictus per teſtes , vel alio modo: 37 quia tunc †ſi nõ ſit cõuictus,non probat, nec ei præiudicat, niſi in eadem confeſſione perſeuerauerit .

Sed velim obſerues ante ratificationẽ , & perſeuerantiam poſſe eã reuocare,& ab ea appellare:vt ait Carter.ĩ d.ſua pra. cũ ibi ad hoc collectis in l.obſeruare.n.23. & quãdo dicatur quis pſeuerare,videas remiſsiue per D.Carrer. vbi ſup.n.16.

CONCLVSIO CCCLIIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta in iudicio de occiſione hominis , qui non appares,nec reperitur occiſus , an probet hominem occiſum ab eo,qui confitetur,& an confitenti noceat .

SVMMARIA.

1 *Confitens in iudicio ſe occidiſſe hominem qui non apparet,nec reperitur occiſus, & in ſimilibus,talis confeſſio non probat hominem ab eo occiſum nec confitẽti nocet.*
2 *Confeſſio in iudicio facta ad hoc,vt præiudicet confitenti,debet probari de re confeſſa,idem dicitur de quolibet alio delicto,vt puta furto. Contrarium ibid.*
3 *Confeſſio facta in cauſa criminali non ſtatim præiudicat,nec inducit plenam probationem.*
Vide ibi contrarium per totum.
4 *Confeſſio aſſaſſini,& publicè diffamati ita probat,vt propter eam poſſit puniri,ſi verisimiliter talis appareat ob qualitatem loci,ſed ſi veriſimilitas non adeſſet , vel bona fama confitentis,non poterit ex tali confeſſione puniri,niſi corpora appareãt.*
5 *Confitens ſe occidiſſe hominẽ ſibi præiudicat,& eius confeſſio probat,ſi ſaltem per famam probatur hominem illum mortuum eſſe , licet non appareat corpus aſſerti occiſi .*
6 *Iudex iudicans,aut conſultor excuſatur,vt non teneatur ſyndicatu,ſi ex confeſſione rei abſque probatione,& apparentia delicti reus condemnatus fuit.*
7 *Confeſſio ſpontanee facta in dubio præſumitur continere metum.*
Præſumendum non eſt,quod quis contra ſe mentiatur, ibid.

CONſeſsio etiam ſponte facta in iudicio , quod occiderit vnum hominem , qui non appareat, nec reperitur occi-
1 ſus.& de † ſimilib.talis confeſsio nõ probat hoiem ab eo occiſum:nec tali caſu confitenti nocet;ita tradidit M.Ant. Blãc. in ſua pract.crim.in princ.nu.2.vbi ad idẽ affert Ang.in l.certum.in prin.ff.de confeſ.& idem in l.1.col.2.ff.eod.quod etiã placuit Hippol.de Marſ 2.rub.C de probat.num.103.vbi ait, quod ad hoc , vt huiuſmodi confeſsio præiudicet confitenti,
2 † debeat probari de re confeſſa,& idem de quolibet alio delicto,veluti furto,ita confeſſo . vt ſupra , & idem voluit cum multis allegatis Boer.in deciſio.164.nu 10.cum ſeq.

* Sed huic * cõem obſtare opinionem atteſtatur Gandin. in ſuo tract.malef.ſub rub.de quæſt.& tormen.verſ.quis ſit effectus quæſtionis,& vide Folle.in ſua pract.cri.in 1.par.3.par-
* tis.verſ.& ſi confitebunt nu.65.vbi late limitat hanc* commu nem opinionem:& adde Franc.Viu.in ſuis communib.opin.
* vbi in medium profert eos,qui ſequuntur hanc * communem opinionem,& inſpicias Grauet.conſ.48. num.7. Orian.in ſua pract.de confeſ.verſ.in ſecundo caſu.qui id probat per l.1.§. fin.ff.de cuſto.reor. .

3 Quibus addas, † vt confeſsio facta in cauſa criminali non ſtatim præiudicet,nec inducat plenã probationem : ita clare cautum eſt in l.2.C.de cuſtod.reor. & in l.1 . §.diuus.ibi, nec ſtat.hab.pro facinor.ff.de quæſt.& l.ſi quis vltro. & hãc opin. in puncto iuris veriorem dicit Ludo.Bologni.in addit. Guid, in tract,de indic.& tort.num,45.vbi aduerſatur ipſi Guidoni ponderando text.in contrarium adductos ad ſui fauorem,& pro ſe adducit text.in l.fin.iuncta glo.in verb.ſubducat.C.eo. vbi dicit,ante condemnationem debere ſeruari formam,d.l. 2.C.eod.tit.& ibi reſpondet ſingulis auctoritatibus adductis per D.Guid,

Huic opinioni aperte repugnauit Guid. à Suzaria in tract.
* de indic.& tortur.nu.44.vbi etiam hanc * communẽ eſſe opinionem teſtatur,& adducit tex.in l.de ijs.1.reſp.C.de cuſto. reor.& l.cum reis.C.de pęnis.& ita intelligendum dicit tex. in l.2.C.de cuſtod.& exhi reor.quem intellectum dicit veriorem,idem voluit Aret.in trac.malef.in verſ.fama publica pręcedente.in vlt.col.verſ.2.nota.idem tenet Iacob.de Beluiſ. in
* trac.de pract.iudiciar.nu.97.vbi etiam ipſe de * cõi teſtatur, & dicit iſtud etiam procedere, licet non perſeueret in cõfeſſione,per d.l.fi.1.reſp.C.de cuſto.reor.& d.l.cũ reis.de pęnis & ita intelligendũ dicit tex.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reor.

Primo limitatur prior opinio, vt non procedat, ſi cõfeſſus
4 eſſet aliquis†aſſaſsinus:quia tunc ſi veroſimiliter ob qualitatem loci,& talis erat publice diffamatus, tunc talis confeſsio ita probat,vt propter eam poſsit puniri,vt tradidit Ang. vbi ſupra d.l.1.& l.certum.ff.de confeſ.referens. Bald.in addit.ad Spec.in tit.de ſent.§.pen.in addit.mag. verſ. Titius fuit confoſſus.ſequitur Iaſ.in l.iuſiurandum.§.fi.col.7.in fi.ff.de iureiur.ſi vero non eſſet veriſimilitudo loci,vel bona fama confitentis,non poteſt ex tali confeſsione puniri,niſi corpora appareant,vt ſcripſit Marc.Ant.Blanc.vbi ſup.nu.2.& Hippoly. vbi ſupra d.rubr.num.103.

Secundo limitabis priorem opinionem,vt nõ vera ſit,ſi ſal
5 tem per famam probetur hominem illum mortuũ eſſe, † quia tunc licet non appareat corpus aſſerti occiſi, tamen talis confeſsio probat,& ei præiudicat,nec refert,an certo nomine ſit nominatus mortuus,an ſine nomine,vt per glo.proditũ eſt in ca.præſcripta.§.libellorum.2.q.8.& per Bal. in l.quoties. § ſi quis.ff.de hæred.inſti.& ita limitat Bal.in l.quoties.§ ſi quis. ff.de hæred.inſtit atque etiam limitat Bald.in addit.ad Spec. vbi ſupra,ſed de hoc videas per Marc Anton.Blanc. in d.ſua pract.crimin.in princ.num.3.& Hippol.vbi ſupra,& Diaz.in reg.124.in 2.limitatione,

Tertio limitatur præter alios,vt ſupra,ſi ex tali confeſsione rei abſque probatione & apparentia delicti reus condẽna
6 tus ſit,† excuſetur conſultor,aut iudex iudicans,vt nõ teneatur ſyndicatu,ita reſpondit Alexan.in conſ.19.incip.circa 1. & 3.dubium,lib.7.quẽ pro ſingulari laudat:& ſequitur Boer. in deciſ.164.nu.10.vbi pro hoc dicto multa adducit,quę ſtudioſus lector,videre poterit .

Quarto limitabis & intelliges,vt tamen in dubio confeſsio
7 vltro facta,† præſumatur continere metum: quia non eſt præ ſumendum,quod quis contra ſe mentiatur,arg.l.fin.C.arbitr. tut & l.generaliter.C.de non num.pec.quę ad hoc affert Lanfran.de Orian.in ſuo tracta.de confeſ. vel in ſua practi.C.de confeſ.verſ.in 2.caſu.& verſ.3.caſu .

CONCLVSIO CCCLV.

ARGVMENTVM.

Confeſsio in tortura facta,an probet,& præiudicet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio in tortura facta nihil probat,nec præiudicat , etiam ſi poſt tormenta ſtatim idem confiteatur in alio loco,quam in tortura .*
2 *Interualli, quod requiritur in confeſsione poſt tormenta debet eſſe ad minus vnius diei vel noctis .*
3 *Confeſsio facta in tormentis,licet non probet , tamen facit ſemiplenam probationem .*

1 COnfeſsio in tortura facta nihil probat,nec †præiudicat, etiam ſi ſtatim poſt tormenta idem confiteatur,etiam in alio loco,quã in tortura,ſed requiritur, quod ſit aliquod interuallum,quod interuallum debet eſſe minimum vnius diei,
2 vel † noctis,vt docuere Iacob.Butr. Ang.in l.2. C.de cuſto & exhi.reo.& reſpondit Alex.conſ.90.in fi.li.3. vbi & illud dicit de interuallo vnius diei,& noctis, & idem dicit Iaſ.in c.ſi ob turpem.col.vlt.ff.l.de condi.ob turp.cauſ. & multos alios ad idem alleg.Tiraq.in ſuo tracta.de vtroque retrac. fol.294. nu.21.& idem voluit Lanfr.de Oria.in ſua praxi , vel tract.de confeſ.verſ.& ideo ad hoc.

3 Limita,vt ſaltẽ talis confeſsio facta in tormentis,†licet nõ probet, tamen facit ſemiplenam probationem , ita inſigniter dicit Bal.in l.bonæfidei,C.de rebus cred.l.& gl.ſing. in l.2.C. de

de cuſtodia & exhibitione reorum. vide quoq; Lanfrancum de Oriano, loco ſupra citato.

CONCLVSIO CCCLVI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta medio iuramento delato officio iudicis, an probet, & valeat.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta medio iuramento delato officio iudicis, probat & valet.*
2 *Confeſſio per iuramentum probat, & valet, etiam quod ſit facta publicatis atteſtationibus, in caſibus in quibus teſtes recipiuntur.*
3 *Confeſſio per iuramentum non probat, vbi actor nihil probaſſet.*
4 *Iuramentum ſubire non cogitur pars, ſi factum, ſuper quo ſit interroganda, eſt implicitum, ne efficiatur periura.*
5 *Nullus admittitur ad iurandum ea quæ non ſunt veriſimilia.*
6 *Qui iuramentum detulit, velit, nolit, ſciat, ignoretve cogitur iurare.*
7 *Ad probationem erroris ſubſtantialis teſtamenti ſeptem teſtes requiruntur, ſicut in ipſo teſtamento.*

CONfeſſio facta medio iuramento delato officio iudicis,
1 † probat, & valet, nam iudex poteſt ex officio compellere iuramento delato negare, vel confiteri, vt Hercula. ait de proban. negat. fol. 58. nu. 199. auctoritate Iac. Butri. in l. actor. C. de probat. quem refert, & ſequitur Ioan. Ligo. vt per Hercul. vbi ſupra.

Amplia ſecundum Hercula. vbi ſupra, etiã ſi huiuſmodi confeſsio per iuramentum eſſet facta, publicatis atteſtationibus,
2 dummodo in his caſibus, † in quibus teſtes recipiantur, vt late per Craue. reſponſum eſt in conſ. 297. per tot. & ait intelligi poſſe ca. 1. de confeſ. in 6.

3 Primo limita, concluſionem non habere locum, † vbi actor nihil probaſſet, iuxta ſententiam Pariſ. conſ. 153. nu. 3. & conſil. 56. nu. 3. & Herculan. vbi ſupra, n. 200. quod ſcitu dignum & eximium cenſuit Marſil. ſing. 83. in ore vulgi, & in l. de minore. §. tormenta, nu. 4. ff. de quæſtio.

Hanc limitationem intelliges, & limitabis prout dixi ſup. in concluſione, Actore non probante in 7. ampliatione.

Secundo limita: vt non procedat, vbi nõ factum negatiue,
4 ſuper quibus pars eſſet interroganda, eſſet implicitũ, † tunc enim pars, ne efficiatur periura, de hoc, iuramentũ ſubire nõ cogitur: vt aſſeruit Felin. in c. quoſdam. ext. de præſump. & in
5 ſimili videmus, non admitti quem ad iurandũ ea, † quæ non ſunt veriſimilia: vt Alexan. conſ. 71. col. fi. li. 3. & parti, cui nõ eſt factum bene notum, iuramentum non deferendum, facit l. Marcellus. ff. rem rat. l. videamus. ff. de in lit. iur. & ſcribit Alexan. conſ. 73. col. fi. li. 6. Crau. etiam in conſ. 203.

Sublimita, vt locum ſibi nõ vendicet, vbi deferẽti iuramen
6 tum referretur, † is enim, qui detulit, velit, nolit, ſciat, ignoretve, cogitur iurare, vt inquit Crane. d. conſ. 203. & cõſ. 287. col. fin. ſed contra dicendum videtur, quia militat eadẽ ratio periurij, niſi dicamus Craue. loqui ſecundũ terminos l. manifeſtæ. ff. de iureiur. ita Herculan. vbi ſup. nu. 201.

Tertio limita, vbicũque agitur de probando per iuramentum id quod eſt de ſolẽnitate actus ſubſtantialis, vt tradidit Herculan. vbi ſupra, num. 203. atq; Decius conſi. 105. nu. 3. vbi affert exemplum de probatione erroris ſubſtantialis teſta-
7 menti, ad † quem probandum dicit ſeptẽ teſtes requiri, ſicut in ipſo teſtamẽto, & ita inſigniter concludit Bart. in l. cũ proponeretur. de legat. 2. & cum alijs ibid. per Deci. adductis.

CONCLVSIO CCCVII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta in actu nullo ex defectu proceſſus, vel ſententia ob ordinem iuris non ſeruatum, an probet, & valeat.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in actu nullo ex defectu proceſſus, vel ſententia ob ordinem iuris non ſeruatum, aut ob lapſam inſtantiam probat, & valet.*
2 *Iudex propter confeſſionem factam in actu nullo poteſt deuenire ad expeditionem cauſæ non obſtante nullitate proceſſus.*
3 *Confeſſus ſponte in ciuili cauſa, vel criminali à iudice condemnari poteſt, non obſtante nullitate proceſſus.*
4 *Confeſſio in actu nullo ſi ſit facta per torturam, vel metu tormentorum non probat, nec valent, licet ex interuallo perſeueret.*
5 *Confeſſio in actu nullo ſi ſit expreſſe facta probat.*
6 *Confeſſio ſi ſit erronea, vel contra prohibitionem legis licet expreſſa, & tacita, tamen in actu nullo non probat.*
7 *Producens teſtamentum in iudicio tacite videtur fateri illud validum, ſed ſi declaretur nullum, ex tacita confeſſione validitatis, non obſtabit, quominus poſſit agere ab inteſtato.*
8 *Confeſſio ſi ratione inhabilitatis confitentis ſit nulla, nihil probat.*
9 *Confeſſio facta in actu nullo dummodo iudex fuerit competens, plene probat, ſecus ſi fuit incompetens.*
10 *Confeſſio in actu nullo ſi facta fuit ſimpliciter, probat, ſecus ſi implicite.*
11 *Confeſſio implicita non probat crimen a confitente commiſſum, nec ei praiudicat.*
12 *Confeſſio ſi fiat in iudicio nullo incidenter, & per quandam conſequentiam, non probat, nec ex ea poteſt quis condemnari.*
13 *Confeſſio facta extraiudicialiter, concurrente proceſſu inualido, nihil probat.*
14 *Confeſſio in iudicio principaliter facta probat, licet iudicium aliqua de cauſa ſit nullum.*
15 *Confeſſio facta de crimine poſt tempus ſtatutum ad inquirendum non probat, nec ex ea confitens condemnari poteſt.*
16 *Confeſſio licet valeat, tamen non roborat quod inordinate actum eſt.*
17 *Reus confitens in iudicio nullo ob ineptitudinem libelli non concludentis, vel manifeſtam adimiſſam defenſionem continentis, non poteſt condemnari, ſiue confeſſio ſit vera, ſiue ſit falſa.*

CONfeſſio facta in actu nullo ex defectu proceſſus, vel ſententiæ etiam ab ordinem iuris non ſeruatum, aut ob la-
1 pſam † inſtantiam, vel alias iudicium ſit nullum: tamen huiuſmodi confeſsio probat, & valet; ita cautũ eſt in c. Piſanos, ext. de reſti. ſpol. & Inn. docuit in c. qualiter & quando. 2. col. pen. verſ. non negamus. de accuſ. & ibi Fel. §. licet autem. nu. 2. vbi allegat Bal. in l. a. in fi. C. de re iud. & latiſſime per Sebaſt. Vãt. in tract. de nullit. proceſſ. titul. quib. modis ſententia nulla repar. poteſt, nu. 126. vbi ad idem multos adducit, & reddit pulchras rationes, & probatur in c. 1. & 2. de accuſ. in 6. addo Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obl. n. 47. verſ. fallit, & pro hac concluſione faciunt notata per Dec. in cap. ſi clerici. nu. 17. extr. de iud. & lata additio & Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reor. & latiſsime per Tiraq. in tract. de vtroq; retract. fol. 13. nu. 5. cum alijs ſeqq. & in tract. de iure conſtit. 3. par. limit. 7. nu. 19. inf.

2 Amplia etiam, † ſi iudex propter talem confeſsionem poſſit abſoluere cauſã non obſtante nullitate proceſſus, vt Alex. voluit in conſ. 34. nu. 3. vol. 3. quod etiam placuit Inno. in d. c. qualiter, & quando 2. de accuſ. adducit etiam Bart. in l. ſi confeſsus. ff. de cuſtod. reor. cum ibi allegatis per Vant. vbi ſupra, & collectis per eundem.

Subampliabis hanc ampliationem, vt non ſolum habeat lo-
3 cum in ciuili cauſa, ſed etiam in criminali: † nam ſi quis ſponte confeſſus ſit data nullitate proceſſus: tamen condemnari poteſt, & hæc eſt * communis opinio, vt teſtatur Fran. Viu. in ſuis communibus opin. verb. confeſsio. & idem voluit Alexã. conſ. 127. nu. 2. vol. 2. cum ibi allegatis, in concluſione, Confeſſio, in ind crim. per tortur. in 3. limit.

Verum limitabis, niſi confeſsio eſſet facta per torturam, vel
4 metu tormentorum, † quia non probat, nec ualet, licet ex interuallo perſeueret, vt Feli. docuit in d. c. qualiter. & quando. §. licet autem. cum ibi allegatis, num. 103. verſic. 11. limita. de accuſat.

Primo principaliter limita concluſionem: vt tantum proce-
5 dat, † ſi huiuſmodi confeſsio fiat expreſſe, ſecus ſi tacite, vt Felin. tradidit dict. capit. qualiter, & quando. §. licet autem. numero ſeptimo, verſ. 5. limita de accuſat. vbi teſtem laudat Ioann. Andr. in cap. 2. De confeſſ. in 6. & Bald. in l. vnica. in penul. colum. C. de confeſſ.

Verum hæc limitatio non eſt ſimpliciter vera, prout præſupponit Feli. quia ſi ſit erronea confeſſio, vel contra prohibitio-
6 nem legis, licet ſit etiam expreſſa, & tacita, † tamen limitatur concluſio: vt ſi huiuſmodi cõfeſſio ſit in actu nullo, nõ probat, vt Bal. voluit in l. alia. col. 2. C. de his quib. vt indig. vbi dicit, quod ſi pars confiteatur teſtamentũ factũ, & ſic expreſſe confitetur, & illud producat in iudicio, & ſic tacite videtur fateri il-
7 lud validum, † ſi tamen declaretur nullum, non ex hac tacita ſua cõfeſſione validitatis, ei obſtabit, quominus poſſit agere ab inteſtato.

Digitized by Google

inteſtato,& de hoc eſt deciſ.Afflict.25.in fi.Alex.conſ.30.nu.
4.vol.7.& pro hoc faciunt notata per Vant in d.ſuo tract.de
nullitat.proceſſ.titul.quibus & intra quod tempus.nu. deci-
moquinto.

Secundo limita,niſi huiuſmodi confeſſio eſſet nulla rõne
8 inhabilitatis ipſius confitentis,† quia tunc nihil probat: vt
Vant.protulit in d.tract.de nullit.titu.quib.mod.ſent.nul. re-
pat.fol.133.nu.26.ver.quamuis igitur.id probat per l.clarũ.
C.de auctor.præſt.l ſi filius.a.ff.de interrog.actio cum alijs p
eũ ibi allegatis vltra quos adeſt Fel.in d.c qua iter,& quan-
do,§.licet autem.nu.10.verſi.9 limita.de accuſat.

Tertio limitatur,vt tantũ procedat, dummodo index fue-
9 rit competens.†quia tunc plene probat, ſed ſecus ſi incompe
tẽs,fuit,vt Iaſ.aſſeruit in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.
de verb.oblig.nu.47.verſ.2.ad idẽ facit.vbi adducit Innoc in
c.Piſanis.de reſtit.ſpoliat.in princip.& plenius docuit Bart.
in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod reor.& tradiderunt Imo & Paul.
Caſtr.& Alex.in d §.Chryſogonus addo Alex.in cõſ.13. col.
3.verſ.fortificat.lib.1.cum alijs allegat.per Vant in dict.trac.
vbi ſup.in d.verſi.quamuis igitur.vbi idem vult; & ita etiam
limitat Fel.in d.c.qualiter,& quando.d.§.licet autem.nu.9.
verſ.7.limita.

Quarto limitatur,vt locũ ſibi vendicet, ſi ſimpliciter quis
10 cõfeſſus fuerit,†ſecus ſi implicite,vt voluit gl.inſignis in c.1.
de reſtib.in 6.vbi affertur exẽplum de eo,qui cõtra reũ accu
ſatum de crimine ſimoniæ fuit productus teſtis,contra quem
reus opponẽdo dixit repellendum eſſe:quia is ſolus in crimi
ne fuit,nam ex hoc dicto licet videatur fateri ſe cõmiſiſſe cri
11 men †tamen non propterea hæc implicita cõfeſsio probat
crimẽ ab eo patratũ fuiſſe,nec ei præiudicat,ita limitat ibi
in dict.gloſ.Dom.quem refert,& ſequitur Fel in d.§.licet au
tem.num.3.verſ.ſed aduerte. Deci,in c.at ſi clerici.nu.30.de
iudi.

Quinto limitatur,niſi confeſsio fieret in iudicio nullo non
12 principaliter,ſed incidenter,†& per quãdã conſequentiam,
vt ſcripſit Bart.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reor.cui adhæret
Dom.Ant.in d.c.Piſanis.de reſtitut.ſpoliat.cũ alijs ſupra alle
gatis p Fel.in c qualiter,& qñ.d.§.licet autem.nu.8.verſ.6.li-
mita.nam tunc ex tali confeſsione per quandam conſequen-
tiam non probat,nec ex ea poteſt quis condemnari.

13 Sexto limitare poteris,vt non vera ſit,† ſi confeſsio huiuſ-
modi facta fuerit extraiudicialiter,quia tũc cõcurrente pro-
ceſſu inualido,nihil probat,nec nocet,licet ſecus ſit in cõfeſ-
14 ſione in iudicio principaliter facta,quia probat,†licet iudi-
cium aliqua de cauſa ſit nullum,vt auctor eſt Bar.in d.l.ſi con
feſſus.ff.de cuſtod.reor.cum additionibus.

Septimo limitatur, vt locum non habeat,ſi confitens eſſet
tutus ex conſtitutione ſtatuti veluti poſt tale tẽpus nõ poſsit
15 inquiri de crimine,†quia ſi inquiritur(& ſic nulliter)& in ta
li inquiſitione poſt tempus ſtatutum confiteatur crimen,non
probat talis confeſsio,nec ex ea cõdemnari poteſt,ſic me do
cuit Marian.Soc in c.de his.in 9.col.ext.de accuſ. quẽ refert
& ſequitur Fel.vbi ſup.in d §.licet autem.nu.6 verſ.4.limita.

Octauo limitabis,vt non procedat, niſi iudicium eſſet nul
16 lum ratione præpoſterationis ordinis † quia licet confeſsio
valeat;tamẽ non roborat,quod inordinate actum eſt, vt pla-
cuit Bal.in l.vt debitum.nu.2.C.de hæredita.actiu.refert, &
ſequitur Fel.in d.§.licet autem.

Nono limitare tibi licebit,ſi iudicium erat nullum, quia li-
bellus eſt ineptus,vel non concludens,vel manifeſtã aduerſa
rij defenſionẽ continens,quia tunc reus confitens in tali iudi
17 cio,† non poteſt condemnari, ſiue confeſsio ſit vera,ſiue ſit
falſa,ita cõcludit Bal.in l.2 §.qđ ſi actor.circa fin.verſ. nota,
hic qđ ex cõtumacia.C.de iuram.cal.quẽ refert,& ſeqtur Fel.
in d.§.licet autẽ.n.12.verſ.decimo limita. vbi teſtẽ laudat Bal.
qui contrarium ſentit,& dicit in l.s.C.de rei vendic. vbi ait,
confeſſum non poſſe opponere de ineptitudine libelli.

CONCLVSIO CCCLVIII.

ARGVMENTVM.

*Confeſsio facta in contractu,vel inſtrumento nullo, vel inua-
lido an valeat,& probet.*

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in contractu,vel inſtrumento nullo,vel inualido valet,& probat.
Inualiditas principalis contractus non vitiat confeſſionem in eo contentam,ibid.
Contrarium ſub nu.3.*
2 *Mulier ſi contraheret ſine conſenſu propinquorum, pro forma requiſito confeſſio ap-
poſita in illo contractu probaret contra eam.*
3 *Inſtrumentum defectiuum propter defectum ſolemnitatis nullum effectum probatio-
nis inducit.*
4 *Relatio ad inſtrumentum,in quo nihil continetur,nullum effectum producit,& ita
nec relatio facta ad inſtrumentum defectiuum.*
5 *Confeſſio relatiua ad aliquem contractum, vel inſtrumentum nullum ex defectu
ſolemnitatis,continens tamen in ſe veritatem probat, & valet.*
6 *Confeſſio relatiua ad inſtrumentum nullum, quia falſum ſit, & in ſe falſitatem
contineat,inefficax eſt.*
7 *Inſtrumentum eſt fundamentum confeſſionis, & ſublato fundamento cenſetur &
ſublata confeſſio*
8 *Confitens teſtamentum validum eſſe,quod in rei veritate eſt nullum,quoad ſui per
iudicium non probat, nec illud teſtamentum validat,cum ſit nullum.*

CONfeſsio facta in cõtractu,vel inſtrumento nullo vel in-
1 ualido †,valet,& probat;& ſic inualiditas principalis cõ-
tractus non vitiat confeſsionem in eo contentam, quod mul-
ta animaduerſione eſſe dignum ait Paul.de Caſtr.in l.ſi ita ſti
pulatus.§.Chryſogonus.nu.4.ff.de verb.oblig. & idem Alex.
Ange.& Imol.idem tenet Bar.in l.1.§.ſi quis ita. & in l.decẽ
in fin.ff.eo.& Angel.in l.1.C.de præſcript. 30. vel 40. annor.
vbi dicit eſſe diligenter obſeruandum:quia ſi mulier contra-
2 heret ſine cõſenſu propinquorum,pro forma requiſito; pro-
baret contra eam confeſsio appoſita in illo contractu, & re-
fert & ſequitur Ruin.conſ.53.nu.15.vol.2.Bar.in l.certi con-
dictio.§.ſi nummos.col.pen.verſ.de vno dubito.ff.ſi cert.pet.
& in l.1.§.ſi quis ita circa fin.ver.& idem dicerem.ff.de verb.
oblig.vbi communiter Dd.& Deci.in l.cum principalis.ver.
& hoc modo adaptari poteſt.ff.de regul.iur.Tiraq.in tracta.
de conſtitut.7.limit.nu.19.cum plurib.congeſtis per eum Ti-
raquel,in tract.de vtroq.retract.fol.14.nu.9.Alex. conſi. 184.
nu.2.vol.7.

Sed contra concluſionẽ iſtam videntur facere ea,quæ con
trarium ſentiens adducit,& cumulat Dec.in c.cũ venerabilis.
nu.14.cum ſeq.de exceptio.& dicit Roman.in conſ.294.nu.2.
dum vult.quod paria ſint,aliquid in aliquo inſtrumento non
cõtineri,& contineri,ſed id, quod continetur non poſſe per
eum cum effectu apparere,prout euenit,vt ipſe ibidẽ inquit.
3 in inſtremento defectiuo,†cum pp defectum, vt ſolẽnitatis,
nullus effectus probationis per eũ inducatur,& ad hoc addu
cit text.in l.1.§.hæc verba.ff.quod quiſque iur.& l.pen.§.do
cere.ff.ne quis eum qui.& c.relatum.ext.de cleric.no reſid.L.
4 duo ſunt Tit.ff.de teſt.tut.l.1.ff de cõtrah.emptio †& cũ rela
tio ad inſtrumentum,in quo nihil continetur, nullum effectũ
producat,Bal.in l.s.C.de error.aduoca.Fel.in c.ex parte.nu.
13.de reſcript.& non eſt, qui negat,ita erit idẽ ſtatuendũ de
relatione facta ad inſtrumentum defectiuum per ea,quę dicit
ipſe Rom.facit tex.in l.fin.de conſtitut.pec.vbi ſi inſtrumen-
tum eſt nullum ſunt,etiam nulla in ea contẽta, quem text.ad
hoc dicit ſing.Bal.in l.ſi abſentis. col.fi.C.ſi cert.pet.& Barb.
conſ.58.ſcripſit belliſsime,col.6.verſ.& ex iſtis videtur. li.1.
vbi dicit illum text.valde ſing.& conſ.43. præclare ſcribitur.
col.5,verſ.& ſi diceremus.lib.1.Socin.conſ.51,pręſtantiſsime
Doctor,col.2.verſ.confirmatur etiam.li.1.& hanc partem tan
quam veriorem ex prope infinitis comprobat Tiraq.de iur.
conſtitut.limit.7.nu 25.verſ.hucq; ſpectat,ibique diſtinctio-
nes & reſtrictiones huiuſce rei adnotat, idem tenet Prob.in
c.ſi tibi qui.nu.21.de reſcri.lib.6.

Ampliabis concluſionem,vt procedat,etiam ſi talis cõfeſ-
5 ſio non ſit inſerta in contractu,†ſed ẽt quando eſt relatiue ad
aliquem contractum,vel inſtrumentum, nullum ex defectu ſo
lennitatis,veluti ſi quis dixerit,confiteor,prout in inſt.ro con
tinetur,nam licet tale inſtrumentum ſit nullum ex defectu ſo
lennitatis,ſed tñ in ſe validum ſit, quia continet veritatẽ, ta-
men talis cõfeſsio ad illud relatiue probat,& valet,vt proba-
tur ex ſupra allatis,ſecus vero ſi tale inſtrumentũ ſit nullum,
6 quia†falſum ſit,& in ſe falſitatem contineret.quia tunc & cõ-
feſsio inefficax eſt,vt obſeruat Inn.in c.cu venerabilis. de ex
cept.& Bart.in l.poſt legatũ.ff de his quib.vt indig. & Bal.in
l.alia cũ quidem.ff.dict.titu.& ratio eſt;quia cum falſitate ra
7 tione vires ipſius inſtrumenti ſublatæ ſint,† quod ſcilicet in-
ſtru-

Digitized by Google

ſtrumentum eſt fundamentum confeſsionis, ideo ſublato tali fundamento, cenſetur & ſublata confeſsio; vt ſaucitum eſt in 2.qu.1.c.principatus.& c.cum Paulus.& ita voluit ex ſupra allegatis Rom.conſ.294.nu.1.& 2.incip.hæc confeſſ.licet ſibi ipſi in aliquibus contrarius videatur.

Limita concluſionem: vt non vera ſit quoad hoc, vt ſcilicet talis confeſsio validet id, quod confitetur, ſi eſt nullum, exempli gratia, quis confitetur teſtamentum validum eſſe, &
8 in rei veritate eſt nullum, † huiuſmodi confeſsio etiã quoad præiudicium confitentis non probat, nec validat illud teſtamentum, cum ſit nullum, quia ius ei reſiſtit, argum.l.nemo poteſt ff.de leg.1.l.ſi is cuius.ff.de interrog.actio.& ita ait Rui. conſil.3.n.11.lib.3.& gl.in l.pen.& glo.magna. C.de confeſſ. facit tex.in l.in confeſsionibus.ff.de interrog.actio.l.inde Neratius.§.fi.& ſeq.ff.ad l.Aquil.& vide late de hoc per Tiraq. de iure conſtit.par.3.lim.7.nu.26.vbi concordan.cumulat.

CONCLVSIO CCCLIX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta in teſtamento an inducat probationem, vel tantum habeat vim legati.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in teſtamento non inducit probationem ſed tantum habet vim legati.*
2 *Confeſſio in teſtamento facta cum habeat tantum vim legati, teſtator poteſt eam ad libitum ſuum reuocare.*
3 *Confeſſio facta in teſtamento ſemiplene probat, ſicut qualibet alia confeſſio extraiudicialiter facta.*
4 *Confeſſio in vitæ diſcrimine facta præſumitur eſſe ſincera, vera, nulloque humano affectu corrupta, & propterea probat, & confitenti præiudicat, ſiue ipſa ſpectet ad ſeſe obligandum, ſiue ad ſe ad liberandum, & exonerandum, niſi ante mortem reuocata fuerit.*
5 *Confeſſio facta ad commodum filiorum exiſtentium ſub patria poteſtate præſumitur facta in fraudem legis.*
6 *Confeſſio facta per maritum de dote recepta etiam iurata non præiudicat confitenti, & maritus illam poteſt reuocare.*
7 *Confeſſio in teſtamento facta non probat quoad minuendam legitimam filiorum.*
8 *Confeſſio facta in teſtamento, ſi iurata fuit, probat, & nocet confitenti.*
9 *Confeſſio in teſtamento facta iuramento corroborata ita probat, quod heres contra eam venire non poteſt, nec teſtator eandem reuocare poterit, etiam ſi facta eſſet, non præſente eo, cui ex confeſſione acquiratur commodum.*
10 *Iuramentum facit valere confeſſionem eo meliori modo, quo poteſt, & ſupplet abſentiam partis.*
11 *Confeſſio etiam ſi iurata non eſſet, ſed tantum diceret quis ſe iuraſſe, probat.*
12 *Confeſſio de præſtito iuramento tantum operatur, quantum ipſa præſtatio.*
13 *Confeſſio in teſtamento ſimpliciter facta, ſi ſpectat ad male ablata, probat, nec reuocari poteſt non obſtante, quod non ſit appoſitum iuramentum, nec parte abſente facta.*
14 *Male ablata reſtituenda ſunt illis, quibus ſubrepta fuerunt, etiam in damnum fiſci. & damnatus ad mortem ſi confitetur nonnulla male ablata, reddenda ſunt de bonis ipſius damnati, licet regulariter ad fiſcum omnia pertineant.*
15 *Confeſſioni damnati ad mortem non creditur in præiudicium fiſci poſt condemnationem.*
16 *Confeſſio in teſtamento facta probat tantum quoad nominatos in ipſo.*
17 *Iuramentum præſtitum inter aliquos non prodeſt alijs, etiam ſi ſint perſonæ multum coniunctæ.*
18 *Confeſſio in teſtamento facta etiam iurata non probat, nec valet quatenus tendat in præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filiorum.*
19 *Obligatio non oritur ex iuramento de iure ciuili, ſed tantum de iure canonico.*
20 *Confeſſio mutui recepti in teſtamento facta plene probat, nec contra ipſum poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ etiam intra biennium, & intellige vt ibi.*
21 *Confeſſio in teſtamento facta parte præſente plene probat, ac ſi inter viuos facta fuiſſet, nec reuocari poteſt.*
22 *Notarius pro abſentibus ſtipulari poteſt.*
23 *Taciturnitas in commodis eſt pro conſenſu.*
24 *Partis præſentia in acceptatione confeſſionis factæ in teſtamento, quando requiratur, & quando non, & quibus in caſibus.*
25 *Confeſſio in teſtamento facta ſi tendat ad exonerationem conſcientiæ, plene probat nec reuocari poteſt.*
Contrarium ſub num. 27.
26 *Relictum factum pauperibus pro exoneranda conſcientia reuocari non poteſt, quia habet vim debiti confeſſati.*
27 *Confeſſioni teſtatoris fauore animæ ſtare debet heres.*
28 *Confeſſio facta in vltima voluntate multo magis nocet confitenti, quam facta inter viuos.*
In vltima voluntate quis præſumitur magis deliberate loqui, & bonam conſcientiam habere, quia vicinus morti, & nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ. ibi.
29 *Nemo præſumitur mori cum mendacio, & peccato.*
Heres debet exonerare animam defuncti ibi.
30 *Confeſſio facta in teſtamento ſi tendit ad exonerationem animæ, probat etiam quo ad præiudicium tertij.*
Contrarium ibi.
31 *Iudex in articulo mortis conſtitutus confitens ſe protuliſſe ſententiam in fauorem alicuius ob pecuniam receptum, non nocet victori.*
32 *Teſtis dicens in articulo mortis ſe falſum in tali cauſa dixiſſe, non nocet parti.*
33 *Confeſſio teſtamentalis facta in foro pœnitentiali probat.*
34 *Confeſſio in teſtamento facta ſi geminata fuerit etiam in fauorem abſentium probat.*
35 *Confeſſio vna vice inter viuos facta, & alia vice in teſtamento, in articulo mortis probat.*
36 *Confeſſio in teſtamento ſi facta fuerit cum his verbis videlicet ſub damnatione animæ meæ, plene probat.*

CONfeſsionem factam in teſtamento non inducere probo
1 tionem, † ſed tantum habere vim legati, docuit Bart.in l. eum quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.cuius ſententiam plerique probauere ſcribentes, vt cõſulẽdo Ruin.conſ.120.n. 6.vol.5.Bal.in l.nõ ſolũ.§.ſi liberationis.ff.de libe.leg Fel. cũ multis allegatis in c.ſi cautio.nu.21.verſic.3.declaratio. de fi de inſtru.Alex.conſil.45.nu.4.volu.1, Hyppolyt. de Marſil. in rub.C.de probatio.nu.98.& vlt.loco Ioann.Duran.in tractat. ſuo de art.teſt.tit.de leg.cautio.6.qui teſtatur Cuman.in conſil.37.incipien.quidam legauit.in fi. vnde cum habeat tantũ
2 vim legati, † teſtator poteſt, prout ſibi libuerit, talem confeſſionem reuocare, vt cauit Vlpianus in leg 3.ff.de adimẽ. leg. in fin.cum ſimilibus, ita tradit Bal.in l.1.C.de furt.vbi inquit, quod ſemi plene probat, ſicut quælibet alia confeſſio extraiu
3 dicialiter † facta, quem ſequitur Socin.in l.quibus.diebus.§. qui dotale.ff.de condit.& demõſtrat.ſed Damhoudet. in ſua praxi.ciuil.c.centeſimo ſeptuageſimotertio, n 11.ait omnino probare, & cõfitẽti præiudicare, ſiue ipſa ſpectet ad ſeſe obli
4 gandũ, ſiue ad ſe liberandum, & exonerandum, † præſumitur enim talis cõfeſſio in vitæ diſcrimine facta ſincera, vera, nulloque humano affectu corrupta, quocirca intelligit in teſtamẽtario graui morbo laborãte, & niſi dicta cõfeſſio ante mortẽ reuocata fuerit, & de hoc conſulas Iaſ.in l.1.ff.de eo per quẽ fact.vbi voluit, cõfeſſionẽ in teſtamẽto factã nõ probare, quo
5 ad † minuendam legitimã filiorũ, niſi hoc verum eſſe probatur, quod ſequitur Card.Alban.in ſuis lucubrationib.ad Bartol.in l.vnic.ff.de offic.conſu.n.25.An vero, & qñ cõfeſsio facta in teſtamento probet, & præiudicet confitenti, & quid ſi ipſum teſtamentum poſtea reuocetur, adeundus erit Alex.in l.& ſi pepercerit.§.fi.ita teſtatoris.in fi.ff.d li.& poſth.& idẽ in cõſi.45.lib.1.& in cõſi.122.li.7.Ang.in cõſi.181. Soc.in cõſil.61.col.2.li.1.& in cõſi.294.li.1.& i cõſi.74.col.2.li.3. & in hoc vide q̃ diximus i 3.lim.ad cõcl.De cõfeſſione ſine cauſa.

Amplia, vt procedat concluſio, etiam ſi facta fuiſſet in præſentia filiorum, & eſſet iurata, quia cum ſit facta ad cõmodũ filiorum prædictorum exiſtentium ſub patria poteſtate, præ
6 ſumitur † facta in fraudem legis prohibẽtis donationẽ inter patrem & filium, l.2.C.de inoffic.donat. & in l. donationes quas parentes.Cod.de donat.inter vir.& vxor. ideo licet ſit iurata, non valet nec probat, vt per Ruin.in conſi 169.numero decimotertio.lib.2.vbi alleg.l codicillis.§. Titia.ff.de leg. 3.cum alijs congeſtis ibi per eum.

Secundo amplia, veram eſſe concluſionem, etiam ſi confeſſio ſit facta per maritum de dote recepta, & ſit iurata ac rece
7 pta à notario, † quia tunc non præiudicat confitenti, ſecundum Bart.in d.l.eum quis decedens.§.codicillis. ff. de leg.3. & ſequitur Ruin.in conſil.49.nume.9. libr.2. vnde ſecundum Bartol.vbi ſupra maritus poſſet illam reuocare, ſicut & quodliber legatum, & ſi illa non reuocat, confirmatur morte. Verum tamen eſt, quod talis confeſſio non probat debitum quantitatis, & quod poſt mortem non debetur tanquam debitum, ſed tanquam legatum, vel ex donatione, quæ fuit morte confirmata, & quæ eſt ad inſtar legatis l.cum hic ſtatus.§.1.cum ibi notatis.C.de donat.inter vir.& vxor.dicit Ruin.d.conf.49 nu.9.lib.2.

Intellige prædicta procedere, vt paulo infra in 2. limit.& ſuis ſublimitationibus diximus.

8 Primo limitabis, ſi talis cõfeſsio iurata fuit, † tũc enim probat, & nocet cõfitẽti, vt Bar.monuit in d.l cum quis decedẽs. §.codic.de leg.3.Abb.in c fi.de ſucc.ab inteſt.colu.5.verſi.iõ cõcludit.Bal.in l.rõnes.C.de prob.& idẽ Bal.à Bar.in auth.ſacram. puberũ.C.ſi aduerſ.vẽd.auth.quod obtinet.C. de proba.Bal.cõſi.14.incipẽ.Ant.volu.2.& cõſi.202.incipiẽ.adeo,li 3.ex

quibus

9 quibus patet adeo huiuſmodi confeſſionem probare,† vt hæ-
res non poſſit venire contra talem confeſsionem teſtatoris iu
ramento corroboratam,ſecundum Rui.conſ 228.nu.16.2.lib.
immo nec ipſe teſtator poterit poſtea talem ſuam confeſsionẽ
iuratam reuocare,etiam ſi confeſsio facta eſſet, non præſente
eo,cui ex confeſſione acquiritur commodum,vt patet ex alla-
tis à Fel.in d.c.ſi cautio.num.25.verſ.modo prædicto.extr.de
10 fid.inſtr.nam † iuramentum facit valere confeſsionem eo me
liori modo quo poteſt.l.cum pater.§.filijs matrem.ff.de leg.2.
c.quanto.verſ.ſi vero.& ibi Abb.in 5.notab.extr. de reſcri.cũ
gl.ſi.de iureiur.Ang.in l.ex his verbis.C.de teſta.milit. Bar.in
l.ex hac ſcriptura.in 3.col.ff.de donat.& iuramentum ſupplet
abſentiam partis,Bal.in rubr.C.res inter alios acta & videas,
quæ late diximus in 4.limit.ad conclusionem. De confeſsio-
ne ſine cauſa,& in 6.limitatione ad conclusionem.De confeſ-
ſione facta abſente parte.
11 Subamplia,vt procedat,† etiam ſi iurata non eſſet,ſed tan-
tum diceret ipſe ſe iuraſſe,per d.§.codicillis, ibi, patruo, ſiue
iurauit tantum,& per Salic.in l.generaliter.in 12.q.C.de non
num.pec.& aſſeruit Bar.in l.ex hac ſcriptura.col pen.ff.de do
na.Fel.in c.ſi cautio col.5.in 1.limit.de fid.inſtr.& etiam tan-
12 tum efficit confeſsio de præſtito iuramento, † quãrum etiam
ipſa præſtatio,vt probatur in l.ne in arbitris. & ibi Bal. C. de
arbi.& obſeruauit Bar.in d.l.ex hac ſcriptura.ff.de don.ita re-
fert,& ſequitur Feli.in d.c.ſi cautio nu.25.de fid.inſtr.& con-
ſulas ea,quæ diximus in 1. ampliatione ad ſextam limitatio-
nem,concluſ.De confeſsione abſente parte.
Secundo ampliabis, vt in ſecunda ampliatione ad 6. limit.
conclusionis,de confeſsione facta abſente parte, tradidimus.
Tertio ſubampliare poteris , vt licet nec iurata , nec parte
13 præſente facta ſit,† tamen ſi confeſsio ſit,quæ ſpectet ad ma-
le ablata,hoc caſu ſimpliciter facta probat, nec reuocari põt,
non obſtante quod appoſitum non ſit iuramentum, vel parte
abſente factum fuerit : nam talia male ablata ſunt reſtituenda
14 illis,quibus ſubrepta fuerunt,etiam in damnum fiſci : † prout
euenit in damnato ad mortem , quando confitetur nonnulla
male ablata,quæ ſunt reddenda de bonis ipſius damnati,licet
regulariter ad fiſcum omnia pertineant,cuius rei ea eſt ratio,
quia non debet fiſcus occupare bona aliorum,l.1.C.pœ.fiſ.li.
10.l.quod placuit.ff.de iur.fiſ.c.ex literis.vbi Inno.ext.de pi-
gn.& hęc ea optime adiuuant,quæ diximus in 11.limitatione
ad conclusionem. De confeſsio.facta abſente parte: quod in-
15 tellige,ſi talis confeſsio præceſſerit condemnationem,† nam
poſt confiſcationem non creditur confeſsioni ipſius damnati
in præiudicium fiſci,ita in terminis conſuluit Bald. conſ. 476.
vol.5.incip.teſtamenta.& relicta, per alleg. ibi per eum,ita et
ſcripſit Ang.in l.cum quis decedens.d.§.codicillis.ff.de leg.3.
& proditum eſt per Barbat.in c.Raynu.col.62.de teſta.& per
Bal.in conſ.476 vol.5.incip.& relicta.
Primo ſublimita prædictam limitationem, vt locum habeat
16 tantum,† quoad nominatus in dicto teſtamento , ſed non ad
innominatos,quia quo ad illos, qui in dicto teſtamento nomi
nati non ſunt, huiuſmodi confeſsio non probat , nec eis pro-
deſt,etiã quod iurata fuerit,nam iuramẽtum præſtitum inter
17 aliquos non prodeſt alijs,dato ẽt,† quod ſint perſonæ multũ
coniunctæ,vt tex.eſt in l.3.§.pen.ff.de iureiu.& facit tex.in l.
nam & poſtea.§.fi.& l.ſeq.& l.ſi poſſeſſori.§.fi.ff.eo.de iureiu.
ita ait Iaſ.in conſ.36.col.2.vol.3.qui licet loquatur in confeſ-
ſione facta in inſtrumento,tamen idem dicendum videtur in
confeſsione facta in teſtamento , cum de vno ad aliud valeat
argumentum,l.quæ,de lega.& l.ſeruum filij § cum qui chiro-
graphum.ff.de leg.1.& quod idem procedat in teſtamenti cõ-
feſsione,tenet Io.Duran.vbi ſupra,tit.de leg.cautel.6.
18 Secundo ſublimitatur,vt non procedat, † quatenus huiuſ-
modi confeſsio tenderet in pręiudicium,& damnum credito-
rum,vel in diminutionẽ legitimę filiorum,quia hoc caſu con-
feſsio ẽt iurata non probat,nec valet,per notata in l.qui teſta.
ff.de probar.cum alijs allatis à Barb.in c.Raynu.col.65.de te-
ſta.reſpondit Alex.conſ.57.viſo breui,vol.5.nu.2.& Duran.in
tract.de arte teſtan.tit.de leg.cautel.6.circa finem .
Tertio ſublimitatur;vt nõ vera ſit de iure ciuili,ex eo enim
19 † non oritur obligatio ex iuramento ; vt aſſeruit Bartol. in l.
ſi quis pro eo.circa prin.ff.de fideiuſſor.ſed tantum de iure ca
nonico,quo oritur obligatio,vt tradidit Felin.vbi ſup. d.c.ſi-
cautio.

Contrariam tamen ſententiam ſequutus eſt Guid.Pap.de
ciſ.190.nu.4.
Secundo limita principaliter in confeſſione mutui recepti,
quæ plene probat,nec contra ipſam poteſt opponi exceptio.
20 non numeratæ pecuniæ,† etiam intra biennium,iuxta ſenten
tiam Accurſ.& Bald.in l.1.C.de falſ.cau.adiect.leg.atq.Bald.
in tit.de pac. Conſtan.in verb.vaſalli , in final. & in l. fin. in
vlt.col.C.de non nu.pec.& Inſtit.de lit.oblig.in prin. & Sal.
& Cyn.voluere in l.in contractibus.in prin.C.eod.tit.& ratio
eſt:quia tunc in confitente non præſumitur adeſſe ſpes futu-
ræ numerationis;cum ſperet non indigere mutuo propter du
biam viæ ſpẽ,ſecundum prædictos,quos Felin. in c. ſi cautio.
nu.45.de fide inſtrum.dicit non habere contradictorem.
Intelligas tamen velim iſtam limitationem procedere tan
tummodo in illo,qui eſt conſtitutus in extremis : non autem
in quolibet ægrotante,vel vltima voluntate : ita illam decla-
rat,& dicit eſſe intelligendam Fel.in d.c.ſi cautio.eod.nu. 4.
Tertio limita conclusionem principaliter,ſi huiuſmodi cõ
21 feſſio in teſtamento facta fuerit parte præſente , † quo caſu
plene probat,ac ſi inter viuos facta fuiſſet , nec reuocari po-
teſt,ita tradidit Belniſius in auth.de iureiur.à mori. præſtito ,
in 10.qu.adducit ea,quæ notantur in l. hæredes palam. §. fin.
ff.de teſta.quem refert & ſequitur Alex.conſ.45.num. 5. vol.
1.cum alijs ibi ad idem collectis,idem voluit Bar.in d l.cum
quis.§.codicillis.ff.de leg.3.& Ioann.Durã.vbi ſupra,vbi ad
22 idem teſtatur Cuma.conſi.61,incipiẽ.Petrus,&c. † Notarius
enim pro abſentibus ſtipulari poteſt.l.3.vbi Bartol.ff.rem pu
pil.ſal.for.c.quanquam.de vſur.lib.6.& licet Salycet.in l.ge-
neraliter.C.de non num.pecu.& Iaſo.in l.error. C.de iur. &
fact.ignor.dicant,hoc caſu non ſufficere præſentiã, & taciturnitatem eius,qui ex tali confeſſione percepturus eſt commo
da;ſed requiri,vt ipſe verbis expreſſis talem confeſſionem ac
ceptet,tamen verior opinio, & * communior eſt,quod ſuffi-
23 ciat præſentia ſolum,licet expreſſe non acceptet , † nam in
commodis taciturnitas eſt pro conſenſu, vt voluit gloſſ. in l.
qui patitur.ff.mandati, vt clare etiam patet ex collectis per
Petr.Duen.in regul.119.in 1.limitat.& reſpondit Rui. conſil.
128.num.17.volum.2.& de hoc ſatis diximus in 1. limitatio-
ne ad conclusionem De confeſsione extraiudiciali facta par
te præſente;vbi etiam reperies concordantiam.
Subamplia vt ſupra in ſecunda extenſione primę limitatio-
nis explicauimus,vt per Io.Duran.d.caut.C.de lega.
Primo ſublimitabis,vt ſupra in ſecunda ſublimitatione pri
mæ limitationis fecimus,prout Alexand. fecit in conſil.47.
num.2.vol.5.
24 Secundo ſublimita,vt partis pręſentia requiratur, † ſi hu-
iuſmodi confeſsio inducatur ad ſpecialem , & particularem
effectum reſpectu certæ perſonæ:quia tunc,vt probet , & in-
ducat obligationẽ reſpectu illius certæ perſonæ,bene requi-
ritur præſentia,ſecus vero ſi huiuſmodi confeſsio inducitur
ad effectum generalem, qui ſe reflectit ſolum ſuper confiten-
te:quia tunc non requiritur alias præſentia: veluti quis confi
tetur in teſtamento multas vſuras feciſſe , & multa male ex-
torſiſſe:nam de hoc,vt ipſe dicatur inteſtatus diſceſsiſſe , &
inhabilis efficiatur teſtamento non requiritur aliqua præſen
tia partis ad hoc,vt talis cõfeſsio,operetur, quia ſine ea ple-
ne probat,cum canones,vbi confeſsio ſit ſuper vſuris,vel ma
le ablatis,non curent de pręſentia partis,ſed tantum de bo-
na fide & de ſubſtantia veritatis;vt ſancitum eſt in c. paro-
chianus.extr.de ſepul.& facit 1.q.6.c.quotiens cordis ocu-
lus.ita declarat Bald.in conſi.373.incip.qualiter accipiatur ,
num3.vol.1.& ſic de alijs ſimilibus.
Quarto limitare poteris, ſi talis confeſsio tendit ad exone
25 rationem conſcientiæ , † quia tunc plene probat,nec reuo-
cari poteſt;ita limitat Tiraquel.in tractat. priuileg. piæ cau-
ſæ, in priuileg. 117. hoc dictum confirmat Angel. in aliqui-
bus ſuis reportatis antiquis in l.cum quis decedens.§. codi-
cillis.ff.de leg 3.qui allegat ibi Tiraquel.dicens,relictum fa-
ctum pauperibus pro exoneranda conſcientia,non poſſe re-
26 uocari;† quia habet vim debiti confeſſati tanquã fuerit par
te præſente acceptatum,quod dictum pro ſingulari ſequitur
Barbar.in reperit.l cum acutiſsimi.charta penul.verſic. quid
ſi teſtator.C.de fideicom.ſed ante Ang.idem voluit Bal. in l.
generaliter.in 10.qu.C.de non n.pecu.Fel.in c.ſi cautio, nu.
27 24.verſicul.quintus caſus.de fide inſtru.vbi ait,† hæredẽ de
bere

bere parere dictæ confeſſionis teſtatoris fauore animæ, idem tenuit Catel. Cotta memot. incip. abſenti poteſt acquiri, & alibi memot. incip. apice iuris, & fuit opin. Petri de Bellapert. in d. l. generaliter, ſequutus eſt Cyn. ibi C. de non num. pecun. ea ratione motus, quiă confeſſio facta inter viuos nocet confi-
28 tenti, ergo multo magis † facta in vltima volũtate, quia præſumitur in vltima voluntate quem magis deliberate loqui, & bonam conſcientiam habere cum ſit vicinus morti, & nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ, vt in l. fin. C. ad l. Iul. repetun. & Bald. in conſil. 476. volum. 5. incip. teſtamen. & reli-
29 cta. inquit † neminem præſumi moti cum mendacio, & peccato, per not. in §. fin. inſtitutio. de iniur. & ideo hæres debet exonerare animam defuncti, vt eſt inſtitutum in capit. parochianis. de ſepultu. & huc pertinent ea, quæ late diximus in 13. limitatione ad concluſionem De confeſſione facta abſente parte.

In contrariam tamen hoc caſu apertiſsime deſcendit ſententiam Barto. in d. §. codicillis. Cyn. in d. l. generaliter, in 10. quæſtion. C. de non numerat. pecun. & Bald. ſibi contrarius in l. ratione. 2. quæſtion. C. de probat. C. de probat. Iac. de Beluiſ. in authentic. de iureiurand. à morien. præſtito. Bald. in l. vltima, C. ſi à non compet. iud. & conſil. 262. ſuadeo hæredi. lib. 3. & Ang. ſibi etiam ipſe diſſimilis in l. 1. C. de falſ. cau. adiec. lega. atque Lanfr. de Oria. in repet. c. quoniam. tit. de confeſſio. nu. 46. & ſeq.

30 Subamplia prædictam quartam limitationem, † vt procedăt etiam quoad præiudicium tertij, vt late cauit Pariſ. conſ. 10. nu. 134. vol. 2. vbi late hanc materiam proſequitur.

Contrarium voluerunt Bar. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Syllan. & Alex. ibi allegans alias concordantias, vt facit Iaſ. in l. 1. col 2. num. 15. & ſequ. ff. de eo, per quem fac. er. & Felin. in c. literas. nũ. 20. de præſumpt. cum alijs ibi per eum
31 allegat. ex quibus colligitur, † Iudicem in articulo mortis conſtitutum confitentem ſe protuliſſe ſententiam in fauorem alicuius ob pecuniam receptam nocere victori. in l. 1. §. ſi quis filium. ff. de carb. edicto. & in c. ſicut. de teſtib. & idem voluit
32 Bald. decidendum eſſe in teſte, qui † articulo mortis dixit, ſe falſum in tali cauſa dixiſſe: quia non nocet parti, vt in auth. ſi dicătur, colum. 2. C. de teſtib. & glo. & Ang. in l 2. C. de calum. dicunt, fidem non haberi dicto morientis, qui dicit talis me percuſsit, licet hæres illum accuſans propter hoc excuſetur à calumnia.

Quinto limitatur, vt non procedat in foro pœnitentiali,
33 quia † hoc caſu talis confeſsio probat, vt docuit Saly. in l. generaliter. C. de non num. pecun. Felin. in d. c. ſi cautio. num. 24. verſ. quartus modus, de fid. inſtru. quibus ea conueniunt, quæ diximus in 11. limitatione ad concluſionem De confeſſione facta abſente parte.

Sexto limita, ſi geminata fuerit, vt Ruin. conſultus reſpon-
34 dit in conſ. 128. num. 17. volum. 2. vbi ait, † quod etiam in fauorem abſentium probat, idem tenet Pariſ. dict. conſ. 10. num. 134. lib. 2 qui idem voluit, ſi in teſtamento geminata fuerit, ſed vna vice in actu inter viuos, & alias vice in teſtamento,
35 † in articulo mortis, ſed in hoc adeas, quæ latiſſime diximus in ſecunda limitatione ad concluſionem De confeſſione facta abſente parte, vbi reperies etiam ampliationes ad iſtam limitationem, & totam ferè materiam confeſſionis geminatæ.

Septimo limitabis, ſi huiuſmodi confeſſio facta fuerit cum
36 his verbis, hoc eſt ſub dãnatione animæ meæ confiteor, † quia tunc plene probat, vt Pariſ. ſcripſit. vbi ſupra vbi adducit inter cætera gl. magn. in fin. in l. 1. C. de falſ. cau. adiect. lega. & Felin. in cap. literas de præſumpt. num. 11. & idem Felin. tradidit poſt Imo. & Anton. in d. c. ſi cautio. num. 19. in 3. declaratione, de fid. inſtr. & per plura adducta per Marſi. in l. 1. §. præterea. col. 2. nu. 7. ff. de quæſt. & diffuſius in rubr. de proba. nu. 80. & in repet. de fideiuſſ. num. 42.

CONCLVSIO CCCLX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio in inſtrumento an plene probat.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio in inſtrumento plene probat, & nunquid, & quando poſsit per teſtes probari contrarium huius confeſsionis, vide remiſſiue.*
2 *Confeſsio in inſtrumento probat, licet facta ſit parte abſente.*
3 *Confeſsio in inſtrumento facta probat tantum quoad nominatos in eo.*
Inſtrumentum præſtitum inter alios non prodeſt alijs etiam quorum intereſt.
4 *Inſtrumentum non prodeſt non nominatis in eo.*
5 *Cauſa confeſsionis, & obligationis ſi in inſtrumẽto expreſſa non eſt, contractus in effectu erit nullus. Contrarium, ſub num ſeq.*
6 *Confeſsio, nec viua vox, nec liber rationum, nec alia ſcriptura, vel inſtrumentum valet ſine cauſa expreſsione.*
7 *Promiſsio, & ſolutio paria iudicantur.*
Nemo præſumitur indebitum ſoluere, nec indebite promiſiſſe, ibi.
8 *Aliquid certum ſi promittatur, agitur ex certo condictione, ſi incertum, ex ſtipulatis.*
9 *Confitens donare præſumitur, & liberalitas pro cauſa ſufficit.*
10 *Cauſa exprimenda in confeſsione debet eſſe legitima.*
11 *Confeſsio in inſtrumento facta, ſi tendit in præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitime filiorum, etiam iurata non probat, nec valet.*
12 *Confeſsio in inſtrumento facta ſi non eſt veriſimilis, non probat.*

1 Confeſsionem in inſtrumento plene † probare conſultus reſpondit Iaſ. in conf. 36. in prin. vol. 3. & ex allatis patet in confeſſione facta in inſtumento nullo Bar. & Bal. in l. generaliter. C. de non num. peç. & late proſequitur Lanfr. de Oria. in ſua praxi. c. 9. de inſtru. product. vbi tractatur, nunquid, & quando poteſt probari per teſtes contrarium dictę confeſſioni inſtrumento factæ.

Amplia concluſionem, vt etiam verificetur, quando talis
2 confeſsio eſſet facta parte abſente, † nam nihilominus probat, & plene pro abſente, ita ſciuere Impp. Diocletian. Maximian. in d. l. deſiderium. C. depoſit. de quo text. ibi exclamat Bald. & Paul. de Caſtr. in conſi. 84. incipien. quod præfata ſententia. ita ſentit Franciſc. de Crema. in not. ſuo 104. incip. apparet inſtrumentum, & huc pertinent ea, quæ diximus in ſeptima limitatione ad concluſionem De confeſsione facta abſente parte.

Primo limitabis, vt tantum procedat quoad illos, qui nomi
3 nati fuerunt in illo inſtrumento, † ſecus ad illos, qui nominati in illo inſtrumento non ſunt, quia tunc etiam ſi iurata ſit, non probat, nam iuramentum præſtitum inter alios non prodeſt alijs etiam quorum intereſt, etiam ſi eſsent perſonæ multum coniunctæ, vt aperte reſpondit Vlpian. in l. 3. §. penul. ff. de iureiur. & in l. nam poſtea, §. fin. & Paulus l. ſeq. & idem Vlpia. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. eod tit. nam etiam, & non nomina-
4 tis in inſtrumento inſtrumentum non prodeſt, ad quod pertinet contex. in l. ad probationem. 1. C. de probat. & ibi Bal. vnde, ſicuti atteſtatur Iaſ. d. conſ. 36. col. 2. circa fin. vol. 3. Aduocati ſæpe dicerent, tu non es in inſtrumento deſcriptus, nec nominatus, inſtrumentum te non iuuat, ita colligitur è toto conſ. vbi ſupra.

Limitare etiam poteris, vt vera ſit, ſi in inſtrumento decla-
5 rata non fuerit cauſa confeſsionis, & obligationis, † alioqui contractus erit re ipſa nullus, quia obſtabit exceptio doli agẽti, ita dicit Roſr. in rubr. certi condic. ex ſtipulat. ita etiam reſpondit Vlpian. in l. 2. §. circa. ff. de dol. except. atque cauit Iulianus in l. qui ſine cauſa. & conſuluit Paulus in l. cum de indeb. §. fin. ff. de probat. & colligitur ex Pomponij reſponſo in l. nuda. ff. de donat. & ad hoc confirmandum Roffred. adducit text. in l. cum hi. §. in hac cauſa. ff. de tranſlat. l. fin. C. de edict. diu. Adria. toll. l. 1. C. de apoc. publi. cui conuenit, quod ipſe ſcripſit in rubr. ne vis fiat ei, qui ſatiſde. de oper. moli. ante fi. & Alex. conſ. incipiẽ. in caſu & lite. col. 1. in 1. & 2. vol. vbi ait,
6 neque viuam vocem, neque librum rationum, neque aliam ſcripturam, vel inſtrumentum valere ſine cauſæ expreſsione, & idem in conſ. 23. vol. 1. & conſ. 4. eod. vol. Iaſ. etiam in l. ex hoc iure. col. 12. ff. de iuſtit. & iure.

Contra tamen prædictam limitationem ſenſit Ioann. de Blan. in libell. vbi tract. de act. ex ſtipulat. ea ratione, † quia promiſsio & ſolutio paria iudicantur à lege, vt conſtituit Imperat. Iuſtin. in l. vlt. C. ad l. Falcid. & reſpondit Marcellus in l. ſi patronus. §. 1. ff. de dona. atque Paulus cauit in l. idem eſt de conſtitut. pecun. ſed nemo præſumitur indebitum ſoluere, vt conſultus reſpondit idem Paul. I. C. in l. cum de indebito ff. de probat. ergo & nemo præſumatur indebite promiſiſſe, & hoc etiã adducit, quia lex ſine diſtinctione dicit, quod ſi aliquid

8 certum promittatur, agitur † ex certi condictione, ſi incertũ, ex ſtipulatu vt patet ex tit. inſtitut. de verbor. obligat. in princip. & l. certum. ff. ſi certum petat. & l. ſtipulatione quadam. ff. de verbor. obligat. & l. vbi autem. eod. titul. ſed vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. vnic. circa fi. C. de caduc. tollen. cap 2. extr. de tranſact. l. de pretio. ff. de public. cum ſimilibus & per alias rationes, quas tu met videre poteris in dicto loco, idem voluit Petr. de Bellapertic. in repetitio. l. generaliter. C. de non numerat. pecun. à numero 12. vſque ad num. 15. quod etiam placuit gloſſ. in l. 2. §. circa. ff. de dol.
9 mal. & met. exceptione, vbi Bart. inquiens, † quod talis confitens præſumitur donare, & liberalitatem ibi pro cauſa ſufficere, adducens, text. in l. hoc iure. ff. de donat. & l. ſi diuortio. ff. de verb. obligat. & gloſſ. in l. ſi matribus. num 1. ff. de conſtitut. pecun.

Sed ad reconciliationem iſtarum duarum opinionum audeas, quæ diximus in 14. limitatione ad cõcluſionem de con-
10 feſsione facta ſine cauſa Et quod † dictum eſt de expreſſione cauſæ, intellige de cauſa legitima, & illo modo, quod diximus in ampliationibus ad dictam concluſionem, De confeſsione ſine cauſa.

Tertio limitatur, vt non procedat, ſi tendat in præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filio-
11 rum, quia hoc caſu etiam iurata † non probat, nec valet, vt fuit obſeruatum in l. qui teſtamentum. ff. de probat. & per Barbat. in capit. Raynutius colum. 3. de teſtament. & in hanc ſententiam reſpondit Alexand. in conſil. 75. num. 2. volum. 5. atque tradidit Duran. in tractat. de art. teſtan. tit. de lega. cautel. 6. circa fin.

Quarto limitabis vt vera non ſit concluſio, quando confeſ-
12 ſio facta in inſtrumento † non eſſet veriſimilis, vt proditum eſt à Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. verſ. deinde no. ad idem conſuluit Ioann. de Anan. in conſil. 17. incip. viſa relatione, atque Imol. in conſ. 209. incipien. viſa inquiſitione. idem cauit Cuma. in conſ. 138. incipien. hoc maxime facit, quod tradit Signor. in conſil. 115. incip. in q. Petri, & conſi. 156. incip. in proceſſu. & quod animaduertit Bart. in l. 1. l. accuſa. ff. de accuſa. quod etiam à multis eſt comprobatum, vt ab Alex. in conſ. 19. incip. in cauſa inquiſitionis, li. 3. & ab Ant. de Butr. in c. fin. col. 5. verſ. requiritur etiam. de confeſſ. ab Anch. conſ. 94. incip. viſa inquiſitione, à Cæpol. cri. conſil. 32. incip. quidam ruſtici. à Marſ. in l. 1. in princi. & l. de minore. in princip. ff. de quæſt. & in rub. de proba. & in ſing. 329. & à Dec. in c. iurauit. de probat. & in l. cum te. C. de tranſact. nu. 4. & conſ. 596. num. 10.

CONCLVSIO CCCLXI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta de recepto an probet vere, & plene receptionem, & numerationem.

SVMMARIA.

1 *Confitens recepiſſe pecuniam probat vere, & plene receptionem, & numerationem. Contrarium num 4.*
2 *Statutum loquens de abſolutione habet etiam locum in confeſſione ſolutionis.*
3 *Habens mandatum ad recipiendum præiudicat domino, & illum obligat etiam per confeſſionem de recepto.*
4 *Confeſſio de recepto non probat, nec illi ſtatur, ſed intellige, vt ſub num. 5.*
5 *Confeſſio Patris de recepto etiam iurata non præiudicat filio quoad legitimam niſi aliter conſtet de numeratione pecuniæ.*
6 *Confeſſio de recepto non operatur obligationem quoad tertium, ſed quoad contrahentes, qui ex tali confeſſione obligantur.*
7 *Confeſſio mandatarij non nocet domino.*
8 *Confitens debere centum, vel plus, vel minus, eius confeſſio probat, licet ſit incerta propter illam adiectionem.*
9 *Confeſſio de recepto probat non ſolum quoad ipſos confitentes, ſed etiam quoad alios acceſſorie conſequentes, aut ſuccedentes, vt fideiuſſores, mandatores, & creditores confitentium.*
10 *Confeſſio de recepto, ſi præceſſerit promiſſionem centum, & poſtea ſubſequuta fuit, bene plene probat numerationem.*
11 *Confeſſio de recepto probat in illis caſibus, in quibus nulla eſt fraudis ſuſpicio, aut per legis interdictum non prohibetur.*
12 *A lege prohibitum eſt, ne liceat Patri præiudicare filio in legitima.*
13 *Confeſſio mariti numeratæ dotis non probat, non ob aliud niſi ob fraudis ſuſpicionem, & interdictum legis.*
14 *Confeſſio de recepto non ita plene, & effectualiter probat, quominus confitens non poſſit exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, cui competit talis exceptio intra biennium.*
15 *In contractu mutui datur ſpatium biennij ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ ſed in alijs eſt triginta dierum.*
16 *Confitens de recepto ſi infra biennium negat dictum pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe hanc negatiuam probare non tenetur, ſed aſſerenti, quod ſoluta fuit incumbit onus probandi.*
17 *Creditor ſi non probat numerationem, confeſſio receptionis intra biennium nihil operatur.*
18 *Confitens ſe recepiſſe centum à tali, etiam ſi dicat facio iſtam confeſſionem non ſpe futuræ numerationis: ſed quia vere habui dicta centum, non tamen eius confeſſio ita effectualiter & vere probat, quominus adhuc non competat confitenti exceptio non numeratæ pecuniæ*
19 *Confitens de recepto etiam ſi pactum expreſſum fecerit de non opponendo exceptione non numeratæ pecuniæ: nihilominus poterit opponere, & ſic eius confeſſio non vere probabit.*
20 *Qua facilitate quis inducitur, ad confitendum, eadem inducitur ad renunciandum.*
21 *Renunciatio exceptionis, non numeratæ pecuniæ ſi fiat in interuallo probat, & valet.*
22 *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ ſi fiat incontinenti cum iuramento, tenet & probat, nec poteſt contra eam venire.*
23 *Confeſſio de recepto facta in inſtrumento guarentigiato plene, & vere non probat, quia confitenti competit exceptio non numeratæ pecuniæ, niſi ſtatutum ſpecialiter prohiberet dictam exceptionem poſſe opponi contra tale inſtrumentum.*
24 *Confeſſio infra biennium non probat plene, & effectualiter, cum poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, non obſtante ſtatuto, quod contra inſtrumentum publicum nulla exceptio opponatur.*
25 *Confitens ſe recepiſſe pecunias, etiam ſi dediſſet pignus, non tamen probat, quominus poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
26 *Confeſſio de recepto facta cum iuramento non ita plene, & effectualiter probat, quominus confeſſus non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
27 *Iurans vero pecuniam numeratam recepiſſe, eius confeſſio plene probat. & tali confitenti non competit exceptio non numeratæ pecuniæ Reſtringe vt ibi.*
28 *Confeſſio recepti mutui ſi facta fuit in iudicio apud acta, non ita probat effectualiter, quin contra eam confitens venire non poſſit.*
29 *Debitor in iudicio fatetur quidquid poteſt, nec conſtanter: ſed tandem iuramento aſtrictus confitetur.*
30 *Quando quis dicatur confeſſus ſpe futuræ promiſſionis, non autem numerationis, idem non poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
31 *Fideiuſſores, mandatarij, vel creditores confitentes de recepto mutuo non ita plene probant, quin etiam ipſi poſſint opponere dictam exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
32 *Confeſſio de recepto mutuo non ſolum poſt biennium de æquitate canonica non probat effectualiter, ſed etiam perpetuo, quia ſemper exceptio non numeratæ pecuniæ de iure canonico poteſt opponi etiam vſque ad mille annos.*
33 *In deciſionibus attenditur locus contractus.*
34 *Confeſſus in teſtamento ſe recepiſſe pecunias mutuo probat, ita quod & ipſe, & ipſius hæres poteſt conueniri & non poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. quod intellige, ſi confitens exiſtat in extremis, vt ibid.*
35 *Non omnis infirmus etiam grauiter non dubitat de morte*
36 *Confeſſio de recepto mutuo in teſtamento facta, ſi tendit in præiudicium creditorum vel in detrimentum legitimæ filiorum non probat.*
37 *Confeſſio ſi geminata eſt ita probat, vt confitens opponere non poſſit de exceptione non numeratæ pecuniæ*
38 *Confitens ſi expreſſe renunciat exceptioni non numeratæ pecuniæ, & iurat plene probat & ſibi præiudicat.*
39 *Confeſſio debitoris probat, ſi poſt confeſſionẽ ex interuallo ipſe incipiat ſoluere aliquid ex debito confeſſato, nec poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
40 *Confeſſio mercatorum, vel campſorum de recepto propter publicam fidem probat, & eis non competit exceptio non numeratæ pecuniæ.*
41 *Mercator, vel campſor, quando promiſit pro alio, non poteſt opponere, quod ſibi à tali pro quo promiſit, non fuit numerata pecunia.*
42 *Quando campſor promiſit ſoluere pro confitente bene poteſt opponi exceptio, quod pecunia non fuit numerata.*
43 *Confeſſio de recepto plene probat abſque exceptione, quando ex tenore inſtrumenti de actuali numeratione conſtat*
44 *Confeſſio depoſiti probat, & confitenti præiudicat.*
45 *Confeſſio de recepto non probat, nec præiudicat ſi probetur error, vel ſimulatio.*
46 *Confeſſus de recepto non poteſt vti tali receptione in alijs contractibus, ſed ſi vult probare non numeratam pecuniam ſemper auditur.*
47 *Confeſſio de recepto etiam in alijs cauſis, quam mutui, vel dotis, non probat quoad tertios, nec eis præiudicat.*
48 *Statutum, quod intra biennium non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ valet inter laicos ſecus in foro epiſcopali, & multo minus in foro conſcientiæ.*
49 *Confeſſus recepiſſe pecuniam probat, & non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
50 *Confeſſus plene probat, & præiudicat, quando vltra eam adeſt pactum de non petendo, nec poteſt confeſſus opponere exceptionem, aut agere ad numerationem, & ſolutionem debiti.*
51 *Promiſſio ſi præcedat confeſſionem, ſubſequens confeſſio de recepto probat, nec poteſt opponi exceptio de non numeratione, aut receptione pecuniæ*
52 *Confeſſio de recepto probat, & confitens non poteſt opponere de exceptione, quando vltra eam adeſt iuramentum his verbis prolatum, quod omnia contenta in inſtrumento ſunt vera.*
53 *Confeſſio ſi facta ſit per hæc verba, confiteor in veritate recepiſſe, probat numerationem.*

54 Con-

14 *Confeſſio procuratoris de recepto etiam quod habeat mandatum ad pecunias recipiendas, tamen non probat in præiudicium ſui principalis.*
15 *Tutor, curator, executor, aut quilibet alius adminiſtrator per eorum ſimplicem confeſſionem non faciunt fidem de recepto in præiudicium pupilli, minoris, hæredum, & aliorum, niſi de numeratione aliter appareat.*
16 *Confeſſio de recepto ſi tendit ad liberandam, & diſſoluendam obligationem bene probat, ſecus ſi tendit ad obligandum.*
17 *Confeſſio de recepto non probat plene contra inſtrumentum, quando talis pecunia, quam dixi me recepiſſe, mihi debebatur per vim inſtrumenti in ſcriptis, niſi adſint quinque teſtes, qui de tali mea confeſſione deponant.*

CONfeſſio de recepto, veluti, ſi quis confeſſus fuerit rece-
1 piſſe pecuniam, † probat vere, & plene talem receptio-
nem, & numerationem, ſic ſancitum fuit ab Impp. Dioclet. &
Maxim. in l. pecuniæ. & ibi Bal. C. de ſolu. cui conuenit reſpon
ſum Scæuolæ in l. quidam. de conſtit. pecu. atque in l. vlt. ff. de
inſtit. actio. & ad hoc ſpectat quod voluit Bar. conſ. 160. incip.
Titius promiſit. quo in loco cóncludit, ſatis eſſe fideiuſſori, aut
alteri, qui alium promiſit ſeruare indemnem, probare ſolutio-
nem à ſe factam per ſolum confeſſionem creditoris, ſine alia
probatione numerationis pecuniæ, vt poſſit agere aduerſus
debitorem, & Caſtr. dicit ita ex facto conſuluiſſe Franc. Pign.
in l. duob. §. 1. col. r & ibi quoque Alex. col. s. ff. de iureiur. cui
ſententiæ permulti ſe ipſi ſubſcripſere, vt idem Caſtr. cóſ. 64.
incip. quæritur, vtrum fideiuſſori, lib. 1. & Alex. conſ. 55. incip.
viſo inſtrumento contractus, col. 2. verſ. 2. oportet. li. 5. & cóſ.
123. incip. quoniam abunde. lib. 6. Cæpol. conſ. 12. incip. dubi-
tatur. vbi alios multos citat. Decius in l. s. §. vltimo, ff. ſi certũ
petat. & conſ. 493. incip. viſo tenore. col. 1. & Affl. dec. Neapol.
61. incip. iterum in cauſa Alexandri, num. 3. & deciſ. 94. incip.
ſunt duo ſocij, & deciſi. 150. incip. Rex Alphonſus. col penult.
2 † & ideo ſtatutum loquẽs de abſolutione habet etiam locum
in confeſſione ſolutionis, ſi credimus ita docenti Bal. in l. ſi nõ
ſortem. §. in debitum. colum. 5. ff. de condit. indeb. per text. in
l. ſi acceptilatum. § 1. ff. de acceptil. ſequitur Dec. in l. 2 §. vlt.
colum. 5. & 6. ff. ſi cert. pet. concludens habentem mandatum
3 ad recipiendum, præiudicare domino; † & illũ obligare etiam
per confeſſionem de recepto, vbi aſſerit iſtam opinionem de
iure videri veriorem, vt ibi per eum, cum alijs allegatis per
Tiraq. tract. de vtroque retract. ſol. 584. nu. 78. in verb. le pris
que la choſes. §. 1. gl. 18. Alexan. hoc voluit in conſ. 90. num. 8.
vol. 3. Alciat. ſequutus eſt in l. 2. §. vltim. C. de quadrien. præ-
ſcript. vbi tradit id reſidere arbitrio iudicis, qui ſubtiliter
perpendat veriſimile ne ſit, an numeratum, an innumeratum.
Contra concluſionem, id eſt, confeſsionem de recepto non
4 probare † nec illi eſſe fidem habendam, ſcripſere Iac. Butr. &
Ray. Forli. iuncta glo. in l. per diuerſas. in verb. ſolutionem C.
mand. vbi etiam Bald. col. 4. verſ. quæro tunc quinto. quæ opi-
nio multos habuit aſſeclas, vt in primis Ang. col. 1. & Caſtr. in
fin. idem voluit Iac. de Aret. in ſuo tract. de ceſſio. actio. & Iac.
Bellon. in §. aliud. in authent. de æqua. dot. Salic. in l. 2. verſ. ſed
vltra iſtos. C. ne lic. pot. vbi etiam reſpondet ad nonnulla,
quæ contra afferuntur, Bal. in l. Deo nobis. col. 2. verſ. 5. notan-
do. C. de epiſcop. & cleric. & in l. 1. colum. 2. verſic. in hac le-
ge. C. de ſponſ. Abb. in c. ſi. col. 3. verſ. 5. præſumitur. de ali. mut.
iud. cau. fac. Soci. in conſ. 90. incip. In cauſa magnifici. col. 4. li.
* 3. & hanc * communem, nec ab ea diſcedendum dicit Corn.
conſ. 530. incip. Videtur prima facie. li. 1. quam confirmat di-
ctũ Spec. & Io. Andr. in additio. illius, in tit. de confeſſ. §. nunc
videndum, verſ. ſed nunquid Patris confeſſio. vbi volunt, con-
5 feſsionem † Patris de recepto etiam iuratam non præiudica-
re filio quoad legitimã, niſi aliter conſtet de numeratione pe-
cuniæ. Milis in repert. in verb. ceſsio actionis præſumitur. cum
alijs congeſtis per Tiraq. loco proxime citato, nu. 79. & 80.
Hanc tamen contrariam opinionem ad concluſionem intel
lige procedere, quantum ad tertium non contrahentem, ve-
luti ſi fundus aliquis vendatur centum aureis, è quibus em-
ptor in ipſo contractu ſoluit quinquaginta, alios autem quin-
quaginta fatetur venditor ſe ante recepiſſe, nec tamen cóſtat
de receptione, ſiue enumeratione eorum, & tũc inſurgit alius,
qui prętendit potiorem cauſam in illa venditione, & ſic ſe de-
bere præferri emptori, & vult reſcindere contractum vendi-
tionis, & reddere pretium ipſi emptori, vt ſibi cedat ius, & rẽ
emptam, nam hoc caſu illa confeſsio de receptione illorum
quinquaginta, quæ vere ſoluta non fuerunt in illo contractu,
ſed tantum per venditorem confeſſus fuerat, non nocet illi
tertio, qui prætendit priorem cauſam in emptione ad id, vt
teneatur reddere potiori emptori centum, quæ venditor
confeſſus fuerat ſe recepiſſe, ſed tantum illa quinquaginta,
6 quæ vere ſoluit emptor primus, nam vt † dixi, confeſſio de re-
cepto non operatur obligationem, quoad tertium, ſecus vero
eſt, quoad contrahentes, qui ex tali confeſsione obligantur,
ita Barto. ait ſe plurica conſuluiſſe, & in eadem ſententia fuiſ-
ſe Franciſc. Piſa. ac alios multos Dd. in d. l. per diuerſas. col.
2. C. mand.
Contrarium modo ei, quod eſt dictum de habente manda-
7 tum ad recipiendum, † quod immo confeſsio mandatarij
non noceat domino, conſuluit apertiſsime Paul. de Caſtr. in
conſ. 186. In cauſa quæ vertitur Piſis. volu. 1. vbi teſtatur hanc
* opinionem probari * communiter à Dd. & quod in mandato
generali de recipiendo pecuniam non veniat, vt mandatarius
poſſit confiteri ſe recepiſſe, & ſi id confiteatur, confeſsio non
noceat, niſi aliter conſtet de numeratione per teſtes. vel per
inſtrumentum, in quo notarius atteſtetur de ipſa numeratio-
ne coram ipſo, idem Caſtrenſ. dixit in conſil. 337. Primo quæ-
ritur, colum. 2. num. 11. eod. volum. 1. quæ opinio eſt approba-
ta inter conſil. Fede. de Sen. in conſil. 52. Diſtingue tamen cir-
ca hoc, vt per eundem Caſtr. d. conſil. 186. In cauſa, quæ verti-
tur Piſis.
Primo amplia, etiamſi talis confeſsio eſſet incerta, vel[illegible] i,
8 quod † quis dixiſſet, confiteor tibi debere centum, vel plus,
vel minus, prout continetur in libro rationum tuarum, quia
tunc talis confeſsio probat, licet ſit incerta, propter illam ad-
iectionẽ plus, vel minus, quod eſt eximium & ſingulare pro-
nunciatum Ludou. Roman. in ſing. 541 confiteor. & per text.
egregium ſecundum Bar. in l. Publia §. fin. ff. depoſ. Bal. in rub.
C. eod. tit. quæſt. 6. & ita tradit conſulendo Alex in conſ 8. vi-
detur fortaſſe. nu. 11. verſic. præterea illa verba. lib. 4. atq; Iaſ.
qui alios refert in l. & ſi poſt tres. nu. 18. verſ. quid de dictio-
ne. ff. ſi quis cautionib.
Secundo ampliabis, vt non ſolum probet quoad ipſos con-
9 fitentes, ſed etiam quoad alios acceſſorie conſequentes, † aut
ſuccedentes, vt fideiuſſores, mandatores, & creditores confi-
tentium, nam vt ſupra dictum eſt in concluſione, videmus ſa-
tis eſſe fideiuſſori, aut alteri, qui alium ſeruare indemnem
promiſit probare ſolutionem per huiuſmodi ſolam confeſsio-
nem creditoris, ſine alia probatione numerationis, vt poſſit
agere aduerſus debitorem, vt dixi, ita voluiſſe Bartol. in con-
ſi. 160. incipien. Titius promiſit. & Pau. Caſtrenſ. in l. duobus.
§. 1. & ibi Alexan. ff. de iureiurand & idem in conſil. 64. Quæ-
ritur, vtrum fideiuſſori. lib. 1. & Alexand. placuit in conſil. 25.
colum. 2. verſic. 2. oportet. lib. 5. & conſil. 123. lib. 6. cum a[illegible]-
ret Capol. conſil. 12. Dec. conſ. 493. colum. prima cum alijs ad
idem per Tiraquell. allatis tractat. de retractat. gloſſ 18. num.
78. & ſequenti, & de hoc latiſsime à nobis fuit traditum
in concluſione De confeſsione creditoris, infra in princi-
pio.
Ab hac tamen ſententia diſceſsit idem Bar. in l. duobus. §. à
fideiuſſore. ff. de iureiur.
Sed hanc contentionem ſic auferes, & dices, ibi Barto. non
firmare pedes, quia vtitur verbis forte, & ideo non aduerſa-
tur ſupradicto loco conſil. 160. conſulas tamen ad hoc addi-
tionem ad dictum conſ. 160.
Tertio, amplies velim, etiamſi confeſsio fuerit facta ſine ex-
preſsione cauſæ, quia præſumitur cauſa, cum confiteatur ſibi
numeratum fuiſse, vt Bald. reſpondit conſil. 70. Punctus qui-
dam. lib. 5.
Primo limita, vt tunc tantum procedat, quando talem con-
10 feſsionem præceſſerit promiſsio de illis centum, † & poſtea
ſubſequuta fuerit talis confeſsio de recepto, quia tunc be-
ne huiuſmodi confeſsio plene probat numerationem, ita in-
telligit dictam concluſionem, Herculan. in tractat. de proban.
* nega. num. 33. vbi late Cyn. Bald. Salicet. Caſtrenſ. vnanimes
docuere in l. contractibus. §. final. C. de fide inſtrumentor. &
idem Caſtrenſ. in dict. § cum vir. Roman. in ſingul. 545. Cam-
peg. in tract. de dot. part. 1. quæſt. 52. colum 3. & vide Hercul.
vbi ſupra.
Secundo limita, vt tantum procedat in illis caſibus in qui-
11 bus nulla eſt fraudis ſuſpicio, † aut per legis interdictum
non prohibetur, ita concludit Tiraq. vbi ſupra tit de retract.
conſangui. gl. 18. nu. 78. cũ ibi alleg. vbi ait, ita intelligi, l. p di-
uerſas. & l. ab Anaſtaſio. C. manda. videlicet, quod ibi non ſtatur

Digitized by Google

huiuſmodi cōfeſsioni, quia ibi eſt præſumptio fraudis, & à le
ge prohibetur, vt ſentit Sali. & Pau. Caſtr. in d. l. per diuerſas.
& reſpōdit Raph. Cuma. in conſ. 68. in præſenti quæſt. vbi d i-
cit, id generaliter procedere in caſib. in quibus poteſt cadere
ſuſpicio fraudis, ſecus vero ſi nō concurrit huiuſmodi præſū
ptio, quia tūc concluſio procedit, vt ſi talis confeſsio patris
12 nō probat quoad præiudicium legitimę filij, id euenit, †quia
à lege prohibitum eſt, nec liceat patri præiudicare filio in le-
gitima, ſed hæc infra ſuo loco dicentur latius. idem ſi confeſ-
ſio mariri numeratæ dotis non probat, nō ob aliud fit, niſi ob
13 fraudis ſuſpicionem, & † in interdictū legis, vt tradidit Bal.
conſ. 251. Quod rei debendi colu. 2. lib. 2. & Tiraq. in l. ſi vn-
quam in verb. largitus. num. 101. C. de reuoc. donat. de quo in-
fra quoque ſuo loco diſſeram, & ſic de ſimilibus. Quocirca, vt
rem in pauca conferam, in hanc deueniendum eſt ſententiā,
& dicendum vna cum Tiraq. vbi ſupra de vtroq; retract. con-
ſang. §. 1. gloſ. 18. n. 79. & 80. cum aliquot ſequent. Dd. qui de
hac confeſſione loquuntur, vel expreſſe, vel tacite, declarare
concluſionem procedere, dūmodo nulla ſit fraudis ſuſpicio,
* & Corn. dicit hanc eſſe *communē opinionem cōſ. 230. li. 1.

Tertio limitatur, vt non ita plene, & effectualiter probet,
14 quominus † ipſe confitens non poſſit exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ opponere, nam huiuſmodi confitenti infra
biennium talis exceptio competit, vt in l. qui pecuniam. ff.
ſi cert. pet. & per tot. tit. C. de non numer. pec. & maxime in l.
ſi ex cautione. & ibi gloſ. magna. quod etiam probauit Socin.
iun. in conſ. 57. nu. 8. pro reſolutione lib. 2.

Quod verum dictum eſt de ſpacio biennij ad objciendā
exceptionem non numeratæ pecuniæ, locum habet ſi contra-
15 ctus ſit mutui, † in quo bene datur ſpacium biennii ad exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ opponendam. Verum in a-
lijs contractibus tempus ad opponendam dictam exceptio-
nem, vt transferatur onus probandi numerationem, eſt trigin
ta dierum, vt late fuit obſeruatum in l. in contractib. §. ſuper
cæteris. C. de non num. pecun. ita Matthæ. in Afflict. in cōſue.
Neap vt magiſter iuſtitiæ rub. 40. n. 5. lib. 1. vbi etiam tradit,
quid in confeſsione viri de receptione dotis.

Sed velim intelligas hanc limitationem cum ſequentibus,
16 vt ſi talis † confitens opponit, & negat infra biennium dictā
pecuniam ſibi ſolutam fuiſse, hanc negatiuam probare nō te-
neatur, ſed aſſerenti, quod ſoluta fuit, incumbit onus proban
di, vt late ſe fundit Hercul. in tract. de prob. neg. n. 27. fol. 25.
& ita dilucide voluit Matth. ab Afflict. in conſtitu. Neapolit.
li. c. 1. rubr 40. numer. 5. vbi ait, quod ſi creditor non probat
17 numerationem, † illa confeſſio receptionis intra biennium
nullius ſit ponderis, vt ſanxit Impe. Iuſtinian. in §. 1. Inſtit. tit.
de litera. obligat.

Primo extendas prædictam intelligentiam, etiam ſi in in-
ſtrumento confiteretur, ſe habuiſſe, & recepiſſe centum à ta-
18 li, † & quoque dicat, facio iſtam confeſsionem non ſpe futu-
ræ numerationis, ſed quia vere habui dicta centum, nam tūc
nec talis confeſsio effectualiter, & vere probat, quominus ad-
huc non cōperat confitenti talē exceptionem, vt aſſeuerauit
Iaſ. in l. qui pecunia. n. ff. ſi cert. pet. teſtatur Bal. in l. ſi ex cau-
tione. col. penul. C de non nu. pec. & ibi Bart. Ioan. de Imol.
in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum. addo ibi Felin. num. 5. verſic.
amplia quinto. & Iaſ. per duas rationes vltra Barto. confirmat
hanc extenſionem, quas videas.

Secundo extendas, vt procedat, etiam ſi talis confeſſus re
nunciaret tali exceptioni, immo ſi pactum expreſſum faceret
de non opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ,
19 † quia nihilominus poterit opponere, & ſic talis cōfeſſio non
vere probaret, ita Iaſ. aſſeruit vbi ſupra in d. l. qui pecuniam.
* vbi atteſtatur, *omnes ita ſentire Dd. in l. ſi executione. & te-
ſtem laudat Bal. in l. contractibus in princ. in 3. quęſt. Cod. de
non num. pec. addo & Felin. in d. cap. ſi cautio. nume. 48. cum
ſeq. idem voluere Cyn. Bar. Bal. & Salicet. in l. ſi ex cautione.
C. de non nu. pec. & hanc opinionem de iure veriorem dicit
Felin. in d. loco citato, de mente Imol. ibid. & ratio huius li-
20 mitationis, eſt quia qua facilitate quis inducitur ad confiten
dum, eadem inducitur ad renunciandum, vt cauit Paul. in l.
doli. ver diuerſū. ff. de nouat. & deleg. vel quia videt remit-
ti dolus futurus, cōtra l. ſi vnus. §. illud. & §. ante oia. ff. de pac.

Primo intellige tamen hanc extenſionem, vt vera ſit, quan-
21 do renunciatio fit eodem tempore, † ſecus ſi in interuallo, qa
tunc huiuſmodi renunciatio valet. Vnde dicta confeſsio pro-
bat ſaltem quo ad hoc, vt grauet debitorem onere probandi
non numeratam pecuniam, ad quod alias non tenebatur, ſed
bene verum eſt, vt non tollat, quin poſſit infra biennium op-
ponere, vt per multa relata refert Felin. in d. cap. ſi cautio. nu
mer. 49.

Secūdo intelligas velim, niſi in renunciatione etiam facta
22 incontinenti interueniſſet iuramentum, † tunc enim tenet ta-
lis renunciatio, nec poterit contra talem renunciationē con-
trauenire, quia iurauit de eo, quod eſt in poteſtate ſua, quod-
que erat ſibi integrum facere, & non facere, & ſic ſe obligauit
per vim iuramenti illo beneficio exceptionis non vti, quod
ſecus eſſet, ſi iuraſſet recepiſſe pecuniam, quam vere non ac-
cepit, nam nihilominus poterit vti exceptione, quod iurat de
eo, cuius veritas non eſt in poteſtate ſua, ita protulit Feli. in
d. c. ſi cautio. nu. 50. cum ſeq. qui teſtatur Bar. in l. fi. C. de non
nu. pec. & alia plura ibi congerit Felin. quæ videto.

Tertio extendere poteris, etiamſi quis ita confeſſus fuiſſet
23 in inſtrumento guarentigiato, † quia tunc etiam dicta confeſ
ſio plene, & vere non probaret, nā & hoc caſu confitenti com
petere dicta exceptio, niſi ſtatutū pręcipue prohiberet, con-
tra tale inſtrumentum opponi exceptionem non numeratæ
pecuniæ, vt Bal. & Iaſ. ſcripſere in d. l. qui pecuniam. cum a-
lijs ibi collectis per Iaſ.

Quarto extendas velim, vt vera ſit, etiam ſi lege municipa
24 li cautum eſſet, † nec contra inſtrumentum publicum poſsit
opponi aliqua exceptio, niſi ſolutionis, vel ſimulationis, &
nulla alia, qui tamen poterit opponi dicta exceptio, & ſic ta-
lis confeſsio infra hoc biennium non probaret plene, & effe-
ctualiter, vt Iaſ. ait in d. l. qui pecuniam locupletiſsimos te
ſtes laudat legum coryphæos Bart. & Bald. in l. 3. C. depoſ. &
Bald. in l. pecunię. C. de ſolut.

25 Quinto extende, etiam, ſi talis, † qui confeſſus fuit recepiſ
ſe pecunias mutuas, dediſſet pignus, nihilominus enim non
probat, quominus poſsit dictam exceptionem opponere, vt
Iaſ. inquit in d. l. qui pecuniam. quod probat context. in l. 1. C.
de non nu. pecu.

Sexto extende, etiam ſi talis confeſsio facta fuiſſet cum iu-
26 ramento, quia non ita plene, & effectualiter † probat, quo-
minus talis confeſſus non poſsit opponere dictam exceptio-
nem, vt colligere eſt ex reſcripto Imp. Seueri, & Antonini in l.
1. & ibi Bart. & Dd. C. de non num. pecu. quam l. pro vnica ad
huc in iure affert Iaſon. in d. l. qui pecu. nu. 3. quod etiam il-
lud confirmat, quod iuramentum habet conditionem tacitā,
ſi mihi fidem ſeruaueris. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat.
ſed creditor non numerans, non ſeruat fidem debitori. l. ſi vo-
luntate. C. de dot. promiſſ. ita ait Bal. in l. fi. C. de non nume.
pec quem refert, & ſequitur Felin. in d. c. ſi cautio. de fide in-
ſtrument. num. 46. verſ. amplia primo. addo vltimo loco, cum
multis ad idem collectis per Franc. Hercul. de proban. neg. n.
28. vbi late.

Intellige dictam ſextam extenſionem, vt procedat, niſi in
27 tali confeſsione iuraſſet vere pecuniam numeratam, † quia
tunc huiuſmodi confeſsio plene probaret, & tali confitēti nō
competeret dicta exceptio, vt prodidit Salicet. poſt Bald. in
d. l. fi. circa fi. C. de non num. pec. quos refert, & ſequitur Feli.
vbi ſupra. in d. c. ſi cautio. nu. 46.

Reſtringas hanc intelligentiā, vt locum habeat, niſi petere-
tur abſolutio à iuramento, quia tunc confitenti quoq; compe
tit talis exceptio, non obſtante, quod eo modo, vt ſupra, iura
uerit, & ita reſtringit Dom. Anton. in cap. ſi. colum. 3. extra
de ſolutio. & ita dicit tenere Dyo. in reg. locupletari. nume.
& ita refert, & ſequitur Felin vbi ſupra.

Septimo extendere poteris vltra Iaſ. etiam ſi talis confeſ-
ſio recepti mutui facta fuiſſet in iudicio apud acta, quia tunc
28 non probat ita effectualiter, † quin contra eam confitens ve-
nire non poſsit, nam eadem eſt ratio, ac ſi extra iudicium fie-
ret, iuxta ſententiā Bal. Inſtit. de lit. obl. in vlt. col. & idē ait Bal.
in d. l in contractib. C. de non num. pec. & ibi Sali. in fi. princ.
ſicuti refert Fel. vbi ſupra. in d. c. ſi cautio. n. 4. verſ. amplia 1.

Reſtringas hoc, niſi talis confeſsio fieret in iudicio per viā
29 cōtentioſę iuriſdictionis, † nā in iudicio debitor oīa molitur
omnia tentat, ne confiteatur, ſed tandem iuramento aſtrictus
confitetur, quia tunc ceſſat dicta exceptio, & ſic ipſa cōfeſsio
plene, & effectualiter probat, ita inqt Fel. in d. c. ſi cau. d. n. 47.

Octauo-

Digitized by Google

Octauo extendo vltra Iaſ.et Fel.vt etiam habeat locum qñ
poſt huiuſmodi confeſſionem de recepto veluti centũ ex in-
teruallo, ſeu ſtatim ſecuta fuerit promiſſio ab aduerſario de
30 illis centum,† quia tunc ille dicitur fuiſſe confeſſus ſpe futurę
promiſsionis,non autem numerationis, vnde fit,talis confeſ-
ſus non poterit opponere exceptionem non nnmeratæ pecu-
niæ,namque(vt dixi)cum cenſeatut confeſſus fuiſſe ſpe illius
promiſsionis ſtatim ſequuturæ,et ſequuta deinde ſit dicta ꝓ-
miſsio,uidetur impleta cauſa confeſsionis,& ſic non erit,vn-
de poſsit opponere dictam exceptionem, ſed bene talis cõ-
feſsus poteſt agere etiam poſt biẽnium ſaltem ex illa vltima
promiſsione,Dd.tradidere in l.pennl.§ ſi vir.ff.ſoluto matri.
& maximè Caſtrenſ.n 2.atque conſnlendo placuit Alex. cõſ.
248.nu.1.& 5.vol.5.cum aliis multis collectis in vtranque ab
Hercul.in d.trac.de proban.negat.n.29.vbi atteſtatur hãc eſ-
** ſe magis ** communem opinionem,qnam intellige, vt etiam
procedat, ſi talis confeſſus vellet probare ſe nunquam dicta
centum vere recepiſſe, vel etiam idem confitetur aduerſa-
rius,quia nihilominus non poſſet opponere dictam exceptio
nem non numeratę pecunię,cum ſatis ſit,quod receperit pro-
miſsionem,quam voluit haberi loco ſolutionis,ita Paul.Caſt.
vbi ſupra in d.§.ſi vir.n.2.

Nono extende vltra ſupradicta, vt procedat,non ſolũ quo
ad tales confitentes,ſed etiam quoad alios ſucceſſores,conſe-
quentes,aut ſuccedendos, veluti fideiuſſores, mandatarios,
31 vel creditores, † quia talis etiam quoad ipſos non ita plene,
probat,quin etiam ipſi poſſint opponere dictam exceptionẽ
non numeratæ pecuniæ vt conſtituere Imp.Diocle.& Maxi I.
tam mandatori,C.de non nu.pecun.quæ loquitur de manda-
toribus,& fideiuſſoribus,vt ſciuit Imp.Iuſtinia.in l.ſi cui. C.
eod tit.quæ loquitur de creditoribus,& ĩ dictis legib.Fulgo.
& conſ.133.incipien.Proponitur.col.1.verſ. cæterũ, ſi lapſu.
& conſ.105 incip.Raynal. vbi idem tradit ad omnes,quorum
intereſt,ſicuti refert,& ſequitur Tiraq.vbi ſupra in d.ſuo tra-
ctat. de vtroque tetract. conſang. §.1.gloſſa. 18. num. 81. &
ſequenti.

Decimo extendas, vt de æquitate canonica non ſolum vſ-
que poſt biennium talis confeſsio effectualiter non probet,
32 ſed etiam perpetuò,† quia ſemper talis exceptio de iure ca-
nonico poteſt opponi etiã vſq; ad mille annos, vt ait Dyn.
in reg.locupletari.de regu.iur.in 6.ſequitur Ang.conſ.156.Vi
detur prima. vbi ait, extendi etiam in terris ſubiectis eccle-
ſiæ quoad temporalitatem, vt eius verbo vtar,& idem ſenſit
Bal.in l.ſi ex cautione.in 9.quæſt.& in d.l.in contractibus, C.
de nõ nu.pecu.cũ alijs collectis per Iaſ.in d.l.qui pecuniã. n.
7.et 8.& ad hoc cõſulas late ꝑ Fe.ĩ d.c.ſi cautio.n.57.cũ aliis.

Amplia hanc prædictam extenſionem habere locum etiã in
terris non ſubiectis eccleſiæ quoad deciſionem cauſę,ſi tamẽ
33 contractus fuerit celebratus in terris eccleſiæ, quia in deci-
* ſionibus attenditur locus contractus,vt de hoc,cnmmuniter
Dd.tradidere in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& fi-
de cathol.& præcipue Bar.nu.16.per text.in l.ſi fundus.de e-
uict.& Dyn.in l.contraxiſſe.ff.de act.& oblig.

Primo ſublimita prædictas extenſiones ſecundum Iaſ. vbi
ſupra,qñdo aliquis in teſtamẽto confitetur recepiſſe pecuniã
34 mutuo,† nam tunc huiuſmodi confeſſio probat adeo vt ipſe
confitens,vel ipſius hęres poterit conueniri,& nõ poterit op
ponere exceptionem non numeratę pecuniæ,quia lex præſu-
mit quod talis confitens magis præſumat de morte,quam de
numeratione,vt vno conſenſu tradidere gl.fi.& ibi Bal.Bart.
* & cęteri * omnes Dd.in l.1.C.de non nu.pecu.& ſupra dictũ
eſt in concluſione, De confeſsione facta in teſtamento.

Primo intelligas hanc ſublimitationem, vt locum ſibi vẽdi
cet in confeſsione in teſtamento facto per eum,qui ageret a-
nimam,nãque tunc bene procedit dicta ratio gl.in d.l.ſi quæ,
35 alias non videtur tuta,† nam non omnis æger etiam grauiter
dubitat de morte,& ideo optimè vſu venire poteſt, vt etiam
æger neceſsitate aſtrictus,faceret confeſsio.de mutuo ſpe il-
lud recipiendi,etiam tacendo,& ſatisfaciendo creditoribus,
ita aſſeruit Fel.in d.c.ſi cautio. nu.54.verſ. ſed conſidera.

Secundo intelligas velim,ut procedat,niſi tenderet in ꝓiu-
36 dicium creditorũ, † vel in detrimentũ legitimæ filiorũ,tunc
enim non probat,vt videre eſt per ea,quæ fuere animaduerſa
in l.qui teſtamentũ.ff.de probat.quod ẽt placuit Barba.in ca.
Raynuti.ext.de teſta.col.63.& Alex.cõſ.57.Viſo breui.vol.5.
atque dixi ſupra in concluſione,Confeſsio in teſtamento in 2.
ſublimitatione primæ limitationis.

Secundo ſublimitatur ſecundum Iaſo.vbi ſupra,quando ex
37 interuallo huiuſmodi confeſſio eſſet geminata,†nam tali caſu
iſtiuſmodi confeſsio ita probat, vt opponere nõ poſſit de ex-
ceptione non numeratæ pecuniæ, vt dixit Iaſ.in d.l.qui pecu-
niam. vbi ad idem teſtatur gl in d l.in contractibus.§.ſed qñ.
verſ.penitus.C.de non num pec.quam ſequitur Ludou. Rom.
in c.ſi vero.§.de viro.in 31.fallẽ.ff.ſol.matr.Bal. & Ang.in d.l.
* contractibus.§.ſed quando.Ioan.And.& * omnes in addit.ad
Specul.tit.de donat.inter vir.& vxor.in tub.ad fin.

Hoc tamen intellige de geminatione interueniente ex in-
teruallo,non autem illico,prout late diximus in 3.ampliatio-
ne ad ſecundam limitationem concluſionis, De confeſſione
facta abſente parte.

Verum tñ hæc ſublimitatio reijcitur à Feli.in d.c. ſi cautio.
nu.56.verſ.fallit quinto ex rationibus per eum ibi adductis,li
cet ibid.n.39.verſ.& propter doctrinam Bar.videatur ſentire
contrarium,cum ſublimitatione tamen, niſi cõfitens vellet in
ſe aſſumere onus probandi non numeratæ pecuniæ, vt dixi-
mus,in 3.ampl.ad 2.limitationẽ concluſionis,de confeſsione
facta abſente parte,& videas Rui.in conſ.73.vol.4.per totum.
38 Tertio ſublimitatur,† quando ipſe confeſſus aperte renuncia
ret dictæ exceptioni non numeratæ pecuniæ, & iuraret, tunc
nempe plene probat, & ſibi præiudicat, vt ſupra dictum eſt,
& Bal.ait in d.l.qui pecuniam.& Bart.in d.l.fi.C.de non num.
pec.& ibi cæteri Dd. quod tamen Iaſ.in d.l. qui pecuniam.ti-
met pro vero affirmare.

Quarto ſublimitatur,vt locum ſibi non vendicet, qñ ex in-
teruallo poſt confeſſionem debitor incideret ſoluere aliquid
39 ex debito confeſſato,† quia tunc eo vſq;dicta confeſsio pro-
bat vt ipſe non poſſit opponere dictam exceptionem non nu-
meratæ pecu.vt aſſeruere Bar.& Bal.Iaſ.in d.l.qui pecuniam.
& Fel.in d.c ſi cautio.nu.56 verſ.fallit ſexto.cum ibi alleg.

Quinto ſublimitatur, vt locum nõ habeat in mercatoribus,
vel cãpſoribus,etenim confeſsio illorum de recepto propter
40 publicam fidem,probat,†& eis non competit dicta exceptio
non numeratæ pecuniæ,vt Iaſ.ait in d.l.qui pecuniam.nu.6.ff.
ſi cer.pet.teſtem laudat gl.ſingularem,in verb.argentariorum.
§.fi.auth.de fideiuſſ.& Salic.in l.fruſtra C. de non num. pecu.
cum alijs ibi allegatis,& licet Iaſ.loquatur, quando campſor,
vel mercator promiſit pro alio, vt tunc ſcilicet non poſſit op-
41 ponere,†quod ſibi à tali,pro quo promiſſit,non fuit numera-
ta,& hoc ex mente Bald.in l.fruſtra.C.de non num.pecun.ta-
men eadem ratio videtur militare in caſu ſuprapoſito, vt ibi
Iaſ.dicto loco,idque ratione fidei publicæ.

Intellige hac ſublimitationem, vt non procedat,qñ campſor
45 promiſit ſoluere pro huiuſmodi confitente, † nam tunc bene
poteſt opponi exceptio,quod pecunia non fuit numerata illi,
pro quo promiſit,ita Salic.aſſeruit de mente gl.in d.l.fruſtra.
C.de non num.pec.motus auctoritate Imp.in l.tam mandato-
ri.C.eo.tit.refert Fel.in d c.ſi cautio.n.47.verſ. amplia tertio.

Sexto ſublimitatur vltra Iaſ.& Soc.quãdo ex tenore inſtru-
43 menti de actuali numeratione conſtaret, † quia tunc abſque
illa exceptione plene probaret dicta confeſſio, veluti, ſi quo-
que notarius aſſereret,idem, quod confeſſum fuit, ſi diceret,
quæ cẽtum habuit,& recepit in veritate in præſentia mei no-
tarij,& teſtium infraſcriptorum,etenim tunc huiuſmodi con-
feſſio probat,& hoc pacto confeſſus non poteſt opponere di-
ctam exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt ait Bald. in d.l.
ex cautione.C.de non numer.pecun.Imol. & Anto. & Feli.in
d.cap.ſi cautio.num.52.verſi.modo dicta regul. quem videas
cum alijs numeris,vbi latiſsime tractat de hoc,& idem voluit
Oria.in c.quoniam contra.de proba.num.3 quem refert Her-
cul.de proban.negat.nu.198.verſic.30.fallit.ſed aduertas,ſa-
tis non eſſe,ſi notarius ſolum dicat,quæ habuit, & recepit, &
non aliud,vt tradidere Feli.& Bal.vbi ſupra qui hoc in termi-
nis tractant.

Septimo ſublimitatur vltra Iaſon.& Soci. ſi quis confitetur
hoc pacto,ex alijs cauſis,quam ex receptione mutui, vel do-
44 tis quia tunc in illis caſibus,† vt depoſiti,ipſa confeſsio pro-
bat,& confitenti præiudicat,vt colligere eſt ex l. Pub.§.fin.ff.
depoſ.& l.ge etaliter.C.de non num.pec & ita obſeruauit gl.
in d.l.ſi ex cautione.& in l.contractibus.C.eod.ſicut refert,&
ſequitur Felin.in d.cap.ſi cautium.num.54.verſic. fallit tertio

Digitized by Google

addo vltra ibi allegatos vlt.loco Franc.Herculan. in tract. de
proban.negat.nu.31.vbi ita ſublimitat,& ad idem refert Dec.
in l.2 §.creditum.col.pen.ff.ſi cert.peta.adde Alex.conſ.191.
num.3.vol.2.

Primo intelligere poteris,vt non procedat, ſi probetur er-
45 ror.vel ſimulatio, † quoniam tunc etiam in alijs cauſis talis
confeſsio non probat,nec præiudicat,vt inquit Fel. vbi ſupra
nu.54.& Bal.in d.l.in contractibus.§.1.q.2. quem ſequitur ibi
dem Salic.

Secundo intellige,vt locum non habeat,quoad transferen-
dũ onus probandi in creditorem,ſed tantum quoad excipiẽ-
46 dũ, † nam licet tali receptione confeſſus in alijs contractibus
vti non poſsit,ſi tamen vult probare non numeratam pecuniã
ſemper auditur,vt Bal.& Feli.vbi ſupra ſcripſere.

Tertio intelligas,vt procedat quantum ad confitentes, ſe-
cus quoad tertios,quia eis confeſsio etiam in alijs cauſis,quã
47 mutuo,vel dotis non probat,† nec eis præiudicat,vt diximus
ſupra in declaratione contrarij ad concluſionẽ de mente Bar.
in l.per diuerſas colu.2.C.mand.vt de depoſito Felin.vbi ſu-
pra.num.15.vbi ait ita intelligi d.l.Publia.& dict.l.in contra-
ctibus.vt ſupra.

Sed contra hanc tertiam intelligentiam videntur facere
ea, quæ diximus in ſecunda ampliatione ad concluſionem i-
ſtam, in qua probatum eſt iſtiuſmodi confeſsionem probare
etiam non ſolum quoad contrahentes tãtum, ſed etiam quo-
ad alios acceſſorie conſequentes,vt fideiuſſores,man datores
& ſimiles,vt ibidem.

Octauo ſublimitabis,vt verum ſit,ſi in loco lege municipa-
li caueatur,ne poſsit opponi dicta exceptio intra biennium,
48 quia tunc † cum tale ſtatutum valeat inter laicos, ita & talis
confeſsio quoad illos probat abſque dicta exceptione, licet
ſecus ſit in foro epiſco.& multo minus in foro conſcientiæ,vt
aſſeruit Bal.in d.l.ſi executione.quæſt fin.nu.18. per l.2. in fin.
C.de conſtit.pec.& Feli.in d.c.ſi cautio.nu.55. ad quod erunt
conſulenda,quæ obſeruata fuere ab eodem Bal.in l.in contra-
ctibus C.de non num.pecu.& in l.cum quis.C. de iur. & fact.
ignor.& Dd.in c.ſi.de ſolut.

Nono ſublimitatur,ſi quis confeſſus fuerit, ſe tunc recepiſ-
49 ſe pecuniam,† etenim tunc probat dicta confeſsio, & non po
teſt opponi dicta exceptio non numer.pec. ſi ita ſublimitanti
fides eſt habenda Hercul.in tract.de proban.negat.nu.30.vbi
ad hoc adducit gl.in l.generaliter.C.de non num.pec &Alex.
in conſ.161.col.2.lib.2.

Decimo ſublimitatur,vt non procedat, quando vltra talem
50 confeſsionem adeſset pactum de non petendo,† nam tali ca-
ſu ipſa confeſsio plene probat,& præiudicat,nec poterit talis
confeſſus opponere dictam exceptionem, aut agere ad nume
rationem,& ſolutionem debiti,vt Hercul.ſcripſit vbi ſupra nu
mero 32.vbi ad hoc teſtatur Alex.in conſ.144.col.2.lib.5.

Vndecimo ſublimitabis,quando promiſsio præceſsiſſet cõ-
feſsionem,nam tunc ſubſequens confeſsio de recepto probat,
51 nec † poteſt opponi exceptio de non numeratione, aut rece-
ptione pecuniæ,vt per Hercul. proditum eſt vbi ſupra nu.33.
vbi teſtes locupletiſsimos laudat ad hoc Cy.Bal.Salic.& Pau.
Caſtr.in l.in contractib.§.ſi.C.de fid.inſtr.atque Pau.de Caſt.
in d.l.pen.§.ſi vir.ff.ſol.matr.quod eximiũ ſcitu cenſuit Rom.
ſing.445.& Hercul.vbi ſupra ait, ita intelligere concluſionem
noſtram principalem ſuprapoſitam procedere,ſcilicet ſi con-
feſsionem præceſsit promiſsio, quia tunc confeſsio de rece-
pto probat,& ad hoc affert Alex.conſ.37.nu.2.conſ.90. col.2.
lib.3.cum alijs allegatis,vbi ſupra.

Duodecimo ſublimitatur, quando vltra confeſsionẽ de re-
52 cepto,adſit iuramentũ his verbis prolatum:iuro,† quod om-
nia contenta in inſtrumento ſint vera, quia tunc talis confeſ-
ſio probat,& confitens non poteſt opponere de exceptione,
vt Hercul.inquit vbi ſup.nu.34.vbi ad idem refert Iaſ.in l.pa-
tre furioſo.nu.17.ff.de his.qui ſunt ſui vel alie.iur.Bauer.trac.
de viribus iuram.ver.31.Soci.iun.in conſ.50.in fi.lib.1.

Decimotertio limita, ſi confeſsio fuit facta per hæc verba,
53 videlicet,confiteor in veritate recepiſſe, † tunc nempe pro-
bat numerationem, vt ex relatis conſtat à Purpurat. in l. mu-
tuum.§.creditum.num.92.ff. ſi cert.petat. quod etiam proba-
uit Bald.in c.ex inſinuatione. de procurat. atque confirmauit
Dec in c.quoniam contra falſam. 4. notab. de probat. & hoc
idem corroborant ea quæ late diximus in 2. ampliat. ad 6. li-
mitationem concluſionis de confeſsione facta abſente parte.

Quarto limita concluſionem principaliter, vt non proce-
dat ratione confeſsionis procuratoris, namque etiã ſi habeat
54 mandatum ad pecunias recipiendas, † tamen confeſsio ip-
ſius non probat in præiudicium ſui principalis, vt infra late
diſcutietur in concluſione.Confeſsio procuratoris, ſed tantũ
procedit gratia Domini principalis,qui per ſe recepiſſe con-
fitetur, vt docuit Barthol.Soci.in l.2.§.fin.ff.ſi cer.pet. & Dec.
reſpondit conſ.493.quos refert,& ſequitur Soci.iun.conſ.57.
* nu.7.vol.2.vbi nu.4.dicit hanc eſſe communem * opinionem,
& de communi etiam teſtatur Dec.d.conſil. 493. Viſo tenore.
col.2.& ad hæc conſulas quæ diximus in principio concluſio
nis,vbi etiam reperies contrariam opinionem.

Quod quidem effatum non ſolum procedit in procuratore.
55 ſed † etiam in tutore,curatore,executore,aut quolibet admi
niſtratore, qui per ſimplicem ſuam confeſsionem non faciunt
fidem de recepto in præiudicium pupilli, minoris, hæredum,
& aliorum,niſi de numeratione aliter appareat,ita ſupremi le
gum vertices vno conſenſu ſancitum reliquere varijs in locis.
vt Bar.Bald.Fulg Rom.Caſtr.Alex.Soci.& Iaſ.in l.2.§.vltimo,
ff.ſi certum petat.idem Bart.& Imol. in l. ſi debitorem. per il-
per illum textum.ff.de nouat.idem Bar.& Ang.in l.non abſtu-
lit.C.eodem tit.idem Bar.in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor. vbi
Alexand.late colum.4.verſ.ſucceſsiue quærit.ff.de re iud.Bar.
in l.Lucius.ff.de adminiſtratio.tutor.& in l.alio.colum.ſi.ver-
ſic.quæro quid ſi inſtrumentum.ff.de aliment.legat. Bald. in l.
* omnes.§.1 C.de quadrienn. præſcript. & de * communi opi-
nione teſtatur Tiraq.de retract.conuentio.§.4.gl.6.nu.13.vbi
& num.12.per multa cumulat.

Quinto limitatur, ſi huiuſmodi confeſsio tendat ad libe-
56 randam,† & diſſoluendam obligationem,quia tunc bene pro
bat,ſecus ſi ſpectet ad obligandum, vt reſponſum fuit à Soci.
in d.conſ.57 num.9.vol.2. reſtatur Barbat.conſ.54.colum.6.
verſic.nec etiam obſtat.volum.4.& ad hoc pertinent ea, quæ
latiſſime dicta ſunt in 5.limitatione ad concluſionem,De con
feſsione facta abſẽte parte,& in ſtrictiore termino, in quinta
etiam limitatione ad concluſionem.De confeſsione facta ſine
cauſæ expreſsione.

Sexto limitabis, quando talis pecunia, quam dixi me recepiſſe
57 mihi deberetur per vim inſtrumenti in ſcriptis, † tunc enim
huiuſmodi,confeſsio non probat plene contra talẽ inſtrumen
tum,niſi adſint quinque teſtes, qui de tali mea cõfeſsione de-
ponant,vt colligere eſt ex l.teſtium.C.de teſtib.cum auth.ibi
poſita,vbi Dd.omnes,& huc ſpectant ea quæ diximus in 5.li-
mita.ad concluſionem,De confeſsione facta parte abſente.

CONCLVSIO CCCLXII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta à marito dicente ſe recepiſſe dotem à muliere, an probet dotem datam.

SVMMARIA.

1 Confeſſio facta à marito dicente ſe recepiſſe dotem à muliere, non probat dotem datam.
2 Confeſſio ſi facta ſit conſtante matrimonio, & vere non fuit promiſſa dos, non valet, ſed præſumitur fraudulenta, ſed ſi facta fuit ſoluto matrimonio, valet.
3 Mulier confitens dediſſe talia bona in dotem viro ſuo probat.
4 Confeſſio mariti de receptione dotis à muliere, etiam ſi eſſet iurata, non probat dotem recepiſſe, nec receptam fuiſſe.
5 Confeſſio mariti de dote recepta, & cautio dotis in criminalibus contra fiſcum non probant dotem datam eſſe, ſed oportet realiter conſtare vxorem tradidiſſe.
6 Confeſſio mariti de receptione dotis, etiam in teſtamento facta, non probat.
7 Confeſſio de dote recepta ſi facta eſt à marito ipſa vxore præſente, in tantum probat, & operatur, vt ſaltem præſumatur facta animo donandi, & habetur, ac ſi in actu inter viuos facta fuiſſet, nec reuocari poteſt.
8 Maritus confitens recepiſſe dotem, ſi renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, aut huic exceptioni tempus præſtitutum tranſactum eſt, est obligatus dotem reſtituere, & poterit contra eum agi ad dotis reſtitutionem.
9 Confeſſio mariti de receptione dotis probat etiam in præiudicium creditorum.
10 Exceptio non numeratæ pecuniæ de æquitate canonica etiam perpetuo, etiam ad mille annos opponi poteſt.
11 Confeſſio mariti de dote recepta, non ob aliud impeditur, vt non probet, niſi ob fraudis ſuſpicionem, & ceſſante dicta ſuſpicione permittitur, vt valeat, & probat.
12 Confeſſioni mariti de receptione dotis ſtatur, etiam aduerſus creditores.
13 Confeſſio mariti de dote recepta non præſumitur facta in fraudem creditorum futurorum, niſi de tali fraude conſtet ex aliquibus coniecturis & quibus, ibi vide.

14 Confeſ-

14 Confeſſio facta à marito dicente ſe recepiſſe dotem ſi adiuuatur aliquibus indicijs & coniecturis, ex quibus veriſimiliter coniecturari poſſit, quod vere dictam dotẽ receperit, probat.
15 Dos confeſſata à marito, concurrente coniectura, quod ab ipſo recepta fuerit, habet priuilegia vera dotis & ſic præfertur alijs creditoribus.
16 Confeſſio mariti de dote recepta, etiam quod tendat in præiudicium creditorum, probat.
17 Confeſſio ſi pro parte probetur vera, in totum vera præſumitur.
18 Libri ſiue publici ſiue priuati, continentes in ſe multas partitas, ſi in aliquibus probantur, vere præſumuntur, quod etiam in alijs probant.
19 Confeſſio mariti dicentis ſe recepiſſe aliquam ſummam modicam probat.
20 Capitula matrimonialia promiſſiuus dotis, ſi tranſtulerunt confeſſionem mariti de receptione, nullo tempore exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt.
21 Exceptio non numeratæ dotis, quomodo, & quo tempore opponi poteſt.

COnfeſſionem factam à mariro dicente ſe recepiſſe dotem
1 à muliere, † non probare dotem datam, locupletiſſimus
eſt teſtis Aceurſ. in l. aſſiduis. §. cum enim. ver. datæ. C. qui po
ti. in pig. hab. & ibi Bal. qui eam gl. dicit aureã, ante fi. vbi ẽt
Cy. Ray Forliui. & alij, nec defuere quãplurimi alij probatiſ
ſimi ſcribentes, qui candẽ ſententiam probauere, inter quos
primus ſeſe nobis offert multiſcius ille Bald. in l. diuerſis. eo.
tit. & in l. cũ aliqnis. col. 5. verſ. a. caſu. C. de iur. deli. & in l. 1.
colu. pen. verſ. itẽ in quæſt. vbi quoq; Ang. colu. fi. Imo. Caſtr.
& latiſsime Fran. de Are. colu. 5. ver. quærit hic Ang. & Alex.
col. 8. & ſeq. ff. ſolu. matr. idẽ Bal. in l. 1. col. 3. verſ. vnde quæri
tur. C. de priu. dot. & in l. ſi poſt hac. in pri. & ibi quoq; Alb.
poſt prin. & Ang. col. 1. C. de bon. dam. Soci. latiſsime in rubr.
ff. ſoluto mat. col. 10. verſ. poſtremo Dd. Bal. Nou. in tract. dot.
in 8. par. priu. 13. Corn. conſ. 183. incipiẽt. Licet diſcuſſa. col.
1. lib. 3. Alex. conſ. 153. incipien. Qm̃ abũde. col. 2. li. 6. Ro. cõſ.
445. incip. Conſultatio. in vlt. dub Abb. conſ. 73. incip. In qu.
col. 3. verſ. præterea & 2. li. 2. & idẽ Bal. cõſ. 352. incip. Quæri-
tur, an confeſ. in prin. volu. 3. vbi ait, ꝙ ſi confeſ. facta ſit cõſtã
2 te mart. & antea nõ fuerit promiſſa dos, † non valeat hæc cõ
feſsio, ſed præſumitur fraudulenta, vt ẽt reſpondit Bart. Soc.
conſ. 66. nu. 7. ſecus vero, ſi confeſsio facta fuerit ſoluto mat.
quia tũc valet licet prius nõ fuerit promiſſa. Bald. d. cõſ. 355,
volu. 3. Et primo caſu maritus, ſi vxor, vel hæres vxoris vellet
agere ad reſtitutionẽ dotis cõfeſſatæ, pót oponere exceptio
nẽ non numeratæ dotis, immo poterit agere contra vxorem,
vt dotẽ, quã ipſe cõfeſſus eſt, numeret, ſi nondũ erit perfectũ
tp̃s opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vt ex alla
t is patet à Ro. conſ. 44. in princ. quem omnino videas, quia
diſtinguit, & conſ. 445. & Matt. ab Afflict. in conſt. Neapolita,
vt magiſter iuſtitiæ. rubr. 40. nu. 5. cum alijs li. 1. & conſulen-
dus erit Curt. inn. conſ. 168. quaſi per totum, vbi conſuluit in
3 caſu, † quando econtra mulier confeſſa fuit, dediſſe talia bo
na in dotem viro ſuo, an probet, & concludit ex multis iuri-
bus optime probarẽ, adeas ẽt Corn. conſ. 52. incip. Quotidia
nus. vol. 1. ſed intra quod tẽpus debeat opponere dictam ex
ceptionẽ, diſtinguendo te docebit Matth. ab Afflict. in conſt.
Neap. vt magiſt. iuſt. rub. 40. nu. 6. & 7. li. 1. & no. inf. in 6. lim.
Primo loco amplies velim, vt procedat, ẽtſi talis confeſsio
4 fuiſſet iurata, † etenim tali caſu non probat dotem recepiſſe,
nec receptam fuiſſe, vt me docuit Bar. in terminis, in l. Autel,
§. fi. de libera. leg. quod idem tradidere Pet. & Cyn. in l. 1. C.
de ſacroſan. eccle. atq; Ioan. And. in addit. ad Spec. in rub. de
donat. int. vir. & vxor. l. ex annuo. ff. d. tit. quod ẽt late proſe-
quitur Pariſ. conſ. 62. nu. 6. cum ſeq. lib. 1. Crauet. ẽt in conſ. 81.
nu. 3. quem videre poteris, quia rationes adducit, & Rom. in
d. conſ. 44 qui hoc in terminis decidit diſtinguendo.
Secundo amplia, vt locum habeat, etiamſi extet vltra dictã
5 confeſsionem cautio dotis, † quia præcipue in criminalibus
contra fiſcum dicta confeſsi, & cautio non probant dotẽ da-
tam eſſe, ſed oportet vt reuera conſtet vxorem traditam, vt
patet ex allatis à Matth. ab Affli. vt ſup. in d. conſtit. vt magi
ſter iuſtitiæ. num. 5.
Tertio amplia, etiam ſi in teſtamento huiuſmodi confeſsio
6 facta fuiſſet, † quia non probat, ita cauit Alex. conſ. 153. col.
* fin. volu. 2. vbi atteſtatur hanc eſſe * communem opinionem,
** quam etiam magis** communem dixit Aret. in conſ. 64. col,
pen. & in hanc ſententiam reſpondere Corn. conſi. 145. col. 3.
vol. 1. Soc. conſ. 294. col. 1. Barbat. conſ 54. col. 2. volu. 2 Bertra,
conſ. 211. col. 1. volu. 2. cum alijs ad idem collectis per Rol. à
Val. in quæſt. ſtat. de lucranda dote. q. 80. nu. 6. cum alijs.
Reſtringas prædictam ampliationem, vt non vera ſit, ſi talis
7 confeſſio facta fuerit ipſa vxore præſente, † quia tunc eo vſq;
probat, & operatur, vt ſaltem præſumatur facta animo donan
di, & habetur, ac ſi in actu inter viuos facta fuiſſet, nec reuo-
cari poteſt. ita conſulendo ſenſit Ale conſ. 45. nu. 5. vol. 1. vbi
* atteſtatur hanc eſſe * communem opinionem, & ita in termi-
nis conſuluit Bald. conſil. 381. nu. 1. vol. 5. & ad hoc conueniũt
a nobis animaduerſa ſup. in concluſione, Confeſsio in teſta-
mento in 2. limitatione. ita etiam canit Barth. Socin. conſ. 62.
num. 2. vol. 1. vbi ait. hoc caſu reuocari, ac ſi facta fuiſſet inter
viuos, & multos pro hoc refert.
Primo limitabis cõcluſionem, ſi renuntiatũ ſit exceptioni
non numeratæ pecuniæ, aut ſi huic exceptioni tempus præſti
8 tutum tranſactum ſit, † nam tali caſu confitens erit obligatus,
& poterit agi contra illum ad reſtitutionem, dotis, vt tradide
re Bart Alb. Sali. & cæteri Dd. in l. aſsiduis. C. q potior. in pig.
hab. & idẽ Bald. voluit in cõſ. 352. in fi. vol. 3. n. 3. & Raphael.
* Cuma. in conſ. 31. incip. Teſtator atteſtatur hanc eſſe * cõem
opinionem, ſicuti refert, & ſequitur Tiraquell cum multis ad
hoc relatis in d ſuo tract. de vtroq; retract. tit. de retract. lign.
ex. §. 1. glo. 16. fol. 129. nu. 88 & vltra illos, quos illos, quos ibi
9 allegat, addo Aymo. Crauet. conſ. 40. nu. 6. vbi ait, † ẽt hanc
confeſsionem elapſo dicto tempore probarẽ etiam in præiu
dicium creditorum, quod quidem placuit etiam Alex. in cõſ.
25. col. 2. verſ. pro hoc etiam allegat. lib. 2. quod eſt repetitum
in conſ. 90. li. 3. & idem Alex. conſ. 123. col. 1. circa fi. li. 6. Are.
* conſ. 82.. col. 2. quam opinionem dixit * cõem Alex. in conſ. 78.
* col. 3. verſ. tertio reſtringit. vbi late probat, & eãdẽ eſſe * cõem
opinionem atteſtatur Soci. conſ 85. col. 1. li. 3. ſequitur Goza
din. in d. conſi. 42. col. 3. Calder. in conſ. 3. in fi. tit. de donar. in
ter vir. & vxor. Curt. ſen. conſ. 70. col. 1. Verum de æquitate
10 canonica non ſolum biennium tranſire poteſt, immo perpe-
tuo etiã ad mille annos poteſt opponi dicta exceptio non nu
meratæ pecuniæ, vt ſcripſit Dyn. in reg locupletari. in fin. de
reg iur. atq; refert, & ſequitur Ro. cõſ. 45. n. 3. & diximus ſup.
in concluſione, Cõfeſsio de recepto. in 10. extẽſione 3. limita
tionis, intellige niſi ei renuntiatũ fuerit, vt ſupra deduximus.
Secundo limitatur, vt tantum procedat, ſi in fraudẽ credi-
torum, aut legitimæ filiorum, vel in fraudem quorumcunque
aliorum, ex qualitate perſonarũ, vel quãtitatis pecuniæ con-
feſſatæ, aut ex alijs qualitatibus, coniecturis, vel indicijs poſ
11 ſit colligi eſſe facta, † nã cum non ob aliud impediatur, vt ta-
lis confeſsio non probet. niſi ob fraudis ſuſpicionẽ, nuncupa
tim tradit Bald. conſ. 251. in princ. p. col. 2. lib. 3. & conſ. 352.
eodem vol. quem refert, & ſequitur Tiraquell. vbi ſupra fol,
287. n. 88 cũ permultis ibi per eum adductis, ideo ceſſante di
cta ſuſpicione frandis permittitur, vt valeat, & probet, vt ex
dictis allegatis per Tiraquel. vbi ſupra. & in tranct. ceſſante
cauſa. in pri. 1. par. n. 238. verb. ſuſpicionis & idẽ cõſtãter aſſe
uerauit Bal. cõſ. 352. Quærit, an confeſſio. li. 3. ſequitur Raph.
12 Comenſ. d. conſ. 31. † vbi dicit, parendũ eſſe huic confeſſioni
ẽt aduerſus creditores, niſi ex alijs qualitatibus poſſit eſſe ſu
ſpicio, idẽ voluit Tiraqu. tit. de vtroq; retract. vbi ſup. n. 89.
Amplia, & intellige hanc limitationem, vt locũ habeat ẽe
ſi huiuſmodi confeſsio redderet præiudicium creditoribus,
dũmodo ſint creditores poſt ipſam confeſsione, quo caſu nõ
13 præſumitur facta in fraudem creditorum futurorum, † niſi de
tali fraude cõſtet ex aliquibus coniecturis, iuxta ea, quæ ob
ſeruauere gl. Bar. & Dd. in auth. ſed iã neceſſe. C. de don. ante
nuptias. & in hoc caſu coniecturæ poſſunt eſſe, qũ breui tẽpo-
re poſt confeſsionem contrahitur debitum cum alijs credito
ribus, vel confeſsio fieret in ſumma magna, & nimium exceſ-
ſiua, vt in terminis tradit Alex. conſ. 86. li. 7. vbi dicit, aduer-
tere debere aduocatum fraudem allegãtis, vt deducat, & pro
bet. quod habita ratione ad futuros creditores ſaltẽ de proxi
mo creatos bona confitentis non ſufficiebãt, & quod ita ſcie
bat vere. vel præſumptiue, alioqui non videtur ſatis eſſe pro-
batum de fraude, & ſic licet ſit in præiudicium dictorũ credi
torum futurorum probat, & id, quod dicitur, quod in fraudẽ
creditorum non probat, procedit in creditoribus præteritis,
qui erant creditores ante illam confeſsionem, contra quos in
diſtincte non probat dicta confeſsio, ita cõſuluit Aymo Cra
uet. conſ. 44. nu. 1. & quaſi per totũ, & vltra ibi relatos videas
Corn. in conſ. 102. col. 2. ver. & licet ille text. & cõſ. 183. col. 2.
li. 5. voluit ẽt Bal. in c. quia veriſimile. col. 2. verſ. itẽ dos præſu
mit, ext. de præſum cũ alijs allatis ad idẽ p Tiraq. in d. tract.
de vtroq. retract. tit. de retract. conuen. fo. 323. n. 4. circa finẽ.
Ter-

Tertio limitatur, vt non vera ſit, ſi alis confeſſio adiunetur
1 aliquibus indicijs, vel cõiecturis, † ex quib. veriſimiliter coniectura poſſimus aſſequi, vere dictam dotem recepiſſe, vt Bal. affernit in l. vnica, C. de priuileg. dot. vbi ponit vnã coniectu ram, videlicet, quando vxor retenta fuit penes maritũ, & alimenta ei prętita ſint, tãquã dotatę ei prętita fuerint, quia nõ eſt veriſimile, vt tamdiù indotatam habere voluiſſet, & ei alimenta exibere. idem placuit Soc. conſ. 82. colu. 2. & conſ. 122. col. 4. poſt med. lib. 4. Dec. conſ. 538. col. 3. circa med. & licet idẽ conſulucrit Cra. conſ. 40. n. 4. tamen exẽplum coniecturę, Bal. ei non uidetur ſine dubitatione tranſire, vt refert in trac. ſuo de antiqui. tempor. in 1. par. in verb. propoſitum noſtrum n. 72. cuius ſententiæ fuit etiam Bal. Nouel. in tract. de dotis, in 10. par. col. 6. limi. 4. & Goza. in conſ. 28. col. 4. verſ. ſortius, & Soc. in l. 1. col. antepen. ver. ſecundum corollarium, ff. ſoluto matri. qui oẽs dictum etiam exemplum Baldi improbãt, & reijciunt, tamquam dubium, & Soc. in d. l. 1. ait, dictũ Bal. vbi ſupra, verum eſſe poſſe, quando fieret talis confeſſio ante cõtractũ matrimo. quod tamẽ nec approbat Cran. in d. ſuo tract. vbi ſupra, vbi ſe defendit, quod ita etiam ipſe conſuluerit d. conſ. 40. dicens, ſed id ſeciſſe, quia ibi in caſu ſuo concurrebant plures aliæ coniecturæ, licet leues ex quibus veritas cõfeſsionis de dote recepta plurimũ minueretur, quod vero ait ſi tantum illa coniectura Bal. fuiſſet, non ita conſuluiſſet, tamẽ reſpondit Raphael Cuman. conſ. 31. incipiẽ. Teſtator in teſtamento, in 1. dubio, quem refert, et ſequitur Tiraq. in l. ſi vnquã. C. de reuocan. donatio. i verb. donatione largitus. n. 101. verſ. quibus adde. quod ante illos conſuluit, quod ſi vir erat honeſtus, & dos veriſimilis, attenta conditione vtriuſq; & conſuetudine, & vxor iuraret, videatur ſufficere.

Primo extende hãc limitationem, vt procedat quoad hoc
15 videlicet, † quod talis dos confeſſata, & concurrente cõiectura, habeat priuilegia veræ dotis, & ſic præferatur alijs creditoribus, & alia illi competant, quæ ſunt de fauore dotis, vt ex multis collectis à Tiraq. colligere eſt in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. verb. donatione largitus, nu. 101.

16 Secundo extende, vt vera ſit † etiam ſi tendat in præiudiciũ creditorum, vt Bal. tradidit in l. vnica. C. de priuile. dot. quem refert, & ſequitur Aymo. Crauet. in d. ſuo tract. de antiq. tempor. n. 71. ſol. 28. vbi ad idem affert Soc. conſ. 82. col. 2. & conſ. 22 vol 3 atque Dec. conſ. 536. col. 3. verſ. ſed reſpondetur.

Quarto limitabis, ſi talis confeſsio pro parte probetur ve-
17 ra, namq; † & in totum præſumitur vera, & ſic quoad reliquũ probat, vt Soc. conſuluit conſ. 82. col. 2. in prin. lib. 3. iuxta notata per gloſſ. & Dd. in l. 2. C. de non num. pecunia, argumẽt. ab oppoſitis, ita refert, & in ſimili conſuluit Aymo Crau. cõſ. 158. n. 6. & conſ. 198. nu. 6. vbi in hæc verba loquitur, quod ſi libri, ſiue publici, ſiue priuati contineãt in ſe multas partitas,
18 † ſi in aliquibus probent, vere præſumitur, quod etiam in alijs probent, & teſtatur Paulus Caſtren. conſi. 301. Ad bene examinandum dubia. col. 1. lib. 1. quod idem dictum perpulcbrè refert, & ſequitur Iaſ. in repet. l. admouendi. colu. 48. verſie. 5. principaliter limita. ff. de iureiur.

Quinto limita, vt non procedat, ſi confiteatur recepiſſe ali
19 quam ſummam modicam, † tunc enim probat talis confeſſio, nam ceſſat omnis ſuſpicio ob ſummæ modicitatem. l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. c. ſi quæſtionis. de ſimon. ita conſuluit Crauet. d. conſ 49. nu. 8.

Sexto limitatur, ſi priuſquam maritus confeſſus fuerit dictã receptionem, præceſſerunt capitu. matrimonialia promiſ-
2 ſionis dotis, † etenim tunc nullo tempore poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. l. in contractib. §. ſuper cæteris ſecuritatibus. C. de non numer. pecun. & ibi Cynus, & videas ea, quæ diximus in vndecima ſublimitatione, ad extenſionem confeſſionis de recepto, qñ ſcilicet confeſſionẽ pręceſsit promiſsio, ſecus ſi non præceſſerint confeſsionẽ dicta capit. quia ſi matrimonium non durauit poſt confeſsionẽ vl-
2 tra biennium, † tunc debet opponi dicta exceptio intra annũ poſt mortem mariti à die mortis eius. vt cautum eſt in cõtex. in l. fin. & authen. quod locum. C. de dot. cau. non nume. ſi vero matrimonium à tempore factæ confeſſionis durauit vltra duos annos vſq; ad decennium dummodo tranſactum ipſum decennium non ſit, poteſt opponi dicta exceptio non numeratæ dotis intra tres menſes à die ſolutionis matrimonij, vt colligere eſt ex dicta authentica quod locum.

Septimam limitationem habes infra in concluſione, Dos per confeſſionem mariti.

CONCLVSIO CCCLXIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio mariti dicentis ſe emiſſe rem de pecunia vxoris an, & quomodo probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio mariti dicentis, ſe emiſſe rem de pecunia vxoris ſuæ, ſi eſt veriſimilis, vt quia vxor aliunde habeat bona, probat etiam in præiudicium creditorum, maxime ſi aliquibus adminiculis iuuetur.*
2 *Confeſsio mariti de dote recepta non probat, quia præſumitur facta in fraudem.*
3 *Confeſsio facta à marito de dote recepta, ſi ſit vir honeſtus, & dos veriſimilis attenta conditione vtriuſque, & conſuetudine, videtur probare et maxime ſi vxor iurat.*
4 *Confeſsio viri, qui contraxit matrimoniũ cum aliqua muliere, & illam deſponſauit, probat tale matrimonium, ac ſi in faciem eccleſiæ contractum fuiſſet.*
5 *Filij nati ante confeſsionem matrimonij factam à viro dicuntur eſſe legitimi.*
6 *Confeſsioni coniugum de matrimonio non ſtatur in præiudicium alterius.*
7 *Confeſsio vxoris dicentis matrimoniũ fuiſſe conſummatum probat pro viro contra ipſam mulierem confitentem.*
Quod intellige vt ibi.
8 *Confeſsio coniugum non officit validitati, & conſiſtentiæ matrimonij, quando ſumus in claris, vel ſit lata ſententia ſuper eo, & tranſierit in rem iudicatam.*
9 *Confeſsio ab vxore facta conſtante matrimonio ad fauorem mariti iuncta cum aliquibus coniecturis probat, licet ſecus ſi de per ſe ſola, quia tunc non probat.*

Confeſsio mariti dicentis, ſe emiſſe rem de pecunia vxo-
1 ris ſuę, † ſi talis confeſſio ſit veriſimilis, vt quia vxor aliunde habeat bona, tunc talis confeſſio probat etiam in præiudicium creditorũ, vt auctor eſt Saly. in l. ſi mater. C. de contrahen. empti. cui adhęret Craue. de antiqui. tempor. par. 1. §. propoſitum, nu. 69. vbi in terminis ponit concluſionem hanc & reſpondit Alex. conſ. 18. n. 2. vol. 3. Dec. conſ. 463. & Tiraq. eleganter ſcripſit in l. ſi vnquam, C. de reuoca. donatio. verb. donatione largitus, n. 100. in quo loco iſtud procedere affirmat, ſi talis confeſſio aliquibus adminiculis iuuetur, cui cõcidit, quod conſuluit Raphael Cumanus, in conſ. 31. teſtator in
2 teſtamento, in 1. dubio, vbi voluit † quod etſi confeſsio de dote recepta ſacta à marito, non probet, quia præſumatur ſacta in fraudem, vt late infra concluſione, Donatio inter virum, et vxorem, tamen ſi maritus erat vir honeſtus, & dos veriſimilis
3 attenta conditione vtriuſque, & conſuetudine, † et vxor iuraret, videretur probare, vt ibi per eum, quem ſequitur Tiraqu. loco proximè citato.

Amplia, vt etiam confeſsio viri, qui contraxit matrimoniũ cum aliqua muliere, & illã deſponſauit, probet tale matrimo
4 nium ac † ſi in faciem eccleſiæ contractum fuiſſet, ita tradidit Abb. in c. 2. in 2. notabili. de clandeſtin. diſponſ. motus auctoritate illius contex. quo in loco etiam dicit, ex hoc Dd. velle filios ante talem publicationem, & confeſsionem matrimo-
5 nij natos, † nihilominus legitimos eſſe, quod dicit eſſe obſeruatione dignum, cui accedit Pariſ. conſ. 13. n. 15. vol. 2.

Intelligas tamen iſtud dictum, vt ſcilicet fides adhibeatur
6 confeſſioni coniugum de matrimonio contracto, † non procedere in præiudicium alterius, ita late, & abunde proſequitur Rom. ſing. 620. incip. tu audiſti, l. finali. C. de tranſact.

Quemadmodum etiam cõfeſſio vxoris dicentis, matrimonium fuiſſet conſummatum probat pro viro † contra ipſam
7 mulierem confitentem, vt voluit Bartol. Socin. conſil. 223. nu. 3. volu. 2. ad id teſtatur Hoſtien. in ca. ad audientiam, de ſponſalib. & in ca. veniẽs. de eo, qui cogno. conſang. vxor. & notat gloſſ in c. is ita 30. diſtinct. atque tradidere. Ant. & Abb. in c. duo pueri de diſpõſat. impub. & late Henric. Bohic. in c. continebatur. de deſponſ. impub.

Quod intelligas, vt verum ſit qñdo in dubio verſabatur ſuper legitimitate matrimonii, & mulier ipſa inſtabat ꝓ validitate matrimonii, nã tunc confeſsio mulieris, quæ pro matrimonio inſtabat, bene recipitur cõtra matrimonium: & idem dicendũ eſt ecõtra de confeſsione viri, ſecus ſi pro matrimonio conſeruãdo ſimus in claris, vt ſi lata ſup eo fuerit ſenten-
8 tia, tranſierit in rem iudicatã † quia confeſsio ipſorum cõiugum non officiet validitati, & conſiſtenti matrimonij, ut ꝑ late ad-

te adducta videre eſt per Romanum conſi.367.qui in terminis conſuluit,& de hoc latius infra in concluſione,Matrimonium,& concluſione,Filiatio,differemus.

Itidem confeſſio ab vxore facta conſtante matrimonio ad
9 fauorem mariti iuncta cum aliquibus coniecturis probat,†licet ſecus ſi de per ſe ſola,huia tunc non probat,ita Bald. qui
ſuper iſto caſu in terminis conſuluit in conſ.471.per totum,
lib.5.atq; docte ſcripſit Tiraq.in l.ſi vnquam C.de reuocan.
donat.verb.donatione largitus,num.102.cum ibi allegatis.

CONCLVSIO CCCLXIV.

ARGVMENTVM.

Confeſſio patris dicentis ſe recepiſſe pecuniam ab aliquo, & ipſe dicat ſe debitorem an probet, & præiudicet legitimæ filiorum.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio patris dicentis ſe recepiſſe pecuniam ab aliquo, ſi ipſe dicat ſe debitorem non probat, nec præiudicat legitimæ filiorum.*
Filij in legitima dicuntur quaſi creditores ibi.
2 *Pater non poteſt priuare filium legitima quia iure naturæ ei debita.*
3 *A lege prohibetur, ne pater præiudicet filio in legitima.*
Confeſſioni fraudulentæ non ſtatur ibi.
4 *Parentum affectus in liberos longe omnium maximus, nec tamen tollit ſuſpicionem fraudis, quæ ex ſola confeſſione oritur.*
5 *Iuris præſumptio non eſt, patrem habere animum, & conſilium fraudandi liberos, eoſque exteris in legitima poſtponendi.*
6 *Confeſſio patris dicentis ſe recepiſſe pecuniam ab aliquo, & eſſe debitorem, etiam ſi ſit iurata, non probat.*
7 *Non præſumitur quempiam iureiurandū ſubeundo eſſe ſalutis æternæ immemorem.*

CONfeſſio patris dicentis ſe recepiſſe pecuniam ab ali-
1 quo,†& ipſe dicat ſe debitorem,non probat,nec præiudi
cat legitimæ filiorum,nam filij in legitima dicuntur quaſi cre
ditores,vt reſpōdit Vlpia.in l.Papinianus,alias Pomponius,
ff.de inoff.teſtam.adeo,vt pater non poſſit filium priuare ea-
2 dem,† vt pote quia iure naturæ debita, vt ſancitum eſt in c.
Raynutius,c.Raynaldus.ext.de teſt.item concluſionē Ioan.
Andr.& Specula in additio.titu.de confeſſ.§.nunc videndū,
verſ.ſed nunquid præſens,refert,& ſequitur Alex.conſ.18.in
fine,vol.4.& in conſ.45.in fine,volu.1. & vltimo loco idē vo
luit Hercul.tract.de prob.negat.n.198.verſ.38. fallit, & ante
eū late tenet Tiraq.in tract.de vtroq; retract.§.1.gloſſ.18.nu.
80.verſ.& hanc partem,vbi more ſuo multa congeſſit.
3 Cuius rei ratio eſt,†quia id prohibetur à lege, ne.ſ. pater
præiudicet filio in legitima,& ideo non ſtatur hmōi confeſ-
ſioni tamquam fraudulentę,ſicuti nec alias in caſibus prohi-
bitis,vt colligere eſt ex reſponſo Scęuolæ in l.qui teſtamētū,
ff.de proba.vt Tiraq.tradidit in d.tract.de vtroq; retract.tit.
de retract.conſang.§.1.d.gl.18.fol.129.nu.85.& in nu. 80.in
fi.vbi ait hoc valde animaduertendum eſſe,cum ex notatis
per eum in l.ſi vnquam.C.de reuocan.donat.appareat, lon-
4 ge omnium maximū eſſe parentum affectum in liberos,† nec
tā is affectus tollit ſuſpiciones fraudis,quæ ex ſola confeſſio
ne oritur.Vnde ipſemet Tiraq.vbi ſupra nu. 87.non adhęret
ſententiæ ſupradictæ Speculatoris & aſſeclarum,nam,vt ipſe
ait,quis vnquam crediderit patrem,niſi omnis naturę exper
5 tem,habere animum,& cōſiliū fraudandi liberos, † eoſq; ex
teris in legitima poſtponendi, contra omnem iuris præſum-
ptionem?l.cum auus.ff.de cond.& demō.& l.cum acutiſſimi.
C.de fideicommiſſ.niſi quātitas rei,& qualitas perſonæ huic
pręſumptioni adſtipularetur,nā tunc ſi concurrit aliqua præ
ſumptio fraudulenta,fatendum videtur,non ſtari debere ta-
li confeſſioni,ad quod pertinent ea, quæ nos obſeruauimus
ſupra in cōcluſione,Cōfeſſio mariti de recept.dot.2.limitat.
6 Ampliatur præterea,vt procedat etiā,† ſi talis cōfeſſio à
patre fuerit iurata,vt Spec.aſſeruit vbi ſupra,& aſſeclæ ſupra
alleg.inter quos & Bart.in l.cum quis decedens,§.codicillis,
col.1.verſ.præterea teſtator,& ibi quoq; Alb.circa med.ff.de
leg.3.& apertiſſimè Ant.in c.1.col.2. vbi ēt Abb. colu.fin.in
princ.de re iudi.& multos alios idē tenentes collegit Tiraq.
vbi ſup.tit.de retract.lignag.gl.18.nu.80.qui tā nu.87. id nō
approbat ſimpliciter, niſi, vt ēt ſupra dixit,concurrat aliqua
præſumptio vel cōiectura fraudis,legitimæ ex qualitate & quā
titate rei,& ex qualitate,perſonę,vt ſupra dixi,& præcipue ſi
interuenerit iuramentum, idem multo magis probaret tale
7 dictum Specul. † nam præſumitur quempiam iureiurandum
ſubeundo eſſe ſaltis æternæ immemorem,vt tradidere Impe.
Theo.& Valent.in l.fi. C.ad l.Iul.repetend. & in ſimili Alex.
ait d.conſ.18.nu.5.vol.3.

CONCLVSIO CCCLXV.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta à patre confitente ſe habuiſſe pecuniam à filio ſuo tamquam ad eum pertinentem,an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta à patre confitente ſe habuiſſe pecuniam à filio ſuo tamquam ad eum pertinentem,quare non probat.*
Donatio inter patrem,& filium prohibita ibi.
2 *Confeſſio inter perſonas prohibitas donare, vt ſuſpecta de fraude,non valet, nec probat.*
3 *Confeſſio patris dicentis habuiſſe pecuniam à filio ſuo tamquam ad eum pertinentē etiam iurata non probat.*
4 *Confeſſio omnibus caſibus,in quibus poteſt cadere ſuſpicio fraudis,nihil probat,nec operatur.*
5 *Confeſſio patris dicentis habuiſſe pecuniam à filio ſuo tamquam ad eum pertinentē probat,& ei ſtandum eſt, ſi veroſimiliter filius in aliquo exercitio edoctus potuerit ſua induſtria illam pecuniam comparare.*
6 *Idem dicitur de confeſſione facta à patre de receptione pecuniæ à filio ſpurio.*
7 *Confeſſio patris etiam extra iudicium filio præſente, & confeſſio filij facta patre præſente probat filiationem.*

CONfeſſio facta à patre confitente,ſe habuiſſe pecuniam à
1 filio ſuo, † tamquam ad eum pertinentem, non probat,
ſuſpicionis enim fraude laborat,& quod non ſit vera,ſed po-
tius præſumatur voluiſſe donare. Quo circa cum donatio in-
ter patrem,& filiū prohibita ſit,vt reſcripſere Imp.Valerian.
& Galie in l.2.C.de inoff.donat.& ſciuit Imp. Iuſtinia. in l.
donationes,quas parentes.C.de donat.int.vir.& vxor. ideo
talis confeſſio inter perſonas prohibitas donare, vt ſuſpecta
2 de fraude non valet,†nec probat,vt cauit Scęuola in §.Titia.
** ff.de leg.3. & hanc eſſe magis communem ** opinionem at-
teſtatur Alex.in conſ.18.nu.1.vol.3.cui conueniunt,quę not.
in d.l.per diuerſas & l.ab Anaſtaſio.C.man.& l.qui teſtamē-
tum.ff.de probat.& in d. l.cum quis decedens.§.Titia.ff. de
le.3.cum multis collectis per Tiraq.in repet.l. ſi vnquam , in
verb.donatione largitus,nu.77.C.de reuoc.donat.
Primo ampliabis,vt procedat, etiam ſi huiuſmodi confeſ-
3 ſio iurata ſit†cum nec etiam probet.Bartol. auctoritate in d.
l.cum quis decedens.§Titia,& in l.Aurelius.§.fin.ff. de liber.
lega atque tradidere Petr. & Cyn.in l.1.ad fin. C. de ſacroſ.
eccleſ.reſpondit etiam Alexan. d.conſ.18.n.1.vol. 3.
Secundo ampliare poteris , vt quod dictum eſt de confeſ-
ſione facta à patre filio, vt ſcilicet non valeat propter fraudis
ſuſpicionem,habeat etiam locum generaliter in omnibus ca-
4 ſibus,†in quibus poteſt cadere ſuſpicio fraudis,nam tunc ta-
lis confeſſio nihil probat,nec operatur,ita aiunt Sal.& Caſtr.
in d l.per diuerſas & Raph.Cum.conſ 68. col.3. quos refert,
& ſequitur Tiraq.de tract.lignag §.1.gloſſ.18.nu.85.
Porro limitabis, ſi talis confeſſio ſit veriſimilis,veluti ſi fi-
lij ita erant aliquo artificio edocti, vt ſatis veroſimiliter po-
5 tuiſſent ſua induſtria illam pecuniam comparare,§.nam tunc
probat talis confeſſio, & ei ſtandum eſt,vt Crauett.docuit in
tract.de antiq.tempor.in 1 parte.§.propoſitum noſtrum. fol.
27.nu.70.teſtatur Angel.in conſ.341.pater emit. in 1.dubio.
& Dec.conſ.96.colum.2.verſ.nec obſtat, quod talis cōfeſſio,
cum alijs per eum ad hoc allegatis,addo Iaſ in conſ.180.cir-
ca legitimationem,col.vlt.poſt princ. lib.2.Dec.in l. ſi dona-
tione.col.6.ver.vlterius adde duas,C.de collat.& vlti.locu Ti
raq.in l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat.verb. donatione largi-
tus,nu.100.cum alijs ibi allegatis.
6 Extendas velim dictam limitationem,†vt procedat in cō-
feſſione facta à patre de receptione pecuniæ à filio ſpurio,
quia ſi eſt veriſimilis probat,vt Alex. conſultus reſpondit in
d.conſ.18.nu.2.vol.3.cuius dictum refert,& pro ſingulari ſe-
quitur Iaſ.in l.ſi is qui,col.vlt.ff.de vulg.& pupill.& idem af-
fert,& ſequitur Tiraq.vbi ſup. d.verb.donatione largitus. n.
100.circa finem.

Confeſſio patris etiam extra iudicium filio pręſente†& e-
cōtra cōfeſſio filij facta patre pñte probat filiationē,vt Pariſ.
conſ.10.n.45.vol.2.adducit ad idē Pau.de Caſ. conſ.175.ſup
1.col.3.ver.ſed ſi maritus.ſed de hoc cōſulas i concl.Filiatio.

CON-

CONCLVSIO CCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Confeſſioni matris an credatur in præiudicium filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum.

SVMMARIA.

1 *Confeſſioni matris non creditur in præiudicium filij, ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum.*
2 *Filius præſumitur natus ex marito etiam ſi conſtet de vxoris adulterio.*
3 *In his, quæ dependent ex animo alicuius, ſtatur dicto eius, ſed non quando contra eum eſt præſumptio iuris.*
4 *Veritas dilucida iſtius concluſionis, an ſcilicet confeſſioni matris credatur in præiudicium filij ſi dicat, illum eſſe ex adulterio natum, habetur remiſſiue ad duas concluſiones de filiatione.*

1 COnfeſsioni matris non creditur in præiudicium filij, ſi †
dicat illum eſſe ex adulterio natum, vt aperte reſpondit
Scæuola in l. Imperatores. in fi. ff. de probatio. vbi hoc apertiſ
ſime habetur, cui adhæret Rui. conſ. 81. nu. 17. vol. 3.
2 Ratio eſt, quia præſumitur natus ex marito† etiam ſi con-
ſtaret de vxoris adulterio, l. miles. §. defuncto. de adulter. &
ibi notat Bart. & ſicut dicitur, quod quamuis in his, quę pen
dent ab animo alicuius, ſtetur dicto eius, vt obſeruatū eſt in
3 §. aliæ. Inſti. de actio. tamen hoc fallit, † quando contra eum
eſt præſumptio iuris, ſecundum Innocen. & Ioan. And. in c. 2.
de conſtitu. & doct. in Bart. in l. inter omnes, §. recte. de furt.
& in l. 2. §. ſi a pupillo. ff. pro emptor. & plene fuit animad-
uerſum in c. ſignificaſti, de homicid. Verū plenius de hac ma
teria dicetur infra in concluſione, Filiatio per cohabitatio-
nē, prima ampliatione, & in concluſione, Filiatio per tracta-
4 tum, prima ampliatione † in quibus locis dilucida remanet
veritas iſtius concluſionis.

CONCLVSIO CCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio prælati ſiue in iudicio, vel extra, aut in alio actu facta in præiudicium eccleſiæ an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio prælati, ſiue in iudicio, vel extra, aut in alio actu facta in præiudicium eccleſiæ nihil probat. Contrarium ſub num. 2.*
2 *Confeſſioni ſtatur, cum præiudicat tantum confitenti, & non alteri.*
3 *Confeſſio Prælati præiudicat eccleſiæ in illis caſibus, in quibus eſt legitimus eccleſiæ adminiſtrator, in alijs vero non. Et in quibus caſibus dicatur legitimus adminiſtrator, vide ibi remiſſiue.*
4 *Confeſſio prælati quando habet præſumptionem iuris pro ſe, probat.*
Confeſſioni Prælati dicentis, quod eccleſia non ſit ſibi ſubiecta, ſtatur. ibi.
5 *Confeſſio Prælati facta cum capitulo ſimul probat, & eccleſiæ præiudicat.*
6 *Confeſſio Prælati habentis mandatum a capitulo probat, & præiudicat eccleſiæ.*
7 *Confeſſio Prælati ſi tendit ad liberandum aliquem, & conſiſtit in facto proprio, probat, & pro veritate habetur in præiudicium eccleſiæ abſque conſenſu capituli.*
8 *Confeſſio Prælati ſi tendit ad obligandum, & voluntarie fuit facta, non probat, nec nocet.*
9 *Confeſſio Prælati probat ſi non infert præiudicium in bonis immobilibus eccleſiæ.*
10 *Confeſſio ſolius Prælati probat in præiudicium eccleſiæ, ſi ipſa eccleſia, & ipſe Prælatus non habet capitulum.*
11 *Filius familias regularites abſque licentia patris in iudicio eſſe non poteſt, ſed patre non exiſtente, per ſe habilis eſt, vt iudicium experiatur.*
12 *Mulieres ex ſtatuto contrahere non poſſunt ſine conſenſu proximorum ſuorum, ſed ſtatuto non obſtante ipſæ contrahunt.*
13 *Confeſſio Prælati, vel Abbatis probat, ſi habet in ſe aliquam veriſimilitudinem vel cum ea concurrat aliqua coniectura.*
14 *Confeſſio Prælati confitentis pecuniam in eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe probat, ſi concurrant cum ea aliqua coniectura.*
15 *Confeſſio Prælati probat, ſi agitur de iure acquirendo eccleſiæ.*
16 *Confeſſio Prælati ſi concernit dignitatem ipſius, reſpectu vita ſua probat, & nocet eccleſiæ.*
17 *Prælatus ſi confitetur, vt teſtis probat, & eccleſiæ præiudicat ſaltem ſemiplene.*
18 *Prælatus ſi confitetur in cauſa bonorum deſcriptorum à capitulo probat.*
19 *Confeſſio Prælati ſi læſerit eccleſiam, datur reſtitutio in integrum ſucceſſori, dicto prius de læſione.*
20 *Confeſſio Prælati habentis conſenſum in materia ardua etiam in bonis deſcriptis à capitulo, non probat, nec nocet.*
Prælatus in facto arduo non poteſt eſſe ſolus iudicio, nec confiteri. ibi.
21 *Confeſſio Prælati in non arduis procul dubio probat, & valet.*
22 *Confeſſio Prælati in cauſis, in quibus eſt legitimus adminiſtrator eccleſiæ ſua in agendo, quomodo probat, & præiudicat eccleſiæ.*
23 *Prælatus ſi confitetur, vt procurator conſtitutus ab eccleſia probat, & præiudicat.*
24 *Eccleſia ſi læſa eſt ex confeſſione Prælati, & capituli dabitur ei reſtitutio in integrū aduerſus confeſſionem.*

1 COnfeſsio Prælati, ſiue in iudicio, vel extra, † vt in alio a-
ctu facta in præiudicium eccleſiæ nihil probat, ſic me do
cuit Aymo Craue in tract. de antiq. tempor. in 1. parte. verb.
Propoſitum noſtrum. fol. 27. n. 68. teſtatur ad hoc Anchar. cōſ.
30. viſo diligenter, & Soci. conſ. 23. col. 3. vbi in pulchro caſu
idem cōſuluit, adde ad idem Romanum conſ. 489. vbi ait, ita
* communiter omnes ſenſere num. 1. ad id reſpondit Bal. conſ.
227. n. 1. & 2. vol. 1. gloſſ. & Dd. canoniſtæ vnanimes tradide-
re in c. fin. de præſcript. & meminit Bart. Soc. in conſ. 15. num.
1. vol. 1. ita etiam decidit Franc. Mar. deciſ. Delphin. t. 2 a 8. n.
2. 1. par. & ratio eſt, quia ſtatur confeſſioni, cum præiudicet tā-
2 tum confitenti, † & non alteri, vt ſancitum eſt varijs in locis,
vt in auth. de ęqualit. dot. §. quidem illud ſancimus, & in au-
then. quod obtinet, C. de probatio. & l. ſi quis poſthac, C. de
bon. proſcri. cum aliis allatis à Paulo Caſtrenſ. conſ. 337. pri-
mo quæritur, nu. 9. vol. 1. & conſulas ad hoc Bart. Socin. conſ.
15. incipien. viſis, n. 3. vol. 1. & late per Matthæ. ab Afflict. de-
ciſ. 168. num. 4. & videas ibi Dd. per eum relatos, quod etiam
placuit conſultiſsimo Iacob. Menoch. conſ. 50. n. 55. & in tra-
cta. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 106. cum ſeq.
In contrariam ſententiam decidendo deſcendere Domini
Rot. deciſ. 466. confeſsio Prælati, in nou. & Bellam. deciſ. 696.
confeſsio Prælati, conſulas ad hoc Philip. Franc. in c. non eſt,
3 de conſuet. lib. 6. diſtinguendo ſcilicet, † vt præiudicet in illis
caſibus, in quibus eſt legitimus adminiſtrator eccleſiæ Prœla-
tus, in alijs vero nequaquam, & in quibus caſibus dicatur le-
gitimus adminiſtrator, videas ibidem per te, & inſpicias ea,
quæ diximus in 7. limitatione ad concluſionem De confeſsio
ne facta præſente parte, & prædictam Rot. opinionē amplia,
vt etiam procedat, quando talis Prælati confeſsio fuiſſet fa-
cta ſine conſenſu capituli, vt ibi in dictis deciſion.
Primo limita, ſi talis confeſsio habeat præſumptionem iu-
4 ris pro ſe † quia tunc probat, vt Abb. aſſeruit in c. ſi diligenti,
in 4. notab. per illum text. de præſcript. vbi ait, fidem eſſe ad-
hibendam confeſsioni Prælati dicentis, eccleſiam non eſſe ſi-
bi ſubiectam, quia præſumptio iuris erat pro tali confeſsio-
ne, cum tota iuriſdictio, in qua erat dicta eccleſia pertineret
ad eccleſiam Beati Petri, & ita refert, & ſequitur Cran. vbi ſu-
pra, verb. Propoſitum noſtrum, n. 73. vbi reſpondet ad argum.
Crori contra Abb. ſentientis in l. re coniuncti. in fin. ff. de leg.
3. & dicentur infra in 6. limita.
Secundo limitatur, ſi talis confeſsio Prælati facta fuerit cū
5 capitulo ſimul, † tunc enim probat, & eccleſiæ præiudicat, vt
reſpondit Dec. conſ. 474. n. 5. vbi ad hoc refert notata per gl.
in l. certum. §. ſed an ipſos. in verſ. non ſufficere, ff. de confeſſ.
& idem voluit gl. in c. dudum, il 2. de elect. in verb. veritate,
& idem Dec. protulit in c. reprehenſibilis. ext. de appellat. n.
* 10. vbi atteſtatur de hoc eſſe * communem opinionem. idem
cauit Dec. conſil. 42. nu. 1. & idem Bald. cauit conſ. 127. vol. 1.
atque Caſtrenſ. conſ. 337. primo quæritur. nu. 20. vol. 1.
Extende, vt procedat etiam ſine capitulo, ſi Prælatus ha-
6 beat mandatum à capitulo, † nam tali caſu probat, & præiu
dicat eccleſiæ, vt deciſum fuit à Matthæ. ab Afflict. in d. deciſ.
245. n. 11. cum ibi allegatis, & ait Fel. in c. ſi. cum multis ibi al-
legatis n. 11. extr. de præſcript. licet, vt ſupra dixi, ſit de men
te DD. de Rot. vt etiam talis confeſsio præiudicet eccleſię, ſi
Prælatus confeſſus fuerit, & ageret ſine conſenſu capituli.
Tertio limitatur, ſi huiuſmodi confeſsio Prælati tendat ad
liberandū aliquem, & conſiſtat in facto proprio, veluti ſi cōfi
7 teatur ſibi ſolutum fuiſſe, per quod liberantur debitores, † nā
hoc caſu talis confeſsio in præiudicium eccleſiæ abſq; conſen
ſu cap. probat, & pro veritate habet, vt ex allegatis patet per
Caſtr. conſ. 34. n. 2. incip. ego Paulus, vol. 1. vbi tamē ait; ſecus
eſſe, ſi tendat ad obligandū, & voluntarie fuerit facta à Præla-
8 to, † quia tunc non probat, nec nocet eccleſ. & hoc caſu, habe
re locū notata in d. §. ſed an ipſos in gl. cū alijs allegatis, hoc
dictū Caſtr. refert, & ſequitur Dec. in conſ. 474. nu. 5. adde Fe
lin. in c. ſi. de præſcript. n. 10. vbi ad idem affert Dom. in c. Cō-
ſtantinopolitana. 22. diſt. vbi late Butr. & Imol. in c. 1. de de-
poſ. & ad hoc ſpectat, quod diximus in 2. ſublimitatione ad
ſextam limitationē concluſ. de confeſsione facta pñte parte.
9 Quarto limitatur † ſi ex tali confeſsione non inferatur præ
iudicium in bonis immobilibus eccleſiæ, quia tūc probat, vt
Dec.

Dec.placuit in d.conſ.474 vbi teſtatur idem dicentem Abb. in c.ſi.col.pen. extr. de pręſcript.

Quinto limitatur, ſi ipſa eccleſia, & ipſe Prælatus non ha-
10 beat capitulum, † etenim tunc confeſſio ſolius dicti Prælati probat in præiudiciũ eccleſiæ, vt ſcripſit Abb.in d.c.dilectus. de capell.monacho.quem refert, & ſequitur Dec.in d.conſil. 474.num.7. adde Rom. in terminis idem ſentientem in conſ. 56.viſa diſceptatione, vbi refert text.de hoc in cle.1.de reb.
11 eccleſ.non alienan.& adducit exemplum de filiofam.†qui licet regulariter abſque licentia patris in iudicio eſſe non poſſit, l.cum non ſolum §.neceſſitatem.C.de bon.quæ libet. attamen patre non exiſtente, per ſe habilis eſt, vt iudicium experiretur, vt cauit I.C.in l.ſi longius §.ſi filius.ff.ſi cert.petat. l.famulæ maritum, ff.de procurator.& ad idem per ſimilitudinem præterea adducit quod videmus, licet ſtatuto cauea-
12 tur, †vt mulieres contrahere non poſſint ſine conſenſu proximiorum ſuorum, illis tamen non extantibus ipſa ex ſe cõtrahet, vt Bart.docuit in l.ſi cum dotem, §.eo autem, ff.ſolu.matrimo.per illum text.cui accedit Bald. in l.tranſactione, C.de tranſaction.cum alijs adductis per Rom. vbi ſupra, vbi tamẽ ait, quod hoc caſu tutius eſſet, ſi iudex interponeret decretum ſuum.

13 Sexto limitatur, †ſi talis confeſſio Prælati, vel Abbatis haberet in ſe aliquam veriſimilitudinem, vel cum ea concurreret aliqua coniectura, vt dixit Crauet.in d.tract.de antiq. tẽpor.par.1.verſ.propoſitum noſtrum, fol.27.n.69.& idem voluit Tiraqu.in l.ſi vnquam. C. de reuoc.donat.in verb.donatione largitus, num.102.vbi ait, quod ſi Prælatus confiteatur
14 pecuniã eccleſiæ conuerſam fuiſſe in vtilitatem eccleſiæ, † quod huiuſmodi confeſſio probat, ſi concurrant cum ea confeſſione aliquæ cõiecturę, vt quia monachi ante nihil habebant frumenti, & erant nudi, nunc autem conſtat, ipſos vixiſſe ex frumento, atq; etiam eſſe veſtitos, arg.l. vlt.C de alimen. pupill. præſtan.nam licet id aliunde procedere potuiſſet, tamen non pręſumitur, vt l ſi ventri.§ vlt.ff.de priuileg.creditor.cum alijs allegatis per Tiraq.vbi ſupra, & de hoc videas Feli. in c. fin.de præſumpt.n.11.atque Bart.Soc.conſ.15.n.2.vol.1.

Septimo limitabis, ſi agatur de iure acquirendo eccleſię, &
15 non acquiſito, † tali enim caſu probat, vt aſſeuerauit Domi. in d.c.Conſtantinopolitana 22.diſtinct.quam refert Felin.in d.c ſi.de præſcript nu.11.vbi ad idem adducit gloſ. in regu. iuris in 6.& in c.conſuetudo, § is autem, 16.quæſt.7.quod etiam animaduertit Innoc.in c.fraternitatem, de donation.

Octauo limitatur, ſi huiuſmodi confeſſio reſpiciat dignita-
16 tẽ ipſius Prælati, † ratione namque vitæ ſuæ probat, & nocet eccleſię, vt per Fel.proditum eſt, vbi ſupra in d.c.ſi. vbi affert capitulum cum veniſſent.& ibi Dd.de inſtitu.

Nono limitatur, ſi Prælatus confiteatur vt teſtis, quia pro-
17 bat, & † eccleſiæ præiudicat ſaltem ſemiplene, ſic me docuit gloſ.in c.dudum, il 2.de elect.& Felin.vbi ſupra in d.c.fin.

18 Decimo limitatur, ſi confiteatur in cauſa bonorũ † deſcriptorum à capitulo, vt Domin.tradidit in d.c.Conſtantinopolitana.& Felin.vbi ſupra.

Primo ſublimitabis, vt tali caſu detur reſtitutio in integrũ
19 ſucceſſori, † docto prius de læſione, iuxta ſententiam Domi. & Feli.vbi ſupra, per c.1.de reſtit.in integ.lib.6.

Secundo ſublimitare poteris, ſi ſolus Prælatus habens cõ-
20 uentum in materia ardua confiteretur: †talis nempe confeſſio etiam in bonis deſcriptis à cap.non probat, nec nocet, quia ſicuti Prælatus in facto arduo nõ põt eſſe ſolus in iudicio, ergo nec confiteri, vt Abb.ait d c.ſi de præſcript.&ibi Fel.d.nu. 11.& idem Abb.in c.edoceri.colu.4.de reſcript.ſecus vero in
21 non arduis, quia† hoc caſu proculdubio probat, & valet, vt decidit Egi.Bella. deciſ.696.verſ.ſed nihilominus.

Vndecimo limita in cauſis, in quibus Pręlatus eſt legitimus
22 adminiſtrator eccleſiæ ſuæ in agendo, † tunc enim confeſſio illius probat, & præiudicat eccleſiæ eo, quo probat modo, & præiudicat confeſſio adminiſtratoris alterius legitima, videlicet ſi ſit facta in iudicio, & per modum iuriſdictionis cõtentioſæ abſque colluſione, & fraude, ita diremit Egid. Bella. d deciſ.696.cum allegatis, & deciſ.466.in nouis.& ſupra in principio concluſionis in contrario dictum eſt.

Duodecimo limites velim, ſi talis Prælatus cõfiteaĩ, vt pro-
23 curator conſtitutus ab ipſa eccleſia, † quia probat, & præiudicat, per l.non ſolum.de procurat.& l.certum.§.ſed an ipſos ff.de confeſſ.cum aliis allatis à Roman.conſ.382.n.2.vbi atteſtatur, ita omnes ſcribentes nemine excluſo concludere, & ſupra dictum eſt in extenſione ad ſecundam limitationem huius noſtræ concluſionis.

24 Sublimitãtur omnes ſupradictæ concluſiones, & limitationes, †vt ſi ex tali confeſſione facta ẽt per Prælatum, & capitulum, eccleſia ſit læſa, danda ſit ei eccleſię reſtitutio in integrum aduerſus confeſſionem, vt Paul Caſt.optime & egregie cauit in conſ.34.vol.3.nu.3. incip. ego Paulus &c. puto iuris eſſe, cui adhæret Ang conſ.241.quia oẽ datũ optimũ. colu.4. quẽ refert, & ſequitur Fel.vbi ſupra, in d.c.ſi de pręſcr.nu.11.

CONCLVSIO CCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in precibus an probet contra confitentem.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio facta in precibus probat contra confitentem.*
2 *Confeſſio in precibus facta, etiam ſi reſcriptum ſit reprobatum, & ſubreptitium, probat contra confitentem.*
3 *Confeſſio facta in precibus probat, etiam ſi contra reſcriptũ fuerit prolata ſententia.*
4 *Verba narratiua in libello probant contra libellantem poſt litem conteſtatam ſuper ipſo libello producto, & non ante.*
5 *Qui reſpondet confitendo libellum, videtur fateri omnia in libello contenta, & in omnibus ſibi præiudicat.*
6 *Confeſſio facta in libello poſt litem conteſtatam non poteſt reuocari.*
Litis conteſtatio habet vim quaſi contractus ibi
7 *Confeſſio in libello facta per verba diſpoſitiua non poteſt reuocari, niſi probato errore ſecus ſi ſint verba ſimpliciter narratiua, ſeu enunciatiua.*
8 *Confeſſioni rei in ſuis exceptionibus ſtatur in eius præiudicium.*
9 *Quilibet producens ſcripturas, cenſetur fateri omnia quæ in ipſis continentur.*
10 *Verba narratiua in ſcripturis poſita reuocari poſſunt.*
11 *Verba libelli enunciatiua ſi non plenam faciunt, tamen ſemiplenam probationem inducunt.*
12 *Confeſſio in precibus, vel in libello facta poteſt reuocari, quotieſcunque non fuerit à parte acceptata.*
13 *Confeſſio in libello facta reuocari poteſt, quando tractatur de damno vitando.*
14 *Confeſſio emanans in capitulis productis per partem in iudicio non afficit producentem, nec illi confeſſioni ſtatur in eius præiudicium.*
15 *Confeſſio in poſitionibus facta & iurata, ſed doctum fuerit de errore, reuocari poteſt.*
16 *Confeſſio facta in poſitionibus probat contra confitentem, & facta in articulis non præiudicat articulanti.*
17 *Confeſſio in libello, vel poſitionibus facta non afficit confitentem niſi eſt iuratum, vt ipſe incidat in periurium.*
18 *Narrans in precibus verba patris contraria, non videtur illa fateri.*
19 *Libellus ſi impugnatus eſt per aduerſarium, non poteſt amplius in eo ſe fundare.*
20 *Libellus ſi eſſet ſcriptus manu confitentis probaret, alias ſecus. Contrarium ibi.*
21 *Porrigens preces Principi cenſetur fateri omnia in ipſis contenta.*
22 *Producens libellum, vel ſupplicationem cum proteſtatione, quod de eo vult iuuari in parte, & partibus probat.*
23 *Confeſſio facta non debet extendi de vno caſu ad alium.*
24 *Confeſſio in precibus facta probat tantummodo illud quod eſt neceſſarium ad illum actum, & non vlterius.*
25 *Confeſſio facta in precibus etiam ſi probet contra confitentem, poteſt tamen prætextu erroris corrigi, & emendari.*
26 *Confeſſio etiam deliberata prætextu erroris poteſt reuocari.*

1 CONfeſſio facta in precibus† probat contra confitentem, ita colligitur ex reſcripto Impp. Dioclet.& Maxim. in l. eum precum.& ibi notat Bald. & Salicet.C.de lib.cau.confeſſioné factã in ſupplicatione Principi porrectã probare cõtra ipſum confitentem, & ita late tradit Dec.conſ.534.ſub nu.4. verſ.nam verba ſupplicantis, ad quod probandum affert l. 2. C.de inſtit.& ſubſtit.& idẽ obſeruat Oldr.in conſ.292.an negatio.Cuman.ẽt in conſ.73.ſine diſpoſitione, atq; Imo.conſ. 127.in caſu præmiſſo.circa fi.qui adhæret Abb.in c.examinata in 3.notab.in fin.de iudic.cum ſimilib. & Dec. in d.l.2.C. de inſtit.& ſubſtit.

2 Primo ampliabis, vt hęc concluſio procedat, † etiam ſi reſcriptum ſit reprobatum, vt tradidere Abb.& Felin.in c.examinata, col.2 nu.2.de iudi.& hoc probauit Imo in c.olim.de decim.atq; Imo.in c.cum venerabilis, de exceptio. Bart.etiã confirmauit in l.certum.§.ſi quis abſente.ff. de confeſſ.

Secundo ampliare poteris, ẽt ſi reſcriptũ ſit ſubreptitiũ, vt conſuluit Caſſ.conſ.46.nu.8.qui refert, & ſequitur Ioã.Andr. & Canoniſtas ita tenentes in c.cum in poſitionib.de iureiu. in 6.quem ſequitur Panor.in conſ.38.in 2.vol.incip in quæſt. quæ ad præſens vertitur, quib.adſtipulatur Fel.in c.capitulũ, in pen.col.ex. de reſcript.nec ab his receſſit Iaſ.in l.2.C.de inſtit.& ſubſtit.& in l.edita.col.3.C.de edẽ.& in §.ſi minus in 2.colu..Inſtit.de actio.

Contrarium voluit Aret.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter. col.fi. ff.de verb.oblig.Philip.Franc.in c.ſi.col.fin.de iureiur. in 6.

Tertio

Tertio amplies velim,hoc habere locum,etiamſi contra il-
3 lud reſcriptum † fuiſſet prolata ſententia,iuxta ſententiã Io.
Andr.in c.cum in poſitionibus, de iureiur.in 6. ſub num.3.&
ibi Franc.col.9.quod idem eſt,ſi verba ſint enunciatiua, ſiue
narratina,ſi credimus Soc.conſ.41.col.pen.vol.1.Maria.Soci.
etiam tradidit in c.ſi.col.54.de libell.oblat. & deciſum fuit in
deciſ.Neapol.71.in non.

Quarto amplia,idem eſſe in libello,quia verba etiam narra
4 tiua † probãt cõtra libellantẽ, vt videre eſt ex reſcripto Imp.
Ant.in l.2.& ibi Bar.Alex.& Iaſ.C.de inſtit.& ſubſtitut.atque
Iaſ.in §.ſi minus.inſtit.de act.col.5.quod procedit, vt probet
etiam parte abſente,vt author eſt mihi Bar.in l.certũ.§.ſi quis
abſente.ff.de confeſ.quod aſſeruere Abb.& alij in c.fin. eo.tit.
Imo.in c.ſi cautio.col.3.de fid.inſtr. & de hoc videas, quæ la-
tiſsime diximus in 3. limitatione ad concluſ. De confeſſione
facta abſente parte,vbi hoc,ſed incidenter,pertractauimus.

Intellige tamẽ prædictam ampliationem, vt procedat poſt
litem conteſtatam ſuper illo libello producta, & non ante,ſic
conſulendo ſenſit Soc.in conſ.244.col.pen.Iaſ.profitendo ſcri
pſit in d.§.ſi minus.col.2.inſtit.de act. aſſeruit Dec. in l.edita.
col.5.de eden.reſpondendo voluit Soci.conſ.41.col.pen.vol.
1.& cauit Alex.conſi.71.col.1.vol.3.

5 Primo amplia prædictam iſtam ampliationem, † vt ille vi-
deatur fateri omnia cõtenta in libello,& in omnibus ſibi prę-
iudicet,qui reſpondet confitendo libellum,vt aſſeueranit Ma
ria.Soc.in c.1.col.35.in 10.quæſt.de lit.conteſt.

Secundo amplia iſtam ampliarionem,quia poſt litem con-
6 teſtatam confeſsio facta in libello † non poteſt reuocari, nam
litis conteſtatio habet vim quaſi contractus, prout voluit Vl-
pian.in l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul.& tradit Feli.in c.2.col.
10.de libell.oblat.& tenet Iaſ.in d.§.ſi minus,Inſtit. de actio.

Tertio ampliabis,etenim ſi verba appoſita in libello ſint di
7 ſpuſitina,†cõfeſsio nõ poſſet reuocari:niſi probato errore,ſe-
cus ſi eſsẽt verba ſimpliciter narrariua,ſeu enũciatiua,ſicuti v-
no ore aſſeruere gl.Bar.& alij i l.error ꝑ illũ tex.C.đ iur.&fac.
ignor.& tradit Fel.i d.c 2.col.10.de libel.obla.n.4 & ad hoc
contex.eſt vnicus habitus in l.qui familiæ.cum gl.ff.famil.erc.

Quarto amplia cõclnſionẽ principaliter,vt idem ſit in reo;
8 qui ſi aliquid fateatnr in ſnis exceptionibus,ſtatur illis in eius
præiudicium,vt percipere poſſumus ex reſcripto Imp.Arcad.
& Honor.in l.1.C.de his,qui potentio.nomi.& ibi notãt Bar.
& alij,& idẽ Bar.in l.2.§.ſi qs abſente.in fi.ff.de confeſ.Rom.
ẽt in conſ.59.in vlt.dubio,poſt nu.9.& in conſ.70.poſt nu.10.
& conſ.235.n.9.in 7.dubio.atque Barb.conſ.3.col.pen. vol.2.
Quod quidem poſtremum ſic eſt intelligẽdum, vt verum ſit,
ſi reus expreſſe fateatur in exceptionibus,tunc.n.dicta in eis
contra ipſum probant,ſecus ſi tacite,nam tunc non probant,
* quod * communiter à ſcribentibus eſſe receptum teſtatur Lã-
frãc.in exceptio.tract.col.2.verſ.iſtud quoque eſt notandum,
vbi id quoque per exempla declarat,atque Mandoſ.in addit.
ad d.conſ.Rom.70.in verb.exceptionibus,ſub lite.R.

9 Quinto amplia,† vt quilibet producens ſcripturas,cenſea-
tur fateri omnia,quæ in dicta ſcriptura continentur,vt fatetur
Gram.conſi.ciuil.89.col.1.& de hoc vide in 3. limitarione ad
concluſionem De confeſſionc abſente parte.

10 Primo limitabis,niſi illa verba eſſent nartatiua,† nam tunc
poſſunt reuocari,vt obſeruat Bar.in l.qui familiæ ff.fam.erciſ.
& in l.prædia.C.de præd.minor.quod etiam ſenſit Alexan. in
l.edita.C.de eden.

Declara iſtã limitationem, vt videatur procedere,niſi ver-
ba enunciatiua eſſent neceſſaria in actu, de quo agitur,vt de-
clarat Dec.in l.2.nu.8.C.de inſtit.& ſubſtit.

Secundo declares, nam & ſi verba libelli ſint ennnciatiua,
11 † ſi non faciunt plenam probationem,tamen ſemiplenã pro-
bationem inducunt, vt declarat doctiſſime Ruin.in conſ.141.
1. nu.3.vol.5. vbi late hoc dictum explicat,atque Rom.in ſing.
451.incip.nunquid per inſtrum.dotis,poſt num.2. Canoniſtæ
etiam in c.illud.de præſump.

12 Secundo limita principaliter, † vt talis confeſsio poſſit re-
uocari,quoties cunque non fuerit ab ipſa parte acceptata, vt
[illegible] Iaſ.in conſ 21.colu.2.verſic.2.reſpondetur,vol.3.&
[illegible] poſt Soc.in l.edita.nu 58.C.de eden.

[illegible] limitabis, vt confeſsio facta in libello poſsit reuo-
[illegible] ando † tractatur de damno euitando, vt aſſeruit Iaſ.
[illegible] conſ.21.num.2.vol.3.

Quarto limita,vt concluſio non procedat in confeſsione e-
manata in capitulis productis per partem in iudicio, quia il-
14 lis non ſtatur in præiudicium producentis,†nec confeſsio il-
la afficit ipſum producentem,ita placuit Alex.in conſil. 139.
col.3.vol.1.& conſ.80.col.pen.vol.5.cui adhæſit Gram.conſil.
ciuil.13.col.3.& conſ.141.col.penult.

Quarto limita,nam confeſsio facta in poſitionibus, ſi con-
15 feſsus docuerit de errore,†reuocari poteſt,vt mihi auctor eſt
Purp.in l.edita,nu.54.& 55.cum ſeq.C.de eden.& voluit Ma-
ria.c.fin.col.34.verſic.primo caſu,de libell.oblat.Iaſ.meminit
in conſ.21.col.2.verſic.5.reſpondetur,vol 3.& hoc procedit,
etiamſi illa confeſsio fuerit iurata, vt dicit Staphil.poſt alios
de literis gratiæ,& iuſtitiæ,fol.173.

Hoc ſublimites velim,quando eſſet error in facto proprio,
iuxta ſententiam Iaſ.in d conſi.21.col.2.verſ.præterea, vol.3.
16 Illud vero te velim † admonitum,diſcrimen eſſe inter con-
feſſionem factam in poſitionibus,& factam in articulis: nam
prior probat contra confitentem,vt cauit Alex.in conſil.118.
col.2.vol.2.& in conſ.71.col.1.& ſeq.vol.3.& docuit Fel.in c.
examinata,col.2.& ſeq.num.5.ext.de iudic.

Confeſsio autem facta in articulis non præiudicat articu-
lanti,vt dicit Alex in conſ.172.nu.14.vol.6.quod etiam ſenſit
Maria.in c.fraternitatis,col.2.de teſtib.

17 Sexto limita, vt iſta confeſsio † non afficiat cõfitentem ad
id,vt ipſe incidat in periurium,vt monuit Barb.in conſ.15.co-
lum.penult. volum.2.

Septimo limitare tibi licebit, quando quis narrat in preci-
18 bus verba partis contraria,tunc non videtur illa fateri, vt fa-
tetur Alex.in conſ.49.col.3.vol.7.& aſſeuerauit Deci.in c. iu-
rauit.in prin.de probat.cui acceſsit Claud.in l Gallus.§.*idem*
credendum,col.3.ff.de lib.& poſthum.nec receſsit Purpurat.
in l.edita,col.8.C.de eden.nu.58.

Octauo limita,quando verba fuiſsent prolata in eo libello,
19 qui fuiſset impugnatus per aduerſarium,† quia tunc non po
teſt amplius in eo ſe fundare,ſic proditum eſt à Socin.in con-
ſil 41.col.fin.vol.1.& à Maria.in c.ſi.col. 24. de libell. oblatio-
ne,ſicut diximus idem eſse in cõfeſsione facta in libello, quæ
non fuit acceptata à parte,quæ non poteſt reuocari,nec pars
poteſt ex illa ius prætendere, vt ſupra dictum eſt, & quando
pars negauit contenta in ſupplicatione, nam in ea non poteſt
amplius ſe fundare,nec adiuuare,vt admonuit Alex.conſ. 76.
colum.2.volum.6.

20 Nono limitabis, vt procedat concluſio, † quando libellus
eſſet ſcriptus manu ipſius confitentis,alias ſecus,vt dicit Bar.
in d.l.cum precum.C.de lib.cau.& in l.nuda ratio, nu.4.verſ.
& ideo puto.ff.de dona.

* Contraria tamen * communis obſtat ſententia, vt retulit
Imol.in c.ſi cautio.col.8.nu.17.verſ.nec placet,de fide inſtru.
& Maria.in c.fin.col.55.nu.65.verſic.3.caſu.de libell.oblat.&
* de * communi atteſtatur Ant.Gabriel.lib.1.commun.opin.tit.
de confeſs.num 30.

Intelligas hanc ſecũdam opinionem ita demum procede-
re,quoties ille,cuius nomine cõpilatæ ſunt preces, & per aliũ
21 ſubſcriptæ,illas porrexerit, † nam porrigendo dictas preces
Principi,cenſetur fateri omnia contenta in ipſis precibus, ita
declarat Imol.& Soci.locis ſupra allegatis,vel ſaltem conſta-
ret,quod mandato confitentis ſcriptæ fuiſsent preces, vt per
eoſdem ſcriptum eſt eiſdem locis,& per Bar. in l.certũ.§. ſed
an & ipſos.ff.de confeſ.cũ quo conuenit Soc ſen.conſ.55. præ-
ſtantiſſime Doctor.li.1.Neuiz.conſ.7. & nulli doctrina ſecun-
dus Iac.Menoch.conſ.80.alioqui facile poſset quis ſub nomi-
ne alieno porrigere preces,eo inſcio,& poſtea fundamentum
ſuper his facere quod eſset viam aperire fraudibus,quod vti-
que conſentiendum non eſt.

22 Decimo limita, † quando quis produxiſset libellum, vel
ſupplicationem cum proteſtatione,quod de eo volebat iuua-
ri in parte,& partibus, vt reſponſum fuit à Socin.conſ.36.col.
fin.volum.4.

23 Vndecimo limita,vt iſta non ſit vera, † ſed ficta cõfeſſio,vt
voluit Soc.in conſ.152.nu.7.verſ.5.col.5.vol.4.& Dec.placuit
in l.2.nu.8.C.de inſtit.& ſubſtitu.vbi dicit,vt propterea talis
confeſsio non debeat extendi de vno caſu ad alium.

Duodecimo limita, vt iſta confeſsio ita facta probet tantũ-
24 modo illud,† quod eſt neceſsariũ ad illum actum,& nõ vlte-
rius,ſi ita conſulenti credendũ eſt Crau.cõſ.109.nu.15.verſ a.
reſpon-

reſpōdeo. & Ant. de Butr. ī c. illud. col. 2. de præſūp. qđ dictū pro egregio refert, & ſeqtur Dec. in c. ꝑtuā. col. 5. ad fi. d. tit.

Decimotertio limitabis, vt & ſi confeſsio huiuſmodi pro-
21 bet contra confitentem: † poſsit tñ prætextu erroris corrigi, & emendari, vt docet Iaſ. in l. 2. nu. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. & hoc confirmat, quod in terminis ſtrictioribus voluit Bald. in l. error. col. fi. verſ. tertij dicunt. C. de iur. & fact. ignor. in l. iuſiurandi, col. vlt. verſ. ſed pone, quod quis. ff. de iureiur. atque Spec. in tit. depoſitio. §. fin. nu. 8. verſ. item ſi ponens, q̃ & voluit Rom. conſ. 391. col. 1. & idem in l. ſi vero. §. de viro. in 31 fallen. num. 59. ff. ſolu. matrim. Iaſ. præterea aſſeruit in d. l. error, col. fi. verſ. 2. principaliter. C. de iur. & fact. ignor. & in l. 1. verſ. 3. ſubtilius, col. 2. C. de error. calcu. vbi dicit hanc
* eſſe * communem opinionem, † vt ſcilicet confeſsio ēt deliberata prætextu erroris poſsit reuocari, & hanc ſententiam
** tanquam æquiorem, & magis ** communem dicit amplectēdam Gabr. commu. concluſ. in tit. de confeſſ. concluſ. 5. in fin.

CONCLVSIO CCCLXIX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio procuratoris, an regulariter probet contra dominum, & ei præiudicet.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio Procuratoris regulariter probat contra dominum, & ei præiudicat, ſi dominus non oſtendat rem ſe aliter habere.*

2 *Dominus reuocare poteſt confeſsionem per procuratorem quouis tempore ante ſententiam factam, dummodo probet, quod errore facta fuit, & inde detrimentum ſequutum ſibi fuiſſe.*

3 *Procurator prætextu erroris reuocare poteſt confeſsionem per ipſum factam maxime in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus.*

4 *Error in confeſsione probandus eſt, quando non in continenti, ſed ex interuallo reuocata fuit confeſsio.*

5 *Confeſsio Procuratoris, aduocati, & partis in continenti reuocari poteſt.*

6 *Confeſsio Procuratoris habentis mandatum generale ad recipiendam pecuniam cōfitentis ſe pecunias recepiſſe, non probat, nec nocet domino, niſi aliter conſtet de vera numeratione per teſtes, aut per inſtrumenta, aut per litteras cambij.*

7 *Aliud eſt pecuniam actualiter recipere, & aliud confiteri ſe recepiſſe.*

8 *Confeſsio Procuratoris habentis mandatum ad recipiendam pecuniam, & ad confitendum ſe recepiſſe, non probat, nec nocet domino.*

9 *Confeſsio Procuratoris in dubio præiudicat domino, niſi dominus probet contrariū.*

10 *Procurator Reipublicæ, ſi legitime confitetur habuiſſe, & recepiſſe pecuniam rerum venditarum, vel tributorum, probat contra ipſam Rempublicam.*

11 *Confeſsio Procuratoris Reipublicæ de receptione pecuniæ ex mutuo, non ſufficit ad obligandum ipſam Rempublicam, niſi etiam pateat, quod in eius vtilitatem mutuum eſt conuerſum.*

12 *Confeſsio Procuratoris probat contra dominum, quando conſtituens in inſtrumento iurauit ſe ratum & gratum habiturum, & obſeruaturum, quicquid per procuratorem factum, & geſtum fuerit.*

13 *Confeſsio facta per Procuratorem in criminalibus, etiam quod habeat ſpeciale mādatum ad confitendum, tamen nihil probat contra dominum, nec ei nocet.*

14 *Confeſsio Procuratoris qui ſponte cum aduerſario vadit ad iudicium, & confitetur, non probat nec nocet domino.*

15 *Confeſsio Procuratoris tantum probat contra dominum, quando fit ex neceſsitate, & non voluntate.*

16 *Confeſsio facta per Procuratorem procuratorio nomine, ſi appareat, quod aliter ſe habeat veritas, & res non ſit integra, probat contra ipſum, & nocet ei tanquam perſonæ propriæ.*

17 *Confeſsio Procuratoris non continens veritatem, vel rem non integram etiam in alio iudicio probat, & nocet contra ipſum.*

CONfeſsio Procuratoris regulariter probat contra Domi-
1 num, † & præiudicat ei, ſi Dominus non oſtendit rem ſe aliter habere, vt dicere poſſumus ex Vlpia. reſponſo in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de confeſ. ad quod probandū pertinet etiam gl. in c. 1. verſ. non negauit, de poſtulat. Prælat. atq; hoc idem corroborat tex. cum gl. in c. ſuborta. de re indic. & notat Imo. in c. in præſentia, col. 1. de renunciat. quem refert, & ſequitur Fel. in c. 1. vt lite non conteſt. col. 10. verſic. circa tertium, nu. 14. & vide late Oldra. conſ. 126. nu. 1. cum multis ſeq. idem voluit Spec. tit. de confeſſ. §. nunc videndum, verſi. ſed nūquid confeſsio procuratoris. & in §. poſtremò. verſi. ſi vero per procurator. & idem tit. de procurat. §. vt aūt, & fuit deciſum à Rota deciſ. 374. nota qđ vbi, in antiq. à Bella. deciſ. 164. confeſsio, & vide deciſ. 695. factum ſeu confeſsio. & deciſ. 374 nota qđ vbi, in antiquis, quod & tradidit Tiraq. in tract. de retract. §. 1. gl. 18 in verb. le priſq; la coſe &c. nu. 90.

2 Intellige † vt Dominus reuocari poſsit illā confeſsionem quouis tpe ante ſnīam, dummodo probet, per errorem fuiſſe factam, & inde detrimentum ſequutum ſibi fuiſſe, vt aſſeruit Damhouder. in ſua praxi. ciuil. c. 173. tit. de confeſſ. nu. 16. & ſeq quem videas, & huc pertinet Rot. deciſ. 506. nota quod poſitiones, in antiq. ꝑ not. in c. cū in poſitionibus. de iureiur.

3 in 6. & Rot. deciſio. 260. in nou. inquit, vt ēt † ipſe procurator poterit talē confeſsionem reuocare, & maxime in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus; in quibus vertitur periculū aīę, quod tū dicit ibi procedere de ſtylo, & vſu palatij, ſecus autem forte de iure, per ea, quæ fuere obſeruata in c. fin. vbi Innoc. de confeſſ. in cauſis vero prophanis id ſenſerunt Domini de Rot. in d. deciſ. nunquid poſſet procurator reuocare, etiam quando articuli fuerunt dati per iuramentum.

Et quod dominus poſsit reuocare, tenuerūt decidēdo ijdē Domini de Rot. in deciſ. 60. in nou. & in hanc ſnīam reſpondit Dec. in conſ. 493. incip. viſo tenore, nu. 29. & Franc. in c. fi. col. pen. verſ. vlt. limita, de iureiur. in 6. Imo. in c. fi. verſ. circa
4 tertiū. de confeſſ. & † tunc probandum eſt de errore, quando non in continenti, ſed ex interuallo reuocata fuit, vt ait gl. in c. ſcriptum eſt, in prin. de elect. vbi Abb col. 5. verſ. in gl. 1. & idem Abb. in d. c. vlt. col. pen. & fi. de confeſſ. & quod dictum eſt de confeſsione procuratoris, illud idem ſtatuendū eſt de
5 confeſsione aduocati, & ipſius partis, quæ † & in continenti reuocari pōt: vt proditum fuit à gl. in c. olim. in verb. reuocato, de cenſib. & in c. apud miſericordem. 32. q. 1. & qđ probauit Abb. in c. cū cauſam. col. 2. de appell. & in c. ꝑtæterea, col. 2. de teſtib. cog. & in continēti ibidē gl. intelligit fieri, ſi fiat, antequam confeſsio eſſet redacta in ſcriptis, per d. c. olim, de cenſi. idem voluerunt Hoſtienſ. & Io. And. Ant. & Abb. qui id dicit ſing. in cap. ex literis, de diuort. Bal. in l. 1. col. 5. verſi. & nota, quod interdum. C. de furt. Alex. & Barb. qui illam gl. dicunt ſingularē in l. 1. §. 1 ille ad fi. hic. col. 3. ff. de verb. oblig. & Tiraq. de retract. cōuēt §. 1. gl. 5. n. 14. vbi ꝑ plura cumulat.

Primo limitabis in confeſsione procuratoris habentis mā-
6 datum generale ad recipiendā pecuniā, † quia tūc, ſi procurator recepiſſe ſe pecunias confiteretur, hæc confeſsio non probat, nec nocet domino: niſi aliter cōſtet de vera numeratione per teſtes, aut per inſtrumenta, aut per litteras cambij: vt à Caſtr. reſponſum fuit in conſ 186. nu. 3. vol. 2. vel per litteras dictū principalis, vt dixit Maria. Soc. cōſ. 77. nu. 4. vol. 2.
* vbi de * cōi atteſtatur, prout * cōmunem dicit Dec. in conſil.
* 493. viſo tenore, col. 2. ita ſancitū reliquere legum coryphæi Bar. Bal. Fulg. Rom. Alex. Caſtr. Soc. & Iaſ. in l. 1. §. vlt. ff. ſi cert. peta. cū alijs multis collectis per Tiraq. in tracta. de vtroque retract. tit. de retrac. conuentionali. verb. conſeignier. §. 4. gl.
* 6. nu. 11. & 12. & in nu. 13. dicit hanc eſſe * communē opinionem, quem vide, qui plurimos vſque ad ſatietatē allegat idē
* de * communi atteſtatur Caſt. conſ. 186. nu. 1. incip. in cauſa,
* quæ vertitur, vol. 2. & * communem aſſeruit Maria. Soc. conſi.
* 57. nu. 4. vol. 2. item * communem refert Iaſ. in d. l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. idem ſequitur Fran. Aret. conſil. 4. num. 3. licet nonnulli ſint allegati per Tiraquel. vbi ſupra nu. 13. qui ſentiunt
7 contrarium, & ratio eſt pro eis, † quia aliud eſt pecuniam actualiter recipere, aliud vero confiteri ſe recepiſſe, l. 1. & l. fi. C. de dot. cau. nonnu. & l. ſi ex cautione. de non num. pec.

Extende, vt non procedat, etiam ſi habeat mandatum ad
8 recipiendum pecuniam, † & ad confitendum ſe recepiſſe, vt Paul. Caſtr. placuit in conſ. 437. nume. 11. vol. 1. incip. 1. quæritur, idem tenet Ant. de Butr. & recentiores in c. ſi cautio. de fide inſtrum. & idem dilucide docuit Bart. in d. l. 2. §. fin. ff. ſi cert. per. col. fin. per rationem ibi per eum allatam.

Et licet Bal. contraria ſequutus ſit ſnīam in d. l. 2. §. fi. dicēs, huiuſmodi confeſsionē procuratoris iſto caſu in dubio præ-
9 iudicare domino, † niſi dominus probet contrariū: hac potiſsimū rōne permotus, quia ſecundū ſnīam Bar. clauſula illa, ad confitendū, vel redderetur inanis & ſuperuacanea & opinioni Bal aſſentit Aret. conſ. 4. nu. 3. tū non videt recedēdum ab opinione Paul. Caſt. in d. conſ. 337. nu. 12. vbi aſſerit illā clauſulam, ad confitendū ſe recepiſſe, intelligi pecuniam receptam, alias eſſet donatio, vt l. 2. §. ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud. patr. quæ non videt permiſſa, niſi exprimat. l. cōtra iuris. §. 1. ff. de pact. & vbi pōt eſſe alia coniectura, nō præſumit donatio: vt l. ſi id quod aurū. ff. de ſol. cui opinioni Bal. videt adhærere Fel. in c. 1. vt lit. non conteſt. verſ. 2. declaratio.

10 Primo ſublimitatur in procuratore Reipublicę: † nam ſi legitime confiteatur habuiſſe, & recepiſſe pecuniam rerum venditarū, vel tributorum, probat contra ipſam Rempubl. vt ait Lud. Rom. conſ. 352. nu. 4. ad quod probandum affert l. in contracti. §. ſed quoniam. C. de non nu. pecu. & l. omnes. §. ad hæc. C. de quadr. præſc. & in l. 2. C. de conuen. fiſ. li. 10.

Intelligere poteris dictam ſublimitationẽ, vt non vera ſit
quoad receptionem pecuniæ ex mutuo: hoc enim caſu talis
confeſsio non ſufficit ad obligandum ipſam rempublicam ex
11 mutuo: nam † non ſufficit probare procuratori nomine Rei-
publicæ mutuatum eſſe, niſi etiam pateat, in eius vtilitatem
mutuum eſſe conuerſum, vt Rom. ait d. conſ. 352. nu. 4 probat
id per l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. & plene fuit animaduerſum in
auth. hoc ius canonizat. C de Sacroſan. Eccleſ. & in c. grauis,
ext.. de depoſi. c. hoc ius. 10. quæſtio. 2. & idem placuit Dec.
conſi. 146. col. 7.

Secundo ſublimitatur, ſi dominus conſtituens in inſtrumẽ
to procuratorij iurauit, ſe ratum, & gratum habiturũ, imple-
turum, & obſeruaturum quidquid per procuratorẽ factum,
12 & geſtum fuerit, † nam tunc talis confeſſio probat cõtra ip-
ſum dominum, quia videtur iuraſſe non ſolum de receptio-
ne, ſed etiam de promiſſione, & confeſſione dicti procurato-
ris: ita ait Paul. de Caſtr conſil. 409. incip. conſider. fuit, nu.
2. vol. 1. vbi late id proſequitur.

Secundo principaliter limitatur in criminalibus circa ma-
13 leficium, † quia hoc caſu confeſſio facta per procuratorẽ, ẽt
ſi habeat ſpeciale mandatum ad confitendum, tamen nihil
probat contra dominum, nec ei nocet, vt Ludo. Carrer. tradi-
dit in pract. ſua crimin. in l. obſeruare iurabis. num 31. & 32.
adducit ad id context. in l. certe. ff. de precar. Alexan. ſcripſit
poſt Bartol. in l. creditor. §. iuſtus. ff de appellat. & in l. cer-
tum. §. ſed an. ff. de confeſſ. cum ibi allegat. & idem notat.
Petr. Duen. in reg. 156. limit. 2.

Tertio limita, ſi procurator ſpõte cũ aduerſario eat ad iu-
14 dicium, & confiteatur, † nã talis confeſſio nõ probat, nec no-
cet domino, quia talis actus continet in ſe donationẽ, vt eſt
ſancitum in l. certũ, ff. de confeſ. & hoc prohibetur procura-
tori, vt per Fel. in d. c. 1. vt lite non conteſt. verſ. 1. declaratio.
num. 15. cum ibi allegat. nam tantum confeſsio procuratoris
15 probat contra dominum, quando † fit ex neceſsitate, & non
voluntarie, vt colligere eſt ex l. non ſolum. ff. de procur. & aſ-
ſeruit Purpur. in l. mutuum. §. creditũ, ff. ſi cert. petat. nu. 117.

Confeſsio ẽt facta per procuratorem procuratorio nomi-
ne, ſi appareat, quod aliter ſe habeat veritas, quã quod con-
16 tineatur in ipſa confeſsione, & res nõ ſit integra, † tunc pro-
bat contra ipſum, & nocet ei tanquã perſonæ propriæ, & ita
fuiſſe iudicatum aſſerit Matth. ab Afflict. deciſi. 148. nu. 4. per
l. cum quidam. C. de adminiſtrat. tutor. & l. aduerſus §. ſi tu-
tor. ff. de inoffi. teſtamen. l. cum officium ff. de rei vendicat. &
per gloſſ. in cap. cum inter canonicos. de electio. & monuit
Bal. in l. de tua. Cod. de rei vendic. ſecus vero quando res eſt
integra, vt Afflict. ait vbi ſupra nume 4. in fi. quod & placuit
Lud de Penn. in l. fi. in 3. col. vbi late C. de tabu. & videas ad
id late Purpur. in l. mutuum. l. creditum, nu 104. ff. ſi cert. pet.

Amplia hanc concluſionem procedere etiam in alio iudi-
17 cio, in † quo dicta confeſsio procuratoris nocet, vt tradide-
re Ioã. And. Abb. in c. per inquiſitionem, in pen. col. verſi. ſed
tu tene dictum Inno. de elect. & Philipp. Franc. in c. cum ſpe-
ciali. in pen. col. de appel. Panor. in c. 1. in 11. col. verſi. vnũ tñ
nota. vt lite non cõteſt. Imol. & Alex. in l. cũ lite ff. iudic. ſolu.

CONCLVSIO CCCLXX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio tutoris, curatoris, executoris, adminiſtratoris &c. an faciat fidem de recepto in præiudicium pupilli.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio tutoris, curatoris, aut alterius executoris, adminiſtratoriſve &c. non facit fidem de recepto in præiudicium pupilli, minoris, hæredum, & aliorum niſi de numeratione aliter appareat.*
2 *Confeſſio tutoris in iudicio contentioſo nocet pupillo.*
3 *Confeſſio tutoris facta extra iudicium, & parte abſente non probat, nec nocet pupillo.*
4 *Confeſſio ſi facta ſit per tutorem, vel alios nominatos in inuentario publico, & ſolenniter confecto, & plene probat etiam facta extra iudicium, & parte abſente.*

1 CONfeſſio † tutoris, curatoris &c. aut alterius executoris
adminiſtratoriſve &c. non facit fidẽ de recepto in præ-
iudicium pupilli, minoris, hæredũ, & aliorũ, niſi de numera-
tione aliter appareat, vt eleganter ſcripſit Tiraq. de vtroque
retract. tit. de retract. conuen. §. 4. gl. 6. verb. conſignare, num.
12. idem etiam voluerunt Bar. Bal. Fulg. Rom. Caſtrenſ. Alex.
Soci. & Iaſ. in l. 2. §. vlt. ff. ſi cert. pet. atque Bart. & Imol. tradẽ
dere in l ſi debitorem, per illum text. ff. de noua. idem ẽt Bar.
& Ang. in l. non abſtulit. C. eod. tit. idem Bart. in l. à diuo Pio.
§. ſed ſi emptor. & ibi quoque ipſe Angel. diſtinguens, & late
Alex. col. 4. verſ. ſucceſſiue quærit. Petr. Belut. ff. de re iudic. &
Bar. in l. Lucius. ff. de adminiſtr. tutor. & in l. alio. col. vlt. verſ.
quæro quid ſi in inſtrumento. ff. de aliment. leg. idem placuit
Feder. de Sen. in conſil. 54. Titius fecit procuratorem, hoc ẽt
ſcripſit Bald. in l. omnes §. 1. C. de quadrien. præſcrip. & in l.
falſus, col. 2. verſ. tertij dicunt. C. de furt. & in c. ex inſinuatio
ne, col. 2. ext. de procurat. & idem conſ. 123. reſpublica. lib. 3.
& cõſ. 131. procur. eod. lib. 3. & conſ. 287. dicta mulier. col. ...
lib. 3. quod & cæteri plerique iuris interpretes tum docen-
do, tum ẽt conſulendo approbauere, vt Panor. in c. ſi cautio.
de fide inſtrum. & in c. cum olim. col. 2. verſ. ſed dubium eſt,
ext. de off. deleg. Anch. in c. generaliter, in prin. & ibi Domin.
§. vlt. in fi. de procur. lib. 6. idem Anch. in c. ſtatutum. §. ſiqui-
dem, col. vlt. de reſcrip. lib. 6. & cõſ. 57. quidam ex prædictis.
in fin. Imol. Fran. Are. in d. §. Chriſogonus de verb. obl. Rom.
in l. prædia. de acquir poſſ. & conſ. 352. quæritur primo in 1.
dubio. Paul. Caſt. conſ. 186. in cauſa, quæ vertitur, verſ itẽ po-
ne per confeſsionem, lib. 1. Rapha. Fulg. cõſ. 209. duobus, per
totum. Ioan. Plat. in l. vlt. C. de apoch. public. lib. 10. Marian.
Soc. conſ. 3. col. 2. verſ. 2. Alex. in l. iuſiurandum quod ex con-
uentione. §. vlt. col. 2. ff. de iureiuran. & conſ. 132. in cauſa, &
lite, col. 2. verſ. denique iſta ſcriptura, lib. 4. Fran. Aret. conſil.
4. ex facto proponitur. Barb. cõſ. 8. ſapienter, col. 18. lib. 2. Fel.
in c. cũ olim, col. 1. ext. de offi. deleg. Guid. Pap. ſing. 650. Dec.
conſ. 196. Dubia. col. pen. verſ nõ obſtat. & cõſ. 493. viſo teno-
re inſtrumenti, col. 2. verſ. & ideo quæ hẽt mandatũ, & *illam*
* eſſe * communem opinionẽ atteſtatur Tiraq. vbi ſupra, nu. 13.
2 Limites velim concluſionem † non procedere in iudicio
contentioſo, in quo confeſsio facta nocet, vt de confeſsione
tutoris tradit Rom. in conſ. 389. nu 3. per notat. in l. certum.
§. ſed an ipſos, ff. de confeſſ. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura-
ment. cal. & in l. 1. C. de confeſſ.

Secus vero ſi extra iudicium, & parte abſente, quia tunc
3 non probat † & ſic non nocet pupillo: vt conſuluit Ruin. cõ-
ſil. 70. nu. 2. vol. 4. & cauit I. C. in l certũ. §. ſi quis abſente, de
cõfeſſ. & notatur in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & hoc apertiſ-
ſimè ſanxit Imp. Iuſtin. in l. fi. in prin. C. arbitri. tut. iũcta gl. 1.

Secundo limitare tibi licebit, concluſionem locum ſibi nõ
4 vendicare, † ſi confeſsio facta ſit per tutorem, vel alios, ſcili-
cet nominatos in inuentario publico, & ſolenniter confecto;
quia tunc plene probat: etiam facta extra iudicium, & par-
te abſente: vt Ruin. reſpondit in d. conſ. 70. nu. 2. ſub fi. & do-
cuit Sal. in l. fi. C. arbitr. rutel.

CONCLVSIO CCCLXXI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio pupilli ſine tutoris authoritate an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio pupilli ſine tutoris authoritate non probat, & eſt nulla. Pupillus quippe ipſo iure tutus eſt ab omni præiudicio ibidem.*
2 *Confeſſio minoris vigintiquinque annis valet, etiam quod facta ſit ſine authoritate curatoris.*
3 *Confeſſio minoris facta in criminalibus non valet, niſi in tormentis.*
4 *Confeſſio minoris non probat etiam in tortura, quando cauſæ ſunt grauiores, vt quando agitur de capitis pœna.*
5 *Confeſſio minoris iuramento etiam firmata nullius eſt momenti, nec præiudicat.*

CONfeſsionem pupilli ſine tutoris authoritate nõ proba-
1 re † & eſſe nullã, aperte cauit Vlpia. in l. certũ. §. in pu-
pillo. ff. de confeſſ. & conſtituit Imp. Iuſt. in l. clarũ. C. de au-
thor. præſtan. & voluit Rom. in conſ. 257. nu. 3. Pupillus quippe
ipſo iure tutus eſt ab omni præiudicio, vt ſcitũ eſt in c. par-
uuli. 22. q. 5. qđ ẽt placuit Spec. tit. de confeſ. §. ſequitur vide-
re, in prin. & idẽ de reſtit. in integ. §. 2. circa prin. docuit præ-
* terea Bar. in l. 2. in pen. col. verſ. oppono. C. de cõfeſ. Dd. * cõi-
ter tradidere in d. l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſ. gl. hoc
aſſeruit in l. iuſiurãdũ qđ ex cõuentione. §. 1. verſ. obſtabit. ff.
de iure iu. cui accedit Panor. in c. ex parte. in 2. col. de cõfeſſ.
2 Confeſsio vero minoris vigintiquinque annis valet † ẽt ſi
facta ſit ſine authoritate curatoris, vt idẽ I. C. tradidit in d. l.
certũ. §. vlt ff. de cõfeſ. & idẽ in l. ſi ex cã iudicati. §. 2. ff. de mi-
no. cuius ſniam eſt ſequutus Spec. ti. de cõfeſ. §. ſeqtur i pri. &
in tit.

in tit. de reſtitutione in integ. §. 2. circa prin. Bar. etiam in l. 1. col. pen. C. de confeſſ. atque Dyn. conſ. 38. Datur tamen ei reſtitutio in integrum, vt dixit Spec. d. tit. de confeſ. verſ. fin. & per alios ſupra allegatos.

3 Limita concluſionem quantum ad minorem, † vt eius confeſſio non valeat facta in criminalibus, niſi in tormētis, vt ſancitum eſt in l. clarum. & ibi Cyn. Bald. in 2. notab. C. de autho. præſtan. & traditum eſt à Bald. in addit. ad Spec. tit. de confeſ. verſ. nota quod in criminali. cui adhæret Panor. in c. ex parte, in 3. col. verſ. ex hoc infertur. de confeſſ. & c. fin. d. tit.

4 Sublimita concluſionē non procedere, ſ. † vt confeſſio minoris non probet ēt in tortura, quando caſus ſunt grauiores, veluti, qñ agerētur de capitis pœna, vt reſpondit Marſil. conſ. 26. nu. 9. & hoc ait cautum eſſe etiam de iure communi, vt habetur per ſcribentes omnes in l. clarum. C. de author. præſtan. & voluit expreſſe Ang. de Aret. in tract. maleficiorum, in verb. e comparent dicti inquiſiti, verſ. nec nō ſis bene cautus. & idem Marſ. in conſ. 130. nu. 22. vbi eadem quaſi verbotenus repetit.

Subamplia, vt ēt confeſſio nullius ſit momenti, qñ iuramento eſſet firmata, v.g. ſi minor dicat, non torqueatis me domine iudex, quia omnia confiteor, & iuro me non venire contra;
5 † quoniā talis confeſſio cum iuramento facta non præiudicat, vt aſſeruit idē Hippol. d. conſ. 26. nu. 10. teſtatur Ang. d. loco. vbi ſupra, & ait idem voluiſſe Bal. in l. 5. in 15. col. verſ. ſed pone. C. de cōfeſ. & dicit Iaco. ita ſentire in auth. ſacramenta puberū. C. ſi adner. vendi. idē tenet Alber. de Roſat. in 4. par. ſtatut. qō. 82. vbi inquit, hoc voluiſſe Azon. in ſumma de author. præſtan. & idem placuit Bal. in c. 1. § item ſacramenta. de pact. iuramen. firman. in pen. col. verſ. modo quæro &c. idem ſenſere optimi quique iuris interpretes, vt Ang. in l. 1. C. de confeſ. Bart. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ. coniuncta eius doctrina in l. inter omnes. in §. recte. ff. de furt. Raph. Fulg. in d. l. clarum, vbi refert Alber. de Roſat. dicens ſe hoc obtinuiſſe in facto. Alex. cōſ. 335. incip. in cauſa inquiſitionis. in 2. col. verſ. 2. vol. 3. Nell. in tract. Bannit. in 1. qō. in ſi. Paris de Put. in tract. ſuo ſyndica. in 101. char. in 3. col. verſ. an confeſſio adulti &c. & per Abb. in c. ex parte, in 3. col. verſ. ex his infertur, extr. de confeſ. & latiſſime Hipp. in l. 1. in prin. in 5. col. verſ. 8. requirit, & in l. de minore. in prin. in 10. col. verſ. vlterius, ff. de quæſtio.

CONCLVSIO CCCLXXII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio debitoris an probet contra alios creditores.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio debitoris in aliqua ſcriptura, vel alias facta de aliquo debito, quibuſdam aſſertis creditoribus non probat contra alios creditores, niſi aliter, quam per confeſſionem conſtat de debito.*
2 *Creditor poſterior, de cuius vera numeratione conſtat, præfertur priori.*

Confeſſio debitoris in aliqua ſcriptura, vel alias facta de
1 aliquo debito quibuſdā aſſertis creditoribus † non probat contra alios creditores, niſi aliter, quam per cōfeſſionem conſtet de debito, et elegāter fuit cautum à Bar. Soci. conſ. 78. nu. 2. vol. 4. motus auctoritate Bar. in l. poſt cōtractum, col. vlt. ff. de dona quem refert, & ſequitur Tiraq. de vtroq; retract. tit. de retract. conuen. §. 1. gl. 7. verb. præferentur, nu. 47. cui addit Cy. poſt Dy. in l. vbi adhuc. in 12. q. C. de iur. dot. immo creditor poſterior, de cuius vera numeratione conſtat, præfert prio
2 ri, † qui tm̄ habet confeſſionem debitoris, vt colligere eſt ex Pauli riſo in l. Titius. ff. quæ res pig. dar. poſ. quam l. ſic intelligunt gl. Bal. & Ang. in l. diuerſis. C. qui potior. in pig. habeant.

CONCLVSIO CCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactum, & ſibi ſolutum, quidquid ei promiſit fideiuſſor pro debitore ſuo, an probet ſolutionem factam.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactum, & ſibi ſolutum, quidquid ei promiſit fideiuſſor pro debitore ſuo, probat ſolutionem factam ab ipſo fideiuſſore, & ad quid.*
2 *Confeſſio reuera de ſoluto eſt probatio veræ ſolutionis, vel releuatio à probatione veræ ſolutionis.*
3 *Fideiuſſor per confeſſionem factam eidem de recepto liberaturo, poteſt agere aduerſus debitorem principalem.*
4 *Confeſſio creditoris facta fideiuſſori prodeſt debitori contra creditorem agentem, vt poſſit eum repellere exceptione ſolutionis factæ à fideiuſſore, per quam debitor liberatur ope exceptionis.*
5 *Confeſſio facta fideiuſſori prodeſſe poteſt principali, quando intereſt fideiuſſoris, vt proſit debitori.*
6 *Iuri repugnans eſt, approbare aliquid quoad vnum, & quoad aliud illud dicere iniquum, & improbare.*
7 *Inſtrumentum confeſſionis ſine dubio prodeſt fideiuſſori contra creditorem, & probat veram ſolutionem, & prodeſt ei contra debitorem ad repetendum.*
8 *Inſtrumentum cum alio factum contra alium non præiudicat.*
9 *Confeſſio creditoris etiam facta in abſentia debitoris, cum ſit liberatiua, ſibi præiudicat. Contrarium ibi, quod limitatur duodecim modis.*
10 *In confeſſione liberatoria ineſt donatio.*
11 *Confeſſio creditoris, quando abſens debitor non eſt prorſus extraneus, & ratione taciti pacti præſumpti, & quando eſt facta in iudicio probat, & ſibi præiudicat.*
12 *Præſentia aduerſarij non requiritur in confeſſione emanata in libello ſupplicatorio.*
13 *In confeſſione facta pro cauſa pia, vel fauorabili, puta in dote, non requiritur partis præſentia.*
14 *Confeſſio creditoris probat, vbi ſit verbum pro certo, vel in veritate profiteor debitorem meum mihi non teneri.*
15 *Confeſſio creditoris ſi habeat iuramentum probat.*
16 *Confeſſio creditoris, ſi redacta eſt ad ſcripturam, puta in libro rationum probat.*
17 *Confeſſio creditoris, ſi recipiatur nomine debitoris abſentis, probat.*
18 *In actu dependente à ſola voluntate confitentis, vt in aditione hæreditatis, non requiritur partis præſentia.*
19 *Sententia quando facit ius quoad omnia, confeſſio etiam prodeſt omnibus.*
20 *Confeſſio emanata ſuper actione reali probat.*

Confeſſio creditoris dicentis ſibi ſatisfactum, & ſibi ſolutum fuiſſe, quidquid ei promiſit fideiuſſor pro debitore
1 ſuo, † probat ſolutionem factam ab ipſo fideiuſſore ad hoc, vt ipſe fideiuſſor poſſit agere aduerſus debitorem, pro quo fideiuſſit, ita Bar. conſulendo docuit in conſ. 165. incip. Titius promiſit, quod vberrime & docte proſequitur Tiraq. de vtroque retract. tit. de retract. conſangui. §. 1. gl. 18. nu. 84. & pro hoc faciunt, quæ diximus in ſecunda ampliatione ad concluſionem De confeſſione de recepto, in hac etiam ſententia manſit Caſtr. qui ita etiam dicit conſuluiſſe Franciſcum Tigri. in l. 1. duobus. §. 1. colum. 1. & ibi quoque Alex. col. 2. ff. de iureiu. & ipſe Alex. conſ. 25. viſo inſtrumento contractus, col. 2. verſ. 2. oportet. li. 2. & conſ. 123. quoniam abunde. lib. 6. quorum opinioni cæteri ſe ipſi ſubſcripſere, vt Cæpul. conſ. ciuil. 12. dubitatur, vbi alios multos citat. Philip. Dec. in d. l. 2. §. vlt. ſi cer. petat. & idem Dec. conſ. 493. viſo tenore, quaſi per totum. Mat. ab Afflict. deciſ. Neap. 91. iterum in cauſa Alex. nu. 3. rurſum dec. 94. ſunt duo ſocij, & dec. 150. Rex Alphonſus. col. pen. & Paul. de Caſtr. cōſ. 64. incip. quæritur vtrū fideiuſſori, per totum. Quod etiam præter ſcribentium auctoritates pluribus poteſt confir-
2 mari rationibus, quarum prima eſt, † quia confeſſio reuera de ſoluto eſt probatio veræ ſolutionis. l. Publia. ff. de poſ. in ſi. vel ſaltem eſt releuatio à probatione veræ ſolutionis, iuxta animaduerſa à Io. Andr. ſuper rubr. de confeſſ. ſi ergo probat veram ſolutionem, ſequitur, vt fideiuſſor ex tali cōfeſſione dicatſ ſatiſfeciſſe creditori de vera ſolutione, vnde conſequitur, vt liberet ab obligatione, qui erat aſtrictus ipſi creditori, & poſſit ex tali liberatione, quæ emergit in gratiam ēt debitoris, cū à creditore amplius ſibi moleſtia inferri non poſſit poſt ta-
3 lem ſuam cōfeſſionem de recepto, † poſſit inquam agere aduerſus ipſum debitorem principalem per talem cōfeſſionem factam à creditore fideiuſſori de recepto liberaturo, quam rationem adducit Caſtr. d. conſ. 64. nu. 1. ſub med.

Secunda ratio, quæ eſt ſimilis primæ, eſſe pōt, etenim dicta confeſſio creditoris prodeſt debitori contra creditorē agen-
4 tem, † vt poſſit eū repellere exceptione ſolutionis factæ à fideiuſſore, per quā debitor liberat ope exceptionis, iuxta plene notata in l. Papinianus. ff. mād. & in l. Stichum. §. ſi mādato. ff. de ſolut. immo ad probandū dictā ſolutionē poteſt induce-
5 re inſtrm dictæ confeſſionis, quod patet, † quia confeſſio facta fideiuſſori prodeſſe poteſt principali, qñ intereſt fideiuſſoris, vt proſit debitori, vt colligitur ex l. hæredes. §. fin. ibi, & in rem pacta. ff. de pact. confeſſio enim vim conuentionis habet. l. tale pactū. eo. ti. & intereſt fideiuſſoris, vt proſit debitori ad hoc, vt facilius poſſit ab eo repetere, ergo proderit ipſi fideiuſſori, alioq; debitor eſſet de præda ſollicitus, qa excluderet creditorē agentem virtute dictæ cōfeſſionis, vnde quoad creditorē approbaret dictam confeſſionem, & in ea ſe fundaret, &

quantum ad fideiuſſorem reprobaret, dicendo, dictam conten
tionem nō probare ſolutionem, ſic etiam ipſum excluderet,
quod non eſt dicēdū, vt tali modo vtrunque excludat cū prę-
6 da, & lucro, l. ſi minoris. ff. de adminiſtr. tut. † & iure repugnās
eſt approbare aliquid quoad vnū, & quoad aliud illud dicere
iniquū, & improbare, vt clarius docet tex. in l. ſi ita ſtipulatio
facta. in fi. ff. de oper. liberto. & in l. i cauſa. in prin. ff. de ꝓcur.
Tertia ratio eſt, quia prædictum inſtrumētum confeſsionis
7 ſine dubio prodeſt fideiuſſori cōtra creditorē, † & probat ve-
rā ſolutionem, vt d. l. Publia. in fi. ergo & prodeſt ei contra de-
bitorem ad repetendū, licet non ſit factum inter ipſum, & de-
bitorem, ſed inter ipſum, & creditorē, cæteroqui ſequeretur,
vt etiam ſi dictum inſtrumentum contineret veram ſolutio-
8 nem, non tamen probaret, † cum inſtrumentum cum alio fa-
ctum contra alium non præiudicet, vt obſeruat Cyn. in l. anti-
qua, in 3. quæſt. ff. ad Velleian. per l. fin. ff. de interrog. actio.
Conſequens eſt falſum, quia ſi contineret verā ſolutionem,
ſine dubio faceret fidem contra debitorem, licet nō eſſet cum
eo factum. vt in c. 2. de fideiuſſ. & ratio eſt, quia non ſunt om-
nino extraneæ perſonæ, ſed ad ſe inuicem contingunt in vno,
& eodem debito, iuxta notat. in l. idem in duobus. ff. de pact.
Cū ergo contineat verā ſolutionem, vel ſaltem veræ ſolutionis
probat onē, vt ſupra in concluſione dictum eſt, ſequitur con-
cluſionem omnino, & ſine vlla dubitatione locum habere, &
procedere, hoc tñ addito temperamento, dūmodo renuncia-
tū ſit ex parte creditoris exceptioni non numeratæ pecuniæ,
vel ſi tēpus opponendi prædictā exceptionem tranſiuit, alio-
qui confeſſio non haberet robur, vt colligit̃ ex l. in contractib.
C. de non num. pec. & tradidit Paul. de Caſtr. d. conſ. 64. ſub fi.
Primo amplia concluſionē, vt procedat, etiam ſi talis confeſ
9 ſio ſit facta in abſentia debitoris, † nam & tunc cum ſit libera-
tiua præiudicat ipſi creditori confitenti, vt per Bald. fuit con-
ſultum in conſ. 41. incip. minimis. li. 5. cui adhęſit Alex. in con-
ſil. 245. incip ponderatis, col. fi. lib. 6. & ſequitur Marſ. in l. fi. ff.
de iuriſd. omn. iud. nu. 16. cum pluribus per eum ibi allegatis,
quod ēt probauit gl. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff de lib.
lega. & hanc opinionem ſequitur Guliel. de Cun. in l. Pompo-
nius. ff. de neg. geſt. idem aſſeuerauit Alber. in l. idem in duob.
§. 1. ff. de pact. & protulit Bal. in l. generaliter. C. de nō nu. pec.
Contrariā opinionem iſtius ampliationis tanquam veriorē
ſequutus eſt Martin. Lauden. in repet. l. iuriſgētium, ſub nu. 21.
ff. de pact. ibiq; adducit quamplura iura id probantia, cōpro-
bat ēt authoritate Bar. & Bal. ſibimet repugnantium, vnius in
d. §. ſi liberationis, & alter in l. & hæredi. §. nos aūt. ff. de pact.
adducit & itē nonnullas rōnes hoc corroborantes, quarū vna
10 illa † eſt, qđ in confeſſione liberatoria ineſt donatio. l. ſi qs in
obligatione. in gl. ff. de reg. iur. & donatio nō fit abſēti. l. abſē-
ci. ff. de don. & l. ne ignotās. C. eo. rñdet ēt authoritate Ang. i d.
l. idē duob. §. 1. ff. de pact. & tandē cōcludit pro hac opinione.
Limita primo hanc partem, & ſententiam Martini ſecundū
11 ipſū vbi ſupra, vt non procedat, † qñ talis abſens non eſt pror
ſus extraneus, vt videre eſt ex d. l. iuē in duob. §. 1. ff. de pact.
Secundo limites velim ratione taciti pacti præſumpti per
l. 2. C. de pact.
Tertio limitabis in confeſſione facta in iudicio ex l. poſt-
quam liti. C. eod.
Quarto limitare poteris non eſſe veram, quando talis eſt
12 actus, in † quo non requiritur præſentia aduerſarij, veluti in
cōfeſſione emanata in libello ſupplicatorio, vt habetur ex re-
ſcripto Impp. Diocl. & Maximia. in l. cum precum. C. de liber.
cau. & fuit doctrina Bald. in d. l. poſtquam liti.
13 Quinto limita in cauſa pia, vel fauorabili, † vt in dote, ſic
colligitur ex reſponſo Vlpian. in l. ſi ego. §. 1. ff. de iur. dot. &
obſeruauit Bald. in d. l. generaliter.
14 Sexto limitare tibi licebit, vbi ſit verbum pro certo, vel † in
veritate profiteor debitorem meum mihi non teneri, ſecun-
dum elegantem doctrinam Bal. in rubr. res inter alios acta.
15 Septimo limita, † quando adeſt iuramentum, vt ſancitum
eſt in 1. quæſt. 7. c. quoties cordis oculus.
Octauo limita, quando confeſsio eſt redacta ad ſcripturam,
16 veluti † in libro rationum, iuxta ſententiam Bar. in l. nuda ra-
tio. ff. de donat.
17 Nono limita non procedere, † qñ quis recipiet illam con-
feſsionem nomine abſentis. l. reſcriptum. §. fi. ff de pact. & huc
pertinet, quod animaduertit gl. in l. huiuſmodi. ff. de leg. 1.

Decimo limita, vt non procedat in actu pendēte à ſola vo-
18 luntate confitentis † vt in aditione hæreditatis. l. gerit, & ibi
Bar. ff. de acquir. hæred. & no. in d. l. Pomponius.
Vndecimo limita, quando ſentētia facit ius quoad omnia,
19 & in caſibus enumeratis in l. in vnum. ff. de ſtat. homin. † &
tunc confeſſio etiam prodeſt omnibus, ſecundum doctrinam
Anton. de Butr. in c. ex parte. de confeſſ.
20 Duodecimo limita in confeſſione emanata † ſuper actione
reali, ſecundum Imo. in c. veniens. de renunciat. & vt de præ-
fatis omnibus atteſtatur Martin. Lauden. d. l. iuriſgentium, nu.
22. ff. de pact.

CONCLVSIO CCCLXXIV.

ARGVMENTVM.

Confeſsio cedentis an probet contra ceſsionarium, & ei noceat.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio cedentis non probat contra ceſſionarium, nec ei nocet.*
2 *Iura prohibent eſſe in facultate cedentis confiteri & dolo, ac fraude tollere ius quæſitum ceſſionario.*
3 *Confeſſio cedentis non probat contra ceſſionarium, maxime quando ceſſio tendit ad commodum cedentis.*
4 *Confeſſio cedentis nunquam nocet ceſsionario eo caſu, quo ceſſionarius non haberet regreſſum contra cedentem.*
5 *Confeſſio cedentis quibus in caſibus noceat ceſſionario.*
6 *Confeſſio cedentis licet non noceat ceſsionario, tamen in præiudicium ipſius inducit effectualem probationem.*
7 *Confeſſio cedentis nocebit ceſsionario, ſi ceſſio fuerit facta non ſimpliciter, ſed ſub aliqua conditione.*

CONfeſsionem cedentis non probare contra ceſsionariū,
1 † nec ei nocere reſpondit Caſtr. conſ. 134. nu. 3. in cauſa
ſer Ludouici, lib. 1. quod probat per l. facta §. ſi hęres. cum ibi
plene notatis. ff ad Trebel. ad quod ſpectat l. patrem. §. fin. ff.
quem. ad. ſeruit. amittat. & in hanc ſententiam conſultus rñdit
* Philip. Corn. conſ. 139. nu. 4. li. 3. vbi aſſerit hanc eſſe * cōmu-
* nem opiniunem, prout ēt de * cōmuni dicit Imol. in d. l. facta.
§. ſi hæres, cui accedit Pariſ. conſ. 58. num. 8. 9. 12. & ſeq. vol. 1.
& in conſ. 19. nu. 59. li. 3. & de hoc conſulas Dyn. Rayn. Bart. in
l. ſeruus filij. §. 1. ff. de lega. 1. & Bar. poſt Dyn. in d. l. facta. §. ſi
hæres, col. 2. verſ. quæro vtrum confeſsio. & ibi Imol. & Paul.
Caſtr. ff. ad Trebel. & Bar. in l. ſi actor, col. 2. verſ. ad horū decla
rationē. ff. de ꝓcur. & in l. ab emptione, n. 1. ff. de pact. vbi Pau.
de Caſtr. Iaſ. nu. 7. & poſt Ang. ibi allegat concor. & rationes
idē Bar. in l. ſi partē. & ibi Floria, §. 1. ff quemad. ſeruit. amittat.
nec deſunt permulti ſcribentes huius ſententiæ aſſertores, vt
Spec. Io. And. & Bal. in additio. in fi. tit. de ceſsio. act. §. 1. col. 2.
verſ. ſed nunquid ſola. Cyn. & Salyc. in l. vlt. C. de procur. Ant.
de But. in c. quamuis, col. 2. ext. de re iud. Rapb. Cuma. cōſ. 79.
licet col. 1. verſ. nec obſtat. li. 1. Alex. cōſ. 46. circa prin. nu. 11 2.
li. 5. Corn. conſ. 139. verſ. nec obſtat. li. 3. Gozad. cōſ. 3. in cauſa
mibi tranſmiſſa, col. 2. nu. 8. verſ. nam ſi confeſsio. latiſsime Ti-
raq. de vtroq; retract. tit. de retract. Lign. §. 2. gl. 2. nu. 14 Herc.
de proban. negat. nu. 198. verſ. 41. fallit. Mar. ab Affl. deciſ. 163.
nu. 7. in fin. Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi. nu. 41. ff. de verb. oblig.
Quod etiam ex ratione confirmatur, ne ſit in facultate ce-
2 dentis confiteri, † & dolo, ac fraude tollere ius quæſitum ceſ-
ſionario, quod iura prohibent, vt per Abb traditum eſt in c. 2.
de fide inſtru. col. 2. verſic. primo caſu, cum alijs ibi adductis
per Feli. nu. 12. verſ. item intellige, quos ſequitur Pariſ. d. conſ.
19. nu. 61. lib. 3.
Et intellige concluſionē in primis procedere, qñ ceſsio ten
3 dit ad commodū † cedētis, vt voluit Cor. d. conſ. 139. ſub nu.
4. li. 3. immo atteſtatur Alber. Galeo. in ſua Margarita, ſimpli-
citer tenēs, quod nūquā nocet ceſsionario ceſsio cedentis eo
4 caſu, quo ceſsionarius nō haberet regreſsū contra † cedētem
quod dictum ſequitur Dyn. in d. l. ſeruum filij §. 1. de lega. 1.
Limita concluſionem locum habere in tribus caſibus poſi-
tis in l. ſi delegatio C. de noua videlicet, ſi ceſsionarius item
litem conteſtatus eſſet: vel partem debiti accepiſſet, vel de-
5 nique denunciaſſet debitori, ne cedenti ſolueret: † his enim
caſibus cum ratum habere videatur omnem cedentis confeſ-
ſionem, ſequitur: vt illi, qualis illa ſit, noceat; cum ſibi præ-
cluſerit erga cedentem regreſſum, vt ait Corn. d. conſil. 139.
num. 4. atque Dyn. d. l. ſeruum filij. §. 1. de legat. 1.
Secundo limito concluſionem vt non vera ſit, quoad ipſum
6 confitentē: † nam licet eius cōfeſsio non noceat ceſsionario,
tamen

Digitized by Google

tamen in præiudicium ipſius cedentis inducit effectualẽ probationem, vt inquit Pariſ.d.conſ.58.num.8.li.1. vbi de mente aliorum doctorum habet hoc pro abſoluto.

Tertio limitabis locum ſibi non vendicare, ſi ceſsio fuerit
7 facta non ſimpliciter, ſed ſub aliqua conditione, † tunc enim eueniente conditione confeſsio cedentis nocebit ceſsionario, vt in terminis dixit Pariſ in d.conſ.58.nu.11.& 13.li.1. iuribus, & rationibus per eum ibi adductis.

CONCLVSIO CCCLXXV.

CONfeſsio furioſi non probat, nec ei præiudicat, vt obſeruanimus ſupra in verb.confeſsio, verſic. ex propoſito, & Specul.aſſeruit tit.de confeſsio.§.ſequitur.verſ.13. ſed in hac concluſione dic, vt notauimus in concluſione, furioſus, in qua reperies declarationes, & limitationes ad hæc dicta.

CONCLVSIO CCCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio Principis an probet contra ipſum & hæredes ſuos.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio Principis probat contra ipſum, & ſuos hæredes, etiam ſi facta abſente parte, maxime, quando agitur de præiudicio concedentis, & confitentis.*
2 *Confeſſio Principis dicitur reſultare ex narratis per Regem, ſicut & ex narratis in precibus.*
3 *Rex, vel Princeps videtur fundare opinionem, & intentionem ſuam ſuper narratis in ſua confeſſione.*
4 *Confeſſio Principis ſufficit parti, vt contra hæredem agat, ſi ex ea conſtet de aliquibus puta priuilegijs & conceſſionibus, niſi probetur, quod facta ſit per errorem.*
5 *Probatio in contrarium confeſsionis non debet admitti, quando confeſsio facta eſſet coram hærede.*
6 *Confeſſio Principis probat contra ipſum, & ſuos hæredes, etiam ſi talis ſit, quod in ſuis dominijs nõ recognoſcat ſuperiorẽ, vel qui ſaltẽ de facto habeatur pro ſupremo Prin.*
7 *Confeſsio Principis facit præſumptionem donationis per ipſum factæ, vel conceſſionis de re, quam confitetur, vt ſi dicat rem eſſe alterius in eius confeſſione tribuitur ius, & præſumitur illi conceſſiſſe, & donaſſe.*
8 *Princeps ſi nominat ciuitatem quæ non eſt, vel nominat aliquem ſub titulo dignitatis, quam non habet, cenſetur velle, quod tales fiant, & eis conferre ius.*
9 *Scientia Principis in conceſſione cenſetur ipſo iure probata ex ſola veriſimilitudine.*
10 *Scientia certa præſumitur in Principe, cum confitetur de negotio ad eum pertinente.*

1 CONfeſsionem Principis probare contra ipſum, & † ſuos hæredes, auctor eſt mihi conſulendo Ruin.in conſ.231.num.7.vol.1.argum.l.Publia.§.fi.ff.depoſ.l.generaliter.C.de nõ numer.pecu.l.vnica.C.de confeſſ.

Hoc velim amplies, vt etiã vera ſit, quamuis confeſsio facta eſſet abſente parte, vt docuit Bart.in l.nuda, de donat.& tradidit Imol.poſt alios in c.ſi cautio.ext. de fide inſtrum. & Ruin. vbi ſupra nu.7.

Verum animaduertendum eſt, concluſionem tunc maxime procedere, quando agitur de præiudicio cõcedentis, & confitentis, vt Ruin. placuit vbi ſupra.quamuis diſtinguendum eſſet, vt confeſſio Principis præiudicaret etiam alijs, an emanata fuerit ex certa ſcientia, necne: vt ſupra in concluſione, certa ſcientia.abundè dictum eſt.

Et hæc confeſsio Principis dicitur reſultare ex narratis per
2 Regem, † ſicut & alias reſultat ex narratis in precibus, l.cũ precum.C.de li.cauſ.& per Abb.traditum eſt in ca. examinata.de iudic.& præſertim quia Rex, vel Princeps videtur fundare opi
3 nionem, & intentionem ſuam † ſuper narratis, in ſua confeſsione, vt ſancitum eſt in c.ſi Papa.de priuileg.in 6.& per notat.in clem.2 de probat.& placuit Ruin.vbi ſupra.

Vnde fit; vt ſi ex confeſsione Principis conſtet de aliquibus
4 veluti priuilegijs, & conceſsionibus, † talis confeſsio ſufficiat parti, vt contra hæredem agat, vt inquit Ruin.vt ſupra, niſi probetur per hæredes, quod talis confeſsio Principis facta ſit per errorem, iuxta notata per Bart.in l.non fatetur de confeſſ.Ale. in l.ſi diuortio.ff.de.verb.oblig.

5 Si tamẽ confeſsio facta eſſet coram hærede, † non debet admitti probatio in contrarium, per ea, quæ obſeruauit gloſ.in d. clem.1.de probat.Rui.vbi ſupra.num.8.

Secundo amplia concluſionem, etiam locum habere in tali
6 Principe, qui in ſuis dominijs non recognoſcit ſuperiorẽ, † vel qui ſaltem de facto habetur pro ſupremo Principe, ſecundum Cardin.in conſ.128.incip.in quæſtione, quæ vertitur, & recentiores in c.cum à nobis, de teſti.& faciunt notata per Bar.in l. hoſtes.de capti.& poſt li.vbi ſupra, nu.8.

Huc ſpectat, quod confeſſio Principis facit præſumptionem donationis per ipſum factæ, vel confeſſionis de re, quam con-
7 fitetur, † vt ſi confiteatur talem rem eſſe alterius, nam ex huiuſmodi confeſſione tribuitur ius, & præſumitur illi conceſſiſſe, & donaſſe, vt conſtat ex allegatis per Albenſ.conſ 65.num.38. & reſpondit Socin.conſ.187.col.3.verſ.confirmantur præmiſſa in 2.vol.& probauit Aret.conſ.42.in princ.& idem atq; Soc. in d.conſ.86.in prin.in 1.vol.& id ſatis probat tex.in l.1.§. ſimiliq; modo.C.de latin.libert.tollen.& in §. fi.Inſtit. de adoptio. & ait Innoc.in cum ab eccleſiarum, colu.2.verſ. item hoc ipſo, de offic.ordin.Quod cum Princeps nominet ciuitatẽ, quæ
8 non ſit, † vel vocet aliquem ſub titulo dignitatis, quam non habeat, cenſeatur velle, vt tales fiant, & eis conferre ius, & ſequitur ibi Io.Andr.colu.3.verſi. Princeps autem. & clarius tradit Anchar.in c.ſtatutum.§.nec audiatur.colu.2.verſ.ſed quid dices. de reſcript. in 6. & quamuis Innoc. vbi ſupra requirat, vt Princeps confiteatur ex certa ſcientia, vel concedat quidpiã,
9 † talis tamen ſcientia cenſetur ipſo iure probata ex ſola veriſimilitudine, iuxta ſententiam Barr.in l.a.C.ſi ſeruus vel lib.ad decuri.lib.10.& dictum eſt ſupra in concluſione, Certa ſcien-
10 tia, quinimo † talis certa ſcientia præſumitur in Principe, cum confiteatur de negotio ad eũ pertinente, vt tradidit Ang.Are. in d.§.fin.Inſtit.de adoptio.in fin.& Iacob.Mandella. Albenſ. d.conſ.64.nu.3.cum ſeq.

CONCLVSIO CCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio coram ſacerdote in pœnitentia facta, an probet in iudicio.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio coram ſacerdote in pœnitentia factam non probat in iudicio.*
2 *Sacerdos confeſſionem reuelans incurrit pœnam c.omnis de pœnit.& remiſſione.*
3 *Teſtimonium eius, qui deponit de confeſſione coram ſacerdote facta, quam ipſe audiuit, non probat.*
4 *Confeſſio facta ſacerdoti in cauſa matrimoniali probat in iudicio.*
5 *Sacerdos cum ſciat ſibi confeſſum vt Deus, & nõ vt homo, eius dictum non poteſt probationem facere.*
6 *Reuelatio confeſſionis tam verbo, quam ſigno, vel quouis alio modo prorſus prohibita ſub pœna quaſi hæreſis.*
7 *Nulla extaret differentia inter forum conſcientiæ, & forum iudiciale, ſi permitteretur ſacerdoti: vt in cauſa matrimoniali valeret detegere confeſſionem, & eius dictum probaret.*
8 *Intellectus gloſſ in cap. tua nos. de deſponſ in verb. qualiter conſtituerit, quam vide per totum vſque ad num.9.*
9 *Licentia ſi data fuerit a confitente ſacerdoti, vt confeſſionem reuelet, & ſacerdos ſit fide dignus, dictum eius probat, & ei creditur.*
10 *Clericus, vel ſacerdos poteſt reuelare confeſſionem de conſenſu, & licentia expreſſa ſibi data à pœnitente, & confitente.*
11 *Confeſſionem quam finxit in pœnitentia ſacerdoti, & eidem per confeſſorem pœnitentiã impoſitam probatur per ſolum ſacerdotem.*
12 *Crimen occultum, occultam, & publicum publicam pœnitentiam requirit.*
13 *Confeſſione probata, & impoſitione pœnitentiæ per ſacerdotem, non oportet probare pœnitentiam peractam.*
14 *Confeſſionem reuelatam à ſacerdote probatur ex eo, quod ipſe eam audiuerit coram pluribus.*

1 COnfeſſio coram ſacerdote in pœnitentia facta † non probat in iudicio, quia, vt inquit Bald.in l.Archigerontes. C. de epiſcop.audien.cenſetur facta coram Deo, vt in capi. ſi ſa-
2 cerdos.ff.de offic.ordin.immo ſi ſacerdos eam enũciet, † incidit in pœnam.cap.omnis de pœnit. & remiſsionibus. ita Bald. in d.l.Archigerontes.C.de epiſcop.audien.quem refert, & ſequitur Felin.in cap.teſtimonium. col.13.num.35. de teſtibus. Addo Abb.in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.& in addit.ad pract. Papien.in prima forma act.verſ.compellatis. num.5.Iaſ.in l.1. §.huius ſtudij.ff.de iuſt. & iure, & ibi ſequitur Fortunius Garzias num.20.

Primo amplia concluſionem, vt eo, vſque procedat, vt & ſi teſtes, qui audierint illam confeſſionem confitentis corã ſacer
3 dote deponerent de ea in iudicio † teſtimonium eorum non probaret, vt confeſſio in pœnitentia facta præiudicet in aliquo confitenti, vt Ioan.And.tradidit in c.ſi.de temp.ordina.& Felin.in c.denique.de exceptio.nu.3. & teſtatur Tindar. in dialogo de teſtibus, fol.20.verſ.ſequitur alias pars.de teſtibus.

Primo limita, ſi huiuſmodi cōfeſſio facta fuiſſet in cauſa ma-
4 trimoniali, † tunc.n probaret in iudicio. vt me docuit gl. in c.
tua. de ſponſalib. quam ad hoc arbitratur Roma. ſingularem in
l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. Iaſ. in l. patre furioſo. in 5. col. verſ.
quod confirmo. ff. de his qui ſunt, & in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de
iuſtit. & iure.

Contrariū ſenſit Fortunius Garzias in d. l. 1. §. huius ſtudij.
nu. 21 de inſtit. & iur. ea ratione, quia cum ſacerdos ſciat ſibi
5 confeſſa vt Deus, & non vt homo, † eius dictū non pōt proba-
tionem facere, vt per hanc rationem voluit ēt Abb. in c. omnis
vtriuſq; ſexus. in vlt. notab. de pęnit. & huc pertinēt verba ip-
ſius contexr. in c. oīs ponderando verbum, omnino, verbum,
quouis modo, & verb. aliquatenus. per quæ omnis prorſus re-
uelatio (vt aiunt) prohibetur tam verbo, quàm ſigno, vel quo-
6 uis alio modo, † etiam ſub pęna quaſi hæreſis. Alioqui, ſi per-
mitteretur ſacerdoti, vt in cauſa matrimoniali commiſſa poſ-
ſet enunciare, & eius dictum probaret, nullum extaret diſcri-
7 men inter forum conſcientiæ, † & forum iudiciale, quia eo ip-
ſo, quod ſacerdoti confitetur per pœnitentem veritas, poterit
id patefacere, quod eſt contra diſpoſitionem ſacrorum cano-
num, & mentem omnium Dd in c. tua nos. de ſponſal.

Nec huic ſententiæ vr̄ repugnare gl. in d. c. tua nos. de ſpōſ.
in verb. qualiter conſtituerit, quæ contra ſenſit, nam ſi ea dili-
8 genter introſpiciatur, † non dicit, neq; intelligit, cōfeſsionem
factā in foro pęnitētiali poſſe adduci in foro iudiciali, ſed tm̄
in endē foro pęnitentiæ, vt non obſcure demonſtrant illa ver-
ba, hoc ei confeſsus fuit pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet
eſt credendū, expone verbum, in quo, id eſt, in quo iudiciū pę
nitentiali, & non iudiciali, cū de hoc foro iudiciali nulla fue-
rit facta mētio, & ideo ad illud relatio fieri non pōt. Quinimo
in poſtremis verbis dilucide dixit gl. quod in iudicio pro tri-
bunali nulla fides haberetur ei in præiudiciū tertij, quod cla-
rius patet ex ratione, quā glo. ibi reddit, ibi, quia ſibi ſoli pōt
præiudicare, & quod nō eſt veriſimile, quod ſit immemor ſuæ
ſalutis, hæc.n non poſſunt accōmodari in foro iudiciali, quia
ſi confeſſio in illo caſu probat, nō præiudicat ſibi ſoli, ſed par-
ti aduerſæ, cum ex ea confeſsione iudicaretur deceptam eſſe
puellā, & matrimonium non eſſe, vt ex his dixit Garzias d. §.
huius ſtudij ſub nu 21. verſ. nec obſtat gl. de iuſti. & iur. in quo
loco ēt tradit ad dictū Inn. & Abb. in c. parochiano. de ſepult.
quod intelligit procedere in debitis, & delictis publicis, vt ēt
text. ille loquitur ſecundum Rom. & alios proxime citatos.

9 Secundo limita, † quotieſcūque ſacerdoti data fuiſſet à tali
confitente facultas, vt eam maniſeſtaret, & talis ſacerdos eſſet
fide dignus, quia tunc probaret, & crederet̄ dicto ſacerdotis.
Vn̄ hoc caſu dictū vnius teſtis plene probat, vt ex multis alla-
tis cōſtat ab Ant. Gabr. in cōcl. 1. de teſtib. n. 28. verſ. 7. limita.
lib. 1 in ſuis concl. in 5. concluſione. verſ. fallit qn̄ ſacerdos. &
tradidit Lap. alleg. 94. incip. quidam præsbyter. nu. 2. Fel. in c.
teſtimonium. nu 35. verſ. intellige, quod ſacerdos. de teſtib. &
idem in c. nemo in prin. verſ. uoro. iu verb. teſtimoniū, & ver.
intellige, quod poteſt. de ſimo. & in c. Matthęus poſt prin. ver.
& elegāter. Lap. eod. ti. de ſimo. & in c. 1. col. 2. circa med. verſ.
quia confeſſor. num. 3. de excep. vbi multa ad hoc in medium
profert, & fuit obſeruatum late per Franc. Viu. in ſuis commu.
* opin. verb. confeſsio ex. vbi atteſtatur hanc eſſe cōem * opi-
10 nionē, † nam clericus, vel ſacerdos poteſt apetire cōfeſsionē
conſenſu, & venia expreſſa ſibi data à pęnitente, & confiten-
* te, ſecundum * oēs in c. ſignificaſti. ex. de adulter. late Io. And.
proſequitur de renunciatione in 1. gl. & per ea quæ notant per
Mil repert. in verb. teſtis. verſ. teſtimonium ſacerdotis. & Feli.
in d. c. teſtimonium. nu. 34. de teſtib. cum ibi alleg.

Et de hac materia conſulas late tradentem Lapum d. alle-
gatione 94. vbi pertractat vberrime materiā reuelationis con
feſsionis per ſacerdotem factæ, num. 1. & 2 & Didac. Couar. in
epit. 4. lib. decretal. c. 8. §. 12. de pact. num. 9.

Vnum tamen hic te velim admonitū, vt per ſolum ſacerdo-
tem probetur aliquem fuiſſe ſacerdoti in pęnitentia confeſsū
11 & † eidem per confeſſorem fuiſse pęnitentiam impoſitam, vt
notat gl. iu c. tua nos, ext. de ſpōſ. & in c. ſignificaſti. ext. de ho-
mic & gl. adhęſit Alber. in l. vnica. C. de confeſ. atq; auctor ad-
ditio. ad pract. Papien. in forma actionis realis. in verb. cōpel-
latis. nu. 6. & idem voluit Fel. in d. c. teſtimonium. nu. 35. at ſa-
tiſfactionē, vel pœnitentiam ſactam fuiſſe probatur per illos,
12 qui viderunt, quod ſi crimen ſit occultū, † ſufficit ſi pœnitētia
ſit occulta, & rurſus ſi publicum delictum, debet eſſe publica.
Hoſt. tradidit in d. c. teſtimonium, quem refert & ſequitur Fe-
li. vbi ſupra nu. 35. vbi tamen nu. 36 ait, & concludit ex allega-
tis ibi per eum, vt probata confeſsione, & impoſitione pœni-
13 tentiæ per ſacerdotem, vt ſupra † non opus ſit probare pęni-
tentiam peractam eſſe vt ex allegatis ibi per eum, idem Feli.
monuit in c. denique. de except nu. 3.

Præterea illud ſuperpondij loco velim obſerues, quod con
14 feſsio facta † ſacerdoti fuerit reuelata per ipſum ſacerdotem,
probatur ex eo, quod ſacerdos eā audiuerit coram pluribus,
licet & in iudicium illam non depoſuerit, ita proditum eſt ab
Archid. de pœnit. diſt in. 6. c. ſacerdos. nu. 4. cum ibi allega. Fel.
etiam placuit in c. teſtimonium. ext. de teſtib. num. 35.

CONCLVSIO CCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio erronea an probet, & praeiudicet confitenti, etiam quod fuerit formiter acceptata, reiterata, & per ipſum iurata.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio erronea non probet, neque praeiudicat confitenti, etiam quod fuerit formiter probata, & acceptata, ſed reuocari poteſt.*
2 *Confeſſio erronea etiam quod ſaepius & pluries fuerit reiterata, & deliberata non probat.*
3 *Confeſſio erronea non probat. etiam quod fuerit iurata.*
4 *Confeſſio erronea, ſiue error ſit facti ſiue iuris non probat.*
5 *Confeſſionem fuiſſe errore factam, in dubio non praeſumitur, & illam allegans probare tenetur.*
6 *Confeſſio quomodo cognoſcatur erronea, vide remiſſiue.*

COnfeſsionem erroneam non probare, neque præiudicare
1 confitenti, † etiam ſi fuiſſet formiter probata, & accepta-
ta. conſtitutum reliquere Impp. Diocl. & Maxim. in l. error. C.
de iur. & fact. ignor. non enim fatetur, qui errat, vt inquit Vl-
pian. I. C. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. quod tradidere Dd. in
c. ſi. ext. eod. tit. & docuit Bar. in l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de
adulter. & ibi in additio. immo tali s confeſsio erronea reuo-
cari poteſt, iuxta ſententiam Iaſ. in l. 1. col 2. verſ. 3. ſubtilius.
* C. de error. calcul. teſtatur de * communi opinione, & habetur
in l. ſed ſi me putem. & ibi Dd. ff. de condit. indeb huic eidem
enunciato fauent etiam l. cum falſa. & l. ſi poſt diuiſionem. C.
de iur. & fact. ignor. & l. cum de indebito. ff. de proba. & Fran-
ciſc. Cur. conſ. 69. col. fin. verſ. quia videmus. nu. 8.

Primo amplia, etiam ſi ſæpius & idētidem fuiſset repetita,
2 & eſſet † deliberata, vt Hercul. dixit de proban. negat. nu. 108.
verſ. 16. fallit. idem placuit plurimis alijs, vt Dec. cōſ. 408. col.
fin Pariſ. conſ. 131. li. 7. nu. 35 Spec. in tit. de poſitio. §. ſi. nu. 8.
verſ. item ſi ponens. Rom conſ. 391. col. 1. & idem in l. ſi vero.
§. de viro fall. 31. nu. 59. ff. ſoluto matrimo. Franc. in c. 1. col. 2.
verſ. 3. limita. de accuſat. in 6. Iaſon in l. error. col. fin. verſic. 2.
principaliter. C. de iur. & facti ignorantia. & in d. l. 1 colum. 2.
* verſ. 3. ſubtilius. C. de errore calcu. vbi dicit hanc eſse * cōmu-
nem opinionem, & ibi Dec. col. 2. vbi ipſe quoque teſtatur de
* * communi, Ruin conſ. 10. col. pen. verſ. nec obſtat. vol. 3.

3 Secundo ampliabis, etiam ſi fuerit iurata; † non enim pro-
bat, vt videre eſt ex ijs, quæ retulit Dec. d. conſ. 408. per totū,
qui loquitur de confeſsione erronea iurata, & non iurata, &
videas Pariſ. d. conſ. 131. nu. 35. cum ſeq. & Hercul. vbi ſupra.

4 Tertio amplia, ſiue error ſit facti, ſiue iuris † cum nec etiam
probet, vt auctor eſt Pau. de Caſtro in l. ſi poſt diuiſionem. C.
de iur. & fact. ignor. l. non fatetur. ff. de confeſſ. quem refert &
ſequitur Dec. d. conſ. 408. nu. 5. & Paulus Caſtr. vbi ſupra ait,
ſaltem hoc procedere in confeſsione extraiudiciali, & adeat
ad idem in ſimili notata per Decium, vbi ſupra, num. 6. & ad
hæc, quæ dicta ſunt de confeſsione erronea adde, quæ dixi-
mus in 2. ſublimitatione ad 25. limitationem concluſionis De
confeſsione abſente parte.

5 Hic tn̄ † aduertas, vt in dubio non pręſumatur, confeſsionē
fuiſſe errore factam, quinimo illam erroneam allegans tene-
tur probare, vt aſſeruit Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſ. quem
refert & ſequitur Crauet. in tract. de antiquit. temp. in 1. par-
te, verb. propoſitum noſtrum. nu. 56. & hr̄ in l. ſi poſt diuiſionē
& l. error. C. de iur. & fact. ignor. idem voluit Corn. conſi. 250.
colum.

Digitized by Google

5 enlum.fina.volum.4. † quomodo vero cognoſcatur erronea, conſulas Auguſtin.Bero,conſil.87.num.11.lib.2.& conſ.152. num.8.9.& ſeq.lib.3.

CONCLVSIO CCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio an, & quando probetur per teſtes, etiam ſingulares.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio probatur per teſtes ſaltem duos omni exceptione maiores, qui debent eſſe conteſtes, alias erit nullius effectus.*
2 *Confeſsio probata per duos teſtes non facit tamen niſi ſemiplenam probationem.*
3 *Confeſsio facta parte abſente probata per duos teſtes ſemiplenam, & parte præſente eoſdem plenam probationem facit.*
4 *In confeſsione non ſufficit dicere parte præſente; ſed etiam oportet, quod dicatur, & expreſſe acceptante.*
5 *Confeſsio probari etiam poteſt per teſtes ſingulares.*
6 *Teſtes duo ſi deponant de confeſsione facta in indiuiduo probant, ſed ſi diuerſimode, & ſint ſingulares, non probant, nec ſemiplene.*
7 *Confeſsio ita probata per ſingulares teſtes, vt quælibet per ſe ſola ſemiplene probet, nõ tamen coniunguntur ad effectum plenæ probationis; immo dicti teſtes tanquam ſingulares confeſsionem non probant.*
8 *Teſtes ſingulares deponentes de duabus confeſsionibus non iunguntur ad faciendam plenam probationem.*
9 *Teſtis deponens de veritate licet ſit ſingularis, tamen probat, & coniungitur ad plenam probationem faciendam.*
10 *Singularitas teſtis de veritate deponentis ad plenam probationem faciendam non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua.*
11 *Teſtes diuerſimode deponentes, licet ſint ſingulares de loco, & tempore, ſi tamen concordant in facto principali probant.*
12 *Teſtes ſingulares coniungi ad probandum confeſsionem abſentis.*
13 *Confeſsio abſente parte probata per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationem, coniungitur cum probatione famæ, quæ eſt ſpeciei diuerſæ, & à fortiori coniungi debet cum alia confeſsione eiuſdem ſpeciei.*
14 *Teſtes ſingulares coniunguntur, vt plene probent, quando tendunt ad eundem finem, licet per diuerſa media.*
15 *Teſtis deponens de veritate facti coniungitur cum altero deponente de confeſsione, vt plene probent.*
16 *Teſtis deponens de confeſsione abſente parte ſemiplene non probat.*
17 *Teſtes ſi deducuntur ad probandum debitum, licet deponant de diuerſis confeſsionibus, & circa confeſsionem ſint ſingulares, tamen probant debitum.*
18 *Confeſsio facta parte præſente probatur per vnum teſtem tantum, vt ſaltem faciat ſemiplenam probationem.*
19 *Teſtis deponens de confeſsione in abſentia partis non probat.*
20 *Confeſsio coram ſacerdote facta in foro pœnitentiæ per ſolum ſacerdotem probatur.*
21 *Confeſsioni principalis magis creditur, quam mille teſtibus contrarium aſſerentibus.*
22 *Teſtes ſi rogati non ſint, non probant.*

CONfeſsionem probari per teſtes ſaltem duos omni exce-
1 ptione maiores, plurimi tradidere, vt Alber.conſ.56.n. 28.gloſ.& Dd.in l.fi.C.famil.erciſcun.Bal.conſ.447.& cõſ.10. in quæſt.quæ vertitur,n.2.vol.5.& Pariſ.conſil.60.nume.45. volum.4. vbi ait, debere eſſe conteſtes, alioqui huiuſmodi confeſsio eſt nullius momenti, vt ex allegatis per eundem ibi,num.46.& tradidere Anton.de Butrio,& alij,qui eum ſequuntur,in cap.licet ex quadam.colum.penult.extra de teſtibus, & Cyn. in l.2. C. quæ ſit long. conſuet.& Paul Caſtrenſ. conſil.277.alias 143.viſo proceſſu.colum.2.poſt numer. 8.& conſil.378.alias 119.viſa petitione,column.2.poſt.nume. 5. volum.2.per Iaſo.in l.admonendi.numer. 256. de iureiuran.
2 † Et quamuis maxime ita probata foret confeſsio per duos teſtes, tamen non faceret,niſi ſemiplenam probationem, vt voluit Pariſ.vbi ſupra numer 46 ita tradit Bartol.in d. l. admonendi,column.13.verſicul.his præmiſsis.& ibi Iaſ.nume. 256.Quod intellige, ſi huiuſmodi confeſsio facta fuerit par
3 te abſente; † & quod abſente parte probari debeat per duos teſtes,ait Franciſ. capit.1.column.3.verſicul.& intellige. de appellatio.ſecus vero , ſi parte præſente , quia tunc probata per duos teſtes plene probat , vt colligere eſt ex l. Publia. §. fina.ff.depoſi & l.generaliter.Cod.de non numer. pecun. atque reſpondit Ruin.conſil.72.numer.4.volum.4 Herculan. etiam de proban.negat.nume.198.verſicul.decimoquinto fal-
4 lit.immo nec ſufficit dicere parte præſente, † ſed etiam opportet, quod dicatur, & expreſſe acceptante.vt Hippolyt. dixit in rubr.Cod.de probatio.numer.124.in fin.Specul.titu. de donat.inter virum,& vxo.§.per veſtras,column. 2.ſed ad hoc vide, quæ latiſſimè à nobis dicta fuerunt in prima ampliatione cum limitatione ſequenti ad concluſionem De cõfeſsione facta parte præſente, & per totam concluſionem De confeſsione abſente parte.

5 Amplia,vt probari poſsit† per teſtes ſingulares,ſecundum Pariſ.conſ.34.verſ.9.lib.1.ſed contrariam ſequutus eſt ſententiam, Aymo Crauet.conſ.33.col.8.nu.35. qui alios adducit. Hoc tamen poterit reconciliari per proximam primam ſublimitationem ad ſubſequentem limitationem.

Primo limita, dummodo duos teſtes deponant de cõfeſsione facta in indiuiduo;ſecus ſi vnus teſtis deponat de con-
6 feſsione facta vno die, & loco, & alius deponat de alia; † & ſic teſtes ſint ſingulares,quia tunc nõ probant,etiam ſemiplene,etiã ſi eſſent mille teſtes,& iungerentur,vt aſſeuerauit Alexan.conſ.36.col.2.& conſi.39.poſt nu.8.volu.5. idem voluit Ruin.conſ.72.n.5.vol.4.vbi (quod fortius eſt) ait,quod ſi talis confeſsio ita probata,videlicet per ſingulares teſtes,eſſet ita probata, vt qualibet confeſsio per ſe ſola ſemiplene pro-
7 baret,† quod tamen non coniugerent tales cõfeſsiones ad effectum plenę probationis, immo dicti teſtes tanquã ſingulares plene non probant dictã cõfeſsionem,nec coniunguntur. vt conſuluit Pariſ.conſ.60.n.45.vol 4.cũ ibi allegat. & in cõſ. 57.n.4.eod.vol.& tradidit Rober.Marant.in trac.de ord.iud. par.6.De confeſsione in 5.actu,n.14.& Cranet.conſ.267.n.1.

8 Illud præterea velim obſerues,† vt teſtes ſingulares deponentes de duabus confeſsionibus non iungantur ad faciendã plenam probationem, vt Hippolyt.de Marſi tradidit in l. de minore.§.plurimum n.9.cui accedit Aymo Crauett.de antiq. temp.par.4.§.ſectio.n.25.atq;Franc.Curt.trac.de teſtib.n.94

9 Sublimita,ſi vnus teſtis deponat de veritate,† quia tunc licet ſint ſingulares, tamen probant, & cõiunguntur ad plenam probationem faciendam,vt ait Pariſ.conſ.75.n.13.volu.1.vt in ſimili tradit Alex.& nouiſsimi ibi ſequuntur in l.Gallus,§. ille caſus.n 14.verſ.ſed pro iſtorum intelligentia. ff.de lib.& poſthum.& Pariſ.conſ.50.nu.42 d.vol.1. & ratio eſt,quia iſto
10 caſu † hæc ſingularitas nõ eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, quæ non obſtat, ſed debet adminiculari ad faciendã plenam probationem,vt ita loquutus eſt Pariſ.d conſ.42.n.43. cũ ibi adductis eod.vol.1.vltra quos adde Crauet.de antiq.temp.in 4.par.verſ.ſed enim,folio 189.& idem conſi.267,verſi.& qui coniunguntur.quem tamen conſiderabis.

Secundo limita, ſi huiuſmodi teſtes deponant de diuerſis confeſsionibus,dũmodo ex tali diuerſitate oriatur repugnã-
11 tia,aut facti diuerſitas, ſed idẽ ſemper emergat effectus,† qa tunc licet ſint ſingulares de loco,& tempore,tamen cũ conueniant in facto principali probant,vt patet ex multis relatis à Craue.d.conſ.167 col.1 verſ.præterea.n.6.& ita voluit Soci. conſ.99.n.15.vol.2.Paul.de Caſt.conſ.380.iudex.in fin.lib.1. & in conſ.199.viſa petitione,col.2.circa medium.& in conſ. 143.viſo proceſſu,col.fin.lib.2.quod etiã probauere permulti alij conſulentes,vt Ioan.de Anan.conſ.55.in 2.dub.Alex.in cõſ.53.col.2.circa med.ver.ergo ẽt pręſuppoſito.vol.1.Calc. in cõſ.9.col.5.poſt med.Dec.cõſ.650.col.2.poſt medium,vbi refert,& ſequitur illud conſ.Caſtr 380.Iudex,in fi.lib.1.idem
12 tenet Curt.iun.conſ.168.col.7.vbi Curtius voluit† coniungi teſtes ſingulares ad probandũ confeſsionem abſentis,ad idẽ adduco Aretin in conſi.65.in præſenti conſultatione, colu.2. poſt medium, in 2. dub. vbi confeſsio abſente parte probata per duos teſtes quę inducit ſemiplenam probationem cõiũ-
13 gitur cum probatione famæ, quæ eſt ſpeciei diuerſę † à fortiori cõiungi debet cum alia confeſsione eiuſdem ſpeciei, ea quæ habetur in l.admonendi.ff.de iureiuran.& dixit Crauet. dict.conſ.267.nu.5.

Et quod coniungantur teſtes ſingulares, vt plene probent,
14 quando † tendunt ad eundẽ finem, licet per diuerſa media,adduco Abb.& Dd.in c.fi.de ſucceſſ.ab inteſtato,vbi qñ vnus teſtis deponit de veritate facti,alter de cõfeſsione coniũgunt,
15 † vt plene probent,idem voluit Alex.in conſ.76.viſo libello n.4.& 5.in 2.dubio lib.6. quod dictum refert,& ſequitur Ripa in l.admonendi,col.38.nu.306.verſ.ex hac concluſione.ff. de iureiur.idem aſſeruit Ancha in conſi.276.viſo diligenter, colu.2.verſ.& ideo vnus teſtis.quod & placuit Corne.conſi. 13.lib.1.idem voluit nouiſsimè Gozad.in conſil.78.col.4.numer.11.poſt ver.non obſtat.vbi fortius voluit vnũ,ꝗ tamẽ puto falſũ,vt vnus teſtis deponẽs de confeſsione abſente parte
16 coniugatur cũ teſte de veritate facti,† cum vnus teſtis depo-

nens

aens de confeſſione abſente parte ſemiplene non probet, itē quod teſtis deponens de veritate facti, & alter de confeſſione coniungantur ad, plenam probationem, voluit Dec. in c, cum cauſam. colu. fi. de probat. & latius vſq; ad ſatietatem videas Aymo. d. conſi. 267. nu 5. & 6. Alex. conſi. 25. col. 2. lib. 2.

Tertio ſublimita, ſi principaliter teſtes non deducantur ad probandam confeſſionem, ſed veluti ad probandum debitū.
17 quia† tunc licet huiuſmodi teſtes deponant de diuerſis confeſſionibus, & circa confeſſionem ſint ſingulares, tamen probant debitum, vt reſpondit eleganter Paulus de Caſtr. conſi. 380. iudex, & miniſter. num. 7. & ſeq. volu. 1. quem refert & ſequitur Mar ia. Soc. iun conſi. 99 nu. 15. vol. 2. Curt. iun. conſi. 64 præſupponitur in facto. in 4. col. in prin. nu. 7. & idem Soc. in conſi. 90. lib. 2. vbi quaſi per totum vberrime hanc materiā tractat, & ita ſingulariter declarat Bart. in l actor. 3. colum. in prin. C. de probat Corn. etiam conſil. 34. volum. 1.

Secundo principaliter limita, ſi huiuſmodi confeſſio facta
18 fuerit parte præſente, quia tūc probetur per vnum teſtem tantum, vt ſaltem facit ſemiplenā probationē, vt cauit Ruin. conſi 72 nu. 4. vol. 4. vbi ad idē refert Paul. de Caſt. con. 280. incip. v o proceſ. & in con. 233. incipien. viſa petitione. ſed
19 ſecus eſt, ſi deponat de confeſſione in abſentia partis, † etenim tunc non probat, vt conſuluit Imo. conſi. 123. nu. 9. idē obſeruauit Paul. Caſtren. conſi 79. nu 1. vol. 2. hoc etiam placuit Alex conſi. 181. n. 1 u. lib. 7. nec ab hoc receſsit Corn. conſil. 345. num. 34. volu. 1 Pariſ. id ſenſit conſ. 54. nu. 22. vol. 4.

Tertio limitatur in probanda confeſſione coram ſacerdo-
20 te facta in foro pęnitentiæ, † hæc nempe confeſſio probatur per ſolum ſacardotem, vt dictum eſt ſupra in concluſione, Confeſſio ſacerdoti. &c. in 2. limit.

Quarto limitabis, vt magis credatur confeſſioni principa-
21 lis, quam† mille teſtibus contrarium aſſerentibus, vt docuit Inn. in c. cum contingat. de offi. deleg. Bart. & Dd. tradidere in l. 2. §. creditū. ff. ſi cert. peta. atq. Veuaſr. in conſi. 16. & conſil. 37. & conſi. 45. quos refert & ſequitur Ant. Gabriel. in ſuis concluſio. concluſ. 4. nu. 75. verſi. 24. inſertur. de teſtib. lib. 1.

22 Quinto limitare poteris, dummodo rogati ſint teſtes† alioqui non probant, vt prodidit Nell. in tract. de teſtib. nu. 347. & vide l. poſt mortē. ff. de adop. & conſules omnino gl. in c. teſtes. 3. q. 9 §. prim atque Specul. titu. de teſte. in prin. verſi. item quod non fuit rogatus.

CONCLVSIO CCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta in fauorem incapacis, an præſumatur facta in fraudem legis.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio facta ad fauorem non capacis præſumitur facta in fraudem legis.*
2 *Confeſsioni mariti habentis filios ex priori matrimonio, & confitentis habuiſſe à ſecunda vxore mille, etiam cum iuramento, non ſtatur, quia præſumitur facta in fraudem.*
3 *Confeſsio mariti, de qua ſupra num 2 eius morte tamquam donatio non poteſt confirmari ſed applicari debet filijs prioris matrimonij.*

1 COnfeſsio facta in fauorem non capacis, †præſumitur facta in fraudem legis, vt obſeruauit glo. in l. eum quis decedens, §. Titia. ff. de leg. 3 & per not. ibi & per l. qui teſtamentum. ff. de teſta. Bart. decidit iſtam quæſtionem dicens, quod ſi maritus habens filios ex priori matrimonio confiteatur ha-
2 buiſſe à ſecunda vxore mille, †quamuis etiam iuret, nō ſtatur tali confeſsioni, quia præſumitur facta in fraudem, vt colligitur ex reſcripto Impp. Leonis & Anthemii in l. hac edictali. C. de ſecund. nup. non poteſt illa confeſsio tamquam dona-
3 tio morte mariti confirmari, †quia debet adiūgi filijs prioris matrimonij, vt ijdem Impp. ſciuere. clare in d. l. hac edictali. confirmatur ex animaduerſis à gl. in l. donatione. Cod. de collatio. idem apertiſsime decidit Ruin. conſi. 44. nu. 8. cum ſequen. lib. 5. & ad hæc adde, quæ diximus in concluſione De confeſsione patris de recepto à filio, & De confeſsione viri de recepta dote, & in octaua limitatione ad concluſionem De confeſsione facta præſente parte.

CONCLVSIO CCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio facta per aduocatum lite conteſtata, & ſciente clientulo, an perinde valeat, ac ſi per ipſum clientulum fieret.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio facta per aduocatum lite conteſtata, ſciente clientulo, & intelligente perinde eſt ac ſi per ipſum clientulum fieret, vnde illi præiudicat, niſi eam reuocet.*
2 *Confeſsio facta per aduocatum pro ipſum, vel per clientulum vſque ad triduum ſimpliciter etiam non docto de errore reuocari poteſt.*
3 *Confeſsio aduocati vſque ad ſententiam reuocari poterit, prius tamen probato errore.*
4 *Confeſsionem factam ab aduocato poterit clientulus eadem die, vel incontinenti reuocare per ſe, vel per procuratorem ſimpliciter nullo etiam docto errore.*

COnfeſsio facta per aduocatum, lite conteſtata, ſciente clientulo, & intelligente perinde eſt, †ac ſi per ipſū clien-
1 tulū fieret, ita ad verbum ſanxit Imp. Alex. in l. 1. C. de error. aduo. vnde clientulo præiudicat, niſi eam reuocet, ita conſtituit Innoc. III. Pont. Max. c. olim. extra de cenſib & ſciuit Honor. III. Summus Pontif. in c. cum cauſam. de appellat. & ibi Bald. quod & placuit Spec. titu. de confeſsio. §. poſtremo. nu. 1. & idem ſub tit. de aduoc. §. iam nunc videndum. verſic. ex præmiſsis. Reuocari autem poteſt illa confeſsio, vel ab aduo-
2 cato, vel à clientulo vſque†ad triduum ſimpliciter etiam non docto de errore, ita ſcripſere Imp. Diocl. & Maxi. in l fi. verb. contradixiſſe. C. de error. aduoc. & reſpondit Paul. Caſtrenſ. conſ. 31. per l. 1. Cod. eod. de error. aduoc. immo poterit etiā reuocari talis confeſsio ex ſententia, ſi credimus Specu. dict.
3 tit. de confeſsio. §. poſtremo. n. 1. vſque ad ſententiam† prius tamen probato errore, vt habetur in ca. fi. ext. de confeſſ. l. nō fatetur. ff de tit. l. voic. C. eo. l. inde Neratius §. fi ff. ad l. Aqui.

Ergo eadem die, vel continuo poterit clientulus vel per ſe,
4 vel per procuratorem dictam confeſsionem ſimpliciter† nullo etiam docto errore ab aduocato factam reuocare, & hanc * eſſe communem * opinionem atteſtatur Spec. vbi ſupra n. 1. & ſic intelligo cap. cum cauſam. extr. de offic. deleg. cap. cum olim. 1. in fin. ff. de teſtibus cog. ſed in hoc dic, vt ſupra in cōcluſione De confeſsione procuratoris.

CONCLVSIO CCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio per ſcripturam propriæ manus, an ita plene probet, vt in contrarium probari non poſsit.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio per ſcripturam propriæ manus facta ita plene probat, vt in contrarium probari non poſsit, nec probato errore.*
2 *Confeſsio plene probat, quando quis confitetur in epiſtola, ſiue in apocha etiam abſente parte.*

COnfeſsio per ſcripturam propriæ manus facta ita plene
1 probat, †vt in contrarium probari non poſsit, vt conſtat ex allegatis à Matthæ. de Afflict. in conſtitution. Neapoli. lib. ſecundo, de cauſa depoſiti, rubrica 33. nu. 6. & ideo quando quis confitetur in epiſtola, ſiue in apocha etiam abſente par-
2 te obligatur, & † talis confeſsio plene probat, vt reſpondit Paulus in l. publia. §. Titius ſi. depoſi. quod & probauit Caſtrenſ. in l. vnica. colum. fina. C. de confeſſ. idem voluit Socin. regu. 89. verſic. vndecimo fallit. hoc etiam aſſeuerauit Antonius de Butrio in capi. fina. de confeſſ. colomn. 5. Bald. docuit in l. 1. ff. de interrogat. action. in fin. & conſil. 380. in princip. volum. 5. Antonius de Butr. tradidit in cap. cum pridem in fine. de pact. Alex. cauit in conſ. 90. vol. 4. mihi conſ. 153. colu. finali volum. primo, Bartol. ſcripſit in l. nuda ratio. columm. ſecunda. ff. de donat. Maran. ſenſit in tract. de ordine iudiciario, in 6 parte artic. 9. rubr. confeſſ. fol. 122. nu. 2.

Quod tamen intellige, declara, & limita, prout in 14. limitatione, & 18. ad concluſionē De confeſsione abſente parte.

CON-

CONCLVSIO CCCLXXXIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio incidenter facta an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio incidenter non probat.*
2 *Confeſsio de mutuo ſi facta non eſt principaliter ſuper ipſo mutuo, ſed incidenter non probat, nec præiudicat.*
3 *In crimine falſi quis puniri poteſt etiam ex confeſsione facta incidenter.*
4 *Confeſſus incidenter in crimine falſi puniri non poteſt in eodem iudicio, in quo incidenter fuit facta talis confeſsio, ſed in alio.*
5 *Reus etiam ſi confiteatur defectum ſui iuris in beneficio actore non probante, non poteſt tamen in eadem inſtantia priuari.*
6 *Confeſſus incidenter in iudicio ad aliud intentato, non poteſt in illo damnari.*

1 CONfeſsionem incidenter factam † non probare, auctor eſt
mihi locupletiſsimus Dec in c.at ſi clerici.n.19.20.21.ext.
de ind.& ibi Abb.id etiam proditum fuit à Bart.in l.ſi confeſ
ſus.ff.de cuſtod.& exibib.reor.idem cõprobauere cæteri po
ſteriores iuris interpretes, vt Abb.in c.1.colu.fi.de exceptio.
& idem Abb.in cap.fin.& ibi Ant.de But ext.de reſtitut.ſpo-
liat.Ang.in l.viro atque vxore.ff.ſolut.matrim.Salicet. in l.2.
* Cod.de cuſtod.& exhibit.reor.& ita omnes *communiter ca
noniſtæ in d.cap.ſi clerici.de iudic.Hippolyt.Marſil.in l.1.in
princ.colu.1.5.& in §.diuus Ant.in penult. colu.ff.de quæſt.
Andr.Sicul.conſil.2.colu 5.lib.1.& conſil.1.colu.2.libr.2.

Ex quo fit, vt ſi quis à me petat decẽ mutuo, & ego, vt me
excuſem, dixerim, non habeo, immo, quia egebam pecunijs,
accepi decem à Titio, qui quidem Titius præſens eſt, non ta-
men idem Titius poterit ex tali confeſsione contra me age-
2 re, † cum eam nõ fecerim principaliter ſuper ipſo mutuo Ti-
tij, ſed incidenter, ideo mihi non præiudicat, vt pulchre dixit
Salicet.in l.1.colu.4.Cod.de cõfeſſ.& pro ſingulari ſequitur
Marſil.in repetit.rubr.Cod.de probat.colu.2.& verſic.limita
tamen nu.104.& ſeq.hoc etiã voluit Tiraq.in titul. tes inter
alios acta.fol.mihi 13.in 1.limitat.in verbis finalibus verſi.
& id quidem vſq; & de hac confeſsione inſpicias per te, quæ
latiſsime dicta ſunt à Marſil.in repetit rub.Cod.de prob.à n.
103.vſque ad nu.106.vbi per pulchre & inſigniter loquutus
eſt, & idem in l.1.§.diuus Antonius.colu.pen.ff de quæſt.

Primo limita concluſionem non procedere in crimine fal
3 ſi, in quo quis puniri poteſt † etiam ex confeſsione facta inci
denter, vt protulit Dec.in d.c.at clerici.nu.20. atq; reſpõdit
Petrus Anchar.in conſi.173.nu.8.verſ.ex cuius dictis, & fuit
obſeruatũ in l.2.§.ſi publico.ff.de adulterijs.l.vbi C. de falſ.

Sublimita, vt puniri non poſsit in eodem iudicio, in quo in
4 cidenter fuit facta talis cõfeſsio, vt ait Dec.vbi ſupra n.21.†
quia non agebatur ad hoc principaliter, & ſententia debet
conformari libello, vt videre eſt ex c.licet Heli.de ſimo. & l.
vt fundus.ff communi diuidun.§.curare aũt.Inſtit. de actio.
ſed in alio iudicio bene poterit puniri, vt doctiſsime voluit
Inn.in c.per inquiſitionem.de electio.& ibi Abb.col.penult.
verſi.ex quo nota ſingulariter.& idẽ Abb.in c 2.colum.3.in 2.
lectura, de confeſſ.idem tradidit Bald.in l.merculem.in l.fi.
Cod.de condict.ob turp.cauſ.& in hanc ſententiam ſcripſe-
re Feli.in c.deniq; ſub nu.6.extr.de exceptio.verſi.ſic limita.
vbi ita docet intelligendum illum text.in d.c deniq.in verb.
confeſſ.Butr.in c.cauſam.vltima colu.verſi.itẽ hęc verba de
teſtibus.& ibi Abb.in 3.col.& in c.2.col.11.de ordin.cognit.
& cap.cum quis.de reſtit.ſpolia.& in diſputat. Titius cleri-
cus in.3.dubio.ad fin.verſi.ſed nunquid iudex.vbi eleganter
hanc materiam tractat.But.Imol.in d.c.deniq.per c.cum dile
cti.de accuſa.& quod in priori iudicio puniri non poſsit, ſe-
quitur Compoſt.in c.mandatum.de reſcript. relatum à Feli.
vbi ſupra, dicens, vt etiam ſi reus confiteatur defectum ſui iu-
5 ris in beneficio, actore non probante, † non poſsit tamen in
eadem inſtantia priuari, & ſequitur in titul.de actio.& petit.
§.ſuper actionibus.verſic.ſed quod ſi reus.hoc idem deciſum
fuit a Dom.de Rot.deciſ.quint.vt lit.pend.& item deciſ.7.de
except.in antiq.idem diremit Biſing in deciſ.1.d.titu. vt lit.
pend.& deciſ.18.de reſtitutio.ſpoliat.in antiq. & deciſ. 10.
eod.tit.in nou.& Archid.monuit in c.multi.1.colu.2.quęſt.1.
hoc etiam aſſeruere Imol.poſt.Butr.in c.vnico.6.colu.verſic.
quandoq; vero actore non probante, vt eccleſ.benef.Abb.in
c.eum ſuper.3.colu.verſi.extra gloſſ. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet.& Abb.in cap.ex conqueſtione.colu.antepen. de reſti-
ſpoliat.quem videas, & dixit Dom.poſt Ioann.Andr in c.vni
co, prim.colu.de eo, qui mittit.in poſſeſſ.lib.6. & ait Bal. in l.
6 mercalem.Cod.de condic.ob turp.cau. confeſsio † inciden-
ter in iudicio ad aliud intentato, non poſſe in illo damnari,
de hac materia vero conſulas ad ſatietatem hanc examinan-
tem Felin.in dict.cap.denique.ſub nu.6.7.8.9.de excep.

CONCLVSIO CCCLXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio falſa an probet & noceat.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio falſa non probat, nec nocet.*
2 *Confeſsio in parte falſa quæ in totum præſumitur falſa, non probat.*
3 *Confeſsio falſa etiam ſi procederet de ſcientia vtriuſque partis, non probat.*
4 *Confeſsio in ſe vera, ſi falſam habet cauſam, nihil operatur.*
5 *Confeſsio non verſimilis non probat etiam ſi facta eſſet in inſtrumento.*
6 *Confeſsio repugnans facti euidentia non probat.*
7 *Dominium nuda voluntate partium ſine traditione non transfertur.*
8 *Fundus in futurum non præſumitur meus, donec probetur contrarium ſi dixero meum fundum eſſe tuum.*
9 *Confeſsio facta extra iudicium non præiudicat confitenti.*
10 *Dominium per ſimplicem confeſsionem transfertur in ciuitatem, & in eccleſiam.*
11 *Dominium transfertur in vltima voluntate ſine traditione.*

1 COnfeſsio falſa non probat † nec nocet, dummodo probe-
tur veritatem eſſe in contrarium, vt fuit animaduerſum
in l.cum falſa.C.de iur.& facti ignor.

Amplia primo, vt procedat etiam in confeſsione in parte
2 falſa, quæ in totum præſumitur falſa, † & ideo non probat, vt
conſulere Dec.conſi.536.n.10.& Soci.conſil.82.ſuper quæſt.
* lib.3.& conſi.126.n.68.d.lib.3.l.ſi quidem, & ibi glo.& Dd.*
communiter, C de except. & reſpondit Alex.conſil.87.in cã
Ludouici poſt princ.lib.1.& per Hippolyt.in conſi. 129.n.1.
3 Secundo amplia, etiam ſi de ſcientia vtriuſque partis † pro
cederet iſta confeſsio falſa, ita Bart.admonuit in d.l. cum fal
ſa.n.3.& eſt ratio, quia partes non poſſunt facere, vt illud,
quod eſt maternum, ſit parternum, vt ibi per eum.

Tertio amplia, vt etiam habeat locum, quando confeſsio eſ
4 ſet in ſe vera, ſed cauſa ipſius confeſsionis eſſet falſa, † quia
tunc quoque nullius eſt ponderis, vt aſſeuerauit Bal. in rub.
Cod.de conſtit.pecu.colu.2.1.glo.verſi.deinde venio ad cau
ſam meminit Dec.in c. ex parte.nu.5.& in c. ſedes nu.11.de
reſcript.& in conſil.33.colum.fin.verſi. & clauſula motu pro
prio.cum multis alijs per nos adductis in 2.ampliatione, ad
concluſionem De confeſsione ſine cauſa.

5 Quarto amplia, vt nec confeſsio non veriſimilis † probet,
ſi ita conſulentib.credendum eſt Dec.conſil.596. nu.10 atq;
Pariſ.conſi.153.colu.pen.vol.4.& Hercul. de proban.negat.
nu.198 verſ.46.fallit.Rom.etiam in conſ.420.nu.10.

Subamplia hanc ampliationẽ, et ſi facta eſſet in inſtrumen
to, quia nihilominus non probat, ſic profitendo ſcripſit Bald.
in l.ſi quis in hoc genus.verſ.deinde not.C.de epiſ.& cl.& cõ
ſulẽdo tradidere Ioã.de Ana.in cõſ.17.incip.viſa relat.Imol.
in cõſi.109.incipiẽ.viſa inquiſ.& vide ad hoc, q̃ late diximus
in tertia limit.ad concluſion.De confeſsione in inſtrumento

Quinto amplia concluſionem etiam veram eſſe in confeſ.
6 ſione repugnante facti euidentia, † quia & illa non probat,
vt ad id eſt teſtis Pariſ.conſi.89.colu.2.li.1.cui adhæret Her
culan. vbi ſupra nu.198.quarto fallit.nam & iſtæ proximæ fal
ſitati iudicantur.

Primo limita, vt tantum procedat concluſio quoad tranſ-
lationem dominij, quæ per talem confeſsionem induci non
7 poteſt, † cum ex nuda voluntate partium ſine traditione do
minium non transferatur, ita idem Bart.ſcriptum reliquit in
dict.l.cum falſa.nu.4.c.de iur. & fact.ignorant.per l.traditio
nib.Cod.de pact.& l.ſi ager.ff.de rei vendic ſecus autem erit
quoad probationem, circa quam talis confeſsio prodeſt, nã
ſi dixero, meum fundum eſſe tuum, talis fundus in futurum
8 non præſumitur meus, † donec probetur contrarium, argu-
men.l.Publia.in fin.ff.depoſit.& l.generaliter.de non numer.
pecun.& conſulas ea quæ diximus in 15.limitati. ad conclu-
ſionem De confeſs.abſente parte.

Sss 3 I-

Secundo limitabis, vt tantum locum habeat, quando talis
9 confeſſio fieret extra iudicium, quo caſu† non præiudicat cõ
fitenti, ſecus autem quando fieret in iudicio, & ſcienter, quia
tunc perinde eſt, ac ſi rei vendi. eſſet confitens condemnatus,
ita Bart. vbi ſupra, in d.l. cum falſa. poſt n.10. verſi. vlterius ſi
ſi iſta confeſſio. C. de iur. & fact. ignor. & dicit de hoc eſſe ca
ſum expreſſum, vt not. in l. certum. §. 1. ff. de confeſſ. & gl. in
d.l. cũ falſa. & idem Bar. in l. tuta. C. de omn. agr. deſer. lib. 11.
Et quod dictum eſt, quod ſcilicet per ſimplicem confeſſio
nem non transferatur dominium, limitandum eſt tribus mo-
10 dis, primum eſt, non procedere in ciuitate, †ſecundum in ec-
cleſia, in quam per ſimplicem confeſſionem transfertur do-
minium, ita idem Bald. vbi ſupra. per l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ.
& tertio limita illud dictum, quando talis confeſſio fuiſſet
11 facta in vltima voluntate, † in qua transfertur dominium ſi-
ne traditione, vt per eundem Bart. nu. 9.

CONCLVSIO CCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Confeſsio relatiua an probet, niſi quatenus ſit in relato.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio relatiua non probat niſi quatenus eſt in relato.*
2 *Poſitio habetur pro non confeſſa, quia quis poſitionem confitendo reſpondit relatiue ad inſtrumentum, in quo ita non continetur.*

1 CONfeſſionem relatiuam non probare, † niſi quatenus eſt
in relato, me docuit Pariſ. conſi. 7. nu. 4. vol. 3. cui accedit
Herculan. tract. de proban. negat. nu. 198. verſi. 18. fallit. quẽ
omnino vide Bald. etiam ſcripſit per illum tex. in l. 2. colu. 1.
verſi. vlterius nota. C. de errore aduocati, vbi dicit, quod quã
do quis reſpondet confitendo poſitionem relatiue ad inſtru
2 mentum quod† ſi in inſtrumento illo non contineatur ita, vt
confitetur talis poſitiu habetur pro non confeſſa, quem refert
& ſequitur Roman. conſi. 294. Hæc confeſſio, Dec. etiam qui
plura ad id accumulat, conſi. 63. pro tenui. col. 3. nu. 6. idem
tradidit Alexand. in conſi. 3. in cauſa & lite. poſt princip. li. 2.
Iaſ. etiam in l. admonendi. in 1. lectur. nu. 36. ff. de iureiur. præ
terea Felin. in c. ex parte. il 1. nu. 13. de reſcript. & in c. cũ ve-
nerabilis. n. 24. verſi. vnde dicit Bal. de except. Dec. in l. certi
condictio. §. ſi nummos. nu. 12. ff ſi cert. pet. & idẽ varijs in lo
cis allatis à Mandoſ. in addit. ad d. conſil. Rom. 294. in verb.
notabiliter. ſub littera B.

CONCLVSIO CCCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio vnius an probet in præiudicium alterius.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio vnius non probat in præiudicium alterius.*
2 *Iura prohibent, ne ſit in facultate confitentis dicere, quod vult, & ius alteri quæſitum auferre.*
3 *Confitens etiam ſi ſit omni exceptione maior, non tamen probat in præiudicium alterius.*
4 *Vni teſti non eſt credendum, etiam ſi ſit Cardinalis.*
5 *Confeſſio vnius alterius probat, quando partes concordant ſtare confeſſioni, & dicto eiuſdem.*

1 COnfeſsio vnius probat† in præiudicium alterius, vt aſſe-
ruit Pariſ. conſi. 19. nu. 6. vol. 3. & habetur ex Scæuolæ re
ſponſo, in l. Seia. in prin. ff. ad Velleia. Pau. de Caſt. allatus à
Pariſ. in d. conſil. 19. li. 3. latiſsime proſequitur in conſi. 82. vi
ſis. col. 1. & conſi. 85. cõfeſsio præſens. & huc optime ſpectãt,
quæ habentur in l. tranſactione matris. C. de tranſact. & in l
poſt certi. Cod. de libe. cau. Hercul. vbi ſupra de proban. neg.
n. 198. verſi. ſeptim. fallit. nec immerito, quia alias eſſet in ma
nu confitentis dicere, quod vellet, & ſic ius alteri quæſitum
2 auferre, †quod omnino iura prohibet, vt tradidit Abb. in c. 2.
de fid. inſtrument. colu. 2. verſi. 1. caſu, cum alijs ibi adductis
per Felin. nu. 12. verſi. item intellige.
Amplia concluſionem, vt procedat, etiam ſi talis confitens
3 eſſet omni exceptione maior, † prout in ſimili tradit Gabr. com.
opin. in tit. de teſtibus concl. 1. in 2. ampliat. vbi aſſerit non eſ
4 ſe credendũ vni teſti, †etiam ſi ſit Cardinalis, & refert Feli.
in cap. ſuper his. col. 4. de fid. inſtru. & ad hoc etiam pertinet
contex. in cap. in nomine domini, de teſtib. & Iaſ. in l. ſi quan
do. num. 16 C. vnde vi & l. vbi. ff. de teſtib.
Sed limitabis quñ inter partes conuenit parere confeſsio-
5 ni, & dicto vnius alterius, †vt auctor eſt Bartol. in l. Thepom-
pus. ff. de dot. præleg. hoc. idẽ voluit Specula. in tit. de teſtib,
§. reſtat. verſic. hoc tamen fallit: quod & probauere Ant. de
But. in c. veniens. il 1. de teſtib. & ibi Felin. col. penult. ibi de
clarat. Rom. in l. 1. §. fi. ff de verb. oblig. Bald. in l. diſcretis. C.
de teſtamen. manumiſſ. Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio. col. 32.
ff. de quæſt. Caſſan. conſi. 37 colu. 1. in fin. & in cõſuet. Burgũ.
conſi. 119. colu. 1. in fi. volu. 2. vbi amplia iſtam limitationem.

CONCLVSIO CCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio contra ius an probet, & an debeat eſſe certa loco, & tempore.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio contra ius non probat.*
2 *Confeſſio debet eſſe certa loco & tempore, aliàs non probat.*
3 *Confeſſio ſi certa ſit, cauſa vero incerta, non probat.*

1 COnfeſsio contra ius † non probat: ſi ita docenti fides eſt
habenda Bart. in l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. quem
ſequitur Hercula. vbi ſupra, nu. 198. verſic. 13. cui. ſuffragatur
contex. in l. confeſsionib. & l. ſeq. de interrog. actio. & quod
communiter notatur in l. vnica. C. de confeſſ. in gloſ. ſuper.
verb. ſoluere, ibi, ſed quum ius & naturæ non reſpuit.
Et hic addas, quod confeſsio debeat eſſe certa loco & tẽ
2 pore, † alioqui non probat, vt reſponſum eſt à Pariſ. conſil.
135. nu. 31. & vide ſupra concluſionem, Confeſsio extra pet
teſtes, in ſecunda ſublimitatione.
Amplia vt etiam procedat, ſi confeſsio eſſet certa, cauſa ve
3 ro confeſsionis eſſet incerta. † quia nihilominus nõ probat,
vt ex allegatis patet, in 4. ampliat. ad concluſionem De con-
feſsio. ſine cauſa.

CONCLVSIO CCCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio verbis enunciatiuis factionis facta an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio verbis enunciatiuis, verbi gratia, vt aſſeritur, facta non probat.*
2 *Confeſſio facta verbis enunciatiuis etiam parte præſente non nocet confitenti.*
3 *Confeſſio verbis enunciatiuis emanata, quando agitur de fauore piæ cauſæ, probat.*
4 *verba enunciatiua probant, vbi agitur de fauore dotis.*

COnfeſsio verbis enunciatiuis, verbi gratia, vt aſſeritur,
1 facta † non probat, ita docuit Hercula. in tract. de prob.
negat. nu. 198. ibi. 43. fallit. & ad hoc videas, quæ late diximus
in 2. limi. ad concluſionem De confeſsione parte præſente.
2 Amplia, vt etiã procedat, ſi facta † fuerit parte præſente,
quia nihilominus non nocet confitenti, vt ex allegatis videre
eſt in d. 2. lim. ad concluſionẽ De confeſsione pręſente parte.
Limita primo vt non habeat locum, quando agitur de fa-
3 uore piæ cauſæ, †nam tunc confeſsio verbis enũciatiuis ema
nata probat, & diſponit nedum in vltima voluntate, ſed etiã
in contractu inter viuos, vt conſtat ex quampluribus allega-
tis per Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 86.
4 Secundo limita, vbi agitur de fauore dotis, nam†etiam eo
in caſu verba enunciatiua probant, vt probatur per text. in l.
2. cum ibi nota. C. de dot. promiſſ. voluit Bar. conſil. 127. factũ
ſic habet, Titius. & Seius. cui adhęret Paul. de Caſt. in conſil.
92. quod præfata ſententia. col. 1. li. 2. Ro. ẽt relatu eximiũ cẽ
ſuit in ſing. 536. verb. enunciati. vbi & hoc ampliat poſt Bart.

CONCLVSIO CCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Confeſsio offenſi negantis ſe ab aliquo offenſum fuiſſe in præiudicium ſi ſit, an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio offenſi negantis ſe offenſum fuiſſe ab aliquo in præiudicium ſiſci non probat, & quare.*
2 *Confeſſio offenſi in præiudicium fiſci negantis ſe ab aliquo offenſum fuiſſe prodeſt ne ponatur ad torturam.*

CONfeſſio offenſi negãtis ſe offenſum fuiſſe ab aliquo in p̃-
1 iudicium fiſci † non probat, præſertim ſi concurrant aliqua adminicula, & indicia contra talem confeſsionem, vt doctum eſt à Bart. in l. interdum. § recte. ff. de furt. & conſultus reſpondit Alexan. in conſ. 24. n. 15. vol. 2. quem refert, & ſequitur. Herculan. in tract. de proban. negat. n. 198. ibi. 38. fallit, & hoc placuit Bald. in Marg. in verb. maleficium, atque Lan-
2 franc. de arbi. 3. par. 2. colu. † fidei prodeſt, nec poſsit torqueri, vt tradidit Bald. in l. 1. col. fin. in princ. verſ. item ſi teſtator, n. 32. C. cõmunia de leg. & in l. tranſigere, colu. 7. verſi. & per hoc inferrebat Iac. C. de tranſact.

CONCLVSIO CCCLXC.

ARGVMENTVM.

Confeſsio præcedente interrogatione facta an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio præcedente interrogatione facta iuxta terminos, l. manifeſtæ. ff. de iureiuran. probat, & locum habet tam ex parte actoris, quam rei.*
2 *Confeſſio facta præcedente interrogatione probat, etiam ſi aliunde actor quicquam probaſſet.*

CONfeſſio præcedente Interrogatione facta iuxta termi-
1 nos, l. manifeſtæ. ff. de iureiur. † probat iuxta ſententiam Herculan. in tract. de proban. negat. nu. 204.

Amplia primo, vt habeat locum tam ex parte actoris, quã rei, vt Bar. Bal. Iaſ. & alij ſcripſere in d. l. manifeſtæ, quos omnes refert, & ſequitur Hercul. vbi ſupra.

Secundo amplia, vt locum ſibi vendicet, etiam ſi aliunde
2 † actor quicquam probaſſet, ſecundum Iaſ. & alios in d. l. manifeſtæ. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & per recentiores in l. qui accuſare, C. de eden.

Tertio amplia etiam multis alijs modis, de quibus per ipſum Herculan. ibidem, quos etiam declara, & intellige, vt ibi per eum.

CONCLVSIO CCCLXCI.

ARGVMENTVM.

Confeſsio meritorum an ſimpliciter probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio meritorum ſimpliciter non probat, niſi aliquibus adminiculis adiuuetur.*
2 *Patri donanti filiofamilias non creditur, niſi ſint coniectura meritorum.*
3 *Confeſſio benemeritorum ſi ſit in inſtrumento guarentigiato ſimpliciter probat, tanquam res iudicata, etiam inter perſonas prohibitas.*
4 *Inſtrumenta guarentigiata habent vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*

1 COnfeſsionem meritorum ſimpliciter non probare, † niſi aliquibus adminiculis adiuuetur, eleganter, & recte protulit Tiraq in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. nu. 103. cum aliquot ſequ. & præceden. in verb. donatione largitus, & in hanc reſpondit ſententiam Bald. in conſi. 471. ſuper eo quod quæritur. an confeſſio, in fin. lib. 8. & per ea quæ ſcribit in authen. hoc ius porrectum. col. penul. verſi. quæro vtrum in dubio, nu. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. atque conſuluit Iaſ. in conſ. 145. col. 5. verſ. 5. pro iſta parte. lib. 2. & Guido Papæ in l. ſi dona-
2 tione. C. de collatio. dicẽs † non credi patri donanti filiofamilias, niſi ſint coniecturæ meritorũ, & idem dicit in tract. præſump. col. 6. verſi. ſi pater donet. & de hoc diximus in confeſſione patris de recepto à filio, ſupra.

Limita concluſionem non procedere, nam ſi huiuſmodi aſſertio, vel confeſsio benemeritorum fieret in inſtrumẽto gua-
3 rentigiato † tunc ſimpliciter probaret, tanquam res indicata, etiam inter perſonas prohibitas, vt egregie dicit Bald. in l. 1. col. 3. verſ. idem dico ſi ſtatutum, C. de priuilegi. dot. arg. l. res iudicata. ff. de reg. iur. quia ſcilicet huiuſmodi inſtrumen-
4 ta habeat vim ſententiæ, & † rei iudicatę, vt ſcripſit Tiraq. in tract. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. ver. donatione largitus, n. 103. & latiſſime vide Tiraq. in commentar. conſuetud. Pictauij, titu. 29. §. 1. & ſequitur illud Panor. conſ. 83. in quæſ. ad preſens, col. 4. lib. 2. & Soc. qui hoc dicit ſingulare conſ. 122. incip. circa primum. col. 5. verſ. quia confeſſiones, lib. 3. & hoc adiuuat, quod in ſimili tradit Bal. in l. vlt. colu. 2. verſ. & ideo conſuetudo. C. de ſponſalib. & in l. pecuniæ. circa med. verſi. item nota hic, C. de ſolut.

Verum an quod de inſtrumento guarentigiato dictum eſt, quod ſcilicet confeſſio tunc probat, omnino videndum cenſeo D. Tiraq. d. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. d. verb. dona-
5 tione largitus, num. 104. vbi videtur aſſerere, & forte merito, † quod guarentigia non tollat pręſumptionẽ fraudis, & cum multis per eum ibidem allegatis.

CONCLVSIO CCCXCII.

ARGVMENTVM.

Confeſsio in beneficialibus, & ſpiritualibus ad fauorem alterius an probet.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio in beneficialibus, & ſpiritualibus non probat ad fauorem alterius.*
2 *In matrimonio carnali non ſtatur aſſertioni coniugis ſuper impedimento.*
3 *Titulus actoris non probatur ex confeſſione aduerſarij, ſed oportet, quod conſtet de titulo per canonicam inſtitutionem.*
4 *Titulus actoris per iuramentum partis probari non poteſt.*
5 *Confeſſio in beneficialibus non probat titulum ad fauorem alterius, ſed bene probat in ſui præiudicium.*
6 *Iuramentum non probat literarum amiſſionem quoad adiudicationem tituli ſicut etiam non probat confeſſio.*
7 *Confeſſio aduerſarij non ſufficit quoad adiudicationem beneficij tribuendo titulum, ſed bene probat, & ſufficit quoad colorandam poſſeſſionem ex titulo.*
8 *Poſſeſſio ad finem reſtitutionis conſequenda in actum ſpoliantis ſatis iuſtificatur per confeſſionem aduerſarij confitentis titulum.*
9 *Confeſſio aduerſarij probat in fauorem alterius, quando quis vult titulum probare ex ſola confeſſione ſpoliantis.*
10 *Titulus licet probari non poſſit per confeſſionem aduerſarij, poteſt tamen iuſtificari, & adminiculari.*
11 *Confeſſio in beneficialibus non dat titulum aduerſario, ſed in præiudicium confitentis probat.*
12 *Verba narratiua gratia concurrente confeſſione aduerſarij, vel procuratoris eius ſuper narratiua in gratia probant, etiam quoad adiudicationem.*
13 *Litera narrantes de reſignatione facta in curia per procuratorem in fauorem talis probant, concurrente confeſſione aduerſarij.*
14 *Confeſſio ſpoliati confitentis in iudicio ſpoliantem habere bonũ ius probat pro ſpoliante, quoad hoc, vt impediat reſtitutionem.*
15 *Titulus bene coloratur, quando confeſſio tendit ad colorandũ ius aduerſarij ſpoliati.*
16 *Spoliatus agens, ſi confiteatur ſe iniuſte poſſediſſe, non propter hoc perdit priuilegium.*
17 *Confeſſio tituli aduerſarij ſi ſit in iudicio, vel in ſupplicatione Principi oblata ſufficit ad colorandum poſſeſſorium, ſed ſi ſit extra iudicium, non inducit notoriam.*
18 *Confeſſio emanata à ſpoliante ſicuti principali ſufficit ad colorandum poſſeſſionem ſpoliati.*
19 *Confeſſio aduerſarij nihil facit, quando eſſent factæ aliquæ probationes per quas conſtaret ex aſſecta de inſectione, & nullitate tituli.*

CONfeſsio in beneficialibus, & ſpiritualibus ad fauorẽ al-
1 terius † non probat, ſic deciſum fuit à Dominis de Rot. deciſio 408 fuit dubitatum, & quæſitum, & deciſ. 421. fuit dubitatum, vtrum confeſſio, in nou. & voluit hoc etiam Gemini. in c. duobus. n. 7. de reſcript. in 6. & in cap. vnico. nu. 6. vbi re-
2 fert ſimilem de matrimonio carnali, † in quo non ſtatur aſſertioni coniugis ſuper impedimento, vt eſt ſancitum in cap. ſuper eo. de eo, qui cogn. conſang. &c. & d. cap. vnico. d. n. 6. de eo. qui mittit. in poſſeſſ. nec ab hoc diſceſsit Ioan. Andr. in c. 2. ſuper verb. confeſsio. de confeſſ. n. 6. idem obſeruauit Feli. in c. olim. ſub n. 9. verſ. dicit etiam Dominicus, de reſcript. atque diremit id Boer. deciſ. 89. videtur quod potuit, n. 2. & 3. & latius deci. 293. & ibi plura cumulat, & Capel. Tholo. quęſ. 473. item fuit quæſitum, vtrum in cauſa beneficiali, dicens ti-
3 tulum † actoris non probari ex confeſsione aduerſarij, quia opus eſt, vt cõſtet, de titulo per canonicam inſtitutionem. tenet etiam Bellamer. deciſ. 183. aſſertioni Cardinalis, ſequitur Franc. in d. c. vnico. col. 4. dicens, quod ſicut per confeſſionẽ põt probari titulus, ita nec etiam † per iuramentum partis, & hoc idẽ voluit Fran. in c. 2. in 3. notab. de confeſſ. in 6. poſt Archidia. & Domi. ibidem, placuit quoq; Abb. in c. cũ contingit

colum. 5.

col.5. de dol.& contum. volens confeſſionē in beneficialibus
5 non probare titulum ad fauorem alterius,† ſed bene probare
in ſui præiudicium,iſtum ēt confirmat Bellamer.dec.578.ſpo-
liatus ad declarandum titulum,& Rot.deci.345 col.9.cui ac-
cedit Feli.in d c.olim.ſub num.9.verſ.ſimiliter dicit Rota,de
reſcrip.& idem Bellam.dec.58.iuramentum de quo loquitur,
6 afferens iuramētum † nō probare literarum amiſſionē quoad
adiudicationem tituli,ſicut ēt non probaret confeſſio,licet ſit
ſecus quoad effectum abſolutionis,idē voluit Rot.deci.433.
in antiq.placuit etiam Mil.in repert.in verb.probari non po-
teſt titulus, & in verb. poſſeſſorio recuperandæ agens in be-
neficialib.atque Imol.probanit in clem.1.col.10.de cauſa poſ
ſeſſio.& propriet Præpoſitus tradidit in e porto,col.4.6.fall.
prin.de diuor.hoc idem firmat Bal.Non.in repetit.§ nihil cō-
mune,l.naturaliter.ff.de acqu.poſſeſſ.32.fallen.in fin.

Primo limita,vt concluſio procedat in hoc,vt confeſſio ad-
uerſarij non ſufficiat quoad adiudicationē beneficij tribuen-
7 do titulum, † ſed bene probat, & ſufficit quoad colorandam
poſſeſſionem ex titulo,vt concludunt D.Rot.dec.408.& 421.
in nou.ſupra allegat.& deciſ.Capellæ Toloſ.473.& Abb.in c.
literis.col.12.verſ.ſed tenendo illam cōmunem,vbi tenet,per
8 confeſſionem aduerſarij confitentis titulum † ſatis verificari
poſſeſſionem ad finē reſtitutionis conſequendæ in odium ip-
ſius ſpoliantis,& in hoc ēt reſidet Franc.in c.decimas.col.3.
in prin,de reſtitu.ſpol.in 6.& in c.1.col.4 in fi.de eo qui mit-
tit.in poſſeſ.d.li.6 poſt Domi.ibi.idem aſſeruit Mil.in repert.
in verb.probari non poteſt titulus.inquiēs, in beneficialibus
titulum nō poſſe probari per confeſſionem aduerſarij quoad
effectus canonizationis, & adiudicationis, ſed bene quoad
effectum reſtitutionis beneficij, quo agens dicit ſe ſpoliatū ;
teſtatur Anton. de But.in c.fi.col.3.de cauſa poſſeſſio.& pro-
priet.idem Mil.ſenſit iſtud in eodē repertorio,in verb.Poſſeſ
ſorio recuperandæ agens in beneficialibus, in quo loco dicit
ita eſſe intelligendum dictum Io.And.in d.c.1.§.varij. in no-
uel.de eo.qui mittit in poſſeſſionem.lib.6. & cum hoc tranſit
Imol.in clem.1.col.16.de cauſa poſſeſſ.& propriet.& Præpoſ.
in d.c.porro,col.4.in 6.fallen.princ.de diuor.late Fel.ad id ſe
fundat in d.c.olim.nu.10.verſ.limita ſecundo,de reſcrip.

Secundo limita,vt vera ſit, qñ quis vellet titulum probare
9 ex ſola confeſſione ſpoliantis † at vbicunque probaſſet titu-
lum,ſed aduerſarij deinde quædam probationes redderēt il-
lum ambiguum,ſi aduerſarius confiteatur poſtea contra ſuaſ-
met probationes ēt pro titulo illius,vult Ab. quod bene pro-
bet talis aduerſarij confeſſio in fauorem alterius in c. contin
git.col.6.de dolo.& contum.dicēs vt licet non poſſit proba-
10 ri titulus per confeſſionē aduerſarij.† tñ iuſtificari,& admi-
niculari poſſit,iſtud tradit apertiſſime Domi.in d.c.1.col.2.
de eo qui mittit.in poſſeſ.li.6.& ibidem ſequitur Philip.Frāc.
col.4.in fi.verſ.2.limita prędict.iſtam limitationem & decla-
rationem ponit Feli.in c.olim,col.6.in 4.limitat.nu.10.de re-
ſcript.adducit gloſſ.notab.in c.penul.in verſic.ſi vero,de re-
ſcrip.li.6.quam ibi notat Dom.col.8.& iſtam limitationē tra-
dit etiam auctor addit.ad Capel.Toloſa.quæſt.473.

Tertio limita, vt licet confeſſio in beneficialibus non det
11 titulum aduerſario,† tñ in præiudicium confitentis probat,
vt cōſtet de non iure petentis reſtitutionem propter confeſ-
ſionem ſuam, & ſic vt impediatur reſtitutio, vt tradit Rota.
deciſi.16.ſi contra agentem in nou.col.2.& 5.deciſi.393.ſi A.
cōferatur col.1.& 2.in nou.notat Abb.in diſputatione incip.
Titius clericus,col.2.Alex.obſeruauit in l.naturaliter.§. nihil
commune.col.19,in 10.fallent.prin.ff.de acquir.poſſeſſ.& ibi
Bal Nouel.col.penult.32.fallent.&,tradit Abb.in d.c.contin-
git.col.6.de dolo.& contum.& deciſum fuit à Capel. Toloſa.
d.q.473.& placuit.Felin.in d.c.olim,num.10.verſic.limita.5.
de reſcript.refert Domin.hoc tenentem in d.c.1.nu.2.de eo
qui mittit.in poſſeſſ.li.6.

Quarto limita,vt concluſio non procedat,qñ vna cum con
feſſione partis aduerſæ concurrat etiam gratia obtenta de il-
12 lo beneficio,licet per verba narratiua,† nam tunc verba nar-
ratiua gratiæ,concurrente confeſſione aduerſarij, vel procu-
ratoris eius ſuper talibus narratis in gratia probant ēt quoad
adiudicationem,ita inſigniter concludit Bella.dec.268.item
narrata & dec.183.aſſertioni Cardinalis,& dec.320.in cauſa
Burdegalē.dicens, literas narrantes reſignationem factam in
13 Curia per N. procuratorem in fauorem talis,† probare, con-
currente confeſſione aduerſarij, & idem diremit Bellamer.
deciſ.684.quamquam.

Ampliа ſupradictas limitationes,vt ſicut confeſſio ſpolian
tis probet titulum in fauorem ſpoliati,quoad conſequendam
reſtitutionem, & ſicut confeſſio prædicta proſit ipſi ſpoliato
14 ad poſſeſſionem conſequendam, ita idem ſit † quoad ipſum
ſpoliantem,ſtante confeſſione ipſius ſpoliati,per quam cōfi-
tetur in iudicio ſpoliantem habere bonum ius, vel cōfiteatur
de non iure ſuo,nam tunc talis confeſſio probat pro ſpolian-
te quoad hoc,vt impediat reſtitutionē, quia apparet tunc de
notoria iniuſtitia petentis reſtitutionem propter eius confeſ-
ſionem,ideo tali caſu deberet denegari reſtitutio, ſecundum
Inn.in c conſtitutus de fil.presby.& prout concludit Bal.No
uell.in d.reperit.d.§ nihil cōe.in 15.fallen.& 32.de acq.poſſ.

Primo intellige prædictas limitationes, vt maxime proce-
dant qñ confeſſio tendit ad colorandū ius aduerſarij ſpolia-
15 ti,& per conſequens circa iniuſtitiam confitentis,†nam tunc
bene coloratus titulus,ſecus quando cōfeſſio eſſet ſolum cir-
ca ius ſuum, adeo vt deliberaret ius proprium, quia fortaſſe
fateretur ſe iniuſte tenere,non tñ coloraret ius aduerſarij,ve
luti fatendo de eius bono iure,etenim in iſto caſu non proce-
derent limitationes prædictæ,& idem dicendum eſſet econ-
tra, qñ ſcilicet ipſe ſpoliatus agens confiteretur ſe iniuſte poſ
16 ſediſſe.quia † propter hoc non perdit priuilegium poſſeſſo-
rij,cum in eo diſputatur, an ego poſſederim tempore ſpolia-
tionis, quia per talem confeſſionem non eſt fundatum ius
aduerſarij,quia poteſt negari l.fi.C.de rei vendica. & ita de-
clarat Bal Nouel.in d.§.nihil commune.col.23.in 11.fallen.

Secundo intellige prædictas limitationes locum habere,
quando confeſſio huiuſmodi fieret in iudicio,vel in ſupplica
tione Principi oblata,iuxta l.cum precum. C. de liber. cauſ.
17 † tunc enim confeſſio huiuſmodi ſufficit ad colorandum poſ
ſeſſorium,ſecus vbi confeſſio fieret extra iudicium,& per te-
ſtes probaret de tali confeſſione extraiudiciali, nam eo caſu
talis confeſſio non inducit notorium, per not.in c.veſtra,ex-
tr.de cohab.cle.& mulier.nec tunc ex ea produceretur iſte ef-
fectus colorationis, niſi ſpoliatus faceret in iudicio fieri pro-
bationes,antequam reuocaret cōfeſſionem,ita limitat ſupra-
dicta idem Nouel.in d.reperi.§.nihil commune,col.penul.li-
mitat.32.ff.de acquir.poſſeſſ.

Tertio intellige,vt prædictæ limitationes veræ ſint,qñ con
feſſio emanata fuit ab ipſo ſpoliante,& ſic ab ipſo principali,
18 quia tunc bene ſufficit ad colorandū poſſeſſionem, ſecus vbi
emanata fuerit confeſſio ab authore noſtro, & conſtat, quod
quis venit ex alio titulo,ſcilicet ex iure ceſſo,impugnādo ius
illius authoris,& deducendo ad nullitatem,quia tunc nō po-
teſt dici,quod fuerit cauſata cōfeſſio ex eo,quod quis impu-
gnauit,iuxt.regul.c.ex eod.extr.de reg.iur.in 6.& ibi Dy. &
ita vidi declaratū in quadam informatione iuris D.Melchio-
ris olim Romanæ Curię clariſſimi Aduocati Conſiſtorialis in
vna cauſa Tulonen.monaſteri. Sancti Leonis, quam habebat
coram D.Iacobo Symoneta ſuo tempore ſacræ Rotæ Audito-
re,& licet D.Io.Baptiſta Senen. ex aduerſo aduocatus etiam
celeberrimus obijceret,quod confeſſio authoris debet noce-
re,ſicut nocet authoris ſpolium,arg.l. Pomponius ff.de acq.
poſſ.quia ſuccedit cum ſua cauſa,ſuiſque vitijs n.ſæpe de re-
ſtitut.ſpolia.Tamen D.Melchior illud refellebat, dicebatque
quod illud poſſit procedere,vbi veniret ex illo titulo autho-
ris,ſecus vbi veniret ex alio titulo,impugnando ius illius au-
thoris, quia hoc caſu non poterit dici, quod ſuccedat in ea-
dem cauſa.

Quarto intellige ſupradictas limitationes nō procedere,qñ
ex probationib.factis per ipſum ſpoliatum pro colorando ti-
tulo eſſent factæ aliquæ probationes,per quas conſtaret ex a-
ſpectu de infectione, & nullitate tituli,†nā hoc caſu confeſ-
ſio aduerſarij nihil facit,quia peius eſt probare titulum infe-
ctum,q̃ aliquid non adducere,& in reuocatione attentatorū,
quæ reuocantur abſq; aliqua coloratione tituli, iuxta ſniam
Bellam.dec.393.ſi petēs,& 356.ille.& in nou.257.ſi qs dicat,
q̃ ēt placuit Præpoſito Alexandrino,c.1.n.2.ver.ſi q̃rit an iu-
dex 3.q.1.& ita in illa cauſa Tulon.conſiderabat D.Melchior.

Et hęc in materia cōfeſſionis dixiſſe ſufficiat,reliqua vero
diligens,& ſtudioſus obſeruator, quæ hac eadem in materia
deſunt ſua vigilātia ſuppleat,ſufficit quippe nobis viā aliqua
lem,quæ indicis quodāmodo loco in materiam confeſſionis
ſingulis

Digitized by Google

ſingulis fere in caſibus demonſtranda eſſet, ſtrauiſſe, ac indicaſſe.

CONCLVSIO CCCXCIII.

ARGVMENTVM.

Communia de confinibus.

SVMMARIA.

1 *Confinium probatio difficilis eſt.*
2 *Probationes minus perfectæ repertuntur in probatione confinium, ac terminorum antiquorum, & ſemiplena ſufficiunt, admittunturq́; præſumptiones, & coniectura.*
3 *Speciale eſt in finibus, quod fiat probatio per argumenta.*
4 *Verba enunciatiua emiſſa propter aliud probant in finibus*
5 *Confinia temporalia poſſe ſemiplene probari non eſt rationabile.*
6 *Confinia diœceſium per flumina, per riuos aquarum, & prabendarum diſtingui ſolent.*
7 *Probationes ſemipl.na circa confinia ſufficiunt, dummodo ſimus in antiquis ſine agatur de maiori, aut minori præiudicio.*
8 *Mutatio confinium in dubio non præſumitur, ſed vti olim fuere termini, ita & nunc eſſe præſumuntur.*
9 *Termini appoſiti ab homine mutabiles, appoſiti à natura vt flumina & montes æterni ſunt.*
10 *Confines quales hodie reperiuntur, tales olim fuiſſe præſumuntur.*
Et mutatio confinium non præſumitur, niſi probetur ibidem.
11 *Formam libellandi quando mutati ſunt fines, ac practicam iudicandi in confinium materia vide remiſſiue.*
12 *Probationes veriſimiles, & coniecturales ſufficiunt in probandis confinibus, quando non conſtat de iuſtitia poſſeſſionis illius, contra quam agitur, ſi aſi conſtet, tunc actor plene probare debet.*
13 *In materia confinium vtraque pars eſt actor, & vtraque reus.*
14 *Probatis duobus finibus probata dicitur intentio rei, etiam ſi alia demonſtrationes non concurrerent.*
In probandis finibus antiquis ſufficit ſemiplena probatio. ibid.
15 *Omnia contenta intra fines præſumuntur eſſe illius, cuius ſunt confines.*
16 *Pars tenetur alteri exhibere caſtrum nium facient pro limitatione territorij, vel prædij ſui, cum ſit commune inter eos.*
17 *Reus in cauſis fiſci tenetur edere fiſco inſtrumenta etiam ad eius intentionem fundandam.*
18 *Articuli in probatione confinium qualiter formari debeant & qua cautela muniri, vide remiſſiue.*

1 Confinium probatio quantopere ſit † difficilis, teſtis eſt
mihi Guid. Pap. q. 193. vbi pulchre in princip.
Quod & illud nobis indicio eſſe poteſt, cum in huiuſmodi
2 probatione confinium, ac terminorum antiquorum † recipiā
tur probationes minus perfectæ, quę alias non reciperentur,
nec ſufficerent. Dec. conſ. 42. nu. 10. Pariſ. etiam id tradidit in
conſ. 104. nu. 24. lib. 1. atque Iaſ. in l. ex his, col. 2. in prin. in 4.
limita. C. de teſtam. milit. idem ait Pariſ. cōſ. 107. nu. 7. & ſeq.
lib. 1. & decidit Afflict. deciſ. 23. capellani. & Dec. conſ. 109.
nu. 20. qoinimo etiā ſemiplenæ probationes ſufficiunt, vt inquit
Dec. d. cōſ. 42. nu. 10. & in c. cum cauſam. nu. 3. de probat.
ex notat. per Cardi. in clem. 2. in 4. oppoſit. de probat. & Fel.
in c. cum cauſam, verſ. extr. gloſ. nu. 12. de probat. & ibi plene
diſtinguendo inter confines diœceſis, & rerum temporaliū,
ac tradendo nonnullos caſus dilucidat materiam, admittuntur
enim præſumptiones, & cōiecturæ, vt ſanxit Honor. IIII.
in c. cum cauſam, in fi. verſ. famam, & quæcunqne alia adminicula,
extr. de probatio. notat. in l. in finalib. ff. fi. regundor.
& gl. docte tradidit in c. ſi Papa. de priuileg. in 6. in verb. pro
3 bata † dum inquit, ſpeciale eſſe in finibus, quod fiat probatio
per argumenta, & illam pro inſigni adducit Florian in
d. l. in finalibus. ad quod optime conuenit gl. eximia in c. cū
olim, in gl. 1. de cenſib. quæ dicit, verba enunciatiua emiſſa pp
4 aliud † probare in talibus finibus, quam gl. ſingularem dicit
Corn. in repet. l. admonendi in verb. abſolutis his, num. 16. de
iureiur. adde eandem gl. in c. ſi Papa. in verb probata de priuileg.
in 6. & Dec. in d. c. cum cauſam. nu. 2. idem voluit Barbat.
conſ. 9. nu. 3. vol. 2. & Soc. iun. conſ. 65. nu. 7. vol. 1. vbi de
communi atteſtatur, quod etiā voluit gl. in d. c. ſi Papa. quas
gl. refert Ant. de Butr. in c. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt.
idē voluit Card in clem. 1. in 3 oppoſitione de probat. quod
& conſulenti placuit Bart. Soc. conſil. 89. nu. 3. vol. 1. ſequitur
Abb. in c. ſuper eo, de paroch. Verum Fel. in d. c. cum cauſam,
de probat. num. 12. ait huiu modi dictum Cardinalis eſſe periculoſum,
& tantū procedere in cōfinibus diœceſis, ex quibus
non multū pręiudicij emergit, vt ibi per eundem, quod
& tradidit Ioan. Coraſ. in repet. in l. admonendi, in verb. abſolutis
his, nu. 15. ff. de iureiur. quæſtionē quippe finiū inter
prælatos, qui ſolum rerum habent adminiſtrationem, quippe
quique de ſola iuriſdictione certāt, canoniſtę modici exiſtimant
præiudicij, c. cū Apoſtolica. de his, quæ fi. à præl. & qn̄
parum, aut nihil intereſt, habeat hic, vel ille epiſcopus, vt per
Coraſ. in loco iam allato, & per Dec in d. c. cum cauſam, nu. 1.
de probat. & latius nu. 16. vbi tuendo cōmunem opinionem,
ꝙ ſcilicet quæſtio finiū dicatur modici, præiudicij diſtinguit
illam ſibi locum vendicare, qn̄ contentio eſt de ſola iuriſdictione,
vel inter prælatos, qui ſolā habeat adminiſtrationē,
ſecus vero qn̄ agitur de dominio per iura per eū allegata, &
ita videntur intelligenda alia infra dicēda, ſed ſecus eſſe, qū
5 agitur de confinibus temporalibus, † qui, vt poſſint ſemiplene
probari, non eſt rationi conſentaneum, imò ait contrariū
ſentire gl. in l. prædia. §. ſi Titio ff. de lega 3. & Innoc. in c cū
in iure, de offic. deleg. Verum And Barba. in conſ. 6. incipien.
mihi videtur dicendū, nu. 11. vol. 2. non approbat hanc differentiam,
quinimo ait de maiori præiudicio agi de proban-
6 dis finibus diœceſis, quā priuatarum perſonarum † nam huiuſmodi
confinia diœceſium ſolent diſtingui per flumina, per
riuos aquarum, & prębendam, vt fuit conſtitutū in c. ex literis.
de probat. & c. vigilanti de præſcrip. idem aſſeruit Goffr.
* in d. c. cum cauſam. de probatio. quem ibi * omnes ſequūtur,
vnde proculdubio apparet, quod agitur de maiori præiudicio,
quam cum caſtrum ſit vnius diœceſis, & nō alterius, quo-
7 circa in hac ipſa manet ſententia, vt † ſiue agatur de maiori
præiudicio, huiuſmodi probationes ſatis eſſe, dummodo ſimus
in antiquis, & quod in finibus non agatur de leui præiudicio,
ex quo de dominio tractatur. tenuit Dec in d. c. cum
cauſam. nu. 5 per tex. in l. 3. C. fi regundor & l. arbor. in prin.
ff. commun diuidun. & ibi voluit non eſſe verum, quod fines
diœceſis, indiſtincte probentur per verba enunciatiua, ſed
tunc demum quando ſimus in finibus antiquis, prout intelligit
gl in d. c. cum olim. de cenſibus. & voluit Anch. in clem.
2. de probat quem refert, & ſequitur Aretin. in conſ 42. viſo
conſil. & eſt gl. in l. prędijs. §. Titio. de legat 2. & ibi Barto &
nimirum, quia in finibus antiquis leuiores probationes admittuntur
per Dec. in d. c cum cauſam nu. 11. & de probat.
& notat Bald. in l. conuenticula, colum penult. verſ ex his infero.
C. de epiſcopis & clericis. traduntque alij allegati per
Decium loco proxime allato
Succurrit & illud obſeruatione dignū, vt te admoneā. in
dubio non præſumi mutationē confinium. imò vt olim fuere
8 termini, † ita ēt nunc eſſe præſumuntur, ita ſanxit excellentiſſimi
ille vir ingenij Papinia. in l. in finalibus, vbi Bal & Floria
ff. fi. regūdor quos ſequutus eſt Fel. in d. c. cū cām. de probat.
n. 12. & tradidit Bal. in d. c. cū cām. col. 2 verſ ibi melius,
nu 3 de probat. loquēte de veritate cōfiniū, aut veritas creat
ab homine, & ita pōt mutari, vt l. eos. ff. fi. regūdor. aut ab immutabili
natura, vel ſitu perpetuo, ſicut ſunt montes. & flu-
9 mina conuallium, † quia diſtinguunt territoria, & ſunt fines
æterni, & in his ſemel verum ſemper præſumitur verū, & idē
Bal. in conſ. 420. verba Principis, n. 1. lib. 1. quod dixit Accur.
in l. qui bona. § ſi quis ſtipulaturus ff de dam. infect. & dicit
Paul. de Caſt in l. ex hoc iure. col. 8. in 2. lectur. ff. de iuſtitia,
& iure, vt limites, qui ponuntur ad diſtinctionē regnorū, &
prouinciarum, vt montes, & flumina debeant eſſe notabiliores,
& Alex. conſ. 57. in cauſa, & lite, in fi lib. 7. ait. ꝙ qualis ho
10 die reperiuntur confines, tales † præſumuntur olim fuiſſe, qa
(vt dictum eſt ſupra) mutatio confinium non præſumit, niſi
probetur, idem Alex. aſſeruit in conſ. 75. conſideratis. eodem
vol. 7. & Natt. in conſ. 672 nu. 11. & vertente iam in. lib 4. atque
Curt. Sen conſ. 56. Calcan. etiam in conſil. 9. quaſi per totum,
& pręcipue, num. 6. & 7.
11 Forma autem libellandi. † quando mutati ſunt fines, vidēda
eſt apud Bart. in l demonſtratio falſa, ff. de condit. & demonſtr
& Fel. in d. c. cum cauſam, nu. 12. verſ. tertio ſcias, iudicandi
vero praxim in hac materia, te docebit Bald. in eodem
c. cum cauſam, de probatio.
Quod vero ſupra dicebamus in probādis confinibus ſatis
12 eſſe probationes veriſimiles, & cōiectorales, † ſic eſt intelligēdum,
vt procedat, qn̄ nō conſtat de iuſtitia poſſeſſionis illius,
contra quē agitur, ſed ſecus ſi cōſtet, quia tunc actor debet
plene probare, ita reſpōdit Bart. Soc. conſ. 194. n. 4. vol. 2.
Nec hinc diſcedā, donec te admonere, in hac materia vtrā
13 que partē eſſe actorē, † & vtranque reū, ſic cauit Iulian. I. C.
in l. iudicium, l. cōi diuidundo. ff. fini. regun. iudicium cōmuni
diuidundo, inquit I. C. familiæ erciſcundæ, finium regun-

Digitized by Google

dorum tale eſt, vt in eo ſinguli perſonæ duplex ius habeant, & agentis, & eius, quo cũ agitur, quod & probauit Laurent. Calcan. in d. conſ. 99. n. 1. vbi hac materia vbertime.

Illud vero ſedulo notabis probatis duobus finibus dici
14 probatam identitatem rei, † etiam ſi aliæ demonſtrationes non conuenirent, vt adnot eſt Bart. Soc. conſ. 89. nu. 1. vol. 1. & nu 2. ait, in probandis finibus antiquis ſufficere ſemiplenam probationem.

Præterea, & id menti omnino inhæreat, quod traditurus
15 ſum, id eſt, omnia côtenta intra fines præſumi eſſe illius, † cuius ſunt confines, teſtis eſt mihi ad hoc locupletiſſimus Pariſ. conſ. 27. n. 13. vol. 1. quod & ſenſit Soc. conſ. 86. in cauſa communitatis, col. 1. & 2. in 1. vol. vbi concludit, paſcua eſſe corũ, de quibus agitur, eo quia intra fines reperiantur, & aperte illud decidit Bal. in rubr. C. de contrahen. emption. n. 23. per l. æde ſacta. ff. de contrahen. empt. Paul. etiam de Caſtro, in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. dicit per illum tex. vt loca, quæ ſunt iuxta fines, præſumantur eſſe illius, cuius ſunt fines, quam concluſionem ibi tenet Soc col. 2 & 3. in 3. notabil. & idem Soc. conſ. 181. viſis capitulis, col. 2. verſ. circa ſecundam dubitationem. vol. 2. vbi pluribus medijs probat fundatam eſſe intẽtionem alicuius quoad res ſitas intra confines, vt dicantur eſſe illius, cuius ſunt confines, quod etiam tradidit Soc. ſen. conſil. 15. in cauſa, & quæſtione, col. 2. n. 2. vol. 3. quod & voluit Corn. cõſ. 247. viſo proceſſu, vol. 2. col 3. & 4. verſ. data autem. & melius col. fin. atque D. Nellus de Sancto Geminia. in tracta. de bannit. in 1. par. qu. 56. & facit text. in c. 1. de Cap. qui cur. ven. & late Bart. in l. rem quæ nobis, in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Alex. colum. 6.

16 Nec illud relatu eximium præteribo, partem teneri † alteri parti exhibere inſtrumẽtum faciens pro limitatione territorij, vel prędij ſui, cum ſit commune inter eos, vt traditum eſt à Spec. in tit. de inſtru. editio. §. vidẽdum reſtat, verſ. ex præmiſſis, hoc etiam deciſum reliquit Guid Pap. in d. q. 193. nu. 3. idem probauit Hieron. de Monte in tract. de finib. cap. 82.
17 nu. 4. quod maxime procedere intelligitur in cauſis fiſci, † in quibus ſecundum communem opinionem reus tenetur fiſco edere inſtrumenta, etiam ad eius intentionem fundandam, vt aſſeruit Dec. qui de communi atteſtatur. in l. is apud quem. nu. 4 & in l. fin. nu. 12. Cod. de eden. & hoc placuit Hieronym. de Monte, vbi ſupra, & alio loco, nu. 4. & ſeq. & ante cum dixit Paris de Put. § ſequitur modo, de finibus feudor.

18 Quo vero pacto articuli formari debeant † in probatione confinium, docet Hieron. de Monte in tract. de finib. regend. cap. 47. per totum, & n. 8. ait, aduocatos vti debere hac cautela, vt ſcilicet articulẽt, confines probari poſſe per famam, & per teſtes, ſed ſi agitur interdicto, vti poſſidetis, videas Bart. in l. ſi de eo, § fina. ff. de acquiren. poſſeſſio. quem ſequitur Alex. conſ. 88. quoniam omne datum, nu. 18. vol. 5. qui tibi dant aliam cautelam, quam refert Hiero. de Monte, vbi ſupra n. 8. quem ſemper videas in omni genere probationum confinium, vbi ſupra c. 47. cum alijs multis ſeq. & videas deciſio. 23. M. de Afflict. per totum, & Hippolyt. de Marſi. in l. de minore. § plurimum, nu. 70. ff. de quæſt.

CONCLVSIO CCCXCIV.

ARGVMENTVM.

Confines per inſtrumẽta directiua, & enũciatiua an probentur.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per inſtrumenta pro confinibus facta.*
2 *Inſtrumenta dummodo antiqua ſint, licet enunciatiue & aſſertiue mentionem de finibus faciant, & propter aliud acta ſint, confines tamen probant.*
Et quando plene. ibid.
3 *Inſtrumenta antiqua dicuntur, ſi hominum memoriam excedunt.*
4 *Tempus quadraginta annorum antiquum dicitur attenta breui vita hominum. Et an ita dicatur, relinquitur arbitrio iudicis. In antiquis ſatis ignorantiæ quidquid videtur. ibid.*
5 *Verba enunciatiua in inſtrumento appoſita probant in confinibus oppoſitis. Contrarium nu 7.*
6 *Probatio directa non requiritur in probatione confinium, ſed ſufficit probatio adminiculata per verſimilia adminicula, quæ inducuntur per verba enunciatiua.*
7 *Verba enunciatiua ſcripta in inſtrumentis inter alios confectis non probant confinia nec inducunt plenam probationem, ſed tantum vehementem præſumptionem. Contrarium vero ſupra, nu. 5. verius.*
8 *Verbis enunciatiuis propter diuturnitatem temporis ſtatur, etiam ſi illo verbo in inſtrumento relato enuncient actum, qui interuenire non potuit tempore confecti inſtrumenti.*
9 *Inſtrumenta plene probat in antiquis, licet ſint inter alios extraneos facta.*
10 *Verba enunciatiua non ſolum inter contrahentes, ſed etiam inter alios plene probant. Speciale eſt in finibus, vt probentur per argumenta. ibi.*
11 *Qualis qualis probatio ſufficit in antiquis.*
12 *Verba enunciatiua ſufficienter probant, ſi in pluribus inſtrumentis per eadem ſiat mentio confinium, ſecus ſi in vno tantum.*
13 *Communis opinio probatur per plura inſtrumenta & non ex vnius dicto.*
14 *Plura inſtrumenta ſi habent originem ab eiſdem perſonis, cenſentur vnum eſſe inſtrumentum, & non plura. & ſic non probant eorum verba enunciatiua.*
15 *Inſtrumenta ſi omnia inueniuntur confecta ab vno notario, qui ſemper eodem modo ſcripſit, circa confinia non probant.*
Et etiam ſi à diuerſo notario ſcripta ſint ſemper pro eadem perſona, vnum tantum inſtrumentum cenſetur.
16 *Teſtibus narrantibus de auditis habentibus originem ab vno non creditur, & ita nec pluribus inſtrumentis, quæ ab vno ſiunt notario.*
17 *Duo inſtrumenta inter tertias perſonas non ſufficiunt, quia per eadem non probatur fama, & communis opinio.*
18 *Inſtrumentum vnum tantum ſufficit in antiquis quo ad ipſos contrahentes.*
19 *Inſtrumentum vnum de antiquo etiam inter alias perſonas mentionem faciens de confinibus, an plene probat.*
20 *Inſtrumentum principaliter factum ſuper confinibus ſufficit in antiquis etiam in præiudicium tertij.*
21 *Verba enunciatiua vnius inſtrumenti ſufficiunt, quando agitur de modico præiudicio.*
22 *Inſtrumenta de recenti inter alios confecta, & enunciatiua non probant, licet ſint plura.*
23 *Verba enunciatiua in antiquis inſtrumentis ſcripta in fauorem narrantium, affirmantium, renunciantium, eorumve ſucceſſorum non probant, nec eorum aſſertioni eſt ſtandum, ad probandum dominium in facto antiquiſſimo ſiue vnum, ſiue plura inſtrumenta producta ſint.*
24 *Reus ſi appareat iuſtus poſſeſſor, tunc probationes præſumptiuæ & coniecturales ex verbis enunciatiuis in inſtrumentis narratis non admittuntur contra eum, donec eius poſſeſſionis iuſtitia conſtet.*
25 *Verba enunciatiua plurium inſtrumentorum non probant in materia pœnali, & odioſa.*
26 *Inſtrumenta plura antiqua in quibus aliquid enarretur, ſi varia ſint inter ſe, ſtandum eſt pluribus numero, vel melioribus.*
27 *Diſpoſitio variatur propter rerum varietatem, & ex rerum varietate præſumitur rerum diuerſitas, & varietas.*
28 *Inſtrumenta quando vni & alteri rei adaptari poſſunt, ratione incertitudinis, vel eorum varietatis dici poſſet nullam eis fidem adhibendam.*
29 *Inſtrumenta enunciatiua, quando agitur de magno præiudicio, non probant contra tertium. Contrarium nu. 30.*
30 *Inſtrumenta enunciatiua ſiue agatur de modico, ſiue de magno præiudicio, plene non probat.*
31 *Inſtrumenta enunciatiua, quando agitur de magno præiudicio contra tertium, non plene probant, ſed ſemiplene tantum.*

1 CONfines probantur per inſtrumenta † pro cõfinibus facta vt vno conſenſu tradidere Bal. Alber. de Roſat. Salicet. &
* cæteri omnes * in l. cum aliquis. C. de iur. delib. idẽ decidit Guid. Pap. queſt. 193. in princ. & voluit Dec. conſ. 42. n. 10. adducit Bald. in d. c. cum cauſam, de probat. atque cauit Natt. conſ. 672. n. 16. vertente iamdiu. lib 4. huc pertinet, l. optimã, C. de contrahen & commit. ſtipulat. in eadem ſententia manſere Barth. Soc. conſ. 194. n. 8. c. 1. vol. 2. & conſ. 166. in cauſa communitatis col. 1. verſ. confirmantur prædicta, vol. 1. 2. & in conſ. 266. in cauſa, quæ vertitur, nu. 12. eod. vol 2. Franc. Aret. conſ 42 per totum. Bald. in conſ. 286. nu. 1. vol. 2. refert ad id l. 2. C. fi. regund. & ibi gloſſ & l. 1. ff eod. tit. Pariſ. conſ. 27. nu 15 & 26. vol. 1. & conſ. 104. per totum. eod. volu. 1. vbi nu. 24
* de * communi atteſtatus eſt pract. Papien. in forma libelli actionis realis, in verb. cui cohæret ab vna n. 3. cum ibi multis allegatis, & ibi in additio. Conſ. 333 capio primum, volu. 1. per totum & pręcipue, nu 4. & Ruin. in conſ. 92. in hac cauſa. nu. 1. & ſeq. lib. 4. Soc. conſ. 89. vol. 1. Barba. conſ. 6. in princip. vol. 2. nu 1. verſ. etiam præmitto.

Primo ampliabis, cõcluſionem procedere, licet talia inſtru
2 menta, dũmodo antiqua ſint, non directiue, † ſed enunciatiue, & aſſertiue mẽtionem de finibus faciant, ita docuit Albẽſ. cõſ. 83. nu. 4. & placuit Guid. Pap. cõſi. 88. nu. 2. Soc. pręterea in conſ. 65. nu. 7. & conſ. 86 nu. 1. vol. 1. & conſ. 166. n. 1. vol. 2 verſ. ergo multo fortius, quib. adhęret Crauet. conſ. 54. quęrit nu. 11. & in tract. de antiq. tẽpo. in 1. par. in prin. nu. 2. & Nat. d. conſ. 672. nu. 16. & propter aliud acta ſint, veluti Dñus talis iuxta cõfines tales, quia tunc ẽt plene probat, vt Dd. ſupra relati ſcripſere in d. l. cum aliquis, & in hãc ſententiã permulti reſpõdere, & docuere, vt Dec. d. conſ. 42. & Iaſ. conſ. 34. n. 7. vol 1. & idẽ conſ. 166 nu. 2. vol. 4. cũ ibi allegatis. Barba. conſ. 6 nu. 2. vol. 2. & nu. 13. vbi reprobat diſtinctionẽ Bal. in d. c. cũ cãm, quæ habet, ꝙ quędã ſunt enunciatiua, & hæc ait, Bal. faciũt admi-

Digitized by Google

adminicula, ſed non plene probant ad intentionem fundan-
dam, ſed ſolum ad coadiuuandā, nam ipſe Barba.n.13.ait, id
non procedere, qñ inſtrumenta enūciatiua ſunt antiqua, quia
tunc plene probant, & dictū Bald. locum habet in recenti, &
idem tenet Calcan.conſ.90.n.4. & intellige, vt dixi, dummo-
3 do ſint antiqua, †id eſt hominū memoriā excedentia, vt Ber-
tran.rñdit in cōſ.346.n.5.vol 4. vel ſaltem elapſi ſint quadra-
ginta anni, vt Ruin.conſ.91.n.10.vol.4.& Soc.conſ.89.in cau
ſa agitata, vol.1.vbi ait, conſiderata breui vita hominum, tē-
pus quadraginta annorum dici antiquū, & maxime quia de-
ducenda illa ætas infantiæ, in qua ignoratur, quidquid vide-
4 tur, l.1.C.de falſ. mone.ſic etiam ait idē Ruin.in conſ. 92. vel
an dicatur id tempus antiquum, relinquitur arbitrio iudicis,
iuxta ſententiam Ioan.And.& Dom.Ant.in c.illud.de præſū-
pt.& Ant.de Butr.in c.quoniam contra.de probat.quam ſen-
tentiā probauit Alex.conſ.4.videtur inſpectis his.n.15.verſ.
& dum ſit mentio.vol.2.& Ruin.d.conſ.92.n.10.& Pariſ. cōſ.
204.n.26.vol.1.& prędictam ampliationem egregie inter cę-
teros confirmat Matth.ab Afflict.in deciſ.Neap. deciſio.183.
n.1.& 2.præcipue, & pariter in ſeqq.& præclare Tiraq tract.
de præſcript.§.1.gl.4.verb.dixans.ver.28.dicens in terminis,
5 †verba enunciatiua in inſtrumento appoſita probare in con-
finibus appoſitis, idque cenſere ſingulare, Alexa.& Iaſ.in d.l.
cum aliquis.C.de iur.delib.& Bal.conſ 386.thema proponi-
tur.col.1.& 2.Ant.de Butr.in c.cum olim.de cenſib. Ant.in c.
vltimo, de ſucceſ.ab inteſt.& in clem.1.de probario.&in cle.
ſi ſumus, de ſent.excōm.Panorm.conſ.54 caſus talis eſt, quidā
Iacobus, col.2.lib.1.& conſ.62.in controuerſia.col.6.verſi.in
contrariam partem.lib.2.Dom.in c.ſi Papa.in princ.col.3.de
priuileg.lib.6.Flor.in l.in finalibus, ff.de fi.regūdo.Pau.Caſtr.
conſ.102.in cauſa cōfinium.col. penul.in 2.lectura, lib.3.Mar
tin.Laudenſ.in c.1.col.4.tit.qui fend.dar.poſſ.Alex.conſ. 19.
in cauſa, & lite verte.per tot.lib.6.Maria.in c.cum cauſam, &
ibi Fel.col.5.qui hoc late declarat.de probat.Bart.in l.ſcien-
dum.col.19.ff.de verbor.oblig.Barba.conſ.6.ſapienter ſcribi
tur per totum lib.2.& conſ.18.pręclare ſcribitur col.17. eod.
lib.2.& conſ.64.illud in medium referam, col.6.lib.3 Soci.in
conſ.86.in cauſa communitatis, colu.1.lib.1.& Iaſ.in l.ex his
verbis, col.2.in 4.limitatione, C.de teſtam.mil.& in repeti.l.
admonendi.col.87 ff.de iureiur.Dec.conſ.13.an appellatio-
ne, col.2.verſ.nec videtur obſtare, & verſ.non obſtat, ſi dica-
tur, vbi reperies, quod tempus hoc caſu requiritur, & cōſ. 36.
exēplum inſtrumēti, col.4.verſ.tertio pro reſponſione.& cōſ.
42.in 4.dubio, in fi.& iterū in conſ.5.& conſ. 152. in cauſa e-
xemptionis, col.2.verſ.& prędicta maxime, & conſ.99. viſis,
& diligenter conſideratis, & conſ.428.viſo conſilio, col. 2. &
nouiſſime probauit Iacob.de Puteo, in ſua quadā allegatione
pro communitate Terræ Valen. contra communitatem S.Sal-
uatoris, n.25.poſita in fi.tract.Hiero.de Monte de finibus. &
ratio ſecundum Dd.maxime Gemin. in c.ſi Papa.de priuileg.
6 lib.6.†nu.8.illa eſt: quia in probatione confiniū non requiri-
tur directa probatio, ſed ſufficit probatio adminiculata per
veriſimilia adminicula, quæ adminicula inducuntur per hu-
iuſmodi verba enunciatiua, vt ſancitum eſt in contex. vna cū
gl.in c.cum cauſam.de probario.

* Et hanc eſſe * communem opinionem atteſtatur Hierony.
de Monte de finibus regend.c.54.nu.3.

Contrarium tamen ſenſit Bart.in l.cū aliquis.C.de iur.de-
7 liber.Caſtr.ibidem, & Abb.conſ.62.n.2.vol.2.dicentes †con-
finia per verba enūciatiua ſcripta in inſtrumentis inter alios
cōfectis non inducere plenam probationem, ſed tantū vehe-
mentem pręſumptionē.idem voluiſſe Accurſ.in l. prædijs. §.
Titio.ff.de leg.3.& in l.cum aliquis, C. de iur.deliber.ſcripſit
Coraſ. in repet. l. admonendi.in final.verbis.nu.92.ff. de iu-
reiura.per ꝙ tamen ipſe reſtringit non procedere, qñ inſtru-
menta ſint antiqua, ſecundū Bald.& alios in d.l.cum aliquis,
prout etiam pulchre declarat Bart.Soc.d.conſ.86. n.1.& ſeq.
* lib.1.verum cum in contrariam partem ſtet* cōis opinio, non
facile, niſi vrgentiſſimis rationib. ab ea recedendum cenſeo.

Subamplia pręedictam ampliationem adeo verā eſſe, vt ſci-
licet ſtetur verbis enunciatiuis propter diuturnitatem tem-
poris, vt procedat, ēt ſi illa verba in inſtrumento relata enū-
8 cient actum, †qui interuenire non poterit tpe confecti inſtru
menti, vt doctiſſime voluit Barba.d.conſ.6.lib.2.Barth. etiam
in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.& in l.ſciendum.ff.de ver-
bor.oblig. quod & eleganter more ſuo ſcripſit Tiraq de præ-
ſcript.decem annorum, §.1.gloſ.& verſ.vſque adeo, cuius ta-
men opinionem non approbat.

Secundo ſubamplies velim prædictam ampliationem: vt in
9 antiquis plene probent huiuſmodi inſtrumēta † licet ſint in-
ter alios extraneos facta, vt tradidere Dd.& pręcipue Bal.in
d.l. cum aliquis.C.de iur.delib.cui accedit Iaſ.conſ.166. nu.
2.vol.4.& conſ.65.col.2.lib.3.& idē in l.admonendi, col. 87.
ff.de iureiur.Barba.ēt docuit d.conſ.6.n.3.in fi.Alex.monuit
conſ.90.n.5.vol.6.Ruin.ſenſit conſ.92.n.1.vol.6.& Pariſ.cō-
firmauit d.conſ.104.n.26.vol.1.& licet gl.in d.l.cum aliquis.
& in l.prædijs.§.Titio.ff.de leg.3.& in d.l.optimam, dicant,
inter contrahentes tantum verba enūciatiua probare confi-
nes, & non inter alios, quod etiam tenet Bal.in d.conſ.386.n.
2.vol.2.vbi de cōi eſt teſtatus, tamē contrariū propius ad ve
10 ritatem accedit, ſcilicet, † etiam plene probare inter alios:
vt palam teſtatur gl. in c.ſi Papa. de priuileg.in 6.quæ ait, id
eſſe quoddam pręcipuū in finib. vt probentur per argumen-
ta, & hoc in primis procedit, quādo ſunt plura inſtrumēta, vel
ſunt antiqua, vt Barba. inquit in d.conſ.6.n.10.& Bald.vt a-
lias ſæpe, nunc ēt ſibi ipſe contrarius in d.l.cū aliquis. Vnde
ne inuicem ſibi repugnent, dicendum eſt opinionem dictarū
gloſſarum, & Bal.in conſ.286.locum habere, qñ ſumus in re-
centi, ſecus vero in antiquis, vt ſupra, & ita dictā glo. intelli-
git Iaſ.in d.conſ.65.n.1.col.2.vol.3.vbi ꝓ hac apte teſtē lau-
dat Spec.in tit.de locato.§ nunc aliqua.ver.62. & tenet Soc.
ſen.in conſ. 86.n.1.in cauſa cōitatis, vol.1. & dicitur infra in
6.ſublimitatione.His finitimū eſt dictū Cra.in ſuo trac. de an
tiq.temp.in 1.parte.verſ.ampliatur nunc, fol.30.n. 5. & 10.
& l.ſi duo.ff.de iureiurand. & in l.2. & ibi recentiores.C.de
eden.

11 Ergo in antiquis debet plene probare † quia in antiquis
ſufficit probatio qualis qualis, & ita præcipue decidit Corn.
in conſ.247.col.11.lib.2 Alex.etiam in conſ.15.col.2.lib.5.&
potiſſimum, vt dictum eſt, procedit concluſio, ſi plura ſint in-
ſtrumenta, vt in ſequenti ampliatione explicabitur.

Reſtringes, & limitabis prædictā ampliationem, vt tantum
12 vera ſit, ſi ſint plura inſtrumenta: † quia tunc ſatis commode
probant, ſecus ſi in vno inſtrumento fiat mentio confiniū per
verba enunciatiua. Et ratio eſt ſecūdū Bald. in d.l.cū aliquis,
* quia per plura inſtrumenta probatur* cōis opinio, quæ com
13 munis opinio ex vnius dicto nō probatur, † vt auctor eſt Bart.
in l admonendi. ff.de iureiur.& Bal.in d.l optimā.C.de con-
trahen, & commit.ſtipulat.& Bar.Soc.in conſ.194.n.19.vol.2.
Natta ēt in conſ.672.n.39.lib.4.vertēte iamdiu, & Soc.d.con-
ſil.86.n.2.lib.1.& per Bal.in d.conſ.286.n.1.ver.quinimo ſta
tur, lib.2.atq; Ruin.d.conſ.92.n.9.vol.4.vbi plane ait, requi-
ri plura inſtrumenta.ver.nam vnum inſtrumentū, &c.& idem
placuit Alex.conſ.12.n.8.vol. 4. & nec diſſimulanter aſſeruit
Barba. d.conſ.6.n.7.lib.1.cum ibi allegatis: & idem in addi-
tio.ad Bal.in d.l.cum aliquis, & clare idē ſenſit Crau.in d.ſuo
tract.de antiq.temp.in 1.par.verſ ampliatur, n. 7. & idem in
conſi. 286.n.1.vol.2.& pulchre per Fel.in d.c.cū cauſam, n.4.
verſi.iſtud fallit.de probatio. & Hieronym. de Monte vbi ſu-
pra cap.50.num.6.

Primo ſublimita prędictā ſublimitationē, ſi talia plura in-
14 ſtrumenta habeant originem ab eiſdem perſonis, †tunc nem
pe cenſentur vnum eſſe inſtrumentum, & non plura, & ſic nō
probabunt, ita ait Bar.Soc.in d.conſ.194.n.9. adducit argum.
text.c.licet.ex quadam.extr.de teſtib.& egregie prodidit Fe-
lin.in d.c.cum cauſam.de probat.n. 4 vbi affert exemplum, ſi
oīa inſtrumēta inueniantur confecta ab vno Notario, qui ſem
per ſcripſit actum in tali loco, & talibus confinibus, & iuriſ-
15 dictionis, †quia tunc non probant.item, quod magis eſt, ait,
quod ſi in inſtrumētis ab alio Notario cōfectis mediante ſem
per eadem perſona: vt ſi in dictis inſtrumentis dicatur, vt ſe-
cundum eius aſſertionem talis res eſſet in tali confinio: tunc
hoc non probabit, & ratione permouetur, quia vnum inſtru-
* mētum cenſentur, &* communis opinio non probatur per v-
nius aſſertionem: vt dictum eſt ſupra, & inquit Ruin.conſ.92.
nu.9.vol.4.& ait quoque: vt ſicut teſtibus antiquis de auditu
16 habentibus originem ab vno†non creditur, ita nec pluribus
inſtrumentis, quæ vno fiunt notario: ſic etiam aſſeruit Hiero.
de Monte vbi ſupra n 9.& 10.d.c.6.de finid.regend.

Secundo ſublimita, vt nō procedat, etiam ſi duo ſint i. ſtru

Digitized by Google

17 menta,nam inter tertias perſonas nó ſufficiunt † quia per il-
la duo non probatur fama,& communis opinio, vt Barth.So-
cin dixit in d.conſ.194.n.4.teſtatur Spec.in tit.de inſtrumen,
editio.§. reſtat, verſ.illud.& Innoc.in c.1.de fide inſtrum. &
idẽ Soc.in conſ 86.in cauſa commmunitatis,n.2.lib.1.vnde fir-
ma manẽte ratione Bal.in d.l.cum aliquis.allata ſupra in am-
pliatione, ſequitur, vt nec per duo inſtrumenta enunciatiua
inter alios probẽtur cõfinia, vt traditum eſt à Hierony.m.de
Monte vbi ſupra.nu.8.

Tertio limitabis,vt locum ſibi vendicet quoad ipſos cõtra
18 hentes.† etenim tunc etiam ſi non eſſent plura inſtrumenta,
ſed vnum tantum,ſufficeret in antiquis ,vt Alex. conſuluit in
conſ.90.nu.5.vol.6. quod comprobat per d. l. primam,& ibi
Paul.de Caſtr.& Barba.in conſ.6.ſapienter,nu.5.& ſeq.lib.2.
& hoc procedit etiam in præiudicium tertij , vt Corn. aſſe-
ruit conſ.171.col.fi.lib.1.n.3.verſ.& ideo videtur,vt in auth.
ad hæc.C.de fide inſtru.obſeruauit glo.in d c.cum cauſam.c.
peruenit,20.quæſ.1 .& colligere eſt ex §.illud,auth.de his qui
ingred.appella.ſequitur Crauet.d.tract.de antiq.temp. in 1.
parte.verſ.ampliatur.fol.30.nu.7.

Quod tamen intelligendum eſt, ſi vnum inſtrumentum eſ-
ſet principaliter factum ſuper confinib. ſed Iaſ.in conſ.65.in
19 2.col.vol.3.† ait, etiam vnum inſtrumentum de antiquo etiã
inter alias perſonas mentioné faciens de confinibus eos ple-
ne probare,vt ex multis conſtat ibi per eo collectis.

Quarto ſubſtringas,vt non procedat,ſi eſſet vnũ inſtrumẽ-
tum principaliter factum ſuper confinibus, nãq; illud ſufficit
20 in antiquis, † & in præiudicium tertij,vt voluit Corne.conſ.
171.col.fi.lib.1.Crauet.etiam placuit in tract.de antiq.temp.
in 1.parte,verb.ampliatur,folio 38 n.67.argu.l.theſaurus. ff.
ad exhiben.& probatur in c.cum olim.in gl.2.de cenſib. Dd.
protulere in l.cum aliquis.C.de iur.delibe.

Quinto ſublimitare poteris,quando agitur de modico prę
21 iudicio,tunc enim† ſufficiunt verba enunciatiua vnius inſtru
menti,vt ait Crau.vbi ſupra n.8.auctorem laudat Iaſ. in conſ.
65.n.1.vol.3.vbi ſimpliciter ait cõfines in antiquis plene pro-
bare per vnum inſtrumentum mentionem faciens de confini-
bus ẽt inter tertias perſonas. Verum quando agitur de ma-
gno,aut modico præiudicio, conſulas Barba.in conſ.6.n.11.
vol.2.vbi nullum conſtituit diſcrimen, quando ſumus in an-
tiquis,& hoc expreſſe tradit Socin. ſen. in conſ.266. in cauſa
quæ vertitur,num.11.lib.2.alleg. Bald.& Salic.in l.cũ aliquis.
C.de iur.delib & tradita in c.cum olim.vbi Anto.de Butr.&
Abb.de cenſibus.

Sexto ſublimitare tibi licebit,vt non procedat,ſi plura illa
22 inſtrumenta ſint de recenti,†quia cum ſint inter alios confe-
cta.& enunciatiua,illa non probant,licet ſint plura,ita intel-
ligitur gl.in d.l.cũ aliquis.& in d.l.optimã. & in d. l. prędijs.
§. ſitio.ff.de legat.3.ſcilicet,vt loquátur de recenti,& nó an-
tiquo,vt ſentit Iaſ.in d.conſ.65.col.2.vol.3.vbi ait,vt tantum
verum ſit in antiquis,quo caſu,imo ibi expreſſe dicit vnũ ſuf
ficere inſtrumentum,auctorita.Spec.in tit.de loca.§. nunc ali
qua.verſi.62.& expreſſe tradit Socin.d.conſ.86.n.1. in cauſa
cõmunitatis. lib. 1. in quo loco animaduertit, ita intelligen-
dum fore Ancha. in Clemen.literis,* de prob.& communi-
ter Legiſtæ in l cum aliquis.C.de iur.delib.

Septimo ſublimitabis,qñ in antiquis inſtrumentis fuiſſent
ſcripta verba enunciatiua in fauorem narrantium , ſeu affir-
23 mantium,vel renunciantium,eorumve ſucceſſorum†quoniã
tunc non probant,vt habetur à Beltran.in conſ.167.n.12.vol.
3.& dicit Natta d.conſ.672.n.41.lib.4.neque eorum aſſertio
ni,ſeu affirmationi eſt ſtandum,ad probandum dominium ẽt
in facto antiquiſſimo,ſi credendum eſt Hiero.de Monte,de fi-
nib.regend.c.60. nu.13.qui ita ait procedere,ſiue vnum,ſiue
plura inſtrumenta producta fuiſſent,iuxta ſententia Spec. in
d.tit.de locat.§.nunc aliqua. verſ.57.& 58.n.72.& 73.

Octauo ſublimitatur, quando reus videretur iuſtus poſſeſ-
24 ſor.nam † tunc iſte probationes præſumptiuæ , & coniectu-
rales ex verbis enunciatiuis in inſtrumentis narratis non ad-
mitterentur contra eũ , de cuius poſſeſ ionis iuſtitia conſta-
ret,vt traditur à Soc.in d.conſ.194.col.fi.quem ſequitur Ay-
mo Crauet.de antiq.temp.in 1. parte , §.viſo de fama,nu.32.
relati à Hiero.de Monte,vbi ſupra,nu.12.

Nono ſublimita,vt inſtrumenta enunciantia fines non pro-
bent,quando ſunt confecta,& habent originem à perſonis ſu
ſpectis,vt dicit Natt.in d.conſ.637.n.41.per text.in c.licet ex
quadam de teſtib.teſtatur Bart.in l.minore §.tormenta.ff.de
quæſ.& conſulit Soc.cõſ.194.ſubtiliter.& eleganter,col.fi.li.2.

Decimo ſublimitatur, qñ eſſemus in materia pœnali , &
25 odioſa , † quia tunc verba enunciatiua plurium inſtrumen-
torum non probarent,vt proditum eſt ab Aymo , vbi ſupra,
ampliatur nunc,n.53.quod & probauit Bal.in l.1.in fin.C.de
neceſſ.ſer.hæred.inſtituen.quem ſequitur Dec.in d.c. p tuas,
col.1.poſt medium,verſ.ſed replicari poteſt,& probat Iaſ. in
d.l.his verbis,col.3.& poſt med.C.de teſtamen.milit.quibus
accedit Hieron.de Monte,vbi ſupra n. 15.

Neque erit hic omittendum , quod ſi plura inſtrumenta
26 antiqua,in quibus aliquid narretur, eſſent varia inter ſe,†ſtã
dum eſſet pluribus numero,vel melioribus,vt in hanc ſenten
tiam traditum eſt à Crau.vbi ſupra in præallegato loco n.26.
& 4.per l 2.in verſ.ſed & ſi ſit,verſ.& ibi famæ crebrior.ff.de
offic.quęſt.& ab Aretin. doctum eſt in d.c.cum cauſam,nu.8.
9.& ibi per Felin.nu. 5.

Sed contrariam fortaſſe ſententiam tueri poſſumus,q plu-
27 ribus,vel melioribus inſtrumentis credendum non eſſet,† qa
ſicut propter rerum varietatem diſpoſitio variatur,vt incer-
ta. l. in teſtamento.ff de conditio.& demoſtratio. & ſicut ex
rerũ varietate præſumitur rerum diuerſitas,& varietas,ſecun
dum Parid.de Put.in c.ſi finibus.de finib.feudor.Hier.de Mõ
te,vbi ſupra,n.29.ſic etiam ſimili ratione in certitudinis, vel
varietatis inſtrumentorum poſſet dici, nullam eis fidem ad-
28 hibendam eſſe †& potiſſimum,quando inſtrumenta vni , &
alteri rei adaptari poſſent;per ea,quæ tradidit Auguſt.Arim.
in additio.ad Ang.in verb.Caium Sempronium,ver. tu autẽ,
nu.7 & Hieron.de Monte vbi ſupra.

Secundo limita principaliter ſecundã ampliationem,vt nõ
29 vera ſit,quando agitur de magno præiudicio,†quia tunc ta-
lia inſtrumenta enunciatiua plene non probant contra tertiũ.
etiam in antiquis,vt Abb.& recenciores ſcripſere in d.c.cum
cauſam.de probatio.& idem tenet Corne.conſ.22.col.3. lib.
3.idem voluit Abb.in c.cum olim.de cenſib.&,idẽ cauit Abb.
in conſ 54.col 2.verſ.3.probatur.lib.1.

Sed Barba.in d.conſ.6.nu.27.verſ.ad hoc.lib. 2. reprehen-
dit hoc Abb.enunciatum, ex rationibus, & auctoritatibus p
30 eum ibi allatis,& tandem concludit,quod ſiue agatur de mo
dico,ſiue de magno pręiudicio,tamen plene probare.

Sublimita prædictam limitationem,vt tantũ procedat †qñ
agitur de magno præiudicio contra tertium,etenim tunc ve-
rum eſt,vt non plene probent,ſed tantum ſemiplene , vt Ay-
mo Craue.aſſeruit in tract.de antiq.tempor.in 1.parte,verſ.
ampliatur,fol. 31. nu.10.vbi tamen ſentit,vel licet non plene
probent contra tertium,ſaltem ſemiplene probent.

CONCLVSIO CCCXCV.

ARGVMENTVM.

Confines an per teſtes probentur.

1 *Confines per teſtes probantur.*
2 *Teſtes in materia confinium, qui vicini ſunt , & circum ibi habitant , ſunt magis idonei,quam alij,& quanto ſunt ſimpliciores,& magis ruſtici, ſunt credibiliores, & præcipue ruſtici admittuntur, ſi ſenes ſunt, & antiqui.*
3 *Teſtibus in materia confinium non creditur, niſi interrogati rationem reddiderint facti corporeo ſenſu immediate perceptibilis.*
4 *Teſtes deponentes de auditu auditus ſuorum maiorum in materia confiniũ probãt.*
Teſtes,qui deponunt de credulitate,admittuntur in materia confinium.
5 *Probatio per auditum ſufficit in antiquis: cum probatio per uſum ſit impoſſibilis.*
6 *Teſtibus circa confinia non eſt credendum, ſi audiuerint dici ab vno, & eodem, & ſic originem habeant de vno tantum auctore.*
7 *Teſtes de auditu ſi non nominant, à quibus audiuerint,non probant.*
8 *Teſtes licet ſint de loco confinij produci poſſunt,& ſunt magis idonei,quam alij,dũmodo ſingulariter aliquod non ſentiant commodum,vel damnum.*
9 *Teſtes licet ſint de vniuerſitate, & dependẽt ſuper confinibus ſuæ vniuerſitatis, probant,dummodo particulare commodum ipſi non ſentiant , licet illud appetant in vniuerſo,ſed ſi ſingulariter cuiquam de vniuerſitate obueniat vtilitas,illi de vniuerſitate non admittuntur.*
10 *Teſtes de vniuerſitate procul dubio admittuntur,quando agitur ciuiliter,& plus , vel minus creditur eis ſecundum quantitatem aſſiſtentiæ, & familiaritatis, quæ inter eos eſt: ſed ſecus in criminalibus,quia non admittuntur.*
11 *Teſtes domeſtici,& familiares,quales ſunt illi de vniuerſitate inter ſe,in criminalibus repelluntur, ſed quando per alios probari non poteſt , in defectum probationis admittuntur.*
12 *Teſtes de vniuerſitate admittuntur in criminalibus, quando ipſa vniuerſitas,*

ita

ita parua eſt, quod illi de ipſius corpore cadant in nomen domeſticorum, vel cohabitantium.

13 *Paritas aſſertionis omnem ſuſpicionem excludit.*
14 *Teſtes vaſalli deponentes pro domino ſuo in materia confinium non repelluntur, dummodo non ſint grandi amicitia coniuncti, & alioquin viri probi.*
15 *Vaſallus virtuoſus deſtrueret vaſallagij aſſertionem propter veritatem, propter quam deſtruenda ſunt familiaria.*
16 *Subditi alicuius Regis, vel domini, quare teſtimonium pro Regibus ſuis perhibere poſſunt.*
17 *Subditi ratione dominij, vel patria poteſtate à teſtimonio perhibendo repellantur.*
Iudicis arbitrio relinquitur, an teſtes vaſalli admittendi ſint, ibi.
18 *Teſtis de vniuerſitate, cui in vniuerſo aliquid vtilitatis obuenit, non repellitur à ferendo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed ei minus, quam alijs creditur.*
19 *Teſtes pro ſua communitate deponere poſſunt, ſi commodum, vel incommodum immediatum non ſentiunt.*
20 *Teſtes de vniuerſitate ſecundum communem opinionem in cauſa vniuerſitatis admittuntur ad teſtificandum, quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum.*
21 *Illi de vniuerſitate pro eorum vniuerſitatibus deponere poſſunt, licet reportarent commodum in vniuerſo.*
22 *Teſtes de vniuerſitate in nemorum litibus admittuntur ad perhibendum teſtimonium, quando aliquid datiarijs ſoluunt pro lignis.*
23 *Homines de vniuerſitate erunt idonei teſtes, quando in cauſa vniuerſitatis eſt quæſtio de molendino, vel de alijs rebus, quarum vtilitas in commune peruenit.*
24 *Vnus de vniuerſitate non poteſt pro ea teſtificari, ſi illud pro quo teſtificatur ſingulorum commodum concernit.*
25 *Nemo de vniuerſitate dicitur deponere in cauſa propria, cum aliud ſit vniuerſitas, & aliud ſinguli de vniuerſitate.*
26 *Teſtes de vniuerſitate non ſentientes commodum, vel incommodum admittendi ſunt, ſed eis de fide diminuendum, & non faciunt plenam, & integram probationem, ſed præſumptionem, cum negari non poſſit, quin habeant aliquam affectionem erga ſuam communitatem, & ideo non ſunt omni exceptione maiores.*
27 *Teſtes habentes lites cum vniuerſitate, ratione affectionis non ſunt idonei.*
28 *In iudicando, & conſulendo à communi opinione non eſt recedendum.*
29 *Communis opinio in iudicando quotieſcunque reperitur falſa euidenter, vel probabilibus rationibus, & argumentis conuinci poteſt non eſt ſequenda.*
30 *Legi aut canoni potius ſtandum eſt, quam communi opinioni.*
A communi opinione non ſolum, verum etiam à lege iudex ex cauſa recedere poterit, ibi.
31 *Fines probari etiam poſſunt per teſtes ſingulares, quando agitur de iuriſdictione.*
32 *Teſtis ſi dicat, tale caſtrum habere merum imperium, quia vidit illius loci officialem feciſſe decapitare vnum in tali loco, & alius dicat eodem in loco vidiſſe dictum officialem ſuſpendere feciſſe vnum, ex eorum depoſitionibus reſultabit probatio.*
33 *Locus iuriſdictionis ratione exercitij præſumitur illius eſſe, qui iuriſdictionẽ exercet.*

1 CONfines † probantur per teſtes, ita ſancitum reliquit Honor. III. Pontif. Max. in c. cum cauſam. de proba. quod quidem ſummi Pontif. pronunciatum plerique eum conſulentes, tum etiam profitentes probauere, è quorum numero primus ſeſe nobis offert multi ſcius ille Bald. in conſ. 420. num. 1. vol. 1. Guid. Pap. in q. 193. nu. 2. cui ſententiæ videtur etiam fauere Paulus I.C. in l. in ſumma. §. item Labeo. ff. de aqua pluu. arcen. & ibi gloſſ. & Bart. Andr. Barbat. d. conſ. 6. num. 4. vol. 2. Bertrand. conſ. 307. in fin. num. 10. vol. 6. affert ad id, l. ſi arbitri, ff. de probatio. Innoc. in c. quid per nouale, & in c. veniens. extr. de verbor. ſignific. Pariſ. conſil. 104. nu. 21. & ſequ. Corn. conſ. 215. viſo, colum. 3. in fin. libr. 1. & conſ. 28. viſis, colum. 3. vol. 1. Socin. conſ. 89. col. 1. in cauſa agitata vol. 1. Verum ſcias
2 velim, teſtes in hac materia, qui vicini, & circum ibi † habitant eſſe magis idoneos, quam alios. ita colligere poſſumus ex Vlpia. reſpondit in l. 1. ff. de fluminib. imo quanto ſunt ſimpliciores, & magis ruſtici, ſunt credibiliores, quia non deponũt, niſi de poſſeſſione facti tanquam oculis ſuis ſemper aſtantes ſuper iſta loca, vt notatur l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verbor. obligat. ſic loquutus eſt Bald. in conſ. 420. num. 1. & 6. volum. 1. & idem in conſi. 286. num. 1. volum. 2. vbi ait, præcipue admitti ruſticos, ſi ſint ſenes, & antiqui, & in eodem conſil. 286. Bald. ait, nu. 3. in huiuſmodi materia fidem non adhi-
3 beri teſtibus, † niſi interrogati reddiderint rationem facti, quod corporeis ſenſibus proxime poſſit percipi. l. 1. C. de vſur. & ita Innocen. in d. c. cum cauſam. de probatio. Vnde Bal. ibidem ait, quod ſi teſtes deponant veluti ſundum talis eſſe de tali territorio, & confinio, nihil probant, ſed ſemper eſt confugiendum ad eorum rationem, & cauſam redditam, vt ſupra, Bald. etiam conſulas in conſ. 445. num. 1. vol. 5. & conſi. 420. vol. 1. nu. 1. & conſ. 468. vol. 3. nu. 1. & 7. & Practi. Papi. in forma libelli actionis realis, nu. 3. verſ. cui cohæret.
4 Primo ampliabis, vt procedat etiamſi tales teſtes † depoſuerent de auditu auditus ſuorum maiorum, ut inſigniter ſancitum eſt à Celeſtin. III. Pontiſ. Maxim. in contex. c. licet ex quadam, ibi valere teſtimonium de auditu, de teſtibus, per quem context. ita ibi notat Ant. de Butr. in 1. notab. & in terminis confinium tradidit Alex. conſil. 187. in hac cauſa, & lite vertente, colum. fin. num. 16. libr. 2. & voluit Natta conſ. 672. vertente iam diu. nu. 14. lib. 4. & ibi addit, admitti etiam teſtes, qui deponant de credulitate, motus auctoritate ſummi Pontiſ. Eugenij III. in c. quotiens, ibi, accepiſſe à maioribus ſuis, & credere de teſtib. & late id proſequitur Hieronym. de Monte tract. de finib. c. 25. per totum, quinimo faciunt etiam plenam probationem, iuxta ſententiam Abb. in d. c. cum cauſam, in princ. de proba. & ibi per Dec. nu. 2. & Bart. ita docuit in tract. de teſtib. verſic. hanc eãdem, num. 28. quem ſequuti fuere Guid. Pap. d. quęſt. 193. & conſ. 88. & Hippolyt. de Marſil. qui multa adducit in rub. C. de probatio. num. 195. Capic. deciſi. 192. in cauſa terminata. Bald. in l. conuenticulam, C. de epiſc. & cleric. & Iaſ. in conſ. 166. num. 2. volum. 4. & Barthol. Socin. in conſ. 89. num. 2. Ruin. conſ. 92. num. 1. volu. 1. Aymo Crau. de antiq. tempor. in 1. parte, verſic. viſo de fama. fol. 95. nu. 1. & dixit Barbat. conſ. 6 ſapienter ſcribitur, nu. 9. & lib. 2. & reddit rationem, quia ita eſt veriſimile, per locum à communiter accidentibus.
Et cum probatio per ſenſum oculorum, in antiquis ſit im-
5 poſſibilis, † probatio per auditum ſufficit, ita voluit Corne. conſ. 33. capio. nu. 22. vol. 1. item conſ. 12. videtur prima, volu. 3. per ea, quę habentur in l. ſi. C. de ſacroſan. eccl. per c. licet ex quadam de teſtib. c. 1. & gl. in verb. memoria. de præſcr. in 6. & eandem opinionem comprobauit Paris de Pur. in c. quia in memoria, nu. 5. de finib feud. Soc. conſ. 89. num. ... vol. 1. Dec. conſ. 321 nu. 8. atq; Hieron. à Monte vbi ſupra, c. 51. n. 8.
Primo limita prædictam ampliationem, vt non vera ſit, ſi
6 audierint dici ab vno, & eodem, & † ſic originem habeant de vno tantum authore, etenim tunc eis non eſt credendum vt habetur in d. c. licet ex quadam, in glo. in verb. ab vno, de teſtib. & per Barb. in c. ex litteris, nu. 39 de probat. atque à Fel. in c. cum cauſam. nu. 4. de proba. verſ. illud fallit quibus adhęſit Hieron. de Monte, vbi ſupra num. 8.
Secundo limitabis, quando teſtes non nominarent, à qui-
7 bus audiuiſſent, † nam tunc non probarent, ita proditum eſt à Crau. vbi ſupra, verſ. viſo de fama, nu. 12. per ea, quæ fuere obſeruata in d. c. licet ex quadam. & ita reſpondit Corn. in conſ. 78. viſo proceſſu, col. 3. vol. 3. vbi vult, teſtes deponere debere, ſe audiuiſſe ab antiquioribus ſuis, vel maioribus, quod docet glo. in c. cum à nobis, in verſ. centum annorum, de præſcr. quod ſequitur Hieron. de Monte vbi ſupra, num. 9.
8 Secundo amplia, vt huiuſmodi teſtes poſſint produci, † licet locum cõfinij incolant, Guid. Pap. decidit in d. q. 193. nu. 2. imo iſtiuſmodi ſunt magis idonei, quam alij vt ait Vlp. in l. 1. §. 1. de flumi. & pract. Pap. in for. libel. act. real. ibi, qui cohęret ab vna, vt Bal. d. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. & dixi ſupra in concluſione, & dicetur in ſequenti ampliatione.
Et intelliges concluſionẽ, dũmodo teſtes illi prædicti præcipue aliquod non ſentiunt commodum, vel damnum vt ait Guid. Pap. in d. q. 193. & dicetur infra in 3. ampliatione.
Tertio amplia, vt locum habeat, licet huiuſmodi teſtes, ſint de vniuerſitate, & deponant ſuper confinibus ſuæ vniuerſita-
9 tis, dummodo † præcipuum ipſi commodum non ſentiant, licet inferant commodum in vniuerſum, vt dicunt Cyn. & Dd. in l. parentes C. de teſtib. & in l. idonei. C. eo. & in l. conſenſu. C. de repud. & in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. atque Speculat. tit. de reſtitut. § opponitur, verſic. ſequitur, in additio. Guid. Pap. etiam in d. quæſtio. 193. num. 2. circa fin.
* & hæc eſt communis * opinio, vt atteſtatur Bald. in conſ. 420. nu. 6. volum. 1. vt refert vltra ſupra allatos Cyn. in l. parentes. C. de teſtibus. & idem tenet Io. Andr. in c. cum nuncius, in gl. 1. extr. de teſtibus. vbi ait, quod ſecus eſt, ſi ſingulariter quiſquam de vniuerſitate perciperet vtilitatem, quia tunc illi de vniuerſitate non admittuntur, & idem placuit Ruin. in conſil. 92. num. 3. volum. 4. teſtatur Accur. in §. cogitandum. authent. de mona.
Limita prædictam ampliationẽ, vt locum ſibi vendicet tñ,
10 † qñ agitur ciuiliter, tunc enim proculdubio admittuntur teſtes de vniuerſitate, vt gl aſſeruit in c. cũ R. extr. de off. deleg. & colligere eſt ex c. accuſatores. 5. qō. 5. & tradidit Abb. in c. inſup de teſtib. nu. 4. vbi ita loquutus eſt, vt ẽr in ciuilibus credatur, ꝙ plus, vel minus eis ſit credendũ, ſecundũ quantitatẽ affectionis, & familiaritatis, quæ inter eos eſt, iuxta notata ꝑ gl. in c. literis, de teſtib. & d. c. accuſatores. ſed ſecus ĩ crimi-

Digitized by Google

nalibus, qa non admittũtur, vt Dd.ſcripſere in c.ſuper prudẽ-
tiã, 14.quęſ.5. & d.c.accuſatores, & c.numerus.de teſtibus. &
11 Abb.in c.inſuper.& ratio eſt,† qa in criminalib.repellunt do-
meſtici, & familiares, quales ſunt iſti de vniuerſitate inter ſe,
ꝙ corroborat c.repellantur.de accuſat. ſed Spec.in tit.de te-
ſtib.§.1.verſ.ſed nunqd in cauſa, temperat hoc dictum, videli
cet, vt ẽt in criminalibus procederet, quando alias per alios
probari nõ poſſet, quia tunc in defectum probationis admit-
terentur, quod etiam probauit Abb.in d.c.inſuper.nu.4.

Primo loco velim ſublimites prædictam limitationẽ, quod
12 de criminali dictũ eſt, vt ꝓcedat† qñ ipſa vniuerſitas ita par
ua eſt, vt illi de ipſius corpore cadãt in nomen domeſticorũ,
vel cohabitantium, vt inquit Ioan And.in d. c.cum nuncius,
de teſtib. vbi ait, ita loqui dicta capitula ſupra relata, id eſt,
d.c. ſuper prudentia.14.quæſ.2.d.c.repellãtur. de accuſatio.
& hoc dictũ Ioan.Andr. reprobat Abb.in d.c.inſuper.d.n. 4.

Secundo ſublimita, vt tantum locum habeat, qñ volunt te-
ſtificari contra extraneum, ſed ſecus ſi inter illos de vniuerſi-
13 tate, nã tunc in criminalibus admittuntur,† vt inquit Tripho
nius I.C. paris affectionis cauſa ſuſpicionẽ fraudis amouet, in
l.non ſolum.ff.de ritu nuptia.& Abb.in d.c.inſuper.n.4.& vi-
deas Hiero. de Monte, tract.de finib.regend.58. per totum.

Quarto amplia concluſionem, vt vera ſit etiam in teſtibus
vaſallis pro domino ſuo, etiam in hoc caſu deponentibus, vt
ait Bal.in d.conſ.480.n.7.vol.1.& vt ita ſentiat ea ratione ꝑ-
14 mouetur, quia† non repelluntur ex aliquo capite principa-
li, & particulari alicuius legis hoc dicẽtis, ſed ex generali ca
pite, quos omnes admittuntur, qui non prohibẽtur, quia edi-
ctum de teſtib. (vt dictum eſt ſupra) eſt prohibitorium, in 3.
ampliatione, & fuſius in concluſione Cõpater. & ita in termi
nis conſuluit Matth.ab Afflict.In deciſ.304. per totum, & pręe
cipue n.14.15. dummodo tamen non ſit maxima amicitia cõ-
15 iunctus, & alioquin ſit vir probus; † quia vaſallus probitatis
amans deſtrueret vaſallagij affectionem propter veritatem,
vt dicit Philoſophus 1.Ethicorum.ibi, propter veritatem de-
ſtruenda ſunt familiaria, &c. quod vſq; eo ait procedere Af-
flict. vbi ſupra, etiam ſi dominus habeat in eo merum, & mix
tum imperium, & ei iurauerit fidelitatem, dummodo tamen
non probetur, cum eo maxima deuictum eſſe neceſſitudine,
vel eſſe abiectam, & vilem perſonam. Refert, & ſequitur Hie-
ronym.de Monte, vbi ſupra c.58.n.3. Ad idẽ facit, quod vult
Alex.conſ 88.quoniam omne datum, verſ.item non obſtat. n.
16 16.vol.5 vbi dicit† ſubditos alicuius Regis, vel domini poſſe
teſtimoniũ perhibere pro ſuis Regibus, alias inquit, ſequere-
tur maximum abſurdum, & incõueniens, qa tales domini per-
ſæpe de iure ſuo probare non poſſent. Quocirca aduertendũ
eſt, ſubditos ratione iuriſdictionis non excludi, ſed ſubditos
17 ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis repelli, ſic ait Hiero.
de Monte vbi ſupra n.5. Dicit tamẽ Bal.d.conſ.480.n.7.ꝓ ſo-
lutione, an huiuſmodi teſtes ſint admittendi, relinquẽdũ eſſe
arbitrio iudicis; nã ſi huiuſmodi teſtes vaſalli ſint bonę vitę,
& famę, & veroſimilia deponũt, & ꝓcipue ſi coadiuuent di-
ctis aliorũ, qui non ſint vaſalli, creditur eorũ teſtimonijs, tã-
quam corroboratis per bonã vitã, & famã, & alios teſtes ex-
trinſecos, vt l.ſi quis ex argentarijs.ff.de eden.& ibi Docto-
res, ꝙ etiam approbat Afflict. vbi ſupra, nu.14.in d.deciſ.404.
& Paris de Put.in c.qui ſæpe, nu.1.& 2.de finib. feudor.

Verum quia de veritate ſupradictæ tertiæ ampliationis a-
lij alia ſenſere, & varię ſunt opiniones Dd. placuit eas ſic ſi-
gillatim recenſere.

Et in primis Abb.in c.inſuper, n.2.de teſtib.in eã deſcẽdit
ſententiã propter vtilitatem, q̃ ſecundario ſinguli de vniuer-
18 ſitate perciperent,† non omnino repelli à ferẽdo teſtimonio
in cauſa vniuerſitatis, ſed eis minus, q̃ alij credi, habita ſemp
rõne ad perſonarũ qualitatem, & lucri quãtitatem, arg.c.& ſi
quęſtiones.de ſimo.& deinde ſubdit ꝓdicta procedere, qñ ab
aduerſa parte alij teſtes in cõtrarium producerentur, ſed vbi
nõ eſſent, niſi teſtes de vniuerſitate pro vniuerſalib. ab vtraq;
examinati, ſatis eis plene credendũ putaret in aliorũ teſtium
defectũ, dummodo alias idonei fuerint, per tex.in c. ſup pru-
dentia.14.quęſ.2.& licet dictũ cap.loquatur in clericis, tamẽ
eius ratio cum ſit generalis, per l.in tãtum.§.1.ff. de re.diuiſ.
vendicat ſibi locum etiam in laicis vniuerſitatis ſingularis.

Alia fuit opinio Bal.in conſ.468.qnaliter, n.6.vol.3. videli
19 cet, ꝙ ſi teſtes non ſentiant commodũ,† vel incommodũ im-
mediatum, poſſint ꝓ ſua communitate deponere, & ſecundũ
* eum Dd.communiter ſentire videntur, & idem placuit Rom.
conſ.7.n.4.& Petr.de Girar in ſingul.53 incip. vtrum ciuis. v-
bi in fi. ita loquendo, diſtinguit, aut non litigatur principali-
ter de vtilitate ſpectãte ad ciues, & ſunt idonei.§.legatarijs
Inſtit.de teſtam. aut quęſtio eſt ſuper re principaliter ſpectã-
te ad commodum, & incommodum ciuium, & non ſunt ido-
nei teſtes.l.omnibus, C.de teſtib.

* Aliter opinatus eſt Fulgoſ.in conſ.174.vbi vult * commu-
20 nem opinionem eſſe,† vt teſtes de vniuerſitate in cauſa vni-
uerſitatis admittantur ad teſtificandum, quando ex victoria
nullum ſint habituri commodum: vt ſupra in d.tertia amplia
tione dictum eſt Idem voluit Corne.in conſi.333.nu.57.ſub-
dens, non congruere inſtare, an ſint ita integri, vt alij.

Alium huius rei ſenſum habuit Guido Pap.in quæſ.139.in
21 fin.dum† vult, illos de vniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſi
tatibus deponere, licet reportarent commodum in vniuerſo,
per ex, quæ obſeruauere Cyn.& Dd.in l.parẽtes.C.de teſtib.

Ab iſtis etiam longe ſecus ſenſit Alex.in conſ.99.viſis pro-
ceſſibus, n.15.vol.5.quem ſequitur Ant.Capi.in deciſ.151.v-
22 niuerſitas, n.6.videlicet,† teſtes de vniuerſitate in nemorum
litibus admitti ad peribendum teſtimonium, quãdo aliquid
datiarijs ſoluunt pro lignis. & itidem Alex.in cõſ 68 & viſo,
n.16.vol.2.vult, vt quãdo in cauſa vniuerſitatis ſit quæſtio de
molendino, vel de alijs rebus, quarũ vtilitas in commune ſit
23 referenda† tunc illius homines eſſe idoneos teſtes, quæ opi-
nio placuit etiam Ioan.de Ami. Venefre.in conſ.8.n. 25. licet
in imponendis collectis commodũ ſentirent, quia minus gra
uarentur propter vtile, quod redderetur in communi.

Nec ſuperioribus conuenit opinio Lanfran. in c. quoniam
contra, in verſ.teſtium, n.121.de probat. voluit .n. vt ſi illud,
ſuper quo ſit lis, ſingulorum commodũ reſpiciat, veluti ſi di-
ſceptetur ſuper nemore, in quo quilibet põt accipere de li-
24 gnis pro vſu ſuo† tunc vnus de vniuerſitate non poſſit pro ea
teſtificari, & idẽ voluit Bertran.conſ.51.vol.2. Pariſ.etiã conſ.
37.n.98.& conſ.104 n.135.vol.1.atque Hippolyt. de Marſi.
* in § ſeruus municipiũ.n.2.de quęſ.dicit * oẽs Dd. tenere, il-
los de vniuerſitate poſſe teſtimonium perhibere in cauſa vni
25 uerſitatis, & hac ratione,† quia nemo de vniuerſitate dicitur
deponere in cauſa propria, cum aliud ſit vniuerſitas, & aliud
ſinguli de vniuerſitate, c.quia manumittũtur, 12.quęſ.2. & iſta
prius fuere deducta per Abb.in d.c.inſuper, n.2.& vbi ẽt plu-
res deſcribit fallentias, de quibus ſit mentio per Dec. ibi.

Verum Cæpolla de ſeruit.ruſtic.ꝓdior.in tit. de iure paſcẽ-
di, n.10.& 11. videtur iudicio meo melius cæteris ſenſiſſe: dũ
dicit, vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodũ, vel incõ-
26 modũ eſſe admittendos,† ſed eis de fide diminuendum, nec
facere plenam, & integram probationem, ſed præſumptionẽ,
quia negari non poteſt, quin ipſi habeant aliquã affectionem
erga ſuã communitatem, cũ ſic habere conſueuerint, & ideo
ſic præſumendum erit, arg.l.certi condictio.ff.ſi cert.pet.& ꝑ
Dd.in l.1.C.de arbitr.& plura congerit Afflict.in deciſ. 400.
ideo nõ ſunt omni exceptione maiores, ex quo exceptio iſta
præſumpta opponi poterit, ad id eſt gl.inſignis in c.1.in verſ.
maiore.de conſang.& affinitat.in §.item verborũ. Inſtitu. de
27 inutil.ſtipu.& itidem rõne affectionis† teſtes habẽtes ſimiles
licet non ſunt idonei teſtes vt habetur per gl.in c.Rom.Cano
nicus.verſ.cum ſint eius ſocij de offic.dele.per notat.in c. ꝑ-
ſonas.de teſtib.& in c.cauſam.de iudic.hoc idẽ cõſuluit Imo.
in conſ.102.ꝑ Ludou.quod ẽt ſcitu dignũ arbitratus eſt Rom.
in ſing.355.volo probare, & cauit Grãmat.conſ.ciuil.52.n.1.
vbi ſubdit, nedũ ſemiplene probare; verũ etiam à teſtimonio
repelli: iſta tamen limitantur ſecundũ Feli.in c.perſonas, qñ
teſtis iuraret, ſe non conſequuturum commodum.

28 Et quamuis† in iudicando, & conſulendo non ſit receden-
dũ à cõi opinione, vt proditum eſt ab Alex.conſ.25.viſo pro-
ceſſu. num.2.& vol.6.& à Curt.Sen.in conſ.43.n.3. & in cõſ.
57.n.9.& 13.nihilominus non erit ſequenda cõis opinio iu-
29 dicando† quotieſcunq; reperiretur falſa dilucide, vel proba-
bilib.rationibus, & argumentis conuinci poſſet, vt bonus iu-
dex acutiſſime exiſtimabit, ſecundũ Abb.in c.tua nos. nu.9.
de vſur.& Barba.in conſ.28.ſcripſit belliſſime.n.2.vol.1. vel
qñ Canon, aut lex aliud diſponeret, quia tunc potius ſtandũ
30 eſſet legi, aut canoni,† quam communi opinioni iuxta ſenten
tiam Bero.in quæſt.116.n.2. & ex cauſa non ſolum à cõmuni
opinio-

Digitized by Google

opinione, verum etiam à lege iodex recedere poterit, per plura, quæ congerit Neuiza in ſylua nuptiali.in lib.5. & ideo non obſtãte eo, quod dictum eſt in 3.ampliatione ſupra, melius eſſet ſequi Cæpollæ ſententiam, non obſtante communi opinione in contrarium.

Quinto ampliabis, vt per teſtes ſingulares probari etiam
31 poſsiut fines, quando † ſcilicet agitur de iuriſdictione, vt aſſeuerauit Hieronym. de Monte tract. de finib. c.55.nu.1. videlicet ſi vnus dicat & deponat de vno actu iuriſdictionis, & alter de alio actu, vt docuit Bal. in l.fi.C.de teſtib. Vnde Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra. in verſic. teſtium. nu.
32 30. de probat. voluit, quod † ſi vnus teſtis dicat, tale caſtrum habere merum imperium, & interogatus reſpondeat ſcire; quia vidit illius loci magiſtratum in iſtiuſmodi loco quempiam capite mulctandum curaſſe, & alius teſtis aſſerat, ſe vidiſſe in eo loco dictum magiſtratum ſuſpendere iuſsiſſe vnũ, ex eorum depoſitionibus emergat probatio, per Innocen in
33 c.qualiter.2. de accuſat. Quapropter † ratione exercitij iuriſdictionis iſte locus præſumitur illius eſſe, qui iuriſdictionem exercet, vt in hanc ſententiam reſpondit Abb. in conſil. 65.num.18.volum.2.& Brun. in conſil.34. num 6. Sed de hac re fuſius infra dicetur in concluſione, Iuriſdictio.

CONCLVSIO CCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per famam publicam & antiquã.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per famam publicam & antiquam.*
2 *Fama per duos teſtes probatur.*
3 *Dominium antiquiſſimum loci & iuriſdictionis per famam probatur.*
4 *Fines non probantur per famam de recenti.*
5 *Fama in antiquis plenam & concludentem probationem facit.*
6 *Fama ad hoc vt plenam faciat probationem, probari debet, quod ante litem inchoatam ſit orta.*

1 COnfines probari per famam publicam † & antiquam, ſanxit Honor. IIII. Pontif Max. in c. cum cauſam. de probat. ibi Fel. nu.1.& 9.& cæteri. Hoc idem aſſeruit Accurſ. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de negot. geſt. cui adhæſit Bal. in l. conoenticulam. C. de epiſcop. & cleric. quem ſequutus eſt Pariſ. conſ.4.nu.8.vol.4 teſtatur Cardin. in clement.1. in 3. oppoſitione. de probat. & multi alij ſcribentes in hanc ſententiam deſcendere, vt Socin. in conſ.89.col.1.vol.1. idem Bal. conſ.420. verba Principis. vol.1.& conſ.586. thema proponitur vol.2. Ang. in l. Titius. ff quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Natt. conſ.672. vertente iam diu. nu.15. lib.4. Guid Pap. d. quæſt 193. verſic 3. Hippolyt. de Marſil. in l. de minore. §. plurimum. nu.85. de quæſtio. Grat. in reſponſ.135. nu.11. vol.
* 1. cui concluſioni & ea patrocinantur, quæ tradidere* omnea in c. veniens. de teſtib Barbat. in conſ.6.nu.19. vol.2. Franc. Aretin. conſ.42.num.1. & nouiſſime Hieronym. de Monte. d. tract. de finib. reg. c.55.nu.10.& 11.& c.66.nu.1.

2 Fama autem, vt † quaſi prætereiens id in præſentia tradã, probatur per duos teſtes, vt obſeruauit gl. in c.ſi teſtes. §. itẽ ſæpe. in gl. fama. 4.q.3.& gloſ in l.3.§. eiuſdem. ff. de teſtib.& habetur in deciſ. Capel. Tholoſ.379. in addit. incip. idem tenet Siculus. Guid. Pap. d.q.193.nu.1. & Hieronym. de Monte vbi ſupra, num.2.c.66 Sed de hac re latius infra diſſeretur in concluſione, Fama, quæ proprius eſt locus huius materiæ.

Amplia concluſionem, vt non ſolum per famam probẽtur
3 fines, vt dixi, ſed † etiam probetur dominium antiquiſſimũ loci & iuriſdictionis, vt voluit Bertran. in cõſ.508. viſo ſummario.n.12.13.& 14.vol.2.& cõſ.82. viſo themate. nu.8.& 9. vol.3.& conſil.150. in cauſa. nu.9. vol.6 quem refert & ſequitur Hieronym. de Monte, vbi ſupra, d.c.66. num.10.

Limita concluſionẽ non procedere in fama de recenti, qa
4 fama † recens dr̃ conſentiens & cõfirmans, vt gl. ait in l. proprietatis dominiũ. C. de probat. ſed tñ, vt ſupra dictũ eſt, in antiqua, vt tradidere ſupra relati ſcribentes, quæ in huiuſmodi materia ſufficit, vt voluit Ang. in l. Titius. ff. quibus mod. pig. &c. vbi arbitratur, dictã gl. §. cum me abſente. l. atqui natura. ff. de negot. geſt. eſſe ſingularẽ, & vnicã in iure, vt refert Nicol. de Neapol. in l. quidã in ſuo. ff. de cond. inſtit. & quod et aſſeruit alio in loco Accurſ. in l. litib. C. de agric. & cenſit. lib.11.& ſancitũ eſt in contextu. in d.c. cũ cã. qui loquitur in fama antiqua, & reſpondit Barbat. d. conſi.6. num.56. vbi hoc
5 perſpicue docet Dec. præterea conſi 45.n 12. vbi † ait, in antiquis plenam & concludentem facere probationem.

Secundo loco limitabis, nã fama ad hoc, vt faciat plenam
6 probatiouẽ, dẽt probari, ante † litẽ inchoatam eſſe ortã, per ea, quæ tradidit Aymo Crauet cõſ.260. ad dubia. nu.7. vol.2. quẽ refert & ſequit Hieron. de Monte vbi ſupra, d.c 56. nu.7.

CONCLVSIO CCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Confines an & quando probentur per præſumptiones, coniecturas, & indicia

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per præſumptiones, indicia, & coniecturas, vbi ſunt difficiles probationes.*
2 *Probatio per argumenta admittitur in confinibus.*
3 *Probationes minus perfectæ, coniecturæ, ac argumenta, quæ in alijs non ſufficiunt, recipiuntur ad probandum confinia.*
4 *Præſumptiones plures ſimul iunctæ imò etiam duæ faciunt plenam probationem.*
5 *Quæ probari non poſſunt per veras probationes, in dubio probantur per præſumptiones coniecturas, vel indicia.*
6 *Probationes, quæ aliàs non adhiberentur, adhiberi poſſunt in probandis confinibus.*
7 *Quæ non probant ſingula, multa iuuant.*
8 *Probationes imperfectæ coniunguntur in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
9 *Probatio confinium per coniecturas quando non ſatis ſit actori, & quo caſu ſint probanda plena.*
10 *Ius rei præſens extinguit ius actoris antiquum etiam præſcriptum.*
11 *Probationes per indicia & coniecturas in antiquis tunc ſufficiunt, quãdo reus nondum præſcripſit contra actorem, licet ſit iuſtus poſſeſſor cum titulo, & bona fide.*
12 *Probatio per præſumptiones, indicia, & coniecturas, in antiquis dicitur plena & legitima probatio.*

1 COnfines probari per præſumptiones, coniecturas, & indicia, vbi † eſſent difficiles probationes ꝑp longũ tẽporis interuallum, ſatis poſſumus cognoſcere ex ijs, quæ tradidit Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. num. 16. verſ. ego quæro. & in hanc deſcendit ſententiã Guid. Pap. in d.q.193. n.1. Bar. Soc. in conſ.166. in cauſa cõmunitatis. nu. 2. vol.3. teſtem laudat Io. And. in regul. nõ licet. in mercuria-
* lib. de regul. iur. in 6. ibique eſt atteſtatus, hanc eſſe* commu-
* nem opiuionem, prout etiam de* communi dicit in conſil. 86.nu.4.vol.1.& Dec. conſ.45.nu.10. verſ. aggredior. cõprobat ex his, quæ fuerunt animaduerſa in l. in finalibus. ff. fi. regundor.& glo. in c.ſi Papa. de priuileg. in 6. in verb. probata. quæ ait, hoc eſſe præcipuum & ſingulare in confinibus, id eſt,
2 vt † fiat probatio per argumenta, & ibi Gemin. num.8. idem Dec. in cõſ.109. pro tenui. nu.1. verſ. cõprobatur. & per Ang. in l. atqui natura. §. cum me abſente. de neg. geſt. & eſt bona gl. in d.c.ſi Papa. in verb. probata. de priuil. in 6. cõſuluit Natta cõſ.672. vertente iamdiu. nu.13. lib 4. & nu.16. verſ.6. probatur. & voluit Alex. conſ.15. nu.8. vol.4.& idem conſ.90. nu. 4. vol.6. Pariſ. conſil.57. num.14. volum.1. & in conſil.104. in præſenti cauſa. num.24. lib.1. vbi dixit, ad probandum confinia recipi probatioues minus perfectas, & coniecturas, quæ
3 ſatis eſſe poſſint, ac † argumenta, quæ in alijs non ſufficerẽt, ex traditis per Bal. in c.cũ cauſam. col.3. de probat. quos ſequtur Hieron. de Monte d. tract de fin. reg. cap.13. nume.1.2.3.

4 Quod vero plures præſumptiones ſimul iunctæ, imò † etiã duæ faciunt plenam probationem, voluit Aym. Cranet. in cõſil.158. viſis actis. num.11. vol.1. quod etiam placuit glo. in l. 2.§.1. ff. de accuſat. tutor. cui accedit Bal. in rub. C. de probat. & idem ſentit alibi Accurſ. in l.3.§. eiuſdem. ff de teſtib. l. inſtrumenta. C. de probat. quod etiam colligitur ex c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt. cui adhæret Roman. in conſ 7. no. 3. Calcan. in conſil.8. colum.5. circa med. eidem ſentẽtiæ ſubſcribit Bald. in conſ.549. ſuper libris. circa fi. lib.1. & vberius tradidit idem Crauet. in d. tract. de antiq. tempor. in 1. parte. verb. viſo de fama. nu.30. id enim ſemper præ oculis eſt habendum, vt ea, quæ non poſſint probari per veras probatio-
5 nes, † in dubio probentur per præſumptiones & cõiecturas, vel indicia, quod confirmauit gl. in c. tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit.& præſertim id procedere, aſſerit Laurent. Calcan. in conſil.90. quia iſta quæſtio. num.14. quem refert & ſequitur Hieron. de Monte d. tract. de finib. c.54. num.6. Quinimo in
6 his probandis adhiberi probationes, † quæ aliàs non adhiberẽtur, ſcire docuit gl. in c.2. in verſic ſi cognouerit. de arbitr. quod etiam placuit Io. And. in cap. cum quid de reg. iur. in 6.& Hieron. de Monte, vbi ſupra, quales ſunt coniecturæ, indicia, ac argumenta etiam ſemiplena, per ea, quæ conſulãdo reſpondit Pariſ. in d. conſ.104. in præſenti cauſa. num.24. & 42.

& 42. Affiict. deciſ. 23. capellani. nume. 3. Bald. in conſil. 420.
verba principis. nu. 1. & ſeq. vol. 1. idque cauit Aret. in conſil.
42 nu. 3. duas probationum ſpecies coniungi poſſe in pro-
7 handis confinibus, vbi alioqui non cóiungerentur, quia † quæ
non probant ſingula, multa iuuant, vt habemus ab Herennij
reſponſo in l. 2. § . ff. de excuſat. tutor. & cap. cum dilectus.
de ſucceſſ. ab inteſt.

Veruntamen in his, quæ ſunt difficilis probationis, proba-
8 tiones imperfectas ſine vllo negotio coniungi, quáuis † alibi
in alio dicendi argumento id non deprehendatur, conſultiſ-
ſime traditum fuit à Pariſ. in cóſ. 57. nu. 17. & 36. vol. 1. & ſen-
ſit D. Anton. in cap. veniens 1. in fin. de teſtib. quem refert &
ſequitur Alex. in conſil. 42. animaduerſis. colum. fin. volum. 5.
cui adſtipulatur Deci. in d. c. cum cauſam, num. 12. & idẽ tra-
didit Lap. in allegat. 94. & cumulatius de hac differentem
adeas Hieronym. de Monte, vbi ſupra. d. c. 53. & 54.

Limitabis, vt tantum procedat quando non conſtat de iu-
ſta poſſeſſione illius, contra quem agitur, ſed qñ perſpicuum
9 eſt, eſſe iuſtum poſſeſſorem, tunc † non ſatis erit actori pro-
bare confinia per coniecturas, vt à nobis ſupra traditum eſt,
ſed plene oĩno illa ſunt probanda, vt conſuluit Bartol. Soc. in
conſ. 194. in 7 col. nu. 9. verſ. confirmatur iſta concluſio. vol.
* 5 & ad id teſtatur Innoc. & * communiter Dd. in d. c. cũ cau-
ſam. de probat. Sed haud ſcio, an recte Aymo Crauet. hác li-
mitationem Bar. Soc. improbauerit, dum ita diſtinguit in ſuo
tract. de antiq. tẽp. in 1. part. ver. viſo de fama. nu. 33. ſic enim
inquit, aut reus poſſidens præſcripſit rẽ, quã poſſidet, & tunc
10 fruſtra de probatione actoris tractatur, quia † præſens rei ex-
tinguit ius actoris antiquum ẽt præſcriptum, vt Cor. cóſ. 142.
col. 3. ad fin. lib. 3. aut reus nondum præſcripſit contra acto-
rem, & tunc licet ſit iuſtus poſſeſſor cum titulo, & bona fide,
11 ait Crauetta † tunc ſufficere probationes per indicia & cõ-
iecturas in antiquis. Nec illud vllam vim facit, actorem debe-
re plene probare ius ſuum, quia fatetur, ſed dicit, iſtiuſmodi
probationem per præſumptiones, & coniecturas, & indicia
12 in antiquis dici plenam & † legitimam probationem.

Verum enimuero hæc omnia, quæ à Crauetta in medium
allata fuere, antea à Felyno tradita ſunt in d. c. cum cauſam.
nu. 4. de probat. verſ. & amplia prędicta. vbi reijcit ex hac ra
* tione dictũ Innoc. & * cõiter Dd. ibidẽ, relati à Bar. Soc. in d.
conſ. 194 Crauetta vero ſuppreſſo Fel. nomine, illam diſtin-
ctionem ſibi ipſe aſcribit in d. ſuo tract.

CONCLVSIO CCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Confines an per libros antiquos probentur.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per libros antiquos.*
2 *Libri antiqui probant Eccleſiaſtica confinia, & non laicalia, ſecundum Felyn.*
3 *Temerarium eſt à communi, & magis recepta ſententia recedere.*
4 *Libris antiquis plena fides adhibetur, dũmodo ſub cuſtodia publica reperti fuerint.*
5 *Libris antiquis creditur, quatenus illis ab antiquis fuerit fides adhibita.*
6 *Libris hiſtoriarum & chronicis creditur, ſi illis à maioribus noſtris fides adhibita.*
7 *Libri antiqui licet ab antiquis fidem non habuerint, faciunt tamen fidem in his, quæ non ſunt præiudicialia in materia finium inter Eccleſias.*
8 *Libri antiqui ſi atteſtantur de auditu alieno, etiam quod ſimus in antiquis, non probant.*
9 *Libri antiqui, vt æſtimum, etiamſi reperti fuerint in archiuijs publicis, non probant res alicuius illius eſſe, ne præiudicium fiat ei, qui non conſenſit.*
10 *Literæ in ære vel lapide inciſæ voluntate vnius duntaxat, non nocent alteri.*
11 *Eccleſiam eſſe dominam rei emphyteuticæ, non probatur ſolum per plures inueſtituras de re emphyteutica.*
12 *Libri priuatorum non reperti ſub cuſtodia, non plene probant, licet eis in antiquis ſemiplena fides adhibeatur.*
13 *Librorum appellatione omnia volumina continentur, ſiue ex membranis, ſiue ex papyro ſint confecta.*

1 Confines præterea † per libros antiquos probantur, & id
iure cautum videtur, iuncta gl. in c. ad audientiam. &
ibi per ſcribentes de præſcript. & in c. cum cauſam. vbi gloſ.
Abb. Imol. & alij Dd. de probat. & traditur à Bal. in d. conſil.
266. & per Abb. in conſ. 65. nu. 15. in 2. vol. idẽ placuit Guid.
Pap. in quæſt. 114. in verſ. 5. hoc ẽt probauit Corn. conſil. 192.
videtur 1 nu. 6. vol. 4 ad idem reſpondit Caſſian. conſ. 15. nu.
2. & in hanc ſententiam conſuluit Hierony. Grat. in reſponſ.
132. volum. 4. nec ab hoc receſſit Ludo. Bolog. in conſil. 4. nu.
2 nec id reticuit Barbat. conſil. 6. num. 12. volum. 2.

Intelligit prædictam concluſionem Fel. in d. c. cauſam. nu.
2 12. vt tantum procedat inter eccleſiaſtica confinia, & † non
laicalia, quia, inquit Fel. ibi, libri antiqui non probant. Verũ
cum Felyni ſententiæ magis probata illa Dd. opinio refrage-
tur, nimirum ſi reijciatur & improbetur à Barbat. in d. ſuo cõ
ſil. 6. lib. 7. nu. 12. dicente, quod eandem rem limitat in con-
finibus villarum, caſtrorum, laicorum, &c. non eſt attenden-
3 da ratio allegata ibidem ſupra à Fel. cum † temerarium ſit à
communi & magis recepta ſententia recedere.

Primo amplia concluſionem procedere, etiamſi ageretur
de magno pręiudicio, quoniam libris antiquis plena fides
4 adhibetur, dummodo † ſub cuſtodia publica reperti fuerint.
Et ita in terminis conſuluit Corn. cõſ. 171. nu. 3. verſ. & ideo
videtur. volum. 1. vbi quamplurimos adducit, & præcipue
* Ioan. And. in d. c. cũ cauſam. & ibi Hoſtienſ. de probat. & * cõ-
muniter hoc ait teneri, quem refert & ſequitur Hieronym.
de Monte d. ſuo tract. de finib. cap. 62. num 3. Neque hoc caſu
erit neceſſarium, vt libri ſint authentici, quando reperiun-
tur ſub cuſtodia publica, vt reſpondit Corn. vbi ſupra, d. cõ-
ſil. 17. num 3. & Hieronym. de Monte d. num. 3. cap. 62.

Primo limita concluſionẽ tantum locum habere, niſi qua-
5 tenus † illis libris ab antiquis noſtris fuerit fides adhibita.
Sic docuit gl. in c. inter dilectos. in verſ. magis. de fide inſtru-
ment. & in c. venerabilem. in verſ. tranſtulit. de elect. auctori-
tate Bart. in l. 1. nu 15. ff. ſi cert. pet. & per Dec. poſt alios ibi-
dem. nu. 22. concinit & ſuperioribus, quod ſcribit Gozadi. in
conſ. 8. nu. 99. & Hieron. Grat. in reſponſ. 9. nu. 5. vol. 1. glo. &
Dd. in c. placuit. 19. diſtinct. & gl. & Dd. in c. in nomine Domi
ni. 13 diſtinct. cum alijs collectis per Fel. in d. c. cum cãm. in
princ. vbi apertiſſime loquitur de confinibus dicendo, quod
ſi talibus libris non habeatur fides ab antiquo, non probare.

Hinc illud optime põt colligi, vt hiſtoriarũ libris, & chro-
6 nicis, quibus † à maioribus noſtris fides fuit adhibita, creda-
tur, quod confirmari poterit per auctoritates proxime ſupra
allegatas, & ſequitur Hieronym. de Monte d. c. 62. num. 6.

Sublimita prędictam limitationem, vt huiuſmodi libri prę
dicti, quamuis eis fides ab antiquo habita non ſit, faciant ta-
7 men fidem in his, quæ † non ſunt præiudicialia, vti in mate-
ria finium inter Eccleſias, ait Corn. d. conſ. 171. ſub num. 3. d.
ver. & ideo. & ſancitum eſt in c. cum Apoſtolica. de his quæ
fiunt à prælat. quod etiam approbauit Hieron. de Monte vbi
ſupra num. 9. Imol. & Abb. in d. cap. cum cauſam.

Secundo limita, vt non vera ſit, ſi tales libri atteſtentur de
8 auditu alieno, nam † tũc temporis, etiamſi ſimus in antiquis,
non probant, licet ſecus ſit de teſte in antiquo. Ita limitat
Bal. in l. 1. ff. de offic. quæſtor. verum hæc limitatio diſplicuit
Fel. in d. c. cum cauſam. in princ.

Tertio limitabis ex mente Fel. & aliorum, vt libri, vt æſti-
mum, etiamſi reperti fuerint in archiuijs publicis, in quibus
9 continetur res alicuius illius eſſe viri, non † probant eſſe il-
lius, ne præiudicium fiat ei, qui non conſenſit, vt docuit Fel.
in c. cum cauſam. nu. 3. & ſenſit Bart. in l. tura. nu. 2. C. de om-
ni agr. deſert. lib. 11. Vnanimes tradidere Bald. Ang. & Imol.
in l. diem de verb. obliga. & Alex. conſ. 10. cum 2. ſeqq. lib. 4.
Hinc dixit Bart. in l. 1. in princ. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. ta-
10 bul. literas † inciſas in ære, vel lapide voluntate vnius dun-
taxat, non nocere alteri. Et idem voluit eleganter Specul. in
tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 57. in negotio quáuis anti-
quo continente enunciatiue ſimplicem aſſertionẽ illius, qui
nunc agit, pro illo nõ credi. Vnde infert Fel. vbi ſupra. nu. 3.
vt ſi appareant plures inueſtituræ de re emphyteutica, per
11 † hoc ſolum non probari, Eccleſiam eſſe dominam rei em-
phyteuticæ: quod multa obſeruatione dignum eſſe aſſerit.

Quarto limita, concluſionẽ nõ eſſe verã in libris priuato-
rum non repertis ſub cuſtodia, qui plene non probant, licet
12 eis in antiquis ſemiplena fides adhibeatur, dũ modo † ſint li-
bri bonorum virorum. Ita deciſum fuit in Capel. Toloſan. q.
397. & ibi latiſſime additio, quam omnino vide Hieron. etiã
de Monte d. ſuo tract. de fin. reg cap. 62. num. 9. qui refert So-
cin. conſil. 4. num. 16. vol. 2. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur.

Poſtremo illud pro corollario erit animaduertendum, li-
13 brorum appellatione omnia volumina † contineri, ſiue ex
membranis, ſiue ex papyro ſint confecta, ſic cenſuit Bal. con-
ſil. 566. thema proponitur. volum. 1. cui adhæret Hieronym.
de Monte, vbi ſupra, d. c. 62. num. 2.

CON-

CONCLVSIO CCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per ſcripturam.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per ſcripturas, ſi illis adhibita ſit fides in antiquis.*
2 *Scripturis in archiuio publico repertis, fides adhibenda eſt.*
3 *Præſumitur plurimum pro ſcripturis, & factis antiquiſſimis.*
4 *Scriptura etiam non authentica, nec publice cuſtodita, quando agitur de modico, aut nullo præiudicio fidem faciunt præſertim quando factum eſt antiquiſſimum.*
5 *Scriptura in lapide inciſa vel in columna fidem faciunt.*
6 *Conſuetudo vbi eſt, vt aliqua ſigna, & ſcriptura fiant in terminis, illis fides adhibetur.*
7 *Scripturarum atteſtationibus ſtandum eſt, niſi contrarium probetur.*
8 *Auferentes, vel abradentes literas tractantes de confinibus puniuntur.*
9 *Præſumitur ita terminatum, ſicuti ſcriptum reperitur in lapidibus terminorum.*
10 *Scriptura publica dicuntur, quia in loco publico ſunt poſitæ.*
11 *Literæ in lapidibus ſculptæ, non faciunt plenam probationem.*
12 *Sepulchri, vel monumentorum ſcriptura non probant proprietatem ipſorum.*
13 *Scriptura in lapidibus non probant, ſed adminiculatur, vbi agitur de graui præiudicio.*
14 *Scripturæ exiſtenti in lapide, quo caſu plena fides adhibeatur.*

1 CONſines porro probantur etiam per ſcripturas,† ſi modo
ab antiquis noſtris illi ſcripturæ communiter ſit adhibi-
ta fides, vel ſaltē ſi reperiantur ibi in loco, vbi ſolum ſcriptu-
ræ authenticę ſolent recōdi, ita conſtitutum eſt ab Innoc. III.
Pontif. Max. in c. ad audientiam. de præſcr. quod idem confir-
mat. l. cenſus. cum gl. ff. de proba. & animaduertit Bar. in l. 1. ff.
ſi cert. petat. reſpondit Corn. in conſ. 333. capio. ſub nu. 7. vol.
2 1. vbi dicit, ſcripturis † in archiuio publico repertis, fidē ad-
hibendam eſſe, fretus auctoritate Imp. in authēt. ad hæc. C. de
fid. inſtr. & gl. in c. peruenit. in verſ. archiuis. 30. q. 1. & aſſeruit
Laurent. Calc. in conſ. 90. quia iſta quæſtio. quo in loco vult,
3 vt pro ſcripturis & factis antiquiſſimis † plurimum præſuma
tur, qui multa ad hoc congerit, & nu. 5. tradit, præſumendum
eſſe pro ſcripturis antiquis, & eis ſtandum non ſolum, quan-
do agitur de finibus terrarum ſingularum perſonarum, ſed
etiam, quando agitur de finibus publicis diœceſium, ciuita-
tum, caſtrorum, & villarum.
Primo amplia concluſionem locum ſibi vendicare etiā in
4 ſcripturis non authenticis, nec publice cuſtoditis, qñ† agitur
de modico, aut nullo præiudicio, veluti ſi dubitetur, an Eccle
ſia ſit conſecrata, an infans baptizatus, quia tunc fidē faciunt,
& præſertim, quando factum eſt antiquiſſimum, vt obſeruat
gl. in c. ſane. 2. in verſ. fictitijs. 24. q. 2. Innoc. in rub. de conſecr.
eccleſ. vel altar. argum. d. c. cum cauſam, & inquit Hieron de
Monte. d. ſuo tract. de finib. reg. c. 63. nu. 3. 4. & 5.
5 Secundo amplia, concluſionem procedere, etiamſi † huiuſ-
modi ſcripturæ inciſæ eſſent in lapide, vel in columna. Ita ha-
bemus à Rom. Pontif. in 24. q. 2. d. c. ſane. & colligitur ex l. 1.
& 2. ff. de albo ſcriben. & aſſeruit Guid. Pap. in d. q. 193 nu. 1.
& idē in conſ. 88. nu. 2. & Hyppol. de Marſ. in rub. C. de prob.
nu. 192. conſuluit etiam Alexand. conſil. 90. num. 22. volum. 6.
Barbat. etiam conſil. 6. num. 8. volum. 2. & Laurent. Calcan. in
conſil. 90. num. 8. vbi ait, id in primis habere locum, quando
6 ita tenet conſuetudo, vt aliqua ſigna † & ſcripturæ fiant in
terminis, & eis fides adhibeatur, & licet ſcripturis priuatis
regulariter non credatur, tamen huiuſmodi literis fides habe
tur, quod non proprie dicuntur ſcripturæ priuatæ, ſed quo-
dammodo publicæ, quia in loco publico expoſitæ ſint, qui-
bus conſuetudo fidem adhibet, & ideo quoad fidem eis ad-
hibendam, pro publicis habentur, vt meminit glo. in c. 1. gl. 1.
verſic. ſcripturam publicam. extr. de fide inſtru. & hinc eſt, vt
7 † earum atteſtationibus ſtandum ſit, niſi contrarium probe-
tur, arg. l. quadam. § nummularios. ff. de eden. nam ſi non pro-
barent huiuſmodi literæ tractantes de confinibus, in eos lex
non animaduerteret, qui illas auferrent, vel abraderent, ſicuti
8 puniunt, l. agratia. & per totū. ff. de term. moto. & de abraſio-
ne ſancitū eſt in contex. in l. 1. ff. de alb. ſcrib. & l. qui tabulā. ff.
ad l. Iul. pecul. & ita concludit Calc d. conſ. 90. nu. 8. Prac. Pa-
piē. in for. libel. act. real. verb. cui cohęret. nu. 3. in addi. Corn.
cōſ. 131. nu. 10. vol. 7. & in conſ. 333. capio. nu. 5. eodem vol. &
in conſ. 162. vr primo. nu. 6. vol. 3. & per Paul. de Caſtr. in l. ſi à
furioſo. inſt. C. de teſtam. Bal. in l. monumentorū. ff. de relig. &
ſump. funer. & per plura ibi per eum allegata, & hoc maxime,
9 quando ſunt ſcriptæ in lapidibus terminorum: nam† cum ita
ſcriptum reperitur, & ita terminatum eſſe præſumitur, l. Ti-
tio. §. penult. ff. de verbor. obligat. l. hac ſcriptura. ff. de dona.
10 & dicūtur ſcripturæ publicę, quia † in loco publico ſunt po-
ſitæ, vt obſeruauit Bart. Caſſa. in conſil. 15. Hierony. Grat. in
reſponſ. 122. nume. 3. volum. 2. & late nouiſſime proſequitur
Hieron. de Monte d. tract. de finib. cap. 65. per totum.
11 Contrarium tamē, quod literę in lapidibus ſcriptæ nō† fa-
ciant plenam probationem, videtur eſſe ſancitum in l. monu-
mentum. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. vbi ſepulchri vel mo-
12 numentorū ſcripturæ † non probant proprietatē ipſorum: &
idem videtur ſentire Fel. in d. c. cum cauſam. num. 8. & 27. di-
cens Dd. communiter velle, quod tales ſcripturæ non pro-
bent, ſed adminiculētur, vbi agitur de graui præiudicio, pre-
13 ſuppoſito † etiam, quod eſſemus in facto antiquiſſimo, & ſe-
cundum eum in vno tantum caſu eis plena fides adhibere-
tur, quādo conſtaret, quod ſcriptura in lapide ab eo eſſet fa-
14 cta, vel illius auctoritate, qui poſſet † dare fidem ſcripturæ.
Contrarium tamen eſt verius, vt ſupra dictum eſt.

CONCLVSIO CCCC.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per lapides antiquos.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per lapides antiquos pro terminis apponi ſolitos.*
2 *Quomodo habeatur indiciū apertiſſimū diuiſionis territorij, vel bonorū ex lapide.*
3 *Lapidibus terminorum omnino credendum eſt.*
4 *Lapides pro confinibus poſiti, quomodo eſſe debeant, vt confinia probent.*
5 *Lapides poſiti ad confines in certam partem directo ſeſe mutuo inſpicere debent.*
6 *Ruſticis in rebus ſpectantibus ad confinia, & ſimilibus, credendū & ſtandum eſt.*
7 *Terminus quo pacto cognoſcatur, voluiſſe potius terminare cum vno territorio, quam cum alio.*

1 COnſines probari per lapides antiquos † pro terminis
apponi ſolitos, habemus ex I. C. in l. 1. §. qui in rationi-
bus. ff. de falſis. & l. qui tabulas. in princip. ff. de furt. & à gloſ.
in c. cum cauſam. de probat. hoc idem aſſeruere quampluri-
mi, vt Barbat. conſil. 6. ſapienter ſcribitur. nu. 13. lib. 2. Guid.
Pap. quæſt. 193. nu. 1 Bald. in conſ. 420. nu 1. & pract. Papien.
in form. libell. actio. real. verb. cui cohæreat ab vna. num. 3. &
ibi additio. Corn. conſil. 333. capio. nu. 12. vol. 1. per l. in fina-
libus. ff. fin. regund. & Corn. ibi nu. 7. ſubdit, quod quando ef-
2 foditur locus, in quo dicebatur eſſe terminus, ſi † ibi reperia
tur lapis cum lapidibus paruulis hinc inde ad cuſtodiam, qui
ſignent lapidem medium fuiſſe poſitum pro fine terminante
& deſignante, illud videri indicium apertiſſimum diuiſionis
territorij, vel bonorum, vt etiam dixit Paris de Put. in cap. 1.
nu. 20. & 21 de fin. feudor. & idem etiam tradidit in c. quan
do fiunt. num. 8. & 9. eod. tit. atque Hieron. de Monte, vbi ſu-
pra, d. ſuo tract. de fin. cap. 19. nu. 23.
3 Amplia & intellige, cōcluſionem vſque eo procedere, † vt
omnino lapidibus credendum ſit, licet partes, quæ litigant,
non poſuerint, & eos pro terminis non habeant, iuxta ſenten
tiam Corn. d. conſil. 333. capio. nu. 12. vol. 1. per l. finalibus. ff.
fin. regund. quem refert & ſequitur Hieron. de Monte, vbi ſu-
pra, d. cap. 19. num. 1.
Primo limita concluſionem procedere, dummodo lapides
pro confinibus poſiti, ſint immobiles, & terrę inhærentes in-
4 ſtar terminorum, vel † ſaltem, vt lapides mobiles alios habeāt
lapillos ibidem terræ adhæreſcentes, qui vocantur indices,
oſtendentes locum, quem ab alijs ſegregant & diſtinguunt,
vt traditū habemus à Parid. de Put. in c. 1. nu. 1. de finib. feu-
dor. & ibi. num. 20. quem refert & ſequitur Hieron. de Monte
d. tract. de finib. c. 17. nu. 3. & 4. & ait D. Paris de Put. ita ſole-
re in vſu forenſi obſeruari, atque de hac re confici inſtrumen
tum, quando per iudicem vel arbitrum affigūtur, per ea, quæ
habentur, vt ipſe refert in l. inter caſtella. ff. de recept. arbit.
5 Secundo limita, dummodo ita lapides poſiti ſint, vt † in
certam partem directo reſpiciant ſeſe mutuo, nō in obliquū,
vt docuit Bart. in tract. Tyberia. in 20. figur. quæ incipit, hæc
figura differt. quem ſequitur Paris de Put. in cap. 1. nu. 27. de
finibus feudor. qui ait, à ruſticis audiuiſſe ita obſeruari de-
6 bere, quibus† in iſtiuſmodi rebus credendum, & ſtādum eſt,
argum. l. ſi chorus. ff. de legat. 3. c. quia iudicante. de præſcrip.
& hæc

Digitized by Google

& hæc limitatio inſeruire poterit quæſtioni illi, quando terminus reperitur in confinibus plurium territoriorum, vel agrorum, quo pacto cognoſcatur voluiſſe potius terminare cũ vno territorio, quam cum alio, & ait Corn. conſil. 333. nu. 37. volum. 1. cognoſci † iſtud poſſe hoc modo, quando terminus reſpicit alium terminum directo, non è trãſuerſo, vel ſi quod ſummum eſt in termino ſiue guardia (vt alij appellant) reſpiciat terminum ab vno latere directe, tunc erit ſignum, eſſe finem territorij vel prædij; inter territoria & prædia, verſus quæ reſpicit, quod ſequitur Hierony. de Monte, vbi ſupra, d. tract. de fin. c. 18. nu. 1. qui ait, ſępius ſe ita in vſu & cõſuetudine ſeruaſſe iudicio Geometrarum, & agrimenſorum, qui in hanc ſententiam deſcendere.

CONCLVSIO CCCCI.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per priuilegia antiqua.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per priuilegia antiqua conceſſa ab eo, qui illa confinia poterat diſpenſare.*
2 *Bona particularia, quando continentur intra fines in antiquo priuilegio deſignatos, præſumuntur eſſe de finibus, & illius, cuius ſunt fines.*
3 *Princeps concedens caſtrum & territorium, videtur concedere quandam vniuerſitatem prædiorum intra fines poſitorum.*
4 *Priuilegia etiam enunciatiua & aſſertiua, dũmodo antiqua ſint probant confinia.*
5 *Verba enunciatiua inter priuilegia Papæ æquipollent formæ.*
6 *Priuilegium nullius eſt ponderis, niſi volens eo vti probet, tempore conceſſi priuilegij bona, de quibus agitur, pertinere ad ipſum concedentem.*
7 *Intendens vigore priuilegij, vti confinibus deſcriptis in priuilegio, tenetur probare de iure ſui auctoris.*
8 *Bona conceſſa non præſumuntur fuiſſe in dominio alicuius priuatæ perſonæ, ſed in dominio ipſius Principis, ſi tempore conceſſionis erant inculta & deſerta.*
9 *Principi aſſerenti in priuilegio bona ad ſe ſpectare, tanquam poſita intra confines ibi expreſſos, credendum eſt maxime ſi fuerit ſupremus Princeps, vt Pontifex vel Imperator.*
10 *Bona omnia, quæ intra fines regni ſunt, non præſumuntur eſſe vel fuiſſe Regis.*

CONfines etiam probari per priuilegia antiqua conceſſa
1 ab illo, qui † illa confinia poterat diſpenſare, plerique iuris interpretum tradidere, præſertim gl. in c. ſi Papa. de priuileg. in 6. Ruin. in conſ. 92. nu. 13. volum. 4. Anton. de Butr.
& omnes recẽtiores in c. fi. de ſucceſſ. ab inteſtat. & in iſtis terminis ita concludit Aret. in conſ. 42. in princ. Soc. in conſ. 116. in cauſa communitatis. pulchre & late Fel. in d. c. cũ cauſam. num. 5. de probat. Pariſ. in conſ. 27. nume. 12. volum. 1. vbi
2 dicit, quod † quando bona particularia continentur intra fines in antiquo priuilegio deſignatos, oritur probatio & pręſumptio, eſſe de finibus & illius, cuius ſunt fines. Et idem voluit Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. verſ. 12. quæro. Dec. in conſil. 42. num 10. Oldrad. conſ. 112. nu. 8. vbi voluit, quod quando Princeps concedit caſtrum & territorium, videtur
3 † concedere quandam vniuerſitatem prædiorum intra fines poſitorum. Idem placuit Boſſ. in ſuo tract. crimin. tit. de princip. num. 237. & num. 243.

4 Amplia, vt procedat, etiamſi illa priuilegia ſint † enunciatiua & aſſertiua, dummodo antiqua ſint, vt tradidere DD. in d. cap. ſi Papa. de priuileg. in 6. & Fel. in d. c. cum cauſam.
5 d. nu. 5. vbi ait, talia enũciatiua inter priuilegia Papæ † ęquipollere formæ, teſtatur Ioan. Andr. in reg. non licet. ad fin. de reg. iur. in 6. Dominus Anton. in cap. fin. 12. colum. de ſucceſſ. ab inteſtat.

Intellige hanc concluſionem, vt volens vti priuilegio debeat probare tempore conceſſi priuilegij bona, de quibus
6 agitur, pertinere ad ipſum concedentem, alioquin † priuilegium ipſum nullius eſt ponderis, vt dixerunt Bartol. & Alber. in l. ſic. §. 1. in fin. nu. 2. ff. de legar. 1. Alexand. in conſ. 28. num. 7. volum. 1. poſt Oldrad. conſ. 164. viſo priuilegio incliti Regis. Roland. à Valle in conſil. 82. num. 12. volum. 2, Dec. in conſil. 302. poſt num. 11. Crauett. conſil. 295. nume. 7. & 8. Quod procedit, etiamſi Princeps conceſſiſſet aliquam rẽ ſin-
7 gularem, quæ hodie poſſidetur per tertium, quia † ille, qui intendit vigore priuilegij, vti confinibus deſcriptis in priuilegio, tenetur probare de iure ſui authoris, vt per Crauet, probatum eſt in conſ. 293. nu. 2. quia etiam res aliena poteſt vendi & donari, l. quę nondum. §. quod dicitur. ff. de pign. l. cum res C. quæ res pign. obl. poſſ.

Limita, vt hæc non procedant, ſi bona conceſſa tẽpore cõ-
8 ceſſionis erant inculta & deſerta: nã † tunc non opus eſt aliqua probatione ex quo nõ præſumãtur fuiſſe in dominio alicuius priuatę pſonę, ſed in dominio ipſius Princeps, vt dixit Paul. de Caſt. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & Nat. in cõſ. 501. 3.

Declara concluſionẽ, quod ſi in priuilegio Princeps aſſeruerit, bona, de quibus in ipſo, ad ſe ſpectare tanquam poſi-
9 ta intra confinia ibi expreſſa, ei † credendum erit, præcipue ſi fuerit ſupremus Princeps, vt ſummus Pontifex, vel Imperator, per clement. 1. de prob. & dixit Crauet. d. conſ. 293. nu. 2.

Limita tamen hoc, vt ſibi locum non vendicet, quãdo agitur de præiudicio tertij, vt declarando d. clem. 1. dixit Abb. ibidem in fin. & in c. cum à nobis. de teſtib. & ſequitur Curt. iun. in conſ. 142. num. 10. pro quo facit, quod non omnia bo-
10 na, quæ infra fines regni ſunt, præſumuntur † eſſe vel fuiſſe Regis, vt deciſum fuit ab Afflict. deciſ. 267. nu. 4. cum ſeq. Alexand. conſ 55. verſ. circa aliud dubium. nume. 19. lib. 4. Natta conſ. 313. Roland. à Valle conſ. 72. col. 1. & 2. lib. 2.

CONCLVSIO CCCCII.

ARGVMENTVM.

Confines an probentur per cuſtodiam locorum.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per cuſtodiam locorum.*
2 *Cuſtodia loci aperte demonſtrat poſſeſſionem cuſtoditi, & eſt euidens ſignum diuiſionis territoriorum.*
3 *Actus cuſtodiendi, ne damna inferantur, non denotat dominium ipſarum ſingularium rerum, ſed iuriſdictionis, & ſuperioritatis.*
4 *Fines prouinciæ ſeruantur per cuſtodes.*

1 CONfines inſuper probari poſſe per † cuſtodiam locorũ optime ab Imperatore Iuſtiniano elicere poſſumus in l. in nomine. §. ſancimus. verſic. in Sardinia. C. de offic. præfect. prætor. Afric. & tradidere Guid. Pap. in d. quæſt. 193. nu. 1. & Bald. conſ. 420. num. 1. vol. 1. vbi ait, huiuſmodi cuſtodes magis idoneos eſſe, quam alios. & videnda erunt notata ſupra in concluſione, Confines per teſtes. in 2. ampliat. & idem proditum fuit in pract. Papi in forma libell. actionis realis. verb. cui cohęret. nu. 3. vbi id comprobat per l. ſi ita. §. mulier villæ cuſtos. ff. de fund inſtructo, &c. Nam cuſtodia loci aperte demonſtrat poſſeſſionem cuſtoditi, & eiuſdem retenti, id-
2 que † euidens eſſe ſignum diuiſionis territoriorũ refert Dominus Luchinus de Curte in quibuſdam ſuis allegationibus de finibus, nu. 19. quæ adiunctæ ſunt tract. Domini Hierony. de Monte de finib. ad id probandum adducit l. quarundam. ff. de acquiren. poſſeſſ. Alexand. in conſil. 88. quoniam omne datum, colum. fin. verſi. prætereа. lib. 5. vbi dicit, actus cuſto-
3 diendi, ne damna inferantur † denotare dominium iuriſdictionis & ſuperioritatis, non autem dominium ipſarum ſingularium rerum. Et dicit Petrus de Vbal. de Paruſ. in trac. de duobus fratrib. 5. parte principali. quęſt. 28. qui ad hoc affert tex. in l. in nomine Domini. circa princ. ibi, qm̃ ita conuenit,
4 vt † per cuſtodes fines prouinciæ ſeruent. C. de offic. pręfect. prętor. Afri. & ſequitur Natta in conſi. 672. nu. 9. & ſeq. lib. 4.

CONCLVSIO CCCCIII.

ARGVMENTVM.

Confines an & quomodo probentur ex clauſuris, per exercitium iuriſdictionis, per vias regales, per redditus antiquos, per voluntatẽ patrisfamilias, per cõmunem opinionẽ, per ſententiam iudicum et arbitrorũ, per literas Epiſcopi, vel iudicis ordinarij, & loci euidentiam, & per refectionem aggerum.

SVMMARIA.

1 *Confines probantur per clauſuras.*
2 *Confines et antiqui probantur per exercitium iuriſdictionis.*
3 *Fines, & diſtrictus tam in terra, quam in mari, in cælo, & in aere probantur per exercitium iuriſdictionis.*
4 *Merum imperium conſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor elementa.*
5 *Confines declarantur per vias regales, per flumina, montes, valles, villas, & ſimilia, & dicuntur æterni: quia in æternum permanent.*
6 *Quod ſemel eſt verum in terminis, ſemper eſt verum.*
7 *Termini vbi olim fuere ibi etiam nunc eſſe præſumuntur.*
8 *Termini appoſiti ab homine, mutabiles ſunt, & poſiti à natura, vt flumina, & montes perpetui.*

9 Con-

Digitized by Google

9 Confines in antiquis probantur per redditus antiquis, & nauigia, & pedagia.
10 Confines probantur per voluntatem patrisfamilias declaratam in eius vita.
11 Confines per communem opinionem probari possunt.
12 Confines probantur per sententiam iudicum & arbitratorum, dummodo termini reperiantur ita posite prout in arbitramentis constituuntur.
13 Ratum habere verbis, vel facto, paria sunt.
14 Confinia probantur per literas Episcopi, vel cuiuslibet alterius iudicis ordinarij.
Litera iudicis circa ea, quæ sunt aliena ab officio suo, plene non probant, ibid.
15 Semiplena probatio est plena in materia probationis finium.
16 Confines probantur per loci euidentiam.
17 Confines probantur per refectionem aggerum.
18 Confines rei suæ vnusquisque scire præsumitur.
19 Confinibus antiquis standum est, nisi probentur noui.
20 Terminos mutare licitum si in proprijs agris.
21 Venditio vel concessio præsumitur facta secundum fines antiquos si venditor in venditione, vel concedens in concessione non certiorauerit emptorem de finibus mutatis.
22 Res immobilis, quæ alias fuit intra certos terminos hodie præsumitur ibi esse.
23 Finium memoria per terminos conseruatur.
24 Confines præsumuntur illius, qui primo occupauit.
25 Confines rerum spiritualium occupari non possunt, nisi auctoritate summi Pontificis.
26 Temporalia vacantia sine alterius iniuria & peccato occupari possunt.
Quod in nullius est bonis, hoc naturali ratione occupanti conceditur. ibid.
27 Iure naturali res præsumitur esse illius, qui eam possidet, nisi ab alio doceatur contrarium.
Spiritualia non possunt occupari, licet vacent, sed obtineri debent à Vicario Christi. ibi.

Confinium probationes ſuppetunt, & nobis aliæ multæ, quas breuiter hic enumerare, ne diutius in huius concluſionis probatione immoremur, non pigebit. Et vt hinc potiſſimum exordium ſumam, poterit quis ſuos probare confines
1 ex † clauſuris, quod probationis genus ſine dubio colligi po-
teſt à Iuſtiniano, in l. in nomine Domini §. ſancimus. verſ Sardinia. ibi, ſicuti ex clauſuris & Burgis oſtenditur. C. de offic. præfect. prætor. Afric.

Secundo loco præcedentibus accedit, vt confinium proba-
2 tio fieri poſſit in antiquis † per exercitium iuriſdictionis: ſic nos docent Bal. & Fel. in d. c. cum cauſam. de probat. in fin. allegant c. dilectos. de off. Archid. & cap. licet. de probat. Iaſ. in conſil. 166 num. 1. Franciſ Aret. conſil. 42. num. 2. & 3. Bald. in conſ. 420. verba Principis. vol 1. nu. 1. & ſeq. vbi id planum facit exactione talearũ, & ſimilibus, & cõſiderat ibidem, quod per hoc exercitiũ iuriſdictionis probantur fines, & diſtrictus
3 tam in terra, quam in † mari, imo in cœlo & aere, quia vſq; ad cœlum debet eſſe liberum poſſidentis, cap. vbi periculum. de elect. li. 6. & hoc modo tunc ſignificant dominium aeris, quia ſuſpenſi pendent in aere, & iſta eſt magna ſignificatio meri imperij, quod conſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor elementa
4 † in igne, vt qñ quis comburitur propter maleficium, in aqua, vt qñ quis ponitur in eculeo, & in aquam ſeu in flumen proijcitur, l. 1. C. de patrib. qui fil. occider. in terra, vt quando quis in terra proſternitur, & capite mulctatur, l 3. C. de epiſc. aud. cum ſimilib. & confines probari per exercitium iuriſdictionis, dixit etiam auctor pract. Papien. in for. libelli actio. realis verb cui cohæret. nu. 3. teſtatur Innoc. c. cum ad ſedem, nu. 4. de reſtitut. ſpoliat. & hoc adiuuat. c. ſuper quibuſdam. extr. de verbor. ſignific.

Tertio loco ſuperioribus conuenit, confines declarare per vias regales, quandoque per flumina, quandoque per mõtes,
5 valles, aut villas, & ſimilia, vt multi tum profitendo, tum conſulendo ſcripſere Bal. in d. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. & idem conſ. 445. incip. qualiter proberur, vol. 5. Hieron. de Monte d. tract. de finib. c. 24. in prin. Barb. conſ. 6. nu. 11. vol. 2. & Bal. in conſ. 286. nu. 1. & 2. thema proponitur. vol. 2. qui quidem fines dicuntur æterni, quia in æternum permanent, vt tradidit Pet. de Vbald. in tract. de duobus fratribus. nu. 5. & 31. tom. 8 per l. in agris limitatis. ff. de acquir rer. domin. & l. item ſi fundi. § ſed
6 & ſi inſula ff. de vſufruct. & † in his terminis, quod ſemel eſt verum, ſemper eſt verum, vt ait Bal. in d c cum cauſam. & ibi ſequitur Feli. nu. 5. de probat allegat. l quæ bona. §. ſi ſtipulatus. ff. de dam. infect. & vbi olim fuere termini, ibi etiam nunc
7 † eſſe præſumuntur, per reſponſum excellentiſſimi ingenij Papiniani in l. in finalibus. vbi Bal. & Marian. ff. fin. regund. & Fel. in c. cum cauſam. de probat. & dicit ibi Bal. terminos appoſitos ab homine, eſſe mutabiles, terminos vero à natura po-
8 ſitos, vt flumina † & montes, eſſe perpetuos, cui ſubſcribit Alciat. de præſump. reg. 2. præſumpt. 13.

Quarto loco, nec illa probatio confinium eſt diſſimilis ſuperioribus, etiam in antiquis per redditus antiquos, & naui-
9 gia, & pedagię, & optime † oſtendi poterunt confines, ſi credimus Bal. & Felin. in d. c cũ cauſam. de proba. confirmant id per c dilectos. de offic. archid. & c. licet. de proba. Iaſ. conſil. 166. num. 2. vol. 4. Bal. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. pract. Pap. vbi ſupra, in d. verb. cohæret ab vna. nu. 3. vbi adducit l. ſi quis ſuper. C. fin. regund. Alexand. in conſ. 166. nu. 2. in conſ. 226. nu. 2. vol. 2 Soci. in conſ. 187. nu. 15. vol. 2. nu. 3. l. vectigalia. C. de vectig. & commiſ. Bal. in c. 1. de pace tenen. & ſecundum Hippol. de Marſ. in rub. de proba. nu. 266. late Hieron. de Monte, vbi ſupra, c. 52. nu. 7. 8. 9. 10.

10 Quinto præcedentibus hæc probatio finitima eſt, † nã per voluntatem patrisfamilias declaratam in eius vita, confines indicari poterunt, vt in hanc ſentẽtiam videtur Iulianus deſcendere, in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff de legat. 1. & Vlp. in l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. ff. communia præd & Gui. Pap. in d. q. 193 atque Hieron. de Monte, tract. de finib. c. 52. nu. 15.

11 Sexto, ex eodem fonte manat, vt confines † per cõmunem opinionem probari poſſint, vt voluit Spec. tit. de probat §. 1. & in §. videndum reſtat. nu. 12. ibi, per communem opinionẽ. Gui. Pap. in d. q. 193. & Bal. conſ. 420. nu. 1. vol. 1. & conſ. 265. vol. 2. in princ. & conſ. 267. in princ. col. 2. Rui. conſ. 50. nu. 16. vol. 1. & pro hoc faciunt notata ſupra in probat. per famam. quod & probauit auctor pract. Pap. in for. libel. act real. verb. cui cohæret. nu 3. & Hierony. de Monte, vbi ſupra, c. 52. nu. 16. Barthol. Suci. in conſ. 86 nu. 2. & ſeq lib. 1.

12 Septimo accedit confines † per ſententiam iudicum & arbitrorum probari, reſpondet Bal. conſ. 420 nu. 1. vol. 1. cum ibi alleg pract Pap. in form. libel. actio. realis. Hiet. de Monte, vbi ſupra, d. c. 52. nu. 11. & 12.

Iſtud extendere poteris, vt procedat, etiamſi non cõſtet illum eſſe iudicem vel arbitrum, dummodo iſti termini reperiantur ita poſiti, prout in arbitramentis conſtituuntur, & ita permanſerint per longum tempus, nam cum tamdiu permittuntur illi termini, & tacetur, præſumitur illos ratum habuiſſe terminos, inter quos ſententia, vel laudum latum eſt:
13 nam † paria ſunt, ratum habere verbis, vel facto, l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. Bal. in l. non ignotas. col. 1. C. qui accuſar. non. poſſ. ita ampliat concluſionem Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 13. num. 3.

Octauo huc quoque pertinet, vt probentur confinia per literas Epiſcopi, vel cuiuslibet alterius iudicis ordinarij, etiã
14 ſi huiuſmodi literæ ſint, & † agant de his, quæ ad officium ſuum non ſpectant, nam licet tales literæ circa ea, quæ ſunt aliena ab officio ſuo, plene probent, vt infra diximus in concluſione, Epiſtola Epiſcopi, tamen ſemiplene probant, quæ
15 probatio eſt plena in materia † probationis finium, vt ſupra notatum eſt, & quod huiuſmodi literę probent in confinibus, tenet Dec. in c. poſt ceſsionem. nu. 14. de probat.

16 Nono illud attingendum eſt, confines probari † per loci euidentiam, iuxta ſententiam Damhouder. in ſua praxi ciuil. capit. 177. num. 4 & dicit Afflict. deciſio 23. poſt num. 6. verſic. fuit omnibus viſum, & dictum eſt fuſius infra in concluſ. Euidentia.

Poſtremo loco illud dicendum eſt confines probari † per refectionem aggerum, vt dixit Pariſ. conſ. 4. nu. 6. vol. 4.

Nec ab hac re alienum illud eſt, vnumquemque confines
18 rei ſuæ † ſcire præſumi, vt decidit Affl deciſ. 83. nu. 2.

Nec hinc longe abeſt, confinibus antiquis eſſe ſtandum, ni-
19 ſi probentur † noui, vt ait Bal. in l ſucceſſorium. in 1. notab. C. fin. regund. niſi in rerum conceſſione fuiſſent alij deſigna-
20 ti, quia in proprijs agris licitũ eſt † terminos mutare, & tunc fines antiqui non attenderentur, ſed illi, qui reperiuntur deſignati in contractu, vt habetur in l. 1. & ibi Bal. C. eod. quod & placuit Hieron. de Monte, vbi ſupra.

Intellige iſtud vſque eo procedere, vt ſi venditor in venditione, vel concedens in conceſsione non certiorem fecerit emptorem, & illum, in quem conceſſio facta fuit, de finibus
21 mutatis præſumitur † venditionem vel conceſſionem factam fuiſſe ſecundum fines antiquos, vt traditum eſt ab Albetic. in d. l. in finalib. & in l. eo. C. fin. reg.

Amplia tamen non ſolum procedere in terminis, ſed ẽt in alijs rebus immobilibus. nã res immobilis, quę alias fuit infra
20 certos terminos, hodie † præſumitur ibi eſſe, ſecundum quod voluit Barb. in c. ex literis. nu. 15. de probat. Paris de Put. in c. ſciendum de finib. feud. Hieto. de monte vbi ſupra, d. cap. 21. num. 5. & notandum denique, quod quemadmodum per

ſepul-

Digitized by Google

23 ſepulchrum hominum memoria retinetur, ita ſimiliter per terminos † finium memoria conſeruatur, vt obſeruat Ang.in § quædam actiones.nu.10.& ibi Iaſ.nu.38.Inſtit,de act.Hieron de Monte,vbi ſupra,nu.8.

Illud tñ, quod ad hanc confinium materiam pertinet, non
24 eſt omittendum,confines præſumi eſſe illius,qui † primo occupauit: ſic tradidere Inno.& Bal.in d.c.cum cauſam.de proba. Quod quidem maxime ſcitu,& memoria eſt dignum, ſecundum Bal.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poſſeſſ.

Quod tamen limitandum venit in confinibus rerum ſpiri-
25 tualium,in † quibus non datur libertas occupandi rē vacantem,niſi auctoritate ſummi Pontificis,vt cauit Inn.quē ſequitur Fel.in d.c.cum cauſam.de proba. & ibidem Abb.nu.3.vbi reddit rationem diuerſitatis huius,quia temporalia vacantia
26 ſine alicuius iniuria & peccato occupari poſſunt,quia† quod in nullius eſt bonis,hoc naturali ratione occupanti conceditur,§.feræ itaq; inſtit.de rerum diuiſ.iure enim naturali præſumitur res eſſe illius,qui eam poſſidet,niſi ab alio doceatur
27 contrarium, † ſed ſpiritualia non poſſunt occupari, licet vacent,ſed debent obtineri à Vicario Chriſti,vel ab alio deputato ab eo,ſeu ab authoritate Canonis.

CONCLVSIO CCCCIV.

ARGVMENTVM.

Confirmatio an probet confirmatum.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio non probat confirmatum.*
2 *Princeps,ſi in confirmatione apponit totum tenorem inſtrumenti contractus, tunc bene probat illum contractum donationis, alienationis & ſimilium.*
3 *Confirmatio Papæ vel Principis, ex antiquitate temporis præſumitur ſuper aliquo acta facta*
4 *Confirmatio præceſſiſſe præſumitur ab initio actus,ſi electus diu poſſederit.*
5 *Confirmatio præſumitur ex negligentia.*
6 *Confirmatum probatur ex confirmatione,quando res confirmata narratur ſpecifice, ſeu ex ſimpliciter.*
7 *Qualitates,& circumſtantiæ rei confirmatæ non probantur,licet per confirmationem explicite factum,confirmatum probetur.*
8 *Confirmatio ſi eſt ſimplex & pura,& res confirmata continet plura capita & qualitates,non ſe refert ad illam rem continentem qualitates, de quibus in confirmatione non fuit facta mentio.*
9 *Confirmatio teſtamenti probatur per quinque teſtes adhibitos ad confirmandam voluntatem inualidam,& teſtes duo ſufficiunt ad declarandam voluntatem validam ibi.*

Confirmationem non probare cõfirmatum, vt donationē
1 vel feudi alienationē,niſi † illud oſtendatur,docuit Specul.tit.de inſtrum.edit. §. nunc autem videndum reſtat. circa princ.nu.3.verſ.quid ſi conceſſum.comprobat id per context. in l.ſi quis in aliquo.C.de edendo.& per c.1.de fid.inſtr.&c.1.& c.cum delicta.de confirmat.vtil.vel inut. cum ſimilib. & eadem refert & ſequitur Mat.ab Affl.in feudal.tit.de prohibita feud.alien.q.24.nu.3.conſultus reſpondit clare Barth.Soci. conſi.158.in cauſa Vicariæ.nu.9.vol.2. cum ibi alleg.& tradit Ferret.in conſ.101.in cauſa prioratus.nu.12.lib.1.vbi aſſeue-
* rat,hanc eſſe * communem theoricam Dd.

Primo limitabis,iſtud non procedere, quando Princeps in huiuſmodi confirmatione totum tenorem inſtrumēti contra-
2 ctus appoſuit:tunc † certe probat illum contractum donationis, vel alienationis, & ſimilium, per ea, quæ obſeruantur in auth.ſi quis in aliquo documento.C.de edendo & Specu.tit. de inſtr.edit.d.§ nunc dicēdum.in prin & idem placuit Mat. ab Affl.in d.q.24.d.nu.30.vbi atteſtatur, ita ſemper ſe conſuluiſſe, ſi huiuſmodi confirmatio appoſita fuerit poſt contractum celebratum.

Secundo limita concluſionē in confirmatione ſummi Pon-
3 tificis,vel Principis,quia † illa præſumitur ex antiquitate tēporis ſuper aliquo actu facta,vt tradidit Aymo Crau.in tract. de antiq.temp.fol.mihi 156.nu.27.cum aliquot ſeqq.ita dicetur infra in concluſione,Conſenſus.Bal.in c.ex parte. nu.2.de teſtib.alleg.l.fi.C.de his,qui à non domin.manumit.

4 Tertio limita in diuturna poſſeſſione: etenim ſi electus diu poſſederit,præſumitur ab initio actus confirmationem præceſſiſſe,idq; ratione ſcientiæ & patientię confirmantis,vt meminit Bal.vbi ſupra.nu.2.& cauit Bertr.conſ.1 nu.34.vol.1.in 1.
5 parte.vnde dicere ſolebat Bal.vbi ſupra,ex † negligētia præſumi confirmationem,motus auctoritate Pontificis Max.in c. ex parte.de reſcrip.

Quarto limita,& intellige,vt locum non habeat, quādo res confirmata narratur ſpecifice in confirmatione, quia tunc ex
6 confirmatione † probatur confirmata,vt docuit Barth.Socin. d.conſ.258.nu.9 lib.2.teſtatur Imol.& Dd.in c.inter dilectos. de fid.inſtr.nu.5.in verb.alia.vbi Fel.ſequendo Inn.nu.7.verſic.& iuxta hac.confirmat hoc expreſſe.

Intellige hanc limitationem, vt licet per confirmationem
7 explicite factam probetur confirmatum,non † tamen probentur qualitates & circumſtantiæ eiuſdem rei confirmatæ. Ita conſultus declarauit Barthol.Socin.in allato conſil.258.num. 9.verſicul.tertio reſpondeo. nam ſi confirmatio ſit ſimplex & pura, & res confirmata contineat plura capita & qualitates,
8 datur intelligi,cōfirmationem hanc non ſe referre † ad illam rem continentem qualitates, de quibus in confirmatione non fuit facta mentio, vt probatur clare ex notatis per Iacob. Butr & modernos in l.1 C.de bonor.poſſeſſ.ſecundum tabul. vt refert Soci.loco proxime citato.

Confirmatio quidem aliquando ad aliquid probandū tendit, verum euenit, vt aliquando ipſa probatione indigeat, vt videre eſt in cōfirmatione teſtamenti,quæ probatur per quin
9 que teſtes,ſi † adhibiti fuerint ad confirmandam voluntatem inualidam,ſed quando adhibentur ad declarandam voluntatem validam,ſufficiunt duo: ſic ille me docuit Bart. in l.qui ex liberis.§.teſtamento.nu.2.l.fi.C.de cond.& demonſtra. & fuit obſeruatum ab eodem in l.hęredes palam.§.ſed ſi notam. ff.de teſti.& à Dyn.ibidem.

CONCLVSIO CCCCV.

ARGVMENTVM.

Coniecturam an probationem faciat, accedente iuramento.

SVMMARIA.

1 *Coniectura accedente iuramento, probationem facit.*
2 *Coniectura ſicut præſumptio,accipitur pro veritate, donec aliud appareat,& transfert onus probandi in aduerſarium.*
3 *Coniectura plene probant,quando agitur de geſtis in ſecreto,& obſcuris.*
4 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandum,rem eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ.*
5 *Quod probatur ex coniecturis per ſi ex alijs contrarijs coniecturis tolli.*
6 *Ab vna coniectura per aliam coniecturam recedi poteſt,licet non ſit omnino certa: & approbata à lege.*

1 Coniectura accedente iuramento† probationē facit.Ang. in authent.de inſtrum.cau.& fide.§. ſi quis igitur. in fin. collatio.6.Bal.in l.ſi fundum,ſub nu.3.verſ. tamen dico. C. de rei vendic.allegat Guil.in l.ſi duo patroni. in prin.ff. de iureiur.& facit,quod notatur in l.neque natales.C.de proba.gl.in l.2.C.de reſcind.vend.Ang.in l.ſumptus ff.de rei vendic.quē ſequitur Rom.in l.admonēdi.ff.de iureiur. & in l. generaliter. & in l.delata d.tit.Alex.in l Marcellus.ff.de rer.amotar.Con-
2 iectura † .n. ſicut præſumptio, accipitur pro veritate, donec aliud appareat,l.penult. ibi, veritati locum ſemper fore.ff.de proba.quem tex.profitetur Iaſ. ſe didiciſſe à quodam magno Aduocato Papienſi,vt ipſe tradidit in l.1.nu. 9. C. de teſtam. mi.& transferre onus probandi in aduerſarium, docuit Mantic.in ſuo tract.de coniectur.vlt.volunt.li.1.tit.2.num.2.

Amplia concluſionem tum maxime procedere, qñ agitur
3 de geſtis in ſecreto,& obſcuris, quia † in his plene probant. Gram.conſ 22.nu.15.& conſ.60.in prin.Hippol de Marſil. in ſua praxi crim.i.col.2.verſ.ſed circa hanc concluſionem. nu.7. plene per Bar.& modernos.in l.ſi quis ex argentarijs.ff. de eden.l.ſi qñ C.vnde vi.Bal.in l cum fratre.C.de ijs quib. vt indig.& tradit Franc.Mantic.in ſuo tract.de coniect.vlt. volun. li.10.tit.4.poſt nu.9.verſ.ex his ergo. motus auctoritate contex.in l.ſi vero.§ qui pro rei qualitate.ff qui ſatiſd.cogan.vbi pluribus etiam id auctoritatibus confirmat, & dictum eſt fuſius: in concluſione,Adulterium:in concluſione,Coitus; & in concluſione,Copula,& ſimilibus.

4 Secundo amplia ex mente Angeli, quod † ad probandum rem eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, ſufficiant coniecturæ, Ang.conſ.224.in themate.num.3. quem vide, quia mihi non ſatisfacit.

Intellige,vt quod probatur ex cōiecturis,poſſit ex alijs cō-
5 trarijs † cōiecturis tolli,iuxta l.nihil tā naturale.ff.de reg. iur.

& ite

Digitized by Google

& ita tam profitendo, quã conſulendo, quamplurimis in locis
tradidit Bal. vt in l. quidã. nu. 2. ff. de cond. & demonſtr. & in l.
licet Imperator. ff. de leg. 1. & in conſ. 138. nu. 5. in fi. vol. 2. &
in conſ. 379. nu. 3. vol. 4. reſpondit ẽt Soci. iun. in conſ. 128. nu.
33. & 34. vol. 1. tradidit, Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. donatio-
ne largitus. nu. 132. de reuoc. dona. Alc. conſuluit in conſ. 4. nu.
20. li. 4. ibique aſſerit, coniecturas aduerſus cõiecturas induci
debere, quod non præterijt Corn. conſ. 314. nu. 4. vol. 3. volẽs,
6 recedi ab vna coniectura, per aliam coniecturam, licet nõ ſit
omnino certa & approbata à lege, vbi concordes in hac ſen-
* tentia manere ſcribentes omnes aſſerit, reſpondit etiam Alex.
conſ. 28. nu. 6. vol. 2. & idem Cur. iun. conſ. 35. nu. 6. qui, nemi-
* ne repugnante, vniuerſos * hoc aſſeruiſſe dicit, & ſcripſit
Abb. in c. illud. nu. 12. in fin. de præſumpt.

CONCLVSIO CCCCVI.

ARGVMENTVM.

Coniectura vnaquaque, an probari debeat ſaltem per duos teſtes.

SVMMARIA.

1 *Coniectura vnaquaque probari debet ſaltem per duos teſtes.*
2 *Ad probandam coniecturam, quæ reſpicit declarationem voluntatis teſtatoris, duo teſtes ſufficiunt.*
3 *Ad probandam ſubſtantiam, ſeu voluntatem teſtatoris omiſſam per errorem Notarij, tot teſtes requiruntur, quot ſunt neceſſarij, ſi fieret directa probatio expreſſa diſpoſitionis.*
4 *Coniecturæ, quibus præſumptiue probatur diſpoſitio teſtatoris, probandæ ſunt per ſeptem teſtes, ſicut ipſum teſtamentum.*
5 *Ad probandum coniecturas requiruntur in teſtamento ſeptem teſtes, & in codicillis quinque ſi diſpoſitio teſtatoris ſit incerta.*
6 *Coniecturæ inter extraneos, debent probari per ſeptem teſtes, & in codicillis per quinque.*
7 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandam coniecturam voluntatem teſtatoris.*
8 *Coniecturæ vltimarum voluntatum probari poſſunt per aliam ſcripturam eiuſdem teſtatoris.*
9 *Scriptura priuata teſtatoris ſatis declarat eius voluntatem ita fuiſſe, dummodo conſtet, manu ipſius ſcriptam eſſe.*
10 *Diſpoſita in priori ſcriptura intelliguntur translata in poſteriorem, quoad expreſſa inueniuntur.*
11 *Coniectura quandoque non eget aliqua probatione.*
12 *Coniecturæ ſi extrinſecus colliguntur ex his, quæ non ſunt ſcripta in teſtamento, & agatur de noua diſpoſitione inducenda, per ſeptem teſtes probari debent.*
13 *Ad probandam coniecturam voluntatis duo teſtes ſatis ſunt, quando relictum eſt obſcurum, ſed tamen vtile, vel licet ſit vtile, tamen poſſit inutile fieri. Secus, vt ibi.*

CONiecturam vnãquanque probari debet ſaltem per duos
1 teſtes, † tradidere * omnes, præcipue Bal. in l. familiæ C.
famil. erciſ. & ſenſit gl. in auth. de teſta. imper. in prin. in verb.
derelinquam. & ibi Ang. nec ab hac ſententia diſceſſit Inn. in
c. ſicut il 1. de ſimo. idem ſcriptum reliquit Ang. in l fi. in prin.
ff. quod met. cauſ. Oldr. loquẽs in ambigua declaratione pro-
banda, aſſerit in conſ. 297. nu. 7. Alex. rñdit cõſ. 54. nu. 3. vol.
3. & in conſ. 29. nu. 21. vol. 7 ſcripſit ẽt Natta conſ. 363. nu. 16.
Gui. Pap. meminit in qõ. 528. incip. ſunt aliqua. vbi ita ſeruari
in iudicando in curia parlamenti aſſeuerauit, & idẽ dixit qõ.
504. fuit in hac curia. idẽ poſt gl. tradidit Bar. in l. hęredes pa-
lam. §. ſi quid poſt factum teſtamentũ. nu. 4. & ibi Caſtr. nu. 13.
ff. de teſtã. Bar. ẽt hoc voluit in l. 1. nu. 2. C. de codicil. cui pro-
fitẽdo acceſſere Bal. & Salic. in l. quamuis. vbi vnus, nu. 1. alter
nu. 4. C. de impub. & alijs ſubſtit. & probauit idem Salic. in l.
precibus. nu. 7. eo, tit. ſic præterea placuit Soc. ſen. in l. 1. n. 38.
verſ. 3. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. hoc ẽt conſulẽdo confirmauit
Bal. in conſ. 440. nu. 2. nec abhorruit à mente Corn. in cõſ. 174.
* nu. 13. ſic de iure cauit Pariſ. in conſ. 13. nu. 14. vol. 3. qui * om-
nium conſenſu eſſe receptum teſtatur, & in conſ. 34. nu. 36. &
in conſ. 94. nu. 46. vol. 2. idq; poſtremo vidit Alex. in conſ. 54.
nu. 3. vol. 3. gloſ. auctoritate motus in d. l. hæredes palam. §. 1.
* quã, vt ipſe eſt teſtatus, * omnes ſequuntur. Idem obſeruauit
Gui. Pap. ſing. 658. incip. Coniectura in vltimis voluntatibus.

Nec ita ſiccis pedibus id eſt prætereundũ, etenim hęc, quæ
dicta ſunt, ita velim accipias, vt vera ſint, quando agitur de
2 probanda coniectura, quæ † reſpicit declarationem volunta-
tis teſtatoris, vel ſi in controuerſia verteretur, an factum eſſet
teſtamentum, tunc enim profecto ſufficiunt duo teſtes, ex iam
deductis.

Secus id eſſet, ſi ageretur de probanda ſubſtantia, ſeu vo-
luntate teſtatoris omiſſa per errorem Notarij: nam tunc tot
4 teſtes requiruntur, quot † ſunt neceſſarij, ſi fieret directa pro-
batio expreſſe diſpoſitionis, vt profitendo ſcripſit Aret. in d.
l. hæredes palam, col. 4. verſ. ad primum dictum adde. ff. de re-
ſta. vbi dilucide tradidit, coniecturas, quibus aliquando præ-
ſumptiue probatur diſpoſitio teſtatoris, probandas eſſe per
4 ſeptem teſtes, ſicut † ipſum teſtamentum, quod Accurſ. aucto-
ritate probat in l. cum proponebatur, in fi. ff de leg 2. cuius do
ctrinam ſingularem arbitratur Bal. in c. 1. §. fi. ſi de inueſtitu. lis
oria. inter dom. & vaſal. idem quoque tenet Pau. Caſtr. in d. l.
hæredes palã. §. 1. nu. 6. & Imol. in d. l. cum proponebatur. nu.
3. verſ. ſed aduerte. de leg. 2. tradidere Do. de Rot. in dec. 332.
aliàs 27. licet Rom. n. 2. de reſcr. in nou. & obſeruauit Bellam.
dec. 746. licet obſeruet. col. 2. & tranſit Mil. in repert. in verb.
probatio alicuius diſpoſitionis. tradit ẽt Fel. in c. edoceri. col.
5. poſt nu. 7 verſ. nõ obſtat pretiũ. de reſcr. cauit Rom. cõſ. 65.
* nu. 5 viſo themate. & hęc eſt * cõis opinio, vt eſt teſtatus Dec.
in conſ. 107. nu. 3 verſ. & pro fundamento. incip. pro tenui fa-
* cultate. & hanc eſſe * cõem Dd. ſniam, dicit ẽt Iaſ. in l. error in
fi C. de teſtam. idem reſpondit Dec. in cõſ. 315. nu. 7. & idem
ſcriptũ reliquit Bar. in d. l. cũ proponebatur. nu. 3. dũ animad-
5 uertit, vt † ſi diſpoſitio teſtatoris ſit incerta, tunc ad proban-
dũ coniecturas requirantur in teſtamento ſeptem teſtes, & in
codicillis quinque. Verũ ſi diſpoſitio certa appareat, & aſſera
tur erratũ fuiſſe in aliqua qualitate, ſeu quantitate, tunc per
pauciores teſtes error huiuſmodi detegi poſſit, vt ibi per eũ,
& Bal. etiam poſt prin. quo in loco ex ea gl. colligit, coniectu-
6 ras † inter extraneos debere probari per ſeptem teſtes, & in
codicillis per quinque, quod & ſequitur Imol. ibid. nu. 4.

Amplia concluſionem, vt etiam teſtes ſingulares admittan-
7 tur ad probandã coniecturam voluntatis teſtatoris, vt † con
ſulendo voluere Paul. Caſt. conſ. 395. nu. 1. verſ. quintus teſtis.
nu. 2. & Crau. conſ. 73 num. 33.

Amplia ſecundo loco, vt etiam coniecturæ vltimarum vo-
lũtatum probari poſſint per aliam ſcripturam: at ſi dubitetur
8 de volũtate teſtatoris, illa poſſit declarari & probari † ex alia
ſcriptura eiuſdem teſtatoris, vt profitendo ſcripſere Bar. in l.
alimenta in prin. nu. 3 de alim. lega. & Bal. in l. cũ pater. §. do-
nationis. de leg. 2 tradidit ẽt Alex. in conſ. 24. nu. 14. in fi. li. 6.
cuius rei ratio illa poteſt afferri, qa ſcriptura teſtatoris, licet
priuata, multum tñ auctoritate polleat, cũ ſatis declaret, eius
voluntatem ita fuiſſe: non enim dubium eſt, vt ſi teſtator vo-
luerit fidem adhiberi memoriali eius manu ſcripto, quoad
interpretationem ſuæ voluntatis, talis ſcriptura fidem faciat,
9 dummodo conſtet ex comparatione literarum, vel † alijs le-
gitimis coniecturis, hanc ſchedulam fuiſſe ſcriptã manu ipſius
teſtatoris, per l. ſi ita ſcripſero. & ibi Bald. & cæteri de cõd. &
demon. conſuluit Alex. in conſ. 76. nu. 5. & ſeq. vol. 3. & in cõſi.
57. nu 2 li. 6. & reſpondit Abb. in conſ. 4. nu. 1. vol. 2.

Iſtud ſic velim accipias, vt verum ſit, quando vna ſcriptura
expreſſe vel tacite ad aliam referatur, vel quando per vnam
ſcripturam alteri non derogetur, ſecus ſi per vltimam ſcriptu-
ram penitus à prima recedatur, vel cum prior abrogatur, in
10 aliam poſteriorem mutatur, quia † tũc diſpoſita in priori in-
telliguntur translata in poſteriorem, quoad expreſſa inueniun-
tur, ſed ea, quæ omiſſa fuere, non ſecus ſunt, ac ſi prætermiſſa
ſint, vt conſultus reſpondit Ruin. conſ. 93. nu. 13. vol. 2. & ante
eum ſenſit Bar. in l. Statius Florus. nu. 2. in princ. ff. de iur. fiſc.
quod & placuit Nat. in conſ. 484. nu. 3.

11 Tertio amplia, vt quãdoque etiam coniecturæ non † egeãt
aliqua probatione, vt ſi educantur ex ipſo teſtamento, & pro-
babiles ſint apud viros ſapientes, vt ſcriptum reliquit Manti.
d. tracta. de coniect. vlt. volunt. tit. 20. nu. 10. auctorem laudat
* Oldr. in conſ. 297. & Alex in conſ. 54. nu. 3. vol. 3. qui * commu
nem dicit, Corn. in conſ 174. nu. 13. vol. 2. ſecus ſi coniecturæ
extrinſecus colligerentur ex his, quę non ſunt ſcripta in teſta-
12 mento, quia tunc, quod † agatur de noua diſpoſitione indu-
cenda, ſeptem debent adhiberi teſtes, ex ſuperius late addu-
ctis, & per ipſum Manticam, loco ſuperius allato, vbi alios
idem ſentientes in medium profert.

Dum vero dicebamus, duos teſtes ſatis eſſe ad probãdam
coniecturam voluntatis, id ſane intelligendũ eſt, qñ relictum
13 eſt obſcurum, ſed tamen eſt vtile, † vel licet ſit vtile, tamen
propter probationis defectũ poſſit inutile fieri, ſecus vero, ſi
quod eſt relictũ, inutile omnino ſit, & per declarationẽ con-
firmandũ eſſet, ac vtile redderetur, quia eo caſu idem ſolenne

Digitized by Google

requiſitum eſſet adhibendum in declarando, quod in dando
requireretur, vt poſt Dyn. cauit Bar. in d.l. hæredes palam. §. ſi
quid poſt factum. nu. 4. ff. de teſtam. quem ſequitur ibi Paulus
Caſtr. num. 13. & ſenſit Bal in l. 1. in fi. C. de codicill. reſpondit
etiam Pariſ. conſ. 38 nu. 33. vol. 3. atque obſeruauit Fel. in c. e-
doceri. col. 6. poſt nu. 7. verſ. nõ obſtat præfatis. cir. fi. de teſcr.
cui adhęret Mil. in reper. in ver. ꝓbatio alicuius diſpoſitionis.

CONCLVSIO CCCCVII.

ARGVMENTVM.

Coniunctus an præſumatur ſcire facta ſui coniuncti.

SVMMARIA.

1 *Coniunctus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti.*
2 *Coniunctus præſumitur notitiã habere vocis coniuncti ſui præſertim ſi vna habitent.*
3 *Coniunctus etiam minor ſcire præſumitur facta coniuncti.*
4 *Coniunctus præſumitur ſcire mores coniuncti, proceſſum naturæ, iura ſanguinis, & diuitias, ſed non factum, quod poteſt eſſe occultum.*
5 *Coniunctus non præſumitur habere notitiam de contractu facto per coniunctum.*
6 *Coniunctus non præſumitur ſcire factum coniuncti, quod habet tractum momentaneum.*
7 *Coniunctus præſumitur ſcire factum maxime publicum coniuncti ſui & actum frequentiſſimum ſolitum ab ipſo geri.*
8 *Coniunctus non præſumitur ſcientiam habere geſtorum coniuncti ſi eſt abſens.*
9 *Coniunctus ægrotus ſcientiam rerum coniuncti habere non præſumitur, ſi morbus eius grauis eſt.*

1 COniunctum ex vulgata concluſione præſumi † ſcire facta
ſui cõiuncti, ſubtiliſſimi ille vir ingenij Papinianus rñdie
in l. Octaui. ff. vnde cognat. & reſcripſere Imp. Diocl. & Maxi.
in l. de tutela. C de in integ. reſtit. minor. huc pertinet l. ſanci-
mus. C. de nup. & hf in c. quando. & in c. quoſdam. de præſũp.
tradidit præterea gl. in c. paratus. in verb. neſcire. 23. q. 1. q. &
placuit Grat. conſ. 76. nu. 6. vol. 1. & Alex. in conſ. 71. videretur
prima conſideratione. poſt nu. 1. verſ. 2. reſpondetur. lib. 1.
2 Hinc eſt, vt † coniunctus præſumatur notitiam habere vo-
cis coniuncti ſui, pręſertim ſi vna habitent, vt reſpondit Alex.
in conſ. 24. vol. 2. prout præſumitur ſcire mortem coniuncti, vt
dixit Bart. in l. qui duos. verſ. quæro, dixi, quod oportet ff. de
reb. dub. & conſuluit Alex. in conſ. 102 vol. 3. & in conſil. 141.
vol. 1. atque ſcripſit Purpur. in l. 1. ff ſi cert. petat.
Amplia, vt id etiam locũ habeat in coniuncto minore, quia
3 facta † coniuncti etiam pręſumitur ſcire, vt ſenſit Rui. in conſ.
122. nu. 18. verſ. nec obſtat. incip circa dubia, lib. 5.
Concluſionem limitare poteris, vt locum habeat præſũpta
ſcientia quoad mores, proceſſum naturæ, iura ſanguinis, & di-
4 uitias, non autem quoad factum, quod † poteſt eſſe occultum.
Ita docuit Bal. in l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. & dixit
Dec. in l. 1. in fi. C. qui admitti. & pro ſingulari tradidit Trigo.
in ſing. ſuo 80. incip. tu habes dictum. nu. 3. & protulit Grat in
conſ. 76. vol. 1. atque cauit Dec. in conſ. 445. poſt nu. 35. & 71.
in fin. verſ. non obſtat. & profitendo ſcripſit Io. Annibal. in re-
petit. l. poſt contractum. nu. 115. ff. de dona. quo in loco aſſerit
textum in d. l. Octaui. & in d. l. de tutel. habere locum in iſtis,
quę explicite poſſunt conſiderari, ſecus in actu intrinſeco de-
pendente ab animo, qui percipi nõ poteſt, & hoc ſolum Deus
ſcit, capit. in ciuitate. extr. de vſur. idem tradit Hornanotus
Detus in repet. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 162. verſ 2.
concluſio. ff. de acquir. poſſ. & monuit Io. Coraſ. in repet. d. §.
nihil commune. nu. 135.
Ex hoc illud exijt, vt coniunctus non præſumatur habere
5 notitiam † de contractu facto per coniunctum, vt conſultus
reſpondit Dec. in d. conſ. 445. poſt nu. 7. verſ. 10. & vltimo. &
conſulendo ſentit Rui. in conſ. 121. poſt nu. 4. verſ. nec obſtat.
& meminit Grat. d. conſ. 76. nu. 48.
Ex illo etiam ſequitur, vt coniunctus non præſumatur ſcire
6 factum, quod † habeat tractum momentaneum, vt prodidit
Trigon. d. conſ. 80. incip. tu habes dictum. nu. 1. & 2. nec omiſit
Aug. in d. l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. atque ſcripſit
Cæp. in conſ. 47. poſt nu. 5. verſ. nec obſtat. quod nec à mente
abhorruit Feli. in c. ex literis. in 4. limit. de pręſumpt. & idem
ſcriptum reliquit Io. Coraſ. d. § nihil commune. d. nu. 135.
Quod poſtremum eſt ſublimitandum, vt non ſibi locũ ven-
7 dicet in facto maxime in publico, quo † cõiũcti ſcientia pre-
ſumitur, vt inſigniter protulit Bal. in d. c. quanto. de pręſump.
& idem dicendũ erit in actu frequentiſſimo ſolito geri à con-
iuncto, qui pręſumitur à coniuncto non ignorari, vt memo-
riæ prodidit Soci. in l. 1. ff. ſi cer. pet. vbi Arer. & Purpur.
Secundo pręcipuo loco concluſionẽ limitabis, vt non pro-
cedat, qñ coniunctus fuit abſens, tunc enim ſcientia geſtorum
8 coniuncti † non pręſumitur. Ita conſulendo reſpondit Rui. in
conſ 164 Dñs oſtendat. nu. 20. & ideo quamuis. vol. 5. motus
auctoritate Bar. in l. is poteſt. ff. de acqui. hær. & voluit Dec. in
conſ. 64. diligenter prouidit. col. 3 poſt num. 5. verſ. prędictis
tamen non obſtantibus, ibi, hoc verum intelligitur, quando
eſſet præſens, ſecus ſi abſens reperitetur, quia tunc non præſu
mitur ſcientia, tradidere etiam Imol. in l. Lucius. §. Titius. in
1 not. & ibi Alex. ff. de liber. & poſthu. Abb. cauit in c. cum in
tua. in 2. notab. qui matrim. accuſ. poſſ.
Tertio loco limitare poteris, vt concluſio non procedat in
9 coniuncto ęgroto, qui ſcientiam rerum † coniuncti habere
non pręſumitur, vt docuit dilucide Bart. in d. l. is poteſt. ff. de
acq. hęr. licet ibi Iaſ. ab hoc diſſenſerit, ſed cum Bar. ibi tranſit
Imol. & Rom. & reſpondit Alex. in cõſ. 82. verſ. hæc confirmo.
volum. 3. quorum ſententia intelligenda eſt, modo morbus ſit
grauis, & declarat Rom. in d. l. is poteſt. ff. de acquir. hęred.
Cætera, quæ huc ſpectant, aſſumes ex concluſionibus no-
ſtris, Conſanguineus, & Vicinus, & Scientia, vbi multa, quæ
hic deſunt, abunde tibi ſunt ſuppeditata.

CONCLVSIO CCCCVIII.

ARGVMENTVM.

Coniunctus pro coniuncto an teſtimonium ferre poſſit.

SVMMARIA.

1 *Coniunctus pro coniuncto teſtimonium ferre poteſt.*
2 *Coniuncto minus creditur quam alij teſti.*
3 *Coniuncti ſi ſunt probatæ vitæ, & ſummæ religionis, pro coniuncto teſtimonium ferre poſſunt.*
4 *Coniunctus etiamſi recuſatus fuerit à parte aduerſa, poſſe tamen teſtimonium perhibere pro coniuncto.*
5 *Conſanguinitas omnis repellit iudicem, & non reijcit teſtem.*
6 *Coniunctus pro coniuncto teſtimonium ferre poteſt, etiamſi agatur de crimine ciuiliter.*
7 *Coniuncti ſub eodem patre nati repelluntur in cauſa ciuili.*
8 *Coniunctus non eſt idoneus teſtis pro coniuncto, quando ſimul cohabitant.*
9 *Amicitia, dilectio, & affectio, quæ acquiritur ex cohabitatione, maximam inducit præſumptionem, quod coniunctus ſemper teſtificaretur pro coniuncto.*
10 *Iniuria facta vni de coniunctis, videtur facta alteri, imo omnibus.*
11 *Iniuria facta vni coniunctorum, cenſetur facta toti familiæ.*
12 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur in cauſa criminali.*
13 *Coniunctus non admittitur vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
14 *Coniunctus non eſt omni exceptione maior, & ei minor fides habetur.*
15 *Coniunctus vbi agitur ciuiliter in cauſa graui, & valde arctio præiudiciali, non eſt integer teſtis, nec facit ſemiplenam probationem.*
16 *Coniunctus teſtimonium pro coniuncto ferre poteſt, ſi ſit vir ſanctitate probatus.*
17 *Coniunctus factus teſtis inſtrumentarius, teſtis idoneus iudicatur.*
18 *Coniuncti ſi patiuntur ſcribi in inſtrumento pro teſtibus, intelliguntur per partes approbari.*
19 *Teſtis, qui non poteſt teſtificari viua voce, redditur teſtis idoneus in inſtrumento.*
20 *Permittens contra ſe produci teſtes, nihil proteſtando, vel excipiendo, intelligitur conſentire in his, quæ per eius conſenſum tolli poſſunt.*
21 *Coniunctus vtriuſq; partis poteſt eſſe teſtis, quia par cauſa affectionis tollit ſuſpicionem.*
22 *Teſtimonium coniuncti, fratris, & conſanguinei, & cuiuſcunque alterius, qui alias propter affectionem repelli poſſet, valet, niſi opponatur.*
23 *Cauti aduocati ſemper proteſtantur in principio productionis, exceptiones ſibi ſaluas eſſe in perſonas, & dicta teſtium.*
24 *Proteſtatio non eſt neceſſaria, quando producuntur teſtes contra abſentes, quia abſens non intelligitur conſentire, cum non habeat cauſam contradicendi.*
25 *Coniunctus ſi producitur in defenſionem coniuncti, etiam in cauſa criminali admittitur.*
26 *Teſtimonium coniuncti tenet, ſi prodeſt coniuncto, & nemini nocet.*
27 *Coniunctus poteſt inducere coniunctum pro ſe contra fiſcum, ad probandum, quod fecerit homicidium in ſui defenſionem.*
28 *Coniunctus teſtimonium ferre poteſt pro coniuncto, quando producitur in teſtem, & ipſe non ſe obtulit.*

1 COniunctũ pro coniuncto † teſtimonium ferre poſſe, ſenſe
re gl. & Dd. in c. inſinuãte. in ver. familiarẽ. de off. deleg.
* & ibi Imo. n. 14. vbi id * cõi oium cõſenſu teſtat eſſe receptũ,
& de hoc ſunt context. in c. 2. & c. accuſatores. 3. q. 5. monuit
Spec. titu. de teſt. §. 1. ver. ſed nunquid. vbi tamen addit, quod
2 minus credatur ei, q̃ † alij teſti, quod idem voluit Bar. in l. qui
teſtam. in prin. ff. de teſta. & recenſet Steph. Aufr. in ſuo tract.
de teſtib. nu. 25. placuit et Fel. in c. cũ oporteat. de accuſ. nu. 3.
& con-

Digitized by Google

& conſulendo reſpondit Bal.in conſ.50.col.1.verſ.Philippus. etiam.vol.2.tradit etiam Alex.in conſ.32.col.1.verſ.vnde dicit.vol 1.& in conſi.125.col.2.verſ.nec obſtat.vol.5.hoc idem reſpondendo probauit Fulg.in conſ.119.col.2.in fi.verſ. nam teſtes,& obſeruauit Cæpol.in cautel.217.in prin.

3 Quod præcipue locum habet in coniunctis,qui † ſint probatæ vitæ,& ſummę religionis,vt monuit Iaſ.in conſ.175.col. 5.ver.ſimiliter.vol.2.& tradidit Fel.in c.ſuper his.col. fi.verſ. facit gl.de accuſa.in c.cum oporteat.col.2.in fi.ver.adde prędictis.eod.tit.idem voluit Caſſan.conſ.36.nu.1.verſ.& teſtes ſunt.& conſ.37.nu.3.verſ.præterea cognatus.

Huic opinioni repugnat gl.in c.cum R.Canonicus, in gl 2. in verſ.ſed in teſte ſecus.de offic.deleg. cui adhæret Spec.tit. de teſt.§ 2.verſ.ſed nunquid agnati,& ſequitur Alber.in trac. de teſti.nu.13.& ſeq.verſ.dicto de fratre. vbi * omnes id ſenſiſſe ſcribentes aſſerit,& cum iſtis tranſit Soci.iun. in conſ.29. nu.13.vol.5.& reſpondit Gram.in conſ.ciuil.107.in fi. Quod ſi ſequi voluerimus priorem affirmantem opinionem.

Ampliare poterimus cōcluſionem, vt etiam procedere poſſit,ſi coniunctus prius recuſatus fuerit tanquam iudex à par-
4 te aduerſa, nam † & tunc recte perhibebit teſtimonium pro coniuncto,ſi credimus Spec.in tit.de teſte.§.1.verſ.quid ſi iudex fuit vt ſuſpectus,quem referendo ſequutus eſt Areti. in l. qui teſtamento §.quæcunque.col.3.verſ.4.adde. ff. de teſtib.

Huius rei ea cauſa eſt, quod minor cauſa repellit iudicem,
5 quam teſtem,omnis † enim conſanguinitas repellit iudicem, quæ non reijcit teſtem,vt cauit inſigniter gl in c.inſinuante.in verb.familiarem.circa med. de off.deleg quæ auctoritate con tex.permouetur in c.poſtremo.de appell.

6 Secundo loco amplia,vt vera ſit concluſio,etiamſi † agatur de crimine ciuiliter,iuxta ſententiam Io.Andr.in c.cum oporteat.in gl.2.de accuſ.quem ſequutus eſt ibi Abb.in col.2.in fi. & Fel.col.2.ver & iſta procedunt.placuit id etiam Imo. in c. cum oporteat.nu.10.ver.in gl 2.de accuſa.

Iſtis tñ non diſſimulanter fuit aduerſarius Lanfr. de Ori. in c.qm contra §.teſtiũ depoſitio.in verb.capio itaq; primā cauſam.poſt nu.73.ver.& idem eſt in cauſa iniuriarũ.extr.de ꝓb.

Primo limita,vt nō ꝓcedat,vbi eſsēt cōiūcti ſub eadē ptāte, vt ſi frater ꝓ fratre,q ambo ſub ptāte eſsēt paterna, vellēt te-
7 ſtimoniũ perhibere,nā † tūc in cauſa ciuili repellitur, vt docuit Accur.in l.parētes.in ver.nec volētes.C de teſta. & tenet Bal.in l.1.verſ.hoc operat.C.de epiſ & cler.cui adhæret Feli. vbi ſupra,d.n.3.quē ſequutus eſt Steph.Aufr.i d.tract.de teſt. nu.25.verſ 1.vbi ſunt,&c.& idem aſſerit Lanfr de Or.in c.qm cōtra. §.teſtiũ depoſitio. verb.quarto caſu fallit in teſtimonio filij militis.n.80.ver.ꝙ ſi fratres.de proba.ꝙ ēt ſcriptũ reliqt Iaſ.in repet.l.admonēdi.n.180. ver.nā licet frater.ff de iureiu.

Secũdo limita,vbi ſimul cohabitarent coniuncti,non enim
8 vnus † pro alio tunc teſtis eſſet idoneus,ſic obſeruauit gl.in c. conſanguinei.3.q 5.cui adhæret Domi.3 q.1.in ſumma.quod & probauit Fel.vbi ſupra.hunc ſequutus eſt Steph Aufr.d.loco.efficit enim cohabitatio,vt ex ea requiratur maior amicitia,dilectio,& affectio,quæ maximam inducit pręſumptionē,
9 vt † coniunctus ſemper teſtificaretur pro coniuncto. Ita ſatis venuſte tradidit Bal.in l.parentes.C.de teſtib.& ad id adducit ſingularē caſum in l.ſi vt allegas.C.de caſtr.pecul.lib.12.& idem voluit Bal in l.1.C.de epiſc.& cler & in tract.de duob. fratrib.& conſuluit Io.And.& Imol.conſ.13 alias 133.

Tertio limita,vt non procedat in cauſa iniuriarũ,quæ illatę
10 ſunt vni ex familia,quia iniuria facta vni de cōiũctis,† vr̃ facta alteri,vnde ſi teſtes admitterent,eſſent teſtes in cauſa propria,quod à iure eſt prohibitum per contex.in l.idonei.ff. de teſt.ita tradidit Lanfr.de Or.in d.c.quoniam cōtra.ver.teſtiũ depoſitio.d.verb.capio itaq;nu.74.ver.& eſt rō.& hoc voluit Cy.quē ſeqtur Ang.& Salic.in l.1.C.de rapt.virg.&Bar.i l.lex Cornelia,in terminis docuit.in ver.& ꝑ hoc dicimus.ff.de iniur.rñdit Dec.in conſ.133.col.2.verſ. conſiderādum eſt, & in cōſ.163.col.3.ver.quarto allegat.Pariſ.ēt cōſuluit in conſ.152. col.3 verſ.diſcurrēdo igitur.vol.4.Bal.ēt in allata l.2.C.de ra-
11 pt.virg.ait iniuriam † factā vni coniunctorum, cenſeri factā toti familiæ,eandem ſequutus eſt ſniam Bar. in l. cum ſcimus. C.de agr.& cenſ.li 11.In qua re conſulas,quæ obſeruat Bar.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.obl. & quod ipſe animaduertit i l.3.§.ſi tutor.ff đ ſuſpect.tut.Fel.vbi ſup.d.n.3.

Quarto limita in cauſa criminali,in qua non admittitur co-
12 iunctus † pro coniũcto,Fel.in d.c.cum oporteat.nu.3.de accuſa.Bal.in l.fi.col.2.C.de prob.allegat gl.in l.lex Cornelia ff. de iniur.Abb.Sicul.in c.literas.col 3.de præſump.& cōſultus rñdit Marſ.conſ.31.col.2.in fi verſ.t.enim.nu.14.atque aſſerit Gram.in conſ.58.nu.6.verſ.præterea,& quarto. quod certiſſimum & veriſſimum eſt arbitratus Paul.Caſt.in l.fi.verſ.ſed in cauſa criminali.C.de probat.& idem tradidit Lanfr.de Oria. in d.c.quoniā contra.§ teſtium depoſitiones.ver.capio itaq; poſt nu.73.verſ.in cauſa autem criminali.

13 Quinto limita,id non habere locũ in his cauſis,in † quibus requirerentur teſtes omni exceptione maiores.Ita in hāc deſcendit ſniam Bal.in d.l.fi,col.2.C.de proba quem refert & ſequit Feli.in d.c.cũ oporteat.d.nu.3.& Steph.Aufr.d.tract. de teſti.nu.25. quod ea ratione fit,ꝙ coniunctus non eſt oĩ exce-
14 ptione maior,& † ei minor fides habetur,& rñdit Alex.conſ. 13.col.pen.verſ.item non eſt integer teſtis.vol 1.& in cōſ.122. col.2.verſ.nec obſtat,ꝙ iſte teſtis.vol.2.& in cōſ. 18 col.pen. verſ.itē nō eſt integer.vol.4.dixit ēt Mari.in cōſ.10.n.15.vol. 2.& cōſulēdo tradidit Dec.in cōſ.310.n.3.ver.& ad hoc facit.

Sexto fallit,vbi agitur etiam ciuiliter in cauſa graui,& val-
15 de tertio præiudiciali,quo † caſu non eſt integer teſtis,nec facit ſemiplenam probationem,licet faciat aliquod indicium. Ita notat expreſſe Bal.in l.parentes.poſt prin.C. de teſt.relatus à Fel.& Aufr.locis ſupra citatis.

Veruntamen ſublimitandæ ſunt à nobis allatę limitationes aliquot modis.Quarum illa primũ ſibi locum vendicat,vt illę
16 nō procedant,ſi coniunctus ſit vir ſanctitate probatus,vt † ſi eſſet religioſus magnæ obſeruantiæ.Ita voluit ſingulariter gl in 3.q.5.c.in ſumma.Imo.qui idem aſſeruit in c.cum R.de off. deleg.& in c.inſinuante.d.tit.Fel.in d.c.literas. de præſumpt. & c.cũ oporteat de accuſa.Io de Anan. in d.c.cum oporteat. tradit late Marſ.in pract § principium,poſt num.8.in fi. hanc quidem ſublimitationem multum ſingularem dixit Iaſ.in l.admonendi.nu.180.verſ.limita multum ſingulariter.ff.de iureiu.

Præterea ſublimitandum eſt,vt non procedant,ſi eſſet teſtis
17 inſtrumentarius,etenim † tūc teſtis idoneus iudicatur, iuxta ſententiam Bal.in allata l.parētes.C.de teſt cui addas Ant.de Butr.& alios in c.ex literis.de tranſact.atq; obſeruauit Barth. Cæp.in ſuis cautelis,caut.219.incip.licet regulariter.nu.2. & Corſe.ſingulari ſuo,in verb.teſtis.incip.licet pater. id ēt placuit Lanfr.de Or.in d.c.qm cōtra §.teſtiũ depoſitiones.verb. itē frater.nu.85.de proba.vbi rationem reddit, quia eo ipſo,
18 ꝙ † patiuntur eos coniunctos ſcribi in inſtrō,intelligūtur per partes approbari,& propterea bona cautio erit, vt, cũ inſtrā conficienda ſint,adhibeātur teſtes in illis coniũcti,& affines, quia rectius poterunt teſtificari,quam alij,vt profitendo ſcripſit idem Lanfr.loco ſuperiori à nobis allato,& Cæp.ibid.de teſte vero inſtrario,idē ſenſit Fel.in d.c.literas de pręſũp.nu. 3.& nu 25.& in d.c.cum oporteat.de accuſ.& Aufr.eſt doctrina notatione digna,vt teſtis,qui non poſſit teſtari viua voce,
19 † reddatur teſtis idoneus in inſtrō, in quo tñ neceſſe eſt, vt obſeruetur,an inhabilitas pendeat à poteſtate partiũ,necne, propter doctrinam inſignem & eximiam Bal.in l.ſi quis teſti. in vlt col.ver.dubitatur hic.C de teſtib.vbi protulit, permittentem contra ſe produci teſtes,nihil proteſtando, vel excipiendo,intelligi aſſentiri in his,quæ † per eius conſenſũ tolli poſſunt,vt in exceptione inimicitiæ,vel domeſticæ familiaritatis, ſecus in his, quæ non ſunt introducta fauore tacentis, ſed odio ipſius teſtis, vt in exceptione excommunicationis, vel banni,vt ibi per eum,refert Feli.vbi ſupra,d.nu.30.

Quin ēt tertio loco ſublimitabis,vt nō verum ſit,ſi teſtis ſit æque coniunctus vtrique parti, quia par cauſa affectionis tol-
21 lit † ſuſpicionem.Ita in terminis obſeruat Bar. in l. qui teſtamēto.ff.de teſtib.quē ſequitur Maria.in d.c. cum oporteat.ita referens ſe conſuluiſſe,motus auctoritate Bar.in l. non ſolum. ff de ritu nupt.idem voluit Spec.tit.de teſtib.§.1.verſ. quid ſi aduerſarius hoc idē placuit Bal.& Philip.Frāc.in c.poſtremo. de appell.& ibi Dec.col.2.verſ.in eadem gl.nu.7.& eſt * cōis opinio,ſi credimus Bal.in conſ.105.vol.5.& dicit conueniens Io.de Amic.conſ.219.col.1.nu.4. cui ſententiæ ſubſcribit Fel. vbi ſupra,d.nu.3.ver.3.limita.& ibi additio.& reſpōdit Alex. in conſ.156.col.5.nu.20.ver.quia reſpondeo primo, volum.5. Aret.etiam cauit in conſ.13.col.pen.verſ.quod autem.

Quarto ſublimitabis,niſi opponeretur, quia valet teſtimo-
22 niſi coniuncti fratris,& conſanguinei,& † cuiuſcũq; alterius

qui alias pp affe ctionē repelli poſſet. Ita eleganter decidit Bal.in l.ſi quis teſtib.in vlt.col. loquens in exceptionib. gratia partis inductis,ſecus dicit in inductis odio teſtis, vel excōmunicationis, vel bāni,l.tāetſi.ff.ad Macedon.ita aſſerit intelligendū eſſe c.pręſentiū & c.ex parte.de teſtib.& authē.ſi dicatur.C.eo.tit.refert & ſequitur Feli.vbi ſupra d.n.3.ver.4 limita.& conſultus reſpōdit Alex in cōſ.122.col.3. verſ.plus
23 dico.quinimo inſuper addit Bal vbi ſup. vt † cauti aduocati ſemper proteſtentur in principio productionis, exceptiones ſibi ſaluas eſſe in pſonas,& dicta teſtiū. Etenim per iſtiuſmodi proteſtationē reſeruatur ius opponendi,cū excludatur tacitus cōſenſus,arg.l.ſi filius ff.ad Macedon.quę procedunt in teſtib.productis cōtra pręſentes,ſed quando producūtur cō-
24 tra abſentes,non † eſt neceſſaria proteſtatio,quia abſens nō intelligitur aſſentiri,cū non habeat cauſam cōtradicendi, vt animaduertit Cyn.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.& hæc Feli. vbi ſup.d.ver.4.limita,referēs verba Bal.d.l.ſi quis.C.de teſt.

Quinto ſublimitare poteris, niſi coniunctus produceretur
25 pro † defenſione coniuncti ēt in cauſa criminali. Ita voluit valde inſigniter Bal.in adducta l.parentes in prin.C.de teſti. dicens,quod ſi dictū coniuncti,vt fratris,prodeſt coniuncto,
26 nemini nocet,vt cū purgat coniunctū de hæreſi,tenet † eius teſtimonium,per tex.quem dicit eſſe notatione dignum,in c. literas.extr.de præſump.Hinc illud colligit,vt coniūctus poſſit producere coniunctum pro ſe contra fiſcum,ad probandū,
27 ſe patraſſe homicidiū,vt ſeipſum tueretur, nec † per hoc dicatur nocere fiſco,qui tractat de pęnali,& odioſo lucro cum alterius iactura arg.eius,quod obſeruatur in l.ſi quis vxore. §.ſi ff.de fur.& ibi dicitur,non haberi rationem lucri,nec intereſſe,quod perciperetur cum alterius iniuria,vbi doctrina eſt ab Accur.quæ non eſt alibi,ſi credimus Bal.in d.l..parētes. cum quo cōuenit Salic.ibi.& Abb.in d.c.literas.nu.4 Fel.vbi ſupra. & Aufrer.d.nu.25.& conſulendo tradidit Dec.conſil. 459.nu.7.& cōſ.669.n.7.etiam Aym. Crau. conſ.2 col.4.verſ. tertio dico.& in conſ.119.col.fi.verſ & ſi dicatur,quod teſtis.

Sexto ſublimita,quando coniunctus producitur in teſtē,&
28 ipſe † non ſe obtulit, ſed eſt vocatus, vt ſcripſit Fel.vbi ſupra nu.3.ver.6.limit.ſic.in d.c.literas.nu.4.de pręſump.cuius etiā meminit Iac.Aegid.in ſuo tract.de teſtib col.14.ver.quæro à fratre tradidit Ant.de But.in c. ex literis.in 6.not.de in integ. reſtit.quem referendo ſequitur Aret.in d.l.qui teſtamento.§. quæcunque,col.3.ver.3.adde.ff.de teſta.& comprobauit Prępoſ Alex.in c.conſanguinei.col.1.ver.ſi tū ſe ſponte.3.q.5.

Quamplurima huc de coniunctorum teſtimonio congerere nobis eſſet facillimum, ſed duabus potiſſimum de cauſis huic labori ſuperſedere voluimus,primum,vt quod in huius operis noſtri initio ſumus polliciti,nos pauca de teſtibus attingere velle,exequeremur: deinde,quod ad id, alia plurima attigimus in concluſione,Conſanguineus, & in concluſione, Frater,illinc igitur lector aſſumes,quæ ad hunc locum pertinebunt.

CONCLVSIO CCCCIX.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitatis probatio quam difficilis ſit.

SVMMARIA.

1 *Conſanguinitas difficile probatio.*
2 *Conſanguinitas per coniecturas,indicia,& præſumptiones probari poteſt.*
3 *Quæ ſub ſenſum non cadunt, per indicia probantur.*
4 *Conſanguinitatis probatio per præſumptiones,ſi eſt probatio legis tantum, valet,vt matrimonium dirimere poſſit.*

CONſanguinitas quanta probatione, eaque difficili, & ar-
1 dua probari poſſit,ex eo cuique patebit, quod † ſub ſen
2 ſum corporis cadere nequeat, quod * cuncti ſcribentes colligunt ex Pauli reſponſo in l.Lucius.ff.de cond.& demon. & in eandem deſcendere ſententiam plurimi ex noſtris, tum conſulendo,tū ēt profitendo,qui * vnanimes ſenſere,difficilis eſſe probationis,ex cōſulentibus adeſt Dec.in conſ.195.pro reſolutione.in prin.n.6.teſtatur Anch.in cōſ.52.pro clariori deciſ. inſuper Alex. hoc voluit in conſ.90.col.2.nu.8.vol.6. & ſenſit Aret.in conſ.33.ſequendo. poſt nu.1. verſ. venio igitur.atque ſcripſit Iac.Mandel nuncupatus Alb.in conſ 83.nu.nu. 7.& 8. quod cōfirmat eadē auctoritate Pauli in d.l.Lucius.de cond. & demon.ex profitētibus inter omnes princeps ſeſe nobis offert Bar.in tract.de teſtib.in verb.hanc eandem rem. nu.29.

Ea vero noſtri permoti cauſa,quod conſanguinitas difficile
2 probatu ſit,† per coniecturas,indicia,& præſumptiones probari poſſe,ſcriptum reliquere, ſic conſulendo docuit Alex. in d.conſ.90.col.2.vol.6.& ita protuli Soc. in conſ.89.col.2.vol. 1.idem animaduertit Dec.in conſ.595.nu.1.& obſeruauit Iaſ. in conſ.114.col.4.vol.1.& idem Alex. reſpondit in conſil. 4. nu.12.& in conſ.181.nu.4.vol.2.hos ſecutus eſt Soc. in cōſ. 106.col.2.vol.3.quod probauit Franciſ.Aret.in conſ.37. poſt nu.1.ver.venio igitur.atque aſſeruit Alb.in conſ.6.in fin.& in d.conſ.83.nu.6.& 8.id ea ratione fit,quod ea,quæ ſub ſenſum
3 non cadunt,vt † conſanguinitas,per indicia probantur,vt ex reſponſo I.C.in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni iur.videre eſt,qui rei accedit Feder.de Sen.in conſ.119.vbi dubiū, & docuit Bart.in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de edend.& in l.de pupillo.§.ſi ipſi prætori.in 8.q.ff.de oper.nou.nunc.

Quæ quidem per præſumptiones probatio, ſi legis erit,
4 tantopere valebit,vt † etiam matrimonium contractum dirimere poterit.

CONCLVSIO CCCCX.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitas quo pacto per teſtes probanda ſit,& per teſtes conſanguineos.

SVMMARIA.

1 *Conſanguinitas poteſt probari per teſtes,etiam de auditu,& credulitate.*
2 *Præcipuum eſt in probatione conſanguinitatis,admitti teſtes de auditu,& quod ea transferat onus probandi in aduerſarium.*
3 *Teſtes recipiendi ſuper affinitate,debent eſſe perſonæ graues,& deponere,ſe à ſuis maioribus audiuiſſe,illos,de quibus agitur,conſanguineos eſſe in tali gradu.*
4 *Teſtes deponentes ſuper conſanguinitate,non ſolum debent eſſe perſonæ graues,ſed deponere,audiuiſſe ea,quæ aſſerunt, ante litem motam.*
5 *Teſtes de auditu admittuntur,ſi deponant alibi in loco, qui longiſſime diſtaret, intellexiſſe conſanguinitatem etiam poſt litem motam.*
6 *Teſtis ſi deponat de auditu poſt litem motam,ibidem,vbi res agitur ſuſpectus eſt.*
7 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponentes, etiam de auditu,ſi perſonæ graues ſint, valent ad impediendum matrimonium.*
8 *Conſanguinitatis probatio per teſtes de auditu,quando permittatur.*
9 *Quæ concurrere debeant,quando agitur de probatione conſanguinitatis gratia matrimonij dirimendi.*
10 *Teſtes de auditu auditus ſuper conſanguinitate ſufficiunt,quando non agitur de dirimendo matrimonio.*
11 *Conſanguinitas quo ad ſucceſſionem poteſt probari per teſtes de auditu auditus.*
Teſtes deponere debent de eo, quod vere ſciunt ibi.
12 *Teſtimonium de auditu auditus,cum agitur de matrimonio ſuper conſanguinitate, admittitur,& valet,ſi adſint illa duodecim,de quibus in context.c. licet.*
13 *Teſtes deponere debent de veritate.*
14 *Teſtes de auditu auditus admittuntur in caſu, qui ſuperadit memoriam hominum.*
15 *Teſtes de auditu auditus non admittuntur, quando memoria hominum exiſtere poſſit, & teſtes vere deponere poſſint.*
16 *Conſanguinitas non poteſt de iure Cæſareo,ſed de iure Pontificio probari per teſtes de auditu auditus.*
17 *Conſanguinitas vltra quartum gradum, non indiget tanta cautione in eius probatione.*
18 *Teſtes de auditu probant conſanguinitatem vltra quartum gradum,etiamſi agatur de ſucceſſione.*
19 *Ad probandam conſanguinitatem inter duos in certo gradu, neceſſe eſt duos teſtes adhibere.*
20 *Teſtes duo probare poſſunt conſanguinitatem à latere viri, & alij duo à latere mulieris.*
21 *Teſtes ſuper conſanguinitate probare debent diſtincte gradus,& incipere à communi parente,vel ab ijs,à quibus alij gradatim deſcenderunt.*
22 *Teſtes de conſanguinitate non probant, niſi efficacem cauſam & probabilem rationem dicti ſui proferant.*
23 *Iudex elicit conſanguinitatem ex gradibus,qui in facto conſiſtunt.*
24 *Teſtes ſi in vno gradu conueniant,conſanguinitatem probant.*
25 *Conſanguineum ſi ſimpliciter probare ſatis eſt,ſi omnes gradus ad ſucceſſionem admittuntur.*
26 *Qui probat ſe conſanguineum certo gradu præponendus eſt ijs,qui ſe ſimpliciter conſanguineos probant.*
27 *Teſtes ſuper conſanguinitate,quando videntur ſingulares,conſanguinitatē non probant.*
28 *Teſtes de auditu deponentes,deponere debent, ſe à pluribus audiuiſſe, & non ab vno tantum.*
29 *Teſtes ſuper conſanguinitate deponere debent de his,quæ audiuerint ante litē motā.*
30 *Teſtes ſi deponant de auditu poſt litem motam, non probant, nec vllam præſumptionem faciunt.*
31 *Teſtes deponentes de auditu poſt litem motam probant, ſi audiuerint diu alibi, quam vbi lis mota eſt.*

Digitized by Google

32 *Teſtes requirendi ſunt in probanda conſanguinitate.*
33 *Conſanguinitas probari poteſt per teſtes conſanguineos.*
34 *Teſtes domeſtici ſi concurrant cum extraneis, eis magis fides adhibenda eſt.*
35 *Conſanguinei ſuper conſanguinitate meliores ſunt cæteris teſtibus.*
36 *Teſtes conſanguinei probant etiamſi de probanda negatiue conſanguinitate agatur.*
37 *Teſtes ſi perſonæ authoritate graues, & duo ſint conſanguinitatem probant.*
38 *Teſtes conſanguinei non admittuntur ſi ex cauſa commodum aliquando perciperẽt.*
39 *Vir, & uxor licet dicant teſtimonium in cauſa propria, probant tamen conſanguinitatem.*
40 *Teſtes conſanguinei recipi non debent, ſi infames, vel ſerui, aut mala fama & opinione ſint.*
41 *Teſtes conſanguinei ſolum admittuntur in cauſa affinitatis ciuilis, vel conſanguinitatis, non autem in criminali.*

CONſanguinitatem per indicia probari diſſeruimus: videamus nunc, quo pacto eadem per teſtes probanda ſit, & vt
hinc initium ſumam, non ſolum per teſtes, ſed etiam per teſtes
1 de auditu † & credulitate conſanguinitatem poſſe probari,
multi ex noſtris tradidere, in primis Alex. conſ 82. col. 2. nu. 6.
vér. præterea dictus teſtis. vol. 1. & in conſ 51. nu. 7 eod. vol.
& in conſ. 181. nu. 7. vol. 7 atque tradidit Corn. in cõſ 78. col.
3. poſt med. li. 3. cui adhæſit Goza. in conſ 13. nu. 25 Alb. etiam
in conſ. 83. nu. 48 Dec. inſuper in conſ 277. viſo proceſſu. nu.
3 & tradidit Hieron. Zannet. de differ. vtriuſq; iur nu. 274. differ. 497. vbi aſſerit id verum eſſe de iure Pontif ſecus de iure
Cæſareo, & ante eum dixit Bart. in tract. de differ. vtriuſq; iur.
nu 39. & idem ſenſit Dec in conſ 595 poſt num. 8 quo in loco
2 aſſerit, præcipuum † eſſe, vt in probatione conſanguinitatis
admittantur teſtes de auditu, hancq; probationem transferre
onus probandi in aduerſarium.

Sic vero intelliges, vt teſtes recipiendi ſuper affinitate perſonæ ſint graues, deponẽtes ſe à ſuis maiorib. audiuiſſe iſtiuſ-
3 modi, de quibus agitur cõſanguineos † eſſe in tali gradu, alioqui non admittuntur ad teſtificandum de auditu, quod veriſſimum arbitratus eſt Lanfr. de Ori. in repet. c. qm̃ contra §. teſtium depoſitio. vet. ſubſequenter eſt videndum. num. 155 &
157. de proba. motus auctoritate contex. in c. licet ex quadã.
de teſtib. ver. ſtatuimus ne ſuper hoc recipiantur de cætero teſtes de auditu, niſi forte perſonæ graues extiterint, quibus ſit
fides merito adhibenda, &. voluit Dec. in conſ. 595 poſt num.
1. & poſt num. 8.

Nec vero tantummodo debent eſſe perſonæ graues, ſed ẽt
4 debent deponere ſe audiuiſſe ea, quæ aſſerunt † ante litem motam, quod ſi poſt litem motam deponerent, non ſolũ non probarent, ſed nec vllam fidem facerent, quia facile contingere
põt, vt quiſpiã id audiuerit ab alio, qui illud protulerit in fraudem, vel quod lis ipſi mota traxerit iſtã famam vt eſt eximiũ
& egregium axioma Lud. Rom. ſing. 353 incip. oi caſu. & confulendo clare docuit Dec. conſ. 82. viſo proceſſu agitato. nu. 1.
ver. hoc non habet locum. & idem Dec. in terminis conſanguinitatis, in d. conſ. 595. nu. 1. quod primarium fuit pronunciatõ
Archid. in c. 1. quod incip. conſanguineus. 35. q. 1. motus auctoritate context. in d. c. licet ex quadam. de teſt. ibi; & ante
litem motam. vbi etiam Abb. poſt alios, ita quoque inquit Aymo Crau. in tract. de antiq. tempo §. viſo de fama. nu. 6. & 7. 1.
par. fol. mihi 119.

Iſtud autem, quod diximus, debere teſtes deponere ante li-
5 tem motam, ſic † eſt accipiendum, vt verum ſit, ſi ibidem, vbi
res agitur, audierit: at ſi alibi in loco, qui longiſſime diſtaret,
ſic intellexerit, ẽt poſt litem motam teſtes de auditu admittuntur. Ita inſigniter tradidit idem Archi in eodem loco, vbi
ſupra. Longinquitas enim loci in cauſa eſt, vt omnis ſuſpicio
6 abeſſe videatur, quæ † quidem ſuſpicio adeſſe poteſt, quando teſtis de auditu poſt litem motam ibidem, vbi res agitur,
deponit, ad id vero conſulas Corn. in conſ. 78. per totum. li. 3.
& adeas Ant. de Butr. in c. quoties. nu. 1. de teſtib.

Amplianda eſt concluſio, vt etiam locum habeat, quoad im-
7 pediendum † matrimonium, iuxta ſententiam Anchar. in c. 1.
nu. 1. de conſanguin. & affinit.

Primo loco concluſionẽ hunc in modum limitare poteris,
vt vera ſit, modo tñ ea, quæ à ſummo Pontifice connumerata
ſunt in d. c. licet ex quadam, eaque ſolemnia requiſita concur-
8 rant, quæ circa depoſitionẽ teſtiũ deſiderãtur, etenim † tunc
conſanguinitatis probatio per teſtes de auditu permittit, alioqui ſecus, adeo, vt vno eorũ duodecim à Põt. Max. relat. deficiente, irrita ſit teſtium depoſitio, ſic dilucide teſtatus eſt Pau.
Caſtr. in conſ 56. in eiuſ. ſuper primo quæſito, col. 2. poſt med.
nu. 6. ver. ſed in caſu noſtro. li. 1. teſtes laudat locupletiſſimos
Hoſt. & Inn. in d. c. licet ex quadam cui reſpondendo adhæſit
Soci. in conſ. 47. incip. Dominus labia mea aperiet. nu. 16. li. 3.
iſtis etiam reſpondet doctrina Aym Crau. in tract. de antiqu.
temp. par. 1. §. viſo de fama. & proſequitur Io. Bapt Ferret. in
conſ 50. Dominus Antonius nu. 1.

Hæc vero limitatio primo loco ſublimitanda eſt, vt tantum
9 illa duodecim concurrere debeant, qñ † agitur de probatione
conſanguinitatis gratia matrimonij dirimendi, vt reſpondit
Franc. Aret conſ. 37. nu. 3 & ſequitur Dec. in d. conſ. 595. nu. 8.
ver. non obſtant alia. vbi teſtatur, idem voluiſſe Rav. de For.
in l. ſi arbiter ff. de proba. & idem ſenſit gl. in l. 2. § fi. in verb.
10 audierunt. de aq pluu arcen. quod quidem ſecus eſt, qñ † nõ
agitur de dirimẽdo matrimonio, ſed ea de cauſa, vt poſſit ſuccedi, tunc enim ſufficiunt teſtes de auditu auditus, nec tot requiſiti opus eſt, d. c. licet. verum ſatis eſt, vt ſint perſonæ graues, quibus fides adhiberi poſſit, & id præcipue, qñ in eo caſu
verſamur, in quo excedit hominum memoria in contrarium,
vt idem dixit Aret. d. conſ. 37 nu. 3. cum alijs ibi adductis.

In hac re rñ contrariam è diametro ſequutus eſt ſententiam
Pau. Caſt in d conſ 56. nu. 7. verſ. ſed qñ agitur. li. 1. vbi reſpon-
11 det, conſanguinitatem † quoad ſucceſſionem non poſſe probari per teſtes de auditu auditus, ea ratione permotus, quia
regula iuris communis eſt, vt teſtes deponere debeant de eo,
quod vere ſciant, vt l. teſtium. C. de teſtib. nec admittatur teſtimonium de auditu auditus, vt ibidem obſeruauit.

Sed poſtea euenit, vt contra hanc regulam & formam communem ſit ſtatutum, vt cum agatur de matrimonio ſuper con-
12 ſanguinitate, admitterẽt iſtiuſmodi teſtimoniũ, & † valeret,
vt ſãcitũ eſt in c. de parentela 35. q. 6. quod c. & eius diſpoſitio fuit limitata p illud c. licet ex quãdam. quod ad hoc, vt tale teſtimoniũ ratum ſit, requirantur illa duodecim, de quibus
ibi in contex. d. c. licet. & aliquo eorum deficiente non valet,
vt ibidem animaduertere Hoſt. & Io. And. verum qñ agitur de
ſucceſſione, ait Caſtr. d. conſ 64. d. nu. 7 ſe nunquam reperiſſe,
fuiſſe ſtatutum, vt conſanguinitas poſſit probari per teſtes de
13 auditu auditus: hinc igitur fiet, vt † ſtandum ſit cõi formæ &
regulæ, id eſt, vt teſtes debeant deponere de veritate, per d. l.
teſtium. Verũ has ſcribẽtiũ diſcordias ſedabimus hoc pacto,
ſi dicemus, opinionem Aret. Corn Alex & eorum aſſeclarum,
14 procedere in caſu, qui excedit memoriã hominũ, tunc † etenim teſtes de auditu admittuntur, vt ibi per eum, d. conſ 37.
nu a ſententia vero Caſtr. vera erit, qñ memoria hominũ exi-
15 ſtere poſſit, vt teſtes verè deponere poſſint, quia † tunc nõ admittuntur de auditu auditus, vt nos explicabimos infra in cõ-
cluſ Per famam. in 1. limit. ad hoc vero conſulas Aym. Crau. in
antiq. temp. 1. par. verb. viſo de fama. nu. 4. & ſeq. fol. 95.

Præterea concordes efficere poteris hoc pacto, vt opinio
Caſtr. locum habeat de iure Cæſareo, quo iure cautum nõ eſt,
conſanguinitatem probari poſſe per teſtes, aliorum vero con-
16 tra ſentientium opinio vera erit de iure Pontificio, quo † iure
ſancitum eſt, vt conſanguinitas probari queat per teſtes de
auditu auditus, vt hr̃ in c. de parentela. 35. q. 6. & in c. tua. de
conſang. & affi. & in d. c. licet ex quadam. de teſtib. ſic traditũ
fuit à Bar. in d. trac. de differ. vtr. iur. nu. 39 quem ſequutus eſt
Hieron. Zannet. in eod. tract de differ. vtr. iur. n. 274. diff. 197.

Secundo loco ſublimitare poteris, qñ agitur de probanda
17 conſanguinitate, vltra quartum gradum, tunc † enim non eſt
adhibenda tanta cautio, vt in d. c. licet. traditur, vel vbi de cõ-
ſanguinitate vltra quartũ gradũ probanda, de qua non loquitur d. c. licet, vt atteſtatur Fran. Aret. in d. ſuo cõſ. 37. nu. 3. ſed
18 ſolũ ſatis erit, ſi probabitur per teſtes de auditu, vt † ſupra in
concluſione diximus, etiamſi agatur de ſucceſſione, ſed tñ intelligẽdum eſt hic de gradu iuxta ius canonicum, in quo duæ
perſonæ conſtituunt vnum gradum, ſed ſecus erit iuxta ius ciuile, in quo quælibet perſona conſtituit gradum verum: ſi igitur iuxta ius ciuile graduum rationem ſubducemus, licet agatur de probatione vſque ad octauum gradum, tamen ſeruanda erunt omnia requiſita in d. c. licet. quia idem eſſet, ſicuti in
quarto gradu de iure canonico, vt ſupra monuimus, ad hæc
vero omnino Pau. Caſt. conſulas d. conſ. 56 nu. 4. & 5.

19 Illud præterea obſeruandum eſt, † vt ad probandam conſanguinitatem inter duos in certo gradu neceſſe ſit duos teſtes adhibere, ſic me docuit Barth Cæpol. conſ. 43. num 3.

Quod vero duo teſtes probare poſſint cõſanguinitatem à
20 latere viri, & † alij duo à latere mulieris, auctor eſt Io. Andr.

In nouel.cap.ſenes.col.3.circa fin.ver.in glo.1,de teſtib.& ibi
Bald.nu.3.

Concluſio vero ſecūdo præcipuo loco limitãda eſt, vt non
procedat, ſi tantūmodo teſtes ſimpliciter dicant, illos eſſe cō-
ſanguineos, ſed opuą eſt, vt probēt diſtinctè gradus, incipiētē-
21 que vt à cōi parente, vel germanis, vel fratribus, † à qbus alij
gradatim deſcenderunt, vt ait Abb. in c, tua nos, de conſangu.
& affin. per tex, in d.c, licet ex quadam, de teſtib. ibi, ſingulos
gradus clara cōputatione diſtinguant. ita reſpondit Anchar,
conſ.42.nu,7.quæ ſententia placuit et Dec.cōſ.321.nu,4.& 5.
& in conſ,156.num.6.cum ſeq. idem probauit Capra in conſ,
524.nu.2.cum ſeq. Tiraq. idem elegantiſſime ſcripſit in ſuo tra
cta.de vtroq; retract.tit,de retract.cōſangu.§.1.gl.16.nu.t.&
8.vbi huc apertiſſime ſenſit, atq; Corn.meminit in conſ.78.li.
3.& pulchrè per Nat.conſ.388.nu,3.li.2.ſtatutū Aquenſe, Qđ
ea ratione confirmari pōt; etenim conſanguinitas non cadit
ſub aliquē ſenſum corporis, vt ſupra attigimus Hinc fit, vt nō
22 probent, niſi † efficacem cauſam & rationem dicti ſui in me-
diū proferant, vt ſcripſit Dec,d.conſ.524.nu,2. Neceſſe igitur
eſt, vt probent gradus, q in facto conſiſtant, ex quibus poſtea
23 gradibus † iudex elicit conſanguinitatem, licet aperte teſtes
non aſſerant, illos eſſe conſanguineos, vt monuit Dec.d.conſ.
24 524.attamen ſatis erit, ſi teſtes in † vno gradu conuenient, vt
cōfirmauit Card.in d.c, licet ex quadã.& Dec.d.cōſ.321.n.4.

Id ſublimitare poteris, vt locum ſibi non vendicet, ſi omnes
gradus ad ſucceſsionem admittantur, ſatis eſt.n.tunc probare
25 ſe † ſimpliciter conſanguineum, licet non probetur diſtinctè
gradus, vt arbitratus eſt Anchar.conſ.52.pro deciſ.cuius ſen-
tētiæ ſubſcripſit Alex.cōſ.82.li.1.nec ab illo diſceſſit Dec.cōſ.
311.in cauſa quæ Alexãdriæ.& hoc ſētire declarauit Fulg.cōſ.
184.& ea, quæ obſeruant Dd.in l,is poteſt in fi.ff.de acquir.hæ
red.ita etiam protulit Alciat.de præſumpt.reg.1.præſump.28.
nu.7.quibus album calculum addit Tiraq.in tract. de vtroque
retract.de retract.conſangui.verb.le plus prochain. gl.1.n.9.

Prędictã limitationem ſic ampliabis, vt vſque eo procedat,
26 vt is, qui probaret, ſe eſſe conſanguineū certo gradu, ſit † prę-
ponēdus ijs, qui ſe ſimpliciter conſanguineos eſſe probant, vt
per ſimilitudinē procedit in quęſtione de tempore priori, vel
poſteriori, id eſt, quod certo tēpore probat, etiamſi aliter nō
probet de prioritate, tunc nempe præfertur ei, qui de incerto
tēpore ꝓbat, vt tradidere Cy & Bal.in l.de reb.C.de dona.an
te nup.Bal.in l.creditor 9.ff qui potior.in pign.habean.& vna
mēte ſenſere Soc.Iaſ.& Franc.Ripa in l.1.ff.ſol.matr.cōſuluit-
que Dec.conſ.169.col.vlt.& vt inſigne axioma retulit Marſil.
ſing.319.quod inſuper placuit Soci.cōſ 67.li.3.docuere pręe-
terea Feli.& Dec.in c.paſtoralis.col.3.de reſcr. & aſſeuerauit
Rebuf.in tract.de pacif.poſſeſſ.n.299.voluitq; Alc.in tract.de
præſump.reg.3.præſump.43.ante fi.cū alijs adductis à Tiraq.
vbi ſupra, in verb.proximior gl.nu.10.§.11.ad hæc Frãc.Cur.
profitendo ſcripſit in l.vlt.col.antepen.verſi.13. quærit. C.de
edict.diui Adria.tollen.Dec.reſpondit in conſi.169.cuius in-
ſcriptio incipit diſpenſatio facta.col.vlt. nec id reticuit Matt.
Pic.i tract.de mãdato Apoſtol.in 6.par.nu.1.& ſeq. poſtremo
idē obſeruauit Ripa in l.ſi debitor.col.3 n.8.& ſeq.ff.de pig.

Tertio limita principaliter, vt concluſio non habeat locū, ſi
ex teſtibus deponentibus de auditu maiorum ſuorū vnus ſit,
qui audierit id dici à quibuſdam maioribus ſuis, illos eſſe cō-
ſanguineos, & alius teſtis audierit dici ab alijs perſonis, illos
27 eſſe ſanguine coniūctos, nã † tunc vidētur ſingulares, ex quo
ſequitur, vt conſanguinitatem non probent, vt ſciuit ſummus
Pontifex, c.cum dilectus.de elect.& in c.licet cauſam.de ꝓba.
& colligere eſt ex Arcadij reſponſo in l.ob carmen.§.fi.de te-
ſtib.nã neceſſe eſt, quod audierint dici ab eiſdem perſonis, vt
monuit Alex.conſ.87.li.1.nu.3.& opus eſt, vt inter ſe conſen
tiant, vt rectę memoriæ tradidit Cæpol in d.conſ.156.nu.5.

Id ſublimites velim, non ſatis eſſe, ſi deponant omnes, ſe au
28 diuiſſe ab vno tantum, ſed neceſſe eſt, vt à pluribus tñ † audie
rint, vt in terminis huius materiæ tradit Fel in c.cum cauſam.
de proba.nu.4.verſ.item pro hoc dicit. & cum ibi allegatis.

Quarto limitare poteris, vt procedat, dummodo ante litē
[illegible] † deponãt, vt habemus in c.licet ex quadam. de teſtib.
[illegible] tiōne caret, nã cum per locū fama vagatur, facile pote-
[illegible] intelligi, qui in fraudē dicit, quinimo contingere po
[illegible] qs à ſanguine ſibi coniunctis curet narrandū, ab eiſq;
[illegible] piſſe iureiurãdo aſſeuerent, & id eſt vnū ex illis duo-
decim requiſitis in d.c.licet ex quadã, & huc erunt adhiben-
da, quæ obſeruauimus & adduximus ſupra in hac concluſio-
ne, ad id etiam conſulas Dec.conſ.82.nu.1.

Subampliabis prædictam limitationem hoc pacto, vt ſi de-
30 ponant poſt motam litem, non † ſolum non probent, vt ex
ſupra notatis, ſed nec vllam faciant præſumptionem, vt con-
ſuluit Dec in conſ.82.num.1.quem ſequitur Crau.in ſuo tract.
de antiq.temp.in 1.par.§.viſo de fama.num.6.

Sublimites tamen prædictam limitationem, vt non vera ſit,
31 ſi audierint diu alibi, quam † vbi lis mota eſt eo namq; caſu
etiam poſt litem motam probarent, vt teſtis eſt ad hoc Archi
diac.in c.conſanguineos.35.q.6.num.3.in fi. & dictum eſt ſu-
pra, vt ſuperius diximus.

Poſtrema concluſionis noſtrę obſeruatio erit, vt in proban-
32 da conſanguinitate † teſtes ſint cogendi, ſi credimus Io.And.
in nouel.in c.peruenit.de teſtib.& c.cæterum.col.1.circa fio.
ver.cæterum.de teſtib.ad quod conſulas Io.Campeg.in tract.
ſuo de teſtib.regul.205. vbi prędictam concluſionem limitat
modis ſeptem.

Et vt vlterius progrediamur, ampliemus concluſionē, con-
33 ſanguinitatē probari etiam poſſe † per teſtes conſanguineos,
quod quidem non ſine præcipua cauſa factitatū eſt, iſtiuſmo-
di nãq; teſtes ſunt aptiores, & magis idonei cæteri teſtibus,
quia coniunctionis ſanguinis gradus cenſentur magis noti
conſanguineis, vt cautū eſt in c.vř.qui matr.accuſ.poſſ,& huc
ſpectat c.cum in tua.de ſponſal.quod etiam voluit Ant.de Bu
tr,c.quoties.nu.9.de teſtib.& ibi Abb.& Fel.nu.2.vbi ait, non
ſolū ſi concurrant teſtes domeſtici, & conſanguinei cū extra-
34 neis, † videatur magis fides adhibenda domeſticis, qui tali
caſu admittūtur ad teſtimonium, l.conſenſu.C.de repud.l.ex
qua tutores.C.de adminiſt.tut.& notat Bar.in l. ſi quando.C.
vnde vi.ſed (quod fortius eſt) ait, vt cōſanguineis extantibus
35 alij admittendi non ſint. Præterea, quod † iſti meliores ſint cę
teris teſtib.tradidit Pariſ.cōſ.58.n.22. vol.4.& huic adſtipulat
l.Octaui.ff, vnde cog.& voluit Io.And.in tract. de arbor.con-
ſang.& affi.in apparat.4.lib.decr.in verb. Chriſti noīe.nu.92.

36 Primo id amplies, vt procedat, etiamſi † de probanda ne-
gatiuè conſanguinitate agatur, nam tunc iſtiuſmodi teſtes
probant, ſic cenſuit Bal.in c.cum in tua.col.1.de teſtib.

Secundo loco ampliabis, etiamſi non ſint conſanguinei, ſi
37 modo ſint duo, etenim † ſatis ſunt, dūmodo ſint perſonæ au-
ctoritate graues, & fide digni, vt colligere eſt ex d.c. licet. &
cauit Alban.conſ.83.num.18.

Verum primum id eſt limitandum, vt non habeat locum,
quando iſtiuſmodi teſtes conſanguinei, ex cauſa commodum
aliquod perciperent, eo namque caſu non admittuntur, quia
38 † viderentur teſtificari in cauſa propria, ob ſuum commodū,
vt obſeruat in l.omnibus.C.de teſtib. & ſimilib. & ita limitat
Benedict.Capra in conſ.156.nu.10.

Sublimitabis prædictam ampliationem, vt locum ſibi non
vendicet in viro & vxore, qui ſe confiteant conſanguineos, &
concurrat fama, ac iurent: nam licet dicant in cauſa propria,
39 tamen † probant conſanguinitatem, & dirimunt matrimoniū,
vt Archidiac.tradidit in c.ſi duo.35.q.6.num.2.& 3.

Secundo loco illud limites, vt non verum ſit, ſi tales conſan
40 guinei ſint infames, vel ſerui, aut † malæ famæ opinionis,
quia tunc excipi non debet eorum teſtimonium, vt Archidia.
placuit in c.conſanguineos.35.q.5.in princ.

Tertio & poſtremo limitabis, & intelliges procedere tantū
41 in cauſa affinitatis ciuilis, vel † conſanguinitatis, ſed ſecus eſt
in criminali, vt reſpondit Corn.conſ.172.num.18.vol.1.

CONCLVSIO CCCCXI.

ARGVMENTVM.

Conſanguinitas quomodo probetur per famam, per nominationem, & per inſtrumentum.

SVMMARIA.

1 *Fama plenam probationem facere ſolet, vbi à communiter accidentibus probatio difficilis eſt.*
2 *Fama ſufficere debet in probatione conſanguinitatis.*
3 *Fama non ſufficit ad probandam conſanguinitatem vetuſtè contractam, quæ non excedit memoriam hominum.*
4 *Coniunctio ſanguinis probatur ex fama, concurrente coniugum confeſſione.*
5 *Matrimonium dirimi poteſt, ſi coniuges confiteantur coniunctionem ſanguinis cum iuramento.*

6 Fama

6 Fama probat conſanguinitatem antiquã de qua non extat memoria hominum.
7 Quod tempus ſit antiquiſſimum, vt conſanguinitas optime probari poſſit per famam.
8 Hominis vita breuior temporibus noſtris, quam fuit olim.
9 Conſanguinitas probatur ex nominatione.
10 Nominatio fratris, vel conſanguinei non probat, quem eſſe ſanguine coniunctum.
11 Nullum ſimile eſt idem.
12 Probationes ¶ per nominationem in quibus reperiatur in iure proditum.
13 Nominatio filiationis poteſt patri multum præiudicare.
14 Facilius eſt nominare aliquem fratrem conſobrinum, aut conſanguineum, quam filium, qui non eſt.
15 Nominatio, & tractatus quempiam in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis conſtituunt.
16 Conſanguinitatis quaſi poſſeſſio acquiritur ex probatione communis opinionis.
17 Nominatio probat conſanguinitatem etiam in deciſorijs, & etiamſi agatur, vt quis hæreditatem cernere poſſit.
18 Conſanguinitatis probatio inter patrem, & filium tantum probat in præiudicium ipſius patris.
19 Conſanguinitas probatur, & reprobatur per inſtrumentum, quando inſtrumentum eſt confectum inter ipſos litigantes.
20 Conſanguinitas per inſtrumentum probatur, etiam ſi loqueretur enunciatiue de ipſa conſanguinitate.
21 Epiſtola, & ſcriptura conducunt probationem conſanguinitatis.
22 Conſanguinitas probatur per verba enunciatiua in inſtrumento contenta, etiam in præiudicium tertij.
23 Conſanguinitas per inſtrumentum non probatur directe.
24 Notario aliquid atteſtanti non creditur, niſi in his, quæ interuenire, & explicari potuerunt tempore confecti inſtrumenti.
25 Conſanguinitas originem habet à natura, deſcendit ex genitalibus principijs, & non poteſt ex ſolo conſenſu contrahentium, nec accidentali ſermone induci.
26 Teſtes poſtquam teſtificauerunt ſuper conſanguinitate, poſſunt denuo produci ſuper eiſdem vel directe contrarijs articulis.
27 Practicum eſt in probatione conſanguinitatis ad impediendum, contrahendum, & conſeruandum matrimonium poſſe teſtes denuo produci ſuper eiſdem, vel contrarijs articulis.
28 Teſtes ſuper conſanguinitate iurare debent, & iuramenti genus à parte non poteſt remitti.
29 Teſtes etiam ſingulares ad probandam conſanguinitatem poſſunt denuo produci.

CONſanguinitatem probari per teſtes hucuſque diximus, videamus nunc quo pacto eadem per famam probetur, vbi igitur à communiter accidentibus probatio difficilis eſt,
2 fama † plenam ſolet probationem facere, vt in probatione filiationis tenuit Ant. de Butr. in c. veniens. 1. col. 2. in fin. de teſtib. & idem voluit Butr. in c. tranſmiſſæ. col. 3. qui fil. ſint legi. quod ſequitur conſulendo Alexã. in conſ. 66. viſo teſtamento Simonis. lib. 3. & Aret. reſpondit in conſ. 37. Verum probatio cõſanguinitatis eſt tam difficilis probationis, quam probatio filiationis, vt ſupra notaui in concluſione præcedenti de con-
3 ſanguinitate probanda, † hinc conſequitur, vt in probatione ipſius ſufficere debeat fama, ita ratiocinatur & ratiocinando ſentit Decius. conſ. 595. nu. 6.

Concluſionem noſtram ſic velim limites, vt non vera ſit, ſi agatur de probanda conſanguinitate, vel affinitate recenter contracta, quæ non excederet memoriam hominum, tunc nẽpe non ſufficeret publica vox, & fama, ſed vna cum ipſa deberet tractatus, & nominatio probari, vel alia adminicula vrgentia adhiberi, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. filiusfamilias ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. quod ſenatus ff. de lib. agnoſc. & recentiores in c. per tuas. de probatio. atque tradit Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt.

4 Hoc vero poſtremum ſublimitabis † coniunctionem ſanguinis probari ex fama concurrente coniugum confeſſione, ita inſigniter docuit Archid. in c. ſi duo. 35. q. 5. nu. 2. & 3. quod præcipue verum eſt, ſi iuramentum ab ipſis fuerit præſtitum,
5 quo in caſu † matrimonium dirimi poteſt, vt tradidit idem Archid. d. c. ſi duo. quibus patrocinatur contex. in c. ſuper eo. de eo. qui cog. conſang. vxor.

Verũ concluſio procedit, quando agitur de probanda con-
6 ſanguinitate antiqua, † de qua non extat memoria hominum; cui ſententiæ conuenit Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccl. in vltima quæſt. & hanc concluſionẽ dilucide confirmat Io. Andr. & Hoſt. in d. c. licet ex quadam. de teſtibus. hoc idem ſequitur Franciſ. Aret. in d. conſ. 37. nu. 1. verſ. venio igitur.

7 Si quis vero requirat à me, † quodnam ſit tempus antiquiſſimum in hoc noſtro caſu, vt conſanguinitas optime probari poſſit, huic ex Alex. ſententia conſultantis reſpondebo, tempus eſſe 56. annorum. in conſ. 90. in cauſa. & lite, in 6. volumi. quod ea ratione corroborat, quia non facile (inquit) poteſt ab hominibus ſuperſtitibus probari actus factus iam annis 56.
8 cum temporibus noſtris breuior ſit vita hominis, † quam fuerit olim, hunc eundẽ conſulendo ſequitur & refert Alba. conſ. ſuo 87. num. 9. 10. & idem per omnia conſuluit Iaſo. conſ. 114. obiecta, col. 4. 5. 6. vol. 1. quæ omnia abundantiſſime & affatim à nobis explicata fuere in concluſione, Filiatio per famam, & communem opinionem, illuc te lector reijcio, vbi, quod ad hanc materiam pertinet, ſitim extinguere poteris.

Per famam igitur probatur ſanguinis coniunctio, hanc eãdem conſanguinitatem probandi vim habet nominatio, etenim ij qui aſſerebant, ſeu nominabant ſe fratres, vel conſan-
9 guineos, ex † hac nominatione conſanguinitatem probari docuit Bar. in l. non nudis. C. de proba. quem ſequitur conſulendo Andr. Barba. in conſ. 14. nu. 33. vol. 3. ſed hæc Bar. ſententia Dec. non placuit in conſil. 524. num. 5. motus auctoritate Pauli in l. nemo. ff. de hæredib. inſtit. in quam ſententiam deſcendere ait Petrum Aneha. in conſ. 51. vbi aperte tradit, nominatio-
10 nem fratris, vel conſanguinei, † non probare affinem eſſe, vel ſanguine coniunctũ, quia, vt inquit idem I C. nominamus fratrem ex charitate, qui frater non eſt, d. l. nemo. ff. de hęred. inſtituen. illud præterea addit, nominationem fratris, vel aliquẽ loco fratris habere, videri potius ſignificare ſimilitudinem,
11 & nullum ſimile † eſt idem, vt colligere eſt ex l. quod Nerua. ff. depoſit. & Dec. ſequitur. Bened. Capra, in conſ. 156. nu. 8. vbi id comprobat per l. non epiſtolis. ff. de proba. & gl. in cap. per tuas. extr. de probat. & in c. illud. de præſumpt. quæ opinio ad veritatem propius accedere videtur, quam probat etiam Tiraq. de vtroque retract. tit. de retract. conſang. §. 1. gl. 16. verb. declarare conſanguinitatem, nu. 1. ſub fin. inquiens ibi huiuſ-
12 modi genus probationis per nominationem † non reperiri in iure proditum in alijs, quam in patre, & filio, viro, & vxore, non etiam inter alios, ac ne fratres quidem, auctorem citat Cyn. in l. non epiſtolis. C. de probat. nec id ratione caret. Ete-
13 nim nominatio filiationis † poteſt patri multum præiudicare, cum teneatur filios alere. l. 1. & per tot. tit. ff. de lib. agno. & filias dotare, l. vltim. C. de dot. promiſſ. & l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. Præterea cogitur filios inſtituere, vel exhæredare, alioqui ipſius teſtamentum ruit. l. inter cætera. ff. de hęred. inſtit. quod quidem non eſt in alijs. Vnde veriſimile non eſt quempiam adeo facile, & leuiter alium nominare filium, qui
14 non ſit † quam fratrem, aut conſanguineum, cum maius ex illo, quam ex hoc ſit incommodum accepturus, arg. l. cum de indebito. ff. de probat. cum ſimilibus. & reſpondit Petr. Anchar. conſil. 52. nu. 7.

Illud tamen veriſſimum eſſe fateri cogimur, per nominatio-
15 nem, & tractatum quempiam † in quaſi poſſeſſione conſanguinitatis conſtitui, ita conſulendo ſenſit Alb. conſ. 83. nu. 21. hoc idem voluit Bartol. in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtio. & idem Bald. in l. non nudis. in 2. lectura, in fin. eodem titu. & placuit Feli. in d. cap. per tuas. col. fin. verſic. ſecundo, nota. de probatio.

Primo amplies hanc opinionem etiam veram eſſe, vt etiam
16 acquiratur quaſi poſſeſſio conſanguinitatis, † ex probatione communis opinionis, id eſt probando ab omnibus quem haberi pro tali, vt tradidit Alber. vbi ſupra, aſſeuerauitque Alexan. conſi. 51. viſo, & diſcuſſo, volum. 1. adeo vt talis quaſi poſſeſſio transferat onus probandi in contrarium, vt ait Bart. in l. quod ſenatuſconſultum. §. item per contrarium. ff. de liber. agnoſ. atque Iaſ. in l. neque profeſſio. col. 1. C. de teſtam. Felin. etiam in d. c. per tuas. nu. 13. & nu. 17. Gozad. quoque conſ. 12. num. 26. & Alexand. dict. conſ. 57. volumine ſecundo, Rube. Alex. conſilio 16.

Secundo loco velim amplies hanc opinionem poſteriorem
17 procedere etiam in deciſorijs, † etiam ſi ageretur, vt quis hæreditatem cernere poſſet, vt deducit Corn. conſ. 1. præſenti ar-
* dua. col. 10. nu. 25. 3. vol. aſſerens plurium * albo calculo id eſſe receptum, quod idem dicit, & ſequitur Dec. ſibi contrarius conſ. 54. col. pen. & late proſequitur Pariſ. conſil. 10. nu. 61. 64. 69. 73. vol. 2. & Alb. d. conſ. 83. d. nu. 22.

Primo loco limitabis, vt hæc probatio conſanguinitatis in-
18 ter patrem, & filium, † tantum probet in præiudicium ipſius patris ita nominantis, non etiam alterius, vt reſpondit Iaſ. in conſ. 196. ſpectabilis. col. 1. verſ. 2. & ad huc lib. 1. quem retulit Tiraq. d. tit. de retract. conſanguin. §. 1. gl. 16. nu. 3. verb. declarare conſanguinitatem, ad quod tamen eundem conſulas ibi ſub fin. d. num. 3. dubitat.

Conſentaneum eſt ſuperioribus, quod ſequitur: nam con-
19 ſanguinitatem probari, & reprobari † per inſtrumentum eſt

ſan-

Digitized by Google

ſancitum.in c.ſeries.de teſtib.vbi dicitur,quod ad probandũ aliquos eſſe fratres,ſeu fratrem,& ſororem exhibeatur inſtrumentum publicum,& ita declarat ibi Bald.nu.2.de teſtib cui conſulendo accedit Bar.Soci.in conſ.68.nu.7.in fi.vbi ex mente Bald.in d.c.ſeries.dixit,quod per inſtrumentum dotis non ſolum probatur promiſſio,dotis, ſed etiam affinitas.

In alia omnia iuit Fulg.in l.non epiſtolis.nu.2.verſ.ſed huiuſmodi epiſtola.C.de proba.& Fel.in cap.per tuas.num.12.verſ.3.no.de proba.& ſenſit Ferret.conſ.50.nu.5.& fuit prolatum in primis à gl.in c.ſeries,in verb.inſtrumẽtum.de teſtib.

Cui opinioni non aduerſantur tradita per Socin. in allato conſ.68.nu.7.in fin.quia illud eius dictum intelligendum eſt, quando inſtrumentum eſt confectum inter ipſos litigantes: vt declarat idem Bal.in d.c.ſeries.num 2. ſecus quoad extraneos,vt tradit Ferret.d.conſ.50.nu.5.

20 Primo ampliabis iſtud, † etiamſi iſtiuſmodi inſtrumentum loqueretur enunciatiue de ipſa conſanguinitate, & ſimus in antiquis,quia plene probat: vt reſpondit Albenſ.conſ.83.nu.10,& 11.

Et licet per epiſtolas, & ſcripturas non probetur conſan-
21 guinitas; tamen huiuſmodi epiſtolæ † coadiuuant probationem,vt dixit Fede.Schenk.in tract.de probat.nu.13.

Et quod etiam inſtrumentum conſanguinitatem probet,licet loquatur enunciatiue de ipſa,tradit Iaſ in l. prætor ait.& in l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.nu.20.21.cum multis ſeq.ff.de eden.& cauit Alex.conſ.242.li.5 & conſ.64.vol.1. Abba docuit in c.fi.de teſtib.cogen.late Cur.ſen.conſulendo proſequitur in conſ.76.Abb.& Feli id aſſeruere in c.tertio loco. de proba.Dec.reſpondendo ſenſit in conſ.652.& conſ.575.atque decidit Affl.deciſ.13.& paſſim obuium habetur.

22 Præterea amplies,& extendas, vt locum habeat † per verba enunciatiua in inſtr.contenta probari conſanguinitatem, etiam in præiudicium tertij, ſic me docuere Albe. vbi ſupra nu.15.& Alex.d.conſ.90.col.1.nu.5.

Quod diximus conſanguinitatẽ probari per inſtrumẽtum, ſic veluti accipias, vt non poſſit confici inſtrumentum de con-
23 ſanguinitate ſimpliciter,& ſic non per inſtrumentum † probatur directo, ſed bene ex ipſo inſtrumento enunciatiue loquente inducitur aliqua probatio cõſanguinitatis, vt aſſeruit d.gl.in d c.ſeries.in verb.inſtrumentum. & ibi Bal.nu.4.Feli, ibidem col.5.Dec.quoque aſſentitus eſt in conſ.321.col.2.nu.6.Albenſ.etiam conſenſit in d.conſ.83.nu.17.

24 Ratio eſt,† nam cum notario aliquid atteſtanti non credatur,niſi in his,quę potuerunt interuenire,& explicari tempore confecti inſtrumenti,ſecundũ Bar.in l.ſciendum.ff.de verb.ſign.& in auth.ſi quis in aliquo.C.de edendo. & conſuluit Alex.in conſ.98.li.1.merito non poteſt fieri inſtrumentum ad
25 probandum directè conſanguinitatem, † quia conſanguinitas formatur à natura, & procedit ex genitalibus principijs, nec poteſt oriri ex ſolo conſenſu contrahentium,nec acciden tali ſermone induci poteſt, ſecundum Bal. in l.non epiſtolis. col.1.in verſ.neceſſitudo.& ibi in 1.notab.obſeruat,quod per epiſtolam non efficitur ſoror,quia ſororitas formatur à natura nec poteſt oriri ex ſolo conſenſu.

Illud porro velim obſerues,quod ad hanc probationis cõſanguinitatis materiam attinet, teſtes productos ad probandam cõſanguinitatem,vt dirimatur,vel conſeruetur matrimo-
26 nium,poſtquam † teſtificauerunt,poſſe denuo produci ſuper eiſdem,vel directè contrarijs articulis,vt ſtatutum eſt in c.ſeries.& in c.ex tenore.atque in c.cum in tua.de teſtib. gl.in c.
* conſtituta.s.de teſtib.& ibi Abb. vbi ait, ita * communi omnium mente ab omnibus Dd.receptũ:idem Iaſ.voluit in conſ.15.vol.3.in princ.cum ibi allegat.

27 Quod quidẽ peculiare,& pręcipuum eſt † in tali probatione conſanguinitatis,impediẽdi,vel cõtrahendi & conſeruandi matrimoniũ,vt habemus à Iaſ.in d.conſ.15.& conſulas Bal.in c.cum in tua,nu.1. de teſtib. Nec illud animaduerſione di-
28 gnum prætribo,huiuſmodi teſtes debere iurare,†quod iuramenti genus,nec à parte poſſe ẽt iudicis authoritate interueniente remitti,tradit Spec.ti.de teſte.verb.ſeqt.de teſtib.n.6.

29 Quod poſtremũ ampliabis, etiamſi huiuſmodi teſtes † eſſent ſingulares,vt Goza.reſpondendo ſenſit in d. conſ.13.nu.33.cui acceſſit Alex.conſ 51.nu.7. vol.1. quod & probauit Abb.d.conſ.83.nu.18 & 19.vbi ait huiuſmodi teſtes poſſe iũgi,vt patet ex his,quæ pluribus idem ibidem adduxit.

CONCLVSIO CCCCXII.

ARGVMENTVM.

Conſanguineus an in cauſa ſui conſanguinei poſsit eſſe teſtis.

SVMMARIA.

1 *Conſanguineus in cauſa ſui conſanguinei non eſt integer teſtis.*
2 *Conſanguinei non ſunt teſtes integri & omni exceptione maiores.*
3 *Conſanguineis teſtibus non tanta fides adhibenda,ſicuti cæteris extraneis.*
4 *Conſanguineus non eſt integer teſtis,etiamſi de crimine agatur ciuiliter.*
5 *Conſanguineus excommunicatus teſtis eſſe non poteſt,cum mortuo comparetur.*
6 *Conſanguinei teſtes non excipiuntur in criminali cauſa.*
7 *Conſanguineus tunc eſt idoneus teſtis,quando inducitur ad ſimplicem defenſionem, & innocentiam purgandam eius conſanguinei.*
8 *Conſanguineus non admittitur ad probandum allegata,& excepta ſed tantummodo intrumbentia.*
9 *Conſanguineus admittitur ad probandum errorem conſitentis.*

CONſanguineus an in cauſa ſui conſanguinei teſtis productus poſſit eſſe teſtis, ſi quis à me ſcire exoptet, huic ex
1 plurimorũ ſententia reſpondebo,† conſanguineum teſtẽ non eſſe integrum,cuius ea ratio eſt,quod numquam nõ ſuſpicionis labe laborant, non mirum, ſi igitur à teſtimonio dicendo reijciuntur,vt ſancitum in c.conſanguinei.& c.accuſatores. 3.3.q.5.quam ſententiam plurimi tum cõſulendo,tum ẽt profitendo tradidere,in primis id aſſeruit Bart.in l.admonendi.col.5.verſ.ſi vero teſtis eſſet talis conditionis, propter quam fides eius vacillaret,nu.37 ff de iureiur.& ibi Ang.col.penul.verſ.& circa iſtũ articulum,& ibidem Alex.nu.43.col.12.verſ.in eadem gl.Iaſ.in d.l.admonendi ſub nu.70. cũ pluribus ſeq.de iureiur.Ant.de But.in c.fi.col.pen.verſ.aliæ opiniones ſũt,& ibi Abb.col.pen.verſ.ſi vero teſtis.de iureiur.Spec.in tit.de teſt.§.1.verſ ſed nunquid frater.in fi.ibi,in ciuili autem,num.10,Bal.in c.2, in fi.verb.verſ.ſimiliter,de probatio.ex conſulẽtibus adeſt Alex.in cõſ.13.ex his,quæ in themate,nu.16.verſ.itẽ non eſt integer teſtis.& in conſ 18. viſo proceſſu cauſę vertentis,nu.4.verſ.conſtat autẽ,& in conſ 32. viſo puncto,& dubijs,poſt nu.1.verſi. vnde dicit.& in conſ.333. viſo proceſſu cauſæ inter Marcum.nu.8.verſ.Barthol.Sancti,omnia ſub vol.1.& in cõſ.122. viſo proceſſu vtriuſq; cauſę,nu.4. verſ.nec obſtat.quod ille teſtis.vol.2. & dictum eſt ſupra in concluſ Affinis,& in concluſ.Coniunctus,quæ huc referenda ſunt. Iac.Nouel.in reg.216.nu.6.& vide latiſſime D.Io.Mar.Mõticel.in ſuo repertorio de teſtib.in verb.conſang.

In contrariam deſcendere ſententiam gl.in c.cum R.Canonicus,in gl.s.verſ.ſed in teſte ſecus,de offi.deleg. Alb. de Malet in tract.de teſtib.nu.13,& 14.verſ. dicto de fratre. vbi de
* * cõi ſcribentium ſententia teſtatur Bart.in l.lex Cornel ff.de iureiur.verſ.& propter hoc dicemus,nu.5.Bal.in conſ.50. videndum eſt primo,poſt nu.1.verſ.ſed his non obſtantib. vol.2.& idem Bal.in conſ.188.Conſobrinus,vel patruelis.in prin.vol.4.Dec.tradidit in c.poſtremo.nu.6.verſ.5.nota, de appel.atque Pau.de Caſtr.in l.fi.nu.2.in prin.C.de proba.atque cõſuluit Soc.iun.in conſ.29.nu.13.verſ.non obſtat.quod ſi ſimul habitent.vol.5.& Gram.in conſ ciuil.107.in fin.

Reconciliari poterunt hi inter ſe differentes ſcribẽtes hunc
2 in modum,vt prior ſententia procedat, † vt teſtes conſanguinei non ſint teſtes integri, & omni exceptione maiores,& vt ita tales non ſint recipiendi,poſterior vero,vt iſtiuſmodi cõſanguinei teſtes poſſint admitti cum diminutione tamẽ fidei,
3 id eſt, vt tanta fides eis non ſit adhibenda, † ſicut cæteris extraneis,in quam ſententiam cuncti ſcribentes ab vtraque parte ſupra relati,ſi recte inſpiciantur, deſcendunt.Alex.enim in d.conſ.13.dicit non eſſe integrum teſtem conſanguineum, & in conſ.32.ait,eius fidem debilitari,& in conſ.133.aſſerit,cõſanguineum teſtem non eſſe integrum.Iaſ.ẽt in d.l.admonendi.nu.470.& 180.declarat,quod licet conſanguineus pro conſanguineo teſtis eſſe poſſit,tamen non tantam fidem faciat,ſicut extraneus,& eius fides diminuitur, quod idem ex alijs ſuperius allatis colligi poteſt,idem voluit Dec.in conſ.130.nu.3.verſ.& ad hoc facit.Iaſ.etiã reſpondit in conſ.3.nu.40. verſ.præterea quod non fuit.vol.2. atque Fran. Aret. in conſil. 74.poſt nu.3.verſ.conſanguineus autem multo minus.

Ar-

Digitized by Google

Amplia tamen priorem ſententiam procedere, † etiam ſi
de crimine agatur ciuiliter, ita Abb. in c. cum oporteat. col. 1.
in fin. poſt num. 3. verſ. aut agitur de cauſa ciuiliter. & ibi Fel.
col. 2. verſ & iſta procedunt, poſt num. 2. ac Imo. ibidem num.
10. verſ. in gl. 2. de accuſat. atque conſultus reſpondit Alex. in
conſ. 212. viſis, & diſcuſſis ſcripturis, poſt num. 8. verſ. nec ob-
ſtat, ſi diceretur. lib. 2.

Primo loco concluſionem ita limitare poteris, vt nõ ſibi lo-
5 cum vendicet in conſanguineo excommunicato, † qui teſtis
eſſe non poteſt, cum mortuo comparetur, iuxta ſententiam
Inno. in c. grauem. de ſent. excommun. quod ſequitur Ruber.
Mar. in repeti. l. is poteſt. nu. 238. verſ. 3. limita. ff. de acqu. hær.
vbi rationem reddens ait, id contingere, quod nullus cum eo
participet, non intelligere poſſit quid agatur, nimirum ſic te-
ſtis eſſe nequeat.

Præterea ſic limitabis, hoc non procedere in criminali cau-
6 ſa, in † qua ſine vlla dubitatione teſtes conſanguinei non re-
cipiuntur, vt tradidere multi tum conſulendo, tum etiam do-
cendo, vt Paul. de Caſtr. in d. l. fin. verſ. ſed in cauſa criminali.
C. de proba atque reſpondit Hippolyt. in conſ 31. poſt num.
13. verſi. primo enim. & idem in conſ. 76. nu. 27. verſ. item alio
morbo laborat dictus teſtis. atq; in cõſ. 88. nu. 10. verſ. itẽ etiã
dictus teſtis eſt affinis. & in conſ. 113. nu. 25. verſ. attamen ex
abundanti, Grammat. conſ. 58. col. 1. in fin. nu. 6. verſ. præterea,
* per context. in l. parentes. C. de teſtib. vbi * communiter Dd.
ibidem notant gl. 2. in d. c. cum oporteat. de accuſ. & ibi Abb.
vol 1. nu 3. verſ. ſi vero agitur. & ibi Fel col. 2. poſt nu. 3. verſ.
fallit. 3. & ſeq. Bar. in l. qui teſtament. §. quæcunque. colum. fin.
verſ. ſed quæro quid in cautela. de teſta. Abb. in c. literas. col.
4. poſt num. 81. verſ. in ſecundo caſu. de præſump. conſulendo
reſpondit Alexand. in conſ. 5. incip. in cauſa inquiſitionis. nu.
8. li. 1. & conſ. 70. incip. viſo proceſſu, nu. 6. eod. lib. & in conſ.
212. incipien. viſis. & diſcuſſis ſcripturis. poſt num. 8. verſ. nec
obſtat, ſi diceretur, volum. 2. Dec. conſ. 133. col 2. num. 4. verſ.
2. dicta Domina Margarita. Pariſ. conſ 152. num. 10 verſ. hinc
eſt, quod conſanguinei, & affines. vol. 4 Aret. in l. qui teſtamẽ-
to. §. quæcunque nu. 6. verſ. ad ſecũdum membrum. ff. de teſta.
Spec. tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid frater. verſ. nec etiam in
cauſa criminali. Bald. in l. parentes. col. 2. poſt nu. 1. ſub verſic.
item vaſalli feudo. C. de teſtib.

Sublimitanda erit limitatio hunc in modum, quando con-
7 ſanguineus † inducitur ad ſimplicem defenſionem, & inno-
centiam purgandam eius conſanguinei, quia tunc idoneus eſt
teſtis, vt ſancitum in c. in literis. de præſumpt. & ita dilucide
tradidere Bal. & Salicet. in d. l. parentes. C. de teſtib. idem re-
ſpondit Alex. in conſ. 5. in cauſa inquiſitionis. nu. 8. lib. 1. & in
conſ. 34. animaduerſis his. nu 39. vol. 2. & in d. conſ. 212. viſis,
& diſcuſsis. verſ. colligitur etiam. vol. 2 & in conſil. 119. col. 2.
li. 7 Dec. etiam in conſ. 459. viſo eleganti conſ. nu. 7. ver. & in
probando defenſionem. Marſ ſing. 508. Præterea Alc. in tract.
de præſump. reg. 1. præſump. 23.

Ad id tamen, quod poſtremo loco dixi, velim animum ad-
uertas, vt licet conſanguineus admittatur pro defenſione in
teſtem, non tamen admittatur ad probandum allegata, & ex-
8 cepta, † ſed tantummodo incumbentia, ita me cõſulendo do-
cuit Gram. in conſ. 12. nu. 19. & in conſ. 32. nu. 12. atque reſpon
dit Alex. in d. conſ. 5. in caſu inquiſitionis formatæ, nu. 8. verſ.
non obſtat etiam ſi diceretur. vol. 1. Fel. tradit in c. cum opor-
teat. poſt nu. 3. verſ. 5. limita de accuſa. Iaſ. ſcripſit in l. vt vim.
nu 5. verſ. item ad probandum. ff. de iuſti. & iur. conſultus etiã
reſpondit Dec. in d. conſ. 459 poſt nu. 7. verſ. & in probando.
Præterea nec admittuntur ſtante accuſatore, vt voluit Gram.
in conſ. 12. nu. 20. & in conſ. 32. no 13. docuitque Fel. in c. lite-
ras, nu. 15. de præſump. decidit etiam idem Gram. dec. 34. nu.
9 14. † Poſtremo admittitur ad probandum errorem confiten-
tis, vt ſcriptum reliquit Pariſ in tract. de ſyndic. verb. tortura.
verſ. ſequitur quæſtio nu. 13.

Conſtitueram hanc concluſionem noſtram fuſius, & vbe-
rius proſequi, tum ampliando, tum etiam limitando, verum
quoniam ſi meminiſtis hæc in concluſione, Coniunctus, & in
concluſione, Affinis, tradidimus, atque ab Antonio Gabriel.
in hanc rem vberrime explicatam concluſionem perſpexi
concluſione 13. lib. 1. de teſtib. ſuperuacaneum duxi huc om-
nia tranſcribere, illuc igitur lector te reijcio, vbi famem ex-
plere poteris.

CONCLVSIO CCCCXIII.

ARGVMENTVM.

Conſanguineus an præſumatur ſcire facta conſanguinei?

SVMMARIA.

1 *Conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
2 *Conſanguineus, etiam ſi materia ſit pœnalis præſumitur ſcire facta conſanguinei.*
3 *Conſanguineus ſcire præſumitur tantummodo facta conſanguinei, quæ concernunt iura ſanguinis.*
4 *Conſanguineus ſi diu abſens fuit, non præſumitur ſcire facta conſanguineorum.*
5 *Conſanguineus abſens modica diſtantia præſumitur ſcire conſanguinei facta.*
6 *Conſanguineus nonus facta conſanguinei ſcire non præſumitur.*
7 *Conſanguineus vſque ad gradus iuris ciuilis ſcire præſumitur conſanguinei facta.*
8 *Sui hæredes non præſumuntur ſcire contenta in teſtamento Patris, vel conſanguineorum.*
9 *Conſanguineus habens cauſam ſucceſſiuam, & quæ facile poſſit à conſanguineis cognoſci, eorum facta ſcire præſumitur.*
10 *Conſanguineus ſcire non poteſt ea, quæ momento expediuntur.*
11 *Conſanguineus quomodo deponere habeat ſuper contractu celebrato à conſanguineo.*
12 *Probationis ſcientia dicitur dubia, quando ratio probationis eſt incerta.*
13 *Conſanguineus præſumitur ſcire, quæ aſpectu publico cernuntur, & non quæ occulte fieri ſolent*
14 *Conſanguinei deponentes ſuper factis conſanguinei faciunt probationem præſumptiuam non autem veram.*
15 *Minor pœna imponitur ei, qui conuincitur ex probatione præſumptiua.*
16 *Sententia lata præſumptione præſumptiua quandocunque ex contrarijs melioribus præſumptionibus poteſt retractari.*
17 *Conſanguineus æger præſumitur ignorare facta conſanguinei.*
18 *Aegritudo leuis habetur pro non ægritudine.*
19 *Conſanguineus infans, vel puer præſumitur ignorare conſanguineorum facta.*
20 *Conſanguineus furioſus conſanguinei facta ſcire non præſumitur.*
21 *Conſanguineus excommunicatus præſumitur ignorare conſanguinei facta.*

COnſanguineum præſumi ſcire facta conſanguinei, docuit
† nos Pet. à Duen. qui hanc concluſionem format regul.
1 125. incip. coniunctus. per contex. in l. octaui. ff. vnde cognat.
& per alia iura, quę, ab eo ibidem allata fuere, & vltra ibidem
ab eo adducta ſcribit Rober. Maranta, in repeti. l. is poteſt. nu.
232. verſ. 5. limita ff. de acquir. hæred. atque conſultus reſpon
dit Alex. in conſ. 71. incip. videretur prima conſideratione di
cendum, nu. 6. verſ. nec ad hoc obſtat. vol. 1. & in conſ. 138. vi-
ſo puncto, & dubijs, de quibus quæritur, nu 9. verſ. nec primo
dictis obſtat. li. 7. id etiam tradidit Fran. Aret. in conſ. 73. poſt
num. 15. verſ. eſt enim regula. atque Fulg. in l. 1. nu 20. ff. ſi cer.
pet. Rober. Maran. in l. is poteſt nu. 232. verſ. 5. limita, niſi ille.
Ludo. Roman. in d. l. is poteſt. nu. 6. verſ. item conſanguineus.
Alex. ibid. nu. 13. verſ. ex his habes. ff. de acqu. hær. & pluribus
in locis reſponſum fuit à Corn. vt conſ. 165. nu. 36. volum. 2. &
* conſ. 268. nu. 6. vol 3. eſt * communis opinio, vt Fel. aſſeuera-
uit in d. c. literis nu. 3. de pręſump. Barb. in conſ. 62. Paul. Apo-
ſtolus. col 8. in princ. vol. 4.

2 Primo loco ampliabis, concluſionem procedere, † etiamſi
materia ſit pęnalis: vt id cautum reliquere Imperatores Dio-
cle. & Maxi. in l. ſi filium. C. de liber. cau. iuxta ſententiam Bar.
in l dominus horreorum. in fi. prin. ff. locati. Spec. tit. de empr.
& vendit. §. nunc dicendum eſt. de reſcin. ven. num. 30. in fin.
Duen. vbi ſupra.

Primum omnium limitabis procedere tantummodo in his,
3 quæ † concernunt iura ſanguinis, & proceſſum naturæ, ita tra
didit Ang. de Peruſ. in l quoniam. C de iur. delib. atque voluit
Corn. conſ. 268. num 6 ſub fin. li. 3. & Iac. de S. Georgio in d. l.
quoniam. nu 2. Petr. Duen. vbi ſupra, nu. 2. Alex. etiam reſpon-
dit in d. conſ. 7. nu. 6. verſ. nec ad hoc obſtat. vol. 1. & idem A-
lex in l. Titius. §. Lucius. poſt nu. 5. verſ. limita etiam. ff. de lib.
& poſthum. & tradidit Robert Marant. in l. is poteſt. num. 252.
verſic. quod tamen reſtringe. ff. de acquir. hæred. Barb. in conſ.
62. incipien. Paulus Apoſtolus. col. 6. in princ. volum. 4. Dec.
etiam in conſ. 445. num. 35. vbi in additio. ſub litera A. alij plu
res citantur. & reſpondit Marius Anguiſo. in conſ. 69. nu. 9. &
poſt hos omnes vberrime ſcripſit excellens Iacob. Menoch.
qui plurimos idẽ ſentientes citat, in 15. reme. recuper. poſſeſſ.
nu. 42. & 44. quod & comprobatur per Iaſ. in l. 1. num. 20. ff. ſi
certum petat.

Secundo loco limitare poteris, dummodo conſanguineus
4 abſens diu fuiſſet, † quia tunc non præſumitur ſcire facta con-
ſanguineorum, ita tenet Bar. in l. is poteſt. nu. 16. verſ quãq; ille,
qui hęres dicitur. ff. de acquir. hær. quem ſequitur ibi Iaſ. num.
63. ſub verſ. 3. ſi erat ciuis. Alex. in l. Titius §. Lucius. poſt nu.
5. verſ. & iſta faciunt. ff. de lib. & poſth. Marc. Mantua, in l. 1. in
1. lectura, nu. 61. ff. ſi cer. pet. & ibi Purpur. nu. 122. huc ſpectat
textus

Digitized by Google

textus,in c.cum in tua.& ibi Abb.in 2.notab.qui matr.accuſa.
poſſ.& reperiit Rober.Maran.in l.is poteſt,nu.237.verſ.præ-
dicta vero quod conſanguineus.ff.de acquir.hæred.
5 Quod tñ iſtud de abſentia ſublimitat non procedere, † qñ
modicum diſtaret. ab illo loco, vbi commoratur conſangui-
neus: quia tunc ſcire præſumitur,& modica diſtantia non at-
tenditur per contex.in d.c.cum in tua.& l.præſens.ff. de pro-
cura.& in c.quoſdam,de præſumpt.ita ſcriptum fuit ab Alex.
in d.l.is poteſt.poſt nu.13.verſ.ex his habes.atque Lud.Rom.
in d.l.is poteſt.nu 6.verſ.hoc tamen dupliciter limita.
6 Tertio limitabis in conſanguineo,& affine nouo.arg.tex.in
l.qui cum vno.§.fi.ff.de re militar.arg.c.paratus,verſ.nec Pau
li 24.q.1.& voluit Purpur.in d.l.1.nu.126.Petr. Dueu. vbi ſu-
pra,num.3.
Quarto loco limitare tibi licebit duntaxat vſque ad gra-
dus iuris ciuilis,per tex.in d.l.octaui gradus.vt tradidit Nou.
in tract.de dote,in 11.parte,1.par ptin.in tract.de priuil.dot.
puratiua,In priuileg.1.nu.8.verſ. ſed circa ignorantiam iuris,
col.14.quem ſequitur Mat.Mantua in d.l.1.nu.63.
Quinto prӕterea limites velim,non habere locum in filijs,
vel conſanguineis q licet ſui hæredes dicãtur,in quos domi-
nium paternarũ rerũ continuatur.l.in ſuis.ff.de lib. & poſth.
7 tñ † non præſumuntur ſcire cõtenta in teſtamento patris,vel
conſanguineorum,vt in l.eius,qui in prouincia.in fi ff ſi cert.
pet.ita conſuluit in terminis Corn.conſ.268.ſub nu.6.li.3.vbi
teſtem adducit Bar.& Dd.in l.1.ff.ſi cert.pet.& idem Bar.in l.
ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de volg.quem ſequitur Iacob.
de S.Georgio in d.l.quoniam in fin.C.de iur.deliber.
Sexto inſuper limitabis concluſionẽ tantum locum habere
8 in ijs,† quæ habent cauſã ſucceſſiuã, quæque facile poſſunt à
conſanguineis cognoſci,ſecus vero in his,quę habent cauſam
momentaneam,ſi credimus Salic.& Fulg.in l.1 ff.ſi cer.pe.at-
que Feli.in d.c literis,nu.5.de præſump.quid enim, aiunt illi
9 vbi ſupra,ſcire poteſt conſanguineus,† ſi ego in domo mea fe-
ci contractum,qui momento expeditur.Sic etiam Rober.Ma-
ran,in d.l.is poteſt.poſt nu.233. verſ. quod tamen limita pro-
cedere.ff.de acquir.hær.Vnde ſi conſanguineus velit teſtifica
ri,ſe non celebraſſe talem contractum, oportet, vt ipſe dicat,
11 me non potuiſſe celebrare talẽ cõtractũ,† quin ipſe ſciuiſſet,
vel vidiſſet, vt animaduerſum ab Acc rſ.inſigniter in l.1.in fi.
gl.mag.ff.de iti.actuq; priu.cui accedit Feli.vbi ſupra nu.5. &
huc ſpeciat,ꝙ dixit Abb.in c.cum cauſam.& in c.conſtitutus.
in vltim.notab.de teſtib.& idem Abb.in d.c.fi.de conſuetud.
Septimo limitare tibi licebit cõcluſionẽ ex notatis per Bal.
in l.de tutela C.de in integ.reſtit.in notab.vbi dicit,vt ſi cõſã
guineus deponat de ætate conſanguinei:non erit valida rõ,ſi
dixerit,ſcio,quia ſum cõſanguineus,quia non põt cadere ve-
12 ritas in eũ per ſenſum corporis. Cum ergo ratio probationis
ſit incerta ſcientia probationis dicitur dubia,ideo in ſubſtan-
tia,vel ratione non eſt probatio, vt cautum eſt in c.in præſen-
tia.dę proba.& traditũ fuit à Fel.vbi ſupra.nu.5.ſub fi. Hinc
dicere conſueuerat Bal.in d c.quanto,de præſump.cõſangui-
13 neum præſumi ſcire ea,quę aſpectu publico cernuntur,† non
aũt,quæ occulte fieri ſoleant,& animaduertit idem Bal. In l.1.
in fi.C.de colluſio.detegen.item Bal.& Ang.in l.Lucius teſta-
mento.§.1.ff.de liber.& poſth.& Feli.vbi ſupra.nu.4.5.6.7.
Octauo limitabis, ſeu declarabis, vt teſtes deponentes de
his,de quibus ſupra meminimus,faciant probationem pręſũ-
14 ptiuam,† non autem omnino veram , ſeu neceſſario conclu-
dẽtẽ,vt docuere Bar.& alij in locis ſupra citatis, & ante alios
Bal.in l.cum ancillam.& in l. .C.de ſeruis fugi.& Abb.in d.
c quoſdam.extra de pręſump.& Bal.in c.quanto.extr.d.tit.ex
quo oritur duplex effectus.
15 Prior eſt,† nã minor pęna imponitur ei,qui conuincitur ex
tali probatione,per ea,quæ notantur p Fel.in c.afferte.& c.li-
teris,nu.7.ſub fi.extr.de præſumpt.Poſterior eſt effectus ,quia
ſententia lata ea præſump.quandocũque ex contrarijs melio-
16 ribus præſump.† poteſt retractari,vt late proſequitur Iaſ. in
l.1.ff.ſi cer.pet.n.21.verſ.effectus,& vtilitas eſt magna. motus
auctoritate Imperatoris,l.qui adulteri C.de adult.& Fel.in c.
propoſuiſti.de proba.atq; Fel.in d c.literis.in fi.de præſump.
Nono prӕterea limitabis,niſi conſanguineus eſſet ægrotus,
17 etenim † pp ægritudinem præſumitur ignorare facta conſan-
guinei,ſic me docuit Bart.in d.l.is poteſt.num.17. ver.quia il-
lud,quod dicitur.& Maran.ibid.poſt nu.237.verſ.2.limita.ff.
de acquir.hær.& id eſt ſãcitum in d.c.cum in tua.qui matr.ĩn.
accuſ.poſſ quod quidem poſtremum ſic velim accipias,ſi eſ-
18 ſet magna ægritudo,† ſecus ſi leuis eſſet,quia habetur pro nõ
ægritudine,vt animaduerſum fuit in l.quæſitum.ff. de re iudi.
& in l.2.§.proinde.& in l.ob quæ vitia.§ fi.ff.de ędil.edict ſic
intellexiſſe Roſ.& Alex.in d.l.is poteſt.nu.13.verſ.ſed hoc in-
telligit,atque Rom.ibidem nu.7.ver.quod intellige. & ibidẽ
Marant.d.nu.237.verſ.2.limita.Barb.in conſil.17.incip.à Ioue
principium,verſ.& ſi quiſpiam dixerit.vol.3.
Decimo erit limitandi tibi locus , niſi conſanguineus eſſet
19 infans,vel puer † ratione namque ætatis præſumitur ignora-
re, vt ſcitum eſt in d.c.cum in tua.& ibi Abb.quod idem obſer
uauit gl.in c.præſumitur.de reg.iur.in 6.
20 Hinc colligitur,& fit, vt ſit idem in furioſo,† cum omni ca-
reat ſenſu,& infanti æquiparatur, vt colligere eſt ex reſponſo
I.C.in l.in negotijs.ff.de reg.iur.& Marant.ibid.nu.237.
Poſtremo loco limitãda eſt cõcluſio,niſi conſanguineus eſ-
21 ſet excommunicatus, † quia præſumitur ignorare,iuxta ſen-
tentiam Abb in d.c.cum in tua.col.1.cuius rei excommunica-
tus mortuo comparatur,iuxta Innoc.in c.grauem.de ſent.ex-
commun. prӕterea cum nullus cum eo participet,non poteſt
intelligere,quid agatur, vt traditum fuit à Marã.in d.l.is po-
teſt.nu.238.verſ 5.limita.ff.de acquir.hæred.

CONCLVSIO CCCCXIV.

ARGVMENTVM.

*An quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius,eius di-
cto fides adhibeatur.*

SVMMARIA.

1 *Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur,eius dicto fides adhibetur.*
2 *Conſcientiæ alicuius quando aliquid committitur non refertur quæſtio,verum bene fecerit,dummodo iuret ſe ita in conſcientia ſua ſentire.*
3 *Iuramento iurantis non ſtatur,quando habet præſumptionem contra ſe.*
4 *Iuramento ſtatur in ijs, quæ pendent à conſcientia alicuius , quando aliter veritas haberi non poteſt.*
5 *Iuramento non ſtatur in præiudicium alterius , quando certa præſumptio extrinſeca non coniecturas animam.*
6 *Dicto ſimplici dicentis ſtatur in his,quæ conſiſtunt in ſola conſcientia.*
7 *Iudex ſuperior poteſt rẽ ſtare cõſcientia alicuius,ſi illud factũ eſt maximi præiudicij.*
8 *Iudex poteſt corrigere id,quod perperam factum eſt, ex ſola tantum appellatione.*
9 *Superior poteſt errata corrigere,vel reformare,quando agitur de graui præiudicio.*
10 *Qui poteſt facere id , quod conſcientia dictat , debet illud ſemper dirigere ſecundum ea,quæ ſunt diſpoſita iure ciuili.& iure canonico.*
11 *Conſcientia ſecreta non de ſinu iudicis,& de ſecretis pectoris ipſius debet proſcribi, ſed de vero,ac ſinu legis.*
12 *Conſcientia & intelligentia non habet, vbi figat pedem,ſed debet conformare ſe diſpoſitioni legali.*
13 *Conſcientia non debet eſſe iudicium rationis.*
14 *Iurantis ſacramento non ſtatur in his,quæ pertinent ad forum contentioſum,quando aliud in iure reperitur expreſſum.*
15 *Iuramento ſtatur de,& ſuper his,quæ ab animo pendent, etiam in foro contentioſo, quando alia non poſſunt haberi probationes.*
16 *Conſcientiæ & iuramento alicuius fides habetur,quando eſt vir fide dignus,& non tam eſt perſona ſuſpecta.*

1 Conſcientiæ alicuius qñ aliquid committitur,eius † dicto
fides adhibetur, vſque eo , vt in dubitationem reuocare
id non liceat, vt traditum fuit à gl.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.
in ver.conſciẽtiæ,vel in ver.relinquatur.de reſcr.in 6.clem.1.
verb.oneramus,de iure patro.& vna mente aſſeruere D.Ant.
Cardi.Imo.& Abb in apoſtil.D.Petr.de Anch.in d.§. aſſeſſo-
rem.& in c.2.in §.fi.de iur.calum.li.6. id inſuper ſcripſit Imo.
in l.inter ſtipulantem §.Stichum.de ver.obli.& ibi.Ang.& vo
luit Bald.in l.1.poſt nu.3.verſ.ſed pone quod per ſtatutum. C.
de reb.credit.& iureiur.& l.2.poſt nu.11.verſ.item ſcias,quod
quædam.C.de ſent.ex breui.recitand.nec ab hac ſententia re-
ceſſit Io.de Ana.in c.ſignificaſti.circa fi.de homic.Barb.plene
in c.ne innitaris.de conſtit.& Bal.in l.nemo iudex.in fi.nu.5.
C.de ſent.& interlocut.omn.iudic.& in l.iuſtitia. verſ.quæro
de tali quæſtione.ff de iuſtit.& iure.
Primo loco amplianda eſt concluſio, vt cũ aliquid cõmitti-
2 tur conſcientiæ alicuius † non referatur quæſtio,verũ benefe-
cerit, vt conſultus reſpondit Corn.conſ.349.ſub nu.6. verſ. &
qñ aliqd.& voluit gl.in d.c.ſtatutũ.§.aſſeſſorẽ.verb.conſcien
tia.de reſcr.li.6.& ſcriptũ reliquit,Petr.de Peruſ.in ſuo tract.
de can.Parochia.in 6.par.princ.& in trac.4.de epiſc.c.9.verſ.
ſed

ſed quæritur de tali,& canit Ang.in conſ.271.primus pũctus,
in 2.col.& in cõſ.193.viſis,& inſpectis.col 6.& hinc eſt,quod
ab eo appellari non poſſit, vt cauit Corn.d.conſ.349.ſub nu.
6.& ſcripſit Ant.de Petrutia in repeti.l.1.poſt nu.366.verſ.di-
centes hoc fore notabile.ff.de iureiur.vbi aſſeruit,iſtud habe-
re locum,dummodo inter ſe,ita in conſcientia ſua ſentire,cõ-
probat id per l.Theopompus,ff de dot.præleg.& per l.hac e-
dictali.C.de ſecund.nup.& l.comparationes.C.de fid.inſtr.&
reſpondit Alexã.in conſ.218. viſis verbis dicti Granaldi, poſt
nu.8.verſ ad prædictorum confirmationem.li.2.

Sed iſtud poſtremum ſublimitandum, vt non procedat,qñ
3 iurans habere præſumptionem contra ſe † nam eo caſu non
ſtabitur iuraméto ſuo,quod taliter habebat in animu,ita ob-
ſeruauit Bart.in l.inter oés § recte.ff.de ſur & Io.Ana. in c.2.
de conſtit.& Paul.de Eleaz.in clem.conſtitutionem.de elect.
arg.l.ſi non conuinci.C.de iniur.& l.1.C.ad l.Cornel.de ſicar.
& ſequitur Alex.in l.1.§.per procuratorem.ff.de acquir.poſſ.
vt voluit Ant.de Petru.in d.l.367.verſ.2.tèperetis.de iureiur.
& ad hoc corroborandum pertinet deciſ.D. de Rota 444.ex-
tra Rotam,de ſent.excom.alias deciſ.19.de dolo, & contum.
in nou.atque Ludon.Rom.in conſ.481.incip.Præſentis dubi-
tationis articulus,poſt nu.11.verſ.non debet iudex.Alex.etiã
in conſ.71.videretur prima conſideratione,poſt nu 2. verſ. &
ideo,li. 1.& idem Alex.conſ.118.in cauſa,& lite, poſt nu.11.
verſ.4.dico,quod etiam li.2. præterea Socin.in tract.fall.reg.
99 conſcientia,in 3.fall.Dec.in conſ.160.in cauſa Monaſterij.
poſt nu.5.verſ.non obſtat,quod emphyteuta.

Præterea illud amplies,vt in ijs,quæ pendent à conſcientia
4 alicuius † ſtetur illius iuro, eo quod ſcientia aliter haberi nõ
poteſt,nec probari veritas,text.in c.ſi vero.il 2.& ibi Abbas
nu.4.verſ.3.nota.de ſent.excom.& Abb.in c.vidua,nu.5.verſ.
nota,quod non ſemper,de regularib.Roma.conſ.76.incip.in
cauſa nobilis viri Salomonis,poſt nu.4.& 5.verſ.1.ex his,quæ
conſiſtunt,& in conſ.320.Hæc iſtorũ quinque poſt nu.3. verſ.
& quia regula eſt,& in conſ 398.incip.vt clarior reſultet,nu.
5.verſ.quod autem iurm,& ſcripſit Accurſ.in l.1.verb.non oc-
cidendi animo.C.ad l.Cornel de ſicar. reſpondit etiam Soci.
in conſ.28 circa primum quæſitum,in fi.nu.13.& 14.li.1.Dec.
in conſ.256.in cauſa inquiſitionis,nu.9.verſ. quia depédenti-
bus.Rui.in cõſ.13.caſus,de quo quæritur,nu.4.verſ.& quam-
uis,vol.5.Alc.reg 3.præſump.16.nu.2 Gram.in conſ.ciuil.68.
quia intentio.nu.67.Iaſ.poſt alios in §.ſed iſtæ, nu.89. cũ ſeq.
& ibi quoque Gomeſ.in fin.Inſtit.de act.Oldr. in conſ.286.in
electionis negotio.poſt nu.4.poſt verſ.quantum ad quartum,
Bartb.Cępol.in conſ.24.viſa accuſatione producta,col 5.verſ.
ſed qualiter probari poterit,& Marſ.in repet.rubr.ſub n.135.
& 136.verſ.& facit,quod voluit.C.de proba.Bar.in l pro hę-
rede.nu.3.verſ.quædam ſunt.ff.de acquir.hæred.& facit text.
in c.nulli de elect.lib.6.in verbis finalibus.c. inquiſitionis,&
ibi additio ad Abb.de ſent.excomm.

5 Sublimitanda tibi erit prædicta ampliatio,†niſi certa prę-
ſumptio extrinſeca coniecturet animum,quia tunc non ſtatur
iuramento in præiudicium alterius,arg.text.in c.vidua.& ibi
Abb.in terminis.nu.5.Fel.in c.ſi diligenti.poſt num.5.de prę-
ſcrip.Aret.in c.præſentium.de teſtib.Dec.in c.paſtoralis.poſt
nu.19.verſ.& facit,quod no.Bal.de except.& ibi late per eũ,
Ant.de Butr.& Io.de Imol in c.1.de pręſũp.conſcientia enim
præcipue ex indicijs,& coniecturis probatur, vt monuit Hip.
Marſ.in rub.C.de proba.nu.135.verſ.& facit quod voluit,au-
ctorem laudat Bar.in ſuo tracta.ad reprimendum in verb.de-
nunciationem,circa med.

Tertio prærerea amplia ex mente Bart.in d.l.pro hærede,
in prin.ff.de acquir.hęred.vt in his,quæ conſiſtunt in ſola cõ-
6 ſcientia ſtetur † dicentis ſimplici dicto,& ad id conſulas Ac-
curſ.in §.aliæ.in glo.mag.inſtit.de act.verſ.dicit,& in l.at qui
natura.§.cum me.ff.de neg.geſt.& traditum fuit à Bal.in l.fal-
ſus.poſt nu.7.verſ.ſi autem ſimplici verbo.C.de fur.& memi-
nit Io.And.in c.2.de conſtit.Alex.conſ.7.videretur prima cõ-
ſideratione,nu.5.verſ.& ideo cum,lib.1.& conſulas addit. ad
Abb.in d.c.vidua.ſub litera E.extra de regulari.

Primo loco limitabis concluſionẽ,& ampliationes.Etenim
licet à dicto,vel à facto appellari nõ poſſit,vt dictũ eſt ſupra,
7 poterit † tñ iudex ſuperior, ſi illud factum ſit maximi præiu-
dicij,illius facto non ſtare,cuius conſcientiæ eſt relictũ,prout
placuit Corn.d.conſ.349.ſub num.6.verſ.& licet. idem clare
voluit Bal.in d.l.1.poſt nu.3.verſ.ſed pone,quod per ſtatutũ.
C.de reb.cred.quæ ita intelligit gl.in clem.1.de iure patr ita
ét ſcripſit conſulendo Petr.de Anch.conſ 348. primo,& ante
omnia,col.... Quinimo illud inſuper addit gloſ in d.clem.1.
8 iudicem poſſe corrigere id †quod perperam factum eſt:omiſ
ſa tamen appellatione,& ſequitur Corne.d.conſ. 349. vbi ſu-
pra,& Bal.in l.2.poſt nu.11.verſ.item ſcias.C.de ſent.ex bre-
ui.recitand.dicit,vt licet non poſſit appellari;tamen ſuperior
9 poſſit errata corrigere,vel reformare † quando agitur de gra
ui pręiudicio,ſecus autem ſi facta ſint modici præiudicij.Bal.
vbi ſupra,& Corn.d.conſ.349.d.nu.6.verſ quia appellans.

Poſteriori loco limitare poteris, nam licet ille, cuius con-
ſcientiæ quid relictũ eſt,poſſit facere ſecundum id,quod ſcié-
tia dictat,vt dictũ eſt ſupra,tñ debet illa ſemper dirigi ſecun-
10 dum ea, quæ ſunt diſpoſita iure ciuili † & iure canonico : ita
Corn.reſpondit conſ.137.nu.7.vol.2.& conſ.201.nu.17.&18.
vol.2.Bal.tradidit in l.1.col.4.poſt nu 11.verſ. item allegario
Inno.C.ſi plures vna ſentent.cõdem.fuer.vbi aſſerit ſecretam
conſcientiam de ſinu iudicis, & de ſecretis pectoris ipſius nõ
11 debere proficiſci,ſed de † vtero,ac ſinu legis:aperte ét idem
ſcripſit Bal.in cõſ.298.Hæc materia altioris eſt inquiſitionis.
poſt nu.7.verſ.& ſi in conſcientia noſtra,li.1.vbi ait,conſcien
tiam,& intelligẽtiam non habere,vb. figat pedem, ſed debe-
12 re conformare ſe conſcientiæ legis † vel diſpoſitioni legali,
cum leges ſint per ora Principum diuinitus promulgatæ.

13 Et hinc eſt,quod conſcientiæ non debet deeſſe † iudicium
rationis,vt ſancitum eſt in c.nõ ſolum.de regula.& cauſa.li.6.

Tertio loco limitabis concluſionem procedere,quando tra
ctatur de ijs,quæ ſpectant ad forum conſcientię,ſecus vero in
ijs,quæ pertinent ad forum contentioſum, nam tunc non ſta-
14 bitur ſacramento † iurantis de,& ſuper eo,quod ab eius pen
det animo;niſi aliud in iure reperiatur expreſſum, ad id eſt
gloſſ.inſignis in clem 1 in §.fi.ſuper verb. commode,de pęn.
quam adducit Alex.in l.1.§.per procuratorem,poſt nu 4.verſ.
nec obſtat,ſi dicatur.ff.de acquir.poſſeſ. quod quidem verum
15 eſſe crederem † quando aliæ poſſent haberi probationes:
alioqui dicerẽ dari iuramentum,& illi ſtandum fore de,& ſu
per ijs, quæ ab animo pendent etiam in foro contentioſo. ſic
Ant.de Petrut.in d l.1.poſt nu.367.verſ.2.temperetis.ff.de iu-
reiuran.

Quarto loco limitãda eſt concluſio, vt licet fides habeatur
iuramento,& conſcientiæ alicuius;tamen iſtud debet intelli-
16 gi,quando eſſet vir fide dignus,† ſecus ſi eſſet perſona ſuſpe-
cta,iuxta ſentẽtiam Bal.in l.falſus,in 3.col.poſt nu.7.verſ. ſed
quid ſi dominus.C.de furtis,huc pertinet doctrina Bal.eiuſ-
dem in auth.cui relictum,poſt nu.9.verſ attende hic,nunc ſuf
ficit,C.de indict. vidui.tollen.vt ſcripſit D.Ant. de Petrut. in
d.l.1.poſt nu.369.verſ.4. limitabis,de iureiur.

CONCLVSIO CCCCXV.

ARGVMENTVM.

Conſecratio eccleſia quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſecratio eccleſia non præſumitur,niſi probetur.*
Eccleſia non præſumitur conſecrata ibi.
2 *Conſecratam eccleſiam qui dixerit,illa probare debet.*
3 *Conſecratio eccleſia probatur ex literis in marmore ſcriptis.*
4 *Conſecratio eccleſia probari poteſt per vnum teſtem idoneum.*
5 *Teſtis vnus probat,cum agatur de nulli præiudicando,& aliquem iuuando.*
6 *Conſecratio eccleſia probatur per libros antiquos.*
7 *Conſecratio eccleſia probatur libris antiquis,ſi à maioribus noſtris illis adhibita ſit fides.*
8 *Libri antiqui ſi atteſtantur de aliquo auditu,non probant.*

1 CONſecrationem eccleſię† non pręſumi niſi probetur ſan-
citum eſt in diſtinct.1.c. ſolemnitatem. & docuit Alciat.
tract.de pręſump.reg.2.pręſump.4.nu.2.quinimo pręſumitur
non conſecrata,ſi credimus Lucę de Pen.in l.vnica.C.de quę-
ſtor.lib.12.verſ.24.

2 Cũ igitur non præſumatur conſecrata, probanda erit † ab
illo,qui conſecratã dixerit, quod cõmode fieri poterit ex lite
3 ris † in marmore ſcriptis,vt tradidit Inn.in rub. de conſecra.
eccl.in ptin.nu.1.quem ſequitur Dec.in conſ.135.nu.2. verſi.
modo

Digitized by Google

modo conſecratio probatur. tradit Cur. iun. in tract. feud. in 1. par. q. 1. n. 16 quo in loco affirmat, id maxime procedere, ſi nō tendat in alterius præiudicium, & voluit Io. And. in rubr. ext. de conſecr. eccl. atque Purpur. in l. r. nu. 155. ff. ſi cer. pet.

4 Præterea poterit probari † per vnū teſtem idoneum, vt tradítum fuit à Mat. ab Affl. in conſtit. Neap. de Apoſtat. li. 1. rub. 3. nu. 12. vbi reſtatur Iaſ. in l. precibus. C. de precib. Imp. offer. & conſtat ex multis ſimul congeſtis p Iac. Port. in cōcl. 34. lib. 1. aliter per Ant. Gabr. in ſuis conclus. li. 1. de teſtib. cōcl. 1. nu. 16. verſ. r. limita, & meminit Iaſ. in conſ. 77. redemptoris cru-
5 cifixi & c. placet ſupraſcripta, col. 2. in prin. ibi, ſicut in ſimili, vol. 3. ea ratione † quia cum agitur de nulli præiudicando, & alicui iuuando, teſtis vnus probat, vt in caſu noſtro, vt idem tradidit Iaſ. in conſ. 120. iuridicam arbitror. col. 1. in prin. ibi, ſicut in ſimili vltra eum, vol. 4. & ſingulare atque inſigne arbitratus eſt Gerard. de Petr. Sanct. in ſingu. 49. nota regulam, nu. 1. verſ. pro iſta regula.

6 Tertio loco probatur † per libros antiquos, vt ſcripſere Abb. & Felin. in c. cum cauſam. de proba. nu. 5. teſtem laudant Imo. in d. rub. de conſecr. eccl. vel altaris, & glo. in verb. ſcriptura. in c. ſolennitates, de conſecr. diſt. 1. huc ſpectat gl. in c. ſanc. 2. in verb. poſt mortem 24. q. 2.

7 Iſtud velim limites, vt habeat locum, quando huiuſmodi libris † a maioribus noſtris adhibita ſit fides, vt docuit Bart. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & gl. in c. venerabilem. in verb. tranſtulit de elect. & ſcripſit Feli. cum alijs adductis. in d. c. cum cauſam, nu. 1. de probat. & fuſius de hac re tradidimus in concluſione, Confines.

8 Poſteriori loco illud limitabis, niſi tales libri atteſtarentur de aliquo auditu: † quia tunc non probant, vt optime voluit Bal. in l. 1. ff. de offic. quæſtor. ſed hæc limitatio non placet Fel. in d. c. cum cauſam. de proba. d. nu. 5.

Reliqua huc pertinentia annotauimus in concluſione, Eccleſia conſecrata, conſulas illum locum.

CONCLVSIO CCCCXVI.

ARGVMENTVM.

Conſenſus ſummi Pontificis & aliorum ex quibus probetur, & præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Conſenſus ſummi Pontificis præſumitur interueniſſe in teſtamento Cardinalis, ex antiquitate temporis.*
2 *Conſenſus ſummi Pontificis per diuturnitatem temporis præſumitur, ſi concurrit ſcientia, & patientia ipſius.*
3 *Conſenſus Pontificis Maximi non præſumitur interueniſſe etiam per longum tēpus, in illis caſibus, in quibus verisimiliter ipſe non habet familiaritatem cum eo, qui in actu ſuo aſſerit conſenſum interueniſſe.*
4 *Conſenſus Epiſcopi in fundatione eccleſiæ interueniſſe præſumitur ex diuturnitate temporis.*
5 *Conſenſus ſummi Pontificis non præſumitur in fundatione eccleſiæ præceſſiſſe.*
6 *Conſenſiſſe præſumitur epiſcopus in fundatione eccleſiæ, ſi probetur eius ſcientia, & patientia, & tolerantia longi temporis.*
7 *Epiſcopus ſcire præſumitur, quæ fiunt in ſua diœceſi, & eccleſia.*
8 *Conſenſus Principis probatur per antiquitatem.*
9 *Conſenſus Principis præſumitur interueniſſe ex longo curſu temporis.*
10 *Conſenſus probatur per ſcripturam, & non per teſtes.*
11 *Tenor ſcripturæ amiſſæ probari poteſt per teſtes.*
12 *Conſenſus regis a rege ſcriptus ſine ſigillo non probat.*
13 *Conſenſus ſenatus domini per eius ſubſcriptionem, vel per teſtes probatur.*
14 *Conſenſus Principis non probat alienationem, ſi ea de ea non conſtat.*
15 *Conſenſus Principis quomodo optime probet alienationem.*
16 *Conſenſus regius leuat eccleſiaſticum ab onere probandi.*
17 *Conſenſus capituli præſumitur in alienatione rerum eccleſiaſticarum.*
18 *Conſenſus capituli ſolemnitatis præſumitur ex longo tempore 60. annorum.*
19 *Conſenſus neceſſarius alienationi rei Eccleſiaſticæ non præſumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Conſenſus ſummi Pontificis præſumitur in alienatione rei eccleſiaſticæ ex curſu temporis.*
21 *Conſenſus capituli in alienatione rei eccleſiaſticæ præſumitur interueniſſe ex curſu 30. annorum.*

1 CONſenſum ſummi Pontificis ex antiquitate† tēporis præſumi interueniſſe, vt in teſtamento Cardinalis auctor eſt teſtis locupletiſſimus Crau. de antiq. temp. 3. par. nu. 31. vidimus in genere, reſtè ad id laudat A. et. in conſ. 30. in prin. ver. circa 1. dub. cōſuluit præterea Dec. in conſ. 174. poſt nu. 5. ver. & licet cēſus. atque Dec. in cōſ. 409. poſt nu. 2. ver. & idē in ſimili caſu, Iaſ. in l. ſciēdū. col. 7. verſ. contrariū. ff. de verb. obli. late Rip. in reſponſ. de reſcr. li. 2. c. 55. nu. 11. vbi atteſtatur de communi * ſcribentium ſententia. Alex. conſil. 101. poſt nu. 5. cū pluribus ſeq. verſ. denique poſito, vol. 7. Fel. in c. ſicuti, ſub nu. 33. verſ. & ex eo habes, de re iudi. Mantu. conſ. 83. viſo inſtrumento, & inde poſt nu. r. poſt verſ. per quæ iura, lib. 1.

Ab his rotus eſt diuerſus Rui. in conſ. 26. poſt num. 10. verſ. non poteſt ergo. lib. 1. ex ſententia Bar. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. de publica.

2 Primo loco concluſionē ſic velim limites, vt locum habeat, id eſt † conſenſum ſummi Pontiſ. per diuturnitatem temporis præſumi, ſi concurrat ſcientia ipſius & patientia, hoc eſt, quod ſciuerit actum, de cuius conſenſu agitur, idque ſi talis actus inferioris ſit præiudicialis ipſi Pontif. Max. ſecus ſi non ſit præiudicialis ſummo Pontif. non. n. tunc refert, an interuenerit ſcientia, vt ſatis conſtat ex ijs, quæ ſcripſit Crau. vbi ſupra, nu. 29. & ita etiam declarat Rui. in conſ. 151. nu. 16. vol. 4. ex mente Alex. in conſ. 9. viſo themate ſupra ſcripto, poſt nu. 8. verſ. ſed non idem videtur. lib. 3. & de hoc habetur late per Fel. in d. c. ſicut, nu. 33 verſ. bene fateor, de re iud.

3 Secundo loco limitatur, vt non procedat in illis caſibus, in quibus verisimiliter ſummus Pōtiſ. non habet familiaritatem cū eo, qui in actu ſuo aſſerit cōſenſum interueniſſe, † vt quod Pōtifex Maximus præſtiterit conſenſum in fundatione eccleſiæ ſuper conditionibus appoſitis in fundatione, nā tunc talis conſenſus non præſumitur interueniſſe etiam per longum tēpus, vt aſſeruit gl in c. vobis. ſuper verb. de ſua iuriſdictione, de iure patr. quem refert & ad hoc ſequitur etiam Lambert. in ſuo tract. de iur. patro. in 9. princ. q. 1. parte, li. 1. nu. 107. vbi reddit rationem, quia in tali caſu conſenſus ſummi Pontificis non præſumitur interueniſſe, quia Pontifex Maximus non habet cum patrono continuam familiaritatem, & ad hoc comprobandum affert pronunciatum Alex. in conſil. 34. viſo themate, ad ſi, quem refert & ſequitur Feli. in c. ſicut, in 14. verſic. bene fateor, de re iud.

4 Superioribus optime cōuenit, quod traditurus ſum, etenim conſenſū epiſcopi in fundatione eccleſiæ † præſumi interueniſſe ex diuturnitate tēporis, ſi in ea publice ſint celebrata diuina, teſtis eſt mihi Imo. in c. officij, col. 13. de reſta atq; Rom. in l. ſciēdū. poſt nu. 40. verſ. 3. qd apparet. ff. de verb. obl. Iaſ. in l. ſciēdū. col. 6. & in l. ſi certis annis, poſt nu. 10. verſ. 5. facit, C. de pact. Dec. in l. 1. in 3. lect. poſt nu. 81. verſ. ex gl. & ſupradictis, C. q. admit. Iaſ. in l. q. in alien. n. 37. verſ. 2. contra Bal. ff. de acquir. hęred. Lud. Rom. in ſuo ſing. 77. patientia, ſeu tolerantia, nu. 4. verſ. & facit ſingulare verbum. Soc. ſen. in conſ. 1. viſis & diſcuſſis, nu 5. verſ. igitur præſumitur, vol. 3. Roch. de Curt. in ſuo tract. de iur. patr. nu. 19. in 7. q. Barb. in repet. rubr. de fid. inſtr. char. pen. col. 2. Alex. in cōſ. 101. ſup primo dubio. ſub nu. 5. poſt verſ. deniq; poſito, li. 7. Bru. i tract. de for. fol. 80. col. 2. Fel. in c. ſicut. poſt nu. 29. verſ. ſimile eſt illud, quod ſcribit Arch. de re iud. Barb. in c. requiſiuiſti, col. 25. de reſta. Feli. in c. illud. poſt nu 5. verſ. adde ēr, Arch. de præſump. Alex. cōſ. 219. ponderatis his, nu 14. verſ. accedit id q, vol. 6 & cōſ. 135. & qdē, viſo pūcto, n. 17. verſ. & per illud, vol. 4. Rui. cōſ. 41. nu. 4. verſ. 2. poteſtas, vol. 1. & in conſ. 108. col. 1. in prin. vol. 5.

5 Primo loco limitabis iſtud in conſenſu sūmi Pontificis, qui non præſumitur † in fundatione præceſſiſſe, ſed neceſſe eſt, vt oſtendatur talis cōſenſus, ſic optime ſcripſit gl. in c. nobis. de iur. patro. cuius rei ratio eſt, quia non præſumitur interueniſſe: cum ſummus Pontifex non habeat continuam cōuerſationem cum patrono, vt vtar verbis Lambert. in tract. de iur. patro in 9. queſt. prin. 1. par. li. 1 nu. 107. vbi atteſtatur ad hoc Alex. conſ. 36. viſo themate, quem refert Felin. in c. ſicut, col. 18. verſ. bene fateor, de re iudi.

6 Secundo præterea limitabis intelligendo locum ſibi vendicare, quando probatur eius epiſcopi ſcientia & patientia: quia tunc data ſcientia † ex tolerantia longi temporis præſumitur conſenſiſſe, ſed vbi ſcientia eius non probatur, non poteſt dici ex patientia præſumi conſenſiſſe, ita conſuluit Maria. Soci. iun. in cōſ. 56 nu. 24. vol. 5. teſtatur per ſimilitudinem de requiſito conſenſu ſummi Pontif. Alex. conſ. 9. viſo themate, vol. 3. cum alijs per eum ibi adductis.

7 Sed arbitror diuerſam eſſe rationem de conſenſu Pōtificis Max. & conſenſu epiſcopi, quia ſummus Pontif. non habet familiaritatem cum fundatore patrono, hinc eſt, vt non præſumatur ſcientia, quod † ſecus videtur eſſe in epiſcopo, q præſumitur ſcire, quæ fiunt in ſua diœceſi & Eccleſia, & ideo hæc ſecun-

ſecunda limitatio reſtringi poteſt quo ad ſummum Pontificem tantummodo.

Nec videtur à propoſito alienum, quod cauit Marſil. con-
8 ſenſum Principis probari † per taciturnitatem, vt patet ex pluribus adductis ab eodem Marſil. in conſ. crimin. 46. in præſenti cauſa Sebaſtiani Sciuoli, nu. 30. verſ. nam patientia.

Quinimo probari & præſumi interueniſſe conſenſum prin-
9 cipis † ex longo curſu temporis me docuit Abb. in conſ. 70. quia copioſe. nu. 5. poſt verſ. non etiam videtur obſtare.

10 Huc accedat etiam probari per ſcripturam † & nõ per teſtes, vt ex multis allatis teſtatur Matth. Afflict. ſuper 3. feudor. tit. de feud. alienat. num. 14. Bald. in c. 1. col. 2. poſt nu. 3. verſ. & accidit de facto. de feud. tit. per quos fiat inueſtit. Felin. in rubr. de conſtit. poſt nu. 5. cum pluribus ſeqq. & à nobis ſupra traditum eſt in concluſione, Capellania honoris.

Sed hoc eſt limitandum, ſi probetur, talem conſenſum fuiſ-
11 ſe in ſcriptis præſtitum, & ſcripta eſſe amiſſa, † quia tunc tenor poteſt probari per teſtes, per ea, quæ habentur in c. cum olim. de priuileg. & animaduertere Cyn. & Bald. in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. & Matthæ. ab Afflict. vbi ſupra d. nu. 14. & ad hoc faciunt, quæ obſeruata fuere infra in concluſione, Gratia.

Confine eſt iis, quæ tradidimus, illud, cõſenſum Regis ſub-
12 ſcriptum à Rege, † ſine ſigillo non probare, vt voluit Matth. ab Afflict. in feudali. tit. de prohib. feud. alienat. in 24. quæſt. num. 33. in fin. an vero poſſit probari per teſtes, conſulas eundem Afflict. in cap. 1. 3. notab. tit. per quos fiat inueſtit.

13 Quod velim limites non procedere † in conſenſu alterius inferioris Domini, nam in his per ſubſcriptionem eorum tantum, vel per teſtes probatur, ita decidit Matth. ab Afflict. vbi ſupra.

Conſentaneum eſt, & quod ſequitur, nam conſenſus Princi-
14 pis non probat alienationem, † ſi no conſtet de alienatione, vt placuit Matthæo ab Afflict. vbi ſupra in 24. q. nu. 30.

Illud limitare poteris, niſi Princeps in conſenſu totum te-
15 norem inſtrumenti contractus alienationis appoſuerit: † tũc enim optime probat alienationẽ, vt docebimus infra in concluſione, confirmatio, in prima limitatione.

Et eodem ferme pertinet, conſenſum regium leuare credi-
16 torem † ab onere probandi, ita ſenſit aperte Matth. ab Afflic. vbi ſupra, nu. 11. cum allegatis.

Succurrit & illud, quod in hanc ſententiam de conſenſu ſcripſit Anchar. in conſ. 136.

17 Conſenſum Capituli præſumi † in alienatione rerũ eccleſiaſticarum, cui reſpondendo adhæſit Alex. conſ. 79. circa primum, de quo quæritur, col. 3. vol. 1. vbi inquit, quod ſolemnitas conſenſus capituli & tractatus præſumitur ex longo tem-
18 pore † 60. annorum, prout in caſu ſuo agebatur in 2. dubio, poſt nu. 2. verſ. quoad ſecundum, & ſeq. & licet iſti loquantur in tempore 30. annorum, tamen in tempore decem annorum loquitur Alex. conſ. 45. col. fin. in fi. vol. 3. vbi præcipue ad hoc allegat Antonium de Butr. in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à Prælato, & hoc idem conſuluit Aret. in cõſ. 36. caſus talis eſt, præſupponitur in facto, poſt nu. 1. col. 2. hoc idem voluit Fel. in c. ſicut. poſt num. 27. verſ. & hinc etiam videmus de re iud. Corn. idem cõſulendo ſenſit in conſ. 348. col. pen. vol. 1. verſ. 7. & vltimo declarat Hiero. Grat. in conſ. 142. lib. 2. atque Soc. in conſ. 15. viſis prædictis publicis inſtrumentis, nu. 54. verſ. facit etiam, vol. 1. Gozad. conſ. 11. in hac cauſa, poſt num. 11. verſ. tertio ſolemnitas, Iaſ. in l. ſciendum, col. 6. verſ. 7. facit. ff. de verb. oblig. Dec. in conſ. 36. col. pen. ſub verſ. vlt. nõ obſtat, poſt nu. 8. à qua in iudicando minime recedẽdum eſt, vbi de communi * omnium ſcribentium ſententia teſtatur, poſt nu. 82. & ſeq. verſ. ad ſecundum vero dubium, Caſſa. conſ. 11. col. 27. idem Dec. conſ. 341. nu. 13. verſ. poſtremo ad corroborationem, & in conſ. 329. ſub nu. 5. poſt verſ. vltimo non obſtat. Ruin. conſ. 68. viſa & bene intellecta, nu. 4. vol. 1. & conſ. 63. videtur prima conſideratione dicendum, poſt nu. 6. verſ. nam vt ex inſtrumento. eod. vol. 1. & conſ. 86. videretur fortaſſis, poſt nu. 2. verſ. ſecundo quia, eod. vol. 1. Capic. in deciſ. Neapol. 16. num. 5. Aymo de antiq. tempor. parte 3. §. venio nunc, poſt num. 1. cum pluribus aliis ſeq. Boer. deciſ. 124. nu. 14. atque Grat. in conſ. 142. decreneram in præſenti cauſa, poſt num. 19. verſic. item ſolemnitas tractatus, lib. 2. & Soci. in tract. fallen. reg. 463. ſolemnitas, in 5. fallentia.

Quorum omnium conſenſus Alex. non deterruit, quin id ipſum intrepide reprobarit in conſ. 9. in fi. num. 6. vol. 3. eandem opinionem ſecutus eſt Corne. in conſ. 181. col. 5. & ſeq. volum. 2. diſſenſit etiam à ſuperiori ſententia Ferret. in conſil. 248. num. 18. lib. 3.

Sed in hac ſcribentium diſſenſione conſuluerim priorem opinionem, quippe quæ ſit magis communis, amplectendam eſſe: hacque ratione limitandam, vt ex diuturnitate tempo-
19 ris † non præſumatur Pontificis Maxim. conſenſus neceſſarius in alienatione rei eccleſiaſticæ, ita ſenſit Alex. in d. conſ. 9. nu. 8. lib. 3. per Felin. in cap. ſicut, col. 19. de re iudic. Rui. in conſ. 31. adeo plene & eleganter, nu. 6. in princ. & verſ. & minus etiam, vol. 1. veruntamen, quod etiam ſummi Pontif. con-
20 ſenſus præſumatur † in alienatione rei eccleſiaſticæ ex curſu temporis, decidit Capic. deciſ. 4. col. pen. num. 29. concluſionem noſtram ſic velim declares, vt licet ex diuturnitate temporis præſumatur conſenſum Capituli interueniſſe in alienatione rei eccleſiaſticæ: tamen cum agatur de graui præiudicio, non inducitur talis præſumptio ſpatio decem annorum,
21 † ſed curſus triginta annorum eſt neceſſarius, ſic conſuluit Ruinus in conſil. 86. videretur fortaſſis, poſt num. 5. verſic. nec obſtat, volum. 1. vbi pluribus auctoritatibus id comprobat, id etiam ſcripſit Socin. in tract. fallent. reg. 463. ſolemnitas, in 5. limit. & colligitur ex verbis Caſſa. in d. conſil. 11. poſt numer. 85. verſic. & ibi inter alia. & Camill. Plaut. in l. 1. verſic. ſi ratam, poſt num. 31. & ſeq. C. qui admitti. atque Felin. in cap. Albericus, col. fina. in fine. de teſtibus. & idem in cap. illud. poſt nu. 5. verſic. ſecundo eſt aduertendum. de præſumpt.

CONCLVSIO CCCCXVII.

ARGVMENTVM.

Conſenſus quibus ex rebus probetur & præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Conſenſus requiſitus ad validitatem actus probatur interueniſſe ex ſpatio longi temporis.*
2 *Tempus decem annorum longum eſt; vt ex eo præſumatur conſenſus.*
3 *Conſenſus præſumitur in actu, quem verſimiliter aliquis ex quo non exercuiſſet.*
4 *Conſenſum præſtitiſſe alienationi præſumitur dominus, ſi paſſus fuerit rem emphyteuticam per decem annos poſſideri.*
5 *Conſenſus per ſtatutum requiſitus in minore, vel muliere per lapſum decennij præſumitur interueniſſe.*
6 *Conſenſus non præſumitur per longum tempus, ſi de magno præiudicio agatur.*
7 *Conſenſus etiam, vbi agitur de magno præiudicio, probatur interueniſſe per tantum tempus cuius non extat memoria in contrarium.*
Contrarium, ibid.
8 *Conſenſiſſe quis non præſumitur ex antiquitate temporis quando conſenſus eſt contra ius commune.*
9 *Teſtamentum Cardinalis ex diuturnitate temporis præſumitur factum de conſenſu, & licentia Papæ.*
10 *Conſenſus præſumitur, quando cum diuturnitate temporis concurrit patientia illius, qui debuit conſentire.*
11 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis non præſumitur ex tempore, vel alijs argumentis, ſed debet vere præceſſiſſe.*
12 *Conſenſus Regis ſuper contractu rei feudalis præſumitur interfuiſſe ex tempore, cuius initij memoria hominum non eſt in contrarium.*
13 *Conſenſus, quando ſumus in dubio, præſumitur interfuiſſe.*
14 *Conſenſus tutoris in contractu pupilli non præſumitur interueniſſe in damnum pupilli, nec in præiudicium minorum.*
Contrarium, ibidem.
15 *Conſenſus probatur per taciturnitatem.*
16 *Conſenſus non præſumitur interueniſſe ex taciturnitate, quando agitur de incommodo aſſerti conſentientis.*
17 *Conſentire præſumitur tacens in actu concupiſcibili, & honorabili, non autem in oneroſo & damnoſo.*
18 *Conſenſus ex taciturnitate non præſumitur, quando agitur de magno præiudicio.*
19 *Taciturnitas non habetur pro conſenſu quoad aliam obligandum.*
20 *Tacens habetur pro conſentiente in præiudicium alterius fauore reipublicæ, eccleſiæ, & pupilli.*
21 *Conſenſus probatur per oſculum.*
22 *Conſenſus probatur per actus ſimulatos.*
23 *Vltima voluntas quantumcunque imperfecta declarat teſtatoris voluntatem.*
24 *Teſtimonio impugnato vti licet ad effectum, vt oſtendatur contrarietas teſtium.*
25 *Conſenſus per epiſtolam probatur, & quomodo.*
26 *Animus donandi ratione coniunctionis ſanguinis facilius præſumitur in patre.*
27 *Conſenſus probatur per ſigillum.*
28 *Conſenſus non ſolum verbo, ſed etiam facto probatur.*
29 *Conſenſus inducitur ex tranſmiſſione munerum, acceptione, & nominatione.*

Digitized by Google

31 Conſenſus probatur per motum humerorum.
31 Humeros qui mouet ſine inclinatione capitis videtur magis dubitare, quàm aſſirmare.
32 Conſenſus probatur per percuſſionem palmarum.
33 Conſenſus muti ex percuſſione & tactu manuum probatur.
34 Conſenſus probatur quando quis annuit capite.
35 Conſenſus probatur ex ſola verborum interpretatione, & quomodo.

1 Conſenſum qui requiritur ad validitatem actus † probari interueniſſe ex ſpatio lōgi temporis, traditum fuit ab Ant. de Butr. in c. ea noſcitur, extra de his quæ fiunt à Prælat. & ſcripſere glo. & Do. in c. peruenit. de empt. & vendit. idem interrogatus reſpondit Aymo Crauet. conſ. 204. num. 9. poſt verſic. quarto poſito, atque conſuluit Barbat. conſ. 30. nu 18. verſ. præterea accedat, vol. 4 ſentit Alex in conſ. 111. col. pen. in fi. vol. 4. refert & ſequitur Iaſon in l. 1. ſub num. 105. C. qui admit Dec. in conſ. 183. col. pen. in fine. Ruin. in conſil. 63 videtur prima conſideratione. poſt nu. 6. verſic. ſecundo vltra prædicta, vol. 1. & in conſ 26, quamuis copioſe, nu. 3 verſ. ſecundo principaliter, eod. vol. 1. atque in conſil. 41. de duobus principaliter. poſt nu. 4, verſ. ſecundo poteſtas, eodem vol. 1. & in conſ 316. videndum eſt primo. nu 6. verſ. ſed dato, eod. vol. 1. atque conſuluit Pariſ. in conſ. 85. cum in facto, num. 13. poſt verſ. ſed cum dicto, volum. 4.

2 Quod tempus longum † vt ex eo præſumatur cōſenſus eſt decem annorum, vt docuere Butr. & Ioan. de Imo. in c. illud. de præſumpt. mori auctoritate Accur. in l. ſi filius, in verb. detinuit, verſ. & quod dicit longum, C. de petit. hæred. Lamber. in tract. de iur. patro. in lib. 1. 9. prin. quæſt. primæ partis, nu. 107. verſic. & dicitur longum tempus.

Quod quidem poſtremum in primis locum ſibi vendicat,
3 quando ſumus in actu, † quem veriſimiliter quis nō exercuiſſet abſque tali cōſenſu, quia tunc præſumitur, vt per Gozad. in conſ. 11. nu. 14. cum ex allegatis ab eodem. idem etiam voluit Hieronym. de Monte, in ſuo tractat. de finib. regen. c 105. nu. 13. cum aliis adductis à Tiraq. in tract. de præſcriptio. in verb. per decem annos. §. 1. glo. 4. verſ. tertio non hinc longe abeſt. vbi allegat Alex. conſ. 113 viſo & diligenter conſiderato. col. pen. verſ. 4. comprobatur, poſt num. 9. lib. 4. qui ait
4 eum, † qui rem emphyteoticam emit, & eā poſſedit per decem annos patiente domino, præſumi præſtitiſſe conſenſum huic alienationi, quem ſequitur Dec. conſil. 185. col vlt poſt nu. 14. verſ. nam ſi ille arbitratur ad hoc eximium & inſigne, cum aliis adductis per Tiraq. vbi ſupra.

Sed huic ſententiæ alacriter reclamat Iaſon in alienatione feudi, vt cōſ. 176. nu. 2. per totum, vol. 2. & plene diſcuſſerim, & contrarium fuit probatum in conſuetud. Pariſienſ. §. 7. numero 17 cum ſeq.

Primo loco ampliabis in conſenſu requiſito per ſtatutum,
5 † vt in minore, vel muliere, qui nō poſſunt ſe obligare ſine cōſenſu propinquorum, nam per lapſum decennij præſumitur interueniſſe talem conſenſum, vbi docuit Iaſon in l. ſi certis annis, num. 19. C. de pact.

Contrarium, quod non procedat contra pupillum, tenet Corne conſil. 98. colum fin. volum. 1. Alex. conſil. 94. col. 2. volum. 7. & idem eſt in præiudicium minorum, vt per Socinum conſil. 254. colum 2.

Primum omnium limitabis, vt tantum procedat, quando
6 agitur de paruo præiudicio ſecus ſi de magno, † quia hoc caſu per longum tempus nō præſumitur conſenſus, vt reſpondit Barthol. Socin. conſil. 61. nu 6. verſic. ſed in his, volum. 3. cum ibi allegatis, Iaſ. conſil. 176. in 2. dubio, verſic. 2. principaliter moueor, vol. 2. Crauet. conſil. 204. nu. 9. Bart. in diſputat. incipien. Mulier habens. in fin. & in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. colum. 2. Fulg. in l. 1. colum. penult. C. qui admi. Imo. in cap. ſi diligenti. colum. pen. in fin. & ſeq. de præſcript. Balb. in tract. de præſcript. in 3. part. num. 47. Alexan. in conſil. 11. colum. fin. volum. 4. & in conſil. 179. colum. penult. volum. 6. Iaſ. in conſil. 176. colum. penult. volumine ſecundo. Curt. ſenior in conſil. 77. volum. 2. late Gabriel. in concluſ. titul. de præſumptio. concluſ. 1. num. 53. vbi quamplures concordantes congeſſit.

Sublimita, ſi eſt tantum tempus, cuius initij non extat me-
7 moria in contrarium, † quia tunc etiam, vbi agitur de magno præiudicio, probatur conſenſus per tantum tempus, ita Crauet. cum ibi alleg. in conſil. 104. nu. 10. Abbas in cap. peruenit. num. 10. verſi. ex quibus omnibus, & per glo. ibid. de emptione & venditione.

Contrarium videtur ſentire Iaſon in conſil. 176. vol. 2. vbi erat caſus 130. annorum, & tamen conſuluit, quod in alienatione feudi, eum ſit magni præiudicij, non præſumitur talis conſenſus in huiuſmodi alienatione per tale tempus interueniſſe, verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus, num. 2.

Secundo loco limitare poteris, quando huiuſmodi conſen
8 ſus eſſet contra ius commune, † quia tunc ex antiquitate temporis non præſumitur talem conſenſiſſe, ita ſcripſit Abb. in c. licet Heli. in fin. poſt nu. 24. verſ. hoc dictum doct. de ſimo. Felin. ibid. col. 5. verſ. 4. limit. & idem Abb. in c. nihil. col. fina. de elect. poſt num. 11. verſ. pro hac facit glo. quæ ponderat iſtum non fuiſſe in poſſeſſione, & idem tanquā æquius, & verius refert, & ſequitur Aymo Crauet. in tracta. de antiquit. tempor. par. 3. §. 1. nu. 18. verſ. tertio limitatur, vt non procedat in ſolennitate, quę eſt contra ius commune. Verbi gratia, poſſedit quis longo tempore duo beneficia incomparabilia, vt eſt minor, vel aliter incapax ad beneficium, ſed aſſerit ſecū diſpenſatum eſſe, & diſpenſationem perdidiſſe, iſto enim caſu non ſuffragatur antiquitas temporis, vt & reſpondit Bellamera conſil. 10. poſt num. 43. verſic. & ſi dicas, quod conceſſio, & cum multis allegatis per Crauettam vbi ſupra d. num. 19. 20. & 21.

Contrariam ſecutus eſt ſententiam Aretin. conſ. 36 caſus talis eſt, præſumitur in fact. verſ. circa primum dubiū, vt con-
9 cludit, quod † ex diuturnitate temporis pręſumitur teſtamentum Cardinalis factum fuiſſe de conſenſu, & licentia Papæ, idem videtur tenere Cardinal. & moderni in c. requiſiuiſti, de teſtam & Ancharan. in conſ. 161. in quæſtione eccleſiæ. in fin. in quo loco loquitur de vnione, & in prædictis caſibus reſiſtebat ius commune.

10 Tertio limita † quando cū diuturnitate temporis concurrit patientia illius, qui debuit conſentire, vt ex allegatis per Iaſ. in d. conſ. 176. verſ ſecundo ad idem facit, vol. 2. nu. 2. & verſ. tertio principaliter moueor. Alexand. reſpondit in conſ. 94. repetitus in cauſa appellationis. poſt nu. 6. poſt verſic. nec obſtat, ſi diceretur, volum. 7. ex mente Bald. in l. 2. poſt nu. 3. verſ. ſed nunquid. vbi ad id adducit l. non hoc, C. vnde legit. C. de legit. hęred. & Bellamer. d. conſ. 10. poſt num. 33. verſic. tertio principaliter hoc probatur, & Ruin. in conſil. 105. Caſus iſte, de quo quęritur, poſt num. 11 verb. ſi ergo, volum. 1. & in conſ. 11. quam egregie poſt nu. 6. verſ. ſed iſtis non obſtantibus, volum. 2.

Quarto limita non procedere in conſenſu Regis ſuper cō-
11 tractu rei feudalis: † nam non præſumitur ex tempore, vel aliis argumentis ſiue præſumptionibus, ſed debuit vere præceſſiſſe, & ſpeciatim probari talis conſenſus, ita ait Matth. ab Afflict. in tit. ſi de inueſtit. fuerit controu. §. ſi autem controuerſia, nu. 43. vbi ait, hoc procedere per conſtitutionem Regni Neapolitani, cuius ſententiæ adhęret Andr. de Iſern. in c. 1. colum. 3. de prohib. feud. alienatio. per totum.

12 Id tamen eſt ſublimitandum ex tempore, cuius initij memoria hominum non eſt in contrarium: nam tunc talis conſenſus præſumitur interfuiſſe, vt conſtat ex allegatis ibi per Afflictum.

13 Quinto limita, † vt procedat, quando ſumus in dubio, ſecus in certo, vt Iaſ. in d. conſ. 176. vol. 2. verſ. 4 & vlt. moueor.

Sexto limita, vt non procedat in conſenſu tutoris in con-
14 tractu pupilli, in quo contractu † non præſumitur conſenſum interueniſſe in damnum pupilli, vt reſpondit Caius in l. quæcunque, §. interdum. in fine, de publ. in rem actio. & tradidere Accur. & Bart. in l. ſciendum. Accurſ. ſuper verſ. ſolemniter. verſ. ſecus ergo. Bart. poſt nu. 7. verſ. iuxta prædicta, ff. de verbor. obligat. Innoc. in cap. innotuit. poſt num. 4. de eis, qui furtiui ordines ſuſceperunt, & ita Abbas in conſ. 106. num. 4. caſus ſuper quo. volum. 2. not. Corn. in conſ 98. colum. fin. volum. 1. Alexan. in conſil. 94. repetitus in cauſa appellationis. colum. 2. poſt num. 4. & 5. volu. 7 & idem in præiudicium minorum, vt per Socin. in conſ. 254. incipient. viſa, & conſiderata contingentia facti, & 5. verſic. ſed contra præmiſſa, colum. 2. ſequitur Gabriel. in ſuis concluſ. tit. de præſumpt. concluſ. prima, num. 58.

Contrarium tam in donatione hęreditatis pupilli, quam in venditione rei ſuæ tenet Ang. ſub dubio tamen forſan in l. qui in alien. 1.

Digitized by Google

in aliena.ff.de acquir.hęr.& ibi Cuma.in addit.& Imo.etiam,
qui Imo.tantum in venditione tenet contrarium.

15 Conſenſum prætetea † probari per taciturnitatem, auctor
mihi Fel.in c.cum omnes.nu.14.verſ.ex his reſultat.de conſti.
Bar.in l.de ætate.§.qui tacuit.verſ.& ſic patet.ff.de interroga.
act.& Fel.in c.cauſam matrimonij poſt nu.4.verſ.ſecunda de-
claratio.de off.deleg.Andr.Barb.conſ.17.incip.à Ioue princi-
pium in prin.vol.3.& conſ.9.incip.illud in medium referam.
col.mihi 5.& 6.verſ.& ſi dicatur.vol.4.& conſ.62.incip. Pau-
lus Apoſtolus.col.mihi 9.in princ.ver.præterea.eo.vol.4.Hip-
pol.de Marſ conſ.46.nu.30. Barth.Soci.conſ.220.nu.12.vol.2.
& conſ.61. nu.6. vol.3. & de hac materia vide Dd.in c.qui ta-
cet.de reg.iur.& in d.l.qui tacet.ff.eod.tit.& Marſ. in ſuo ſing.
77.patientia,ſeu tolerantia,in prin. vbi quamplurimos addu-
cit Dec.in conſ.264.non exceder è memoria.num.3.

16 Limita, vt non procedat † quando agitur de incõmodo aſ-
ſerti conſentientis,ex taciturnitate,quia tunc non præſumitue
conſenſus interueniſſe,ita Barth.S. ci.conſ.21.num.4.vol.1.&
reſpondit Barb.in cõſ.9.illud in medium referam.col. mihi 5.
verſ.& ſi dicatur,vol.4.vnde dicere ſolebat Innoc.in c.in Ge-
neſi.poſt nu.5.verſ.ſed licet collatio,de elect.in actu concupi-
17 ſcibili,& honorabili tacentem præſumi conſentire † non aũt
in actu oneroſo,& damnoſo,quem ſequitur Abbas in c.veſtra.
nu.6.verſ.ſed contra hoc,de loca.Feli.in c.cum omnes, col.6.
de conſtit.Abb.in c.ex parte decani.poſt nu.9.de reſcri.& re-
tulit Ant.Corſet.in ſing ſuo 381.taciturnitas.nu.1.& ſeq. atq;
conſuluit Alex.in conſil.180. viſo proceſſu inter Salomonem,
nu.4.verſ.præterea poſito,li.7. & in conſ.252. in cauſa & lite
inter Paulum,ou.4.verſ.primo,quia iſte teſtis.li.7.Crot. in re-
pet.§.morte.l.nõ ſolum,nu.93.ff.de oper.nou.nunc.& optime
reſpondit Soci.iun.in conſ.18.de tribus quæritur,nu.26.verſ.
& dixit Inno.vol.3.& ſequitur Mil.in ſuo repert.io verb.con-
ſentire videtur,qui tacet in vtili.atque Io.Andr. io reg. is qui
tacet.nu.6.verſic.hæc ſolutio,de reg.iuris in 6.

18 Secundo loco iſtud eſt limitandum, † vt conſenſus ex taci-
turnitate non præſumatur,quando agitur de magno præiudi-
cio,ſecus de paruo,ita cauit Socin.ſen.in conſ.61. ſuper quæ-
ſtione.nu.6.verſ.ſed in his,vol.3. & in conſ.220. viſis cõpro-
miſſo,laudo,& ſtatutis.poſt nu.10.verſ.reſpondeo etiam, vol.
2.Crot.in repet.§ morte.l.non ſolũ.nu.93.de oper.oou.nuoc.
& eepetijt Io.Anto.Rubeus in repetit.l.vnicæ,nu.70.verſ. vel
poteſt dici.ff.ſi cert.pet.Cephal.etiam reſpondit in conſ.133.
nu.126.lib.1.

19 Tertio loco iſtud limitabis, vt † nõ procedat quoad alium
obligandũ, nam tunc taciturnitas pro conſenſu non habetur,
neque ex eo probatur,vt reſpondit Rom.in conſil 311.in caſu
propoſitę cõſultationis,nu.3. iſtud autem,per l.filiusfamiliu.
§.inuitus.ff.de procur.& l.ſicut.§.non videtur.ff.qb.mod. pig.
vel hypoth.ſol.& Io.And.i reg.is q tacet,nu.3.de reg.iur.in 6.

Quod quidem ſublimitandum eſt,vt non habeat locum fa-
20 uore † reipublicæ,eccleſiæ,& pupilli,nam tũc tacens habetur
pro conſentiente in præiudicium alterius, ſic conſuluit idem
Rom.in d.conſ.311.poſt num.3. & 4. per multa ibi ab eodem
adducta,& Soc.in tract.fallen.reg.486.taciturnitas.

Quarto præterea loco limitandũ tibi erir illud poſtreumũ,
vt non habeat locũ in conceſſione perpetua, nam tunc qui ta-
cet,non videtur conſentite, ſecus erit in temporali, vt obſer-
uauit gl.in c.2.in verb.contradicente,de his, quæ fiunt à Prę̃l.
& gl.in c.1.in gl.pen.de reb.eccl non alien.lib.6.& Io.And.in
reg.Is qui tacet.nu.16.de reg.in 6.& Mil.in reper.io verb.con-
ſentire videtur,qui racet in temporali.

21 Quinimo conſenſum † probari pet oſculum,ſancitum eſt in
c.pacem.diſtinct.2.de conſecr.& docuit Fel.in.in c.cum ſuper.
de offi.deleg.nu.4.verſ.ſecunda cauſa eſt, quod idem repetijt
Franc.Nicouit.in repet.rubr.nu.34.verſ.videmus in alijs ter-
minis.C.de eden atque ſcriptum teliquit Io.Fran.Paui.in ſuo
tract.de viſitat.in q.8.primæ partis,verſ.octauo quæro.

22 Nec prætetibo conſenſum etiam probari † per actus inua-
lidos.Iaſ.in conſ.227.in 2.vol.col.mihi 12.verſi. decimoſexto
facit,& conſ.127.num.5.verſ.& ſi diceretur, vol.4. qui plures
adducit.

Hinc illud poteſt inferri,vt vltima volunras quantumcunq;
23 imperfecta † declarat teſtatoris voluntatem,ſic cauit Rom.in
conſil.179.ampliſſime doctor,poſt num.11. verſ. quoniam re-
ſpondetur,quem ſequitur Boer.in deciſ.172.dominus; nu.22.
verſic. nam ex teſtamento, & Iaſon vbi ſupra.

Hinc etiam inferebat Crau.in conſ 9.accuſatur Titius.num.
24 16.teſtimonio † impugnato vti licere ad effectum, vt oſten-
datur contrarietas teſtium,vt ibi per eum.

Concluſioni quoque noſtræ, & illud conuenit, conſenſum
25 probari per epiſtolã † ad aliquid adhortantem, ex ea nempe
adhortatione præſumitur ipſi facto conſentire,quod hoc exẽ-
plo patebit. Duo fratres communiter inter ſe vitam degebãt,
non tamen erant ſocij omnium bonorum,adeo vt filię alterius
ex bonis communibus dos conficienda eſſet: alter vero frater
habens filiam cui honeſte illam collocatet,inuenit, vetum fu-
turus ſponſus maiorẽ ſibi conficiẽdam dotem cupit, & vrget,
hinc pater filiam illi deſpondere ægre ferr,quod cũ frater ab-
ſens rem cognouiſſet,fratri per literas ſignificat, ne honeſtam
illam matrimonij conditionem,aut ignauiter,aut imprudẽtee
eius manibus elabi ſinat,quo audito pater matrimonium per-
ficit,& dotem deſideratam conſtituit, ex iſtiuſmodi profecto
epiſtola argui conſenſum ſcribentis ſe voluiſſe ex communi-
bus bonis fratris filię dotem confici doctiſſime tradidit Aymo
Crau.de antiq.temp.§.vidimus,& abund.part.1.nu.43. & 44.
quod & conſulendo probauit Soc.in conſ.291.col.7.io fi.verſ.
tertio principaliter,poſt nu.12.lib.2.& in conſ.41. viſo indul-
to legitimationis poſt nu 1.verſ.ſed ad hoc reſpondetur, vol.
3. & ad hoc eſt apertiſſimum Iuliani reſponſum in l. conſenſu.
ff.de act.& oblig.

Sed hoc poſtremum limitandum eſt,locum ſibi tantummo-
26 do vendicare in fratre, † in quo facilius præſumitur animus
donandi ratione coniunctionis ſanguinis, vt colligere eſt ex
Alpheni reſponſo in l.ſi ſeruus communis.ff.de don. inter vir.
& vxor.& fuit obſeruatum in l quæ dotis.ff.ſolut.matri. quod
quidem in alijs non procedit,ita ſcripſit Aymo Crauet.d.loco
vbi ſupra.num 44.

27 Quid ſi etiam conſenſum † probari per ſigillum dixero? vt
monuit Bal.in l.ſi ita ſtipulatus § Chryſogonus.nu.2.ff.de ver
bor.obli.huic pronunciato patrocinantur ea,quæ ſcripſit Affl.
in 3.par.feud.tit.de prohib.feud.alienat.num.15.

Sed & de grege illo eſt axioma Socin.ſen. volentis conſen-
28 ſum non ſolum verbo,† ſed etiam facto probari, vt ſi quis pro
locatione aliqua nonnullis annis debitas penſiones receperit,
illi eum locationi conſenſiſſe cenſetur,ſic reſpondit idẽ Soci.
in conſ.12..viſa narratione,nu 1.verſi. primum probatur,vol.
1.imo id fuit præcipuum Scæuolæ reſpõſum in l.Paulus.ff rem
rat.hab Paulus(inquit Scæuola) reſpondit non tantum verbis
ratum haberi poſſe,ſed etiam actu,comprobat id Soc.per Bal.
in l.2.§.ſi.ff ſolut.matrim.& in l potuit.C.de iur.delib.& Bar.
in l.pater.§.cum liber s.ff.de leg 2.

29 Eiuſdem notæ † & illud, conſenſum etiam induci ex tranſ-
miſſione,& munerum receptione, atque nominatione, ſic re-
ſpondit Pariſ.in conſ.51.conſiderata facti narratione, num.4.
verſ.vbi Phil.Franc.vol.4.

30 Eiuſdem claſſis eſt,conſenſum probari † pet motum hume-
rorum ſic tradidit Accurſ.in l.1.§.ſi quis ita,in verſ.annuiſſet.
ff.de verb.obli.& idem Accurſ in l.item quia.in verb. mutus.
ff.de pact.Accurſium ſequitur Bar.in l.nutu.in prin.ff.de leg 3.
vbi ait, notarium debere ſctibete, talem conſenſiſſe ſtringen-
do humeros.

Veruntamen hanc Accut.& Bar. doctrinam refellit Iaſon &
cæteri ſcrib.in d.l.1.§ ſi quis ita.poſt nu.12.verſ.in ea gloſ ibi
31 humeris.ff.de verb.obli. † nam vbi quis mouet humeros ſine
inclinatione capitis,videtur magis dubitare,quam affirmare,
vt docet experientia rerum magiſtra. c.quam ſit.de elect. li.
6.hos ſequutus eſt Iac.de Nigris in repetit.d.l.1.§. ſi quis ita
poſt nu.37.ver.gloſ.in verb.annuiſſet.de verb.oblig.

32 Eiuſmodi eſt,quod dicturus ſum,† nam conſenſum probari
per percuſſionẽ palmarũ,docuit Bal.in l.& in epiſtola.in prin.
C.de fideic.p ea quæ fuere obſeruata in prin.tit.inſti.de verb.
obli.cuius ſnæ accedit,idẽ Iac Nigr.in repet.d.l.1.§.ſi qs ita.
nu.37.verſ.adde etiam,de verb.obli. quod hoc exemplo pla-
33 nu facit Bal.ibidẽ † vt ſi interrogetur mutus, an ſibi placear,
vt vxor ſua habeat ſuum cubiculum,& quod ſi ſibi placeat,at-
tingat manum vxoris,quod ſi tetigerit ex illa percuſſione pro-
babitur tacitus conſenſus,vt ibi per eum.

34 Quibus & hoc quoq; adijcies,conſenſum probari † qñ quis
annuit capite,vt docuit Accurſ.in d.l.1.§.ſi qs ita.verb.annuiſſ
ff.de ver.obl. & idem voluit in l.itẽ quia. in verb. mutos.ff.

Digitized by Google

de pact. quam glo. ibidem ſequitur Pau. de Caſtr. poſt num. 3. verſ. nota etiam, cuius ſententiæ ſubſcripſit Iacob. Nig. in repet. d. §. ſi quis ita. l. 1. poſt nu. 38. verſ. item quod conſenſus. ff. de verb. obligat.

35 His proximum eſt, quod traditurus ſum † etenim cõſenſum probari ex ſola verborum interpretatione, colligere eſt ex Vlp. reſponſo in d. l. 1. §. ſi ita. ff. de verb. oblig.

Vnde ex hoc inferre ſolebat Bald. Nouel. ad notabilẽ quæſtionem, vt interrogo te, promittis mihi Stichum & Pamphilum, tu dicis, diſſentio in Pamphilo, at valeat ſtipulatio ad Stichum omiſſum, de quo fuit facta interrogatio? Ipſe concludit valere, quia tacite colligitur ex iſtis verbis, quod negando de vno, id eſt, de Pamphilo, conſentit in Sticho, per c. nonne, de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iudic. ideo cum colligatur ex interpretatione verborum, valebit ſtipulatio.

Nec alio reſpexit, cum inſigniter dixit Matthes. in ſuo ſingulari 76. incipient. Nota, ꝙ poſito. vt poſito, quod tibi facio poſitionem, quod commodaui codicem & volumen, tu reſpõdes, non credo de codice, videris conſentire in volumine, d. c. nonne. de præſumptio. cuius ſententiæ ſubſcripſit Franc. Curt. in ſuo tract. poſitionum, poſito in l. 2. C. de iuram. calum. col. 2. nu. 15. verſ. & quia diximus, quod poſitiones, hoc idem ſecutus eſt Celſus Hugo in additio. ad Lanfranc. de Orian. in c. qm̃ contra. in verb. reſponſiones, in addit. incip. adde Fel. in c. nã concupiſcentiã. de probation. qui hoc d. Matth. refert & ſequitur, & idem voluit Iacob. de Nigris in repet. d. §. ſi quis ita. l. 1. nu. 2. & 3. ver. nota primo, ff. de verbor. obligat.

CONCLVSIO CCCCXVIII.

ARGVMENTVM.

Conſilij ſapientis an præſumatur adhibita ſolennitas à ſtatuto requiſita in ſententia.

SVMMARIA.

1 *Conſilij ſapientis ſolennitas à ſtatuto requiſita nõ præſumitur adhibita in ſentẽtia.*
2 *Sententia non poteſt exequi, niſi probetur conſilium requiſitum ante eam interceſſiſſe.*
3 *Conſilium videtur de ſubſtantia actus.*

1 CONſilij ſapientis ſolennitatem à ſtatuto † requiſitam non præſumi adhibitam in ſententia, docuit Bald. in l. 1. nu. 8. C. ne lic. ter. prouoca. atque Petr. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de conſt. & Dyn. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. obſerues vero, eo vſque concluſionem procedere, vti niſi probetur con-
2 ſilium tale requiſitum ante ſententiam interceſſiſſe † ſententia non poſſit exequi, ſic voluit Bal. vbi ſupra d. nu. 8. Bar. in l. 1. ff. nihil noua. appell. pend. Barbat. & Ioã. Andr. in c. ne Epiſcopi. de tempor. ordin. per tex. in c. cum in veteri. de electio. ratio,
3 † quia hoc modo conſilium videtur de ſubſtantia actus. Dyn. in d. l. ſciendum, ff. de verbor. obligat.

CONCLVSIO CCCCXIX.

ARGVMENTVM.

Conſilium ex quibus probetur, & præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Conſilium malum probatur ex acerbitate facti.*
2 *Conſilium fraudis præſumitur ex illicitis breuitate temporis.*
3 *Quod fit incontinenti, præſumitur præordinatum, & præcogitatum.*
4 *Conſilium ex breuitate temporis præſumitur datum illi, qui poſt allocutionem ſtatim alterum occidit, quando præceſſerunt inimicitiæ capitales.*
5 *Conſilium præſumitur non mandatum, quando inimicitia conſulentis, & exequentis maleficium pares ſunt contra eum, qui occiditur.*
6 *Mandatum efficacius, & durius obligat, quam conſilium.*
7 *Mandatum præſumitur, & non conſilium, quando diſpares ſunt inimicitiæ conſulentis, & exequentis contra occiſum.*
8 *Conſilium ad malum præſumitur ex colloquio, ſi effectus malus ſequatur.*
9 *Conſilium quare in dubio dicatur cauſa delicti.*
10 *Effectus malus non præſumitur à conſilio, ſi de conſilio non conſtat.*
11 *Conſilium ad bonum præſumitur à bono viro.*
12 *Conſilium in dubio præſumitur bonum, & non malum.*
13 *Nemo præſumitur fraudem committere.*
14 *Nemo præſumitur malum conſilium dare, ſed bonum, aut nullum.*
15 *Mandatum fit gratia mandantis, & conſilium, ac perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & perſuadetur.*

1 COnſilium malum probari † atque præſumi ex acerbitate facti, ſcripſit Aym. Crauet. in conſ. 192. incip. caſus ita habet, Iacobinus de Succio. poſt nu. 3. verſ. amplius dico, vbi ad id teſtatur Calderinum in conſ. 3. tit. de arbitr. & in conſil. 8. tit. de iureiuran.

2 Ex illicitis etenim † conſilium fraudis præſumi auctor eſt Bal. in cõſ. 80. principis cura, poteſt nu. 2. poſt verſ. & quia conſtat, ibi, & moderni ex illicitis, vol. 3.

Præterea ex breuitate temporis præſumi quem dediſſe conſilium ei, qui poſt allocutionem ſtatim alterum occidit, reſpõdit Cramm. in conſi. ciuil. 115. nu. 5. & Bal. in conſ. 250. in quæſtione domini Milani. ſub nu. 1. verſ. item quod ille, vol. 1. Bart. in l. ſi ventri. §. eorum. nu. 1. verſ. quidam accuſabatur. ff. de priuileg. credit. vbi de eo quærit, qui homicidam quendam allocutus eſt, & ille ſtatim iuit, & occidit, ſed neſciebatur, quid ei dixerit, certe, inquit Bart. ex breuitate ſpacij præſumitur conſilium dediſſe ei, ex ſentẽtia Accur. in d. l. ſi ventri. §. perueniſſe. in verb. benigne dici. in fin. ff. eod. de priuileg. cred. quem ſequutus eſt Anton. Corſe. in ſuo ſing. 249. incip. celeritas actus. in princ. atque Marſ. in conſil. 3. ſæpe ac ſæpius, nu. 14. & 15. poſt verſ. breuitas enim temporis. Alex. in conſ. 69. viſa facti narratione. ſub nu. 4. poſt verſ. ex prædictis igitur, vol. 2. & Franc. Caſſo. in ſuo tract. malefic. præmedit. in tractat. 7. de indic. malef. ex dicto, nu. 5. verſ. item ſi quis loquutus, & Caccialup. in tractat. de debit. ſuſpect. & fugit. in §. decimo principaliter quarto, nu. 6. verſ. confert ad hoc.

3 Cuius axiomatis ratio eſt, † quia id, quod fit incontinenti, præſumitur præordinatũ, & præcogitatũ, vt locutus eſt Dyn. in l. poſt contractum. ff. de donat. & hunc ſequutus eſt Bal. in l. 2. poſt nu. 1. verſ. item præſumitur fraus in filio. C. de repudiã. hæred. cui accedit idem Corſe. d. ſing. 249. in princ. & in fi.

Quod vero diximus, ex breuitate temporis præſumi dediſ-
4 ſe conſilium ei, † qui poſt allocutionem ſtatim alterum occidit, intelligendum eſt, quando præceſſerunt inimicitię capitales, & cauſæ atq; indicia odij, alioqui ſecus eſt, vt docuit Bal. in l. 1. poſt nu. 10. verſ. & ille dicitur. C. de ser. fugit. & ita Bar. dictum in d. l. ſi ventri §. eorum ff. de priuil. credit. Bal. intelligit in d. conſ. 250. in quæſtione D. Milani, nu. 1. verſ. nec obſtat dictum Bar. vol. 1. alias eſt conſ. 382. vol. 5. & ſcripſit Caret. in in ſua pract. criminal. §. circa, nu. 137. verſ. conſulere etiam, atque tradidit idem Franc. Caſſo. in d. ſuo tract. malefi. præmed. in tract. 7. de indici. malefic. ex d. nu. 6. verſ. intellige tamen, & ſecutus eſt Caccialup. in d. ſuo tractat. de debit. ſuſpect. & fugit. in §. decimo principaliter quarto. num. 6. verſ. confert ad hoc elegans. in fin.

Hoc tamen poſtremum de inimicitijs, eſt declarandum, vt
5 tunc habeat locum, † quando inimicitiæ conſulentis & exequentis maleficium pares eſſent contra eũ, qui occiditur. tunc nempe præſumitur conſilium non mandatum, quia efficacius,
6 & durius obligat mandatum † quam conſilium, vt obſeruauit Ioan. Andr. in reg. nullus ex conſilio. de reg. iur. in 6. cui adhæret Bal. in d. l. 1. nu. 10. verſ. & ſi erant pariter. C. de ſeru. fugit. ꝙ ſi diſpares ſint inimicitiæ conſulentis & exequentis contra occiſum, vt ſi maior ſit inimicitia in dño, quam in famulo, & inimicitia eſſet acceſſorie in famulo ex inimicitia contracta,
7 cum dño † tunc certe præſumitur mandatum non conſilium, vt colligere eſt ex ijs, quæ tradidit Bal. in d. l. 1. nu. 10. d. verſ. & ſi erant pariter inimici. C. de ser. fugit. atque Aegid. Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de mandat. nu. 53. verſ. aduerte tamen.

8 Inſuper ex colloquio pręſumitur conſilium ad malum † ſi effectus malus ſequatur, nam cuius finis malus eſt, eius quoq; præordinatio præſumitur doloſa, vt colligere eſt ex reſcripto Impp. Theod. Arcad. & Honor. in l. ſi quis adulterij. C. de adul. præterea finis demonſtrat principium, & exitus acta probat, vt elicitur ex l. Impp. Valeria. & Gali reprehendẽda. C. de inſtit. & ſubſt. Vñ ſi finis malus erit, conſilium quoque malum probabitur. Huc poſtremo ſpectat doctrina Bart. quam nuper retulimus in l. ſi vẽtri. §. eorum. ff. de priuil. credito. poſtremo aſſeruit Grat. in conſ. 52. nu. 39. poſt verſic. quarto conſidero,
9 lib. 2. conſiliũ in † dubio dici cauſam delicti, quia præſumitur, principalem motum fuiſſe ex conſilio, & alias non fuiſſe factu tum, ſecundum cõmuniter Dd. vt per Fel. & Dec. in c. 1. de off. deleg. & Bal. & alios in l. data opera. ff. qui accuſ. non poſſ.

Primum hoc limitandum eſt, vt non ſibi locum vendicet, quando non conſtaret de conſilio, ſic docuit Bal. in conſ. 250. alias 382. nu. 1. verſ. in contrarium videtur, vol. 1. vel 5.

Secundo iſtud eſt reſtringendum, quãdo colloquutus fuiſſet

Digitized by Google

11 ſet bono viro† nam præſumitur conſilium ad bonum. per leg. ſi auiam, C. de ingen. & manu. & l. non omnes, §. à barbaris. ff. de re milit.

Tertio & poſtremo loco illud limitare poteris, quando ſu-
12 mus in dubio, in dubio enim præſumitur bonum, † & non malum conſilium, l. omnimodo. C. de inoffi. teſt. & l. merito. ff. pro ſocio. & meminit Alciat. in tract. de preſumpt. reg. 3. preſump. 1. nu. 3. verſ. facit ẽt, atque Alex. in conſ. 128. q̃m abunde, nu. 3.
13 ſub verſ. nam non apparet, lib 4. atque cum nemo† præſumatur fraudem, vel dolum cõmittere. l. quoties, §. qui dolo, ff. de probationib. niſi probetur ex perſpicacibus indicijs, & dicũtur perſpicacia quaſi perfecte efficacia, l. dolum. C. de dolo. & reſpondit Bal. in d. conſ. 250. alias 382. nu 1. verſ. item nemo, & ſeq. vol. 1. vel 5. & idem Bal. in conſ. 410. in cauſa & queſtione Antonij, nu. 7. verſ contrarium dico vol. 2. ait neminẽ præ-
14 ſumi malum conſilium dare, † ſed aut bonum, aut malum, per context. in l. quoties, §. qui dolo, ff. de probationib. & l. fin C. ad l. Iul. repet. & hoc idem ſcripſit Boſſ. in ſua practic. crimin. tit. de mandat. ad homicid. nu. 60. verſ. deinde ponit.

Nec illud ſilebo, cõſulere illum dici, vbi quis ſuadet maleficium, rogat, conſtruit, vel ſubtilitatem futuram oſtendit, vt traditum fuit ab Innoc. in c. ad audientiam, nu. 1. verſ. nota, q ad hoc. in princ. de homicid atq; à B. Anton. in tract de excõic. c. 3. incip ſen. ſi quis ſuadente diabolo, nu. 5. verſ conſilium autẽ præſtatur, & fuit obſeruatũ à Card. in clem. 1. 5. oppo de pen. & in clem. 1. 16. q. & ſeq. de foro compet Sal. in l. 1. C. de rapt. virg. & Caret. vbi ſup. nu. 138. verſ. conſulere ẽt dr̃, & declarat Capoll. in ſuo cõſ. crim. 27. requiſitus extiti col. mihi 3. in pri. verſ. circa primum clarum eſt, & verſ. item conſilium ẽt date.

Verum hoc poſtremum intelligendum eſt, vbi quis inducit delinquentem ad maleficium gratia eius, cui fit perſuaſio, nõ
15 gratia conſulentis, alioqui eſſet mandatum† fit enim mandatum gratia mandantis, conſilium vero, & perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & perſuadetur, ſic docuit Bar. in l. non ſolum §. mandato, 1. q. verſ. veniamus ad perſuaſionem, ff. de iniur. quem refert & ſequitur Carrer. in d. ſua pract. crimin. §. circa, nu. 128. verſ circa primum.

Hic multæ poſſent inferri quæſtiones, vt differentiæ inter mandatum & conſilium atque qua pena ſit afficiendus, qui alteri conſuluit maleficiũ, & quot modis dicatur præſtare conſilium, multæque aliæ, ſed quoniam extra noſtram propoſitam materiam probationum videtur eſſe, iecirco eas è medio relinquo, atque hæc ſcire cupientem reijcio ad ea, quæ in harum quæſtionum explicatione tradita ſunt vbertime à Carrer. in dict. ſua practic. criminal d. §. circa, nu. 128. verſ. ſequitur de conſulente, cum multis alijs ſequentibus.

CONCLVSIO CCCCXX.

ARGVMENTVM.

Conſpiratio quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſpiratio eſt difficilis probationis.*
2 *Conſpiratio probatur per eoſdem coniuratores.*
3 *Participes criminis admittuntur ad probandum conſpirationem, & recuſantes compelluntur, etiam ſi iuraſſent non reuelare, & de hoc pretium recepiſſent.*
4 *Teſtes complices & proxenetæ admittuntur in crimine ſimoniæ.*
5 *Conſpiratio probatur per ſcripturam conſpirantium.*
6 *Conſpiratio probatur per ſcripturam, etiam ſi ſcripta ſit manu priuata.*
7 *Conſpiratio probatur per teſtes ſingulares & varios.*
8 *Coniuratio, vel rebellio conficitur ex varijs partibus ſiue præparamentis.*

1 CONſpirationem difficilis † eſſe probationis, quod occulte patrari ſoleat, nullique niſi conſpiratores ſciant, nulli dubium eſt. Hinc dicere conſueuerat Bal. in l. quoniam liberi.
2 nu. 3. C. de teſt. quem ſequitur ibi Paul. de Caſtr. † per eoſdem coniuratores probari conſpirationem, arg. leg. conſenſu. C. de repud. in med. & eſt contex. notabil. in c. ſi. de teſtib. cogen. in quo loco habetur, q nedum admittuntur participes criminis, ſed quod recuſantes compellere debent, etiam ſi iuraſſent nõ
3 reuelare† & de hoc pretium recepiſſent, de quo eſt etiam bona gl in c. venerabilis, il 2. in verſ. confeſſio. in fin. de teſtib. & tradit Marti. Lauden. in tractat de crimin. læſ. maieſt. q. 8. reſpondit Alex. in conſ. 13. nu. 14. lib 6. & in conſ. 150. nu. 3. lib. 7. ſenſit Iaſ. in l. 3. §. ſi tibi in iud. nu. 4. ff. de cond. ob turp. cauſam, quem §. ipſe Iaſ. legit in l 1. d. tit. & faciunt, quæ fuerunt animaduerſa per eundem Alex. in conſ 13. inſtit. nu. 13. verſ.
4 item per præfatam rationem, lib. 1. † vbi in crimine ſimoniæ eſſe admittendos teſtes complices & proxenetas ſcripſit.

Præterea probari per ſcripturam conſpirantium in eadem
5 ſubſcribentium † vbi tale quid factionum patrare promittũt, tradidit Felin. in c. cum in eccleſijs, num. 5. col. 5. de maior. & obed. vbi teſtes laudat Domin. & Bar. in l. in ſenatus, ff. ad Turpil. Bal. & Sal. in l. ſciant, C. de probationib. gl. & Bar. in l. non intelligitur, §. tacita, ff. de iur. fiſc. & à Bal. traditum fuit in ſua pract. in rub. de probationib. q. 2. Sal. in l ſing. C. de accuſatio. Bal in ſua prac. iudiciar. in rub, de quæſt. circa materiam probationis, q. 1. nu 3.

Quod velim ſic amplies, etiam ſi talis ſcriptura eſſet ſcripta
6 manu† priuata, vt patet in ſcribente ſe recepiſſe vſuras, vt placuit Fel. in d. c. cum in eccleſijs, nu. 5. teſtatur gl. in c. ſane. 24. q. 2. in verſ. eorum librorum, & text. in clem. 1. de vſur.
7 Ad hæc probatur conſpiratio per teſtes ſingulares, & † varios vt de tpe, & loco, vel de præparamentis, dummodo oẽs tendant ad probationem coniurationis, vel rebellionis, hoc etenim facinus illiuſmodi eſt, vt perfici nequeat momento tẽporis, vel in vno loco, conficitur. n. coniuratio, & rebellio ex
8 varijs partibus† ſiue præparamentis, merito igitur diximus, quemlibet teſtem deponẽtem de actu ſingulari, & diuerſo ab alio deponente de tractatu, & conſpiratione, atq; coniuratione, & eum probat & perficit, & hæc ſingularitas hoc, & illud non vitiat, ait Hipp. de Marſ. conſ. 1. nu 63. teſtatur gl. & Dd. in ſimili in c. volumus. in verb eccleſiæ, 16. q. 4. & in c. nihilominus, 3. q. 9. per Innoc. in c. qualiter & quando, de accuſat. & Accurſ. in l. ob carmen. ff. de teſti. Gramm. conſ. crim. 59. nu. 10. vbi hoc argumenti genus examinat, & cauit Petr. de Anchar. conſil. 440. incip. ex prædicta facti narratione, in 5. dubio. vbi allegat iura & rationes, de quibus ibi per eum, & cum eo tranſit Crot. in tractat. de teſtib. par. 7. nu. 141. verſ, nona ſit cõcluſio.

CONCLVSIO CCCCXXI.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio, ſeu canonicorum ſtatutũ quo pacto probari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio, ſeu canonicorum ſtatutum per teſtes probari poteſt.*
2 *Conſtitutio Pontificis Maximi teſtibus probari poteſt.*
3 *Gratia ſemper per teſtes probari poteſt.*
4 *Conſtitutio vel ſtatutum ante ſcripturam non ligat.*
5 *Eſſentia legis non poteſt diſtingui, neque ſeparatim conſiderari ab obſeruatione ipſius legis.*
6 *Lex ſtatim cum à Principe lata fuit, eſt lex in ſui eſſentia, ſed vt liget ſubditos, requiritur eius publicatio*
7 *Lex, vel ſtatutum Principis probatur per teſtes, & ſcripturam.*
8 *Teſtes ſicut inſtrumenta in inferioribus parem vim habent.*

1 COnſtitutio ſeu canonicorum † ſtatutum poteſt per teſtes probari, cum ſcriptura de eſſentia legis non ſit, iuxta ſententiam Ioan. Andr. in mercur. in illa reg. nemo poteſt ad impoſſibile. huc reſpexit Rot. deciſ. 5 Nota quod reſeruatio, alias 96. num. 1. in antiquit. de probat. atteſtans Pontificis Ma-
2 xi. conſtitutionem teſtibus † probari poſſe, hoc idem tradit Rot. deciſione 246. alias 1. tit. de conſtit. in noui. incip conſtitutio, ad cuius opinionis confirmationem accedit illud, quod obſeruauere DD. de Rota deciſ. 397. alias 16. nota creditur. vbi concludunt, in inferioribus à principe parem vim habere teſtes, & inſtrumenta, quibus haud dubie reſpondet doctrina Mil. in ſuo repertor. in verb. probari poteſt ſtatutum canonicorum, huc nimirum referri poteſt, quod ſcriptum reliquit Bart. in l. de quibus, colum. 9. nu. 55. verſic. ſecundo probatur conſuetudo per teſtes. ff. de legit. videtur & hoc ſentire Bald. in c. 1. colum. 2. num. 7. verſ. quarto, quare in conſtitutionibus, de conſtitut. nec hinc longe abeſt. quod ipſe Bal. clarius dixit in l. ſi qua per calumniam, colum. 7. poſt numer. 5. verſic.
3 gratia autem, C. de epiſcop. & cleric. loquens de gratia, † quę ſemper per teſtes probari poſſit, idem ſequutus eſt Abb. in c. paſtoralis, colum. 2. verſicul. ſed contra hoc ibi, quinimo non eſt de ſubſtantia iuris, de fid. inſtrumen. per c. 1. de renunc. in 6. idq; teſtatur Dec. in rubr de conſtitut. col. 7. verſic. vnde cõcludendo dicamus, nu. 36. quo in loco id latiſſime examinans in vtramque partem argumenta in medium affert, quẽ tu ipſe

Digitized by Google

conſulas, nec ob hoc receſſit Philip. Franc. in c. 1. in 12. notab. per illum tex. de iureiur. in 6. ibi, ſtatuta [illegible] quod idem probauit Feli. in d. rubr. de conſti. col 2 nu. 3. verſ. tangunt & hic ſcribentes, aſſerens hanc communem eſſe ſcribentium ſententiam.

Limita hanc concluſionem, vt locum habeat quantum ad eſſentiā conſtitutionis, vel ſtatuti, quia ſcriptura nō eſt de eſſentia, ſed vt ex cōſtitutione, vel ſtatuto obligatio inducatur,
4 requiritur ſcriptura, † vnde ante ſcripturā conſtitutio, vel ſtatutū non ligat, c. 1. de poſtul. prælat. ibi, ſolenniter editū, ac publice promulgatum, hoc idem tenet Bal in l. humanū. in fi. C. de leg. & in rub. de conſtit. vbi ſequitur Fel. col. 3. verſ. nihilominus, quorū ſententiæ adhæret Hippo. de Mar. in rubr. C. de probationib. col. 7. & licet [illegible] hac re videatur ſentire Dec. in d. rub. de conſtitutionib. poſt num. 36. verſ. vlterius
5 tū videtur, [illegible] animaduertit, † eſſentiam legis non poſſe diſtingui, neque ſeparatim cōſiderari ab obſeruatione ipſius legis [illegible] eo, quod lex videt ſumere vires ab ipſa promulgatione, §. 1. in auth. vt facta noue conſtit. & in §. in his aūt. Inſti. de [illegible] tū non recte agit Dec. nā lex exiſtere poteſt in [illegible] & quod tū non ſit recepta in obſeruantia. quā publica [illegible] Paul. reſpōſo patet in l. duo filij ff. de teſta. tute. vbi
6 [illegible] eſſe poteſt, licet deficiat probatio, † ideo lex eſt ſtatim cū primum à Principe lata fuit in eſsētia, ſed vt liget ſubditos, requiritur publicatio, d. authen. vt fact. non. conſti. vbi conſtitutio eſt, licet non liget, niſi poſt duos menſes.
7 Secundo limita, vt concluſio procedat in lege † vel ſtatuto Principis, ſecus eſt in inferioribus à Principe, iuxta ſentētiam Io Andr. in d. reg. nemo poteſt. de reg. iur. ideo ſententia non valet, niſi ex ſcripti recitatione, l. 1 C. de ſentent. ex breuicul. recitan. & iſtud confirmat Bald. in rubr. de conſti. quod refert Barb. in col. 5. ibidem.

Huic ſententiæ refragatur contex. in c. 1. de iureiur. in 6. vbi loquitur contex. de ſtatutis inferiorum à Principe, & tū dicit ſcripta, & non ſcripta, vnde colligere poſſumus ex illo aliqua inferiorū eſſe ſtatuta non ſcripta, & ad hanc ſententiā confirmandam pertinet deciſ. 1. alias 246. conſtitutio, de conſtit. in [illegible] vbi loqtur in cōſtitutione canonicorū, ſiue capituli, & ſic in inferioribus à principe, & tū probatur p teſtes, huc etiam ſpectat deciſ. 347. alias 5. tit. de off. vicar. ſi epiſcopus, ver. de [illegible] dubio, in nou. ſub nu. 3. vbi hr̄, quod licet in delegatis Summi Pontit. requiratur ſcriptura, l. 1. C. de mand. princ. † tamē ſecus eſt in inferioribus, in quibus parem vim habent teſtes ſicut inſtrumenta, & idemmet Bal. ſibi contrarius tenet [illegible] ſi qua per calumniam, col. 2. C. de epiſcop. & cler.

CONCLVSIO CCCCXXII.

ARGVMENTVM.

Conſtitutum allegans quid probare debeat.

SVMMARIA.

[illegible] allegans debet probare conſtituentem tempore conſtituti poſſidiſſe.
[illegible] ſi non poſſidet tempore conſtituti non transfert poſſeſſionem.
[illegible] non poſſidemus, à nobis fieri non poteſt.
[illegible] non eſt neceſſe probare de tempore conſtituti in antiquis,
[illegible] poteſt probari per inſtrumentum conſtituti, ſine alia probatione [illegible]
[illegible] non debet probare poſſeſſionem conſtituentis, ſi agitur de ipſius, [illegible] cum agatur de præiudicio tertij. & nu. 7

[illegible] allegans, id eſt ex conſtituto rem ſibi quæſitam, debet probare † conſtituentem tempore conſtituti [illegible] alias non obtinebit, vt profitendo ſcripſere Alex. [illegible] gl. & Ang. in l. quamuis. §. ſi conductor, num 8. ff. de acq. [illegible] vbi id dicit menti tenenendum, & ita ſe alias obtinuiſſe [illegible] quamplures conſulti idem reſponderunt, vt Dec. in cōſ. [illegible] nu. 3. & in conſ. 281. nu. 5. & in conſ. 400. col pen. in prin. [illegible] tradidit in l. quotiens, col. 4. C. de rei vendic. & in conſil. 148. nu. 5. vol 4. & quod placuit Goz. in conſ. 42. nu. 7. & hanc [illegible] communem * ſcribentium ſententiam eſt atteſtatus Rol. a V[illegible] conſ. 79. nu. 23. li. 1. communem * ēt dicit Laur. Kir[illegible] in ſuis communibus opin. concl. 52. incip. conſtitutum, [illegible] tur, idem docuit Dec. in l. contractus, nu. 15. & 16. ff. [illegible] r. Ang. ēt in l. 2. in fi. C. de acq. poſ. & in l. quædā mu[illegible] rei vendic. Bal. quoque in l. 1. C. quā liceat ab emp. re[illegible] & obſeruauit Bar. in rub. C. de contrah. empt. q. 16. & quamplurimi alij, vt idem Bal. in l. ſi ne autem. ff. de public. in rem act. Fran. de Orta. in l. interdum, in fi. princ. ff. de acq. poſſ. Corn. conſ. 53. li. 2. & conſ. 292. li. 3. Anch. conſ. 133. Calcan. in conſ. 29. magnificis, col 7. verſ. præterea quando, Ruin. conſi. 143. viſis, col. 3. verſ. nec obſtat conſtitutum, li. 1. Grat. cōſ. 69. cum ſermones. col. [illegible] verſ. 12. conſiderandum, li. 1. Bertr. conſ. 12. li. 1 & in conſ 30. & conſ. 302. & conſ 347. eod. lib. 1. Matheſ. notab. 171. Affl. dec. 40. Dec. conſ. 247. in cauſa magnific. col. 2. ver. non obſtat, quod ſupradictum eſt. & conſ. 400. viſo eleganti conſilio, col. pen. verſ. 1. quod habeo.

Nam, † ſi conſtituens non poſſidet tempore conſtituti ipſius, non transfert poſſeſſionem, & ex conſequenti conſtitutarius non potuit acquirere, per tex. qui ad hoc ſolebat allegari in l. quamuis. §. 1. & ibi gl. in fi. Ang. Rom. Raphael, Corn. Alex. & omnes * Dd. ff. de acquir. poſſ. vbi etiam Alex. dicit ad hoc facere tex. in l. traditio. ff. de acquiren. rer. dom. † vbi traditio eius rei quam non poſſidemus, à nobis fieri non poteſt, idem voluit Ang. conſ. 167. viſo d. libello. in fi. & conſ. 387. conſultatio, col. 1. Oldr. conſ. 114. factum tale, Bal. in conſ. 325. dubitat. 1. col. 1. li. 1. Corn. conſ. 5. viſo proceſſu, col. 6. verſ. tamen hæc non obſtat, li. 2. Mattheſ. notab. 67. not. quod venditor. & not. 170. not. vnam doctrinam. Gui. Pap. dec 356. quos & quor, in princ. Catelia. Cotta in memor. incip. pactio ciuilis, & prope alij infiniti congeſti per Tiraq. de iure conſtit. limit. [illegible] nu. 2.

Primo loco limita, vt non procedat in antiquis, in quibus non eſt neceſſe † probare poſſeſſionem conſtituentis de tempore conſtituti, ſed illa præſumitur, ſic cōſultus reſpondit Barthol. Soci. in conſ. 187. col. 5. verſ. 3. ratione, volum. 2. num. 19. Dec. etiam in conſ. 302. colum. 3. verſ. non obſtat, nu. 9. atque Angel. in d. l. quamuis, § ſi conductor, in fin. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. 2. ff. eodem tit. quod & ſenſit Hypp. de Marſ. notab. 521. qui vult fundare, Caſſan. in conſuetu. Burgun. tit. de ſucceſſion. §. 1. col. 3. verſ. limita tamen iſtud, Tiraquell in tractat. de iure conſtit. 3. par. 1. limit. nu. 19. in quo loco de mente Socin. in d. conſ. 187. declarat Panormit. in c. cum nobis. de præſump. dum ille colum. 3. voluit, poſſeſſionem temporis immemorabilis poſſe probari per inſtumentum conſtituti, debere intelligi ſine alia probatione poſſeſſionis conſtituti, alias eius dictum eſſet friuolum, ex adductis ibi per eum, & cauit Socin. dict. conſil. 187. in controuerſia, in verſic. 3. probatur. & confirmauit Paul. Caſtr. in conſ. 50. in cauſa, verſ. paret etiam in inſtrumento, quibus adhæſit Aymo Crauett. in ſuo tract. de antiq. temp. par. 1. §. viſo de fama nu. 20. fol. mihi 121. vbi late id examinat.

Secundo limita, vt iſtud non procedat † quoad tertiū, cum ſcilicet agitur de præiudicio tertij, ſed tantum quoad ipſum conſtituentem, ſiue eius hæredes, cum quo ad eorum præiudicium ſufficiat ipſum conſtitutum, etiam cum rebus recentibus ſine alia probatione ipſius poſſeſſionis vt not. Bal. in d. l. ſi excuſantur, §. 1. de publi. in rem act. & Purpur. in l. is apud quē. nu. 102. C. de eden. Rui. in conſ. 46. viſa facti, nu. 13 lib. 4. Soc. d. conſ. 107 col 5. verſ. ſecunda ratio, li. 2 & d. conſ. 106. col. 1. lib. 2. & obſeruauit Iaffred. Lanfr. Balb. in ſuis concl. cent. 3. concl. 275. incip. quid dicitur.

Intellige iſtam ſecundam limitationem, vt locum † habeat niſi iſte tertius habeat cauſā poſteriorem ab ipſo conſtituente, tunc enim ei ita præiudicabit ſicut ipſi conſtituenti, Socin. in conſ. 11. col. 1. verſ. & pro prædictorum, lib. 3. & ante eum Bald. in c. cum veniſſent. de reſtitut. ſpoliat. ſequitur Tiraq. de iur. conſtit. 3. par. 1. limit. num...

CONCLVSIO CCCCXXIII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo cum difficillima ſit probatu, cui incumbat onus ipſum probandi.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo eſt difficilis probationis.*
2 *Conſuetudo mutabilis eſt.*
3 *Conſuetudo vt probetur, probari debet generaliter, à plerag; parte popul. fuiſſe cognita.*
4 *Conſuetudo quia plene probare debet, opus eſt diligentia in formandis articulis ſuper eius probatione.*

5 Iura.

Iuramentum ſuppletiuum non defertur in probanda conſuetudine.
6 *Conſuetudo plene probanda, ſi de principaliter ea in iudicio agitur.*
7 *Conſuetud. generalis per totum orbem terrarum, quomodo probetur.*
8 *Teſtes ſingulares in probanda generali conſuetudine poſſunt admitti.*
9 *Conſuetudo, ſiue ſtylus reſpiciens deciſ. ria cauſæ non ligat forenſes.*
10 *Conſuetudo reſpicit cauſa deciſoria, cum reſpicit modum probandi.*
11 *Conſuetudo, vt credatur libro mercatoris, non ligat forenſ.*
12 *Conſuetudo vnius loci non poteſt inducere, nec arguere conſuetudinem alterius loci.*
13 *Conſuetudo, quæ eſt ſtricti iuris, non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam.*
14 *Conſuetudo vnius ciuitatis debet extendi, & obſeruari in caſtris & locis conuicinis.*
15 *Conſuetudo odioſa ſtricte eſt interpretanda, & non debet extendi ad alium caſum etiam ſimilem ex maioritate rationis.*
16 *Iudex poteſt de conſuetudine allegata coram ipſo ſe extraiudicialiter inſtruere.*
17 *Quod dicitur de conſuetudine, intelligitur de praeſcripta.*
18 *Verba legis ſecundum propriam ſignificationem intelligi debent.*
19 *Conſuetudo plene probari debet. & quare.*
20 *Conſuetudo ſemper debet probari per illum, qui illam allegat, & nu. 25.*
21 *Conſuetudo per vnum teſtem probari non poteſt, nec per iuramentum ſuppletiuum.*
22 *Conſuetudo cum verſimiliter pluralis debeat eſſe nota vnius teſtimonium circa eam non facit ſemiplenam probationem.*
23 *Iuramentum ſuppletorium non eſt locus, quando agitur de probanda conſuetudine, quæ viguit in illo loco, & viget.*
24 *Vnus teſtis, & iuramentum per ſe ſufficiunt ad probandam ignorantiam conſuetudinis multum antiquam.*
26 *Allegantis conſuetudinem incumbit onus probandi.*
27 *Conſuetudinem probare non eſt opus, ſi notoria eſt, ſed ſufficit, quod ſimpliciter fuerit allegata.*
28 *Iudices conſuetudinem notoriam poſſunt ſupplere.*
29 *Conſuetudine Angliæ maior natu ſuccedit.*
30 *Conſuetudo notoria non indiget probatione.*
31 *Conſuetudo notoria probatur ex exhibitione plurium inſtrumentorum?*
32 *Conſuetudinem allegare poteſt ſi... etiam poſt concluſionem in cauſa.*
33 *Conſuetudo, quæ reſpicit ordinem procedendi, eſt modici præiudicij, & allegans eam non cogitur probare, quia de illa iudex poteſt ſe inſtruere.*
34 *Conſuetudo, quæ propter vocatur ſtylus for., & curiæ, non indiget antiqua probatione.*
Conſuetudo extrinſeca plene probari debet. ibi.
35 *Conſuetudo, quæ vocatur ſtylus, inducitur ſolum à iudice aliquo maiore, qui habet poteſtatem legis condendæ.*
36 *Conſuetudo & ſtylus curiæ requirunt plenam probationem quando reſpiciunt litis deciſionem.*
37 *Vidua petens veſtes lugubres, & victualia ex conſuetudine loci, non tenetur probare conſuetudinem.*
38 *Conſuetudinem generalem per vniuerſum mundum nemo tenetur probare & quare.*

1 CONſuetudinem eſſe † difficilis probationis dixere Ang. Aret. in §. ex non ſcripto, verſ. quæro an teſtes. Inſtitu. de iur. natur. Bart & Dd. in l. de quibus. ff. de ll. reſpondit Fulg. in conſ. 6. Rol. à Valle. in conſ. 53. nu. 33. vol. 2. atq; Burſa. in conſ. 57. nu. 20. in fi. & Pariſ. etiam in conſ. 31. nu. 23. vol. 1. vbi hanc
2 reddit rationem, † quia ſit mutabilis, iuxta ſententiam Hoſt. in ſua ſumma, tit. de conſuetu. idem cauit Rom. ſing. 369. ſcripſit Bar. in l. filius, & habetur obſeruatum in gl. c. fi. circa med. & verſ. & ſic videtur, quod ſit difficilis. de conſuetu. quam gl. ſequuntur ibi Hoſt qui dicit quaſi eſſe probationem impoſſibilem, Io. And. col. 2. & Fulg. conſ. 6. quidam. in fi. & Abb. conſil. 53 prædicta. in 2. vol. late Rebuff. in tract. de conſuet. glo. 3. nu. 2 Vdalric. Zaſius. in d. l. de quibus, nu. 22. verſ. ad quartum punctũ. ff. de legib. & proſequitur late Roch. de Curt. in tract. de conſuetud. verſ. 3. conſuetudo eſt, nu. 244. & Rol. à Valle in conſ. 71. viſo proceſſu, num. 2 verſ. nec obſtat, lib. 1. Nam cum
3 opus eſt probare eſſe † quid de conſuetudine, neceſſe eſt, vt probetur generaliter à pleraque parte populi eam fuiſſe cognitam, alioqui nõ eſt probata conſuetudo, vt repetijt Zaſius in repet. d. l. de qbus. nu. 17. verſ. circa quod. ff. de legib. quod quidem quam difficile ſit probatu, lector tu videris, vnde nõ immerito dicere conſueuerat Cardi. Flor. in c. fi. q. 4. in fin. de conſuetud. quem ſequitur Aymo Crau. in conſ. 325. nu. 1. ma-
4 gna † opus eſſe diligentia in formandis capitulis ſuper probatione huius conſuetudinis. Nam plene probari debet, vt tradidit Bar. in l. 2. q. 27. C. quæ ſit long. conſuetud. cum nec ẽt
5 deferatur iuramentum ſuppletiuum † in probanda conſuetudine, ſi credimus Bal. in d. l. de quibus. col. antepen. verſ. item ibi agitur de probando, illum ſequitur Alex. conſil. 173. col. 2. in fi. lib. 6. reſpondit Soc ſen. in conſ. 141. viſis actis. nu. 1. verſ. quibus ſuppoſitis. vol. 4 Roch. de Cur in tract. de conſuetud. nu. 664 & ſeq. ver. quid in his. iſtud poſtremum, quod plene
6 probanda ſit conſuetudo, ſic velim intelligas † ſi principaliter de ea in iudicio agatur, ſecus ſi incidenter, & incidenter, quia tunc ſufficit ſemiplena probatio, ita reſpondit Gui. Papę conſ. 111. nu. 2. verſ. ad ſecundum quæſitum. & docuit Bar. in d. l. de quib. d. col. 22. d. verſ. 2. probatur conſuetudo.

7 Si vero quis probare velit † generalem eſſe cõſuetudinem per totum orbem terrarum, ſatis erit, ſi probauit ita conſtare conſuetudinem in vrbe Roma. dummodo in loco particulari non conſtet de contraria conſuetudine, vt voluit Curt. iun. in tract. feud. in 1. parte, q. 1. nu. 16. quem omnino conſulas.

Et iſtud commode fieri poterit etiam per teſtes ſingulares,
8 qui in probanda generali conſuetudine, † paſſim admittuntur, teſte Alexandro in conſil 172. viſis & oportune diſcuſſis num. 10. verſ. opponitur etiam contra dictos teſtes, vol. 2. per gl. fi. verſ. ego vidi, in l. ob carmen, ff. de teſtib. idem Alex. reſpondit in conſ. 72. inſpecto diligẽter proceſſu. nu. 2. & 4. vol. 1. & in conſ. 141. ponderatis nu. 2 verſ. præterea teſtes. eodem vol. 1. & conſ. 18. conſideratis his num. 9. vol. 3. Dec. etiam in conſ. 640. in cauſa, vt vulgo dicitur. nu. 11. verſ quo caſu cauit Cæpol. in conſ. ciuil. 3. nu. 9. verſ. & licet iſti teſtes ibi, ſecunda eſt ſingularitas. tradit Bal. in conſ 207. quia dicta Domina Pagarolla, vol 4. & in conſ. 514. ad euidentiam præmittendum eſt, nu. 4. vol. 5. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe communiter * à ſcribentes receptam, idem Bal. in l. rogaſti. § ſi tibi. col. 2. ff. ſi cert. pet. Fel. quoque in c. licet ex quadam, col. 4 verſ. c. 2. limita prædicta, vt nõ habeat locum, de teſtibus. & proſequitur Pet. de Rauen. in tract. de conſuetud col. 22. nuerit etiam, an per teſtes ſingulares. nu 198 Roch. de Cur. in eodem tract. de conſuetud. nu. 620. verſ. quinto, eſt dubitatio, nu. 621. verſ. & prima opinio.

9 Præterea illud animaduertas. conſuetudinem † ſiue ſtylum reſpicientem deciſor. a cauſæ non ligare forenſes, ſecus ſi fuerit ordinaria iudicij, vt docuere gl. Ant, de Butr. Abb. & communiter Dd. omnes * in c. quod clericis. de for compe. & in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. ibi late Fel col. 10. & col 29. de conſti.
10 reſpicit vero cauſæ deciſoria, † quum reſpicit modum probandi, vt exempli gratia patet de libro priuato mercatoris producto in iudicio, vtrũ ei adhibeatur plena fides, tunc profecto procul dubio dicitur reſpicere deciſoria, & non ordinatoria, vt protulit Bart in l. ictus fuſtium C. ex quib. cau. infam. irroget. Bal. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, & per alia adducta per Franciſ. Viuium in ſuis communibus opin. in verb.
11 conſuetudo, vbi ſc. tit ex ſupradictis † conſuetudinẽ illam, vt credatur libro mercatoris, non ligare forenſes.

Conſuetudo enim quotieſcunque eſt localis non ligat, niſi ſubditos, vt ait Oldr. in conſ. 248 Rom. in conſ. 163 Pet. Duen. reg. 145. vbi late hanc doctrinam proſequitur, & in reg 146.
12 & ratio eſt † quia ex conſuetudine vnius loci non poteſt argui, nec induci conſuetudo alterius loci, vt ita fuiſſe tentum per DD. de Rota in vna Cauerię. decimarum coram Tolomeo eſt atteſtatus Ant. Mar Papazo. in addit. ad deciſ. 6. alias. 160. quæritur de conſuetud in nou. nu. 10. & conſuluit Dec. conſil.
13 483. pro reſolutione, nu. 22. vbi † quia conſuetudo eſt ſtricti iuris, non extenditur de loco ad locũ, nec de perſona ad perſonam, & idem docuit Alex. conſ. 68. nu. 1. lib. 2. & in conſ. 25. in fine lib. 5. tradit Dec. in c. 1. nu. 27. col. pen, in fi. de probat. Quo pacto autem iſtud de extenſione intelligendum ſit, & in quibus caſibus procedat, conſulas Vdal. Zaſi. in repetit. l. de quibus, nu. 46. verſ. circa vim extenſiuam, de legib. quo in loco format ſeptem concluſiones pro dilucidatione materiæ.

14 Illud tamen ſic accipies, † vt conſuetudo vnius ciuitatis debeat extendi, & obſeruari in caſtris & locis circumuicinis, ita pro ſingulari obſeruauit Amanel. de claris aquis in ſing. 231. Nota, quod conſuetudo, tom. 2. ſingul.

Secundo velim, vt intelligas hoc ſibi locum vendicare, ſi conſuetudo ſit odioſa, quia tunc vti ſtricte interpretanda,
15 non debet extendi ad alium caſum † etiam ſimilem ex maioritate rationis, vt conſulendo tradit Natt. in conſ. 435. nu. 22. Rol. à Valle. in conſ. 53. num. 34. vol. 1. & conſ. 69. nu 24. vol. 3. Secus vero quando conſuetudo eſt fauorabilis, eodem enim caſu extenditur, ita declarat Burſat. in conſ. 50. num. 38. libro primo.

Nec illud omiſerim, poſſe iudicem de conſuetudine, ſi al-
16 legetur coram ipſo † extraiudicialiter ſe ipſum inſtruere, ſic ſcripſit Bar. in l. lege Cornelia. ff. de teſtib.

Eſt ẽt hic aduertendum, quod cum verba fecimus de conſuetudine, intelligendum eſt de præſcripta, iuxta gl. in c. mos. 1. diſtin. text. cum gl. & ibi ſcriben in c. ... & Bal.
17 in c. 1. de feud. cogn. col. 1. vbi inquit † quod illud quod dicitur de conſuetudine, intelligit de præſcripta, nã antequam ſit præ-

Digitized by Google

ſit præſcripta,non dicitur conſuetudo,ſed voluntas inducendi conſuetudinem.Alex.in conſ.173.col.1.li.6.Dec.conſ.1.nu.10.& conſ.483.nu.26.late Roc.de Cur.in tract.conſuetud.gl.fin.char.25.col.1.& 2.char.26.col.1.in paruis.Bero.conſ.157.col.3 li.3.quod eo maxime procedit,ſi mentio conſuetudinis reperitur facta à canone,vel à lege,iuxta ea quæ habentur in l.de quibus.ff.de legi.per Roc.de Cur.d.tract.d.char.25.col.
18 3.& 4.& quoniam † verba legis debent intelligi ſecundum propriā ſignificationē,Bar.in l.ita vulneratus.ad l.aquiliam.& Bal.in l.ſi quis,C.de interdict.matrim.int.pupillos.& quia etiam appellatione conſuetudinis intelligimus de conſuetudine propria quæ talis dicitur cum præſcripta ſit,vt patet ex præmiſſis,& notat Iaſ.in l.de quibus,ſub num.44.ff.de leg.

19 Conſuetudinē inſuper plene † probari debere,tradit Bar.in repet.l.s.q.27.C.quæ ſit long conſuetud.vbi Cy.poſt num.20.verſ.item dicit,& idem Barto.in l.de quibus.nu.22.ver.ſecundo probatur conſuetudo,ff.de leg.Soci.ſen.in conſ.141.viſis actis.nu.1.verſ.quibus ſuppoſitis.vol.4.Roc.de Cur.in tra cta.de conſuet.nu.644.& ſeq.verſ.quod in his,Borgni.Caualca.in tract.de tutor,& curat.nu 44.verſ.corroboratur,ſequitur Crau.conſ.3 5.nu.1.Laurent.Silua.in conſ.45.nu.52.citat Iaſ.in l.de quibus.ff de leg Henric.Bouer.in ſing.in verb.ſtylus & conſuetudo,nu.7.& ratio eſt,quia conſuetudo eſt facti,ideo probari debet,gl.in l.1.C.quę ſit long.conſuetud.Bar.in l.præſcriptione,C.ſi contra ius,in fi.& Vdal.Zaſ in d.l.de quibus.nu 3.ff.de legib.Rol.à Valle.in conſ.71.viſo proceſſu.nu.20.verſ.nec obſtat,lib.1.Natt.in conſ.554.nu.25.verſ.poſtremo.lib.4.Ioan.Crot.in conſ.64.M.conſules.nu.17.lib.1.& in conſ.131.conſilijs noſtris,nu.51.eodem libro.& Guid.Papæ,ſingul.26.Pariſ.in conſ.25.primo aſpectu,num.18.verſ.omnia
20 enim,lib.1.† ſemper debet probari per illum,qui illam allegat,vt cauit Dec.conſ.483.nu.58.Io.Fab.in §.ex non ſcripto,Inſtitut.de iure natur.gent.& ciuil.& ita ait Maria.Soci.conſ.65.nu.36.vol.1.teſtantur Dd.in cap.fin.de conſuetud.Corn.conſ.83.col.5.vol.4.Alexan.conſ.67.vol.7.Bart.in d.l.de quibus.num.6.ff.de leg.Iaſon in l.eum prolatis,nu.9.ff.de re iud.Soci.ſen.in conſ.3.capio primū,nu.27.verſ.quoniam ad hoc,vol.4.& conſ.46.eleganter,& ſubtiliter,nu.51.verſ.poſtremo aduerſatur procurator,vol.4.Hier.Cagn.in repeti.l.quis maior.nu.52.C.de tranſact.& Maria.Socin.in repetit.l.ita ſtipulatus,nu.524.ff.de verb oblig.

Vnde enim plene debeat probari conſuetudo,fit vt per vnū
21 teſtē † non poſſit probari,neque etiam deferri iuramentum ſuppletiuū,vt Bal.docuit valde notā.in d.l.de quibus.ff.de ll.quem refert Lanfr.de Oria.in repet.l.admonendi,nu.80.verſ.25.concluſio.ff.de iureiur.& ibi Iac Petr.de Ptolom.num.47.verſ 32.& Caccialup.ibidem nu.162.verſ.34.voluit etiam Alex.conſ.173.lib.6.atque Crau.conſ.355.nu.1.

Cuius axiomatis ea ratio eſt,quia cum veroſimiliter cōſuetudo debeat eſſe nota pluribus,licet duo teſtes faciant plenā
22 probationē † vnius tamen teſtimonium nō facit ſemiplenam eo caſu,ex eo enim tantum,quod vnus teſtis probabit in re veriſimiliter pluribus nota,emergit quædā præſumptio contra producentem,per quam detrahitur illi ſemiplenę,quo fit,vt iuramento ſuppletorio,ſicuti dicebamus,non ſit locus,ita tradidit Bald.ſatis inſignite,in dicta l.de quibus.de legibus.quem refert & ſequitur Caccialup in d.repeti.l.admonendi.nu.162.verſ 34.de iureiur.

Quod quidem poſtremū de iuramento ſuppletorio ſic ve-
23 lim limites,& intelligas,† vt locum tunc non habeat,qū agitur de probanda conſuetudine,quæ viguit in illo loco & viget,tunc enim verum eſt illud de præſumpta notitia in iſto loco,iuxta ea,quæ fuere obſeruata in l.ſi tutor.C.de periculo tutor.& in l.cum quidam,§.quod dicitur,de acquir.hæred.ſecus ſi tractaretur de probanda conſuetudine alterius ciuitatis,vel loci,nā tunc eſſet probabilis ignorantia illius conſue-
24 tudinis,ideo ad illam probandam ſufficeret † vnus teſtis & iuramentum partis,arg.eorum,quæ animaduerſa ſunt in c.1.de conſtit.li.6.cum ſimilib.vt meminit Caccialup.vbi ſupra,eod.num.162.verſ.quod tamen limitant.

Poſteriori loco,illud de iuramēto ſuppletorio ſic accipies,& limitabis,vt non procedat,quando ageretur de probanda cōſuetudine multum antiqua,nam tunc cum veriſimiliter vix
25 ſit inuenire aliquem qui recordetur,† ſufficeret depoſitio vnius teſtis,vt hoc iuramentum deferri poſſit ad illam probādam,vt notatur in auth.ſed cum teſtator.C.ad l.falci.dum ibi fit mentio de facto antiquo,vel implicito,& in l.ſi arbiter.ff.de probat.ſic idem Caccialup.in repet d.l.admonendi.d.nu.165.verſ.item eſſet dicendum.ff.de iureiur.

26 Quod vero alleganti eam † incumbit onus probandi,tenet vltra iam ſuperius allata etiam Pariſ.conſ.31.num.14.vol.1.& idem in conſ.10.nu.14.vol.4.limitabis iſtud,niſi huiuſmodi conſuetudo ſit notoria,quia propter notorietatē eius non eſt
27 opus eam probare,ſed ſufficit,quod ſimpliciter † fuerit allegata,vt auctor eſt Accur.in l.ciues.C.de appell.Io.Fab.Inſti.de iur.nat.gent.& ciuil.§.ex non ſcripto.verſ.circa quintum.Rom,in conſ.51.in princ.Calcan.conſ.82.col.2.Iaſ.in l.2.col.8.in princ.ff.de operis nou.nunc.& Maria.Soci.conſ.67.nu.2.vol.1.Pariſ.in conſ.13.attingendo articulum petitorij,nu.32.verſ.eo etiam,vol.1 Nat.in conſ.518.licet de iure,nu.5.li.2.& in conſ.391.fit difficultas,nu.6.li.5.& in conſ.575.ſubtiliter,nu.36.li.3.& conſ.110.quamuis,nu.8.eod.lib.Soci.iun.d.conſ.65.nu.39.cum ibi ad hoc collectis,vbi (quod plus eſt)
28 ait,† iudices huiuſmodi cōſuetudinem poſſe ſupplere,& ad hoc probandum adducit Bal.in l.filiusfamilias,§.veterani.ff.de procurato.& Alex.conſ.14.in prin.vol.5.Imol.Cynus poſt Iaco.Butr.& Iac.de Aret.in l.2.C.quæ ſit long.conſuetud.vbi ait,huiuſmodi conſuetudinem notoriam non eſſe neceſſe vt
29 probetur † afferendo exemplum de conſuetudine Angliæ,vt maior natu ſuccedat,cui etiam opinioni accedit Soc.d.conſ.65.num.40.

30 Quod autē huiuſmodi conſuetudo notoria † non indigeat probatione,tenet Cur.iun.in tract.feudo.in 1 par.q.1.nu.13,cum ibi allegat.vbi inquit,iudicem teneri ſupplere & de ea inquirere,quod & probat Gui.Pap.in ſing.952 nu.1.

Sed aliter opinari videtur Crau.in tract.de antiq.temp.in
31 1.parte,§.ampliatur,nu.16.vbi ait,† huiuſmodi conſuetudinem notoriam probari ex inſpectione plurium inſtrumentorum,probat id per l.vetuſtiſſima,C.de tur.dom.impetr.& ibi Ang.Cur.iun.in conſ.106.col.2.& vltra eos idem voluit Dec.conſ.1.nu.9.verumtn̄ idē Cur.iun.in conſ.60.nu.5.ait ex multis adductis nō egere probatione,ſed ſufficere eam allegare,ſed ſibi ipſi contrarius ſecus ſenſit in d.cōſ.106.quod ēt confirmauit in cōſ.55.nu.10.& quod ſufficiat allegare,tradidit Tiraq.in tract.de præſcrip.§.1.gl.2.fol.8.verb.ſed qōnis eſt,vbi
32 quoque ait,† huiuſmodi allegationē poſſe fieri ēt poſt concluſionem in cauſa teſtatur ad hoc Ant.de But.in c.peruenit,de empt.& vend.& Alex.in l.1.col.2.C.vt quæ deſunt aduoc.

Secundo loco limitare poteris,vt nō procedat in conſuetu-
33 dine,quæ reſpicit ordinem procedēdi,† quia illa eſt modici præiudicij,vnde eā allegans nō cogitur probare,quia de illa iudex poteſt ſe inſtruere,ſed ſecus eſt in cōſuetudine,quę reſpicit deciſionē cauſæ,illa namq; legitime probari debet,vt colligere eſt ex ſupra notatis in cōcluſione,& ita ſenſit aperte Dec in d.cōſ.483.nu.29.vbi teſtē laudat Bar.in d.l.de quibus,ff.de ll.verſ.ſecūdo probatur cōſuetudo,& vltra eos ſcribit Io.Fab.in §.ex non ſcripto.inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil.

34 Tertio limitabis in cōſuetudine,† quæ ꝓpriæ vocatr̄ ſtylus fori & curiæ,vbi agitant̄ cauſæ,quo caſu nō eſt opus antiqua ꝓbatione hmōi cōſuetudinis,ſed iudex ſi de ea dubitat,dēt ſe (vt aiunt) informare,ſecus in conſuetudine extrinſeca quæ plene ꝓbari debet,vt traditū eſt ſupra in cōcluſione,& Dec.protulit in d.cōſ.483.in fi.vbi ait,ita ſētire Alex.in l.4.§.hoc aūt iudiciū,ff.de dam.infect.col.pen.verſ.idē iudex ſupplet.vltra eū addas idē ſenſiſſe Aret.qui de hac cōſuetudine loqui videtur in cōſ.157.in cauſa Dn̄æ Antoniæ,in 2.col.ver.ad ſecundū,& Alex.cōſ.1.col.fi.vol.6.& explicabitur infra in con-
35 cluſione,Stylus,vbi propria huius materiæ eſt ſedes,† cum hmōi cōſuetudo proprie,vt dixi,vocet̄ ſtylus,neq; iudicatur à toto populo,aut eius maiori parte,ſed ſolum à iudice aliquo maiore,qui habet poteſtatē legis cōdēdæ,ſic docuit Bar.in repetit.d.l.de quibus.col.4.in fi.& Aymo Crau.in ſuo tracta.de antiq.temp.in 4.parte,in 1.§.num.36.vbi de hoc late.

Sublimita huiuſmodi limitationē nō habere locū quando
36 † conſuetudo & ſtylus curię reſpiciunt litis deciſionem,quia tunc nō ſufficit dicta informatio iudicij,ſed requiritur plena probatio,vt paulo ante diximus,& conſulendo ſenſit Socin.ſen.conſ.39.nu.11.vol 4.& conſ.39.nu.27.& ſeq.eod.volum.

Quarto loco limitare tibi licebit,vt nō ꝓcedat in vidua pe-
37 tēte veſtes lugubres,† & vidualia ex conſuetudine loci,quia non

Digitized by Google

non tenetur probare talem conſuetudinem, ſed incumbit hæredibus onus probãdi conſuetudinem contrariam, vt decidit Anton. Capic. deciſ. 27. nu. 2. Alexand. etiam in l. ſi ex re. §. illud. ff. de ſtipul. ſer. & Ange. in l. ſed vſusfructus. §. dos legata. ff. ad leg. falcid.

Poſtremo limitabis in conſuetudine generali per vniuerſũ
multis allegat. in conſ. 89. incip. viſis actis, col. 5. verſic. & con
ſuetudo. volum. 1. & in conſ. 286 nu. 4. vol. 3. quod teſtes ſin-
gulares probent, voluit Bald. in repet. l. de quibus. colum. fin.
ff. de ll. Alexand. in conſ. 40. colum. fin. volum. 4. Guid. Pap. in
conſ. 116. & in conſ 131. Aymo Crauet. conſil. 73. dicendum
videtur. numero 32. verſiculo non obſtat, quod teſtes. conſu-
les etiam Cato. Papienſem in repetit. d. l. de quib. nu. 33. ff. de
legib. verſic. ſed an per teſtes ſingulares. vbi ad vtramque par
tem examinat concluſionem, ibique docet, qualiter teſtes di-
cantur ſingulares.
Diuerſum ab hac re videtur voluiſſe Petr. & Cyn. in l. 2. C.
quæ ſit long. conſuet. Ioan. And. in c. fin. de conſuet. colum. 33.
verſ. practicant legiſtæ. & ibi Anto. de Butri. in penult. colum.
Alexand. conſ. 45. colum. 1. volum. 2. & conſi. 131. col. penul. eo-
dem vol. Corn. conſ. 50. colum. fin. volu. 1. Ruin. conſ. 173. col.
3 vol. 4. quorum opinio videtur verior, quando agitur de ve-
rificanda conſuetudine in certis caſibus qui caſus, cū ſint par-
ticulares, non poſſunt probari per teſtes, & conteſtes, vt dicit
Alexander in conſ. 104. colum. fin. volum. 3. Iacob. Port. lib. 1.
col. 3. 34. verſ. tertio infertur. quod & verius exiſtimat Anto.
Gabr. in ſuis concluſ. lib. 1. de teſtib. concluſ. 2. nu. 86. vbi idē
ſentientes citat.
12 Quinto præterea amplia, etiamſi rationem reddant, † quia
ſum vicinus tali loco, vel ſi agatur de cōſuetudine caſatę, erit
bona ratio, ſi dicat teſtis, quia ſum cōſanguineus, vt expoſuit
Purpur. in l. 1. ff. ſi certum peta. num. 105. & adeas Franc. Curt.
tracta. de conſuet. nu. 615. Pet Duen. in reg. 152. per totum.
Sexto ampliabis, vt conſuetudo ſufficiat probari per duos
13 teſtes, † & tunc dicitur plene probata dicta conſuetudo, vt
profitendo ſcripſit Hoſtien. in ſumma, tit. de cōſuet. in §. quot
& quot teſtes. Cyn. & Bar. in d. l. de quibus. in 4. quæſtio prin-
cip. cum quo cæteri tranſeunt, Ioan. Faber. in d. §. ex non ſcri-
pto. Inſtitut. de iur. natur. Alb. conſ. 33. volum. 2. in capit. at ſi
* clerici. vbi omnes * Dd. de iudic. quam opinionem declarat
Roch. de Curt. in repetit. cap. fi. de conſuetud. 14. ſectione, nu-
mero 66. Modern. in dicto capitulo at ſi clerici. Bartol. in l. de
quibus. in 4. quæſtio. princip. ff. de legib. vbi etiam recentio-
* res, qui teſtantur de * communi, prout refert Frāc. Viu. in ſuis
communib. opinion. in verb. teſtes duo ſufficiunt ad proban-
dam conſuetudinem.
Quod autem ſupra diximus in concluſione, teſtes depone-
re debere de frequentia actus, limita & declara: vt procedat,
14 † ſi deponant de pluribus actibus, & non de vno tantū, quia
tunc non probant conſuetudinem, nam per vnicum actum nō
inducitur conſuetudo, ſed requiritur frequentia actuum, ſic
ſcripſere Dd in d. l. de quib. ff. de legib. & ibi Zaſ. nu. 14. verſ.
ſed quod actus. & num. 28 verſ. quæ ſit autem iſta actuum fre-
quentia. vbi ex mente Bal. in d. l. de quibus. aſſerit de hoc non
15 poſſe tradi certam regulam, † & ideo relinqui iudicis arbi-
trio, qui quidem iudex debet perpendere ex natura negocio-
rum, an plures actus, an pauciores ſufficiant, argum. l. 1. C. de
iur. delib. idem tradit Roch. de Curt. in tractat. de conſuetud.
colum. 81. num. 589. verſic. quandoque tractamus. vbi teſtatur
* de * cōmuni, quod & late proſequitur Caio Papienſ. qui & cō
traria refellit in d. l. de quib. nu. 53. cum plurib. ſeqq. verſ. quin
* to quæro. & de * communi quoque teſtatus eſt Villalo. in ſuis
communib. opin. verb. conſuetudo ad hoc vt probetur. ex De
ci. in conſ. 489. nu. 25. & Alexan. d. conſ. 43. nu. 8. vol. 2. & idem
Alex. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. nu. 20. ff. de no. ope.
nunciat. ait ſaltem requiri binos actus, teſtatur Abb. in c. fi. de
appell. Archid. c. illud. 12. diſtin. & tradit Ioan. Crot. in conſil.
411. viſa caſus propoſitione. nu. 25. lib. 3.
16 Huic vero rei, ꝙ duo actus ſufficiant, † illud patrocinatur,
quia frequentatio inducitur ex duabus vicibus, vt voluit glo.
in c. monaſteria. in glo. 2. in fin. de vita & honeſt. clerico. quæ
dicit, ſtatutum faciens mentionem de frequentatione, verifi-
cari in duabus vicibus, ex hoc etiam dicebat Accurſ. in §. fi. in
auth. de defenſo. ciuit. hanc dictionem, frequenter, verificari
in duabus vicibus, cui ſententiæ adhæſit Hier. Giga. in reſpōſ.
penſio. 20. nu. 8. cum ſeq. quorum opinionem propius ad ve-
ritatem accedere arbitror, licet contrarium videatur ſentire
Aymo Crauet. in conſ. 134. nu. 7. vbi ſentit, nec trinum actum
ſufficere.
17 Et ꝙ † tres actus ſint neceſſarij, tradidit Iac. de But. in d. l. de
quib. per rationes ibi allegatas & relatas per Ang. Aret. in d.
§. ex non ſcripto. quam tñ opinionem Iacob. Butrig. reprehen
dit ibi in d. l. de quib. Saly. vbi ipſe in hanc deſcendit ſniam,
18 hoc à iure non fuiſſe deciſum & ſtatutū, & ideo relinquit † iu-
dicis arbitrio, ꝑ ea, quæ ipſe ad hoc probandū adducit, cuius
opinioni, ſe ipſum ſubſcripſit Aret. in d. §. ex non ſcripto. nam
ait, cū actus illi poſſint nō eſſe ita manifeſti, vt per binū, aut ꝑ
trinū actū non trāſeat in notitiā populi, aut maioris partis, vt
ex ea notitia colligatur eius conſenſus, iō iudex arbitrabitur
ex trāſitu in notitiā maiorem vel minorem, hoc ēt comprobat
Alex. in conſ. 131. in cauſa vertente, nu. 9. verſ. nec obſt. li. 2. &
in conſ. 45. viſis atteſtationib. nu. 3. verſ. item ad hoc. & nu. 8.
ver. item non deponit. eod. lib. & idē ſentire vř Bart. in d. l. de
19 quibus. † dicendo actus aliquando eſſe notorios populo, vt
ſufficiant duo, ſecus ſi non eſſent ita notorij: vt ſi cōſtrueretur
pons inter vnā, & alteram domum in loco non publico nec
peruio: quia tunc duo non ſufficerent: nam ea, quę palam fiūt,
20 dicuntur † frequenter fieri ex ſententia Vlpiani in l. palam. ff.
de rit. nupt. atque Ruin. in conſ. 154. nu. 9. vol. 3. ait, conſuetudi
nem notorij probari per binum actum, probat id auctoritate
Imp. in l. 3. C. de epiſcop. & cleric. cum alijs ibi collectis.

Sed

Digitized by Google

Sed in contrarium ſentit & ſequitur Abb. in cõſ.160.incip.
in prædicta cauſa quod ſi producantur octo, vel decem inſtru
menta facta manu notariorum ſine nomine Imperatoris, per
21 † hoc non probatur cõſuetudo talis in illo loco, quod valeat
inſtrumentum abſque nomine Imperatoris, refert Iaſ. in l.de
quibus.ff. de ll.in fin.

Ad id ẽt obſeruabis, non eſſe neceſſe, vt teſtes deducant &
probent actus, à quib talis conſuetudo originem traxit, ſed
ſatis eſt deducere tot actus, quot ſufficiunt ad conſuetudinem
inducendã, iuxta not. in d.l.de quib.& protulit Aymo Crau. ĩ
ſuo tract.de antiq.tẽp.in par.4.verb materiã iſtã.f.202.nu.23.

22 Iſtud vnum te velim admonitum, † ꝙ teſtes deponentes de
frequentia actuum debeant conuenire in actibus, in quib.te-
ſtificantur, ſiquidem deponendo de diuerſis actibus nihil age
rent tanquam teſtes ſingulares, vt ſi vnus induceret conſuetu
dinẽ in fabis, alter in lana, nihil facerent: ita Zaſ.in d.l.de qb.
nu 32. verſ. ſeptima concluſio. vbi tamen iſtud limitat, ſi te-
ſtes conueniunt in eo, quod deponant aliquem actum eſſe fre
23 quentatum in populo, † & pro cauſa ſcientiæ vnus hunc actũ
particularem, alius alium actum particularem inducat, & ita
inquit intelligendum eſſe contex. in l.ob carmen. ff.de teſtib.
& per Bar.in d.l.de quibus.

Secundo limitatur & declaratur, ꝙ dixi de diuturnitate tẽ
poris, quod intelligitur, vt deponere debeat, illam conſuetu-
24 dinem fuiſſe obſeruatam † per ſpatium ſaltẽ decem annorũ,
nec minus tempus ſufficeret Vnde ſi deponant, ꝙ eſt conſue-
tudo à decem annis citra, talis probatio nullius eſt ponderis,
* ita tradit Iaſ.in d.l.de quibus, nu.47.ff.de legib.vbi * commu
nem dicit, & illum ſequitur Villalo.in ſuis commun.conclu.in
verb.conſuetudo introducitur.qui iſtud tamen intelligit, qñ
conſuetudo eſt præter ius, ſecus contra ius, citat Ioan.Monac.
* de iure patro.lib.1.nu 17.qui teſtatur de * communi, & gl.in
c.fin.de conſuet.lib.6.Corn.conſ.89.col.4.vet.& probatio. &
25 verſ.ſeu Antonius.vol.1.vbi † & idem ait procedere, ſi depo-
nant, iam ſunt decem anni & vltra: nam id vltra nihil opera-
tur, cum poſſit intelligi de vna hora: vt ex ibi allegatis, & ſic
non fuiſſent impleti decem anni.

26 Et quod † minus tempus decem annorum non ſufficiat, pro-
* bant communiter * Dd.in ſæpe allegata.l.de quibus.ff.de leg.
& in l.diutina.ff.eo.& ita ait Alex.in d.conſ.45. nu.8.vol.2.&
27 facit rubr.C.quæ ſit longa conſuetudo, † nam logum tempus
dicitur decem annorum.l ſi cum fideicommiſſaria.§.Ariſto.ff.
qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.

Sed velim intelligas de conſuetudine rõnabili & æqua, vt
ait Franc.Viui.in ſuis cõibus opinion. in verb. conſuetudo &
rõnabilis & æqua, &c. vbi quoque ait, hanc eſſe coem opi-
* nionem, * hoc eſt requiri ſpaciũ decem annorũ. & ita aſſerit
Iaſ.in d.l.de quib.nu.43.& idem atteſtatur Syluest.Aldobrãd.
in §.ex non ſcripto.Inſtit.de iur.natur. & ibi Chriſto.Porti.n.
* 4.idem ex cõi * ſcribentium ſentẽtia obſeruauit.Laur.Kirchof.
in ſuis cõibus opin.concluſ.55. incip. conſuetudo ẽt cõtra ius
28 ſcriptum.& hmõi conſuetudo per decẽnium † non poteſt tol-
li, quæ obſeruetur etiam nullo alio probato, aut allegato titu-
lo, per text.in c.veniens.il 2.de teſtib.& ibi Panorm. in 3.no-
tab.& Felin.ibi in 4.notab.vbi obſeruat inſignem limitationẽ
ad l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.& idem ſequitur Tiraq.de
præſcript.verb.per decem annos.verſ.42.fol.71. §.1.gl.4.alle-
gat.c.ad Apoſtolicam.& ibi ẽt Panormit. & Felin.de ſimo. &
voluit Paul.Liaz.in repetit.clem.1.col.7.verſ.modo quæritur.
de reſtit.ſpoliat.Panormit.conſ.6.in quæſt. quæ vertitur col.
3.verſ.ſecundum remedium. lib.2. vbi ad hoc affert context.
in l.priuilegia.& ibi Bar.C.de ſacroſanct.eccleſ.

Iſtud ampliatur, vt procedat, licet talis conſuetudo ſit cõtra
29 ius ciuile, † quia in ea ſufficit, ꝙ teſtes probent de decennio:
vt docuit Bar. in d.l.de quib.in 2. lectura. quem ſequitur Iaſ.
* ibi col.11.verſ.ſecunda eſt opinio.glo.vera & * cõis, & conſu-
luit Curt.iun.in conſ.42.col.penult.Verum Stephan. Bertran.
in conſ.139.nu.1. vol.6. ait, quod cum ſit contra ius, ad eius
probationem requiritur tẽps immemorabile. Petr.vero Duen.
* in reg. 138. de cõi * opinione fidem faciens aſſerit ſufficere
decennium, etiam ſi ſit contra ius, ſiue præter ius, & pro hoc
multos ibi in medium affert, ſub deus ibi in 4.limi. ſecus eſſe,
30 † qñ conſuetudo contra ius eſſet irrationabilis: quia tunc re-
quirerentur 30.anni, teſtatur Bal. in c.1. qualiter olim. feud.
pot.alien.idem Bal.in c.clerici. de iudi.nu.3. gloſ.in l.domini
prædiorum.in verb.conſuetudo.C.de agricol. & cẽſit.lib.11.
hoc idem ſequitur Aret.conſ.63.nu.1.in fi.

31 Quod ſi ſcire exoptes, quæ conſuetudo † ſit rationabilis, cõ
ſulas Franc.Viui in ſuis communibus opinio.in verb.conſue-
tudo rationalis. vbi inter alia exempla ponit conſuetudinem
rationabilem eſſe, quid ſoluere pro lampadibus ardentib.an-
te Sanctiſſimam Euchariſtitiam, c.ad Apoſtolicam. de ſimon.

32 Reſtringitur prædicta ampliatio, vt non procedat, † quãdo
conſuetudo eſſet cõtra ius canonicũ: quia requiritur, quod te-
ſtes deponant de tpe 40.annor.vt ſancitum eſt in c.fi.de con
ſuet.ibi, non ſufficit poſſeſſio longæua quoad præiudicandũ iu
ri poſitiuo, atq; tradidere Bar. & recẽtiores in d.l.de quib.ea
uit ẽt Alex.in conſ.5.col.3.li.5 Aret.in conſ.44.poſt princ.Ab
ba.& Ant.de Butr.& Io.And.& Dd.in d.c.fi.de conſuet.nu.11.
Alex.in conſ.66.viſo, li.2.Soc.reg.110. conſuetudo de iure ca-
no.alias 101.quo in loco iſtud ampliat procedere, ẽt ſi cõſue-
tudo eſſet contra rõnem canonis, p gl. q̃ multum commendat
Gem.in c.vt litigantes.in verb.ſtatuimus de offi.ord.lib.6. &
ſequitur Fel.in c.ſtatuimus.de maior & obed.& in c.tua nos ĩ
prin.de iureiur.& quod requiratur, vt teſtes deponant de ſpa
cio 40.annor.quando conſuetudo eſt contra ius canonicum,
conſuluit Alex in conſ.68.nu.6.li 2.& idem ſcripſit Pet.Duen.
in reg.160.vbi alios citat ibique de hoc ponit rationem.

Nec illud obſeruatione dignum obliuiſcaris, teſtes non pro-
bare, ſi ita deponant, videlicet à quadraginta annis citra, ita
33 obſeruatur, † quia ex talibus verbis non probatur de tempo-
re quadraginta annorum, ſed nec de tempore vnius anni, qa
illud, quod fuit heri, etiam non ante, dicitur fuiſſe à quadra-
ginta annis, citra, opus eſt igitur vt teſtis dicat à quadraginta
annis, & citra, vt ait Alex in conſ.45.nu.7. vol 2. vbi pro hoc
multa in medium affert, & ſequitur cum multis collectis Ste-
phan.Bertran.conſi.84.nu.4 vol.5.

Primo ſublimita, vt procedat in vniuerſitate eccleſiaſtica,
34 oã illa † non poteſt ſtatuere contra ius canonicũ, vel cõtra po
pulu laicum ſubditum eccleſiæ, quæ non poteſt ſtatuere in bo
nis eccleſiaſticis contra ius canonicũ, quia tunc bñ requirun-
tur 40.anni, ſed ſecus ſi populus ſubditus Eccleſiæ vellet indu
cere conſuetudinem contra ius canonicum circa bona tempo
talia, tunc.n.ſufficit probare conſuetudinem decem annorum
35 cum talis † populus quoad temporalia poſſit etiã ſtatuere cõ-
tra ius canonicum, ita ait Corn.in conſ.155.col.pen.lib.4 ide
ſentit Curt.iun.in 2.par. tract. feud. q.2. col.pen. & ſequitur
Aymo Crauet.in tract.de antiq temp.in 4.par. in pri.n.nu.7.

Sed velim ſubreſtringas hãc ſublimitationem, vt non pro-
cedat, qñ inducitur talis conſuetudo ſciente, & patiente ſupe
36 riore, † quia tunc licet ſit contra ius canonicũ, non requirun-
tur 40.anni, ſed ſufficiunt decem, vt traditum fuit ab Anto.de
Butr.in d.c.fi.de cõſuet.& in c.qa circa.de conſang & affi.cui
accedit Goz.in conſ.101.in Chriſti noie.col.6.n.25.verſ.vñcs
mo.& ſi dicatur permotus auctoritate Antonij de But.in cap.
quia circa.de conſang.& affin.& in d.c.fi.de conſuet.idem te-
net Corn.in d.conſ.293.col.3.lib.1.Dec.in conſ.134.viſo pũ
cto.col.2.in fi.verſ.accedit ſcientia. poſt nu.1. ſed contrariam
tñ ſequutus eſt ſententiam Iaſ.in d.l.de quibus, col.12.in fine

Secundo ſublimitabis ſupradictam ſecundam limitationẽ,
37 qñ † conſuetudo detrahit iuribus alicuius eccleſiæ, tunc enim
requiruntur 40.anni, vt Inno.& Panor.voluere in c.cũ dilecti.
de conſuet. vbi Abb.nu.1.ꝙ hoc procedit, ſiue conſuetudo ſit
contra eccleſiam vniuerſalem, ſiue particularem, quia non mi
38 nus fauorabile eſſe dẽt totum corpus eccleſiæ, † quam aliqđ
ipſius membrum, & Abb.ſequitur Iac.de Butr. in d.l.de quib.
nu.30.ff.de legib.licet. Inno. in d.c.cum dilecti. ſecus teneat,
quando conſuetudo veniret contra vniuerſalem eccleſiã, ſed
æquior, & rationi magis eſt conſentanea ſententia Abb.

Poſteriori loco ſublimitatur dicta ſcda limitatio, & eius ſe-
quens ampliatio, vt non procedat, qñ apertiſſime conſuetudo
eſſet ſuper eo, ſuper quo populus, clare ſtatuere non poſſet, qa
vt valeat depoſitio teſtium ſuper probatione huiõi conſuetu-
39 dinis, † opus eſt, vt deponant de tpe 40.annor.ita cauit Aret.
conſ.23.col.4.verſ.ſed quando vniuerſitas. dicens ita diſtin-
guere Bal.ſi recte inſpiciatur, in rubt.C.quæ ſit long.conſu. &
Aymo Crau.in ſuo tract.de antiq.tẽp.in 4. par. in princ.n.10.
12 non obſtante d.Aret.in d.conſ.23.hoc nempe caſu requiri
quadraginta annos aſſerit, imo ſufficere triginta annos, autho
ritate Accurſ.in gl.in l.dominum prædiorum. C.de agr.& cẽſ.
lib.11.

lib.11.Bal.in c.1.in princ qualiter olim feud.amit.Spec.in tit.
de præſumpt.§.1.verſ.de conſuet. Pau.de Caſtr.in d.l.de quib.
ſequitur ibidem Iaſ.col.12.ſecundo limitat Cur.iun. in conſi.
60.col.3.in fi & in conſ.61.col.3. poſt princ.niſi eſſet aliquid
contra ius canonicum,quia tunc non requirũtur quadraginta
anni,vt ſupra dixi,Crauet.vbi ſupra,nu.12.

Tertio loco ſublimitabis omnia ſupradicta, qñ ageretur de
inducenda conſuetudine contra reſeruata Principi,vt ſi agere
40 tur de præſcribenda iuriſdictione,quia† tunc non ſolum non
ſufficeret tps decem annorum,imò nec quadraginta,ſed tem-
pus antiquum cuius initij non extat memoria in contrarium,
c.ſuper quibuſdam §.præterea.de verb.ſignif. & voluere An-
ton.de Imo.& Dd.in c.fi.de conſuet.Iaſ.in d.l.de quib col.12.
ſub nu.45.ff.de leg Aymo Cranc.in d.tract.de antiq tẽp.in 4.
par.nu.10.Alex.conſ 6.vol.1.Iacob.in d.l.de quib.n.31.Alex.
conſ.173.col.1.li.1 Dec.conſ.483.col.pen.Crauet cõſ.96.col.
pen.Fel.in c.de quarta.col 13.de præſcript.Didac.Couar.in re
pet.c.poſſeſſor.in 2.par.§.3 n 3.de reg.iur.in 6. Bal.in l.impe
riũ,ſub n.3.Caſtrenſ.ibid.col.pen.Alber.de Roſa. ſub n.40.de
iuriſd.oium.iudi.Curt.iun conſ.174.col.6.ſub n.76.& ſeq.vbi
* dicit hanc eſſe * cõem opin.Gaſpar.Luſitan.in repetit. d.l.im
perium.ſub n.135.Didac.vt ſup.ſub nu.3.4.vbi & ipſe atteſta-
* tur de * cõi ẽi in ſimplici iuriſdictione,& hoc generaliter pro
41 cedit in quibuſcunq; reſeruatis Principi,† & aduerſus ipſum
nõ admittitur nec præſcriptio,nec conſuetudo, niſi tpe imme
morabili,notant ſcribentes in c.fi.de conſuet.Iaſ.in l.de quib.
ſub nu 45.ff.de ll.Alex.conſi.68.col 4.lib.10. Bal.in tracta. de
præſcript.2 parte 2 part princ.q 3. col.2.3.4. Roch. de Curt.
de conſuet.chart.30.col.4.Crauet.de antiq.tempor.4 par ver
ſic.tranſeo nunc. ſub nu.11.& verſ.materia iſta.nu.26. Rolan.
de Valle.conſi.2.ſub num.122.lib.1.

42 Intellige tamen hanc ſublimitationem nõ procedere,† vbi
quis habere tit.nam tunc ſufficeret tps quadraginta annorũ,
vt voluit Didac.in d.regul c.poſſeſſor.in 2.parte.§.3.nu.5.

Iſtam tñ limitationem ſic velim amplies,vt vera ſit,ſiue aga
mus de iuriſdictione habente cauſam diſcontinuam,ſiue con
tinuam,vt priorem partẽ ſubtiliter defendit Curt.iun.in cõſi.
43 174.ſacratiſſimæ Trinitatis.col.8.ſub nu.28.29.& 30.† nam in
habentib.cauſam diſcontinuam requiritur, vt conſuetudo ſit
introducta per tanti tẽporis ſpacium,cuius initij memoria nõ
extet in contrarium,vt aſſerit Alex.in conſ.173. viſo & dili-
genter conſiderato.n.1.& ſeq.vol.6.Deci.in conſ.483.pro re-
ſolutione litis.col.pen.nu.26.& ſeq.Crauet.in conſ.96.D Gof
fredus.nu.8.verſ.quinta iſta conſuetudo.de con inua vero do
cuit Bar.in l.iuſto.§.non mutat.nu 3.ff de vſucap.& iſtam eſſe
* * comm.opin auctor eſt Felin.in c.de quarta col.13.poſt n.37.
de præſcript.Bal.ẽr in tract.præſcr.a par.2 par.princ.q.3 col.
3.Didac.Couarr in repet.c.poſſeſſor.in 2.par.§.3. ſub n.3.de
reg.iur.in 6.nam itidem & iſto caſu requiritur tempus imme-
morabile,ita Bal.in repetit.l.imperium.ſub nu.13.verſ.ſed tũe
venit.Caſtren.ibidem col.pen.Alber.de Roſat.ſub nu.4. ff.de
iuriſdict.omn.iudic.Curt.iun.d.conſ.174.col.6.ſub nu.26.vbi
* tradidit,ita * cõiter ab omnibus fuiſſe prolatum in ſimplici iu
riſdictione,Gaſpar Luſitan.in repetit.d.l.imperiũ. ſub n.135.
Didac.in d.§ 3.ſub nu.3.& 4 vbi & ipſe atteſtatur de commu
* ni * etiam in ſimplici iuriſdictione, & hoc in vniuerſum pro-
cedit in quibuſcunque reſeruatis Principi, vt aduerſus ipſum
non admittatur nec præſcriptio,nec conſuetudo, niſi tempo-
ris immemorabilis,ita dixerunt ſcriben.in c.fin.de conſuet.&
Alex.in conſ 68.& viſo & dudum diſcuſſo. col.4. poſt nu.10.
verſ nec obſtat,quod videatur,lib.2.Iaſ.in d.l.de quibus . ſub
nu.45.de legib.Aymo.Crauet.tractat.de antiquit.tẽp.4.part.
verſ.tranſeo nunc.ſub nu.11.& in verſ. materia iſta. ſub num.
26.Bal.in d.tractat.de præſcript.d.2.part.2.part.princ. quæſt.
3.col.2.3.& 4. & q.4. col.2. & 3. Rolan. à Valle in conſ.2.ſub
num.122.lib.1.

44 Subamplia hanc ampliationem,† vt nedum teſtes debeant
deponere tempus immemorabile illius Principis, contra quẽ
præſcribitur,ſed eã ſcientiam & patientiam ipſius Principis,
concurrere.i.debẽt iſta duo copulatiue,immemorabilitas,&
patientia Principis,vt ſcripſit Abb.in c.cum nobis. col.2. ſub
nu.4.verſ.in hac tñ conſuetudine,ſiue præſcriptione, de præ-
ſcript.& in eod.c.fi.verſ.quadam ſunt iuri reſeruata Principi,
tradidit etiam Curt.iun.in d.conſ.174.ſub nu 28.Didac. in d.
repetit.d.c.poſſeſſor.d.2.part.in initio.col.penult.& fin. & in
§.2.verſ.tertia ſpecies.ſub nu.8.& in hanc partem etiam incli
nat Cranet.in d.tractat.de antiquit. tempor.d.part.4. d.verſ.
abſolutis ſub nu.17.& in conſi.46.D.Goffred.col.2.nu.6.verſ.
tertio non legitur. vbi quamplures alios ita conſentientes ci-
tat,atque obſeruauere ſcribentes in d.l.de quibus.ff.de legib.

45 Contrariam partem† tuetur Alex.in conſ. 6. viſo themate.
* nu.4.verſ.verior tamen.lib.1.vbi de magis * communi & pro-
pius ad veritatem accedere teſtatur,& in conſ.24.ponderatis
his,quæ in themate,nu. 5.verſ.& ibi doceretur.lib.5. & conſ.
16.in cauſa & lite.nu.15.verſ.nec obſtat etiam,cod.volum.5.
Curt.iun.conſ.158.præſupponitur in facto.poſt n.12.vbi etiã
* * * magis cõem * * & veram eſſe teſtatur, motus authoritate Ale
xan in d.conſ.6.& Deci.in conſ.85. diligenter pro tenui. col.
2.poſt nn.2.verſ.& in tali pręſcriptione.quo in loco etiam cõ
* munem * eſſe aſſeuerat.Franc.Balb.de præſcript.2.part.3.par.
princ.q.6.nu.22.Alciat.in l munus.ff.de verbor.ſignific. Felin.
in d.c.cum nobis col.2.nu.3.verſ.quæ omnia.eum alijs citatis
à Cranet.in d.tractat.de antiquit.tempor.d.4.part.verſ.abſo-
46 lutis. ſub nu.14.Verum† quoniam paulo ante , ſi meminiſtis,
mentionem fecimus de iuriſdictione , ſeu ſeruitute continua,
vel diſcontinua,idcirco modus eam cognoſcendi paucis ape-
riendus eſt,qui recte percipi poterit ab Anton.de Butr.in ca-
pit.cum eccleſia.ad fin.colum.2.de cauſ.poſſeſſ.& proprie. &
poſt eum Felin.in capit.de quarta. poſt num 37. verſ.modum
autem.de præſcriptio.quo in loco refert ex Bald. auctoritate
in l.2.C.de ſerui.& aqua. illam ſeruitutem habere cauſam cõ-
47 tinuam,vel quaſi ex qua† percipitur commodum naturæ, ſed
illa ex qua non poteſt percipi commoditas , niſi ex facto ho-
minis,& quatenus homo vtitur,dicitur habere cauſam diſcõ-
tinuam: nam natura ſemper eſt,ſeu poteſt eſſe in actu & ope-
ratione,non ſic homo,& hæc eſt vera theorica ſecundum *Bal.*
loco ſupra citato,quem refert, & ſequitur Felin. *loco* quoque
ſupra allegato.

48 Quænam vero ſint ea, quæ† Principi reſeruata ſunt , tradit
Bal.in l.reſcripta.C de precib.Imperat.offeren.per gl. & Dd.
in c.quod tranſlation.ẽ.extra de offic.lega.tex.in c.vnico. quæ
ſint regal.in vſib.feud.Pau.de Caſt.& ibi Iaſ.nu.14.l.1.de off-
eius &c.Soc.in reg 110.incip.cõuet.de iur.ciuil.verſ.2.fallit.

Quarto præterea ſublimitatur, vt procedat in cõſuetudine
49 vera & propria,ſecus in conſuetudine ficta & intitulata , † q̃
momento induci poteſt, vt ſi populus vno momẽto dicat vel-
le obſeruari pro conſuetudine,vt maior natu ſuccedat, vel ſi-
ue ex populi conſenſu colligatur,& ſic de ſimilibus,vt conclu
dit Ant de Butr.poſt Petr.de Bellapert.Gulielm.de Cun.in re-
petit.c.fi.nu.17.de conſuetud.Bar.in l.de quibus. num 44. ſe-
quitur Iaſ.ibi , nu.41. ff.de legib. & hanc ſublimitationem po-
nit Petr.Duen.in regu.138 in 1.limit.

Quinto ſublimitatur, vt non procedat in probanda conſue
50 tudine paſcendi,† in qua,eum habeat cauſam diſcontinuam,
requiratur tẽpus,cuius initij nõ extat memoria in contrariũ,
vt Deci.reſpondit in conſ.483.nu 26.auctoritate l C. in l hoc
iure.§.ductus aquæ.ff de aq.quor.& ęſtiua. Curt.iun.cõſ.174.
nu.28.29.& 30.vbi latiſſime hanc materiam proſequitur .

Contrariũ ſentit Aymo Crauet. in d.ſuo tract. de antiquit.
tempor.vbi ait, quod ſiue conſuetudo habeat cauſam perpe-
51 tuam,vel continuam,† aut diſcontinuam, ſemper ſufficiat tẽ-
pus decem annorum,& pro hoc adducit Bar.in repetit.d.l.de
quibus.col.5 in fi.ff.de legib.& ibi Iaſ.col.10. in fi.Corn.cõſi.
136.nu.17.vol.2.vbi prius tenuit.

Tertio limita cõcluſionem principaliter,& præcipue quod
dictum eſt de vſu populi, vt procedat,ſi teſtes deponãt, quod
52 talis actus fuerint vſitati publice præſentibus,† & ſcientibus
multis & infinitis perſonis, vt ex hoc comprehendatur inter-
ceſſiſſe conſenſum maioris partis populi , vt declarat Azo in
ſumma.C.quę ſit long.conſue.& ſequitur Alex.in conſ.136.n.
18.vol.2.Bal.in d.l.de quibus. Imo amplius addit Cy.oporte-
re, vt teſtes conueniant in tempore & identitate actus , alio-
qui eſſent ſingulares, vt ſcripſere Dd.Ant. in c.licet ex quadã.
de teſtib Bal.in l.1 C de teſtib Ioan. de Imo. in l. inter pares.
53 de re iudica. † nam niſi probetur ſaltem populi pleramque
partem illud cognouiſſe,& ei conſenſiſſe, (qui cõſenſus emer
git ex illa cognitione,& notitia)non dicitur probata conſue
tudo,vt Ang.Aretin.docuit. in §.ex non ſcripto.col.8.Inſt.de
iur.natur.gent.& ciui.

Illud ſublimitare poteris, vt nõ procedat,ſi tales teſtes vlte-
rius

Digitized by Google

54 rius interrogati nõ fuerint,† quia tunc ſi ſolū deponãt,con-
ſuetudinem eſſe,probant conſuetudinem,vt Io.Fab.meminit
in d.§.ex non ſcripto.Inſti.de iur.nat.gent.& ciuil.quem ſe-
quitur Guid.Pap.in conſ.116.nu 4.

In contrariam deſcendit ſententiam Dec.in conſ.215.nu.
3.vbi ait,etiam ſi interrogati non fuerint , ipſos debere om-
nia ſupradicta deponere,& quod idem probauit Steph.Ber-
tran.in conſ.8.num.9.vol 6

Quarto limitatur, vt non procedat in teſte de auditu alte-
55 tius,quia † ex eius diſpoſitione nõ probatur conſuetudo,vt
conſultus reſpõdit Alex.conſ.45.viſis atteſtationibus. nu.10.
verſ.ſeptimus teſtis.col 2 lib.2.quod probat per l teſtium.C.
de teſtib.& c.præterea,eod.tit.nam in probanda conſuetudi
ne oportet.quod teſtes deponant, vidiſſe hunc in modũ ob-
56 ſeruari ab iſtiuſmodi perſonis in tali loco,† per tantum tem-
* poris ſpatium,vt * omnes Dd.ſcripſere in d.l.de quibus. & d.
l.1.& 2.C.quæ ſit long.conſuet.Aret.& Fab.in d.§ ex non ſcri
* pto.Inſtit.d.tit.de iure natur.& * ibi communiter Dd.

Quod ſublimitandum eſt,vt nõ procedat in probanda con
ſuetudine temporis,cuius nõ ſit memoria : hoc namque caſu
ſufficit,quod deponat ſe vidiſſe obſeruari ſuis tẽporibus,& à
57 ſuis maiorib. † audiuiſſe ſic obſeruari,nec vidiſſe, nec audi-
uiſſe quemquã,qui aliter viderit obſeruari,ita tenet Faber in
d.§.ex nõ ſcripto.vbi ait, hoc caſu nõ eſſe neceſſe deponere,
quib.caſib.& inter quos viderit obſeruari,nã (vt ipſe ait) le-
ges,q̃ allegant conſuetudinẽ,hoc nõ dicunt, ſed tñmodo di-
cunt,fuiſſe ſic obſeruatũ,nec dicunt inter quos,& tñ hoc tan
quã efficax ad deciſionẽ adducunt in d.l.fi.C.ad l.Iul.maleſt.
c.ſæpe, de verb.ſig.idem ẽt probauit Gui.Pap. in cõſ.244.nu.
2.& 3.& pro hoc faciunt multa allegata & obſeruata à Crau.
in d.ſuo tract.de antiq.tẽp.p.1.in verb.viſo de fama,p tot.&
à nobis infra explicabitur in cõcluſione,Cõſuetudo antiqua.

58 Quinto limita in teſte † deponente circa conſuetudinem,
ex qua ei oritur commodum proprium, quia nõ eſt idoneus,
ad huiuſmodi probationem, ſi credimus conſulenti . Alex.in
conſil.45.nu.11.vol.2.

Hoc ſublimita,vt verum non ſit,ſi principaliter non depo-
59 nant ad eorum † commodũ,ſed ſecundario,quo caſu probãt,
vt monuit Io.Andr.in reg. ſine poſſeſſione. in Mercuriali. vbi
voluit,conſuetudinẽ generalem non ſoluendi quartã epiſco-
po poſſe probari per clericos,& rectores eccleſiarũ illius lo-
60 ci,deponentes de ſuo facto negatiuo † ad ipſorum commo-
dum, quod tamen non eſt præcipuum ipſorum , ſed eccleſiæ
eorum,idem tenet,& ſequitur conſulendo Alex.in conſ.172.
lib.2.in conſ.137.nu.6.in fi.vol.7.Bal.conſ 405.lib.1.repetito
cõſ.10.lib.3.& in cõſ.361.col.4.lib.2.Aym.Crau.cõſ.73.n.31.

Sexto limita concluſionem,vt tantum locum habeat,ſi om-
nia cumulatim & cumulatiue ſupradicta in cõcluſione depo-
nant, ſecus ſi tantum vnum ex illis tribus,& ex eius circun-
61 ſtantiis,& rõnibus non deponerent, † quia tunc non proba-
rent conſuetudinem,vt tradidit Alex.d.conſ.45.nu.13. Dec.
conſ.483.nu.26. Aret.in d.§.ex non ſcripto. Inſt. de iure nat.
gent.& ciuil.col. 7.verſ.quæro quod teſtes. Curt.iun.in conſ.
284.nu.10.teſtem laudat Panor.in conſ.54.incip.in prædicta
cauſa.Nunc ſufficit ſimpliciter dicere, talem eſſe conſuetudi-
nem,vt ſupra allegat. Dd.voluere,& Pariſ.conſ.10.vol.4.nu.
16.& Bertr.conſ.417.nu 7.vol.4.& idem conſ.8 nu.9.vol.6.

Primo ſublimita, vt procedat, ſi interrogati de eis fuerint,
62 quia † tunc omnia coniunctim deponere debent,ſecus vero
ſi non fuerint interrogati , vt Io. Fab. ſcripſit in d.§.ex non
ſcripto. id probat per l.ſolam.C.de teſtibus Franc.Curt.tra-
cta.de conſuetu.nu.615.Gui.Pap.in conſ.16.nu.4. vbi (quod
maius eſt) ait,etiam ſi interrogati fuerint, & non deponant,
ipſos tunc probare : ſed cum ad hoc adducat Fabrum in d.§.
ex non ſcripto. arbitror fore intelligendum ſicuti ait Faber,
iuxta doctrinam Bart.in l.non ſolum. §. ſi liberationis verba.
ff.de liberat.legat.verumtamen Dec.in conſ.215.nu.3.inquit,
63 † quod licet interrogati non ſint,debeant rationem congruã
reddere,& pro hoc affert Bart.in d.l.de quibus,col.9. vol.6.
idem Roch.de Curt.in tracta.de conſuetud.nu.617.verſic.&
quod teſtis. Immo, teſtimonium talis teſtis ita deponentis,
videlicet quod ita eſt conſuetudo,eſt fatuum, vt ait Roch.de
Curt.in d.tract.nu.616.verſ.item mouetur . auctorem laudat
Ioan.Andr.in Sum.de conſuet.col.15. in fine.

Secundo loco ſublimita,vt non procedat, ſi huiuſmodi te-
ſtes eſſent periti,prout eſſent procuratores periti, vel aduo-
64 cati,quia tunc † licet dicant,ſe nõ recordari, inter quas per-
ſonas viderint obſeruari nec in quibus caſibus, ſatis proba-
rent,vt ait Fab.in d.§.ex non ſcripto. & ſentit Bart. in d l.de
quibus. & Fab. pro hoc allegat.l.fin. C.ad l.Iul.Maieſt. quos
ſequitur Roch.de Curt.loco prox.citato.d.num.617.

Huic opinioni repugnat Dec.in d.conſ.215.nu.3.vbi dilu-
65 cide tradidit,etiam ſi teſtes † ſint periti: debere tamen depo
nere de his,quæ in facto conſiſtunt,quoniam ad eos non per-
tinet iudicare, ſicut facerent in hac materia probandæ con-
ſuetudinis,id eſt,ſi tantum deponerent conſuetudinem eſſe :
quia hoc eſſet iudicare,& non deponere. Dec. pro opinione
ſua teſtatur Bart.in l.1.C.de vſur.in l.ciendum. de verb.obl.

66 Nam conſuetudo ſicut dominiũ in iure conſiſtit, † & ideo
teſtes etiã non interrogati debent rõnem adducere,vt inquit
Dec.vbi ſupra,nu.3.adducit Innoc.in c.cũ cauſam,de teſtib.
vbi Bal.refert,& ſequitur, & idem Bal.in l.ſolam,de teſtib. &
in l.cũ res.nu.3.C.de probat.& huc ſpectant,quę obſerua-
nimus in concluſione Conſuetudo per dictũ vnius Doctoris.

Septimo limita , vt non procedat ſi teſtes ſint ſingulares,
67 quia non † probant conſuetudinem, & hanc eſſe cõem opi-
* nionem * atteſtatur Dec.in d.conſ.215.nu.3 allegat Cyn.poſt
Pet.in l.2.C.quæ ſit long.conſuet.col.antep.verſ.ſed pone te-
ſtes.idem docuit Alex conſ.105.in caſu.& hic,nu.8.verſ.non
* obſtat quintum argum. vbi cõem * ſcribentium ſententiã eſ-
ſe atteſtatus eſt,col.fi.in prin.vol..& in conſ.175.col.2.& 3.
vol.2.& conſ.196.viſo teſtamento [illegible] Franciſci.poſt nu.14.
verſ.quinimo ſecundum eos.col.lib 2.& in conſil.45. viſis
atteſtationibus,nu.4.verſ.quia requiritur. & nu.9. ver.quar-
tus teſtis.lib.2.& in conſ.131.in cuſa vertẽte, nu.9. verſ.nec
obſtat,eo.vol.2.Corn.conſ.89 co4 lib.1.Verum de hac ma-
teria teſtium ſingularium conſul: Aymo Crauet. in tract. de
antiq.temp.in 4.par.prin.per totum,§.ſed enim quia iſta ma
teria. ex quibus ibi annotatis colligũtur multæ ſublimitatio-
nes ad iſtam materiam,contra quem ſentit Gui.Pap. in conſ.
116.& Ioan.Fab.Inſtitut.de iu.natur.gent.& ciuil.§.ex non
ſcripto.Bal in l.de quibus.ff.de legib.Bart.conſ.10.vol.4.nu.
16.refert Dec.conſ.402.Soc.conſ.92.nu.7. vol.1.

68 Primo ſublimita,vt locum non habeat † in probanda con-
ſuetudine generali & obſeruata:quia tunc admittuntur te-
ſtes ſingulares,vt voluit Cur.iu.in tract.feu.in 1.par.q.1.nu.
14.allegat Alex.in cõſ.172. in.viſis & oportune diſcuſſis.
vol.4.nu.10.& conſ.72.lib.1.ſuperius fuit dictum.

69 Secundo ſublimitatur & intelligitur nõ procedere,† quan
do producuntur ad probandũ aliquid integrale cõſuetudi
ne,vt in ſanguinis coniunctione: nam tũc ſufficit ſimpliciter,
vt conueniant in ipſo integro,& probabunt,licet in depoſi
tione ſuper particularibus abus reperiãtur eſſe ſingulares,
iuxta ſententiam Calca.conſ.nu.3. vbi allegat gloſ.ordina.
in c.nihilominus.3.q.9.& ibi Innoc.in c qualiter,& quan.
2.de accuſa.Io.And.in Nou.in c.1.de arbit.in 6.Ang.atque
Imo.in l.ex facto,§ item quo.de vulg.& pupill.Ang in con
ſil.·31.& cum multis aliis allegat.per Calcan. vbi ſupra .

Tertiu ſublimita, ſi vnus teſtis deponat de frequẽtia actus
& idem alius deponat,ſed alius deponat de plurib. actibus,
70 & aliis de pluribus alius dicat,† quia tunc licet in hoc ſint
ſingulares, tamen quia conueniunt de frequentia, quæ fre-
quentia nihil aliud eſt, quam ipſa conſuetudo , probant, ita
tenet conſuetudo,Ruin.in conſ.122. nu.2.vol 5. iuxta not.in
l.ſtipulatio iſta.§.hoc quæ. ff.de verb.oblig. Ioan. Fab.in
in d.§.ex non ſcripto. Inſt.de iur.nat.gent.&c.

CONCLVSIO CCCCXXV.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo an per plura inſtrumenta probetur .

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo probatur per inſpectionem plurium documentorum publicorum, & habetur notoria.*

2 *Conſuetudo probatur notoria electione omnium publicorum inſtrumentorum.*

3 *Conſuetudo vt inducatur ex plur. inſtrumentis, probari debet , illis fidem adhibitam fuiſſe, & tandem eandem veniſſe in notitiam maioris partis notariorum, & populi.*

4 *Conſuetudo quod inſtrumenta [illegible] fieri ſine ſolemnitate,non probatur ex pluribus inſtrumentis,in quibus reperitur appoſita aliqua clauſula,niſi probetur, ipſis inſtrumentis fidem adhibitam fuiſſe in iudicio,vel extra .*

Nn 5 Plura

Digitized by Google

5 *Plena inſtrumenta de antiquo habent vim probationis famæ.*
Probatio per famam in antiquis ſufficit, etiamſi agatur de graui præiudicio,
6 *Conſuetudo probatur etiam per ſcripturam,*
7 *Conſuetudo recipiendi fideiuſſ. res ſine teſtibus probatur per libros officij.*
8 *Conſuetudo ſcribentium probatur per libros.*
9 *Conſuetudo antiquiſſima, cuius initij memoria non extat in contrarium, probatur per ſcripturam.*
10 *Conſuetudinem nouam, atque recentem ſcriptura priuata non probat.*
11 *Conſuetudo præſcribendi pignora, vel recipiendi fideiuſſiones ſine teſtibus non probatur ex ſcripturis & libris, niſi quoque probetur huiuſmodi ſcripturis, & libris fidem fuiſſe adhibitam.*

COnſuetudinem probari ex inſpectione pluriũ documen
1 torum publicorum, † & hoc pacto probata haberi pro
notoria, & ita nõ opus eſſe alia probatione, quamplures tum
profitendo, tum conſulendo docuerunt, vt Ang. in l. vetuſtiſſi-
mam. C. de iur. dom. impet. Dec. conſ. 31. & pro tenui faculta-
te, col 8. poſt nu. 9. verſ. & primo clariſſima. & col. 9. in fi. poſt
nu. 12. verſ. & contrarium patet. citat Bal. in l. 1. verſ. ſed quo.
nu. 5. C ad Velle. idem tenet Curt. iun. in conſ. 106. nu. 5. in fi.
ſequitur Aymo Crau. in cõſ. 134. nu. 9. quo in loco in eam de-
ſcendit ſniam, per duo inſtrumenta probari conſuetudinem.
2 Bal. tamen aliud ſenſit in l. l. 1. C. ad Velleia. aſſeuerans † con-
ſuetudinem probari notoriam ex inſpectione omnium publi
corum inſtrumentorum, quod verius arbitror, vt etiam pla-
cuit Crau. in tract. de anti. temp. in 1. par. § ampliatur, n. 18.
Iſtud ſic limitare poteris, vt non procedat, niſi probetur,
quod talibus inſtrumentis inducentib. dictam conſuetudinẽ,
3 † fides adhibita fuerit, & venerit in notitiam maioris partis
notariorum, & populi, ita reſpondit Alber. in conſ. 53. Attin-
gendo dicta dubia. poſt nu. & in conſ. 37. Circa primum du
bium. col. 4. poſt nu. 11. verſ. per hæc relinquitur, in fi. lib. 2.
vbi conſultus reſpondit, ex iuribus inſtrumentis, in quib. nõ
reperitur appoſita aliqua ſolennitas, neq; ipſis adhibita fuit
fides in iudicio, vel extra, non probari conſuetudinem, quod
4 inſtrumenta poſſunt fieri ſi nulla ſolennitate, † niſi probetur,
talibus inſtrumentis fidem datam fuiſſe, vt ſupra. cui opinio-
ni ſubſcripſit Aymo Crau. in tract. de antiq. temp. in 4. par.
in verb. materia iſta, nu. 41. & verſ. ſed videtur. circa medium.
Sublimitanda hæc limitatio eſt, vt vera non ſit in conſuetu
dine antiqua, cuius initij memoria non extat in contrarium,
5 quia tunc † plena inſtrumenta de antiquo habent vim proba
tionis famæ, vt in l. cum aliquis. C. de iur. delib. quæ probatio
per famam in antiquis ſufficit etiamſi agatur de graui præ-
iudicio, ita protulit idem Aym. Crauet. in d. tract. de antiq.
temp. in 4. par. d. verb. materia iſta. nu. 41. abunde reſtringit
dictum Abb. vt ſupra, in d. conſ. 53. & 73.
6 Superioribus optime conuenit conſuetudinem † probari
etiam per ſcripturam, vt traditum eſt in l. vetuſtiſſimam. vbi
Ang. C. de iur. domi. impe. vbi ex librorum recitatione proba
tur conſuetudo circa præſcriptionem pignorum, ſic etiã re-
ſponſum fuit à Barth. Soc. conſ. 9. incip. in cauſa validitatis
7 inſtrumẽti, nu. 7. vol. 1. vbi ait per libros officij † probari con
ſuetudinem recipiendi fideiuſſores ſine teſtibus, & ad hoc
affert ea, quæ fuere obſeruata à Bar. & aliis, in l. Gallus, §. idẽ
8 credendũ. ff. de lib. & poſth. † conſuetudinem etiã ſcribentiũ
probari per libros, aſſeruit Barth. Soci. conſ. 94. nu. 7. vol. 1.
Primum limitabis hoc poſtremum, vt procedat in proban
9 da conſuetudine antiquiſſima, cuius initij memoria † nõ ex-
tat in contrarium, vt ait Aymo Crau. in d. tract. de antiquit.
temp. in 4. parte, verb. materia iſta, nu. 41. fol. 206. Secus in no
10 ua atque recenti, quia ſcriptura † priuata non probat, vt do
cebimus in concluſione, Scriptura.
Secundo limitare poteris, vt non ſufficiat, ſi producãtur di
ctæ ſcripturæ, & libri, in quibus appareat conſuetudo præſcri
bendi pignora, vel conſtet, recepta fuiſſe fideiuſſiones ſine
11 teſtibus, † niſi quoque probetur huiuſmodi ſcripturis & li-
bris fidem fuiſſe adhibitam, ita ſcripſit Crauet. in tract. de
antiquit. temp. d. verb. materia iſta. fol. 206. vbi hoc teſtatur
Abb. in conſimili in conſ. 53. & in conſ. 73. col. 4. in fin. lib. 2.

CONCLVSIO CCCCXXVI.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo per dictum excellentis Doctoris an & quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo probatur per aſſertionem excellentis Doctoris.*
2 *Conſuetudo probata per dictum excellentis Doctoris transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam.*
3 *Aſſertioni Doctoris excellentis fides adhibenda eſt in praxi, & in iudicando.*
Contrarium, ibid.
4 *Doctori atteſtanti de his, quæ in facto conſiſtunt, non creditur.*
Facta per ſenſum cognoſcuntur, & non per diſcurſum intellectus, aut doctrinas, ibidem.
5 *Poetis, Philoſophis, hiſtoricis, & argentarijs fides adhibetur in his, quæ ſpectant ad eorum profeſſionem.*
6 *Conſuetudo non conſiſtit ex libris, & doctrinis, ſed conſenſu populi, & actibus.*
7 *Doctori etiam excellenti atteſtanti de aliqua conſuetudine, non creditur.*
8 *Teſti, cuiuſcunque ſit qualitatis non creditur abſque iuramento.*
9 *Teſtes admittere non iuratos, & qui deponant per ſcripturas, non licet.*
10 *Duplex ſpecialitas circa idem concurrere non debet.*
11 *Conſuetudo non probatur concludenter, ſed præſumptiue per aſſertionem Doctoris.*
12 *Præſumptiua probatio transfert onus probandi in aduerſarium.*
13 *Aſſertio Doctoris non facit plenam probationem, ſed præſumptionem.*
14 *Dictum boniſſi viri inducit ſimilam credulitatem.*
15 *Pro iudice, & pro notario præſumitur.*
16 *Doctori excellenti præſumptiue de conſuetudine, quam atteſtatur, fides adhibetur, donec probetur contrarium.*
17 *Conſuetudinem probant Doctores ſi communiter aſſerant de ea.*
18 *Doctoribus ſtandum non eſt, ſi duo dicant, conſuetudinem eſſe, & alij negant.*
19 *Aſſertioni Doctoris ſtandum eſt in practica, & iudicando.*
20 *Iudicis arbitrarij eſt materia probationis conſuetudinis per aſſertionem Doctoris.*
21 *Vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu abundat.*
22 *Conſuetudo atteſtata à Doctore, intelligitur de ea, quæ viget in terra, in qua verſatus eſt.*
23 *Conſuetudo, quia eſt facti, contrarium probari poteſt.*
24 *Doctoribus affirmantibus aliquid, affirmatio de conſuetudine non eſt credendum, quando conſuetudo iuri communi aduerſetur.*
25 *Teſti Doctori non creditur, ſi ſolus ſit.*
26 *Doctori aſſerenti in lecturis ſuis de conſuetudine, magis creditur, quàm ſi aſſerat in conſilijs.*
27 *Æris libido multum dominatur animis virorum præcipue Doctorum.*
28 *Conſuetudo probatur ex auctoritate vnius gloſſæ.*
29 *Gloſſæ affirmanti aliquid de conſuetudine non creditur, ſi conſuetudo à iure communi recedat.*

1 COnſuetudinem probari † per aſſertionẽ excellentis Do-
ctoris, profitendo ſcripſit Barr. in repetit. l. de quib. poſt
nu. 21. ver. quarto principaliter quæritur. ff. de leg. ea ratione,
quod etiam Poetarum & Philoſophorum dictis ſtandum ſit,
l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom. & reſpondit Pau. Caſt. in cõſ.
164. incip. in præſenti cauſa. vol. 2. vbi ait credendũ eſſe Bal-
do atteſtanti de conſuetudine in l. cum antiquiorib. C. de iur.
delib. propter eius auctoritatem, exiſtimãdum enim non eſt,
illum ita affirmaſſe, niſi ſciuiſſet, vel vidiſſet ita obſeruari, vt
placuit Cuma. conſ. 57. monaſteria. in fin. & in conſ. 169. Viſo
2 teſtamento. ſaltem † vt transferatur onus probãdi contrariũ
in partẽ aduerſam, vt per Aym. Crau. in conſ. 116. col. 3. Rim.
in cõſ. 539. col. 3. & infra latius limitat. & conſuluit Barth. Ve-
ro. in conſ. 39. incip. Lucius ciuis col. 4. & in cõſ. 59. col. 4. cui
ſniæ adhæret Lanfr. de Oria. in repetit. c. qm̃ contra. col. pen.
de probat. Gui. Pap. in q. 139. vbi ait, credendum eſſe Ancha-
rano de quadam conſuetudine aſſerenti, & in q. 565. nu. 4. ita
etiam ſenſit Marian. Soc. cõſ. 131. nu. 1. vol. 2. quod idem tenet
Chriſtoph. Porri. Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. in 3.
col. in addit. quæ incipit, Adde dum ſupra dixi. in fin. Iaſ. præ-
terea cauit in conſ. 168. vol. 2. col. 4. in fi. verſ. vnde eſt aduer-
tendum, vbi etiam teſtatur Bal. in c. cum dilectus. nu. 3. col. 3.
de conſuetud. quod idem placuit Iaſ. in conſ. 15. vol. 3. in fin.
3 vbi ait, † huiuſmodi aſſertioni Doctoris excellentis fidẽ eſſe
adhibendam in praxi, & in iudicãdo, inſuper in conſ. 540. nu.
** 8. & 9. ait, hãc eſſe magis communem ** opinionem, & idem
atteſtatur, in conſ. 420. in fi. & idem in conſ. 559. nu. 7. & con-
ſil. 692. nu. 13. Curt. iun. etiam in conſil. 60. nu. 5. ſcripſit hanc
** eſſe communem ** opinionem, & magis tutam, quod idem
aſſeuerauit Ferretus in conſ. 102. nu. 6. atque Grat. conſil. 17.
nu. 18. cum ſeq. lib. 1. Dec. in l. 2. §. ... col. fin. ſi cert. pet. Socin.
iun. conſ. 60. lib. 2. reſpondit etiam Burſat. in conſ. 43. nu. 53.
* lib. 1. qui de * communi itidem atteſtatur.
Contraria in hac re fuit mente Alexand. in l. poſt dotem. ff.
ſolut. matrim. Impl. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunc.
Aret. in conſil. 132. In cauſa quæ vertitur, col. 2. Corn. in conſ.
83. circa primum, lib. 4. Franc. Curt. in conſ. 78. incip. D. Fran-
ciſca. col. fin. ibi etiam contrariæ opinioni adhæſit Bertrand.
in conſil. 465. num. 6. volum. 4. & clarius in conſil. 67. nu. 32.
* volum. 4. num. 5. vbi atteſtatur hanc eſſe communem * opi-
* nionem recentiorum, quod idem teſtatus * eſt Petr. Pariſ. in
in conſil. 31. num. 14. cum ibi allegat. Neuiza. conſ. 45. num. 7.
cum ſeq. qui infinitos allegat, & conſil. 66. num. 31. vbi etiam
de

de more Dd. turbam inducit, atteſtans & allegans hanc eſſe
cõem * opin. & hanc partem audacter tuetur Vldaric. Zaſ. in
repet. d. l. de quib. nu. 52. ver. item qoid ſi Doctor. ff. de legib.
arguẽdo à ſimili, quod ſicut vnius etiam præcellentis digni-
tatis viri dicto nõ creditur, l. iuriſiurandi. in fi. C. de teſtib. ita
4 Doctori † atteſtanti quæ in facto conſiſtunt, vt eſt cõſuetudo,
c. 1. de conſt. lib. 6. nõ ſit credendũ, facta enim per ſenſum, &
non ꝑ diſcurſum intellectus, aut doctrinas cognoſcuntur, vt
not. à Bar. in l. ſolã. C. de teſt. Nec rõnes Bar. in aliquo officiũt,
5 nã † ſi poetis, philoſophis, hiſtoricis & argentarijs fides ad-
hibet, vt ipſe dicit, id euenit in his, q̃ ſpectãt ad eorũ profeſ-
ſionem, verum profeſſio Doctoris non eſt ſcire cõſuetudines,
quia ipſa nõ conſiſtit ex libris & doctrinis, ſed conſenſu po-
6 puli † & actib. in qb. Doctor nihil magis eſt, quam lixa, calo,
apparitor, vel cerdo, vt obſeruauit Zaſ. d. nu. 23. ver. vt ꝓfeſſio
eiuſdem, in d. l. de qb. ff. de leg. & hanc partẽ conſulendo tue-
tur Franc. de Aret. in conſ. 132. In cauſa q̃ vertitur. col. 3. poſt
nu. 2. verſ. ſed tñ his nõ obſtantib. Buſat. idẽ tradidit in conſ.
16. nu. 32. lib. 1. vbi citat alios ſic ſentientes, & cõem * dicit,
& in hanc etiam eandẽ deſcendit ſententiam ſibi contrarius
7 Dec. in conſ. 427. nu. 19. ex qoib. omnibus conſequitur, † vt
non credatur Doctori etiam excellenti atteſtanti & aſſerenti
de aliqua conſuetudine.

Qui vero hanc contrariam ſentẽtiam tuentur nõnullis per-
mouentur rationibus. Prima omnium eſt, etenim teſti, cuiuſ-
8 cunq; † ſit qualitatis, non creditur abſq; iuramento, vt in reli-
gioſis patet in c. tuis. de teſti. & de epiſcopo conſtitutum eſt
in c. fin. de iur. cal. quinimo nec etiam S. R. E. Cardinali credi-
tur, ſi deponat abſq; iuramẽto vt docuit gloſſ. in c. cum olim.
2. in verb. fratrum. & ibi Abb. de priuil. & idẽ Abb. in c. nuper
de teſtib. Ergo multo minus videtur credendũ alicui Doctori
etiam præſtantiſſimo abſque iuramento.

Vrget etiam alia ratio, vt contrariũ ſentiatur, etenim ſi eis
9 crederet, concurreret duplex ſpecialitas circa idẽ † prima eſ-
ſet, qđ admitterentur teſtes non iurati: Secunda, quod admit-
terentur teſtes, qui deponerent ꝑ ſcripturam, quod no licere
ſancitũ eſt in c. teſtes, 3. q. 9. & in l. 3. §. idẽ diuus. ff. de teſtib.
per ea, quæ not. in c. tuis. ext. eod. tit. ſed illud nõ debet ad-
10 mitti: quia duplex ſpecialitas † circa idẽ cocurrere nõ de-
bet l. 1. & quod ibi not. Bar. C. de nouiſſi. dot. & in l. ſi is qui ꝓ
empt. ff. de vſucap. cõfirmat et ꝑ id quod ſupra retulimus: nã
cõſuetudo eſt facti, & ideo debet probari, vt ſcitu eſt in c. 1.
de cõſtit. in 6. & hoc in caſu tenet idẽ Deci. in d. cõſ. 472. n. 19.
vbi ꝓ hac rõne in mediũ profert Bal. in fi. C. de fidei. col. pen.

Verum quoniã, vt atteſtat Bertrand. in d. cõſ. 465. nu. 6. vol.
4. illis qui priorẽ opinionem ſectantur, non deſunt rationes,
iccirco vt hi inter ſe diſſentientes ſcribentes reconcilient di-
cendũ arbitror, quod cũ omnes ſcribentes permoueantur au-
cto. Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra. ſecundũ eu intelligi debent
argumẽta, vt docuit Bart. in l. nõ ſolũ. §. ſi liberationis verba.
11 in fi. de lib. leg. qui Bart. † cũ loquat de huiuſmodi aſſertione
Doctoris, debet intelligi, non quidẽ probari conſuetudinem
concludenter, ſed præſumptiue. Vnde dicẽdum & conſtanter
aſſeuerandum eſt, priorem opinionem, videlicet conſuetudi-
nẽ probari per aſſertionẽ excell. & præſtantiſſi. DD. intelligi
non de concludenti probatione, ſed de præſumptiua, q̃ tranſ-
12 fert † onus ꝓbãdi in aduerſariũ, vt l. generaliter. §. ſi pretium.
verſi. ſed cu ex ꝑſcriptione. ff. de fideic. lib. Si igitur hoc pacto
intelligat, tolluntur eorũ argumentationes, q contrariam ſe-
quuntur ſententiã, id eſt, nõ probari cõſuetudinẽ per aſſertio-
nẽ excellentis Doctoris, vt ait Curt. iun. in d. conſ. 60. nu. 5. in
fi. hoc idẽ ſentit Bertran. in d. cõſ. 465. nu. 6. vol. 4. cui quidem
declarationi intelligentia accedit Aym. Crau. in cõſ. 325. nu.
1. quod idẽ cõfirmauit Dec. conſ. 420. in fi. & in cõſ. 559. n. 7. &
in conſ. 691. nu. 13. vbi in fine tradit, poſteriorẽ opinionẽ ſu-
13 pra allatã habere locũ, † quoad plenam probationẽ, ſed non
quoad præſumptionẽ; & hanc opinionem Bart. & aueclarum
illud tuetur, vt teſtis etiã non iuratus faciat præſumptionẽ, vt
obſeruauit gl. in c. nuper. de teſt. tũ etiam, quia dictum honeſti
14 viri inducit † iuſtã credulitatẽ, vt obſeruat Accur. in l. Titio
fundus. ff. de cõd. & demonſt. & tradidit Dec. in cõſ. 540. Dec.
et in conſ. 691. in fi. & arg. ca. niſi eſſent. de præb. iſtis et adſti-
pulatur, quia pro iudice ꝑſumitur, vt ſtatutũ eſt in c. in noſtra.
15 de procurat. & in c. in ꝑſentia. de renũc. quin etiã † pro no-
tario ꝑſumitur, ſic in c. ad audientiam. de præſcrip. Iure igit

ac merito videtur fides adhibẽda excellẽti Doctori ꝑſumpti-
16 ue de cõſuetudine, q̃ ipſe atteſtat, † donec probet contrariũ,
prout loquitur Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra, & ex multis alijs
collectis per Crau. in d. cõſ. 325. nu. 1. & hãc veriorẽ eſſe opi-
nionẽ ** atteſtatur Io. Dur. in ſuo tract. de arte teſtãdi, tit. de
ſubſti. caut. 35. nu. 3. De auctoritate vero aſſertionis Doctoris
cõſulas Franc. Purpur. in l. 1. nu. 134. vſq; ad nu. 140. ff. ſi cert.
pet. & qđ ſaltẽ inducat ꝑſumptionem, & transferat in aduer-
ſariũ onus probandi, veriorẽ & magis cõem ** eſſe opinio-
nẽ, teſtis eſt optimus Fanc. Viui. in ſuis cõmunib. opinionib.
in verſ. Doctor. vbi ait ponderandũ eſſe, an Doctor ſingularẽ
demonſtret locũ conſuetudinis, vt ei credatur, & ita voluit
Hiſpa. in rub. ff. de don. int. vir. & vx. § hodie tñ de conſuetu-
dine. nu. 1. Brun. etiã in conſ. 66. col. 1. declarat prædicta pro-
cedere, qñ Doctor excellens atteſtatur de conſuetudine vni-
formi, & vnica, alioqui ſecus eſt, ibi verſ. ſecus eſt ſi Doctor.

Concluſionem ſic limitauis, vt locum ſibi non vendicet, ſi
vnus, vel duo dũtaxat aſſirent de tali cõſuetudine, quia tũc
17 non eſt ſufficiens probatio † ſed oportet, vt Dd. cõiter aſſe-
rant, cõſuetudinẽ eſſe, vt tradidit Io. de Imo. in l. 1. §. nũciato.
ff. de nou. oper. nunciat. pr quo adducit pronunciatũ Inno-
cẽt. in c. 1. de fid. inſtrum. quod eſt huiuſmodi, videlicet per
plura inſtrumẽta confecta probari quaſi poſſeſſionẽ notaria-
tus, nõ autẽ ſufficere duo inſtrumenta, etiãſi ſint ſine contra-
dictione recepta ab omni. q̃ opinionem ſequitur Stephan.
Bertran. in d. cõſ. 465. nu. vol. 4. & idẽ meminit in conſ. 159.
nu. 12. vol. 7. vbi ait de coatteſtatione Dd. & placuit Fanc.
de Aret. in conſ. 132. In cauſa q̃ vertitur. col. 3. poſt nu. 2. verſ.
ſed tamen his non obſtantibus & idẽ probauit Ant. Capi. in
deciſ. Neapolit. 176. nu. 2. vbi dilucide ait, ſi cõiter aſſera-
tur, cõſuetudinem ita eſſe, tunc eis fides ſit habenda, per no-
18 tat. per Io. Andr. in c. 1. de cõſtit. † ſi autem duo Dd. dicant,
cõſuetudinẽ ita eſſe, altero negẽt, tunc eis non eſt ſtãdum.
Aymo etiã Crauet. conſ. 15. nu. 1. col. 2. ait in aſſertione, aut
dicto vnius Doctoris tũ dubitari poſſe, an ei credendũ
eſſet, tñ concurrẽtib. plib. Dd. ita aſſerentib. ſine dubio eis
credẽdũ eſſet, vt patet ex multis allegatis ad hoc. Econtra
video Bar. in d. l. de qb. supra. loq. in vno ſingulari, & non
plurali, & ſic de vno Doctore tãtum. idem loqtur Pau. Caſtr.
in conſ. 164. nu. 1. vol. 2. loquendo de aſſertione Baldi de co-
ſuetudine. idem probat Guid. Pap. in d. quæſt. 139. vbi aſſe-
rit, credendum eſſe Azarano, & de vno tãtum Doctore lo-
quitur Iaſon etiã in conſ. 158. col. 4. in fin. & conſ. 15. in fin.
19 vol. 3. quo in loco tradit, † aſſertioni talis doctoris ſtandũ
ſet, qđ admitterentur teſtes non iurati: Secunda, quod admit-
terentur teſtes, qui deponerent p ſcripturam, quod no licere
ſancitũ eſt in c. teſtes, 3. q. 9. & in l. 3. §. idẽ diuus. ff. de teſtib.
per ea, quæ not. in c. tuis. ext. eod. tit. ſed illud nõ debet ad-
10 mitti: quia duplex ſpecialitas † circa idẽ cocurrere nõ de-
bet l. 1. & quod ibi not. Bar. C. de inoffi. dot. & in l. ſi is qui p
empt. ff. de vſucap. cõfirmat ẽt p id quod ſupra re. ulimus: na
cõſuetudo eſt facti, & ideo debet probari, vt ſcitũ eſt in c. 1.
de cõſtit. in 6. & hoc in caſu tenet idẽ Deci. in d. cõſ. 472. n. 19.
vbi p hac rõne in mediũ profert Bal. in fi. C. de fidei. col. pen.

Verum quoniã, vt atteſtat Bertrand. in d. cõſ. 465. nu. 6. vol.
4. illis qui priorẽ opinionem ſectantur, non deſunt rationes,
iccirco vt hi inter ſe diſſentientes ſcribentes reconcilient di-
cendũ arbitror, quod cũ omnes ſcribentes permoueantur au-
cto. Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra. ſecundũ eũ intelligi debent
argumẽta, vt docuit Bart. in l. nõ ſolũ. §. ſi liberationis verba.
11 in fi. de lib. leg. qui Bart. † cũ loquat de huiuſmodi aſſertione
Doctoris, debet intelligi, non quidẽ probari conſuetudinem
concludenter, ſed præſumptiue. Vnde dicẽdum & conſtanter
aſſeuerandum eſt, priorem opinionem, videlicet conſuetudi-
nẽ probari per aſſertionẽ excell. & præſtantiſſi. DD. intelligi
non de concludenti probatione, ſed de pręſumptiua, q̃ trani-
12 fert † onus pbãdi in aduerſariũ, vt l. generaliter. §. ſi pretium.
verſi. ſed cũ ex pſcriptione. ff. de fideic. lib. Si igitur hoc pacto
intelligat, tolluntur eorũ argumentationes, q contrariam ſe-
quuntur ſententiã, id eſt, nõ probari cõſuetudinẽ per aſſertio-
nẽ excellentis Doctoris, vt ait Curt. iun. in d. conſ. 60. nu. 5. in
fi. hoc idẽ ſentit Bertran. in d. cõſ. 465. nu. 6. vol. 4. cui quidem
declarationi intelligentia accedit Aym. Crau. in cõſ. 325. nu.
1. quod idẽ cõfirmauit Dec. conſ. 420. in fi. & in cõſ. 559. n. 7. &
in conſ. 691. nu. 13. vbi in fine tradit, poſteriorẽ opinionẽ ſu-
13 pra allatã habere locũ, † quoad plenam probationẽ, ſed non
quoad præſumptionẽ; & hanc opinionem Bart. & aſſeclarum
illud tuetur, vt teſtis etiã non iuratus faciat præſumptione, vt
obſeruauit gl. in c. nuper. de teſt. tũ etiam, quia dictum honeſti
14 viri inducit † iuſtã credulitatẽ, vt obſeruat Accur. in l. Titio
fundus. ff. de cõd. & demonſt. & tradidit Dec. in cõſ. 540. Dec.
ẽt in conſ. 691. in fi. & arg. ca. niſi eſſent. de præb. litis et adſti-
pulatur, quia pro iudice pſumitur, vt ſtatutũ eſt in c. in noſtra.
15 de procurat. & in c. in pſentia. de renũc. quin etia † pro no-
tario pſumitur, ſic in c. ad audientiam. de præſcrip. Iure igit

ac merito videtur fides adhibẽda excellẽti Doctori pſumpti-
16 ue de cõſuetudine, q̃ ipſe atteſtatur, † donec probet contrariũ,
prout loquitur Bart. in d. l. de quib. vbi ſupra, & ex multis alijs
collectis per Crau. in d. cõſ. 325. nu. 1. & hãc veriorẽ eſſe opi-
nionẽ * atteſtatur Io. Dur. in ſuo tract. de arte teſtãdi, tit. de
ſubſti. caut. 35. nu. 3. De auctoritate vero aſſertionis Doctoris
cõſulas Franc. Purpur. in l. 1. nu. 134. vſq; ad nu. 140. ff. ſi cert.
pet. & qđ ſaltẽ inducat pſumptionem, & transferat in aduer-
ſariũ onus probandi, veriorẽ & magis cõem * eſſe opinio-
nẽ, teſtis eſt optimus Fanc. Viui. in ſuis cõmunib. opinionib.
in verſ. Doctor. vbi ait ponderandũ eſſe, an Doctor ſingularẽ
demonſtret locũ conſuetudinis, vt ei credatur, & ita voluit
Hiſpa. in rub. ff. de don. int. vir. & vx. § hodie tñ de conſuetu-
dine. nu. 1. Brun. etiã in conſ. 66. col. 1. declarat prædicta pro-
cedere, qñ Doctor excellens atteſtatur de conſuetudine vni-
formi, & vnica, aliouqui ſecus eſt, ibi verſ. ſecus eſt ſi Doctor.

Concluſionem ſic limitabis, vt locum ſibi non vendicet, ſi
vnus, vel duo dũtaxat affirment de tali cõſuetudine, quia tũc
17 non eſt ſufficiens probatio, † ſed oportet, vt Dd. cõiter aſſe-
rant, cõſuetudinẽ eſſe, vt tradidit Io. de Imo. in l. 1. §. nũciato.
ff. de nou. oper. nunciat. pro quo adducit pronunciatũ Inno-
cẽt. in c. 1. de fid. inſtrumẽt. quod eſt huiuſmodi, videlicet per
plura inſtrumẽta confecta probari quaſi poſſeſſionẽ notaria-
tus, nõ autẽ ſufficere duo inſtrumenta, etiãſi ſint ſine contra-
dictione recepta ab omnib. q̃ opinionem ſequitur Stephan.
Bertran. in d. cõſ. 465. nu. 6. vol. 4. & idẽ meminit in conſ. 359.
nu. 12. vol. 7. vbi ait de cõi atteſtatione Dd. & placuit Fanc.
de Aret. in conſ. 132. In cauſa q̃ vertitur. col. 3. poſt nu. 2. verſ.
ſed tamen his non obſtantibus & idẽ probauit Ant. Capi. in
deciſ. Neapolit. 176. nu. 20. vbi dilucide ait, ſi cõiter aſſera-
tur, cõſuetudinem ita eſſe, tunc eis fides ſit habenda, per no-
18 tat. per Io. Andr. in c. 1. de cõſtit. † ſi autem duo Dd. dicant,
cõſuetudinẽ ita eſſe, alij vero negẽt, tunc eis non eſt ſtãdum.
Aymo etiã Crauet. conſ. 315. nu. 1. col. 2. ait in aſſertione, aut
dicto vnius Doctoris tantũ dubitari poſſe, an ei credendũ
eſſet, tñ concurrẽtib. plurib. Dd. ita aſſerentib. ſine dubio eis
credẽdũ eſſet, vt patet ibi ex multis allegatis ad hoc. Ecõtra
video Bar. in d. l. de qb. vbi ſupra. loq. in vno ſingulari, & non
plurali, & ſic de vno Doctore tãtum. idem loquitur Pau. Caſtr.
in conſ. 164. nu. 1. vol. 1. loquendo de aſſertione Baldi & cõ-
ſuetudine. idem probauit Guid. Pap. in d. quæſt. 139. vbi aſſe-
rit, credendum eſſe Ancharano, & de vno tãtum Doctore lo-
quitur Iaſon etiã in d. conſ. 158. col. 4. in fi. & conſ. 15. in fin.
19 vol. 3. quo in loco tradidit, † aſſertioni talis doctoris ſtandũ
eſſe in practica, & iudicando, & idem in ſingulari loquitur
Dec. in d. conſ. 540. num. 9.

Vt autem hæ opiniones conciliari poſſint, non obſtante ea
concordia & cõciliatione, q̃ nuper ſupra attulimus dici poſ-
ſet vt per Guald. caute. 35. de ſubſtitu. vt prior opinio proce-
dat tantũmodo in illa curia, in qua verſatus eſt Doctor, non
autẽ i alijs locis, & ita procedat poſterior opinio, & ita cõ-
cordes efficit has opiniones Ant. Gabr. in ſuis concluſionib.
cõcl. 4. de probatio. lib. 1. vel dici poſſet, qđ ſi Dd. cõiter aſſe-
rant, cõſuetudinẽm ita eſſe, plene & ſufficienter pbarẽt, ſi vero
vnus, vel duo de ea atteſtarentur, inducerent probationẽ nõ
neceſſario concludentem, ſed præſumptiuam, quæ onus pro-
bandi transfert in aduerſarium, ita ſcripſit Maria. Soci. conſ.
60. nu. 10. vol. 2. & ibi citat q̃ plures concordantes, oſtendit-
que hanc eſſe veram & cõmunẽ * opinionẽ & quod ſentẽtia
Bart. in l. de quib. col. 11. verſic. quarto principaliter quæcit.
ff. de legib. eſt fulcita plurib. auctoritatib. numero & in ma-
gno exceſſu, & q nephas eſſet ab ea recedere, & ita de vno
Doctore atteſtatur Durãd. in tract. de arte teſtan. tit. de inſti-
tutio. & ſubſtitutio. cautel. 35. n. 3. vbi ait hanc eſſe veriorẽ *
opin. Sic ẽt diſtinguit Dec. in d. cõſ. 691. in fi. videlicet q vnus
faciat pręſumptionẽ, per gl. in l. Titio, fundus. ff. de cond. &
dem. & pro iudice pręſumatur, c. in nra, de procur. & c. in pre-
ſentia, de renũc. & p notario pſumit, c. ad audientia. de pſcri.
20 Præterea poſſet etiã reſponderi, † quod cum hæc materia
probationis ſit iudicij arbitrarij, vt probat tex. in l. 3. ff. de te-
ſtib. verſ. tu magis ſcire potes. & ita cõiter * tenẽt Dd. & atte-
ſtatur Curt. iun. in cõſ. 100. nu. 3. Ideo iudex habita cõſidera-
tione, quis & qualis ſit Doctor ita aſſerens, & quãtæ auctori-
tatis ſit, arbitrabitur, an ſoli ipſi credendũ ſit, an plurib. alijs
cum eo concurrentibus, vt puta, arbitror credendum eſſe ſoli

Digitized by Google

Baldo, propter eius auctoritatem, ſicuti credit Paul. Caſtren.
in conſil.164.volum.2.
Secundo loco limitatur, vt tantum procedat in regionibus
31 in quibus extant tales Dd. conſuetudinem atteſtãtes 1 † nam
vnaquæq; prouincia in ſuo ſenſu abundat, ita dicitur in marg.
in deci.ad Guid.Pap.156.nu.4.ideo vt ait Io.Dur.in d.tract.
de arte teſtan.tit.de ſubſti.caut.35.nu.3.hanc regulam tãtum
ſibi locũ vendicare in curia, in qua verſatus eſt Doctor ille,
32 † qui ſuis ſcriptis in re aliqua eſſe conſuetudinem atteſtatur,
& ad hoc probandum adducit Paris de Put. in tract.ſynd. in
verb. Doctor, ſeu Aduocatus, Alex.conſ.5.circa princ.col.vlt.
lib.3.& Dec.cõſ.472.Teſtator.col.2.& hoc modo ait procede
re dictũ Bart.in d.l.de quib.col.9.& ipſe teſtatur ita ſeruaſſe.
33 Tertio prætereà limitabis, vt cõtrarium probari poſſit † ex
eo, quod conſuetudo ſit facta, ita ſcriptum reliquit Iaſ.in l.1.
C.de iur.emphyt.nu.62.per not.in l.2.in fi.C.q̃ ſit lõg.cõſuet.
Ad hæc quarto limitatur, vt tantum locum ſibi vendicet,
quando talis conſuetudo conuenit cum iure communi, ſecus
34 ſi iuri communi aduerſetur, † tunc enim licet gl.aut etiã plu-
res Dd. affirment aliquid affirmari de cõſuetudine, tamen nõ
eſt eis credendum, imo huiuſmodi cõſuetudo reprobatur, ita
deci.Gui.Pap.q.565.nu.4.in verb.quibus conſuetudinibus.&
ibi late additio, vbi pro hoc affert Bald.in l.ſi is qui.§ ſi anti-
pherna.in gl.in ver.nota.ff.de pign.& idem Bal.in l.cõſenta-
neum.col.5.opp.5.in fi.C.quo.& quan.iu.cum aliis ibi colle-
ctis. Idem etiam ſentit D.Alex.in l.poſt dotem, col.12.in ver.
& iuxta hæc quarto.ff.ſol.mat. Quod quidem ſine ratione con
ſtitutum nõ eſt: nam hinc ſequeretur, quod admitterẽtur te-
ſtes per ſcripturã, & ſimul duo ſpecialia in idem ſubiectũ con
currerẽt, qđ fieri nõ poſſe ſupra (ſi meminiſtis) tradidimus.
Quinto limitatur, vt vera ſit in Doctore excellente, aſſeren
35 te in lecturis ſuis, ſecus vero in teſte Doctore, † quia ſi ſolus
eſt, ei non creditur, vt ſentit Dec.in conſ.402.nu.15.ver.non
obſtat.& ita tradit loqui Bart.in l.de quibus. Sed vt ego arbi-
tror, hæc limitatio parum ſtringit: nam ſi præſupponit fidem
eſſe adhibendam Doct.aſſerenti in literis, vbi non iurat, mul-
to magis in Doct.excellenti producto in teſtimonium creden
dum videtur, cum tanquam teſtis cogatur iurare. In eam ta-
men in præſentia deſcendo ſententiam, hanc limitationẽ poſ-
ſe potius procedere, vt magis credendum eſſet Doctori aſſe-
36 renti in lecturis ſuis de conſuetudine, † quàm in conſiliis:
nam Dd. legendo magis nituntur veritati, quàm conſulendo,
nam in lectura ceſſat affectio & cupiditas æris, cuius libido
quantum dominetur animis virorum præcipue Dd. tempe-
37 ſtate noſtra, † ſi quis eſt, qui non videat, eum nihil videre
cenſeo: hoc enim adeo eſt apertum, vt nulla prorſus egeat
probatione, vt de hoc atteſtatus eſt Aym. Crauet. in tract.de
antiq.tempor.in 1.par.in verb.propoſitum noſtrum, num.48.
fol.24.& à nobis infra tradetur in concluſione, Doctor, quam
tu ipſe conſulas.
Addam ſuperioribus vnum, quod præ cæteris eſt inſigne,
38 etenim † probari conſuetudinem ex auctoritate vnius gl. eſt
auctor mihi Bald.in cap.cum dilectus, col.2.de conſuet.& me
docuit Dec.conſil.540.nu.9.& 10. atque glo.in l.dos à patre,
C.ſolut.matrim.
Quod velim limites hunc in modum, vt tantum procedat,
ſi talis conſuetudo adhæreat iuri cõmuni, ſecus ſi à iure com-
muni recedat: quia tunc licet glo.afferat aliquid affirmari de
39 conſuetudine, † tamen ei non creditur, imo reiicitur huiuſ-
modi conſuetudo, vt ait Gui.Pap.in marg.d.deciſ.565. nu.4.
ver.atteſtantur. vbi pro hoc alleg.Bal.in l.ſi is qui, §. ſi anti-
pherna.in ver.in glo.not.ff.de pign. & idem Bal. in l.conſen-
taneum.col.5.oppoſ.5.nu.5. C.quo.& quan.iud. & Alex.in l.
poſt dotem. col.12.ver.& iuxta hoc quarto. ff.ſolut.matrim.

CONCLVSIO CCCCXXVII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo per approbationem, & Iudicis pronunciationem, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo probatur, quando iudex in contradictorio iudicio approbauit, & pronunciauit eſſe conſuetudinem.*
2 *Conſuetudo vt probetur ex pronunciatione Iudicis, debet pluries ita fuiſſe iudicatum.*
3 *Conſuetudo vt probetur, non requiritur, quod ſit obtenta in contradictorio iudicio.*
4 *Conſuetudo debet eſſe obtenta in contradictorio iudicio in iudicialibus, ſecus in actibus extraiudicialibus.*

1 CONſuetudo probatur ex eo, quod iudex † in cõtradicto-
rio iudicio approbauit & pronunciauit eſſe conſuetudi-
nem, vt ſcriptum reliquit glo.in §.ex non ſcripto.Inſt.de iur.
nat.gent.& ciui.& in rub. C.quæ ſit long.conſuet. quã ſequi-
tur Alex.in conſ.132.in 1.dub.lib.1.& in cõſ.136.lib.2.tenet
etiam Franc.de Ramp.inter cõſilia Cald.conſ.6.in tit.de cẽſi.
Curt.in tract.feud.in 4.par.q.30.& ſecundum hanc opin.non
2 ſufficit, quod ſemel tantum, ſed requiritur, † quod pluries ita
fuerit iudicatum, iuxta ſententiam eiuſdem gl.in l.de cõſue-
tudine.ff.de legi.& in rub.C.quæ ſit long.conſuet.quod idem
ſequitur Sal.ibi.& Ang.Aret.in d.§ ex nõ ſcripto.Inſt.de iure
nat.gent.& ciui.cũ ibi alleg.nu.20.& D.Vinc.de Frac.dec.91.
nu.10.vbi aſſeuerauit, quod ex quo bis in cauſa fuerit iudica-
tum, fuiſſe etiã conſuetudinem bis iudicandi introductã, per
ea quæ tradit And.in c.1.col.2.verſ.vñ ſi his, q feud.dar.poſſ.
Contrariam ſequuti ſunt ſententiã, quod immo non requi-
3 ritur vllo pacto, † conſuetudinem eſſe obtentam in contradi-
ctorio, Bar.in l.de quib.& in repet.illius.ff.de leg.& Abb.in c.
* fi.nu.16. de cõſue, qui * cõem dicit, & ipſo ſequendo refert Ti
raq.in tract.de primog.q.91.in fi.& Villalob.in ſuis cõmunib.
opin.in verb.cõſuetudo, ver.nota quod ad hoc reſpondit idẽ
Abb.in conſ.73.in 3.dub.li.2.Cæp.cauſa ciuil.31.circa fi.Soc.
* conſ.99.li.1.qui atteſtatur hanc eſſe ſniam * cõiter receptam.
idem reſpondit Crau.in conſ.55.num.6.Corn.etiam meminit
* in conſ.293.li.1.& hanc eſſe veriſſimam * opinionem affirmat
Franç.Viui.in ſuis communibus opi.in verb. conſuetudo de-
bet eſſe obtenta.quo in loco tradit, difficile fore contra iſtam
communem obtinere, & iſtis aſſentitur Burſ.in cõſ.50.nu.27.
* lib.1.qui & communem dicit.
Limitabis iſtud, vt tã.ſi verum ſit in actibus extraiudicia-
4 libus, ſecus in iudicialibus, † in quibus requiritur, quod ſit ob-
tenta conſuetudo in cõtradictorio iudicio, ita reſpondit Bal.
in conſ.210.li.1.quẽ refert & ſequitur Viu.loco proximo cit.

CONCLVSIO CCCCXXVIII.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vniuerſalis an indigeat probatione.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo vniuerſalis nulla eget probatione, quia propter generalitatem videtur tranſiuiſſe in ius commune non ſcriptum.*
2 *Conſuetudo per totum fere orbem terrarum ſatis probata cenſetur, ſi probetur & conſtet de conſuetudine vrbis Romæ, ac maioris partis prouinciarum.*
3 *Ad ius, quo vtitur vrbs Roma, tunc confugiendum eſt, quando in aliquo loco non eſt lex ſcripta & caſus non poteſt decidi per ſimilia.*
4 *Roma eſt mundi caput, & cenſetur communis patria.*
5 *Conſuetudo generalis Romanorum trahitur ad omnes prouincias ſimpliciter & abſolute.*
6 *Ad conſuetudinem particularem vrbis Romæ in ſubſidium confugiendum eſt, quando deficit lex ſcripta, vel conſuetudo particularis.*

1 COnſuetudinem vniuerſalem nulla egere probatione, † quod
propter eius generalitatẽ videatur trãſiuiſſe in ius com-
mune non ſcriptum, colligere eſt ex §.ex non ſcripto. inſt. de
iur, nat.gent.& ciui.& aperte tradidit Bal.in l.poſt dotem.ff.
ſol.mat.Dec.etiam in conſ.483.nu.20. Quocirca ſi loquamur
de conſuetudinis probatione, quæ per totum fere terrarum
orbem inoleuit, licet primo aſpectu eius probatio fere nulla
2 eſſe poſſit, † tamen ſatis huiuſmodi conſuetudo generalis per
vniuerſum mundum probata cenſetur, ſi probetur & conſtet
de conſuetudine vrbis Romæ, & maioris partis prouincia-
rum, vt declarat Io.And.in nouel.in rub.ext.de conſu.ad fin.
ad quod facit glo.in d.l.de quib. ff.de leg.dum dicit, quod quñ in
3 aliquo loco nõ eſt lex ſcripta, & caſus nõ poſſit decidi † per
ſimilia, tunc ſit confugiendum ad ius, quo vtitur vrbs Roma,
quæ l.de quib.iuxta ſententiã Alb.ibid.nu.6.& clarius ſecun-
dùm Raph.Fulg.ibi.nu.12.in 2.col. intelligitur de conſuetu-
dine Romanorum generali licet Bar.intelligat illum tex.pro-
cedere etiam in conſuetudine particulari vrbis Romæ, ea ra-
4 tione permotus, † quia Roma eſt mundi caput, & cenſetur
communis patria, vt reſpondit Modeſt. in l.Roma. ff.ad mu-
nic.ſed vt atteſtatur Curt.iun.in tract.feud.in 1.par.quæſt.1.
* num.16.cum quo communi conſenſu omnes conueniunt, * ſi
5 extet conſuetudo generalis Romanorum, † illa trahitur ad
omnes prouincias ſimpliciter & abſolute, ſed quando deficit
lex

Digitized by Google

lex ſcripta, vel cõſuetudo particularis, tunc in ſubſidiũ con-
6 fugiendum eſt etiam † ad particularem cõſuetudinem vrbis Romæ, ſi vero conſtet de cõſuetudine generali vrbis, non ſolũ in ſubſidium obſeruatur, ſed etiam ſimpliciter & abſolute. ita tradit Curt. iun. vbi ſupra, ad quem te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXXIX.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo antiquiſſima quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo antiquiſſima, cuius initij memoria non ſit in contrarium, poteſt probari per ſcripturam.*
2 *Conſuetudo antiquiſſima non requirit probationem de actibus à quibus originem traxit.*
3 *Conſuetudo antiquiſſima habet vim priuilegij à Principe conceſſi.*
4 *Conſuetudo vetuſtiſſima non habet vim priuilegij in incapace.*
5 *Spatium centum annorum dicitur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
6 *Conſuetudo probatur per teſtes deponentes ſe nunquã audiuiſſe, nec vidiſſe contrariũ.*
7 *Conſuetudo non probatur per ſcripturas, niſi probetur, illis ſcripturis fidem adhibitam fuiſſe ab omnibus.*
8 *Conſuetudo, quod poſſint fieri inſtrumenta ſine aliqua ſolennitate, non probatur, niſi probetur fidem datam eſſe illis inſtrumentis, & id veniſſe in notitiam maioris partis notariorum & populi.*
9 *Plura inſtrumenta de antiquo habent vim probationis famæ.*
10 *Conſuetudo probatur per famam.*
11 *Conſuetudo fœnerandi probatur, quando bis, vel ter quis conſueuit fœnerari.*
12 *Conſuetudo fœnerandi probatur, quando contractus ſunt celebrati per proxenetam tantum, & non per ipſos contrahentes.*
13 *Contractus fœneratitios cenſetur, ſi partes cõtraxerunt intercedente aliquo proxeneta, qui conſueuit contrahentes inducere ad ſimiles contractus celebrandos ſuſpectos, & fœneratitios.*

CONſuetudinem antiquiſſimam, cuius initij memoria non
1 ſit in contrarium † poſſe probari per ſcripturam, elicere poſſumus ex reſcrip. Imp. Iuſt. in l. vetuſtiſſimã, C. de iur. dum. imp. & reſpondit Soc. in conſ. 94. In cauſa validitatis inſtrumenti. col. 3. in fin. vol. 1. Verum tamen obſerues in probanda huiuſmodi conſuetudine, neceſſe non eſſe quærere de actibus,
2 † à quib. origine traxerit illiuſmodi conſuetudo, ſi conſulenti credimus Oldrado in conſ. 244. Quia roca. col. 3. verſi. tertio opponitur. nam id nullo modo fieri poteſt, cũ excedat hominum memoriam, & ita fuiſſe obſeruatum ait Crauet. in d. tract. de antiq. tempor. in 4. par. verb. materia iſta. nu.
3 3. Nec præterierim † huiuſmodi conſuetudinem habere vim priuilegij à Principe conceſſi, vt docet Dec. in conſ. 11 nu. 9. vbi hoc comprobat per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & æſti. & in cap. ſuper quibuſdam. de verbor. ſignifi. §. præterea. & vltra eú ſenſit Abb. in conſ. 71. vol. 2. quinimo nõ ſolũ habet vim priuilegij, ſed etiam habet vim legis, vt conſtituere Vlpian. in l. 1. § fin. ibi vetuſtatem legis obtinere. & Paul. in l. in ſumma in princ. vbi vetuſtas, quæ ſẽper pro lege habet. ff. de aqua plu. arcenda. Quæ omnia tamen ſunt intelligenda, videlicet quod huiuſmodi cõſuetudo habeat vim pri-
4 uilegij, procedat in capace, † ſecus in incapace, quod inſigne, & ſinguiare cẽſuit Hippol. de Marſil. in ſingul. 453. n. 2. & tradidit Pet. Rebuf. in tract. de deci. q. 13. nu. 68. atque Feli. in c. accedẽtes. nu. 6. in 2. limita. & in c. cauſam quæ. de reſcript. n. a. & ibi Abb. & cauit Grat. conſ. 6. nu. 70. vol. 1. Tps vero cuius
5 initij nõ extat memoria in contrariũ, † dicitur ſpacium centum annorũ, vt Cyn. voluit. in l. 2. C de ſerui. & aq. nu. 9. quem ſequitur Cæpol. in tract. ſeruit ruſt. præd. c. 19. in princ. & Pet. Rebuff. in d. tract. de deci. q. 13. nu. 94. atque Pet. Duen. in reg. 90. in 1. fallent.

Ad hæc pbatur conſuetudo per teſtes deponentes, ſe nun-
6 quam audiuiſſe, † nec vidiſſe cotrariam, & communẽ ſemper fuiſſe opinione in loco, ſi credimus ita reſpondenti Natt cuſ. 154. nu. 5. in 1. part. vbi ait, hanc eſſe communẽ opinionem, & optimam practicam probandi huiuſmodi conſuetudinem, quam tradit gl. in c. 1. in verb. memoriã. de preſcript. in 6. Bar. in l. 1. §. fi. ff. de acq. plu. arc. Spec. in tit. de prob. §. 1. ver. nota. Corn. cõſ. 22. vol. 1. per totum. quo in loco docet, quo pacto teſtes examinari, & deponere debeant in huiuſmodi conſuetudine antiquiſſima.

7 Concluſionem ſic limitabis, vt nõ procedat, † niſi probet iſtiuſmodi ſcripturis fidẽ adhibitam fuiſſe ab omnibus, alioqui per huiuſmodi ſcripturas non probatur conſuetudo, ita Aym. Crau. in tract. de antiq. tẽp. in 4. par. verb. materia iſta. nu. 41. adducit ad hoc pronunciatum Abb. in conſ. 53. & 71. col. 4. lib. 2. vbi ait, quod ex pluribus inſtrumentis, in quib. nõ reperitur appoſita aliqua ſolennitas, nõ probatur conſuetudo, quod inſtrumenta poſſint fieri ſine illa ſolennitate, niſi probetur, quod talibus inſtrumentis fides data fit, & venerit in notitiam maioris partis notariorum & populi, ſed Crau. ibid. nõ approbat hoc dictum Abbatis, quã ſumus in antiquo, cuius initij non extat memoria in cõtrarium: quia tunc plura inſtru
8 menta † de antiquo habent vim probationis famæ, vt in l. cũ aliquis. C. de iur. del. b. quæ probatio per famam in antiquis ſufficit etiam, vbi agitur de graui præiudicio.
9 Conſuetudinẽ præterea probari † per famam, ſcripſit Cyn. in l. 2. ver. ſecundo quæritur. C. quæ ſit longa conſuetudo, quẽ ſequit Alexand. cõſ. 14. nu. 1. vol. 5. atque Maſil. in l. de minore. nu. 82. ff. de quæſt cui adhæret Duen. in reg. 299. fama. in fall. 21. atque Nouell. in reg. 4. fallen. 4.
10 Si vero quis velit probare conſuetudinẽ fœnerandi, † probabitur ex eo, qd bis, vel ter quis cõſueuerit fœnerari, vt protulit Barth. Cæpol. in trac. de ſimul. cõtract. pſump. 22. nu. 71. & habetur per gl. & DD. in l. 3. in fi. C. de epiſc. & cler. & ad id extat gl. in auth. de teſti. § qa vero multi. i verb. ſępe. collat. 7.
11 Ampliatum maxime hoc poſtremũ procedere, † quando iſti cõtractus fuiſſent celebrati per proxenetã tantum, & non per ipſos cõtrahentes, vt ait Cępol. vbi ſupra, d. nu. 71. Nã fœneratores nunquã ipſi ſuos contractus per ſe celebrant, ſed per interpoſitas perſonas, ſeu pxenetas ſuos, iuxta ſententiã Guliel. de monte Lau. in clem. ex grandi. circa mediũ. de vſur. & ibi etiã hoc dicit Zabarel. §. certũ. 3. quæſt. Quod idẽ etiã ef-
12 ſet, † quando partes ipſæ per ſe contraxiſſent intercedente aliquo proxeneta, q cõſueuerit inducere cõtrahentes ad celebrãdos ſimiles contractus ſuſpectos & fœneratitios. Nã ſæpiſſime huiuſmodi contractus contrahuntur ex culpa proxenetarum, vt meminit Cæpol. vbi ſupra.

CONCLVSIO CCCCXXX.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo, quod maſculi excludant fœminas, & frater ſororem, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo, quod maſculi excludant fœminas, & frater ſororem probatur, quando probatum ſit, maſculum, vel fratrem poſſediſſe bona ex cauſa inteſtati.*
2 *Conſuetudo probanda eſt.*
3 *Teſtes deponens ſuper conſuetudine, ſi interrogetur, quid ſit conſuetudo, & id non declaret, non p obat & hoc procedit ſiue ſit peritus, ſiue ſit imperitus vt ibi*
4 *Medicus ſi examinatur ſuper cauſa mortis & deponit mortuum eſſe ex apoplexia, non poteſt interrogari, quid ſit apoplexia*
5 *Qui de peritia artis examinantur, proprie teſtes non dicuntur.*
6 *Multi pro peritis habentur, qui tamen periti non ſunt, & in eorum relatione diligens inquiſitio iudicis interuenire debet.*
7 *Periti intelligantur vt teſtes in his, in quibus vera notitia haberi poteſt.*
8 *Notarius teſti æquiparatur.*
9 *Teſtis de quidditate eius, ſuper quo deponit, poteſt interrogari.*
10 *Teſtis deponens de nocte, debet ſcire, quid ſit nox, ſiue dies*
11 *Teſtis non eſt interrogandus de quidditate, ſi ex eius dictis deprehenditur intelligere id de quo deponit*
Superfluis vti non debemus.
12 *Teſtis interrogatus, quid ſit illud, ſuper quo examinatur, non cogitur id definire verbis iuris, ſed ſatis eſt, vt verba facti dicat, ex quo ius reſultat.*
13 *Teſtis de poſſeſſione examinatus, ſi interrogetur, quid ſit poſſeſſio, ſufficit, ſi dixerit quando vnus retinet poſſeſſionem, & eius fructus colliget.*
14 *Teſtis non debet interrogari, quid ſit, quod deponit, quando deponit de eo, quod eſt ita clarum, vt nulla alia demonſtratione indigeat*
15 *Teſtis ſuper conſuetudine non eſt interrogandus, quo pacto mutuum, vel conſuetudo accipiatur.*

COnſuetudinem quod maſculi excludant fœminas, & fratrer ſororẽ, ſi qs voluerit probare, id oportune probare
1 poterit ex eo, † quod probatum ſit, maſculũ, vel fratrẽ poſſediſſe bona ex cauſa inteſtati. Nec vero ſatis erit, ſimpliciter probare ſimplicem poſſeſſionem maſculorũ, aut fœminarum, nec quod ipſi maſculi excluſerint fœminas, niſi quoq; probetur, quod excluſerunt vi illius conſuetudinis, nec ſeqtur, vt dicit Ancb. conſ. 339. nu. 8. in prin. maſculi excluſerunt fœminas,
2 ergo † probata erit conſuetudo eas excludendi, etenim potuerunt excludi ex cauſa teſtamenti, quia forte per teſtamẽtum maſculi eſſent prælati fœminis, ſeu inſtituti maſculi excluſis fœminis, & ita de fratre excludente ſororem conſulit Corn. in conſ. 125. col. 2. ad fin. lib. 4. quos refert Aymo Crau. conſil. 171. nu. 14. ver. 4. pro hac declaratione.

3 Teſtem deponentem ſuper cõſuetudine, ſi † interrogatur,
quid ſit cõſuetudo,nec id declarat,non probare,conſulũ fuit
ab Alex.conſ.45.viſis atteſtationibus. col.pen.lib.2.num.12.
in fi quem refert & ſequitur Purpur.in l.1.ff.ſi cer.pet.nu.68.
Pet.Rauen.in tract.de conſuet.col.11.nu.121.ver.dicit teſtis,
quod ita eſt conſuetudo.& Roch.de Cur.eo trac.nu.623.ver.
ſexta eſt dubitatio.d col.97.
Primũ illud ampliabis,ſiue teſtis ſit peritus,vel imperitus,
vt docuit Alex.in d.l.1.ff.ſi cer.pet.nu.15.prope fin.& Purpur.
vbi ſupra nu.74.cuius Alex. opinionem *omnes communiter
ſequuntur,vt teſtatur Purpur.vbi ſupra.
Sublimitarũ prædictam ampliationem locum non habere
4 in peritis in arte,† vt exempli gratia examinatur medicus ſu-
per cauſa mortis,& deponit mortuum eſſe ex apoplexia, non
poteſt interrogari,quid ſit apoplexia Purp.vbi ſup.nu.72.ea
5 ratione,quia illi,qui de peritia artis examinatẽ,propriè † te-
ſtes nõ dicuntur,ſecundũ Bar.in tract.de teſti.col.4.ver.teſtis
dixit aliqua vera,nu.10.& latius hoc dictũ proſequitur Deci.
poſt alios in c.ꝑpoſuiſti.col.fi.de prob.nu.53.de iſtis periris,
Roc.de Cur.tract.cõſuet.n.612.ver.ex prædicta diſtinctione.
Huic ſententiæ non diſſimulanter fuit aduerſarius Purpur.
vbi ſup.nu.73.rationibus permotus ibi relatis ab eodẽ,quarũ
6 prima eſt,† quia multi pro peritis habentur, qui tñ periti nõ
ſunt,§.præterea ſi medicus,inſtit.ad l.Aquil.Secundo loco:qa
diligens inquiſitio iudicis in relatione taliũ interuenire de-
bet,vt docuit Bar.in l.ſemel C.de re mil.lib.10.in princ Aret.
conſ.142.ex facto,hæc talis inqſitio præcipue verſatur in hoc
an intelligat id teſtis,de quo deponit.Tertio,& poſtremo:qa
7 in his,in qbus vera notitia haberi poteſt † tales periti intelli
gũtur vt teſtes,ideo de veritate iurãt,ſic Bal.in l.hac edictali.
§.his illud,C.de ſec.nup.ſub num.1.hęc Purpur.vbi ſupra.
Secundo amplies velim,vt quod de teſte dictum eſt,etiam
8 ad notarium poſſit trahi,† quia teſti ęquiparatur,l.Domitius.
ff.de teſtam.ita Purpur.vbi ſupra.
9 Tertio ampliabis, vt ſicut teſtis ſcire debet † quantitatem
eius, ſuper quo deponit, ita vt de ea poſſit interrogari, & de
eius contrario,vt tradidere Bar.& Purpur.in l.1.ff.ſi cer.peta.
nu.76.vnde fit,vt teſtis,qui de fama mala deponit,interroga-
tus,quid ſit bona fama,debeat reſpondere,iuxta Bal.in l.1.ff.
de his qui ſunt ſui,&c.Alex.conſ.117.nu.4.li.4. & conſ.150.li.
10 5.col 5.nu.13.Hoc idem † de deponente de nocte dicendum
eſt,qui ſcire debet,quid ſit lux,ſiue dies, vt ſcripſit Purp.vbi
ſupra,nu.77.cum ibi alleg.
Primo limitabis ſupradicta non eſſe vera, qñ ex dictis per
11 teſtẽ deprchenderetur,illũ intelligere † id de quo depoſuit,
ſic placuit Purpu.& Bar.in d.l.1.ff.ſi cer.pet. ſub nu.78.& pro
eo facit,ꝙ ſuperfluis vti nõ debem⁹,l.hęc ſtipulatio.§.diuus.
ff.vt legator.nomini caueat.arg.gl.in c.2.in verſi.rationabili.
de cõfeſſ.li.9.& Bar.in reper.l.vbicunque.ff.de interrog.act.
Secundo pręterea limitare poteris,vt non requiratur,vt te-
ſtis interrogatus,quid ſit illud, ſuper quo examinatur, coga-
12 tur id definire verbis iuris, † ſed ſatis eſt, vt verba facti di-
cat,ex quo ius illud reſultat,vt meminit Purp. vbi ſup.nu.81.
Alex.conſ.45.col.pen.lib.2.& nu.8.& conſi.118.li.3.Bal. in l.
data,col.8.in verſ.prædicamento quantitatis,C. qui accuſ.nõ
poſſ.& ſatis inſigniter tradidit Soci.conſ.253. in cauſa D. Io.
Francifci,ſub num.5.vol 2. & huc ſpectant dicta per Bar. in l.
ſciendum,col.2.ver.ſed quæ eſt ratio.ff.de verb.obli. & limi-
mitatio probatur per quẽdam ſimilitudinem poſſeſſionis, ex
13 quo inferri vr̃,† quod ſi teſtes de poſſeſſione examinatus in-
terrogatur,quid ſit poſſeſſio, ſufficit, ſi dixerit, quando vnus
retinet poſſeſſionem,& eius fructus colligit,ita Bar.in l. de æ-
tate.in fi.C.de fur Alex.in conſ.57.nu.6.lib.1. & conſ.134.eo.
lib.Feli.poſt Bal.in c.quotiens,extra de teſtib.col.2.verſ.5 li-
mita,& late Purpur.vbi ſupra,nu.82.83.& hoc eſt,quod teſtis
de facto non de iure deponere debet, vt reſpondit Gramm.
conſ.82.num.40.Alex.conſ.45.num.1.lib.2.
14 Tertio limitare tibi licebit, vt non procedat, † ſi qñ teſtis
deponit de eo,quod eſt ita clarum, vt nulla alia demõſtratio
neceſſaria ſit,vel dari poſſit,vt teſtis dicat, vidiſſe album,in-
terrogari non debet,quid ſit album,ita obſeruauit Bar.in d.l.
de ętate,col.5.verſ.ſed iuxta hoc,nu.11.ff.de mino.& Purpur.
vbi ſupra,nu.84.
Inſuper quarto limitabitur ex mente Bar.in d.l.1.ff.ſi cert.
15 pet.qñ † expreſſe reſpectiue ad eius interrogatorium forma-
retur,vt quo pacto mutuum,vel conſuetudo acciperetur,vene-
rit inſigniter Soci.in d.l.1.& ibi Purpur.nu.85.ff.ſi cer.petet
quam omnino videas.

CONCLVSIO CCCCXXXI.

ARGVMENTVM.

An recipiantur teſtes parte non citata ad probandam conſuetudinem cuiuſdam ciuitatis.

SVMMARIA.

1 *Ad probandam conſuetudinem cuiuſdam ciuitatis poſſunt recipi teſtes parte non citata.*
2 *In probanda conſuetudine, quæ reſpicit cauſæ deciſionem non poſſunt recipi teſtes parte non citata.*
3 *In probanda conſuetudine notoria, teſtes parte non citata recipi poſſunt.*

1 AD probandã conſuetudinem ciuitatis cuiuſdam † poſſe
teſtes recipi ẽt parte nõ citata, profitendo ſcripſere quã
plurimi,vt Ant.de But.in c.fi.in antepen.col.verſ.ad primum,
ſit redacta,de conſuet.Fel.in c.2.col.5.in 12 limitat.de teſtib.
Bar.per eum Floria.in l.2.§.l.Iuſſ.ff.de teſtib.Cyn.in l.2. verſ.
2.quia circa hoc quando conſuetudo,C.quæ ſit long.conſue.
Bal.& Alex.in l.1.C.vt quæ deſunt aduoc.Maria.in tract.cita-
tio.col.33.num.10.caſu,apoſtil.ad Abb.in c.2.col.3 de teſtib.
Alex.in conſ.14.col.1,vol.5.Nicel.in 52.concor.gl.in 49.fall.&
fall.96.conſuluere etiam Goza.in conſ.101.col.5.Rui. conſil.
144.col.7.qui ampliat ẽt in conſuetudine non notoria, vol.4.
Declara & limita prædictam concluſionem non procedere
in conſuetudine,quæ reſpicit litis ordinem, non autem in ea,
2 quæ † reſpicit cauſæ deciſionem, quod prior,magni non ſit
præiudicij,poſterior vtique,hæc vero limitatio elicitur ex di
ctis Bar.in repet.l.de quibus,col.11.verſ.2. probatur per te-
ſtes.ff.de legib.& colligitur à Soc.in conſ.39.col.5.in fi.in ulc.
lib at Dec.ſtate dixit in conſ.402.col.pen.atque Soc.in conſ.
36.col.2.vol.4 apoſtil.ad deci.Tholoſ.115.Callan.in conſ.47.
col.4.Zaſ.reſpondit in conſ.5.vol.1.circa fin.placuit Roch. in
c.fi col.22.de conſuetud.
3 Et † in conſuetudine notoria hoc idem cauit Goz.in conſ.
6.col.2.in conſ.101.col.6.nu.27.verſic.13.vbi idem ſentientes
citat,atque Soci.iun.in conſ.65.colum.1.vol.1.de qua re nos
ſupra iam verba fecimus, & ibi quæ adſunt, hic deſeruimus,
ideo conſules illum locum.

CONCLVSIO CCCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Conſuetum quem eſſe aliquid facere, quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Conſuetum quem eſſe aliquid facere plene probatur per famam.*
2 *Conſuetum iudicem eſſe incarcerare, torquere homines, vel vim inferre appellantibus, vel conquerentibus de eo, probatur per famam.*

1 COnſuetum quem eſſe aliquid facere † probari plene per
famam,auctor eſt Duen.in reg.299.in 16.fallen. veluti in
probando iudicem eſſe conſuetum incarcerare,conijcere,vel
torquere homines,vel id genus aliam vim inferre appellanti-
2 bus,vel cõquerẽtib.† de eo,ita concludit Bar.in l.de pupillo.
§.ſi quis ipſi prætori,nu.17.ff.de no.oper.nunc.quem ſequitur
Alex.in addi.ad Bar.in d.l.de minore,§.plurimũ.nu.30.incip.
vana vox.ff.de quæſt. quam opinionem ſequitur Fel. in c.ve-
niens.1.nu.9.in fi.de teſtib. idem Fel.in c.afferte,nu.9.de pręſ-
ſump.& in c.de quarta,nu.24.de præſcri. & de illo dicto Bar.
meminit etiam Alex.in conſ.66.nu.9.vol.3.quam opinionem
etiam ſequitur Iaſ.in repet.l.admonendi,no 246.ff.de iureiu-
rand.& Rui.in conſ.105.nu.3.vol.1.

CONCLVSIO CCCCXXXIII.

ARGVMENTVM.

Contemptus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Contemptus probatur ex coniecturis, & indicijs, quando ſciens, vel prudens repugnat prohibitioni ſuperioris.*
2 *Citatus ſub pœna excommunicationis non comparendo præſumitur in contemptum feciſſe.*
3 *Celebrare dicitur in contemptum clauium, qui ſciens ſe excommunicatum celebrat.*
4 *Contemnere probatur, quo monitus pertinaciter ſe ingerit.*
5 *Contemnere nihil aliud eſt, quam aſpernari, & non curare.*
6 *Contemnere quando quis dicatur.*

Con-

Digitized by Google

1 COntemptus probatur ex coniecturis, & indicijs quando
quis ſciens, & prudẽs repugnat prohibitioni ſuperioris,
ſiue cõparuerit, vel non comparuerit ad monitum ipſius; vt ſi
mandetur alicui, quod compareat ſub pœna excommunica-
tionis &c. non comparendo præſumitur in contemptum feciſ-
2 ſe † niſi contrarium probetur, ita intelligere eſt ex Feli. in c. ſi
quis, nu. 7. ext. de maior. & obedien. tradit Bar. in c. ſi celebra.
de cler. excom. &c dicens ad hoc eſſe ibi contex. ſingularem,
& multa obſeruatione dignũ, idem profitendo ſcripſit Henri.
Botte. in tract. de ſynd. epiſc. par. 2 nu. 80. quod & probat ipſe
Fel. in c. cum quidam col. 4. verſ. quinta declaratio, de iureiur.
& facit etiam ad intelligentiam c. notandum. 24. q. 3. & c. per
tuas, de ſent. excom. placuit præterea Archid. in c. 1. in gl. verbi
contempſerit, de app. in 6. & probauit Cardin. in clem. 1. in 3.
notab. de ſepul. Quibus iuribus ſupra adductis permotus Pa.
de Leaza, in d. c. ſi celebrar. aſſerit, quod vbi quis probat con-
3 tempſiſſe, ligatur, qui alias non ligaretur. † Vnde & ille dici-
tur celebrare in contemptum clauium, qui ſcienter, id eſt, ſciẽs
ſe excommunicatum celebrauerit, iuxta ſentẽtiam Calder. de
4 verb. ſignif. conſ. 11. Feli. vbi ſupra, nu. 7. † Probatur autem &
quem contemnere, qui monitus pertinaciter ſe ingerit, per d.
c. ſi celebrar. quod animaduerſione & memoria dignum eſt, vt
recte bullæ ſenſus percipiatur, quæ non intelligi diſpenſatum
cum his dicit, qui in contẽptum celebrarunt, vnde merito di-
cere conſueuerat Domini, poſt alios in c. metropolitanũ. 2. q. 7.
5 Contemnere nihil aliud eſſe, quam aſpernari † & non curare,
motus auctoritate ſummi Pontificis in c. qui & humanis. 1. q.
2. c. excellentiſſimos. 11. q. 3. pulchre Domi. in c. nullus. 55. diſt.
6 Si vero tibi ſit cordi cognoſcere, quando quis dicatur † con-
temnere, conſulas tex. in c. cum non ab homine. in fi. de iud. c.
qui diuinus. 12. q. 2. & c. excellentia. 11. q. 3. tibi etiam auctor
ſum, vt conſulas Felin. ſi intelligere aueas, quod diſcrimen ſit
inter cõtemnere, & non parere, & ſi reliqua alia huc ſpectan-
cia ſcire deſideres, Felin. inquam adeas in d. c. ſi quis, à nu. 77.
vſque ad finem, vbi omnium vberrime hoc argumenti genus
examinat.

CONCLVSIO CCCCXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Conteſtatio litis quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1. *Conteſtatio litis probatur per narrationem, & reſponſionem negatiuam factam à reo in iudicio.*
2. *Conteſtatur lis, ſi reus dicit, poſita prout ponuntur, & narrata prout narrantur, vera non ſunt.*
3. *Conteſtatio litis inducitur, etiam quando reſponſio facta ſit ex interuallo ab vna parte.*
   Quod intellige, vt nu. 6.
4. *Conteſtatio litis requirit partium præſentiam.*
5. *Conteſtationem litis induci ex reſponſione negatiua rei, ſeruatur in praxi.*
7. *Conteſtatur lis, ſi iudex mandat reſpondere animum litem conteſtandi, & reus ſimpliciter reſpondeat.*
8. *Conteſtatam litem eſſe probatur per confeſſionem.*
9. *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem aduocati etiam illicitam.*
10. *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem etiam illicitam, niſi fuerit reuocata.*
11. *Conteſtatio litis probatur per confeſſionem rei, ſi libellus præceſſerit, & hoc animo reus confiteatur.*
12. *Conteſtatam litem eſſe probatur, ſi reus dixerit, reſpondendo actoris libello, tu mentiris.*
13. *Conteſtatio litis probatur etiam per reſponſionem factam libello per verbum dubium credit, vel non credit aut neſcit.*
14. *Conteſtatur lis, ſi reſponſio dicta referatur ad libellum, ſecus ſi ad poſitionem.*
15. *Conteſtatio litis non probatur ex eo, quod ſolum reperiatur ſcriptum in actis, tali die lis conteſtata eſt.*
   Contrarium, ibi.
16. *Conteſtandi litem animus in dubio præſumitur tam ex parte rei, quam actoris.*
17. *Animus conteſtandi litem non præſumitur, niſi exprimatur, quando in loco eſt conſuetudo talem animum exprimendi.*
18. *Proteſtatio impedit litis conteſtationem, quando actor proponente, & reus reſpondens proteſtatur hoc facere, non animo litem conteſtandi.*
19. *Conteſtationẽ litis impedit clauſula, non animo litem conteſtandi, in libellis inſerta.*
20. *Proteſtatio conteſtationem litis impedit, ſi iudex non iubeat conteſtari.*
21. *Proteſtatio non valet, dum lex imperat, vetat, vel punit.*
22. *Proteſtatio, quæ eſt contraria facto, non iuuat proteſtantem in neceſſarijs actibus.*
23. *Proteſtatio non valeat, quando cogitur quis præciſe litem conteſtari.*

1 COnteſtationẽ litis probari per narrationem † & reſpõſio-
nem negatiuam factam à reo in iudicio neganti ſimplici-
ter narrata per actorem, profitendo dixit Bart. in l. 1. C. de lit.
conteſt. nu. 3. poſt gl. ibi in verb. cum iudex, verſ. & quod ſubij-
cit, & in l. ſi dubitet. §. ita demum. ff. de fideiuſſ. & cautum eſt
in l. 2. ibi, niſi poſt narrationem, & reſponſionem. C. de iur. ca-
lum. iuncta gl. ibi ſuper d. verb. reſponſionem, & conſtitutum
eſt in l. rem non nouam. §. patroni. ibi, cũ lis fuerit conteſtata
poſt narrationem propoſitam, & contradictionem obiectã. C.
de iud. & placuit eidem Bar. in d. l. 1. poſt nu. 21. Gofr. tradidit
in ſumma, tit. de lit. conteſt. col. 2. verſ. fit autem litis conteſta-
tio, ſentit hoc idem Matthæſ. in auth. qui ſemel. col. 3. verſic. id
autem ſi reus, poſt nu. 15. in fi. C. quomodo & quando iud. aſ-
ſeruit Spec. § 1. nu. 2. tit. de lit. conteſtat. decidit Rota dec. 12.
alias 706. nota quod ſi pars, de lit. conteſtat. in antiq. probauit
hoc etiam Bal. in l. 1. nu. 2. C. de lit. conteſt. & in c. 1. in prin. ex-
tra eod. tit. & nu. 2. in 1. notab. ibi & Rot. dec. 2. alias 2. ſi pars
tea, de lit. conteſt. in no. Maran. in ſuo Speculo, par. 6. mem. 10.
num. 4. verſic. ſecundo quæro, vbi docet praxim communem
2 † litem conteſtandi, hoc eſt, vt reus dicat, poſita prout ponun-
tur, & narrata prout narrãtur, vera non eſſe, quam praxim ante
eum docuerat Bar. in d. l. 1. d. nu. 73. C. de lit. conteſt. &c. vt di-
cat reus narrata prout narrantur, non eſſe vera, & petita fieri
non debere, idem Gofred. in d. ſumma, d. 2. col. verſi. item not.
quod ſi plura in libello, & Spec. d. § 1. dict. nu. 2. verſ. forma li-
tem conteſtandi. Abb. in c. 1. poſt nu. 6. verſ. item litis conteſta-
tio firmatur. de lit. conteſt.

3 Primo amplia, vt iſtud ẽt locum habeat, † ſi reſponſio facta
ſit ex interuallo ab vna parte, quia ex ea inducitur itidẽ con-
teſtatio litis propter animorum concurſum, ita docuit Crot. in
rubr. de verb. obli. nu. 27. permotus authoritate DD. de Rot. in
deciſ. 326. quam non reperij in codice meo, & Domini. in c. ſi.
de lit. conteſt. in 6. quod etiam confirmauit Abb. in d. c. 1. col.
4. poſt nu. 7. verſ. 2. quod temporis interuallum, de lit. conteſt.
poſt nu. 8. verſ. item videtur velle aperte in fine.

Huic tamen ſentẽtiæ alacriter reclamat Vbertinus Zuchar-
dus in rubr. C. de pact. nu. 64. ibique aſſeuerat cæteros ſcriben
4 tes ſentire contrariam ſententiam † quia conteſtatio litis re-
quirit partium præſentiam, vt per Bart. in d. l. 1. col. 2. in fin. de
lit. conteſt. & ibi Bal. col. 1. verſic. 3. quæro, & Salic. col. 1. verſ.
quæro.

5 Recõciliare poteris, vt prior ſentẽtia vera ſit in praxi † quia
ita ſeruatur, teſte Caſtr. in rubr. d. tit. de lit. conteſtat. & decla-
rat Zuchar. loco proxime citato, nu. 64.

Intellige prædictam ampliationem, vbi dicit etiam proce-
dere, ſi ex interuallo reſponſio fuerit facta, locum ſibi vendi-
care, quando vel præceſſit proteſtatio reſpondentis non ani-
6 mo litem conteſtandi † & reſpondendo poſtea ex interuallo
videtur à ſua proteſtatione receſſiſſe, arg. l. cum in plures. § lo-
cator horrei, ff. locati, vel quando iudex proteſtationẽ non ad-
7 miſerit, mandat reſpondere animo litẽ conteſtandi † ipſo reo
ſimpliciter reſpondente videtur acquieſcere voluiſſe iudicis
interlocutoriæ, vt ita declarat Abb. in d. c. 1. col. 7. poſt nu. 16.
verſ. ſi autem reſpondet ex interuallo, de lit. conteſtat.

Secundo amplia concluſionem, etiam ipſam litem cõteſta-
8 tam † probari per confeſſionem, vt tradidit glo. in d. l. 2. in d.
verb. reſponſionẽ. C. de iur. calum. & Bar. in d. l. 1. C. de lit. con-
teſta. d. nu. 21. verſ. quærit gl. & glo. ibi in d. verb. cum iudex. in
fin. Fel. etiam in c. olim, nu. 5. de lit. conteſt. vbi teſtatur de cõ-
muni opiniones, & Gofr. in d. ſumma, d. col. 2. verſ. ſed contra
poſt confeſſionem. Bald. in authen. offeratur. in fin. nu. 21. C. de
lit. conteſt. Spec. d. §. 1. nu. 11. ver. ſed ſi reus non neget, ſed cõ-
fiteatur, d. tit. de lit. conteſt. Abb. in d. c. 1. col. 2. poſt nu. 6. verſ.
& reo confitente, de lit. conteſt. & col. 5. ver. quæro quoad ſe-
cundum, nu. 13. Bald. ibidem col. 2. poſt nu. 4. ver. modo quæro
nunquid, & ibi Fel. nu. 5. verſ. ad illud vtrum confitendũ, quo
in loco de communi opinione atteſtatur Maran. in ſuo Spec.
par. 6. memb. 10. nu. 4. verſ. ſecundo quæro.

9 Primo ſubamplia præcedentem ampliationem † litis con-
teſtationem probari per confeſſionem aduocati etiam illici-
tam, ſi credimus Abb. in d. c. 1. col. 6. verſic. adeo illa ſunt vera,
nu. 14. de conteſtat. vbi Fel. col. 5. verſ. ad 5. q. nu. 22. adducens
ibi idem ſentiẽtes, niſi tamen fuerit reuocata, vt aſſeruit Spec.
d. §. ſequitur. ver. fit quoque, nu. 1. d. tit. de lit. conteſt.

10 Secundo ſubamplia dictam ampliationem † ẽt litis conte-
ſtationem probari per confeſſionem ẽt illicitam, niſi fuerit re-
uocata, Spec. §. ſequitur. verſ. fit quoque, nu. 1. d. tit. de lit. cõteſt.

Intel-

Intelligas nuper traditam ampliationem veram eſſe, ſi libel
11 lus præceſſerit † & hoc animo reus confiteatur, vt glo. voluit in d.l.1. in verb. cum iudex. in fi. quam ſequitur Bar. ibi poſt dictum, num. 21. C. de lit. conteſt. Abb. in d.c.1. poſt nu. 13. col. 6. verſ. aut confitetur libello oblato, eod. tit. & ibi Bal. poſt d. nu. 4. verſ. aut confitetur intendens procedere in cauſa, & ver. ſeq. aut confeſſio fit oblato libello.

Tertio principaliter amplia concluſionẽ, etiam probari li-
12 tem conteſtatam † ſi reus dixerit reſpondendo actoris libello, Tu mentitis, vt ſentit gl. in d.l.1. ſuper d. verb. cum iud. ibi, debet mihi decem, dum ibi dicit gl. vel nõ eſt verum. C. de lit. conteſtat. Maran. d. 10. memb. d. 6. par. poſt d. num. 4. verſ. item inducitur litis conteſtatio.

Quarto loco ampliabis & probari conteſtationem litis per
13 reſponſionem factam per verbũ dubium † credit, vel non credit, aut neſcit datam libello, c. cum ad ſedem, §. ad quę reſpondit, & ibi gl. 1. vbi & Abb. nu. 5. verſ. itẽ not. quod per hoc, de reſti. ſpoliat. Specul. d. §. 1. nu. 9. verſ. forma litem conteſtandi, ſentit Bal. d.l. 2. num. 3. verſ. 3. nota. C. de iur. calum. & expreſſe confitetur in l. 3. nu. 4. verſ. quæro, nunquid per verbũ non credo, C. quib. ad lib. procla. non licet, & idem Bal. in d.l.1. nu. 10. verſ. 9. quæro, C. de lit. conteſt. diſtinguens, an illa reſpõſio re-
14 ferat ſe ad libellum a'ı poſitionem † ſi ad libellum referatur, lis conteſtetor, ſecus ſi ad poſitionem, vt ibi per eum, Abb. in d.c.1. col. 10. verſ. 4. quæro. nu. 27. de lit. conteſt. vbi Feli. col. 5. verſ ad quartam quæſtio. Maran. d. nu. 4. & d. ver. inducitur.

Ad vnum tñ hic aduertas, conteſtationem litis non probari
15 ex eo, quod in actis ſolum ita ſcriptum reperiatur † videlicet tali die lis cõteſtata eſt, nec vlterius aliquid dicitur, vt auctor eſt Spec. in tit. de lit. conteſt. d. §. 1. verſ. quidam autem, nu. 10. quem refert & ſequitur Bar. l. ſciendum, nu. 18. ff. de verb. obli. & cum ſequitur in l. hæres conſtitutus. ff. de acquir. hære. Abb. in d.c.1. in fin. de lite conteſtatio.

Contra tamen ſentire videtur Bal. in d.c.1. poſt nu. 15. ver. ſed quid ſi in actis, de lit. conteſtatio.

16 Admonitum tamen hic te velim † animũ conteſtandi litem in dubio præſumi tum ex parte rei, tum ex parte actoris, niſi aliud appareat, ſi credimus Soci. iun. in tract. fallen. reg. 298. in ver. litem conteſtandi, & ad hoc citat contex. & ibi ſcribentes in d.c.1. de lit. conteſtatio. & præcipue Abb. poſt nu. 15. verſic. ſed ceſſante conſuetudine.

Quod declarabis, vt verum non ſit, qñ in loco eſſet conſue-
17 tudo declarandi expreſſe animum † tunc enim non præſumitur animus conteſtandi litem, niſi exprimatur, & ita neq; conteſtatio inducta cenſetur, ita docuit idem Socin. d. reg. 298. & ſcripſit Fel. in c.1. poſt nu. 5. verſ. ad illud. de lit. conteſt. ibique Abb. tradit col. 7. poſt nu. 15. verſ puto tamen, eo namque caſu eſt de ſubſtantia, vt exprimatur, iuxta ſententiam Feli. vbi ſupra, & ex hoc limitanda venit deci. Rot. 2. alias 12. ſi pars rea, de lit. conteſt. in no. iam ſupra allata, vt animaduertit Fel. in d. c.1. poſt dict. nu. 5. verſ. ad illud, qui dicit inſignem limitationem ad d. deciſionem.

Vnde eo magis concluſio vera eſt, qñ actor proponens, ſiue reus reſpondens proteſtatur hoc facere non animo litem con-
18 teſtandi † eo enim in caſu clarum eſt non induci litis conteſtationem, cum proteſtatio ipſam impediat, vt tradidit glo. in d.c.1. verſ. Vnde ſi aliquis. d. tit. de lit. conteſt. l.1. C. eod. tit. Innoc. in c. cum M. Ferrar. de conſtit. poſt num. 1. verſ. valet ergo proteſtatio DD. in d.c.1. & Soci in d. reg. & gl. ſuper verb. cum iudex verſ. ſecus ſi dicat, d.l.1. C. de lit. conteſt. Mattheſ. ſingu. 63. nota cautelam, Spec. §. 1. verſi. illud autem nota, nu. 12. cum pluribus ſeq. tit. de lit. conteſt. Bal. in d.l.1. num. 5. verſi. quarto quæro, C. de lit. conteſt. & in l.1. §. illu proculdubio, C de lati. lib. tol. & Felin. poſt nu. 68. verſ. ad idem notar. D. Anto. in d.c. cum M. Ferrarien. DD. in §. morte. l. non ſolum, ff. de noui ope. nunciat.

Etenim in libellis ipſa clauſula, non animo litem conteſtan-
19 di, inſerta, † in pedit litis conteſtationem, vt tradidit d. gl. in d.l.1. in d. verb. cu iudex. verſ. ſecus ſi dicat reus, C. de lit. con-
* teſt. cuius gl. doctrinam Dd. * communiter probant, iuxta ſententiam Mattheſ. d. ſing. 63. nota cautelam. Spec. d. § 1 d. ver. illud. l. qui in aliena. §. ſi vbi gl. ſuper verb. fall. ff. de acqui. her. & ibi Bald. hoc ſentit etiam. lex. conſ. 85. animaduerſus. nu. 4. vol. 4 Ferrar. in forma reſpon. rei, in gl. non animo conteſtandi: Abb. in c. Cumana, nu. 8. verſ. 3. con. prædicta, de elect. Alex. conſ. 42. in cauſ. & lit. col. 2. poſt nu. 4. verſ. ex quibus infertur, quod inſtantiæ, vol. 3, vbi adducit alios concordantes, Io. Staphil. in tract. de gratijs expectati. ſuper verb. dicendũ eſt modo, nu. 26. verſ quia proteſtatio præſeruat gratiam. Bart. in l.1. poſt num. 2. verſ item dicunt quidam, ff. ad Velleia. Marſ. in l. vnius facinoris. § cuſtodiæ, poſt nu. 33. verſ. cautela eſt notabilis, ff. de quæſtio. Abb. in d.c.1. col. 7. verſ. ad vltimum veniẽdũ, nu. 16. de lit. conteſt. & ibi Feli. poſt nu. 5. verſ. ad illud proteſtante, & verſ. fallit ſecundo gl. in d. c. cum M. Ferrar. §. verum ex aduerſo, ſuper verb. ſine præiudicio, de conſtitu. & ibi Abb. poſt nu. 20. verſ, quoad vltimum, & ibi Feli. poſt nu. 68. & ſeq. verſ. ad idem, quod notat. vbi ab vtroque multa colligere poteris de materia proteſtationis. Abb. à nu. 15. vſque ad 21. ibi, & Feli. à nu. 26. vſque in fi. & Maran. d. 10. memb. num. 10. verſ.
* vltimo, vbi dicit * communem opinionem eſſe, litem non fore conteſtatam.

20 Limita tñ hoc dictum de proteſtatione, † vt conteſtationem litis impediat, adeo procedere, ſi iudex non iubeat conteſtari, vt exemplo planum facit Bal. in d.l.1. §. illud proculdubio, C. de latin. lib. tollen. nam inquit quatuor eſſe legis virtutes, in tribus proteſtationem non valere, ſcilicet, dum lex imperat,
21 vetat, † vel punit, quando tamen permittit, valere proteſtationem, & ſic quæſtio iſta de proteſtatione dirimitur, & ita intelligendum eſſe dicit, quod notatur in d.l.1. C. de lit. conteſt. & ibi Bal. num 5. verſ. 4. quæro, vbi in verſ. tertij dicunt, quod iſta proteſtatio non iuuat, quia eſt contraria facto, diſtinguẽa
22 † vt ibi concludens in neceſſarijs actibus non iuuare proteſtationem proteſtantem, l. alimenta, ff. de negor. geſt. & Abba. in c. Cumana, num. 5. & ſeq. de elect. & Bald. in d.l. ſcimus, §. illud. C. de latin. lib. tollen. & d. deciſ. Rot. 2. alias 12. & idem di-
23 cit Bal. in d.l. qui aliena. in d. § fin. quod † quando præciſe cogitur litem conteſtari, ipſa proteſtatio non releuat, & in d.c.1. col. 2. poſt num. 4. verſ. ſed pone, quod quis proteſtatur, de lit. conteſtat. Alex. in l. iuriſgentium, §. quod ſere, poſt num. 2. verſ. vt quia tibi interroganti reſpondeam. ff de pact. & Marant. d. Spec d. 10. memb. poſt dict. num. 10. verſ. niſi iudex prius iuſſerit litem conteſtari.

CONCLVSIO CCCCXXXII.

ARGVMENTVM.

Contractus ex non ſcripto an probetur per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Contractus ex non ſcripto plene probatur duobus, vel tribus teſtibus.*
2 *Contractum ex non ſcripto teſtes probant, ſi deponunt hoc, vel illo modo eſſe contractum vel conuentum inter partes.*
3 *Contractus excedens ſummam centum, ſi de eo non fuit factum publicum inſtrumentum, ſed tant. in interuenerunt teſtes, & iuramentum, per indirectum probari poteſt per teſtes, non obſtante prohibitione ſtatuti.*
4 *Iuramentum in contractu appoſitum probare poteſt per duos teſtes coram iudice eccleſiaſtico.*
5 *Contractus indirecte probatur, probato iuramento ipſi appoſito.*
6 *Contractum in ſcriptis redactum dici probant teſtes deponentes ita conuentum eſſe inter partes, vt conficeretur de ipſo contractu inſtrumentum in ſcriptis.*
7 *Tranſactio illa videtur eſſe facta in ſcriptis, de qua conuenit vt conficeretur inſtrumentum.*
8 *Contractus non cenſetur celebratus in ſcriptis, niſi quando hoc eſt actum, vt aliter contractus non valeat.*
9 *Promiſſio non dicitur facta in ſcriptis, niſi quando hoc eſt actum aperte, vt aliter promiſſio non valeat.*
10 *Contractus non dicitur in dubio celebrari in ſcriptis, niſi ſint aliqua coniectura, per quas appareat partes voluiſſe in ſcriptis contrahere.*
11 *Capitula pacti prius ponuntur in ſcriptis, quam concludatur.*
12 *Coniectura ex quibus dicitur partes voluiſſe contrahere in ſcriptis, efficiunt vt contractus non dicatur perfectus, niſi poſt ſcripturam abſolutam.*

1 Contractum ex nõ ſcripto plene probari † duobus, vel tribus teſtibus, videre eſt c. in omni. c. licet vniuerſis. §. fin. extra de teſtib. & ex l. vbi numerus, ff. de teſtib. & l. in exercendis. C. de fid. inſtr. quod etiam decidit Thom. Gram. deciſ. 73. nu. 8. & 9. permotus auctoritate context. iam citatorum, teſtes
2 vero probant † ſi depoſuerint hoc, vel illo modo eſſe contractum & conuentum inter partes, vt tradidit Bald. in l. rebus. in fin. C. de re. permutat.

Ampliabis prædictã concluſionem, vt contractos excedens ſummã veluti centum, cum lege municipali caueatur, vt non
3 poſſit probari, † niſi per publicum inſtrumentum, tamen ſi de

eo non

Digitized by Google

eo non fuit factum publicum instrumentum, sed tantum interuenerint testes, & iuramentum appoſitum ſit dicto cõtractui,
per indirectum per teſtes probari poterit, non obſtante prohibitione ſtatuti, nam iuramentum in dicto contractu appoſi-
4 rum probari poteſt per ipſos duos teſtes coram iudice eccleſiaſtico, vt docuit Ioan. de Imo. in repet. c. cum cõtingat. in 6.
carta, de iureiur. quem refert & ſequitur Fel. in c. ſicut conſuetudo. in 6. col. poſt nu. 15. verſ. ſexto intellige, de probat. vbi
idem ſentientes citat, nam probato iuramento, indirecte quo-
5 que probatur contractus † quia iudex cogit ipſum iurantem ad obſeruantiam ipſius cõtractus, cuius praxis auctor eſt Hip
pol. de Marſ. in rub. C. de probatio. nu. 57. verſ. ſexto limita. vbi ait id perpetuo menti tenendum eſſe, & idem pro inſigni
habuit in ſing. ſuo 126. incipien. in multis ciuitatibus.

Sicut etiam contractum in ſcriptis dicit redactum per teſtes
6 probari poterit, † ita conuentum eſſe inter partes, vt conficeretur inſtrumentum in ſcriptis de ipſo contractu, vt traditum
eſt ab Hippol. de Marſ. in rubr. C. de probar. nu. 66. vbi ad hoc teſtatur Franc. Aret. in conſ. 159. incip. longa eſt iſta conſultatio, no. 10. cum alijs ibi per eum allegatis, & extat context. in
l. contractus, vbi elegaoter. Cy. C. de fi. inſtrum. in verb. in ſcri
7 ptis, dum contextus dicit † illam tranſactionem videri eſſe factam in ſcriptis, de qua conuenit, vt conficeretur inſtrumentum, & late proſequitur Aret. vbi ſupra à nu. 8. vſque ad 11.

Contra vero contractus non cenſetur celebrari in ſcriptis,
8 niſi qñ eſt actum † vt aliter contractus non valeat, quem articulum late proſequitur & examinat Salic. in l. cõtractus. C. de
fide inſtrum. & tradidere gloſ. & Bart. in d. l. contractus, & in auth. ibi poſita C. ſi certū petat. atque Bal. in authent. præalleg.
& reſpondit Aug. conſ. 157. 162. vbi dicit ad intellectum l. generaliter, C. de non numerat. pecun. dicens in ſimili, confeſ-
9 ſionem non dici † factam in ſcriptis, ſeu promiſſionem, niſi qñ hoc eſt actum aperte, vt aliter promiſſio non valeat. Inſuper
addit & illud Salic. in d. l. contractus, contractum non dici in dubio celebrari in ſcriptis, niſi ſint aliquæ coniecturæ, p quas
10 appareat præter naturam contractus † partes voluiſſe in ſcriptis contrahere, e. g. ſi ambæ partes, vel earum altera, dixerint
ſe velle contrahere in ſcriptis, vel ſi verba contractus fuerint primo poſita in ſcriptura, adeo vt ſcriptura præceſſiſſet con-
11 tractum, ſicut ſolet fieri in capitib. pacis, † quæ prius ponũtur in ſcriptis, quam concludatur, iſtę enim & huiuſmodi ſimiles
ſunt coniecturæ, partem voluiſſe contrahere in ſcriptis, adeo
12 vt contractus non diceretur perfectus, † niſi poſt ſcripturam abſolutam, ita docuit Salic. vbi ſupra, & Bal. in d. l. contractus,
reprehendens opinionem gloſator. dicentium, contractum dici fieri in ſcriptis, quando partes conueniunt, vt fiat ſcriptura
de contractu, & ita ad verbum reſpondit Franciſ. Aretin. in d. conſ. 159. nu. 10.

CONCLVSIO CCCCXXXVI.

ARGVMENTVM.

Contractus an probetur ex ſolutione gabellæ.

SVMMARIA.

1 *Contractus quilibet probatur ex ſolutione gabellæ.*
2 *Ex acceſſorio neceſſario infertur ad probationem principali.*
3 *Promiſſio dotis neceſſario probata dicitur, probata promiſſione vſurarum dotis.*
4 *Contractus non probatur ex ſolutione facta parte abſente.*
5 *Solutio facta in præſentia partis plene probat contractum contra partem, & tertiũ.*

1 CONtractus quilibet † probatur ex ſolutione gabellæ, ſi lege municipali caueatur, vt pro quolibet contractu ſoluatur gabella, ex acceſſorio enim neceſſario infertur ad proba-
2 tionem † principalis, vt ait Aymo Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in 2. parte, in verb. quarto limitatur, num. 79. vbi pro
hoc adducit ſimile pronũciatum Bal. in l. 3. C. de dot. promiſſio. & Dec. in rubr. C. de edendo. col. 2. quæ dicit probata p-
3 miſſione vſurarum dotis † neceſſario probatam dici promiſſionẽ ipſius dotis, quibus ea patrocinantur, quæ fuere obſeruata ab Aym. Crauet. ibid. nu. 78. & præcipue ab eodẽ Dec. in
conſ. 588. col. fin. & in conſ. 682. col. 2. in medio, & Curt. iun. in conſ. 68. col. 2. poſt medium & adeas ad hoc quæ dicta ſunt ſupra in concluſione, Acceſſorij.

Hoc limitare poteris, vt tantum procedat, ſi huiuſmodi ſolutio facta ſit parte præſente, vt placuit Crauet. vbi ſup. ſecus
4 ſi parte abſente, nam tunc ex ſolutione † non probatur contractus contra tertium abſentem, tanquam ſit res inter alios
acta, ita tenet Alex. conſ. 36. lib. 5. & licet Soc. in conſ. 208 col. 2. verſ. tertio ex libris, vol 2. in terminis aſſerit, quod etiam
non probatur, etiam ſi pars fuerit præſens, tamen reijcitur, & recte à Crauet. vbi ſupra d. nu 78. vbi dilucide tradidit, quod
5 ſi in † præſentia partis facta fuerit, plene probat contractum contra partem, & tertium.

CONCLVSIO CCCCXXXVII.

ARGVMENTVM.

Contraxiſſe per metum an præſumatur, qui contraxit interuenientibus affinibus, & conſanguineis.

SVMMARIA.

1 *Contraxiſſe per metum non præſumitur, qui interuenientibus affinibus, & conſanguineis contraxit.*
2 *Præſentia propinquorum in contractu arguit omnem dolum, & metum abeſſe.*
3 *Qui præſentibus conſanguineis teſtatus eſt, non præſumitur dolo, vel metu inductus ad teſtandum.*
4 *Contractus non præſumitur celebratus per metum in præſentia plurium conſanguineorum, vel ſaltem ad minimum duorum.*

1 COntraxiſſe per metum non præſumitur † qui cõtraxit interuenientibus affinibus, & conſanguineis, vt ſcripſere
Impp. Dioclet. & Maximia. in l. tranſactione quæ dominij. C. de tranſactio. vbi DD. tradidere, gloſſ. & Bald. in l. Poſſa. C de
his quib. vt indig. Dd. etiam meminere in c. cauſam matrimonij. extra de offic. deleg. Bart. docuit in l. frater à fratre, col.
penult. verſic tertio quæro quid in contractu. ff. de condict. indebit. & in l. 1. C. de præd. Curia. lib. 10. Alexan. in l. ſi cum doteni. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. Dec. canit inſigniter
in conſ. 232. colum. 2. & conſi. 219. viſo puncto, Ang. conſ. 215. thema tale, colum. fin. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt.
21. num. 1. Adeas etiam Socin. conſi 293. capio primum, col. 6. verſ. ſed adhuc videtur, lib. 2. Stephan. Bertrand. conſi. 4. viſis hinc inde, colum. 6. refert & ſequitur Tiraquel. in repet. l. ſi
vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, pag. 298 nu. 297. de reuo-
2 cand. donat. Quod etiam ratione confirmatur. † Nam propinquorum præſentia arguit omnem dolum & metum abeſſe, vt
vnanimes ſenſere Bar. Bal. & Iaſon. in d. l. tranſactionem. & Alciat. vbi ſupra.

Sic velim amplies concluſionem, vt ſicut qui præſentibus conſanguineis contraxit, non præſumatur metu contraxiſſe,
3 vt dictum eſt, ita † qui præſentibus conſanguineis teſtatus eſt, non præſumitur dolo, vel metu inductus ad teſtandum, iuxta
ſententiam Barto. in l. fin. ff. ſi quis ali. teſta. prohib. & Bald. in l. 1. C. illo tit. & Alciat. vbi ſupra, & ibi additio Ioan. Nicol. Arelaten.

Limitabis nunc concluſionem non procedere, niſi adſit præ-
4 ſentia † plurium conſanguineorum, vel ſaltem ad minimum duorum, Tiraquel. in d. repetit. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donation. & tradidere alij ſupra in concluſione allati, atque Andr. vbi ſupra in additione, in litera A.

CONCLVSIO CCCCXXXVIII.

ARGVMENTVM.

De contractu in dubio quid ſit præſumendum, & quo pacto poſſit probari.

SVMMARIA.

1 *Contractus in dubio iuſtus non fœneraticius eſt præſumendus.*
2 *Interpretatio in re dubia in mitiorem partem eſt amplectenda.*
3 *Promptiores debemus eſſe ad ſoluendum, quam ad condemnandum.*
4 *A verbis & denominatione contractus non eſt recedendum.*
5 *Vſuram allegans illam probare debet, alioqui ſuccumbet.*
6 *Contractus in iudicio animæ potius eſt præſumendus vſurarius, quam iuſtus, & contra eum debet fieri interpretatio.*
7 *Contractus ſimulatus & illicitus per indicia, & coniecturas, atque præſumptiones probatur, cum de ſui natura directe non poſſit probari, & per leues, ac leuiores probationes poſſint convinci, atque per teſtes ſingulares poterit probari, vt nu. 8.*
9 *Simulata, & occulta difficile probantur, ſimulata & vſuraria directe.*
10 *Coniectura legales & præſumptiones in occultis debent dici & haberi pro euidentiſſima probatione.*

11 Contractus duntaxat ſimulati probatio poteſt fieri ex vna tantum, & ex qualibet præſumptione, in probatione vero contractus ſimulati & fœneratitij ſimul alij tres præſumptiones coniunctim alij duas requiri dixerunt.

12 Contractum tribus modis poſſe conſiderari, fictitium, imaginarium, & ſimulatum.

13 In contractu ſimulato, vel vſurario quicquid percipitur de fictu, redditu, vel fructibus, in ſortem computatur, in contractu vero illicito quicquid vltra iuſtum pretiũ percipitur, reſtituitur, & contractus reſcinditur.

14 Contractus probatur ſimulatus ex modico tempore, quo venditio durauit.

15 Venditiones ſolent fieri, vt res ſit perpetuo penes emptorem & pignorationes quouſque debitum ſoluatur.

16 Contractus præſumitur ſimulatus ſi in continenti venditor emptori pecuniam pretij reſtituerit.

17 Contractus non præſumitur ſimulatus ſi ex interuallo reſtitutum fuerit pretium.

18 Incontinenti dicitur id factum, ſi eodem die venditionis, vel ſequenti reſtitutum fuerit pretium licet in alio loco.

19 Dies vna non eſt longum interuallum.

20 Ad contractum ſimulatum præſumendum illa ſola ſimulatio ſufficit, ſi expreſſe per pactum fuit actum, vt ſcilicet per tantum modicum temporis ſpatium duret venditio, ſecus ſi hoc expreſſe actum non fuiſſet, non enim ſola ſatis eſt ſed aliæ præſumptiones requiruntur.

21 Tempus modicum ad inducendam ſimulationem contractus relinquitur iudicis arbitrio.

1 CONtractum in dubio † nunquam præſumi vſurarium, ſed iuſtum & licitum, dixit Bal. in l. rogaſti. circa fin. ff. ſi cert. petar. & ibi Iaſ. num. 5. tenet etiam Dec. in conſi. 167. colum. 2. verſ. ſed prædictis, nu. 2. Crauet. quoque in conſil. 48. nu. 8. & conſ. 145. nu. 2. & conſi. 156. nu. 1. idem placuit Tiraquell. cum pluribus per eum adductis in tract. de retract. in 2. lib. ad fin. nu. 127. cum ſeq. & gloſ. probauit in c. nauiganti. in verb. dubitatur, de vſur. vbi dicit, iſtam interpretationem in re dubia
2 † magis amplectendam, cum ſit in mitiorem partem, & pro hoc adducit c. 2. de regul. iur. & facit l. interpretatione, ff. de pœn. l. Arrianus, ff. de action. & oblig. & c. ex literis. de proba-
3 tionibus, vbi promptiores debemus eſſe ad † ſoluendum, quá ad condemnandum, & in terminis dixit Socin. iun. in conſil. 83. nu. 6. lib. 2. Bald. & alij relati per Roland. à Valle conſilio 40. in princ. & conſil. 96. num. 12. & ſequenti, lib. 2. vbi inquit,
4 à verbis, & † denominatione contractus non eſſe recedendũ,
5 & ob id allegãtem vſuram † illam probare debere, vt per ſcribentes ibi allegatos conſtat, alioquin ſi non probat, habet è vulgato iure ſuccumbere, iuxta ſententiam Deci. in conſilio 167. colum. 1.

Illud ſic limitabis, vt non procedat in iudicio animæ, quia
6 in † illo potius debet fieri interpretatio contra eum, & ſic quod contractus ſit vſurarius, cum illa pars ſit benignior, & tutior pro anima, vt traditum eſt ab Abba. in d. c. nauiganti, num. 9. de vſur. & tradit Felin. in c. in præſentia, nu. 18. de probationib. quibus accedit Alciat. de præſumpt. regul. 3. in princip. & hoc dilucide traditum eſt à Bal. in conſ. 453. committere &c. lib. 3. Mar. idẽ pro ſingulari axiomate ſcripſit in ſing. 151. ſemper in obſcuris, Caſtellian. Cotta meminit, in memorial. in verb. delictum, late Crauetta conſulendo proſequutus eſt in conſil. 48. num. 8.

Quamobrem pro eo redarguendo, valde laborarunt noſtri
* ſcribentes, & tandem * communiter fuerunt opinati, quod cũ contractus ſimulatus, & illicitus, ſiue fœneratitius non poſſit
7 de ſui † natura directe probari, cum plerunque celebretur occulte, & à prauis vſurarijs continuo excogitantur cautelæ pro euitanda coniectura vſurarum, ſufficiat probatio per indicia, & coniecturas præſumptioneſque, vt colligere eſt ex reſponſo Arriani in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re militar. & à gloſ. in l. 1. ff. de probationib. Cyn. etiam in l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. late Crauet. in conſi. 156. nu. 7. vbi hanc materiam vberrime proſequitur, & reſpondit Pau. Caſtr. in conſil. 58. viſis his. colum. 2. & in conſi. 74. in cauſa mota, col. 2. ad fi. lib. 2.
8 & ſufficere probationes leues, † & leuiores, & plures imperfectas coniungi, & teſtes ſingulares probare, tradit late Tiraquell. de retract. conuention. in præfat. nu. 36. & plur. ſequen. & idem Pau. conſi. 319. viſis, & examinatis. col. 2. poſt mediũ, lib. 2. Ioann de Anan. canit in conſi. 49. affatim ſcripſit idẽ Tiraquell. de vtroque retract. tit. de retract. conuention. fol. mihi 313. nu. 110. cum multis ſeq. & aſſeruit Bald. in l. emptione, C. plus vale. quod agi. Calcan. reſpondendo probauit in conſ. 26. col. 1. Dec. conſ. 123. nu. 1. & Crauet. conſi. 73. nu. 7. & parũ nõ erit, ſi ex coniecturis huiuſmodi ſufficiat detegere fraudes, & calliditates, quas fœneratores in tractatibus huiuſmodi ſolent adhibere, vt dicit Iaſ. in l. ſi quis ex argumentarijs. §. prætor ait, nu. 26. & ſeq. ff. de edend. & Alexand. conſil. 56. col. 1. lib. 3. & conſil. 197. colum. fin. verſic. accedit illud. lib. 7.
9 reſpondit Rip. lib. 2. reſponſo. cap. 2. nu. 7. † Difficile namque eſt, vt quæ clanculum, & occulte fiunt, callideque, & ſimulate tractantur, probentur directe ſimulata, & vſuraria. Merito leges permiſerunt probationem huiuſmodi, quæ habetur per le-
10 gales coniecturas, † & præſumptiones debere dici, & haberi pro euidentiſſima probatione, vt leg. ſi tutor. C. de peric. tuto. & ibi gloſſ. & leg. licet Imperator. ff. de legat. 1. quæ late ſupra probatur in concluſione, Adulterium. Quæ autem ſint tales præſumptiones, inferius breuiter, & latiſſime tractat Cæpol. in ſuo tract. de ſimulat. contract. Quamplures etiam adnotauit Tiraquell. de retract. conuentio. in præfat. per totum. & fuſius forte omnium ſcripſit. Afflict. ſuper 1. parte feud. in titul. de feud. dat. in vic. leg. commiſſor. nu. 21. cum pluribus ſequẽt.

Verum tamẽ animaduertendum eſt, diſcrimen eſſe, an probetur contractus ſimulatus tantum, an contractus ſimulatus,
11 & fœneratitius, an vſurarius ſimul, quia in probatione † duntaxat ſimulationis contractus poteſt fieri ex vna tantum, & ex qualibet præſumptione, infra notanda, ſecus eſt in probatione contractus ſimulati, & fœneratitij ſimul, nam in hoc dicunt quidam Dd. tres præſumptiones coniunctim requiri ad probandum contractum fictitium, & fœneratitium, & aliqui aiunt, ſufficere duas, vt infra ſuo loco notatur, & Crauet. obſeruauit dict. conſil. 256. num. 7. & diſtinguit Paul. Caſtr. conſ. 74. alias 321. volum. 2. colum. 3. verſicul. nec obſtat, ſi dicatur. Huc etiam commode poteſt referre diſtinctio contractuum. quæ traditur à DD. de Rota. in deciſio. 1. de donat. in nou. nu.
12 4. vbi dixere, tribus modis poſſe conſiderari contractum, † videlicet, fictitium, imaginarium, & ſimulatum. Primus eſt, cum vnus contractus celebrari ſimulatur, & tamen re vera alius celebretur, ſic loquitur tot. tit. C. plus vale. quod agitur. l. emptionis fides. C. de contrahen. emptio. Secundo modo dicitur contractus ſimulatus, quia licet vere agatur, quod ſic fiat, tamen agitur, quod ita diſſolutio contractus fiat, alleg. l. quartam. §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ. teſtam. Tertio modo vocatur contractus fictitius, ſeu ſimulatus, quando ea mente non proceſſit, id eſt, quando agitur inter partes, quod contractus nullus ſit, & de hoc loquitur. l. nuda, ff. de diſtract. pig. de rit. nuptiar. l. ſimulatæ nuptiæ. l. imaginaria, ff. de reg. iur. leg. emptor. ff. de aqua pluu. arcen. hanc etiam diſtinctionem ponit Bertrand. conſ. 175. in 2. part. col. 2. in princ.

Illud inſuper lector te velim admonitum, maximũ eſſe diſcrimen, an contractus ſit pignoratitius, ſimulatus, vel vſura-
13 rius, & illicitus etenim ſi ſimulatus ſit, vel vſurarius † quidquid percipitur de fictu, redditu, vel fructibus, in ſortem, id eſt, in debitum principale computatur, de ſtatutum eſt in cap. ad noſtram. extr. de emptio. & vendi. & per tot. tit. de vſur. ſed quando contractus eſt tantummodò illicitus, tunc illud tantum, quod percipitur vltra iuſtum pretium, eſt reſtituendũ & contractus reſcindetur, vt reſcripſere Impp. Diocletian. & Maxim. in l. 2. C. de reſcind. vendit. cum ſimilibus.

14 Primo ergo probatur contractus ſimulatus † ex paucitate, & modico tempore, quo venditio durauit, nam cum venditiones ſoleant fieri, vt res perpetuo ſint penes emptorem, & pi-
15 gnorationes quouſque debitum ſoluatur, vt l. ſi rem, in 1. §. omnis. ff. de pignor. actio. merito credendum eſt, ex modico interuallo noluiſſe vendere, ſed pignorare, vt aperte tradit Vlpian. in l. quarta. §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ. & ita dicit Bartol. in conſ. 65. incipien. Petrus Nicolæ, ſic etiã conſuluit Paul. de Caſtro in conſ. ſuo 74. lib. 2. & recentiores Pariſienſ. in conſuetu. Pariſienſ. tit. 1. §. 32. in 12. quæſt. & eleganter ſcripſit Tiraquell. in tractat. de vtroq; retractu. tit. de retract. conſang. §. 1. gl. 14. incip. ſimilia prope verba nu. 37. verſ. ſed & poſſeſſio.

Concluſionem ſic velim amplies, vt non ſolum procedat, quando modico tempore durat contractus venditionis, quia emptor venditori cito reuendiderit, vt ſupra in concluſione
16 diximus, ſed etiam procedit, ſi incontinenti † venditor emptori pecuniam pretij reſtituerit, quia tunc præſumitur venditio ſimulata, vt docuit Bald. in leg. per diuerſas, nu. 14. C. mandati. per leg. ſi neutri. §. vltimo, ff. de priuileg. creditor. & huc ſpectãt ea, quæ obſeruauit Cæpoll. in d. ſuo tract. de ſimulat. contract. in ſecundo caſu principali, & ipſe Bal. conſ. 298. incip. inter Dominicum. vol. 3. & late Tiraq. in tractat. de vtroque retract. tit. de retract. conſangui. §. 1. gloſ. 14. nu. 37. & 38.
17 Sed limitabis prædictam ampliationẽ † ſi ex interuallo reſtitutum fuerit, pretium non enim tunc præſumitur ſimulatus con-

contractus, vt videre eſt ex allegatis ſupra in ampliatione, &
per Tiraquell. vbi ſupra dict. num. 37. ſed quando dicatur in-
continenti vel ex interuallo facta, hoc eſt, relinquendum iu-
dicis arbitrio, vt dicetur infra in proxima limitatione. Idem
18 etiam dicitur factum incontinenti, † ſi eodem die venditio-
nis, vel ſequenti reſtitutum fuerit pretium licet in alio loco,
19 vt Paulus Caſtrenſ. conſ. 332. num. 2. volum 2. quia vna † dies
non eſt longum interuallum, vt colligere eſt ex reſponſo Ve-
nulei in l. ſi ex duobus. in princ. ff. de duobus reis, & ita Bart.
dixit in l. 1. §. 1. ff de verb. oblig. & Cæpol. in eod. ſuo tract. in
ſecundo caſu principali, num. 12.

20 Nunc vero limita concluſionem, vt vſque eo procedat, † ſi
hoc expreſſe per pactum actum fuit, vt ſcilicet per tantũ mo-
dicum temporis duret venditio, nam hoc caſu vera eſſet iſta
ſimulatio, & per ſe ſola ſatis eſſet ad præſumendum contra-
ctum ſimulatum, & ita loquitur tex. in d. § ſi ab ignoto. & no-
tat Bart. in d. conſil. 65. ſecus vero ſi hoc expreſſe actum non
fuiſſet, ſed tantum receſſum eſt à venditione infra modicum
tempus, nam tunc eſt præſumpta ſimulatio, & non vera, &
ſola non eſſet ſufficiens ad præſumendum contractum ſimu-
latum, niſi iuncta cum alijs præſumptionibus, vt ait Barthol.
Cæpol. in dict. ſuo tract. de ſimul. contractu. in 27. præſumpt.
num. 79. circa finem, per d. § ſi ab ignoto. tempus vero modi-
21 cum, † & incontinenti habile ad inducẽdam huiuſmodi præ-
ſumptionem, quale & quantum ſit, arbitrio iudicis relinqui-
tur, argum. l. 1 ff. de iur. deliber. cap de cauſis, extra de off. de-
leg. & ſcripſit gl. fin. in cap. non eſt dignum, & conſtat ex mul-
tis alijs collectis per Barthol. Cæpoll. vbi ſupra, in dict. 2. caſu
principali.

CONCLVSIO CCCCXXXIX.

ARGVMENTVM.

Contractum probari ſimulatum, quod venditor remanſit in poſſeſſione rei vendita, & quo pacto id procedat.

SVMMARIA.

1 *Contractus probatur ſimulatus ex eo, quod venditor remanſit in poſſeſſione rei vendita, & num. 4.*
Contrarium, num 5.
2 *Non præſumitur venditum, quod in patrimonio effectualiter reperitur.*
3 *Veriſimile non eſt, vt emptor, ſi ſoluit pretium permittat venditorem colligere fructus, & remanere in poſſeſſione.*
6 *Contractus præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione non ſolum in contractu venditionis, ſed etiam donationis, atque etiam in datione inſolutum, vt nu. 7. Intellige, vt nu 8.*
9 *Contractus præſumitur ſimulatus ex retentione poſſeſſionis, etiam ſi venditor conſtituat ſe emptoris, vel precario nomine poſſidere, & etiam de tradita poſſeſſione confectum fuerit inſtrumentum.*
Intellige, vt nu. 10.
11 *Contractus ſimulatus præſumitur, etiam ſi aliquis alieno nomine emerit rem, & ipſe ſoluat pretium, & penes ſe retineat poſſeſſionem rei vendita.*
12 *Maritus ſi nomine vxoris emerit, & poſſeſſio rei vendita tradita ſit marito, dominium rei vendita ad maritum ſpectat, non ad vxorem.*
13 *Contractus ſimulati nulla apparente ſimulationis cauſa, propter poſſeſſionem non dicitur ſimulatus contractus, ſicuti etiam de donatione dicimus.*
14 *Quæ vera non ſunt, non poſſunt dici facta in fraudem creditorum.*
15 *Donatio non poteſt dici facta cauſa mortis, quæ non ſit.*
16 *Cauſa debent apponi, propter quas ſit factus contractus, & ſimulatio.*
17 *Simulatio non præſumitur ex ſola poſſeſſione.*
18 *Emptor, vel donatarius poteſt agere vſque ad triginta annos actione perſonali ad rem ſibi traditam.*
19 *Contractus non præſumitur ſimulatus, ſi venditor fuerit ſemper in poſſeſſione, cum nunquam tradiderit vere, & corporaliter rem ipſam.*
20 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
21 *Contractus non præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione, quando in inſtrumento dicitur, quod conſtituat venditor ſe nomine emptoris poſſidere, quia iſta ſe compatiuntur, & non ſunt contraria.*
22 *Contractus non præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis retentione, ſi venditor reſponderit emptori de fructibus, quia forte conduxiſſet venditor ab emptore rem venditam.*
23 *Simulationis præſumptio excluditur, vbi conſtat de veritate actuum.*
24 *Contractus præſumitur ſimulatus, ſi locatio ſit in perpetuum facta, & incontinenti poſt venditionem, & talis conductor ſemper perſeuerauerit in poſſeſſione, & etiam poſt aliquos menſes, ſed facta ſit inter eaſdem perſonas coram eodem notario, & teſtibus, vt num 25.*
26 *Contractus non præſumitur ſimulatus, quando venditor ſibi vſumfructum reſeruauit & cauſa percipiendi fructus remanſerit in poſſeſſione, ſi nulla alia concurrerent præſumptiones ſimulationis, & fraudis, ſecus ſi alia exterent ſuſpiciones, quæ fraudem, & ſimulationem præſumi facerent, vt num 28.*
27 *Suſpicio fraudis, vel ſimulatio non poteſt præſumi, quando conſtat de iuſta cauſa retentionis.*
29 *Contractus non præſumitur ſimulatus, ſi venditor non remanſit in poſſeſſione, vt quia emptor ſibi locaſſet rem pro certa annua penſione, ſeu fructuum perceptione.*
Contrarium videas num 30.
31 *Contrahens ſiue eius hæres ex ſola continuatione poſſeſſionis non poteſt dicere contractum ſimulatum, ſed tertius, in cuius fraudem fuit contractus celebratus, vt num. 32.*
32 *Allegans turpitudinem ſuam non auditur.*
33 *Simulatio, & fraus præſumitur prop er prohibitionem perſonarum.*
34 *Contractus ſimulati & fraudulenti diſcrimen & num 35.*
36 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, cum mutatur cauſa poſſeſſionis.*

EXtant & aliæ probationes, quibus contractus ſimulatus
optime poterit probari, etenim ſecundo loco probatur
1 ſimulatus † contractus ex eo, quod venditor remanſit in poſ-
ſeſſione rei venditæ, vt traditum eſt in l. ſicut. §. ſuperuacuum,
à gl. fin. in verb. obijcere, & à Bar. ff. quib. mod. pig vel hypot.
ſoluat. per l. ſi is, qui bonis, ff. de acquir. hær. quod etiam pro-
bauit Cyn. in l. 2. C. de repud. hæred. & Bart. in l. poſt contra-
ctum. ff. de donat. placuit præterea Afflict. ſuper t. feud. tit. de
feud. dat. in vi. leg. commiſſ. num. 25. Cuius rei ratio eſt, quia
2 non præſumitur venditum † quod in patrimonio effectualiter
reperitur, vt aperte cauit Marian. in l. ſicut. § ſuperuacuum, ff.
quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluat. cum alijs allatis per Afflict.
3 loco citato, nec veriſimile eſt quod † emptor, ſi ſoluit pretiũ
permittat venditorem colligere fructus, & remanere in poſ-
ſeſſione, vt reſcripſere Impp. Theo. & Valentin. in l. ſi quis, C.
de natur. lib. idem tenet Paul. de Caſtr. d conſil. 74. alias 325.
incip. in cauſa, vol. 2. hoc idem confirmauere Cyn. Bald. & re-
centiores Peruſ. in l. ſi paternam. C. de repudian. hære. ſequi-
tur Corn. conſ. 135. viſis. col. 2. vol 1. & conſuluit Fulg. conſil.
42. tranſmiſſio habens, teſtator Bart. in l. poſt contractum. col.
2. ff. de donat. vbi voluit iſtud etiam procedere, etiamſi in in-
ſtrumento adeſſet conſtitutum, nam cum vrgeat fraudis ſuſpi
cio, debet corporalis traditio interuenire, vt cõſtituere Imp.
Theodo. Arcad. & Honor. in l. 1. C. de ſuffrag. & ibi not. & la-
tius infra, ſic idem cauit, & concludit Cuma. conſ. 31. in cau-
ſa quæ vertitur, & hanc opinionem probauit Speculat. in tit.
de donat. §. 1. verſ. item aliquis, & reſpondit Bart. conſ. 31. in-
cip. Martinus de Eugubio. conſuluitq; Maria. Soci. in conſ. 84.
nu. 6. inſpectis. lib. 3. per ea, quæ tradit Bal. in conſ. 338 vol. 3.
4 vbi ex ſola poſſeſſionis retentione † affirmat præſumi con-
tractum vſurarium, idem aſſeruit Anchara. conſi. 257. num. 4.
Bartholomæus Cæpol. in d. ſuo tractat. de ſimul. contract. præ-
ſumpt. 24. num. 76. Dyn. in l. omnes, §. Lucius. ff. quæ in fraud.
credi. quem ſequitur Bart. in d. §. ſuperuacuum. ante fi. & in d.
l. poſt contractum. verſ. 3. præſumitur. ff. de donat. & eum col-
lect. per Cæpoll. vbi ſupra in dict. præſumpt. 24. ita Rui. conſi.
94. num. 9. volum. 4. Dec. 692. poſt Bald. in l. 3. verſi. primo ca-
ſu. C. plus val. quod agit. & de hac re tradentem conſulas late
Decian. in conſil. 62. num. 39. lib. 3. & Lap. de Sancto Gemin.
in commen. ad l. 2. C. de pact. int. emptor. & venditor. §. 1. nu-
mero 44.

5 Contrarium, quod imo contractus † non præſumatur ſimu-
latus ex ſola poſſeſſionis retẽtione, niſi alia cauſa concurrat,
conſuluit Bar. in conſ. 65. factum tale eſt. Petrus Nicolæ, quod
* conſilium * communiter ſequitur, & illud approbat, & tenet
Rot. deciſ. 1. alias 484. tit. de donat. extr Rotam in nou. Alex.
in conſ. 28. in cauſa, & lite vertente ſuper feudo. colu. 3. in fin.
vol. 5. & in conſ. 57. viſa breuitatis narratione, eod vol. 5. pul-
chre Corn. in conſ. 203. viſo dicto puncto, col. 2. li. 3. vbi red-
dit rationes iſtius opinionis, idẽ placuit Rom. conſ. 304. plu-
ra ſunt quæ allegantur, ſequitur hanc opinionem Aret. in cõſ.
65. in præſenti conſultatione, col 3. & 4. & in conſ. 160. longa
eſt iſta conſultatio. col. 5. in 3. dubio. & illi adhæret Soc. conſ.
264. viſis inſtrumento donationis, col. 3 libr. 2. & voluit Ni-
cell. Placentinus in concordan. contrar. Bart. concordan. 294.
& idem decidit Bellam. deciſ 716, non per hoc ſolum, in prin.
vbi hoc apertiſsime tradidit.

Priori opinione retenta amplia concluſionem, vt nõ ſolum
6 procedat † in contractu venditionis, ſed etiam donationis,
iuxta ſententiam Bart. in d. conſil. 65. & id diremere Domini
de Rota in dict. deciſ. 1. tit. de donat. alias 484. extra Rotam.
in nou. & Bellamet. probauit in d. dec. 716. non per hoc ſolum.
quod conſulenti placuit Dec. conſ. 659. nu. 3. Bar. docuit in d.
l. poſt contractum. verſ. tertio præſumitur. per d. l. ſicut. §. ſu-
peruacuum. ff. quib. mod. pig. rei hypoth. & ibi Barto. & idem
Dec. conſ. 135. Tiraquell. eleganter tradidit in tractat. de iur.
conſtitut.

7 conſtitut. in 9. limitatione. Quod etiam procedit † in da-
tione in ſolutum, vt Marian. Socin. conſil. 84. numero quin-
to, volum. 3.

8 Sed intelligas, vt iſtud procedat † ſi concurrat aliqua alia
cauſa ſimul cum retentione poſſeſſionis, vt ſupra in contrarijs
demonſtratum eſt, & per Dominos de Rota. deciſum fuit in
d. deciſ. 1. de donat. in nou. & à Bellam. d. deciſ. 716.

9 Secundo loco ampliatur, vt vera ſit, etiamſi vẽditor † con-
ſtituat ſe emptoris nomine, vel precarij poſſidere, & etiam
de tradita poſſeſſione confectum fuerit inſtrumentum, nam
hoc cenſetur ſimulate factum, ex quo reuera in poſſeſſione
remanſit, ita Paulus Caſtrenſ. loquutus eſt in d. ſuo conſil. 74.
in cauſa mota per Dominam Dorotheam, col. 3. verſic. 2. con-
iectura. li. 2. & in conſil. 139. ſuper iſto puncto occurrunt. col.
penult. verſic. & pro hoc bene facit, eod. lib. 2. & in conſ. 465.
videtur dicendum. circa medium. lib. 2. & Bart. in d. §. ſuper-
uacuum, vbi declarat, quantum tempus in id requiratur, &
idem Bartol. ſcripſit in l. poſt contractum. colum. 2. in fin. cum
ſeq. & ibi Roman. colum. 3. verſ. 4. adde in quantum ff. de do-
nat. cui accedit tum profitendo, tum etiam conſulendo Bal. in
l. 1. per illum textum C. de donat. ante nupt. & in conſil. 268.
ſuper primo puncto. & eadem l. poſt contractum, per multa
collecta per Cæpol. vbi ſupra. in d. l. præſum. 24. Anch. cõſultus
reſpondit in conſil. 257. num. 4. vbi ait, quod procedit, etiam
ſi ſit conſtitutio precarij, idem voluit Corn. conſ. 121. duo ob-
ijciuntur, colum. fin. verſic. nec obſtat clauſula precarij. lib. 2.
& conſ. 137. licet multas. ad fin. lib. 2. & latiſſime proſequutus
eſt Tiraquel. de iur. conſtit. in 3. par. in 9. limit. in princ. nu. 1.
& 2. vbi infinitos ad hoc in medium profert, quę omnia refer-
re ſuperuacaneum eſſet, idem voluit Afflict. in 1. feud. titul. de
feud. dat. in vicem l. commiſſ. num. 26. quod ipſe intelligit ve-
10 rum, † ſi fraus deduceretur contra tertium, quia tunc preca-
rium non tolleret præſumptionem ſimulationis, alias ſecus, vt
ex deductis ibi per eum.

11 Ad hæc tertio ampliatur, vt procedat † etiã ſi quis in alie-
no nomine emerit rem, & ipſe ſoluerit precium, & penes ſe
retinuerit poſſeſſionem rei venditæ, nam hoc caſu ille nomi-
natus præſumitur ſimulate nominatus, & verus emptor dici-
tur, qui poſſidet, vt ſupra docuimus, & meminit Angel. in l.
quamuis, C. ſi quis alteri vel ſibi. & idem Angel. in l. filij. C. de
12 don. inter vir. & vxo. vbi ait, quod ſi maritus † nomine vxo-
ris emerit, & poſſeſſio rei venditę tradita fuerit marito, tunc
nomen vxoris ſimulate eſſe oppoſitum, & dominium rei ven-
ditæ ad maritum ſpectare, & non ad vxorem. licet nominata
ſit, & id aperte cautum eſt, & ibi tradidere Bal. & Salicet. in l.
multum intereſt. verſic. quod ſi emiſti. C. ſi quis alteri vel ſibi.
& ſequitur Dec. conſ. 543. nu. 15. cum ſeq.

Reſtringitur ſecunda ampliatio, vt procedat, quando ap-
pareat cauſa, propter quam ſic fecit, videlicet, ſi cõſtituit no-
mine emptoris poſſidere, ſicuti ſãcitum eſt pluribus in locis,
vt in l. mulier, in princ. ff. rer. amorar. & in l. ſi maritus, §. fi. ff.
qui, & à quibus, & eſt text. in d. l. ſicuti. §. ſuperuacuum. ff.
quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. ibi enim erat cauſa, quia ad
excludendum creditorem erat ſimulata venditio, & non ideo
13 non apparente cauſa † ſimulationis propter poſſeſſionẽ non
dicitur ſimulatus contractus, & idem in ſimili dicitur de do-
natione, nam non præſumitur ficta, vel ſimulata, niſi appareat
cauſa. propter quam ſit ficta, vel ſimulata, vt docuit Bart. in d.
14 l. poſt contractum. ff. de dona. nam ſicut non poſſunt † dici fa-
cta in fraudem creditorum, quæ vere non ſunt, vt colligere
eſt ex reſcripto Imp. Alex. in l. 1. C. de iur. fiſc. libr. 10. & ſicut
15 non poteſt donatio † facta cauſa mortis dici, quæ non ſit: vt
cauit Marcellus in l. t. ff de dona. cauſ. mort. ita non poteſt di-
ci contractus ſimulatus, vel ad apparentiam factus, niſi ſubſit
cauſa fictionis, propter quam fictionem conſtet eſſe factam,
16 nam apponi † debent cauſæ, propter quas ſit factus contra-
ctus, & ipſa ſimulatio, vt deciſum reliquere DD. de Rot. in d.
deciſ. 1. de donat. in nou. & notat Bar. in d. ſuo conſ. 65. & om-
nino videas Bal. in l. illud. in 7. q. C. de ſacroſanct. eccleſ. quem
refert Bar. Cæp. in d. ſuo tract. de ſimul. contract. d. 24. præſũp.
vbi pulchre diſtinguit hanc reſtrictionem, quomodo intelli-
gi debeat, dicens, aut eſt inſtrumentum promiſſionis, & non
præſumitur ea poſſeſſione ſimulatio, vt in l. 2. C. de conſtitut.
pecun aut eſt inſtrumentum traditionis, & tunc, aut ſunt ali-
quæ coniecturæ, vel cauſæ ſimulationis, vel fraudis, vt ea poſ-
ſeſſione iuncta cum alijs præſumitur ſimulatio, d. l. ſicuti. §.
17 ſuperuacuum, ita Bal. vbi ſupra. nam ex ſola poſſeſſione † non
præſumitur ſimulatio, quia vſque ad triginta annos poteſt
18 emptor, vel donatarius † agere actione perſonali ad rem
ſibi traditam, vt ſciuit Imp. Iuſtin. in l. 2. C. de conſtit. pecu. &
in l. t. C. de anna. except. & protulit Cæpol. vbi ſupra. d. præ-
ſump. 24. ſub num. 77.

19 Primo limita concluſionẽ vt vſque eo procedat, † niſi ven-
ditor ſemper fuerit in poſſeſſione, cum nunquam tradiderit
vere, & corporaliter rem ipſam, quia tunc non præſumitur ſi-
mulatus, nam non videtur vero ſimile emptorem velle dimit-
tere rem per ipſum emptam vẽditori, & precium, cum nemo
20 præſumatur † iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de proba-
tionibus, & ſic potius præſumẽdum eſt, quod vere vellet rem
emptam, & ita tenet Cæpol. in d. ſuo tract. de ſimul. contract.
præſump. 24. num. 77.

Secundo limitabis, vt concluſio vera ſit, quando inſtrumen-
tũ aduerſatur re ipſa retentioni poſſeſſionis, vt quia in inſtru-
mẽto dicatur, quod talis vere, & actualiter tradidit poſſeſſio-
nem, & tñ reperitur, hoc non obſtante, in poſſeſſione, quo ca-
ſu, cũ ſimul non ſe compatiantur inſtrumentum, & retentio,
contractus tunc præſumitur ſimulatus ex ſola poſſeſſionis
continuatione, ſecus vbi inſtrumentum diceret, quod conſti-
21 tuit † venditor ſe nomine emptoris poſſidere, quia tunc iſta
ſe compatiuntur, & non ſunt contraria, ita conſuluit Paul. de
Caſt. in conſ. 331. incip. in Chriſti nomine, præſuppoſitis his,
alias conſ. 133. num. 2. in 2. parte. & ita declarat Nicel. in con-
cord. Bar. concord. 294. & fuit d. Bal. in l. illud. nu. 1 t. C. de ſa-
croſanct. eccl. quod ſequitur Aret in præalleg. conſ. t59. longa
eſt iſta concluſio col. 6. in 3. dubio, poſt nu. 12. quia vbi inſtru
mentum non dicit, quod res ſit tradita, nulla eſt repugnantia,
& ſtant hæc duo ſimul, quãd res fuit vendita, & tamen quod
ex negligentia, vel impedimento ementis nunquã fuerit pro-
ceſſum ad traditionem, ſecus vbi inſtrumentum aſſereret, fuiſ
ſe rem traditam. nam cum cõſtet illum eſſe in poſſeſſione, eſt
aperta contrarietas, & manifeſta repugnantia, & ideo monet
Aret. vbi ſupra, vt in inſtrumento dicatur, dat, & conſignat, nã
ex hoc non probatur, quod ſit facta traditio, ſed videtur con-
cedi venia apprehendendi poſſeſſionem propria auctorita-
te, ſecundum Barto. in l. prædia. ff. de acquir. poſſeſſ. ideo licet
remanſerit in poſſeſſione, niſi ſit alia cauſa, non ex hoc ſolo
probatur ſimulatus contractus.

22 Tertio inſuper limitatur, niſi venditor † reſpõderit empto-
ri de fructibus, quia forte conduxiſſet venditor ab emptore
tem vendiram, nam hoc caſu ceſſat præſumptio ſimulationis,
& fraudis, vt arg. l. litib. C. de agric. & cenſit. li. 1t. & aſſeruit
Barth. Cæpol. vbi ſupra loco proxime citato, & vltra eũ Dec.
conſ. 463. num. 20. vbi teſtem laudat Salice. in l. ſi mater. C. de
cõtrah. vendi. verſ. ſtat igitur totum dubium, & admittit Imo.
poſt Abb. nu. 5. in d. c. illo vos. nu. 18. de pign. reiecta opinio-
nione quorundam antiquorum, qui contrarium ſentiunt. Hie
ron. Cagno. etiam obſeruauit in l. 2. C. de pact. inter empt. &
vendit. num. 60. & Dec. cauit in conſ. 648. & ſequitur Lap. de
Sancto Gemin. in comment. ad d. l. 2. §. primo. nu. 44. Bart. in l.
ſicut §. ſuperuacuum. circa fin. C. quib. mod. pign. vel hypoth.
23 ſoluit. nam vbi conſtat de veritate † actuum, præſumptio ſi-
mulationis excluditur, ſic ſcripſit Dec. vbi ſupra. nu. 22. idem
dixit Afflict. in 1. feud. titul. de feud. dat. in vicem leg. com-
miſſ. nu. 28. per Bartol. in l. poſt contractum. in princ. 3. colum.
ff. de donat.

24 Hoc velim ſublimites, niſi eſſet locatio in perpetuum † fa-
cta, & incontinenti poſt venditionem, & talis conductor ſem
per perſeuerauerit in poſſeſſione, quia tunc præſumitur ſi-
mulatio, ſi ita conſulenti credimus Nattæ conſi. 598. num. 10.
volum. 1. & ante eam docuit Abb. in c. illo vos. col. 2. verſ. ſed
quæro de notabili q. extr. de pig. per tex. in d. l. ſicut, §. ſuper-
uacuum. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur. & dicit Abb.
hoc ibi velle Petr. de Anchar. hoc idem ſequitur Abb. in conſ.
12. & ſi copioſior. col. t lib. 2. Andr. Sicul. in conſi. 5t. dub. t. &
25 Natta vbi ſupra. ait, idem procedere etiam, † quando locatio
facta fuerit non incontinenti, ſed etiam poſt aliquot menſes,
& facta fuerit inter eaſdem perſonas coram eodem notario,
& teſtibus, quia tunc cenſetur actus continuatus, & conſe-
quenter ſtipulatus.

26 Quarto hoc limitabis, vt procedat, niſi vẽditor † ſibi reſer-
uauerit

Digitized by Google

ſtauerit vſumfructum, vt conſtituere Impp. Theo. & Honor. in
l. quiſquis. C de donat & aſſeruit Bar. in d. l poſt contractum.
ff de dona. & d l. ſicut. §. ſuperuacuũ. ff. quib. mod. pign. vel hy
pothec. ſolhit Pau. de Caſtr conſ. 21 ad 1. quæſitum ad fi. 1. du
bij. li. 2. & in conſ. 161. in fi. eo. vol. Ludou. Goa. in conſ. 94. an
Illuſtr. And. Tiraq. qui in hoc propemodum oẽs * conueniũt,
in tract. de iur. conſt 3. par. limita. 9. nu. 10. nam qui vẽdit, vel
aliter alienat, retento ſibi vſufructu, iam ſatis declarat ſe vel-
27 le rei alienatæ vti fructibus, & ita apparet† de iuſta cauſa re
tinendi, vel etiam naturaliter poſſidendi rem ante alienatã,
propterea id trahi nec debet, nec poteſt ad ſuſpicionem frau
dis, vel ſimulationis, idem voluit Barthol. Cæpol. in d. præſum
pt. 24. nu. 77. quia licet cauſa percipiendi fructus remanſerit
in poſſesſione, non præſumitur ſimulatus.

28 Intellige tamen, vt iſtud procedat, † ſi cum retentione v-
ſusfructus nullæ aliæ concurrerent præſumptiones ſimulatio-
nis, & fraudis, ſecus ſi aliæ extarent ſuſpiciones, quæ fraudem
& ſimulationem præſumi facerent, quia tunc reſeruatio vſuſ-
fructus non omnino arceret hanc ſuſpicionem ſimulationis,
per ea quæ tradit Tiraq. in d. limita. 9. nu. 14. allegat Bal. in l. 1.
col. 1. verſ. ſed quæ eſt ratio. C. de ſuffrag.

29 Quinto limita procedere, dummodo venditor† non remã-
ſiſſet in poſſesſione, vt quia emptor ſibi locaſſet rem pro cer-
ta annua penſione, ſeu fructuum perceptione, quia tunc iſte
actus eſſet licitus, vt aduertit Imo. poſt Abb. in c. illo vos. de
pign. nu. 18. reprobata opinione quorundam antiquorum, qui
contrarium ſentiebant, quo caſu illa poſſesſio venditoris non
obeſſet, vt traditũ eſt per Dec. in conſ. 648 & aduertit Cagn. i
l. 2. de pact int. emp & vendit. nu. 80. quem ſequi videtur Ioã.
Bapt. Lup. in ſuis cõmen. de vſur. in cõmen ad d. l. 2. §. 1. n 44.

Contrarium tamen etiam in hoc tenuit Tiraq. in tracta. de
iure conſtituti. part 3. limit 9 nu 3. in quo loco nedum per lo
30 cationem, † vel conductionem poſt alienationem factam nõ
ceſſare ſuſpicionem fraudis, de qua loquimur, eſt arbitratus,
ſed potius eam augere, & etiam ſolam ſufficere ad hanc præ-
ſumptionem pronunciauit ea auctoritate Card. Fluren. in c. il
lo vos. col. 1. verſ. eſt & alia, de pign. & idem ſentit Crauett. in
conſi. 156. nu. 10. & conſules Cæpoll. de ſimulat. contract. in 1.
& 2. caſu, iterumque in 12 præſumpt.

31 Sexto limita, vt concluſio procedat† quoad ipſum contra-
hentem, vel eius hæredem, qui ex ſola cõdemnatione poſſeſ-
ſionis non poteſt dicere contractum ſimulatũ, ex quo allega-
ret turpitudinem propriã, dicendo contractum factũ in fran
32 dem, & ſic fieret particeps fraudis, vnde† non audiretur. l. cũ
cõfitearis. C. de reuoc. dona. ſecus quoad tertiũ, in cuius frau
dẽ fuit cõtractus celebratus, nã iſte talis poterit ex hoc ſolo,
ꝙ donans poſt donationẽ, vel venditor poſt venditionem re-
manſit in poſſesſione, allegare hanc fraudẽ & ſimulationẽ, ita
tradidit Bar. in d. cõſ 65. factũ tale eſt, Petrus Nicolæ. & ita in-
telligitur d. § ſuperuacuũ. l. ſicut. ff. quib. mod. pig. vel hypot.
ſoluit. ſequitur Rota. d. deciſ. 484. extra Ro. in no. & Bellam. d.
dec. 216. non per hoc ſolũ iſtis adhæret ẽt Cor. conſ. 203. viſo
d. puncto. col. 2. vol. 3. teſtẽ laudat Bar. in d l. poſt contractu, in
3. col. de dona. & in d §. ſuperuacuũ. in fi. vbi dilucide voluit,
d. præſumptionẽ non militare quoad ipſos contrahentes, ſed
bene quoad tertium, & Ang. idem placuit in conſi. 65. in præ-
ſenti conſultatione, col. pen. vbi nullum conſtituit diſcrimen
inter contractum fraudulentum, & ſimulatum, inquiens, ean-
dem eſſe rationem, quia quoad contrahentem in fraudem cre
ditorum non aggrauat magis fraus, quam ſimulatio, quia eſt
maior præſumptio pro veritate contractus aduerſus contra-
hentem, quam aduerſus tertium, & idem etiã conſulendo ſen
ſit Aret. in conſil. 159. longa eſt illa conſultatio, in 3. dubio.
& Aret. ſequitur & Socin. conſi. 264. & tranſit Nicell. in cõcor
dant. Bar. contronet. concordant. 294. huc ſpectauit Cuma. cõ
ſil. 135. viſis articulis. col. pen. 1. vol. vbi teſtando Bart. in d. §.
ſuperuacuũ. dicit, nõ poſſe hanc ſimulationẽ continuatæ poſ-
ſesſionis allegari per contrahentes, & nota. in d. conſ. 205. in
præſenti conſultatione, vol. 3 li. 3. dr̃, ſecundum emptorem, in
cuius præiudiciũ eſt factus contractus, poſſe allegare hãc frau
dem, & ſimulationem, licet aliquã ſpeciem ſimulationis non
adducat, ſecus in venditore, quia non poteſt allegare hoc, ꝙ
nihil aliud eſſet, quam detegere turpitudinem ſuam, contra
not. in l. alias. ff. de iureiurand. & idem affirmat Afflict. in 1.
feud. tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. nu. 26. vbi nu. 27. ex-
tendit hoc habere etiam locum, cum hæc fierent inter perſo-
nas prohibitas, in quo caſu precarium non releuaret, quia pro
33 pter prohibitionem perſonarum † præſumitur ſimulatio, &
fraus, l. qui teſtamentum, ff. de probat. & dicit ex multis Tira
quell. de iur. conſtit. part. 3. limitat. 9. nu. 5.

Sed hic velim obſerues DD. Rot. d. deciſ. 484. Bellame. d. de
ciſ. 216 ac Bartol. d. conſ. 65. conſtituere diſcrimen inter con-
34 tractum † ſimulatum, & fraudulentũ, & ſunt arbitrati, in frau
dulento contractu non poſſe principalem, vel eius hæredem
excipere de fraude ea ſola continuatione poſſeſſionis, per ra-
tionem iam allatam, ſecus vero in contractu ſimulato, quia ad
uerſus eum tam principalis, quam eius hæres potuerunt exci
pere de ſimulatione ea ſola poſſeſſionis continuatione, quod
videtur aduerſari communi DD. ſententiæ qui idem voluere
in contractu ſimulato, quod in contractu fraudulento, ſi proxi
me à nobis allata diligenter perpendantur, tuum igitur lector
hac in re eſto iudicium.

Veruntamen diffiteri nequimus, quin inter contractum ſi-
35 mulatum, † & fraudulentum ſit diſcrimen ſaltem quo ad hoc,
quod vbi deducitur contractus ſimulatus ex eo ſolo, quod
venditor, vel donator remanſit in poſſeſſione, ſufficit ad tollẽ-
dum præſumptionem ſimulationis, quod in contractu appo-
natur clauſula conſtituti, vt multiſcius obſeruauit Bald. in l. 1.
numero 3. C. de donat. ant. nupt. etenim cum mutatur cauſa
36 † poſſeſſionis, ceſſat ſuſpicio ſimulationis. l. fin. in princip. ff.
de precar. Quod ſecus eſt, vbi deducitur vltra ſimulationem
etiam fraus contra tertium, quia tunc precarium non tolleret
illam fraudem, nam ſicut contractus eſt fictitius, & in fraudem
ita conſtitutum, ſecundum Bartol. in prælleg. conſ. 65. factum
eſt tale, & Rota, d. deciſio 484. alias 1. de donat. in no & ita de
clarat Alex. in conſ. 28. in cauſa, & lite vertente col. 3. lib. 5. &
Socin. in d. conſ. 264. viſis inſtrumento donatio. col. 2. li. 2. poſt
Aret. in prælleg conſ. 159 dicens, ſimulationem tolli, quan-
do tertius eam allegaret propter conſtitutum, vel precarium,
quia mutauerat ſibi cauſam poſſeſſionis, & incipit tenere ex
noua cauſa, iuxta ſententiam Bal. in l. illud. Cod. de ſacroſanc.
eccleſ. quod etiam probauere Card. & Imo. in c. illo vos. de pi
gn. ſecus vbi concurrerent aliæ præſumptiones, vt fraudis, &
ſimulationis cum alijs cauſis, quia tunc aliter eſſet.

CONCLVSIO CCCCXL.

ARGVMENTVM.

*Contractus an probetur ſimulatus per pactum, quod quando-
cunque venditor reſtituat pecuniam perceptam, emptor te-
neatur reſtituere rem ſuam.*

SVMMARIA.

1 *Contractus probatur ſimulatus ex eo quod inter partes conuentum fuit, vt quando-
cunque venditor reſtituat pecuniam perceptam, emptor teneatur reſtituere rem
ſuam.*

2 *Conuentio, quod emptor teneatur reſtituere rem ſuam quotieſcunque venditor reſti-
tuat pecuniam perceptam, eſt contra naturam contractus.*

3 *Contractus probatur ſimulatus ex modo recedendi à contractu venditionis, vel em-
ptionis.*

4 *Contractus reſolutionis ſi eſt celebratus, ad hoc, vt fiat eius reſolutio, requiritur, vt
fiat contractus reſolutionis vt effugiatur circa hac præſumptio ſimulationis.*

5 *Clauſula, & alia inſolito in inſtrumento appoſita ſolent reddere ſuſpectum contra-
ctum.*

6 *Contractus probatur ſimulatus, quando tempore quo tu re vendiſti fuit dictum non
eſſe venditionem ſed pignus.*

7 *Contractus ſi apparet celebratus in formam venditionis licet inter partes tractatum
de celebrando aliter non probatur ſimulatus, & fraudulentus.*

8 *Teſtes quo pacto deponere habeant, vt probent ſimulationem contractus.*

9 *Contractus probatur ſimulatus per argumentum ſumptum à non veriſimili.*

SVppetunt etiam adhuc alij probationis modi, quibus con-
tractus ſimulatio ſiue vllo negotio poſſit argui, nam proba
tur contractus ſimulatus ex eo, quod ab initio inter partes cõ
1 uentum fuerit, † quandocunque venditor reſtitueret pecuniã
perceptam, emptor teneatur reſtituere rem ſuam, vt me do-
cuit Paul. de Caſtr. in conſ. 74. alias conſ. 325. volum. 2. nã hoc
videtur eſſe contra naturam contractus, & ideo inducitur præ
ſumptio ſimulationis, vt colligere eſt ex gloſſ. in l. ſi quis ſub
conditione, cum ibi notat. ff. de condition. inſtitut. & per
Cæpoll. in dicto ſuo tractat. de ſimulat. contract. præſumpt.
8. 9. & præſumptione decimatertia, vbi copioſiſſime tra-

Digitized by Google

2 dit,& quod ſit huiuſmodi conuentio † contra naturam contractus,patet,quia ſi vera fuiſſet prima venditio,dominiũ rei venditæ eſſet in emptorem translatum,ſed venditor erat dñs & interuenit traditio,vt in l.clauib.ff.de contrah.empt l.emptorẽ.ff.de actio.empr.l.traditionib.C.de pact & ſi ſcd̃s eſſet verus cõtractus retrouẽditionis, primus emptor nõ diceretur rẽ ipſius venditoris ſibi reſtituere, ſed diceretur,ꝙ teneretur tradere,vel dare, vt apparet ex d.l.emptorem,nam dominiũ ipſius translatum fuit in primum venditorem, vt in eadem l. emptorem.Quinimo d promiſſio in cauſa eſt,vt præſumatur ſimulatio,non enim conſueuit apponi in contractu,cum ſoleãt tantum apponi verba pacti de retrouendendo,quæ ſunt ſecundum naturam contractus, vnde (vt dixi) cenſetur propter hoc præſumptio ſimulationis,vt arbitratus eſt Barth.Cæpol.in d.præſumpt,13 & 9.

Nec prætereo,probari etiam contractum ſimulatum ex mo
3 do recedendi à contractu vẽditionis † vel emptionis,vt hoc exemplo patet,quando receditur ab eo per reſtitutionem inſtrumentorum inciſorum,& ſic per medium receſſus à dicto contractu,& per modũ novæ venditionis, quæ facta fuiſſet à principio,ſi contrahentes habuiſſent animũ ineundi verũ cõtractum , vt cauit Paul.in conſ.74.alias 324.reſultat præſumptio,vol.2.ſub nu.2.vbi late per l.cum hi,§ ſi mndus,ff.de tranſact.& vberrime proſequitur Cæpol in tractat,de ſimulatione contract.nu.80.præſumpt.26.idem proditum reliquit Afflict, in primo feud.tit.de feud.dat. in vicem l.commiſſ. numero 70. Ratio eſt ſecundum hos , quia regulariter ſi contractus reſolutionis eſt celebratus , ad hoc , vt fiat eius reſolutio,
contractus ſimulatus,ſequeretur,quod ſemper ex hoc præſu-
13 meretur contractus ſimulatus, † cum ignorantia regulari-
ter præſumatur, vt cauit Martian.in l.verius. ff.de probat. &
traditum eſt per Afflict.ibid.

Vbi tamen fatetur,ad probandum ſimulationem iſtius cō-
tractus poſſe cōcipi articulū ſub forma ab ipſo ibi tradita, vt
ſi dicatur: Item ponit,quod conſuetudo ementium eſt, quod
quando volut emere aliquā rem,illam volunt videre,& reui
dere, ac de ea informationem habere, quod eſt verum, &c.
Item ponit,quod talis emptor non habens animum emendi
ſed

Digitized by Google

ſed tantum lucrandi fructus, non curauit videre rem emptã, nec de ea informationem habere. Quę ſi probentur, tanquam contra conſuetudinem cõtractus poterit præſumi ſimulatus, per ſupra adducta de clauſula inſolita, & contra naturam contractus, & per Afflict. d. nu. 77. in fine.

CONCLVSIO CCCCXLV.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis, & locationis cum pacto de retrouendendo clã, & occulte celebratus, an ſimulatus præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Contractus venditionis, & locationis cum pacto de retrouendendo clam & occulte celebratus fraudis ſimulationem arguit.*
2 *Qui clam aliquid faciunt, cenſentur habere malam fidem & qui male agit, odit lucem.*
3 *Inſtrumentum diu occultum præſumitur ſimulatum.*
4 *Clandeſtinitas facit præſumere fraudem, etiamſi contractus celebratus ſit inter ruſticum & militem.*
5 *Contractus probatur ſimulatus ex eo, quod emptor, vel venditor conſueuit ſimiles contractus exercere. Contrarium, nu. 7.*
6 *Argumentum à communiter ſolitis probabile eſt frequens, & vtiliſſimum.*
7 *Contractus ſuſpectus eſt, & vſurarius ſi celebratus ſuit intercedente aliquo proxeneta ſolito ad id inducere contrahentes.*
9 *Contractus ſimulatus præſumitur, ſi notarius, qui confecit inſtrumentum eſt ſolitus ſcribere inſtrumenta ſimilia.*
10 *Contractus vſurarius cenſetur, etiamſi tantum contrahentes conſueti ſint vſuras ipſas exercere.*
11 *Contractus ſimulatus præſumitur, ſi conſuetudo loci eſt, vt ſimilibus contractibus fraus, & ſimulatio adhibeatur.*
12 *Præſumptio ſimulationis, & vſuræ quo caſu videatur ceſſare in contracta venditionis cum pacto de retrouendendo.*
13 *Contractus non præſumitur ſimulatus & vſurarius ex eo, quod quis ſit ſolitus ſimiles contractus exercere.*
14 *Contractus præſumitur ſimulatus ex quolibet contractu præcedente venditionem, ex quo appareat, quod noluerit vere vendere.*

NIhil eſt adeo occultum, quod non palam fiat: ficta enim cito in naturam ſuam recidunt. Contractus igitur venditionis, & locationis cum pacto de retrouendendo,
1 † clam, & occulte, & non palam celebratus, fraudis ſimulationẽ arguet, vt ſancitum eſt in Clem. ex grandi. verſ. cæterum. de vſur. & probatur in l. fin. ff. de rit. nupt. & in l. non exiſtimo. ff. de adminiſtr. tuto. & l. ab Anaſtaſio, C. manda. ibi, ſi quis autem occulte. Dd. ſcripſere in l. data, ibi. ſiquidem clandeſtinis, & domeſticis fraudibus. C de donatio. & per text. in c. vt noſtrã, § porro. & ibi gl. in verb. occulte, extr. vt eccleſiaſt. benefic. & obſeruatum fuit à Bat. in l. poſt contractum, verſ. quarto caſu. & ibi per Dd. ff. de donatio. atque tradidere Cyn. & Bal. in l. 2. C. de repud. hæred. quod placuit Sal. in l. ſi quis poſt hanc. in prin. col. 5. C. de bonis proſcript. Pau. Caſtrenſ. meminit in l. 1. C. de furt. & voluit Barthol. Cæpol. in d. tract. de ſimul. contract.
2 præſumpt. 20. nam † qui clam aliquid faciunt, cenſentur habere malam fidem, nec ignorantiam, ſiue errorem allegare poſſunt, ita Pau. in l. fi. ff. de rit. nupt. & ſancitũ eſt in c. fi. §. ſi quis vero. de clandeſtin. deſponſat. vbi ſcribitur, hos non expertes eſſe ſcientiæ, aut certe affectatores ignorantiæ videri, ita etiã docuit Felin. in c. cum ex iniuncto. in princ. de hæret. & conſuluit Cæpoll. conſ. crim. 26. Magnifice. col. 3. verſ. item fraudulosa, atque Felin. in c. porro. de ſenten. excommun. & in c. conſuluit, col. penult. de offic. delega. nec id prætcrijt Roman. cõſil. 506. In re pręſenti, col. 1. & Abb. in c. de homine. de celebr. miſſar. Et hanc præſumptionem adiuuat illud vulgare teſtimonium veritatis: qui male agit, odit lucem, vt eſt contex. cum gl. in c. conſuluit. extr. de off. delegat. & in c. periculoſum. 13. q. 2. & text. cum gl. in l. donatio. in verb. occulte. C. de donat.

Illud ampliabis, vt verum ſit, etiamſi inſtrumentum diu fue
3 rit occultum, † quia tunc præſumitur ſimulatum, vt dicit inſigniter Bal. in l. fraus. ff. de legib. qui teſtem adducit ad hoc Iacob. de Arer. ita tenentem in l. filiæ. ff. ſoluto matrimon. nec id intactum reliquere Innoc. in c. 1. extra, de fide inſtrument. & Cæpoll. vbi ſupra, nu. 67.

Secundo loco amplia, vt locum etiam ſibi vendicet, ſi contractus ſit celebratus inter ruſticum, vel militem, quæ perſonę
4 alias à legibus in multis excuſatione dignæ cenſentur, † nã & in iſtis hæc clãdeſtinitas facit præſumere fraudẽ, vt docte retulit Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 14. in quo loco eſt Bart. in l. 1. in 1. lect. C. de interdict. matrimon. & in 2. lect. eiuſdem l. tradit hanc eſſe notabilem limitationem legũ, quæ ſexum, & ruſticitatem dicunt excuſari, & propterea id menti eſſe tenendum contra ruſticos.

Sed velim limites, vt nõ procedat, ſi probaretur aliqua alia de cauſa, quam ſimulationis prædictos contractus clam, & nõ palam celebratos eſſe, quia in certis non eſt locus cõiecturis, vt cauit Venuleius in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. & docuit Barthol. Cæpol. vbi ſupra, in d. præſumpt. 20.

Probari etiam poterit ſimulatus contractus ex eo, quod em
5 ptor, † vel venditor conſueuiſſet ſimiles contractus exercere: nam præſumitur contra aliquem ex eo, quod ita facere cõſueuit, vt videre eſt ex Arriani reſponſo in l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit. & à Scæuola in l. qui ſemiſſes. §. 1. ff. de vſut. & à Caio in l. vel vniuerſorum. ff. de pign. action. & ab Vlpian. in l. item. §. quod dicitur. & ibi gl. & Dd. ff. ad Macedon. atq; ex reſcripto Imp. Gord. in l. cũ allegas, C. de vſu. & ab eodẽ Vlpian. in l. Iulianus. §. idẽ Papin. ff. de action. empt. & huc ſpectat c. ſemel malus. de regul. iuris. in 6. & valet argumentũ à communiter ſolitis, & contingentib. ꝙ argumentũ eſt pro
6 babile, & † frequens, ac vtiliſſimum, vt ait Euerard. in ſuis locis communibus, in loco ab vſitato, & à ſolitis, & eſt inſignis Pauli contexi. in l. ſi quis donaturus. & ibi glo. ff. de vſufruct. & reſpondit Vlpian. in l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. & ibi Bal. ff. de ædil. edict. & idem Vlpian. in l. certi condictio. §. ſi nũmos. & ibi Bart. Ang. & Alex. Iaſ. & Dd. ff. ſi certum petat. quod ẽt colligere eſt ex reſcript. Imp. Leon. in l. vt liberis. & ibi per. Albe. de Roſ. Iaſ. & Dd. C. de collat. & late per Euerard. vbi ſupra, & Cæpol. vbi ſupra, præſumpt. 22.

In contrarium tamen deſcendere ſniam Iac. de Are. Cyn. & Bal. in l. emptione. C. plu. val. quod agitur. & Bal. in *l.* interpoſitas, col. 1. C. de tranſact. relati ab Afflict. in tit. de feu. dat.
7 in vic. leg. commiſſ. nu. 106. qui ſcripſerunt † contractum non præſumi vſurarium ex hoc, quod emptor cõſueuerit hos ſimiles contractus fęneratitios exercere, quia vſurarij ſæpe & cõtract. veros celebrant, vt obſeruauere Dd. in c. ad noſtram, de empt. & vendit. & in c. illos vos. de pign. Quocirca niſi ſingillatim fuerit probatum contractum, de quo agitur, fore vſurarium, & emptorem circa illũ patraſſe vſuras, nec ſufficit probare illũ conſueuiſſe iſtiuſmodi contractus celebrare, vt ẽt poſt Bal. in d. l. interpoſitas. tradidit Ang. in l. ſicut. §. ſuperuacuũ, ff. qui pot. in pig. hab. non. n. malus poteſt ſemper eſſe malus, ſed in aliqua hora dici poteſt eſſe bonus, vt in c. ꝙ ego. diſt. 3. & cum hac ſententia tranſit idem Afflict. loco iam allato.

Iſtos conciliare inter ſe poteris, vt infra in 2. limitatione.

Quod ampliabis, vt procedat, quando partes ipſæ ꝑ ſe con
8 traxiſſent intercedente aliquo proxeneta, † qui ſit ſolitus cõtrahentes inducere ad celebrandos ſimiles contractus ſuſpectos & vſurarios, licet contrahentes non eſſent ſoliti id facere, vt tradit Afflic. d. tit. de feu. dat. in vic. leg. commiſſ. n. 102. teſtatur Guil. de Munt. Laud. & Card. Flor. clem. grandi. de vſur. cui ẽt patrocinatur gl. in l. iubemus, C. de probat. & notat Bartho. Cæpol. in d. ſuo tractat. in d. præſumpt. 22. nam qualitas facti ex perſona facientis præſumitur, vt ſancitum eſt in c. abſit. 11. q. 3. c. ea vindicta. 23. q. 4. & gl. in c. flagellum. 5. q. 5.

Secundo amplia, vt verum ſit, qñ notarius, qui confecit in
9 ſtrumentum, † eſſet ſolitus ſcribere inſtrumenta de contractibus vſurarijs, vel ſimulatis, vel aliter ſuſpectis, & fraudulentis, ex rõnib. ſup. allatis, & ex rõne ſupra in 1. amplia adducta & ꝓ hoc præcipue adeſt Accurſ. doctrina, in prin. l. iubemus, C. de proba. & tradit Affli. in d. tit. de feud. dat. in vic. l. cõmiſ. n. 112. & Bat. Cæp. in d. ſuo tract. præſumpt. 22. nu. 71. & 72.

Tertio ampliatur, vt locum ſibi vendicet non tantum, ſi cõtrahentes conſueuerint exercere cõtractus vſurarios, & ſimu
10 latos, vt ſupra deduximus, † ſed etiam ſi tantum conſueti ſint vſuras ipſas exercere, quia tunc huiuſmodi coniectura iuncta cum aliqua alia ex ſupra notatis facit præſumi contractum aliquem factum ab ipſis contrahentibus ſolitis vſuras exercere illicitum, ſimulatum, aut vſurarium, vt probatur in c. illo vos, in fi. & ibi hoc notant gl. & Dd. extra. de pign. & gloſ. magna ante finem in c. conqueſtus, extra de vſu. & faciunt ad hoc animaduerſa per Cæpoll. vbi ſup. præſumpt. 23.

Quarto ampliare poteris, vt etiam illud verum ſit, ſi conſu
11 tudo loci, in quo cõtractus eſt celebratus, ſit, † vt ſimilib. contractib. fraus, & ſimulatio adhibeatur: nã in dubio præſumitur

erid eſſe actum, quod in illo loco fieri conſueuit, per text. in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. & l. ſi prius. §. 1. ff. de aqua pluu. arcend. & l. generaliter. ad ſi C. de fideicom. & in terminis tenet Guiliel. de Mont. Lau. in clem. ex grandi. de vſo. vbi dicit, eum qui moratur io loco, vbi conſueuerunt exerceri vſuræ, præſumi fęneratorē, quod probat per c. Afros. 98. diſtinct. & ibi eſt gl. quæ etiam aſſerit per illum textum ē ratione prouinciæ præſumi contra aliquē. ad id affert c. quando. 23. diſt. & ſequitur Cęp. vbi ſup in 21. præſumpt.

Primo limita, ſi venditor veluti fundum vendat alteri, qui non ſit vſurarius, nec conſueuerit huiuſmodi contractus celebrare, & ab eodem conducat cū pacto de retrouendendo, ſed
22 vſurarius poſtea emit ab illo emptore omne ius ſuum, † quia tunc cum dicti contractus, & locationis, & venditionis cum pacto de retrouendendo non habuerint principium, nec fuerint in iudicio celebrati per dictum vſurarium, vel ſolitum facere ſimiles contractus, videtur ceſſare præſumptio ſimulationis, & vſuræ, vt deciſum fuit à Guiliel. de Mōt Laud. in elem. ex grandi. de vſur. quem ſequitur Zabarel. ibidem in §. cæterum in 3. q. & Bart. Cæpol. in d. ſuo tract. in præſumpt. 23.

Sublimitatur hæc limitatio, ſi poſſet conſtare, ſiue doceri de iſta fraude, quia tunc boc ſibi non prodeſſet, nam imò procoldubio multo magis præſumeretur contractus ſimulatus, & vſurarius, quam ſi eſſet à principio celebratus per ipſum vſurarium vel ſolitum huiuſmodi contractus exercere, vt probatur in l. ab Anaſtaſio. C mandati. & ibi Dd. & colligere eſt ex reſcripto Imp Dioclet. & Maximian. in l. & qui ſub imagine, in princip. C. de diſtract pignor. quod etiam comprobat Barthol. Cæpol. in d. ſuo tractatu, præſumpt. 23.

Secundo limitatur, vt non præſumatur contractus ſimulatus, vel vſurarius ex eo, quod duntaxat dictum fuit ſupra in princip. probationis huius vltimæ contractus ſimulati, & in
23 tertia ampliatione, ſcilicet, † quod ſolitus ſit contractus vſurarios exercere, vel fęnerari, etiam interueniente pacto de retrouendendo, ſed neceſſe eſt, vt aliæ malæ præſumptiones cōcurrant, vt tradit Afflict. d. tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſ. num. 100. verſic. fateor tamen vbi etiam num. 102. concludit. ſolum pactum de retrouendendo, & ſolam iniuſtitiam pretij, & ſolam conſuetudinem fęnerandi vel faciendi cōtractus ſimulatos, non efficere, vt præſumantur contractus ſimulati, hoc idem tenet Bald. in l. emptione, in fine princ. C plus vale. &c. per nota. in c. ad noſtram. extra de empt. & vendit. & ipſe Bal. in l. interpoſitas. colum. 1. ante finem, C. de tranſact. vbi dicit, ad reſcindendum contractum vſuratium, non ſatis eſſe probare, contrahentem eſſe vſurarium, niſi etiam probetur præcipue de illo contractu vſurario, cui ſententię adhęret etiam Bartholom. Cæpol in d. tractat. de ſimula. contract. præſumpt. 23. nu. 75. & protulit Ang. in l. ſeut. §. ſuperuacuū. ff. quib. modis pignus vel hypoth. ſoluit. cui ſenteotiæ maiorem in modum coocinit, quod obſeruauere Cyn. Bald. & Dd. in l. 1. C. de probation. & quod per ſe ſola dicta præſumptio (ſcilicet quod ſit publicus vſurarius) non ſufficiat ad probandum contractū ſœneratitium, vel ſimulatum, ſed quod requirantur aliæ coniecturæ, conſulendo ſenſit aperte Caſtreoſ. conſilio 66. incipien. in cauſa quæ vertitur. numero ſecundo, volumioe ſecundo.

Verum vnum hic te velim admonitum, conſuetum fęnerandi, vel aliquid aliud faciendi dici, quando quis id bis, vel ter fecerit, vt notat gl. & ibi Dd. in l. 3. C. de epiſcop. audient. & glo. in authen. de teſtibus. §. quia vero multi. & anootatū eſt in c. fin. de conſuetud. proot ſequeodo retulit Afflict. in d. tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. nu. 103.

Hinc quoque vergit probari ſimulatū contractum ex quoli-
24 bet contractu præcedente ante vēditionem, † ex quo cognoſcatur, quod noluerit vere vendere, quod eo exemplo declarare poteris, quod tradidimus in 5. cooclusiooe, in ea probatione, quæ incipit, Quio etiam probatur cōtractus ſimulatus. & vltra ibidem allegatos pro dicta probatione adeſt Iacob. Butrigar. in l. pacta nouiſſima. & ibi Bar. Bal. & recentiores, C. de pact. Pau. Caſtrenſ. in l. cum ſeruus, col. 2. ff. de cōdit. & demonſtrat. & reſpondit Alex. conſ. 20. clariſſime. li. 7. quod idē tum docuit, tum etiam conſuluit Iaſ. in l. 3. §. filiusfamilias, colum. 3. ff. de lib. & poſthum. & in conſ. 212. immunitas. in fi. lib. 2. & late Tiraquel. in tractat. de vtroque retract. tit. de retr. &c. conſanguin. gl. 14. §. 1. nu. 14. vbi plures congerit.

CONCLVSIO CCCCXLVI.

ARGVMENTVM.

Contractus ſimulatus an præſumatur inter coniuges, inter patrem, & filium illegitimum; & an probetur ex donatione maioris partis bonorum, & per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Contractus probatur ſimulatus ſi maritus nomine vxoris ſuæ emit, & poſſeſſio tradita fuit ipſi marito. Amplia nu. 2.*
3 *Vna præſumptio tollit aliam.*
4 *Contractus ſimulatus probatur, in quo pater maiorem partem bonorum ſuorum filio illegitimo vendiderit. Amplia nu. 5. 6.*
7 *Contractus probatur ſimulatus ſi donatio facta fuit maioris partis bonorum.*
8 *Contractus ſimulatus probatur per donationem factam coniunctæ perſonæ, & in clericum, vt nu. 9. & ſi donans habuit plures filios, vt nu. 10.*
11 *Contractus ſimulatio aperte præſumitur, ſi donator pluribus confeſſus eſt, ſe velle donationem facere ſimulatam.*
12 *Donatio ſuſpecta probatur, ſi donator remanſit ſemper in poſſeſſione rei donatæ.*
13 *Contractus ſimulatus probatur per teſtes.*
14 *Contractus probatus ſimulatus per famam.*
15 *Contractus ſimulatus probatur per confeſſionem extraiudicialem parte abſente.*

COniungum etiam fraudes in contractibus ſimulatis ſunt aperiendæ. Is enim mariti probatur contractus ſimu-
1 latus, qoi oomine vxoris ſuæ emit, † ſi poſſeſſio rei venditæ tradita fuerit marito: nam tunc (vt dixi) huiuſmodi contractus in vxore præſumitur ſimulatus, & ſic dominium rei venditæ ſpectat ad maritum, & non ad vxorem, vt aſſeruit Ang. in l. quamuis. C. ſi quis alter. vel ſib. & in l. filij. C. de donat. inter vir. & vx. docuere etiam Bal. & Sal. in l. multum intereſt. verſ. quod ſi emiſti. C. ſi quis alter. vel ſib. quod ſequitur Dec. in conſ. 543. nu. 15. cum ſeq.

Hoc ampliabus, vt non ſolum locum habeat, quando etiam
2 tradita fuit marito poſſeſſio, vt ſupra, † ſed etiam procedit, ſi maritus pro vxore ſua emeret, & confeſſus ſit pretium, quod ſoluit ſe ſoluiſſe ex propria pecunia vxoris, quia hoc caſu præſumitur, confeſſionem non eſſe veram, ſed ſimulatam, id eſt, virum velle donare vxori, cui prohibitus erat donare, ita ſcripſit Salicet. io l. ſi mater, C. de contrahen. emption. vbi illud probat per l. qui teſtamentum. ff. de probation. & per l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3.

Limita prædictam ampliationem, & concluſionem, vt non procedat, ſi appareat ex alia veroſimili præſumptione, quod aliunde poterit vxor iſtam pecuniam habere, quia tunc pur-
3 gatur huiuſmodi ſimulata præſumptio, † nam vna præſumptio tollit aliam, vt habemus à I. C. in l. cum de indebito. ff. de probationib. & l. diuus. ff. de in integrum reſtitut. & ita tenet Salicet. in l. ſi mater. C. de contrahend. emption. Alex. in conſ. 18. conſideratis his. num. 3. vol. 3. & Dec. conſ. 463. nu. 2. verſic. vbi concludit.

Patrum præterea dolus in huiuſmodi contractibus palam faciendus eſt, nam contractus à patre cum filio illegitimo fa-
4 ctus, hunc † in modum ſimulatus probabitur, ſi pater maiorem partem bonorum ſuorum filio vendiderit, ita reſpondit Iulianus in l. omnes. §. Lucius. & ibi Dd. ff. quæ in frau. credito. & ſic hoc caſu nihil proficeret filio illegitimo, & patri ſuo, vt relinquere poſſit prędia, quę deſiderat, quę cautela eſt iſta, videlicet, nam cum ſpurij excludantur à paterna ſucceſſione, vt ſancitum eſt in l. 1. & paſſim per totum. C. de natural. lib. Dicunt quidam, vt ſub venditionis titulo in filium ſpurium transferat prædia, quæ proponit ei relinquere, nam pater cū filio illegitimo non prohibetur contrahere, vt habemus à Scęuola in l. qui teſtamentum. ff. de probat. Nam cum hæc cautela contineat fraudem, ideo datur hæredibus remedium contra fraudem, vt cōtractus ſimulationem probent, vt ſupra, & ita ait Ioan. Dur. in tract. de art. teſtan. tit. de his qui teſtam. facti non habent. caut. 14. nu. 3.

5 Primo amplia, vt etiam procedat, † etiam ſi per interpoſitam perſonam filius emerit, vt cautum eſt in §. penult. & ibi Bal. ff. de authoris. tutor. & maxime ſi filius ab interpoſita perſona incontinenti prædia illi à patre ſuo vendita emergit, argu. l. ſi neutri. §. fin. ff. de priuileg. credit. & à Ioan. Dur. traditum fuit in d. caut. 14. vbi ſupra.

Secundo ampliatur, vt verum ſit, etiam ſi interuenerit con-

feſſio

6 feſſio receptionis pretij, † non autem pecunia, & numeratio, vt glo. docuit in d. l. qui teſtamentum, ff. de probat. & Iaſ. placuit in l. ſi is, ff. de vulgar. & pupillar. & per Alex. reſponſum eſt conſ. 18. conſideratis, lib. 3. & conſultum eſt à Lauren. Calcan. conſ. 59. requiſitus per totum, & à Io. Dut. dictum fuit vbi ſupra in d. cautel. 14. num. 3.

Eadem ratione, poterit probari contractus ſimulatus ex
7 eo, quod † donatio fuerit facta maioris partis bonorum, vt Bart. docuit in l. poſt contractum, ff. de donat. & Barth. Soc. cauit in conſil. 269. num. 2. vol 5.

Tertio etiam probatur contractus ſimulatus, cũ contractus
8 donationis † fuit factus coniunctæ perſonæ, ita ſciuit Imper. Conſtantinus in l. data, C. de donat. & Imp. Inſtin. in l. penul. C. de bon. quæ lib. Bart. voluit in d. l. poſt contractum, & idem in conſ 65. incip. Factum tale proponitur, Petrus Nicolæ.

9 Tertio probatur, ſi facta ſit donatio † in clericum, quo caſu videtur facta in fraudem cauſa mutandi iudicium, vt durior aduerſarius conſtituatur, vt dixit Bart. in l. 1. in princ. ff. de ali. iud. mut. cau. fac. & Cagnol. in c. 1. extra. eod. tit. & Barthol. Soc. d. conſ. 264. vol. 2.

10 Quarto probatur, † ſi donans habuit plures filios, quia tũc non eſt veriſimile, quod vni filio donaſſet maiorem partem fortunarum ſuarum ex pluribus vt Barthol. Socin. in d. conſil. 264. volum. 5.

Quinto probatur donationis contractus ſimulatus, ſi donator pluribus confeſſus ſit, & dixerit ſe velle dictam dona-
11 tionem facere ſimulatam, † vt dicta bona, quæ donaturus erat à creditoribus defenderet, quia tunc aperte ſimulatio præſumitur, vt dixere Bald. & Salic. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. cum aliis adductis per Barthol. Socin. in d. conſ. 264.

12 Sexto, probatur donatio ſuſpecta ex eo, † quod donator remãſit ſemper in poſſeſſione rei donatæ, quo caſu licet in inſtrumento ſit cõſtitutum, tamen cum actualiter donator poſſederit & fructus perceperit, præſumitur ſimulatus, vel. ſicut, §. ſuperuacuum. & ibi Bar. ff. quib. mo. pign. vel hypot. ſoluit. & ſcripſit Bart. in d. l. poſt contractum, ff. de probatio: atque Barth. Socin. in d. conſ. 264. vol. 2. quem omnino videas, quia declarat hoc pronunciatum. ad quæ faciunt probata ſupra in prob. ſimul. contr. & reſpondit Ruin. conſ. 64. num. 9. volum. 4. & colligitur ex l. ſiue poſſidetis. C. de probat. & in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.

Quod limitabis, niſi remanſerit in poſſeſſione titulo conductionis, niſi incõtinenti, vel ex poſt facto, tamen inter eaſdem perſonas, & teſtibus, & notario fuerit facta dicta locatio, quia & hoc caſu præſumitur ſimulata, vt cauit Nat. conſ. 198 nu. 7. & 10. in 1. part. Sed hæc late explicabimus infra in concl. Donatio. quam tu ipſe conſulas.

13 Probatur inſuper ſimulatus † contractus per teſtes, videlicet, ſi deponant, quod dicti contrahentes ante initos dictos contractus dixerunt aliquid ex ſupra notatis probationibus, vt quod non eſſet vera venditio, ſed pignus, vel quod emptor deberet eidem venditori locare rem ipſam in perpetuum, vel quouſque ei reſtitueret pretium, nam ſi poſtea fit contractus venditionis, præſumitur ſimulatus, & probatur per iſtos teſtes ita deponentes, vt Bal. monuit conſ. 299. vol. 4. cum ibi allegatis, & ad hoc pertinent ea, quæ tradidimus ſupra in fine præcedentis concluſionis, & quod teſtibus probari poſſit contractus ſimulatus, docuit etiam Bart. in l. generaliter. C. de non num. pecun. & ſcripſit Bal. in l. 1. col. 2. C. plus val. quod agitur, &c. atque voluit Dec. in conſ. 493. num. 9. & iſtis ea patrocinantur, quæ ſcripſimus ſupra in 3. concl. in probatione, quæ incip. Ad idem occurrit. quod etiam ſenſit Per. de Anchar. in conſ. 226. alias 228. incip. Ad corruptionem, num. 1. & 2.

Quod diximus limitabis, vt non procedat, ſi iſti teſtes deponant, quod erant præſentes, quando partes agebant inter ſe, quod eſſet pignus, ſed neceſſe eſt, vt deponant de tempore, quo id dictum fuit, nã alioqui non probant ſimulationem, iuxta ſententiam Bal. in l. pacta nouiſſima. num. 6. de pact. & conſulas ad id ea, quæ obſeruauimus ſupra in 3. concl. in probat. incip. Ad idem.

14 Ad hæc amplia, vt etiam probetur ſimulatus † per famam ſcilicet contrahentes illos ſimulate contraxiſſe, de eaque eſſe publicam famam, quod cautum eſt in text. & ibi gl. atque Innocen. in c. cum in diœceſi. extra, de vſur. protulit Gulielm. in clem. ex grandi. de vſur. quod etiam placuit Cæpo. in d. tract. de ſimul. contr. in præſump. 26. nu. 88. & probauit Bart. conſil. 126. quam ad idem allegat Corſet. in repetit ad Abb. in verb. fama, an probet, vbi reddit rationem, quia agitur de modico præiudicio.

Secundo amplia, probari etiam per confeſſionem extraiu-
15 dicialem † parte abſente, emptoris videlicet, ſi ille dixerit, venditionem, vel donationem ei factam non fuiſſe veram, ſed ſimulatam, vt bona venditoris, vel donatoris eidem conſeruarentur, quia forte timebat, nec curia illa ſibi auferret, vt Bertr. tradidit in conſ. 175. in 2. par. vol. 2. cum ibi allegatis, & Barth Cæpol. in d. ſuo tract. præſumpt. 26. nu. 85. atque Tiraq. in tract. de vtroque retract. tit. de retract. conſang. gl. 14. §. 1. nu. 55. & 56. Vbi inquit, quod licet huiuſmodi confeſſiones non inducant obligationem, iuxta gl. in l. cum de indebito. ff. de probat. cum ſimilib. ſufficiunt tamen ad probationem, vt l. Publia. §. vlt. ff. depoſi. late Cyn. in l. generaliter. in 1. 2. & 3. quæſt. C. de non num. pecun. & Bal. in l. cum falſa. In 5. oppoſi. C. de iur. & fact. ign. vbi & ex hoc dicit has cõfeſſiones trãſferre onus probationis in confitentes. Et omnino probant, quando agitur de declaratione actus cuiuſpiam dubij ab eo facti, qui confitetur, vt voluit Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis. col. 2. verſ. prædicta vero. ff. de legat. 3. per tex. in l. vxori. §. vltimo, vbi & idem Bartol. ff. eod. tit. & l. ſi auia. C. de iure deliber.

CONCLVSIO CCCCXLVII.

ARGVMENTVM.

Contractus ſimulatus, pignoratitius, vel vſurarius per quæ, & quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Contractus probatur ſimulatus ex modicitate pretij, cũ pacto de retrouendendo, & ex eo, quod emptor, vel venditor ſolitus ſit fœnerari. Contrarium, nu. 2.*

3 *Ad probandum ſimulatum contractum ſufficiens coniectura.*

4 *Contractum ſimulatum duæ præſumptiones probant*

5 *A ſententia multorum antiquorum, & recentiorum Patrum auctoritate, & numero roborata, vti magis communi, & conſcientia minus periculoſa recedendum non eſt.*

6 *Modicitas pretij, & pactum de retrouendendo ſufficiunt ad probandum contractum ſimulatum.*

7 *Modicitas pretij iuncto pacto retrouendendi, vt faciat contractum præſumi vſurarium debet eſſe admodum tenuis.*

8 *Pactum de retrouendendo, & pretium rei emptæ, vel donatiuj, quo pacto probentur, vide remiſſiue.*

9 *Ad probandum ſimulatum eſſe contractum paucitas pretij, & pactum de retrouendendo ſufficiunt, ſi probetur de enormi læſione pretij.*

10 *Ad cognoſcendam enormem læſionem in pretio, res æſtimari non debet, prout conſiſtit ſimpliciter, ſed minoris propter pactum, & onus ei iniunctum de retrouendendo.*

11 *Quæ conſtant centum, ſeptuaginta tantum valent, ſi emantur cum pacto de retrouendendo.*

12 *Modicitas pretij quæ ſit, relinquitur arbitrio iudicis.*

13 *Res æſtimatur minoris conſtare ratione oneris adiuncti.*

14 *Pactum redimendi, ſi ſit conceptum negatiue, æqualet illi, quod emptor ſit ſolitus fœnerari.*

15 *Allegans modicitatem pretij rei venditæ cum pacto de retrouendendo, tenetur probare valorem, habita ratione ad tale pactum.*

16 *Ad conſiderandum, an modicitas pretij interuenerit, conſiderari debet, quantum res valebat tempore contractus.*

17 *Venditio ſimulata præſumitur ex modicitate pretij, & ex pacto de retrouendendo, ſi [illegible], & numeratio pretij interuenerit realiter.*

18 *Iudicis in arbitrio reſidet ſimulatio contractus.*

19 *Contractus non præſumitur ſimulatus in emptore viro bonæ conditionis, famæ, & timoratæ conſcientiæ.*

20 *Contractus præſumitur ſimulatus, etſi datum inſolutum, & non pretium interuenerit.*

21 *Contractus ſimulatus non præſumitur; ſi in ipſo appoſita eſt conditio, quod partes renunciant exceptioni ſimulationis, & apparentiæ contractus, & non ſit alterum, &c.*

22 *Cum ſumus in claris, non eſt opus coniecturis.*

23 *Exceptio ſimulationis non poteſt opponi, vbi quis iurauit inſtrumentum omnia & ſingula in eo contenta eſſe vera, & ea velle obſeruare, & in nullo contrauenire.*

24 *Renunciatio ſimulationis non valet.*

25 *Renunciatio ſimulationis quo caſu, & quare multum operatur.*

26 *Renunciatio ſimulationis videtur magis grauem, & ſuſpectum reddere contractum.*

27 *Renunciatio ſimulationis ſimulata præſumitur, ſi ex legitimis probationibus contractus ſimulatus appareat.*

28 *Contractus non debet argui ſimulatus, etiamſi adſit paucitas pretij, ſi pactum de retrouendendo ex interuallo ſit appoſitum. Contrarium, num. 29.*

30 *Pactum de retrouendendo factum eodem die ſimulationem magis arguit, quam ſi eſſet factum ex interuallo.*

31 *Vſurarij nihil aliud excogitant, niſi cautelas pro vitanda coniectura vſurarum.*

32 Pactio

32 Pacto de retrouendendo in contractu, vel ex interuallo appoſita an faciat contractum ſimulatum, iudicis arbitrio eſt iudicandum.
33 Iuramento natura eſt confirmare actus alias inualidos.
34 Iuramentum appoſitum in contractibus factis cum pacto redimendi illos reddit magis ſuſpectos de ſimulatione.
35 Iurare valle firmare contractum ſimulatum perinde eſt, ac ſi iuretur, nihil firmare.
36 Simulatio in ſuſpecto magis minuitur, cum cautum eſt, in iure, ut venditionis maius vel minus pretium debere reſtitui, quam ab emptore fuerit datum. Intellige vt num. 37.
38 Contractus non probatur ſimulatus, ſi dilucide in ipſo fuerit iuratum, omnia, & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe.
39 Iuramentum debet ſeruari in ſpecifica forma.
40 Poſt receptas probationes ſuper ſimulatione turpitudinem ſuam licitum eſt allegare.
41 Simulatio inſtrumenti, vbi eſt iuratum, omnia, & ſingula eſſe vera, poteſt aliquando deregi ex productione teſtium inſtrumenti.
42 Qui iurauit contenta in actum non obſeruare impetrata abſolutione poteſt contra inſtrumentum iuratum agere.
43 Iurans ſi eſt mortuus, eius hæres non tenetur petere abſolutionem à iuramento, quia vinculum illius extinguitur cum perſona, & non continuatur hæredem. Contrarium, num. 44.
45 Iuramentum appoſitum in contractu facto cum pacto redimendi, nec ipſum corroborat, nec eius fidem auget ſed potius magis ſuſpectum reddit de fraude, & ſimulatione.
46 Renunciatio exceptionis, ſi poſt ex interuallo facta fuit, etiam ſine inſtrumento, tollit præſumptionem ſimulationis.
47 Pactum redimendi quando cenſeri debeat fuiſſe incontinenti appoſitum, vt ex eo actio competat vide remiſſiue.
48 Contractus non præſumitur fœneratitius ex pacto de retrouendendo, & modicitate pretij, quando fit cum eccleſia, ſiue viro eccleſiaſtico.
49 Contractus feudi ex ſola paruitate pretij præſumitur ſimulatus.
50 Feudum à Rege potius præſumitur haberi gratia, quam pro extra pecunia.
51 Contractus feudalis factus à Principe ſub penſione annua denarij valet.
52 Pactum de retrouendendo ſi appoſitum fuit ex interuallo, non arguit ſimulationem contractus. Contrarium, num. 53.
54 Interuallum appoſitionis pacti de retrouendendo magis ſuſpicionem fraudis auget.
55 Quæ ſecreto fiunt magis præſumuntur ſuſpecta, & doloſa.

SEd vlterius procedamus in alijs iſtiuſmodi probationib. proferendis, libenter enim diutius in illis perueſtigandis immoror, vt omnes aditus, & perfugia improbis fœneratoribus obſtruamus, ne cæteri in contrahendo furtum, vel fraudem facientibus anſam aliquam retinere poſſint. Probatur igitur contractus ſimulatus, pignoratitius, vel vſuratius per hæc
2 tria coniuncta, videlicet † Primo ex modicitate pretij. Secundo, quod pactũ de retrouendendo interceſſerit. Tertio, quod emptor, vel venditor ſolitus ſit fœnerari, nec ſufficit modicitatem pretij allegari, niſi quoque concurrat conſuetudo fœnerandi, vt ſupra in præcedentibus concluſionibus dictum fuit, & tenet Archid. in c. quia plerique, 14. q. 3. atque Iacob. de Are. & Salic. in l. emptione. C. plus val. quod agit. &c. placuit etiam Bal. in c. 1. tit. de feu. dat. in vic. l. commiſſ. & Paul. Caſtrenſ. in l. rogaſti, §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat. & eſt cõis * opinio, hæc tria prædicta coniunctim requiri, adeo vt duo ex præmiſſis non ſufficiant, vt teſtatur Dec. in conſ. 167. & idem in conſ. 308. Anchar. conſ. 257. nu. 1. & 2. Iaſ. in conſ. 150. nu. 1. vol. 4. & idem conſ. 21. nu. 4. vol. 1. late Tho. Grammat. deciſ. 76. nu. 26. 27. Boer. deciſ. 102. nu. 5. vbi aſſerit hãc eſſe veram, & magis ** communem opinionem, quam atteſtatur ſcribentes fuiſſe ſequutos, tam in iudicando, quam conſulẽdo, idem decidit Cacheran. deciſ. Pedemon. 41. Tiraq. vero de retract. lib. 2. in præfat. nu. 5. aſſerit fore pro hac opinione authores maiori numero, & ibi allegat infinitas concord. communem etiam * credit Cæpol. in tract. de ſimul. contract. in 6. caſ. col. 1. vbi de hoc latiſsime diſſerit Alex. idem placuit in cõſ 109. col. fin. lib. 4. & Soc. in conſ. 248. col. pen. lib. 2. in quo loco atteſtatur contrariam opinionem, ſcilicet duo tantum ſufficere, iure non probari, & idem Socin. in conſ. 50. lib. 1. aſſerens hanc veriorem, & magis ** communem eſſe ſententiam, hoc etiam reſpondit Rolan. à Val. conſ. 40. & conſ. 92. lib. 2. nu. 19. Goza. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. verſic. tertio quæro. in 5. declaratione, vbi declarat tex. in c. ad noſtram. de reſcin. vendit. & in c. illo vos. de pign. vbi enumerat priſcos, & recentiores idem ſentientes, & ſequitur Cæpol. in repet. d. l. 2. C. de reſcin. vendit. & multos ibi refert idem Cæpolla in vtraque lect. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. vbi 2. lect. nu. 52. tandem ait hanc ** veriorem opinionem, & ſe ſemper ita vidiſſe in vſu forenſi obſeruari, & hanc * communem atteſtantur Alexan. Cæpol. Soc. Iaſ. Dec. Ruin. Soc. ſen. ibi allegati per eundem Cagnol. ibid. & de * communi aſſeruit Bero. in conſil. 166. num. 3. & conſ. 169. nu. 21. lib. 1.

2 Contrariam ſententiam ſcilicet duo † tantum ſufficere ex ſupra proxime relatis, tenet glo. ordina. in c. conqueſtus. tex. de vſur. in c. ad noſtram, de emptio. Archid. in cap. quia plerique. 14. q. 3. Innoc. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. Petr. de Anchar. & Imo. in c. ad noſtram. de empt. & ven. vbi Abb. ſubdit hanc eſſe * communem opinionem. Io. & Chriſtoph. de Caſtel. Bal. Alex. Pau. de Caſt. & Fulg. in l. emptione. C. plus val. &c. vbi ſubiungit Alex. iſtam eſſe cõmunem * opinionem, ſecundum quam atteſtatur, ſe ita obtinuiſſe corã magnis peritis, Imo. in c. illo vos. nu. 15. de pign. Ambr. à Vigna. in c. ſalubriter. num. 111. de vſur. idem Alex ſibi contrarius in conſil. 54. num. 1. lib. 6. Grammat. deciſ. 29. Afflict. deciſi. 339. Aymo Crauet. in conſ. 156. nu. 4. & 7. inquiens, ſenatum illius reſidentem Taurini ſecundum hanc opinionẽ iudicaſſe, idem conſuluit Natta conſ. 128. & Abb. in conſil. 77. lib. 1. dicit, ita legendo, & conſulendo conſuluiſſe, & idem iſtam opinionem eſſe * communem, & conſ. 69. lib. 2. latiſſime proſequitur Hippol. Rimina. in conſil. 218. num. 103. & ſeq. lib. 2. quo in loco recenſet innumeros Dd. hanc opinionem tenẽtes, & de * communi atteſtatur, licet & quamplures etiam contrariam partem ſequentes enumeret, teſtantur etiam pro hac parte Fulg. in d. l. emptione. & Alex. in conſi. 46. volum. 3. & Guid. Pap. in conſ. 180. Goffr. in ſumma de pignor. & Iacob. in l. rogaſti. §. ſi tibi dedero. ff. ſi certum petat. vbi Iacob. ſubijcit, ſe ita ſæpe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, & iſtam opinionem in praxi multũ ſeruari, * idem voluit Corn. in conſ. 346. 1. vol. Barb. in conſ. 51. vol. 1. & ſubiungit, ſe ita pluries cõſuluiſſe in plurib. prouincijs, & idem placuit Dec. ſibi cõtrario in conſ. 167. & Crauet. in conſ. 156. nu. 8. & hanc eſſe magis * communem oſtendit Viu. in lib. 1. ſuar. commun. opin. verb. vendere, verſ. contractus. & ita atteſtatur Emanuel Soarez in ſuo theſauro recep. ſentent. verb. venditionis cõtractus. nu. 20. & hęc opinio Florentiæ plurimũ viget, adeo vt ſit tranſacta in rem iudicatam, * vt atteſtatur Io. Bapt. Lup. in comment. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. §. 1. ſub nu. 29. ex conſtitutionibus ſynodalibus decretis ſub Leone X. Pont. in rub. de vſur. c. 9. Thom. Ferret. in ſua cautel. 17. aſſerens iſtam eſſe * cõem opin. pro ſalute animæ, & conſcientiæ, hanc eandẽ opin. ſequitur Caſſan. in conſuet. Burgun. in rub. 5. nu. 12. & ex multis alijs allegatis concludit Thom. Gram. vbi ſupra. hanc eſſe * cõem opin. in d. deciſ. 76. nu. 30. vſque ad finẽ. vbi idem aſſerentes & ſentientes adducit, & ita fuiſſe iudicatum per ſacrum conſiliũ Neapolitanum aſſeruit, & pro hac opinione reddit hanc rationẽ
3 Crauet. in d. ſuo conſ. 156. clarum, inquit, eſt † quod ad probandam ſimulationem contractus ſufficiunt coniecturæ, quia occulte committitur, & huiuſmodi coiecturæ, & pręſumptiones ſunt veræ probationes, vt ſupra notauimus in princ. Vnde ſicuti in materia probabili per teſtes, duo teſtes ſufficiũt, l. vbi numerus. ff. de teſtibus. ita videtur dicendum in materia, in qua præſumptiones ſubrogãtur loco teſtium, & per te-
4 ſtes in re non probabili, † ſufficere debent duæ præſumptiones, vt ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio, vt reſpondit Paulus in l. ſi eum, §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & quod ſufficiant duæ præſumptiones ad faciendam plenam probationẽ in his, quæ liquido probari non poſſunt. tradit Calcan. in conſ. 8. col. 8. teſtatur Accurſ. in l. inſtrumenta. C. de probat. & eſt conſilium Bal. 311. incip. in q. Galuiani lib. 5. & huic etiam opinioni adhæſit Paul. Caſtrenſ. conſ. 109. viſa petitione, nu. 1. vol. 2. vbi allegat d. l. vbi numerus. ff. de teſtibus. & hoc idem probauit idem Pau. Caſtrenſ. in conſ. 332. vol. 2. & quod duo ſufficiunt, ſequitur Bertran. conſil. 111. in 1. par. vol. 3. nu. 2. vbi ait hanc opinionem ſequendam eſſe * tam in conſulendo, quam in iudicando, & idẽ conſil. 88. nu. 3. in 1. parte, vol. 1. & idem cõſ. 119. 2. lib. vbi latius, quam alibi, & ibi ea, quę obſtare videntur, refellit, & idem voluit Rolan. à Valle conſ. 40. lib. 2. Gerar. ſingul. 18. & ab hac ſententia, tot, ac tãtorum patrum, tam antiquiorum, quam re-
5 centiorum authoritate, & numero roborata, † tanquam magis ** communi, & conſcientiæ minus periculoſa, recedendum non eſt cap. 1. de decim. vt dixit Michael de Graſſis in ſuis commun. opin. q. 8. in fin. cui ſententiæ aſſentitur Caſſad. deciſ. 1. de vſur. vbi tempore ſuo ſemper ita fuiſſe iudicatum in palatio eſt atteſtatus, & non requiri conſuetudinem fœne-
6 randi, ſed ſufficere modicitatem pretij, † & pactum de retrouendendo, late hoc ibi comprobat ex ** communiori ſcribentium ſententia.

Verum vtram harũ ſequi malis, tua erit opinio. ſi primã ſequaris,

quaris.ſ.tria hæc coniuncta requiri, illam limitabis, vt infra
tradidimus in 1.limitatione,ſi vero accedas ſecundę opinio-
ni,quæ videtur verior,limitare eam poteris,vn inſ.in 2.limit.
Intelligas præterea,quæ adduximus in d.prima limitatio-
ne,& inſra alia,qnod ad boc,vt modicitas pretij iũcto pacto
7 reuendendi,† ſaciat contractum præſumi vſurarium,tequiri-
tur,vt pretium ſit admodũ tenue,& forte intra dimidiam, vt
ſi tes conſtans mille,ſit vendita pro ducentis,vt in his termi-
nis reſpondit Rom.in conſ 304.in princ. per tex.in c.1. verſ.
quis enim dubitat,qualiter olim feud.alie.poter.in vſib.feu.
ibi viliſſ.quem tex.arbitratur ſingul.& meliorem de iute,hoc
idem ſequitur Dec.in cõſ.167.col.2. verſ.accidit etiam,quod
in caſu noſtro Grat.reſpondit in conſ.157.eum ea.nu.6.lib.2.
Iaſ.conſ.153.col.2.verſ.modicitatem,& col.3.verſ.4.& col.4.
verſ.ſecundo non obſtat.Alexan.in conſ.28.lib.5. idem Iaſ.in
conſ.21. ſub nu.4. lib.4. lib.1. quod etiam confirmat aperte
Cagnol.in d.l.2.nu.57. C.de pact.inter empt. & vend.
Quo vero pacto probetur pactum de retrouendendo, di-
cetur inſra in concluſ.Pactum, ad quam te teijcio.
8 Et quomodo etiã in hoc caſu † probetur valor,& pretium
rei emptæ,vel donatitij, infra obſeruauimus in concluſione
Valor,& copioſiſſime tractatur per Cæp.in d. ſuo tract.de ſi-
mul.contract.6.caſu princ.nu 109.§.verum quia.
Poſtremo,quo pacto probetur, quem eſſe ſolitum fœnera-
ri,explicauimus ſupta concluſ.Conſuetudo fœnerandi.
Sic velim limites ſupra dictam priorem opinionẽ, ſ.quod
tria coniunctim tequirantur, vt procedat,quando non datur
immoderatus exceſſus immodicitatis pretij,quia tũc illa tria
requiruntur cõiunctim,ſecus ſi conſtat, & probetur de enor-
mi læſione pretij,ſcilicet, in dimidium iuſti pretij, vel circa,
9 quia † tunc ad probandum ſimulatum eſſe contractum, dicta
duo duntaxat ſufficiunt probari,videlicet paruitas pretij,&
pactum de tetrouendendo,licet non probaretur conſuetudo
fœnerandi vel alia præſumptio,ita limitat Cagno.in l.2.C.de
pact.inter emptor.& venditor.nu.17.& cõſuluit Corn. conſ.
346.vol.1.& eſt conſ.Caſtr.306.nu.5.incip.quamquam lõga.
vol.2.& Calca.conſ.26.& Bal.conſ.311.lib. 5. & cauit Aymo
Crau.conſ.156.num.8. & 12. vbi exemplo planum facit in re
vendita 200.quæ conſtabat 500.& ſequitur Tho. Gram. in d.
deciſ.76.nu.15.
Sed in hoc velim animadnertas ad cognoſcendam dictam
enotmẽ læſionem in pretio, rem ipſam æſtimati non debere,
10 prout cõſtat ſimpliciter,† ſed minoris debet exiſtimari pro-
pter pactũ,& onus de retrouendendo ei iniunctum,iuxta ſen
tentiã Dec.cõſ.167.nu.4.& Abb.in c.ad noſtrã,extr.de emp.
& vẽd.argum.l.fundi partem.ff.de contrah.empt.latiſſime ſe
fundit Tiraq tract.de vtroq; retract.tit.de retract.cõuent.in
præfat.nu.20.cum ſeq.vbi ex ſententia Barth.Soc.in conſ.15.
11 viſis proteſtatis,col.vlt.lib.1.nu.57. aſſerit, † vt quæ conſtẽt
centum ſine hoc pactu,ſeptuaginta tantum valeant, ſi cũ eo-
dem pacto emantur, ad ꝙ prope infinita ipſe ibi adducit, &
ſub nu.21.credit hoc quidẽ veriſſimũ eſſe, quẽ videas per te-
ipſum. Dicas tñ,vt cum in iure definitum non ſit quæ pretij
12 modicitas hæc cenſeat,† relinquatur arbitrio iudicis,vt vo-
luere Barb.conſ.51.col.2.li.1.Bar.cõſ.236.nu.4.li.2.Tiraq. in
repeti.l.ſi vnquam in verb.omnia,nu 31. C.de reuocan. don.
Soc.iun.conſ.104.nu.4.lib.3.ſcripſit Iacob.Menoch. in tract.
de arbitr.iud caſu 217.nu.4.& ſeq.lib.2.cent.3.Nam ratione
13 oneris adiuncti, † res exiſtimatur minoris conſtare,ſi credi-
mus Ruin.in conſ.66.quia dubia. col.4. verſ.& tanto minus.
lib.4.& voluit Bertr.conſ.168.illud eſt certũ,poſt nu.3.lib.1.
Dec.etiam,vbi ſupra,& conſ.308.nu.3.Nullus enim paterfa-
milias mentis compos emeret rem valẽtem libris centũ cum
tali pacto de retrouendendo pro libris ſeptuaginta,vt inquit
Soc.d.conſ.15.in fin.lib.1.nu.17. quem ſequitur Iaſ.in l.1. §.ſi
ſpes.nu.10.ff.ad Treb.idem placuit Iaſ.in cõſ.151.col.2.verſ.
item illud. lib.4.Rolan.à Valle conſil.96.nu.40.lib.2. & Soc.
iun.conſ.94.num.24.lib.3.
Intelligas tñ illud, vt procedere poſſit, qñ modicitas pre-
tij inſpecto vero valore (pacto nõ deducto) eſt minor,quàm
circa dimidiam,& nulla alia coniectura adeſt,ex quibus col-
ligatur pignus,vel cum aliæ præſumptiones adſint, ſunt tñ ta
les,quæ ſine modicitate pretij non ſufficiunt, & minor,quam
in tertia parte. Verum ſi plures cõiecturæ idoneæ reperiãtur,
14 quæ ferę etiã ſine modicitate ſufficiunt,† vt quãdo adeſt pa-
ctum redimendi, & eſt cõceptũ negatiue, quo caſu ęquiualet
illi, quod emptor ſit ſolitus fœnerari, ſecundũ Crau.d. conſ.
156.nu.5.& Gabriel. conſ.74.n.7.arq; Ruin.conſ.16.n.2. vol,
4.& vt eſt in caſu Abb.in conſ.76.lib.1. tunc etiã ſi modicitas
ſit minor, quam in tertia, adhuc tamen ſufficeret nulla pacti
conſideratione habita,quia inta requirũt modicitatẽ in tan-
ta parte,non autem læſionẽ ita magnam, ita conſuluit Hiero-
nym.Gabriel.in d.ſuo cõſ.74.n.21. vbi ſolidis & firmis ratio-
nib.comprobat hanc ſuam conſiderationẽ,à quo fortaſſe tu-
te nõ eſſet recedendum. idem reperij voluiſſe Tiraq.in tract.
de retract.conuent.in prę fat.n.26. de quo Gabriel. nullã facit
mentionẽ,fretus auctoritate Ant.de Burg. in c.ad noſtram,
col 13.verſi.& quod multi in hoc errant,de emptio.quod di-
ctũ idẽ Tiraq.ſingulare arbitratur, & à nemine ante ſcriptũ,
ibiq; ponderat text.in c.illo vos,de pigno.hoc probãtem, &
ſecundum hanc conſiderationem nos etiam pronunciauimus
alias Placentiæ in quadã cauſa vſuraria coram nobis vertẽte
inter Dominum Iulium de Perago,& quoſdam de Curt.
Et præter ea,quæ hic adduximus,docuit etiam Cagnol.in
l.2.nu.58.& ſeq.C.de pact.inter empt.& vendit. & multi alij
tradidere,vt Abb.in conſ.49.lib.1.Deci. in l.pacta quæ con-
tra.nu.m15.C.de pact. Cone.in conſ.241. lib.1.Pantaleon.in
l.2. C. de reſcindenda vendit. idem Abb. conſ.76.vol.1. Soc.
in cõſ.248.in fin.lib.2.Abb.in c.in aliquibus.extra,de decim.
vbi ad rem noſtram colligit,quod ſi quis vẽdiderit prædium
cum onere retrouendendi, ſi poſtmodum allegatur paruitas
pretij ad inferendum contractum vſurarium, non valeat ve-
tus valor rei æſtimatæ,ſed ſit habenda ratio ad onus impoſi-
tum,quia tanto minus prædium valet ratione oneris annexi,
ſubiungens etiam, ita ſæpius in facto reſpondiſſe, & id no-
tatione eſſe dignum, quia in hoc multi conſueuerint labi, vt
15 ibi per eum.Hinc ſequitur, † quod allegans modicitatẽ pre-
tij rei venditæ cũ tali pacto de reuendendo teneatur proba-
re valorẽ,habita ratione ad tale pactum,alioqui non probat,
vt placuit Cagnolo,qui alios congerit in d l.2.C.de pact.int.
empt.& vend.nu.58.& in l.2.q.48.nu.245.C.de reſcin.vend.
Præterea ad id etiam eſt animaduertendum, vt ad cõſide-
randũ,an modicitas pretij interuenerit, conſideretur tẽpus
16 contractus,ſcilicet,† quanti illo tempore res erat æſtimata,
& valebat, vt l.ſi volũtatẽ,in fi.C.de reſcin.vend.& Dec.mo-
nuit d.conſ.308.num.2.vbi late hanc materiam proſequitur.
Limitabis poſteriorem opinionem,quę habet,quod dun-
taxat illa duo ſufficiant,id eſt,modicitas pretij,& pactum de
retrouendendo,vt tantum procedat in contractu empt.factę
cum modicitate pretij,& dicto pacto, nam hoc caſu cum vẽ-
ditio,& emptio volũtaria ſit,& numeratio pretij interuene-
17 rit realiter,merito † ex modicitate pretij, & dicto pacto vẽ-
ditio ſimulata,& pignus ac mutuum fœneratitium præſumi-
tur,ſed ſecus eſt in datione inſolutum, ad quam creditor non
vltro, ſed ex neceſſitate debiti ſui conſequendi deſcendit,
in tali tantum datione inſolutum, in qua nulla numeratio
pecuniæ interuenit,vnde non ita facile præſumitur mutuum,
cum tempore dationis inſolutũ nulla pecunia ad ipſ..m dan-
tem inſolutum peruenerit, vnde requiritur etiam, vt concur-
rat probatio conſuetudinis fœnerandi, ſic conſuluit Fulg. in
conſ.133.alias 34. in quæſtione verſa, col.1.num.1. & idem
conſ.16.viſo puncto, ſequitur & refert Dec.in conſ.18. col.2.
verſ.nec obſtat,in conſ.308.nu.4.& 5. cum ibi allegat. & idẽ
conſ.167.num.5.6.& 7. vbi ait, quod licet aliqui Dd. aperte
ſentiant,quod ſupradicta opinio ſecunda procedat etiam in
datione inſolutum, tamen nõ eſt vera eorum opinio, quia nõ
cogitauerũt ſuper hoc,prout Fulg.ſupra in dictis allegatis lo-
cis fecit, vbi rationes efficaces reddit,& idem ſequitur Iaſ.in
conſ.151.vol.4.per totum.& voluit Cagnol.in d.l.2.num.54.
C.de pact.inter emptor.& venditorem.cauit Corn.in conſil.
133.viſo,vol.1. & ſequitur Pariſ.conſ.81.conſultus,nu.30.lib.
2.& in conſ.75.omnis col.pen.n.33.verſ.hinc videmus.lib.4.
late Tiraq.de retract.conuen.in prę fat.nu.27.qui alios citat.
Contrarium videtur ſentire Didac.Couarru, variar. reſo-
lut.lib.3.c.8.nu.5.Angel.cõſ.243.multi conſortes,in fin.Imol.
conſ.98.col.fi.verſi. pręterea dicta adiudicatio. & conſ.ſeq.
col.2.verſi. quintum dubium.Barba.conſ.51. lib.1. Pariſ. ſibi
contrarius in conſ.54.pręſenti.num.82.lib.1.
Verum vt hanc ſcribentium cõtentionem ſedare poſſimus,
dicendũ eſt, hoc debere potius reſidere in arbitrio boni iu-
dicis,

Digitized by Google

18 dicis, qui † varijs cõiecturis cõſiderabit, atq; perpẽdet qua-
litates, & omnes circumſtantias contrahentium, & cõtractus
pro eruenda ſimulatione ipſius, prout tenuit Bal. in conſ. 311.
in q. Galuani. col. 2. in fin. lib 5. & Corn. in conſil. 346. col. pe-
nult. libr. 1. atque Crauet. conſ. 156. nu. 4.

Sublimitatur hæc ſecunda limitatio, vt vera ſit quando da-
tio inſolutum ſit abſolute ſine facultate redimendi, ſecus ſi cũ
facultate, nam cæteris paribus non eſt differentia, vt recen-
tiores Partenſ. ſcripſere in tract. de vſur. q. 74. & traditum eſt
in addition. ad Dec. in d. conſil. 308. nu. 5.

Secondo limitabis præfatam ſecundam opinionem, vt nõ
19 habeat locum† in emptore viro bonæ conditionis, famæ, &
timoratæ conſcientiæ, vt loquutus eſt Socin. conſ. 548. in cip.
nunqoid ex duob. poſt nu. 1. in fin. verſ. non omitto. lib. 2. &
Craoet. conſ. 48. in fi. cum bona fama purget omnes ſuſpicio-
nes turpes, ſic Crauet. conſ. 145. in fin. ſic diremit Dec. conſil.
309. nu. 7. ita voluit Iaſ. conſ. 153 col. 4. verſ. 8. in fin. & relati
per Rolan. à Valle conſi. 40. nu. 6. & d. conſ. 96. nu. 2. libr. 2. &
Neuizan. in conſ. 87. nu. 25. in fin.

Primo ſublimitare poteris, vt non procedat, ſi alicubi non
reperiatur debitum, propter quod dicatur facta datio inſolu
20 tum, nec in libris creditoris nec in libris debitoris† eo. n. ca
ſu contractus præſumitur ſimulatus, etſi datum inſolutum, &
non pretium interuenerit, vt traditum eſt à Cæpol. in d. trac.
de ſimula. contract. præſumpt. 56. nu. 87. item poter. t probari
per lib. & ſequitur Marian. Soci. in conſ. 84. nu. 6. & 7. vol. 3.

Secundo limita concluſionem ſimul cum alijs probationi-
bus ſupra notatis, vt non procedat, ſi in contractu ipſæ partes
21 apponerent hãc conditionem, videlicet ꝙ renunciaoit, † ſeu
renunciauerunt exceptiooi ſimulationis, & apparentiæ cõtra
ctus, & non ſic actorum. ſ. quod non poſſit excipere, quod ſic
non ſit actum, quia tunc hæc verba releuant, & declarant vo-
luntatem, & mentẽ contrahentium, ſe nolle iſtum contractum
22 eſſe fictitium, vel ad ſimulationẽ tactum, † nam cum ſomus in
claris, nõ opus eſt coniecturis, l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb.
obl. cum ſimil. ita tenet Barthol. Cæpol. in d. ſuo tract. de ſi-
mul. contract. præſumpt. 26. nu. 84. & Bar. in l. nemo poteſt ff.
de leg. 1. verſ. quæro, an renunciat. vbi ait id maxime procede
re, ſi hmõi renunciatio fiat ex interuallo poſt inſtrumentũ, &
hoc per l. 2. C. ꝙ met. cau. ita placuit Goz. in cõſ. 69 col. 3. ver.
tertio, etſi. & c. cui accedit Rolan. à Vall. in cõſ. 93. nu. 6. & ſeq.
lib. 1. & ante eos voluit Io. de Imol. in l. Seius & Augerius. &
* ibi Alex. col. pen. in fi. ff. ad l. falcid. nam * cõis, & vera eſt ſen-
23 tentia Dd. ꝙ vbi† quis innuit in inſtrumento omnia & ſingu-
la in eo contenta eſſe vera, & ea velle attendere & obſeruare,
& in nullo contraueuire, non poteſt opponere exceptionem
* ſimulationis, vt de * communi eſt atteſtatus Rolan. à Valle. d.
* conſ. 93. viſo inſtrumento confeſſionis, nu. 52. lib. 1. & * cõmu-
nem etiam dicit Iaſ. in l. nemo poteſt. col. 9. in princip. voluit
Curt. iun. in conſ. 134. col. 3. aſſerit Goz. in cõſ. 69. col. 3. & idẽ
Curt. in conſ. 108. & in conſ. 110. & pro hac parte quamplura
adducit Afflict. ſuper 1. feud. tit. de feud. dat. in vic. l. cõmiſs.
nu. 161. cum pluribus ſeqq. quod etiam cõprobat ſubtilibus
ratiooibus, licet recedat ipſe ab hac opinione.

24 Contrarium huius ſententiæ, ideſt, † non valere renuncia-
tionem ſimulationis, tradidit Bart. in l. nemo poteſt. ff. de leg.
1. quem referendo ſequitur Afflict. in loco iam citato, nu. 294.
in quo loco affert rationes concludeotes, & reſpondet cõtra-
rijs, adeas illum.

Reſtringas tñ, vt hæc poſterior opinio locum ſibi non ven
dicet, qñ contractus, ſiue diſpoſitio, cui dicta renunciatio ac-
cedit, eſt ipſo iure aliqua ſaltem apparenter, & nihil in cõtra-
25 rium appareat euidenter. Hoc. n. caſu† renunciatio ipſa mul-
tum operatur, quia cum in promptu cõtrarium de ſimulatio-
ne non appareat, ipſa ſimulatio iudicatur pro nõ exiſtenti. ar-
gu. l. in lege. ff. de contrah empt. & ſic præſumitur pro inſtru-
mento, l. cu precib. C. de proba. ſecus vero ſi cõtractus, cui ap-
poſita eſt renũciatio exceptionis ſimulationis, tã apparenter
quã re vera eſſet ipſo iure nullus, nulláq; producens actionẽ,
nã tunc verum eſt, renunciationem nullius eſſe põderis, ita de
facto cõſuluiſſe Fulg. in ſuo conſ. ꝙ incipit, circa vires inſtru-
mẽti, refert Affli. in d. tit de feu. dat. in vic. l. cõmiſſ. n. 168. ver.
tertio fallit. qui tñ ibi in poſtremis verbis nõ approbat hoc di
ctũ, id tñ velim tu conſideres, & examines, quia hęc limitatio
eſt ſubtilis, & authoritas Fulg. eſt magna, & plurimum pollet.

Sed ad hanc ſecundam limitationem conſulere poteris Ti
26 raq. de retract. cõuen. in præfat. n. 19. vbi videtur velle, † imò
iſtam renunciationem magis grauem & ſuſpectum reddere
contractum, & videas Ioan. Bap. Lup. in tract. de vſur in l. 2. C.
de pact. inter emp. & vendit. §. 1. nu. 39. Verumtamen relati à
nobis Dd. loquuntur, quando in contractu fuerunt expreſſa
hæc verba, videlicet, vendidit vere, & non in fraudem vſura-
rum, quo caſu actus magis redditur ſuſpectus, ex abunde alla
tis ibidem per eos, quæ verba multum differre videntur à re-
nunciationibus, de quibus in hac limitatione, de qua tamen
infra ſuo loco vbetius diſſeram.

Sublimita tamen, vt in omni caſu limitatio procedat, ſi ap-
pareant legitimæ probationes. & cauſæ, ac indicia, quia cum
ex ſimilibus pręſumptionib. illicitus contractus eſt ſimulatus,
27 † ita & hmõi renunciatio præſumitur ſimulata, vt l. doli §. di
uerſum. ff. de nouat. & Bar. ſcripſit in l. nemo poteſt. ff. de leg.
1. verſ. quęro, an renunciatio. & idem voluere Card. Zabarel. &
Io. de Imo. in d. c. ad noſtram. ext. de empt. & vend. & Bart. in
l. fi. §. idem quæſiuit. ff. de condict. indeb. & per Barth. Cæpol,
traditũ eſt in d. tract. de ſimul. contrac. præſumpt. 56. nu. 84.

Inſuper tertio vt non vera ſit poſterior opinio, ſi pactũ de
retrooendendo non in ipſo contractu, aut incõtinenti poſt ip
28 ſum, ſed ex† interuallo ſit appoſitum, quia tunc non debet ar
gui ſimulatus, etiam ſi adſit paruitas pretij, iuxta ſententiam
Alex. conſ. 28. col. 2. verſ. & quamuis nonnulli. lib. 5. & protu-
lit Rip. in l. nemo põt. nu. 73. ff. de leg. 1. cum alijs cõgeſtis per
Cagno. in d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. nu. 6. & nu. 130.
Alex. etiam cauit in conſ 38. nu. 3. lib. 5. atque conſuluit Abb.
conſ. 133. & conſi. 241 lib. 1. & quamplures more ſuo recenſet
Tiraq. de retract. conuentio. in præfat. nu. 8. & ſeq.

29 Ab hac tñ opioione† diſceſſere Imo. in d. c. ad noſtrã, poſt
Ioan. Andr. ibi num. 7. verſ. extr. gl. vbi Barbat. ſequitur Alex.
conſ. 46. col. 1. verſ. concurrit & alia, li. 3. & conſ. 54. nu. 1. lib. 6.
idem videtur ſentire Socin. conſ 548 col. 1. lib. 5 Bertr. conſi.
184. vidi caſum in 1. dubio lib. 1. ſentit etiam Pau. de Caſt. in
cooſ. 109. col. 5. verſ. eſt etiam. lib. 2. dum ait, hoc pactũ reuen-
30 dendi factũ eodem die ſimulationem magis arguere, † quam
ſi eſſet factũ ex interuallo vñ intelligit ipſe contractum hmõi
non carere ſuſpicione, ẽt ſi tale pactũ fuerit adiectum ex in-
teruallo in alio inſtrumẽto per ſe, & ſeparatim non immineat
tanta ſuſpicio, non. n. ibi Alex. excludit à ſuſpicione vſuraria
contractum illũ, in quo pactum de retrouendendo ex inter-
uallo ſit appoſitũ, ſed intelligit, minui ſuſpicionẽ in tali caſu,
& auget, qđ in ipſo contractu, aut incontinenti poſt ipſum pa
ctum hmõi ſit adiectum. ſenſit hoc etiam Alberic. in l. 2. C. de
pact. inter empt & vendit. in verſ. ſed quid ſi emptor. Idẽ ſen-
tire videtur Doctor relatus inter conſilia Alex. in conſil. 119.
col. 5. verſ. poſſet ergo. libr. 4. & conſi. 51. num. 5. eodem lib. te
nuit etiam Tiraquell. de retract. in præfatio. num. 9. & Crauet.
in conſ. 456. nu. 18.

Quinimo ſecundum alium Doctorem relatum inter cõſilia
Alex. conſ. 150. lib. 4. per iſta magis augetur præſumptio ſimu
31 lationis excogitatæ, † cum nihil aliud vſurarij excogitãt, niſi
cautelas pro euitanda coniectura vſurarum, quod vt facilius
conſequi poſſint, forte ex interuallo curant apponendas iſtas
pactiones, quod approbat, & ſequitur Ioã Bapt. Lup. in com-
pet. d. l. 2. C. de pact. int. empt, & vend. §. 1. nu. 34. & ſeq. & an-
te eum placuit Tiraq. in tract. de retract. conuen. in præfatio-
ne, nu. 6 8. 9. & 15. qui eſt videndus eſt, & voluit Crauet, conſ.
32 156. nu. 18. & conſulas doctiſſimum Iacob. Menoc. de arbitra.
iud. caſ. 13. lib. 5. cent. 1. in quo loco vltra alia tradit totũ iſtud
arbitrio iudicis eſſe dijudicandum, quod probat ex ſentẽtia
Aym. Crauet. conſil. 156. nu. 17. qui & ipſe permotus eſt ex do
ctrina Ang. in l. ſi ventri. § fi. ff. de ijs, quæ in fraud. credit.

Quod pręcipue verum videtur, ſi in hmõi contractib. factis
cum pacto reſolutiuo fuerit interpoſitum iuramentũ, cuius na
33 tura licet ſit confirmare actus alias inualidos, auth. ſacramen
ta puberũ. C. ſi aduerſus vendi. in c. quãuis, de pact. in 6. tñ ap
poſitum in hmõi contractib. factis cum hoc pacto redimẽdi,
34 † illos reddit magis ſuſpectos de ſimulatione, & fraude, vt te
nuit gl. in c. ſignificauit, verſ. interdixit, in fi. de cẽſib. ſequitur
Bal. in conſ. 275. li. 1. licet antea conſuluerit contrariũ in conſ.
114. ſecundum ea, li. 3. ea potiſſima ratione, ꝙ in contractu ſi-
mulato non adeſt conſenſus propter præcedentem conuẽtio-
nem de ſimulando, ex quo fit, quod iuramentũ in eo appoſi-

Pp tum

Digitized by Google

35 tũ nihil operatur, † quia perinde eſt iurare ſeruare cõtractũ
ſimulatũ, ac ſi iuretur nihil ſeruare, vt late in terminis tradit
Afflict.tit.de feud.dat.in vic.l.cõmiſſ.nu.135.& ſeq.vbi pulchre declarat materiam. Et hãc eandem opin.gl. ſequutus eſt
Guid.Pap.ſingul.938.prope fi.cui etiam accedit Soc. conſil.
215.col.vlt.verſ.3.lib.2.quã etiã approbat Tiraq.in loco iam
allato de retract conuentio.in pręfatio.nu.16.& 17.illam ibi
confirmat quam pluribus auctoritatibus, & ante voluerunt
Hoſtienſ.& Io Andr.in d.c.illo vos.vterque ad fin.de pigno.
& hanc ſuſpicionem eſſe violentam animaduertit Bald. in
conſ.275.præmiſſo ſtatuto col 2.verſ.prædictis nõ obſtantib.

Quæ ſuſpicio eo magis augeretur, ſi fuiſſet cautũ, vt in tem
36 pore reuenditionis per venditorem maius, † aut etiam minus pretium deberet reſtitui, q̃ ab emptore fuerit datum, vt
de maiori pretio tradit Abb.in d.c.ad noſtram,in 4.caſu, vbi
Imol.nu.6.p text.in d.c.illo vos. de pignor.& aſſeruit cõſulẽdo Bertrãd.in cõſ.70.ſi nõ fine.col.fin.lib.3.Couarruu.docu.t.
var.reſolut.lib.3.c.9.in princip.decidit Guid.Pap.in tractat.
de contract.illicit.col.6. verſic.item ex eo,quod Cæpol. meminit in tractat.de ſimulat. contract. in 4. præſumptio. cum
alijs,de quibus per Tiraq.in præfat.de retract.num.31.

De minori autem pretio cauit Bald.in conſ.114.ſecundum
ea,quę.lib.3.quem ſequuntur Tiraq.vbi ſupra.nu.32.& Ioan.
Bapt.Lup.in d.l.2.C.de pact.inter empt. §.1.nu.43.

37 Intelligas tamen, † hanc coniecturam per ſe non reddere
contractum fœneratitium, ſed cõcurrentibus alijs coniecturis, vt aduertit Cagn.in d.l.2.nu.62.poſt Iaſ.in conſ.153.col.
4.lib.4.quibus adhæret Ioan.Bap.Lup.vbi ſupra.

Tertio limita cõcluſionem,quando dilucide in inſtrumen
38 to, & contractu fuerit iuratum, † omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe,tunc enim non probatur ſimulatus,
etiam ſupra notatis præſumptionib. & allegando ſimulationem venire contra iuramentum, vt ſcripſit Io.de Imol.in d.c.
ad noſtram.de emptio.& vend.ad fin.& Bald.docuit in l fin.
C.de nõ num.pecun.& Cæpoll.ſenſit in d. tract.in præſumpt.
7.nu.46. & in præſumpt.26.nu.84.protulit Affl.in 1.feud.tit.
de feu.dat.in vic.l.com.nu.157. verſ.tertio fallit.vbi dicit ita
† cõmuniter ſentire Dd.in l.nemo poteſt, ff.de legat.2. teſtatur Petrus de Peruſ Cardinalem & Ioan.de Imol.in c.ad noſtram.de empt.& vendit.& ibi animaduertit,conſiderandum
eſſe, quo pactu concipiat iuramentum ad hoc, vt excludat
exceptionẽ ſimulationis, ſicut in ſimili dicitur in l.ſi duo pa-
39 troni. ff.de iureiurand.† quod illud adiuuat,quia iuramentũ
debet ſeruari in ſpecifica forma,& vt conditio, vt dixit Bart.
in l.amplius, ff.rem rat.hab.& not.in d.c.ad noſtram.

Intellige, vt illud nun procedat, ſi ſimulatio ſit directa, vel
pbationes allegantes ſimulationẽ fuerint receptę, & admiſ-
40 ſæ,etenim poſt receptas probationes ſup ſimulatione † turpitudinẽ ſuam licitum eſt allegare, ſi in hac re fides eſt adhibẽda in l.alios. ff.de iureiurand.quem refert & ſequitur Affli.
loco proxime citato,n.160.cui adhæret Soc. conſ.364.col.6.
in quarto dubio,lib.2.& cõſuluit Natta conſ.335.optimũ ius,
nu.9 lib.2.vbi illud ampliat procedere, etiam ſi probationes
ipſę eſſent admiſſæ cum clauſula ſaluo iure impertinentiũ &c.
quia licet forſan de iure non eſſent admittendæ, ſi tamen de
facto ſint admiſſæ, ſufficit, & eo caſu poſt detectum pretium
poteſt allegari propria turpitudo.

Hic præterea te velim admonitum,illam ſimulationem in-
41 ſtrumenti, † vbi eſt iuratum omnia,& ſingula eſſe vera,poſſe
aliquando detegi,ex productione ipſius inſtrumenti.ex quo
emergerent pręſumptiones,veluti,quia res magni pretij eſſet
vendita paruo pretio,& emptor publice conſueuiſſet fœnerari,item eſſet conſiderandum tempus, & locus celebrati inſtrumenti,ac qualitates perſonarum, nec non an pretium eſſet cõfeſſatum,& de iſtiuſmodi præſumptionibus, nam tantæ
poſſent eſſe pręſumptiones ſimulationis cõtractus, vt ex eius
productione deberet iudicari ſimulatus,non obſtante, quod
in contractum ſit iuratum omnia eſſe vera,ita pulchre tradit
Affli.in d.tit.de feud.dat.in vic.l.commiſſ.num.160.

Secundo intellige hanc etiam limitationem, vt ſibi locum
42 non vendicet,ſi ille, † qui iurauit,obtinuerit abſolutionem,
quia impetrata abſolutione poterit contra inſtrumẽtum hoc
pacto iurato agere,ſine iniuſtitia pretij,ſecũdũ Affli.in ſuperiori loco allato,nu.158.ex traditis per Io.de Imol.in l.nemo
poteſt. ff.de lega.1.& Bal.in l.ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſoribus, & ex allatis à Petro de Peruſ.& Card. Flor.in d.c.ad
nr̃am.de empt & vẽd.& Dd.in d.l. nemo poteſt. ff.de lega.1.

43 Verum ſi iurans eſſet mortuus, † eius hæres nõ tenetur petere abſolutionem à iuramento,quia vinculum iuramenti tãquam perſonale extinguitur cum perſona, & non concomitatur hæredem, vt not.Innoc.in c.veritatis.de iureiuran. ſecundum Bald.in l.3.C.plus val.quod agit. quem ſequitur Affliſt.vbi ſupra,numero 159.

Contrarin pronunciauit Tiraq. in tractat.de retract. con-
44 uentio.in pręfation.nu.16.ibiq; affirmauit, quod licet alias
iuramentũ plerunq; cõfirmet contractus, & actus inualidos,
c.cum contingat.de iureiur.c.quamuis de pact.lib.6.cum ſimilib.tamen qũ eſt appoſitum in cõtractib. huiuſmodi factis
cum pacto redimendi, nedum non corroborat contractum,&
45 † nec eius fidẽ auget,ſed potius illos magis ſuſpectos reddit
de fraude,& ſimulatione,vt ante eum voluerunt Hoſtienſ. &
Io.Andr. in c.ad noſtram. vterque ad fin.de pignor. Bald. in
conſ.275.pręmiſſo ſtatuto, col.2. verſi.nec præmiſſis obſtantibus,lib.5.vbi dicit hanc ſuſpectionem eſſe violẽtam, quam
plures & alij allati per Tiraq.loco ſupra citato, idem tenuerunt,qui per te videri poterunt.

46 Reſtringitur hęc limitatio,ſi poſt ex interuallo † facta fuerit renunciatio exceptionis, vt ſupra in ſecunda limitatione
diximus,quia tunc etiam ſine prædicto inſtrumento tolleretur præſumptio ſimulationis, vt l.2.cũ ibi notat.C.quod met.
cauſ.& Bart.notat.in d.l.nemo poteſt. ff de leg 1.& animaduerſum eſt à Dd.in d.c.ad noſtram,extra,de emptio.& vẽdit.
atque obſeruauit Cæpoll, vbi ſupra,d præſumpt.7. & 26. de
hoc tamen proxime diximus, & intellige, vt ibi.

Verum quãdo incontinenti, vel ex interuallo actus cenſea-
47 tur geſtus, & in ſpecie noſtra, † quando pactum redimendi
cenſeri debeat fuiſſe incontinenti appoſitum, vt ex eo actio
competat, vide latiſſime per Tiraq.de retract. conuen.gl.4.&
5.§.1.ibi enim dilucidatur materia.

Limita etiam ſupra traditam poſteriorem opinionẽ, vt nõ
vera ſit,quando cõtractus fieret cum eccleſia, ſeu viris eccleſiaſticis, quibus conſcientia optime mentis eſt cordi. quia
48 † tunc etſi concurrant illæ duæ præſumptiones, pactum de
retrouendendo & modicitas pretij,tamen ex his non præſumitur contractus fœneratitius, vt eſt conſtitutio Martini Papæ,& Calixti in extrauagantibus communibus,titu.de empt.
& vendit.c.regimini.vbi erat pactum de lucrando, & redditus quatuordecim pro cẽtenario plus, & tamen deciditur nõ
eſſe fœneratitium, vt per illa iura tenet Alciat.in reſpon. 40.
lib.1.tom.1.licet alias, & in terminis docuit Alberic. in l.iubemus nulli.la 2.nu.16.verſic.vltimo,iſta quęſtio.C.de ſacroſanct.eccleſ.Roland.à Valle reſpondit conſ.96.num.20. lib.1.

Quarto limitat poſterior opinio, videlicet, quod illæ duæ
pręſumptiones concurrere debeant, id eſt paruitas pretij, &
49 pactum de retrouendendo,nõ procedere in feudalibus, † nã
contractus feudi ex ſola paruitate pretij pręſumitur ſimulatus, ita decidit Matth. de Afflict. ſup.2. feudor. tit. qualiter
olim feud.alien.poter.c.1.§.donati.nu.30. per illum text. &
per c ſummopere,extr.de extraord.cogn.

Limitabis id verum eſſe,quãdo huiuſmodi contractus factus fuerit ab inferiore à Rege,puta feudatarijs,ſecus ſi fiat à
50 rege,† nã ab eo potius pręſumitur haberi gratia,q̃ prætextu
pecuniæ, vt dicit tex.in c.1.de feud. dat.in vic.l.cõmiſ. & ita
ait Matthæ.ab Afflict.vbi ſupra,d.§.donare. vbi ait, ideo va-
51 lere contractum feudalem factum à Principe † ſub penſione
vnius denarij,quia videtur tũc Princeps vſus liberalitate, &
ac hoc faciũt à nobis animaduerſa in cõcluſione,Liberalitas.

Quinto limita concluſionem, vt ſibi locum non vendicet,
ſi pactum de retrouendendo non fuerit appoſitum in ipſo
contractu,vel incontinenti poſt ipſius celebrationem, ſed ex
52 interuallo, † quia tunc ex ſententia multorum traditum eſt,
non argui ſimulationem contractus, vt inter alios dixit Alex.
in conſ.28.col.2.verſic.& quamuis nõnulli.vol.5. cui accedit
Rip.in l.nemo poteſt.n.73. ff.de leg.1. Cagnol. etiã adhæret,
q alios citat in l.2.C.de pact.int.empt.& vend.n.6.& n.130.

53 Cui ſentẽtiæ alacriter reclamat † Bald.ĩ cõſ.332.in inſtrumento,col.fi.ibi,ex contrarijs igitur qualitatib.lib.3.qđ probauit Ruin.in cõſ.16.circa primũ,n.10.lib.4.Iaſ.confirmauit
in cõſ.153.circa primũ,col.1.lib.4.& firmauit Crau.cõſ. 156.
nu.18.late Tiraq.qui hoc idẽ aſſerentes congerit in tract. de
retract.

Digitized by Google

retract.conuen.in præfat.nu.15.ibique iſtud interuallum ma-
54 gis ſuſpicionem fraudis augere affirmat,tanquam excogita-
tum id fuerit,ne fraus ipſa pateret, ſecundum Ioan. Andr. in
c.ad noſtram,quem ibi retulit Imo.nu 7.in verſ.extra glo.de
empt.& vendit.& ſequitur ibi Barbat.idem conſuluit Doctor
quidam inter conſilia Alex.in conſ.120. lib.4. & idem Alex.
in conſ 46.col.1.verſ.concurrit & alia.lib.3. & voluit Bertrã.
conſ.184.vide caſum,in 1.dubio.lib.1. & huic opinioni aſſen
titur Lap.de S.Geminia.in comment.ad l.2.C.de pact.int.em
pt.& vend.§.1.nu.34.& ſeq.

Ratio iſtius concluſionis illa poteſt eſſe, quod cum non in
ipſo, principali contractu fuerit iſtud pactum appoſitum,
quodammodo dicitur ſecreto & clanculum, ac vt lateat fa-
55 ctum,ideo fit,vt magis præſumatur fraus,† quia quæ ſecreto
fiunt, magis præſumuntur ſuſpecta,& doloſa,vt in his termi-
nis vſuræ tradit Cæpol.in tract.de ſimul.contract.præſumpt.
20.in conſ.criminal.17.viſa commiſſione,col.pen. verſ.item,
& vlt.Dec.etiam in conſ.331.col.2.verſ.4.vt præſumptio.at-
que Roman.in conſi.54.viſis,col.2. verſ.3. & quamplura ſcri-
bit Tiraq.de retract.conuen.in præfat.num.13.& 14.ſequitur
Lap.de S.Geminian.in d.l.3.§.1.C.de pact.int. empt. nu.35.
vbi & ipſe quamplura adnotauit, ad quos te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXLVIII.

ARGVMENTVM.

Contractus an probetur ſimulatus per teſtes productos contra instrumentum,& ex eo,quod fere omnia pacta apponantur in fauorem creditoris,& quando ei,qui conduxit prædium ſuum venditum,conſtituta eſt penſio.

SVMMARIA.

2 *Contractus probatur ſimulatus per teſtes productos contra inſtrumentum, & quot teſtes ſufficiant,nu.2.*
3 *Teſtes non deponentes de forma inſtrumenti non poſſunt deponere de ſimulatione.*
4 *Teſtis vnus de viſu an ſufficiat ad probandum ſimulationem contractus vide remiſſiue.*
5 *Teſtes ſingulares faciunt probationem ſimulationis contractus,alijs coniecturis concurrentibus.*
6 *Contractus ſimulatus probatur ex eo,quod fere omnia pacta apponuntur in fauorem creditoris.*
7 *Contractus probatur ſimulatus,& vſurarius,quando ei,qui conduxit prædium à ſe venditum conſtituta eſt penſio, quæ magis commenſuratur pretio tradito, quam valori rei.*

SVperſunt adhuc tres probandi rationes, quo pacto ſimula-
2 tus contractus palam fieri poſſit,quarum prima† eſt per te
ſtes productos contra inſtrumentum,vt tradidit Tiraq.in tra-
ctat.de vtroque retract.tit.de retract.conſanguin.§.1.glo.14.
n.57.& voluit Accurſ.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſid.
& in §.ſi vero tale.in auth.de inſtrum.caut.& fid.Bal.placuit
in l.1.col.2.verſ.denuo quæro.C.plus val. quod agi.&c.aſſe-
uerauit etiam Ioan Faber in §.item verborum.col.4.verſic.
vnde & hoc.Inſtit.de inutil.ſtipul.de hoc meminit Imol.in
c.ad noſtram.ext.de empt.& vendit.Verum licet gloſ.d.§.ſi
* * vero tale.aſſerat quatuor teſtes acquiri, ** communior ta-
2 men eſt opinio,† pauciores ſatis eſſe.Tametſi gl.in d.§.ſi ve-
ro tale.poſſit procedere,cum quis directo vellet probare con
tra inſtrumentum, veluti ſi negetur ita inſtrumentum factum
non fuiſſe, ſed ſecus qñ directo, vel indirecto quis non vult
probare contra inſtrumentum, ſed prout eſt, fatetur ita factũ
fuiſſe,ſed agitur de probando aliud fuiſſe vere actum à con-
trahentibus,aliud ſimulate ſcriptũ,ſicut ille tit.plus val.quod
agitur.&c.quia tunc duo ſufficiunt, & de huiuſmodi proba-
tione per teſtes vide late per Bal. in l.1. C.plus val. quod agi.
3 &c.& per Tiraq vbi ſupra.Verum ad id obſerues, † teſtes nõ
deponentes de forma inſtrumenti non poſſe deponere de ſi-
mulatione, vt reſpondit Bald.conſ.21.par.5.nu.3.

4 An vero vnus teſtis de viſu ſufficiat † ad probandum ſimu-
lationem contractus,te docebit Affli.in c.1.de feud.dat.in vi.
leg.commiſſo.not.3.

Concluſionem amplies,vt teſtes ſingulares alijs conjectu
5 ris concurrentibus † faciant probationem ſimulationis con-
tractus,vt conſuluit Paul.Caſtrenſ.conſ.169.nu.4.vol.2.& Cu
man.cauit in conſ.155 colum.2.poſt num.3.& 4.vbi late.

Præterea probatur ſimulatus cõtractus ex eo,quod fere om
6 nia pacta † apponuntur in fauorem creditoris,& parũ,vel nil
ſint in fauorẽ debitoris,vt tradidit Cardin.in clem.1 §.cæte-
rum, quęſt.3.de vſur.& reſpondit Abb.in conſ.77 verſ.ite n
& 3.cui accedit Natta conſ.198.nu.13.

Poſtremo probatur contractus ſimulatus,& vſurarius, quã
7 do † ei,qui conduxit prædium à ſe venditum,conſtituta fuit
penſio,quæ magis comenſuretur pretio tradito,quam valori,
& æſtimationi rei,vel eius redditibus,veluti ſi pro fundo va-
loris 300.& empto pro centum ſoluantur pro penſione decẽ,
nam tunc illa decem præſumuntur ſolui pro vſura dictæ pecu
niæ centum,& non pro redditibus fundi,quia maior merces
pro eis debetur,cum ſit valoris 300.ita Natta docuit d.conſ.
198.nu.14

CONCLVSIO CCCCXLIX.

ARGVMENTVM.

Contractum ſimulatum probandi cui incumbat onus.

SVMMARIA.

1 *Contractum ſimulatum eſſe,vel fœneratitium qui dixerit probare debet & cauſam ſimulationis oſtendere,& declarare.*
2 *Contractum ſimulatum aſſerens non eſt audiendus,niſi deſignet ſpeciem fictionis.*
3 *Contractus in dubio non præſumitur ſimulatus,vel vſurarius,niſi probetur.*
4 *Contractum eſſe ſimulatum aſſerens probare debet etiam ſi aliqua præſumptio ſit in contrarium.*
5 *Contractum ſimulatum qui dixerit, probare tenetur,dummodo opponatur ab alia parte,quæ petat declarari cauſam & ſpeciem ſimulationis.*
6 *Contractum ſimulatum eſſe, non ſatis eſt probare doloſum vel fictitium in genere, ſed ipſa ſpecies,& modus ſimulationis,aut fraudis ſigillatim probari debet.*

COntractum eſſe ſimulatum,vel fœneratitium ſi quis dixe-
1 rit,† illum probare debere,colligere eſt ex Scæuolæ re-
ſponſo in l.patronus.ff.de proba & cauſam ſimulationis, vel
fictionis oſtendere,& ſigillatim declarare debere certã,& cla
ram,reſpondit Bart.in conſ.65.incipien.factum tale proponi
tur,Petrus Nicolæ.poſt nu.2.verſic.his præmiſſis,& ibi cum al
legatis in marginalibus additio.& idem obſeruauit Bar.in l.
poſt contractũ,n.3.verſ.ſecũda præſumptio.ff.de donat.& an-
notauit Bal.in l.ab Anaſtaſio.n.6. verſ vlt.ſume arg.C.mand.
atq; animaduertit Pau.Caſt.in l.iuriſgentium. §.dolo malo.
ff.de pact.quod cõſulenti placuit Alex.conſ.111.incip.viſu ſu
periori themate.volum.3.& lite.volum.5.quorum ſententiã
plurimi probauere,vt Ancharan.in conſ.228.ad corroboratio
nem.Barbat.conſ.22.nu.1.vol.4.Dec.conſ 463.nu.8.incipien.
cauſa, quæ nomine Cameræ. & Domini de Rot.in deciſio-
ne prima.alias 484 extra Rotam,quod per hoc.num.5.de do-
2 nat.in nou.vbi diremere,eum † qui non deſignet ſpeciem fi-
ctionis non eſſe audiendum quia aduerſarius ſic redderetur
dubius,vt l.1.§.1.ff.de eden l.Põponius ſcribit.ff.de rei vendi
cat.l.1.§.Labeo.ff.de flumin.l.Tiriæ textores,in princip.ff.de
leg.1.cum alijs ibidem alleg.imo debet ſuccumbere,vt Anch.
3 voluit in d.conſ.226.nu.2.† quia in dubio non præſumitur
contractus ſimulatus,vel vſurarius,niſi probetur, ſic ſcripſit
Bart.Soci.conſ.264.nu.1.vol.2.immo ſemper ſine fraude, &
bene præſumitur celebratus,vt cauit Natt.conſ.198.n.5.& 21.

4 Ampliatur concluſio,vt procedat,† etiam ſi aliqua præſum
ptio ſit in contrarium,vt conſtat ex ijs quæ modo attulimus,
quod intellige cum hoc temperamento,dummodo interuene
rit renunciatio exceptionis ſimulationis,vt ſupra notatũ eſt,
& ita ait Bartho.Cæpoll.in d.ſuo tractat.de ſimul.contract.
pręſump.26.num.85.

Limitabis modo,vt vera ſit,dummodo opponatur ab alia
5 parte,† quæ petat declarari cauſam & ſpeciem ſimulationis,
& non aliter,vt docuere Bal. & Sal.in l.ab Anaſtaſio.C.man-
dat.& Bart.Cæpol.vbi ſupra in d.26.præſumpt.nu.89.& 90.
vbi late.

Illud præterea obſeruandum eſt,non ſatis eſſe probare,cõ
tractum eſſe ſimulatum,doloſum vel fictitium in genere, ſed
6 neceſſe eſt † vt ipſa ſpecies,ac modus ſimulationis,aut frau-
dis ſingillatim probetur,vt eleganter ac docte memoriæ pro
didit Tiraq. in tract.de vtroque retract.§ 1.gl.14.num.59.&
docuit Bart in conſ.65.colum.2.cui adhæſit Bal.in l.ab Ana-
ſtaſio.in fin.per illum tex.C.mand.quod cæteri confirmaue-
re,vt in primis Petr.de Anchar.conſilio 226.ad corrobationẽ.
in 2.dubio Paul. Caſtr. in l.iuriſgentium. §.dolo.& ibi Alex.
ff.de pact.vbi & ipſe Alexander dicit,id eſſe multa & diligen
ti obſeruatione dignum, & idem Alexand.conſilio 112. viſo

Digitized by Google

ſuperiore.colum.1.lib.3.& conſ.38 in cauſa.col.3.in fin.verſicul.modo ſic.lib.5.

Reliqua autem,quæ in hac probatione ſimulari contractus lectori deeſſe videbuntur,ad ipſos ipſe fontes accedat,ac inde reſidua hauriat,quæ huc tranſponat.

CONCLVSIO CCCCL.

ARGVMENTVM.

Contumacia an probetur per ſcripturam, & inſtrumentum & cui incumbat onus illam probandi.

SVMMARIA.

1 *Contumacia per ſcripturam & inſtrumentum probari poteſt.*
2 *Contumaci incumbit onus probandi,iudicem citantem non eſſe idoneum.*
3 *Contumax probatur,qui non mittit procuratorem legitimum.*
4 *Contumax probatur,qui aufugit,& latitat,ne perſonaliter apprehendi poſſit.*
5 *Latitare præſumitur,qui præmiſſa diligenti rimatione,non reperitur in loco.vbi conſueuerat morari.*
6 *Citatus contumax non poteſt haberi ſi iudici copiam ſui non fecit illa die,qua iudex non ſediſſet.*
7 *Ad hoc,vt quis contumax probetur,requiritur trina citatio,vel vna peremptoria.*
8 *Contumax quis probatur,ſi interuenerit trina citatio,vel vna pro tribus,& pars ſe præſentet in termino citationis,& contumaciam abſentis accuſet.*
9 *In criminalibus etiam,ad hoc vt quis contumax dicatur,actor debet expreſſe accuſare contumaciam rei.*
In criminalibus proceditur ad inſtar iudiciorum ciuilium,ibi.
10 *Contumax vere dicitur,qui citatus peremptorie,non inuentus eſt, ſi conſtet ipſum habuiſſe notitiam citationis,& non comparuiſſe.*

1 CONtumaciam poſſe probari per ſcripturam,† & inſtrumẽtum,nullus eſt,qui repugnet,nam licet vergat ad crimen debet ſcribi in actis,vt tradidit Bald.in l.1.C.quor.appell.nõ recipiunt,& reſcriptum fuit in additio.ad Bartol.in l.ſenatus ff.ad S.C.Turpilia.

Si vero contumax iudicem citantem non eſſe idoneũ pro-
2 bare voluerit,† ipſi contumaci hoc onus probandi incumbet vt recte animaduertit Alexand.in l.2.nu.13.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.

3 Quinimo probari etiam contumacem eum,qui † nõ mittat procuratorem legitimum,docuit Bald.in authen.ei qui, nu.3. C.de tempo.appell.cui reſpondendo adhæret Natt.in conſ.5. non videtur,quod Ioannes Iacobus, nu.9.verſ.quinimo magis.quos refert & ſequitur Franc.Burſa.in conſ. 74.mirabitur forſan quiſpiam,num.138.poſt verſ.quinimo ſi principalis.libro 1.

4 Tertio loco probatur contumax † qui aufugit,& latitat,ne perſonaliter apprehendi poſſit,vt idem conſuluit Natt.in conſil.240.reddidi alias.nu.3.verſ.nec obſtat,ſi dicatur ex multorum ſententia quos apud eundem ibidem videas.

Is vero latitare præſumitur eo ipſo,quod præmiſſa diligen-
5 ti rimatione,† non reperitur in loco,vbi conſueuerat morari, vt idem cauit Natt.in eodem conſ.240.poſt d.nu.3.verſicul. quod autem fraudulenter.

Quod limitabis,non eſſe verum,quando illa die citans iu-
6 dex non ſediſſet,nam licet iudici copiam ſui non fecerit,† tamen cõtumax non poterit haberi,ita me docuit Natta in conſil.364.ſtante Marchionali decreto,nu.7.& ſi iudex.motus auctoritate Pauli iuriſconſulti in l.2.in fin.ff.ſi quis in ius voc. non ier.atque Pompon.in l.arbiter calendis.ff.de recept.arb.

Intelligas tamen quod in vniuerſum,ad hoc vt quis probe-
7 tur contumax,† requiritur trina citatio,vel vna peremptoria vt de hoc context.eſt vulgatiſſimus in l.conſentaneum.§.tres denunciationes,& ibi Bart.Bald.& Salic.not.C.quo.& quando iud.vbi Bart.ſatis inſigniter hoc ampliauit,vt non ſolum requiratur trina citatio,vel vna pro tribus,ſed etiam deſidere-
8 tur † vt pars,ſcilicet actor ſe præſentet in termino citationis & contumaciam rei abſentis accuſet,per context.egregium, & inſignem in l.properandum.§.& ſi quidem.ibi actoris abſentiam accuſante.C.de iudicijs,quem context.ad hoc meliorem de iure dicunt Fulgoſ.& Paul.de Caſtr.ibi,quod dictum vendicat ſibi locum nedum in cauſis ciuilibus,ſed etiam in
9 criminalibus,quoniam & tunc † requiritur etiam actorem debere expreſſe accuſare contumaciam ipſius rei,alioqui non cenſeretur contumax,nam in criminalibus proceditur ad inſtar iudiciorum ciuilium,l.abſentem.§.1.ff.de pœn.quod voluit Imol.poſt Bart.in l.inter accuſatorem.ff.de publ.iud.& in l.abſentem.C.de accuſat.quod obſeruauit idem Bar.in extrauag.ad reprimendum,in verb.neglexerit,& hoc inſigne arbitratus eſt Trigon.in ſing 88.poſt numero 1.incip.comperctum habes.

Superioribus probationibus hanc adiungas,quam tradidit Matth Mattheſil.in l.ea quæ ſtatuuntur,nu.7.verſi.nota ex iſta gloſſ.C.quomodo & quand.iud vbi in hanc ſententiam * cõ-
10 muni conſenſu ſcribentes deſcendere ait,† citatum peremptorie,& non inuentum dici verum,contumacem,ſi conſtare poterit ipſum habuiſſe notitiam citationis,& non comparuiſſe,vbi ad hoc probandum affert clarum contex.in l properandum,§.ſin autem ex geſtis.& §.quod autem.iuſto.§.& ſi quidem.C.de iudic.

CONCLVSIO CCCCLI.

ARGVMENTVM.

Conuenticula an præſumatur illicita, & quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Conuenticula cum ſit regulariter prohibita,illicita præſumitur.*
2 *Conuenticula probanda eſt per participes criminis.*
3 *Conuenticula probari poteſt per coniecturas cum ſit difficilis probationis.*
4 *Conuenticula eſt,quandocunque congregatio aſcendit ad numerum decem hominũ.*
5 *Ad excludendum conuenticulam facit præſumptio,quod caſu & fortuito quis præſumitur in loco delicti aſtitiſſe.*

1 COnuenticula, cum ſit regulariter prohibita, præſumi illicitam,† & cum dolo,ſancitum eſt in l.3.in princip. C.de ſumm.Trinit.& idem ſenſit Lucas de Penna.in l.quemadmodum,C.de agri.& cenſit.lib.11.nu.197.quod etiam eſt conſtitutum in l conuenticula,C.de epiſcop.& cler.l 1.C.ad l.Corn. de ſicar.& l.ſi non conuicij. C.de iniur.in terminis reſpondit Alex.in conſ.3.ponderatis verbis.col.1. vol.1. & Natta conſ. 665.ſub nu 2.verſ.pro quo facit.lib.4.

2 Vnde † cum conuenticula illicita præſumatur,probanda erit per participes criminis,vt reſpondit Alex.conſ.13. nu.14. lib.6. & conſ.120.nu.3. lib.7. quin etiam poteſt probari per
3 coniecturas,cum materia † ſit difficilis probationis,vt auctor eſt Hippol.de Marſ.in ſua pract.crim.in princ.,nu.6.& 7.

Et quomodo probabitur,q ſit conuenticula , docet Corn.
4 in conſi.216.lib.3.per tot.vbi admonet, † conuẽticulam eſſe, quandocunque congregatio aſcendit ad numerum decem hominum,nu.1.in d.conſ & idem Corne.conſ.199.lib.4. atque Pariſ.in conſ.17.nu.9.cum pluribus ſeqq.lib.4.& Alex.conſ. 224.nu.3.lib.2. Ad excludendum vero conuenticulam,quæ debet eſſe congregatio ex propoſito,facit præſumptio, quod
5 caſu & fortuito quis præſumitur in loco aſtitiſſe,vt traditum eſt à Felino in c.ſicut.nu.6.extra de homicid.atque Carrer.in pract §.de homicid.il 2.nu.55.

CONCLVSIO CCCCLII.

ARGVMENTVM.

Conuerſatio quid operetur.

SVMMARIA.

1 *Conuerſationem habens in domo,vbi patratum eſt delictum, veluti furtum, habet contra ſe præſumptionem quod notitiam habeat furti,adeo vt torqueri poſſit.*
2 *Conuerſatio cum malis hominibus indicium facit.*
3 *Conuerſatio malorum ante, & poſt delictum patratum facit præſumi delicti conſilium.*
4 *Conuerſatio malorum plurimum permouet animum iudicis circa indicium ad torturam.*
5 *Conſuetudo malorum aſpernanda eſt.*
6 *Societas,cum qua quis verſatur,indicat hominem.*
7 *Conuerſatio facit præſumi,quod quis ſciat cauſam, quare talis,cum quo verſatur, ad illum,vel ad illum locum iuerit.*
8 *Præſumitur ſcire,quæ fiunt in loco,quo frequenter conſueuit accedere.*
9 *Conuerſatio ſi ſuit interpolata, poteſt actus geri eo tempore, quo quis cum aliquo non verſatur.*

1 COnuerſationem in domo vbi patratum eſt delictum veluti furtum,† habere contra ſe præſumptionem , quod notitiam habeat furti,adeo quidem,vt torqueri quis poſſit,tradidit Bru.in tract.de indic 3.q.1.par.nu.2.& profitendo ſcripſit Blanc.in l.fin.nu.73.ff.de quæſt.

Et

2 Et hinc eſt, quod conuerſatio cū malis hominibus † faciat
indicium, vt aſſeruit Ang. in tract. malefic. in §. fama publica,
nu. 16 & Guid. de Suzar. in tract. de indic. nu. 32. atque Blanc.
in d. l. fi. nu. 253. & reſpondit Crauet. in conſ. 250. nu. 11. & 15.
quod maxime tunc procedit, qñ quis vſus fuerit conſuetudi-
3 ne malorum ante, & poſt aliquod delictum patratum, † quia
tunc illa conuerſatio facit præſumi delicti conſilium, & ita ca
uit Crauett. vbi ſup. d. nu. 12. & docuit Bar. in l. plures, §. quã-
uis. & §. ſi parens. ff de adminiſtrat. tut. c. ſæpe. 23. e. 1. & dixit
Bal. in conſ. 95. regula iuris. circa fin. nu. 6. vol. 1.

Et quod ex conuerſatione malorum plurimum permoueа-
4 tur animus iudicis † circa iudicium ad torturam, profitendo
ſcripſit Bar. in l. ſi plures. §. ſi parens, nu. 1. & §. quamuis, nu. 3.
ff. de adminiſt. tutor. & obſeruauit conſulendo Crauet. in cõſ.
73. incip. dicendum videtur prima fronte, nu. 13. verſ. inſtat
præſumptio. atque Marſ. in ſua pract. criminal. §. expedita, nu.
91. verſ. modo vltra præmiſſa. atque reſpondit Crauet. in cõſ.
220. reſpondeo ad dubia. nu. 12. verſ. rurſus iſta conuerſatio.
qui ad hoc adducit Alex. in conſ. 149. col. 2. ad fi. & in conſil.
154. col. 2. lib. 5. quę quidem nuſquam inueni in codicib. meis.
5 Vnde fit, vt non extra rem moneat Propheta † aſpernãdam eſ-
ſe malorum conſuetudinem. Pſalm. 6. dum cecinit: Diſcedite à
me oẽs, qui operamini iniquitatem. & Pſal. 17 Cum ſancto ſan
ctus eris, & cũ peruerſo peruerteris. & Pſal. 49. Si videbas furẽ,
currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. &
hoc multis alijs innumeris locis cauetur, & ita conſuluit Grã
mat. conſil. 17. nu. 14. & confirmat Abb. in c. clericus. de iudic.
& in c. ad hæc. nu. 1. de iudic. & t. diſtinct. c. diffinimus. atque
monuit Oldrad. conſi. 65. incip. & circa hoc. col. 1. poſt nu. 1.
6 Nam ſocietas, † cum qua quis verſatur, indicat hominem, vt
cautum eſt in c. innotuit, de elect. & habemus ab Vlpian. in l.
ædiles. §. Pedius. ff. de ædil. edict.

Amplianda eſt concluſio, vt etiam conuerſatio faciat præ-
ſumi, quod quis ſciat cauſam, quare talis, cũ quo verſatur, ad
7 illum † vel ad illum locum iuerit, in quo poſtea patratum ſit
aliquod delictum, veluti homicidium, vel furtum, vt conſuluit
Crauet. d. conſ. 220. ſub nu. 12. verſ. amplius & colligere eſt ex
c. quærendum. 5. q. 7. c. cum oporteat. vbi glo. de accuſat. & ex
l. 2. in verſ. detegit. cum glo. in 3. intellectu. C. vbi de crimin.
ag. oport. & docuit Bar. in l. 1. in 2. q. C. de ſumm. Trinit. & fid.
cathol. reſpondit Bal. in conſ. 295. Petrus Lombard. lib. 3. idẽ
conſulendo ſenſit Pau. de Caſtr. in conſ. 423. col. 5. lib. 2. ita ẽt
placuit Corn. in conſ. 340. col. pen. lib. 1. hoc præterea aſſeruit
Dec. in conſil. 583. iuridicum. nu. 4. verſ. & ad hoc facit. col. 2.
& id protulit Ancharan. conſ. 170. col. fin. ſcripſit Aretin. in cõ
ſil. 219. col. 5. ver. aliquando tutor. cauit Socin. in conſi. 264.
col. 6. lib. 2. nu. 10. & monuit Alex. in conſ. 81. ſtantib. col. 2. nu.
7 5. verſ. confirmantur prædicta. lib. 4. vbi ait, † eum præſumi ſci
re ea quę fiunt in loco, ad quẽ frequenter conſueuerit accedere.

Limitabis præmiſſa non procedere, ſi conuerſatio fuerit in-
9 terpolata, quia potuit actus geri eo tempore † quo quis cum
eo non verſaretur, ita voluit Pau. de Caſtr. conſi. 248. viſis &
ponderatis omnibus. col. 2. ſub num. 4. verſ. & ſic poſito. vt in
ſimili tradunt Dd. in l. 1. §. 1. ff. de itiner. act. priu. & in termi-
nis hoc illud patrocinatur, ꝙ ſcribit Ang. in l. iuſtiſſime. §. ff. de
ædil. edic. & quę ſcripſit Crauet. d. conſ. 555. d. n. 12. ſub finem.

CONCLVSIO CCCCLIII.

ARGVMENTVM.

Copula carnalis quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Copula carnalis probatur per viſum, id eſt, per deponentem, quod viderit ſolum cum ſola in lecto, & nudum cum nuda.*
2 *Ex violenta, & certa ſuſpicione fornicationis poteſt ſententia diuortij promulgari.*
3 *Copula carnalis per rerum naturam non poteſt vere probari.*
4 *Probatio vera debet de neceſſitate concludere, de probationibus. c. in præſentia.*
5 *Probationes veriſimiles intra recipiuntur in actibus, in quibus probationes veræ non poſſunt haberi.*
6 *Probationum materia eſt fauorabilis.*
7 *Filiatio & paternitas, cum non poſſint naturaliter probari, ſufficit, quod probetur opinio, & nominatio.*
8 *Probatio viſus ſolus cum ſola, nudi cum nuda in lecto, recipitur pro valida in materia probationis copulæ carnalis.*
9 *Copula carnalis probatur per auditum proprium cum fama, & teſtis de auditu ſuper ea, quomodo deponere habeat.*
10 *In probatione copulæ carnalis admittuntur qualeſcunque probationes etiam præſumptiuæ.*
11 *Copula carnalis probari poteſt per cohabitationem viri, & mulieris.*
12 *Copula carnalis probatur per famam vicinia & etiam per teſtes ſingulares.*
13 *Coniunctio venerea probatur per teſtes de credulitate, quando concludunt præſumptione ex certa diſpoſitione.*
14 *Copula carnalis probari poteſt per iuramentum.*
15 *Copula probatur per inuolutionem brachij collo.*
16 *Copula præſumitur, ſi reperti fuerint mulier, & vir in ſolitudine, vel ſi viſi ſint per nemora, per plana & loca ſecreta.*
17 *Coniunctio venerea probatur quando vir filio illius mulieris, cum qua conſuetudinem habebat, certum quid in teſtamento reliquerit.*
18 *Copula carnalis probatur, quando vir, & mulier ſoli viſi fuerunt cubiculum ingredi, & ex eo poſt certum tempus egredi vnus poſt alterum, & mulier conſpecta fuit cum rubore, & crine ſoluto, ac horrida, & turbata.*

COpula carnalis quo pacto probetur, latius ſupra explica-
uimus in concluſione, Adulterium, & in concluſ. Coitus.
Verum, vt & ſuperioribus aliquid addam, in ea ſum opinio-
ne, vt ad omnem effectum, ſ. tam ad matrimonium dirimen-
dum quam impediendum, quam etiam ad pœnam irrogandã
1 pro crimine carnalis copulæ, † ſufficiet probare copulam per
viſum, id eſt, quod viderit ſolum cum ſola in lecto, nudum cũ
nuda, nec alia probatio requiritur, vt dixit Lap. in allegat. 53.
nu. 1. & ad id adeundus erit Accurſ. in l. ſi vero non remoue-
randi §. ſi adoleſcens luxurioſus, in glo. 1. ff. manda. & id ſan-
citum eſt in contex. c. præterea. de teſtib. in context. etiam in
c. literis. de præſumption. & conſuluit Dec. conſ. 177. viſo co-
pioſo, nu. 10. quod etiam docuere Abb. & Butrig. in d. c. præte
rea. Ruin. etiam reſpondit conſ. 53. ex plurib. nu. 1. 2. & 10. vol.
5. & voluit Ferre. in conſ. 389. Redemptoris noſtri, in cauſa no
bilis nu. 50. vol. 2. atque Nat. in conſ. 505. non puto cogi poſ-
ſe. nu. 3. verſ. probatur autem. Corſet. in repetit. ad Abb. poſt
verſ. teſtes licet vnus poſt alium vbi plene, quod placuit etiã
Pariſ. in conſil. 54. aſſertæ. poſt nu. 61. vol. 4. & idem in conſil.
170. deteſtabilis nu. 12. & ſeq. verſ. tale enim. eod. lib. 4. & in
conſ. 57. ſtante priori matrimonio. nu. 32. verſ. & quod ſoro-
rem eo. lib. 4. & meminit Ioan. de Amic. conſ. 69. quoniam in
proceſſu, nu. 10. & ſcripſit Ludouic. Rom. conſ. 91. viſis, & per
cunctatis, nu. 6. atque probauit Crot. in conſi. 413. viſa copia.
nu. 24. ver. vlterius præmitto. lib. 3. vbi de contextu d. c. ex lite
2 ris. colligit † ex huiuſmodi violenta & certa ſuſpicione forni-
cationis poſſe ſententiam diuortij promulgari. Corn. præte-
rea in conſ. 51. in hac conſultatione, nu. 14. lib. 1.

3 Nam per rerum naturam non poteſt vere probari † copula
carnalis, & quamuis quis atteſtaretur commixtionem, non ta
men eſſet vera illa probatio, quia & hoc eſſe poſſet ſine ſemi-
nis emiſſione, vnde non adfuit copula, quia non probat hoc
4 eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, † nam probatio vera de
neceſſitate concludere, de probationib. c. in præſentia. vt pro
tulit Lap. allegat. 52. & 53. & hinc eſt, quod in huiuſmodi actib.
5 in quibus probationes veræ non poſſunt haberi, † recipiant
intra probationes veriſimiles, quia non eſt anguſtanda proba
tionum facultas, vt cautum eſt in c. literis. c. tertio loco. extra.
de præſumpt. & tradidit Felin. in c. præterea. extra, de teſtib.
& in c. cauſam. col. penult. poſt num. 13. de præſcript. & ſenſit
Abb. conſ. 25. nu. 4. atque Alex. in conſ. 82. viſo proceſſu. col.
3. poſt nu. 8. verſ. hoc confirmo. vol. 3. & in l. non hoc. num. 3.
6 verſ. item not. quod dictum teſtis C. vnd. cognat. † cum proba
tionum materia ſit fauorabilis, vt conſtituit Imp. in auth. Ga
zaros in fi. C. de hæret.

Hinc etiam eſt, ꝙ filiatio & paternitas non poſſint natura-
7 liter probari, & ideo ſufficit, ꝙ † probetur opinio, & nomina
tio, vt ſancitum eſt in c. Michael. ext. de filijs presbyteror. ꝙ
latius dicetur infra in cõcluſione, Filiatio, & cõſulas latiſſime
tradentẽ Tiraq. in trac. de vtroq; retrac. ti. 1. §. 1. gl. 16. n. 7. ſic
etiã dicendum eſt in hac materia, in qua recipitur pro valida
8 probatione † viſus ſolus cu ſola, nudi cum nuda in lecto, hoc
notatur expreſſe in c. præterea, de teſtib. Quod ſi eueniat, vt
hæc probatio viſus haberi non poſſit, confugiendũ eſt ad alte
9 rã probationem, ſ. auditus proprij cum fama. Hoc eſt, † ꝙ te-
ſtis audierit eos commiſceri carnaliter. ſed nõ viderit, quia im
pediebatur cõſpectus aſſerib. cortina, pallio, noctis obſcurita
te, ſed deponat, ꝙ audiebat voces eorum ſibi notas, anhelitus
iucundos, veneris oſcula, verba apta ad ipſam rem, vt loqu-
tus eſt Lap. vbi ſup. d. allegat. 53. quibus ſi fama adminicula-
tur, ſufficit ad omnẽ effectum, & habetur pro plena probatio-
10 ne copulæ carnalis, vt ſenſit Lap. vbi ſup. ſub nu. 3. & hoc † eſt

quod in probatione copulæ admittantur qualeſcunque pro-
bationes, etiam præſumptiuæ, vt ſancitum eſt in d.c.literis.&
in c.tertio loco, extra de teſtibus. & adeas Ruin.conſ.53. per
totum.lib.5.atque Marian. Soc.conſ.32. fere per totum lib.2.
& Couarnu.in epitom.1.partis, c.3.§.1.nu 13.& 14.late pro-
ſequitur Bero.quæſt.54. per tot.atque Cæpol.conſ.ciuil. 3.4.
11 & ſeq.per tot.in quo loco docet, † quod etiam copula carna-
lis probari poſſit per cohabitationem viri & mulieris, præci-
pue ſi fuerit voluntaria, & amor inter ipſos fuerit mutuus.
12 Quod vero copula probetur † per famam viciniæ, teſtatur
Abb.in c.tertio loco, col.1.quem refert & ſequitur Alb.conſ.
31.nu.4.& Io.Crot.in d.conſ.413.nu.24.verſic.item teſtimo-
niũ viciniæ, & huiuſmodi fama probatur per duos teſtes, vt
tradit Bar.in l.quæſtione.§.plurium.col.5.verſ.quæro quali-
ter probetur. ff de quæſt. & reſpondit Ferret.in conſ.389.nu,
38.verſ.quod mundo.vol.2.quinimo addit Bartol.vbi ſupra,
etiam probari per teſtes ſingulares.

Quod & ampliare poteris, vt etiã venerea cõiunctio pro-
13 betur † per teſtes de credulitate, quando concludunt præ-
ſumptiue ex iuris diſpoſitione, per actus de quib. teſtis atte-
ſtatur, ita ꝓbari in d.c.ex literis.& in d.c.tertio loco, de præ-
ſũp.aſſeruit Io.Crot.ĩ d.cõſ.413.n.25.poſt ver.q aũt ſint.li.3.
14 Nec prætetibo, copulam etiã probari poſſe per † viri iura-
mentum per tex.in c.continebatur, gl.ibi.in verb.ſtandũ eſt,
ext.de ſponſal.impub. & tradidit Tiraq.in ſuo tract. de vtro-
que retract.tit.de retract.conſanguin.§.4.gl.1.verb.admitti-
tur ad probandũ, nu.3. & aſſerit Panormitan.in d.c.contine-
batur. Verumtamẽ licebit vxori probare contrariũ, per text.
in c.propoſuiſti. de probation.vbi etiã gl.& Panormitan. &
alij idem dicunt, atque glo.in c.1.extra, de frigid.& maleſ.&
in c.quod autem.27.q.2.c.ſi quis acceperit.32.q.1. & Tiraq.
vbi ſupra, cõſuluitque Natt conſ 3. tit.de probat.& Laurent.
Silua.conſ.3.nu.15. cum ſeq.& Pariſ. conſ.10.num.33. vol.2.
15 Inſuper † quod iniecerit brachium collo probatur copula,
vt patet ex allatis per Ruin.in conſ.192.nu.4. lib.4. vbi late.
Prout etiã ſi mulier, & vir fuerint reperti in ſolitudine, vt ſi
16 viſi ſint per nemora, per plana, & loca ſecreta; præſumitur
copula, licet neceſſario non probetur, cum contrarium id eſ-
ſe poſſit, ex c.propoſuiſti, de probatio.ita obſeruauit Io. de
Imol.in d.c.tertio loco.in 4.notab. de præſumptio. quem ſe-
quitur Crot.in d.conſil.413.num.27.& ſequen.
17 Ad hæc venerea coniunctio ex eo probari poterit, † quan-
do vir illius mulieris, cum qua conſuetudinem habebat, fi-
lio certum quid in teſtamento reliquerit, ſi credamus Pariſ.
in conſ.57. ſtante priori matrimonio.num.33. verſ.& quia in
teſtamento.lib.4. argumento eorum, quæ dixit Bart.in l.cum
quid.ff.ſi cert.pet.

Nec illa probatio copulæ carnalis eſt in poſtremis haben-
da. etenim illam probari ex eo quidam voluerunt, quod vir
& mulier ambo ſoli fuerunt inuenti, & viſi cubiculum ingre-
18 di, † & ex eo poſt certum tempus egredi, vnus poſt alterum,
& ipſa mulier conſpecta fuit cum rubore faciei, & crine ſo-
luto, & tota horrida, incompta, inornata, & inculta, vt tra-
didit Ferret.ex ſententia multorum in d.conſil. 389.Redem-
ptoris noſtri. In cauſa nobilis Dominæ Catharinæ, num.21.
verſ.poteſt etiam dici, vol.2.

CONCLVSIO CCCCLIIII.

ARGVMENTVM.

De corruptela quid cenſeatur, & quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Corruptela cenſetur inter magnas, & capitales cauſas in iudice, licet etiam in mi-
nimo committatur.*
2 *Corruptela adeo execrandum, & deteſtabile facinus eſt, vt crimini læſæ Maieſta-
tis comparetur.*
3 *Corruptela crimen probatur nedum ſi interuenerit pecunia, vt iudex ferat ſenten-
tiam iniuſtam, ſed etiam ſi data ſit, vt ferat iuſtam.*
4 *In pœnam deteſtabilis criminis corruptela incidit ſemper iudex ſi capiat, vt iudi-
cet, ſiue, vt non iudicet, vel aliquid ad eius officium pertinens maius, vel mi-
nus faciat.*
5 *Corruptela crimini quis ſe adſtringit, ſi ei datur pecunia, ſicut ſi dari promittatur,
licet non interuenerit numeratio.*
6 *Ad corruptelam ꝓbandam ſola promiſſio pecuniæ ſufficit.*
7 *Corruptela probatur etiam ſi iudex corruptus promiſerit aliquid non facere, &
tamen fecerit.*
8 *Corruptela crimen commiſſum probatur ſi conſtat, quod iudici fuerit aliquod æs
alienum remiſſum.*
9 *In hac cauſa non attenditur modus, ſed effectus.*
10 *Corruptela probatur, ſi conſtiterit iudici quidpiam eſſe mutuatum, ſiue in pecu-
nia, ſiue in alia re.*
11 *Mutuans pecuniam magiſtratui dicitur eum corrumpere.*

CORRUPTELÆ vitiũ quã ſit deteſtabile ſcelus, ſuperius in con-
cluſione, Barataria, vberius explicauimus. Hinc iure, ac
1 merito fit † vt cenſeatur inter magnas, & capitales cauſas
in iudice, ſecundum Bal.in l.obſeruare, §.proficiſci.quæſt.11.
ff de offi proconſ.licet etiam in minimo committatur, iuxta
ea, quæ animaduertit idem Bald.in l.furti, § ſi pactus. ff de
ijs qui notant.infam. & hoc tenuit Paris de Put. in ſuo tract.
ſyndic. in verſ. barataria. alias incipit multa de barataria,
2 verſ.ſi fideiuſſ.col.2.& adeo execrandum † & deteſtabile fa-
cinus eſt, vt crimine læſæ maieſtatis comparetur, vt tradi-
dit Paris vbi ſupra.in verb.corruptio, & reſpõdit Tho.Gram.
conſilio 35.num.1.2.

Probatur autem hoc crimen, nedum ſi interuenerit pecu-
nia, vt iudex ferat ſententiam iniuſtam. Verum etiam ſi data
3 ſit, vt ferat † iuſtam, vt reſpondere Vlpian.l.2.in fine. & Pau-
lus in l. vbi autem. ff. de condit.ob turpem cauſ. cum ibi no-
tat.per gloſſ.& Dd.Paris vbi ſupra, in verb.corruptio.colum.
3.& idem voluit Grammat.vbi ſupra num.4.

Primo amplia, conclusionem procedere, ſi iudex capiat, vt
4 iudicet, ſiue non iudicet, † vel aliquid ad eius officiem per-
tinens maius, vel minus faciat, quia ſemper hoc caſu etiam
incidit in pœnam huius deteſtabilis criminis, ita voluere
Marcell.in l.3. & in l.lex Iulia.in fin.princ. & Venuleius in l.
4. ff.ad l.Iul.repetũdar.atq; Vlpian.in l.1. ff.de calumniator.

Quod ſubampliabis, etiamſi nihil promittendo principa-
liter capiat, vt placuit Marcell. in l.1. ff.ad legem Iul. repe-
tundar. cui Paris adhæſit in dicto verſic.corruptio, & Gram-
mat.vbi ſupra, num.5.

Secundo amplia non requiri, vt interuenerit ipſa nume-
5 ratio pecuniæ † cum nihilominus huic crimini ſe quis aſtrin-
git, ſi ei detur pecunia, ſicut ſi dari promittatur, vt colligere
eſt ex l. lex Iulia. verſicul. vel licet non acceperint. ff. ad le-
gem Iul. repetundar. & ab Imp.in l.iubemus. C.eod.tit. ibi.
vel vitio cupiditatis ingeſtam, cum verſic.ſequent. & dilu-
cidius ſancitum eſt in authent.nouo iure. C.de pœn.iud. qui
male iudic. & in conſtitut.Neapolitan conſtitutio. litigator.
in conſtitut.corruptela. & in l. & generaliter. §. ſi igitur. in
6 fin. ff. de calumnia. & † quod ſola promiſſio pecuniæ ſuffi-
ciat, id aperte tradidit Paris in prædicto verſicul.corruptio.
2.colum. & placuit Salic.in l.qui explicandi. 1.colum.C. de
accuſat. quod etiam ſenſit Philipp.Franc. in cap.1. de teſti-
bus, numero 6.

Ad hæc tertio ampliare poteris veram eſſe concluſionem,
7 etiam † ſi iudex corruptus promiſerit aliquid non facere, &
tamen fecerit, vt aperte voluit Vlpianus in l. & generaliter,
§. ſi igitur, ff. de calumniat. & qui accepit, inquit Iurecon-
ſultus, ne faceret & ſi fecit, tenetur, & probauit Grammat.
vbi ſupra, num.7.

Quarto ampliabis, vt etiam commiſſum hoc crimẽ probe-
8 tur, † ſi conſtet, quod iudici fuerit æs alienum remiſſum vt ca-
uit Paul.in l.2. & Vlpianus in l.3. ff.de calumniat.nihil enim
refert, qua ex cauſa improbitas, vel corruptio iudicis dete-
gatur, quia in delictis nõ attenditur modus, † ſed effectus, per
9 id quod obſeruauit Vlpian.in l.1. §.occiſorum. ff.ad Sillan.&
in terminis iſtis eſt contextus inſignis in d.l. iubemus.C. ad
l.Iul.repetundar. per quem ita ſenſit Iac. de Bell.in §.ſi quis
autem, in authen.vt iud.ſin.quoquo ſuffrag.2.col.

Quinto & vltimo loco ampliare tibi licebit, ſi conſtiterit
10 iudici † quidpiam eſſe mutuarũ, ſiue in pecunia, ſiue in alia
re illud conſtiterit, vt conſtituere Imperatores Honor. &
Theodoſ.in l.quiſquis.vbi clare loquutus eſt Bal.C.ſi cer.pet.
& idem Bal.per illum tex.in l.1.C.de calum.dixit mutuantẽ
11 pecuniam magiſtratui † dici eũ corrumpere, ſubdens idem
eſſe in alijs rebus, idem ſequitur Paris de Put. vbi ſupra. in
verſic.corrumpens, in verſic.an ſi tempore ſententiæ.col.2.

Cętera, quæ huc trahi poſſẽt, colligere poteris ex cõcluſione,
Barataria, quæ huc cõmode transferri poſſunt, ad illã te reie-
ciſſe ſit ſatis. Quod ſi copioſius hæc velis cognoſcere, cõſulas
Pari.de ſyndic.in verb.corruptio.vbi de pœnis, ꝓbationibus,
& mo-

Digitized by Google

& modis corrumpendi vberrime diſſerit, quem tu ipſe videre poteris, nos ad alia tranſeamus.

CONCLVSIO CCCCLV.

ARGVMENTVM.

Corruptus pretio ad deponendum, an repellatur à teſtimonio.

SVMMARIA.

1 *Corruptus pretio ad deponendum à teſtimonio repellitur.*
2 *Teſtimonium in reum dicere illi non licet, qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus vel conuictus eſt.*
3 *Corruptus à teſtimonio repellitur, & ſi pecuniam non receperit, ſed tantum precibus fuerit adductus ad teſtimonium deponendum.*
Contrarium ibid.
4 *Teſtimonium illius reijcitur qui nec prece, nec pretio adductus deponit, ſed ſine vlla pactione ſperat ad ſe perueniturum commodum.*
5 *Corrupto teſti non creditur, etſi verum depoſuerit.*
6 *Teſtimonium corrupti nullum eſt, ſicut ſententia per corruptionem lata, nec partium confeſſione remitti poteſt.*
7 *Sententia per teſtimonium corrupti lata reuocari poteſt.*
8 *Corruptos teſtes repellere poteſt iudex etiam ex officio nullo opponente.*
9 *Corrupti teſtimonium admittitur in præiudicium eius, à quo pecuniam accepit.*
Contrarium nu. 10.
11 *Depoſitio falſorum teſtium non facit indicium etiã ad inquiſitionem formandam.*
12 *Ex corrupti depoſitione nec contra falſarium probatio induci poteſt.*
13 *Quando agitur ciuiliter ad recuperandam pecuniam datam pro depoſitione corrupti teſtimonium admittitur.*
14 *Teſtis eſſe poteſt, qui accepit pecuniam, ne parti faueret.*

1 CORRUPTUM pretio ad deponendum à teſtimonio repelli, † tradidere gl. & Io. And. & Sicul. in c. licet. de proba. & cautum eſt in contex. in c. quoties. de teſtib. & c. ſicut. eod. tit. & in c. non ſane. 27. q. 5. ita etiam reſpondit Calliſtratus in l. 3. § l. Iulia. ff. eod. tit. l. Iulia, inquit l. C. de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimoniũ dicere liceat ei, qui ob teſtimonium
2 dicendum, † vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit, quod plerique ſcribentes confirmauere, vt Felin. in alleg. c. licet. colum 5. verſic. noto. Specul. tit. de teſtib. §. 1. verſic. item opponitur, quod recepit. Feli. in c. fraternitatis. 4. col. verſ tertia concluſio, de hæret. Barto. in l. Diuus. ff. de re iud. l. ſi quis teſtibus: C. de teſtib. Alber. de Roſat. in l. quæritur, num. 4 ad l. Iul. de adult. Salic. in d. l. ſi quis teſtibus. Afflict. c. 1. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſall. lis oriatur. nota. 11. & ibi Bal. nu. 7. Salicet. in l. falſum. C. ſi ex falſ. inſtru. Ioan. Andr. in nouel. ſicut nobis. col. 4. de teſtib. Zabarell. in c. ſicut. nu. . & ibi Bal. de teſtib. nu. 1. & Anchat. Anto. de Butr. vbi ſupra. Iacob. Aegid. in ſuo tract. de teſtib. nu. 22. Aufre. de teſtib. nu. 30. Lanfr. ibidem, nu. 79. atque Damhaud. ibidem, num. 21.

Primum ampliabis, concluſionem locum habere, etiam ſi
3 pecuniam non receperit, † ſed tantum precibus fuerit adductus ad deponẽdum, ita docuit Salic. in l. falſum, nu. 3. C. ſi ex falſ. inſtr. ſic ſenſit Bal. c. 1. nu. 7. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal lis ori. &c. & aſſeruit Ioan. Monticel. in ſuo tract. de teſtibus. in verb. corruptus, verſ. 3.

Contrarium conſuluit Dec. conſ. 189. lætatus ſum plurimum, nu. 16. cum ibi alleg. vbi etiam ait, poſſe teſtem pretio induci ad deponendum veritatem.

Præterea ampliare poteris, vt etiam eius teſtimonium re-
4 ijciatur, † qui nec prece, pretioue adductus deponit, ſed ſine pactione vlla ſperat ad ſe perueniturum commodum, ita placuit Bald. in c. placuit. nu 1. vbi late de teſtib. & protulit hoc idem Cyn. in l. dictantibus. C. de teſtibus.

Tertio inſuper amplies velim, vſque eo concluſionem pro-
5 cedere, vt nec corrupto credatur, † & ſi verum depoſuerit, nihilominus enim dicetur falſus, vt inſigniter ſcripſit Affli. de feud. c. 1. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. lis ori. not. 11. quod late proſequitur Fel. in coſ. 50. nu. 24. & hoc aperte cauit Maria. vna cum Accur. inſigniter in §. 1. in prin. ff. ad l. Cornel. de falſ. & habetur per Bal. in c. licet cauſam, in 8. col. de probat.

6 Quarto amplia, † vt adeo nullum ſit teſtimonium corrupti, ſicut ſententia per corruptionem lata, adeo vt etiam confeſſione partium remitti non poſſit, iuxta ſententiam Bart. in authent. at qui ſemel, nu. 27. C. de proba. quod adeo quidem
7 verum eſt, vt ſententia per huiuſmodi teſtimonium lata † reuocari poſſit, ſi credimus Panormit. c. licet. num. 4. de probat.

Poſtremo ampliabis, vt iudex etiam ex officio nullo op-
8 ponente huiuſmodi teſtes † repellere poſſit, vt auctor eſt Anton. de Butr. in c. ſignificante. nu. 5. extra qui matr. accuſ. poſſ. & cap. exceptionem, de except. vbi ait, illam eſſe opinionem communem Dd.

Primo limita concluſionem; nam licet dictum ſit in con-
9 cluſione ipſius corrupti teſtimonium reijci † admittitur tamen in præiudicium eius, à quo pecuniam accepit, vt voluit Dec. tract. de teſtib. num 202. & placuit Dec. in c. placuit. nu. 4. extra. de teſtib. quod etiam probauit Iaſ. in l. 1. num 2. ff. de ſer. & de hoc meminit Bero. quæſt. 58. nu. 6. & decidit Gram. voto 11. nu. 10. atque confirmauit Lanfr. in c. quoniam contra. de teſtib. poſtremo tradidere Bal. & Affl. in c. 1. num. 11. ſi de inueſtitur. inter dom. & vaſal lis oriatur.

Sed vt huic contrariam ſententiam ſequamur, ſuadet context. in c. ſicut. & in c. teſtimonium. de teſtib. & in c. paruuli.
10 22. q. 1. † quia ſic dicẽs tres patitur defectus, & periurus eſt, & criminis ſocius, ac infamis, ita cauit Petr. de Anchar. conſi. 23. 1. colum. alias conſ 24. colum. 1. verſic. ad hoc reſpondeo, atque Fulg. reſpondit in conſi. 173. incip. ſuper eodem. col. 3. vbi ſubdit, talem depoſitionem falſorum teſtium non facere
11 indicium † etiam ad inquiſitionem formandam, vt conſuluit idem Fulgoſ. in conſ. 136. incip. in cauſa criminationis. col. fi. verſic. nouiſſime. ſic conſultus reſpondit Dec. conſ. 189. incip. lætatus ſum. in 5. colum. vbi quamplures deciſiones & conſilia adducit, quæ fere omnia commemorat Grammat. in conſil. 46. num. 10. idem Dec. in conſ. 189 num. 9. Socin. iun. conſi. 39. nu. 54. volum. 2. & idem Grammat. voluit conſil 35. nu. 31.
12 † vbi inſigniter ait, vt nec contra falſarium vlla probatio ex eius depoſitione induci poſſit, vbi etiam teſtatur, ita voluiſſe Innocent. in cap. 1. extra De confeſſ. atque Stephan. Aufrec. in tract. de reprob. teſtib. in vet. falſitatis. & ſequitur de Moncha. in ſupplemento tractat. de teſti. D. Ioan. Crot. verſ. circa iſtam quartam partem. Marſ. in conſ. 79. incip. ſalus omnium. colum. 4. volum. 2.

Sed hanc prudentium litem dirimere, & intelligere pote-
13 ris, vt prior opinio vera ſit, † quando agitur ciuiliter ad recuperandam pecuniam datam pro depoſitione, & non quando criminaliter, ita concludendo probat Boer. dec. 319. nu. 5. ad nu. 6.

Secundo loco limitabis, vt falſa ſit concluſio, quando teſtis
14 ille eſſe poteſt, † qui recipit pecuniã, ne parti faueret, vt docuit Spec. de teſti. §. 2. verſi. quid ſi recepit, cui adhæret Aufr. de teſti. nu. 27. quorum ſententiæ accedit etiam Monticel. vbi ſupra, in verb. corruptus. § vlt.

CONCLVSIO CCCCLVI.

ARGVMENTVM.

Creditor qui petit ſuum debitorem detineri vti ſuſpectum de fuga, quæ probare debeat.

SVMMARIA.

1 *Creditor petens ſuum debitorem, vti ſuſpectum de fuga, detineri, tria probare debet, & quæ.*
2 *Debitum probatur per teſtes, vel per inſtrumentum.*
3 *Probatio per iuramentum creditoris non ſufficit ad detinendum in carceribus debitorem.*
Contrarium nu. 5.
4 *Debitum debet eſſe liquidum antequam procedatur ad capturam.*
6 *Probatio per iuramentum creditoris quare ſufficiat ad detrudendum in carceribus debitorem.*
7 *Plura poſſunt opponi contra teſtem, quam contra iuramentum.*
8 *Iuramentum per ſe ſolum non ſufficit ad probandum id, quod generat magnum præiudicium.*
9 *Captura hominis eſt magni præiudicij, ac infamia & maior quam captura rerum.*
10 *Infamia & iniuria dicitur illata debitori ob carcerationem.*
11 *Probatio per ſolum iuramentum creditoris ſufficit ad capiendum debitorem quando adeſt probabilis ſuſpicio imminentis fugæ.*
12 *Probatio per iuramentum creditoris non ſufficit ad capiendum debitorem ex eo quia non poſſideat immobilia.*
13 *Suſpicio fugæ quomodo probanda.*
14 *Cauſa ſuſpicionis fugæ plene probari debet, vbi periculum non eſt in mora.*
15 *Cauſa ſuſpicionis fugæ emerſa per contractum debet probari per teſtes.*
16 *Suſpicio fugæ debet plene probari, & iuſtificari poſt capturam.*

1 CReditor, qui petit ſuũ debitorem detineri, vti ſuſpectum de ſuga, † debet probare tria præcipue. Primo debitum.

Secundo

Digitized by Google

ſecundo ſuſpicionem fugę. Tertio, quod ſuſpicio ipſa ex poſt
facto ſuperuenerit. Nam ſi ſuberat tempore debiti, nihil pro-
fitebitur, & ſine iſtis tribus nullo pacto ad incarcerationem
debitoris deueniri debet. Et hæc omnia vbique per ſcribẽtes
vberrime comprobantur, & in primis à Lanfr. de Oria. in ſuo
tract. de recuſa. nu. 7. 8 & 9. latius ſcripſit Pari. in ſuo tract. de
ſimulat. in verb. capturæ fere per totum, & latiſſime ſe fundit
ad hoc Io. Bapt. Caccialup. in tract. de debito. ſuſpect. & fugi-
ti. in 6. princip. quæſt. per totum.

De primo requiſito habetur contex. in l. hoc autem. §. non
defendi. ibi, conſtare debet, liquereque prætori. ff. ex quibus
cauſ. in poſſ. eat. & eſt caſus in l. 1. C. de præd. curial. li. 11. atq;
habetur in auth. ei qui. circa finem ibi, iuxta tamen mẽſuram
debiti. C. de bonis auctor. iudic. poſſid.

De ſecundo probatur in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. co-
gant. & in l. ſi ab arbitro. §. ex quibus. ff. eodem, &c. & in l. in
omnibus ff. de iud.

Tertio etiam probatur in d. §. ex quibus cauſis. & in l. qui
bona. §. de illo. & in l. fi. ff. de dam. infect. ac in l. ſi creditor. in
fi. C. de ſponſa.

2 Modus autem probandi debitum, † quod eſt primum re-
quiſitũ, erit per teſtes, vel per inſtrumentum, vt tradidit Ang.
in d. l. ſi ab arbitro. §. quibus ex cauſis. ff. qui ſatiſd. cog. vbi id
admonet pro cautione aduocatorum, idem placuit Parid. in
d. ſuo tract. de ſyndi. in d. verb. captura, nu. 7. teſtẽ laudat Bar.
in l. Lucius. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Nec ſufficeret hoc caſu
3 † probatio per iuramentum ipſius creditoris, vt dixit Bal. in
l. apertiſſimi. C. de iudi. circa fin. & Ang. in d. §. ex quibus, qui
ibi aſſerit, ſe multos in carcerib. detentos ex ipſis carcerib.
eximendos curaſſe, quia ſæpe imperiti iudices imperitiã ad-
uocatorum ſequẽtes faciunt detineri debitores ob ſuſpitio-
nem ſolo iuramento creditorum approbatam, quod minime
debet fieri, iuxta ſententiam eiuſdem Ang. & Lanfr. de Or. lo-
cis ſupra relatis. idem Bal. conſultus reſpondit in conſil. 285.
Quia non opus colorari, col. 1. nu. 2. & 3. lib. 1. & huc ſpectant
quæ per ipſum Bal. animaduerſa fuere in l. conſentaneum. C.
quomodo & quando iudex. verſic. quæro vna cum Butrig. vbi
4 dixit, † quod antequam procedatur ad capturam, debitum
debet eſſe liquidum conſuluit Natt. conſ. 430 poſt nu. 7. verſi.
quibus tamen non obſtantibus, & nu. 9. & ſeq. lib. 2. & Dec. in
conſ. 75. pro tenui. col. 2. verſic. 6. ſcripſit Thomas Parpalius in
repeti. l. 2. poſt nu. 75. verſ. ſecunda concluſio. ff. ſolut. matrim.
** vbi teſtatur hanc eſſe ** cõmunem opinionem, & idem tra-
dit Iaſ. in l. ſi ab arbitro, poſt num. 3, ff. qui ſatiſd. cog. aſſerens
hoc fuiſſe approbatum à modernis ſcribentibus ibi, & ab hoc
non receſſit Sebaſt. Sapia, in reper. l. cui iuriſdict. nu. 10. ff. de
iuriſdict. omn. iu lic.

5 Iſtis non diſſimulanter fuit aduerſarius † Paul. Caſtrenſ. in
conſ. 38. alias 373. pro pleniori examine, col. 2. poſt nu. 7. verſ.
ex his ſequitur, quod eſt conſil. vltimũ libri primi, ſecundum
antiq. impreſſ. quo in loco aſſeuerat ſufficere probatiõé per
6 iuramentum creditoris ea ratione, † quod hæc probatio nul-
lum afferre præiudicium poteſt capto ſuper debito principa-
li: quia præſtita ſatiſdatione de ſtando iuri relaxetur, & niſi
actor poſtea ordinarie agendo probet debitũ, & faciat illum
condemnari. nullum damnum patietur, igitur inquit Caſtr.
ſufficit iuramentum, ſicut in miſsione, quę fit ex primo decre
to, vt not. in l. cum proponas, & auth. ibi poſita, & in corpore
vnde ſumitur. C. de aucto. iud. poſſ. Quod & etiam cõprobat
alia ratione, nam ſi exigeretur probatio per teſtes, vel inſtru-
menta poſſet debitor fugam arripere. l. argentarius. §. cũ an-
tem. ff. de eden.

Subdit & tertio, non plus poſſe deducere creditorem ad
fidem iudicis per productionem vnius teſtis parte non cita-
ta, quam per iuramentum ipſius, cum plura poſsint opponi
7 contra teſtem, † quam contra iuramentum, quod non niſi ex
magna cauſa retractatur. l. videamus. ante fin. ff. de in lit. iura.
* inquiens deinde, quod ita ſeruat totus * mundus, & ſub nu. 8.
damnat Bal. in d. l. apertiſsimi. in fin. C. de iud. contrariũ ſen-
tientem, dicens, quod aliquantulum imperfecte, & inepte lo-
quutus fuit, & iuxta hanc ſententiam reſpondit Alex. in cõſi.
19. viſo proceſſu capturæ, nu. 21. verſ. & ibi in propoſito. li. 3.
& ita etiam ſeruari in praxi aſſeuerat Io. Crot. in l. reper. l. 2.
poſt nu. 58. ff. ſol. matr. verſ. ſucceſsiue ex iſta gloſſa.

Prior ſententia videtur verior recepta, & propterea Cac-
cialup. in d. tract. de debit. ſuſpect. & fugit. quæſt. 6. princ. nu.
11. (licet aſſentire videatur opinioni Caſtrenſ.) miratur ta-
men de eo, quod aſſeuerauit per totum mundum ita in pra-
ctica obſeruari, ſcilicet ſatis ſit probare per iuramẽtum, cum
in partibus ipſius Caccialupi (atteſtatur ipſe) oppoſitum pra
cticari, videlicet quod de debito fiat fides per inſtrumen-
tum, vel teſtes, & ſic plene, vt tenuit Ang. vbi ſupra, & idem
Ang. in d. l. ſi creditores. ff. de priuil. credit. quem Ang. ſequi-
tur Imol. in l. 2. in princip. ff. ſoluto matrimonio. & ita etiam
quamplures excellentes viros conſultos reſpondiſſe teſta-
tus eſt idem Caccialupus, loco proxime citato, poſt numero
vndecim.

8 Quod & ratione ſuadetur, † nam ſacramentum per ſe ſo-
lum non ſufficit ad probandum id, quod generat magnum
præiudicium, niſi aliunde plene probatum ſit, vt colligere eſt
ex tex. in l. bonæ fidei. C. de inretur. & in l. admonendi. ff. eod.
titu. ſed captura hominis, & in vinculis ſtare eſt magni præiu-
9 dicij, ac infamiæ, & maior, † quam captura rerum, authent. &
omnimodo. C. ne filius pro patre. & comprobat Bal. in d. con-
ſil. 285. quia non opus. num. 3. & 6. lib. 1. Ergo non debet ſatis
eſſe probare per iuſiurandum, idem Bald. loco citato, vbi per
totum conſilium iuribus, & alijs rationibus tuetur hanc par-
tem, & ex hac ratione videtur tolli fundamentũ Pau. de Caſt.
dum aſſeuerabat, per capturam nullum afferri præiudicium
10 capto, quia imò multum affertur propter infamiam † & in-
iuriam, quæ dicitur illata debitori ob carcerationem, vt etiã
animaduertit Thomas Parpal. in d. l. poſt num. 75. verſ. ſed im-
petrare capturam. ff. ſolut. matr.

Conciliare poteris has inter ſe opiniones diſſentientes. vt
ſenſus Paul. Caſtren. procedere poſſit, vbi eſſet probabilis ſu-
ſpicio inſtantis fugæ: nam tunc ne, dum expectaremus proba-
tionem per teſtes, vel inſtrumenta, euaneſceret prouiſio fien-
11 da creditori per fugam debitoris, † ſufficeret probatio per
ſolum iuramentum, cum & hoc caſu permiſſum etiam ſit ca-
pere debitorem propria auctoritate, per contex. in l. non ſo-
lum. §. de illo. ff. de vſucapio. & l. ſi quis curialis. C. de epiſc. &
cler. cum alijs vberrime allatis per Caccialup. in tract. de de-
bitor. ſuſpect. & fugit. quęſt. 4. princip. num. 10. verſ. ſi vero ſit
debitor. Secus vero erit, ſi ageretur de capiendo debitorem
12 non ratione inſtantis fugæ collectæ ex indicijs, † ſed ſolum
ex eo, quia non poſſidet immobilia, tunc quia non imminet
illa celeritas, non ſufficeret probatio per iuramentum, ſed ſe-
quenda eſſet ſententia Ang. & aliorum requirentes probatio-
nem per inſtrumentum, vel per teſtes, ita has contentiones ad
concordiam reduxit Caccialup. dicto ſuo tract. de debit. ſu-
ſpect. quæſt. 6. principali, poſt nu. 12. & concludit in num. 15.
hanc eſſe iuridicam opinionem, & idem ſentire videtur Paris
de Put. in ſuo tractat. de ſyndic. in verb. captura, poſt num. 7.
& ſeq.

Ad probandum autem ſuſpicionem fugæ, quod eſt ſecun-
13 dum requiſitum, † dicas, vt diffuſius differuimus in concluſ.
Fuga, vbi ad ſaturitatem plura ad hanc rem ſpectantia anno-
tauimus, & in hoc loco concludas, ſecundum communem
* * practicam ſufficere probationem per iuramentũ, quantum
attinet ad conceſsionẽ capturæ, & vbi periculum eſſet in mo-
ra, alias ſi non immineret periculum fugæ, & peteretur capi
debitorem, quia forenſis eſt, & non poſsidens immobilia, de-
beret creditor aliunde, quam per iuramentum habere pro-
bationem, vel per teſtes ſaltem duos, vel alias taliter, quod
ſufficeret, ſi parte citata fierent, ita profitendo ſcripſit Io. Cac
cialup. d. tract. de debit. ſuſpect. d. q. 6. princ. num. 17. & 18. &
fuit de mente glo. & Inno. in c. quoniam frequenter. in verb.
ſummatim. vt lit. non conteſt. pro quo etiam facit contex. in l.
eorum. ff. de damn. infect. ibi, timentis. text. in l. qui bona. §. ſi
quis ſtipulatus. eo. tit. ſentit Bal. in d. l. apertiſsimi. C. de iudi.
& ſatis videtur de mente Pau. de Caſt. in d. conſ. 473. pro ple-
niori, quod eſt conſil. fin. 1. vol. nu. 4. & 5. ibi, ſecunda cauſa eſt
inſtans fuga. &c. & nu. 7. ibi, ne fuga debitoris inſtruatur, atq;
idem ſentit Ang. in d. l. nemo carcerem, dum voluit igitur ſuf-
14 ficere iuramentum, quia periculum eſt in mora, † quaſi ſen-
tiat, quod vbi periculũ non eſſet in mora, deberet plene pro-
bari cauſa ſuſpicionis, aperte etiam reſpondit Alex. in conſ.
19. viſo proceſſu. nu. 1. lib. 3. & ſcripſit Sebaſt. Sapia. in repet. l.
qui iuriſdict. nu. 18. verſ. 2. requiritur. ff. de iuriſd. omn. iud.

Tertiũ præterea requiſitum, quod ſcilicet cauſæ ſuſpicio-
num

Digitized by Google

num emerſere poſt contractum, debere probari per teſtes,
55 † vel alias, ita quod iudici conſtet, rem ita ſe habere, docuit Ang. in d. l. ſi creditores. per illum tex. ff. de priuileg. credit. & idem in d. l. ſi ab arbitro §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & fuit de mente Bart. in l. ait prætor, §. ſi debitorem. ff. quę in fraud. credito.

Diſſimilis ſibi ipſi diſſimilem ſequutus eſt ſententiã Ange. in d. l. nemo carcerem. dum aſſeuerauit, quod ad concedendam capturam ſufficeret de hoc fidem facere per iuramentũ, & idem placuit conſulendo Caſtr. in d. conſ. 473. col. fin. poſt nu. 8. lib. 1. & hoc probatur ex contex. in c. paſtoralis. de except. cum vulgaribus.

Sed idem ſentient hi inter ſe diſcordantes ſi dicemus, ab initio ſatis eſſe cauſas ſuſpicionum fugæ ſuperueniſſe, fidem facere per iuramentum, vt hac mente fuere Aug. Pau. & cæte-
56 ri, † verum poſt capturam debet plene probari, & iuſtificari ipſa ſuſpicio, alias captura redderetur iniuſta, & tanquam facta contra iuſtitiam reuocanda eſſet, ita Pau. de Caſt. in d. conſil. 473. in fi. lib. 1. & tradit eleganter Ang in d. l. nemo carcerem. de exact. trib. lib. 10. iptum ſequitur Imo. in l. 2. ff. ſol. matrim. in gl. ſuper verb. ſuſpectum, vt etiam refert Caccialup. d. tract. de debit. ſuſpect. q. 6. nu 2. vbi dicit hoc mente tenendum eſſe, & habetur per Bal. in d. conſ. 585. quia non opus, colum. 1. lib. 5. Verum quia omnia, quæ hic deſunt, affatim abſoluimus in concluſione, Fuga, ibi lector te reiicio.

CONCLVSIO CCCCLVII.

ARGVMENTVM.

Creditor agens hypothecaria quid probare debeat.

SVMMARIA.

1 *Creditor agens hypothecaria debet probare, debitorem fuiſſe dominum illorum bonorum, ſuper quibus petit aſſiſtentiam.*
2 *Hypothecaria dat ius in re, & iura debent conſtitui ab eo, qui dominium habet, vel eius voluntatem.*
3 *Agens hypothecaria quid probare oporteat.*
4 *Creditori agenti hypothecaria ſufficit probare bona obligata fuiſſe tempore obligationis & debiti contracti bona fide in bonis, & de bonis debitoris.*
Quod intellige, vt num. 10.
5 *Creditori ſufficit probare poſſeſſionem debitoris abſque quod probet de titulo bonorum illius.*
6 *Creditor agens hypothecaria contra debitorem pignorantem probare habet poſſeſſionem ſolam ipſius debitoris tempore obligationis, vel poſtea.*
7 *Debitor non poteſt refricare quæſtionem dominij, nec contra creditor debitori.*
8 *Debitor ex poſſeſſione præſumitur dominus.*
9 *Creditor ſi agit contra hæredem vniuerſalem ſui debitoris probare habet ſolum poſſeſſionem principalis debitoris ſui.*
10 *Debitor præſumitur dominus, cum poſſidet rem bona fide, & vt ſuam.*
11 *Creditor agens hypothecaria contra debitorem debet etiam probare, debitorem conſtitutum poſſidere tempore moti iudicij.*
12 *Creditor agens contra donatarium actione hypothecaria quid probare debet.*
13 *Donatarius probare debet rem potius donatam, quàm obligatam.*
14 *Inſtrumentum prius præſumitur confectum fauore piæ cauſæ, vt potius ſit ius ipſius.*
15 *Agens hypothecaria ad rem aliquam probare debet, ſuam bonorum obligationem præceſſiſſe donationem de ea re factam rei conuento.*
16 *Titulus piæ cauſæ præſumitur in dubio eſſe prior altero.*
Pia cauſa & fiſcus æquiparantur, ibidem.
17 *Creditor agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam lucratiuam à debitore, probare ſolum habet poſſeſſionem rei obligata fuiſſe penes debitorem tempore obligationis.*
18 *Quando tertius poſſeſſor, contra quem agitur, habeat bona titulo oneroſo neceſſe eſt probare dominium, vel quaſi debitoris.*
19 *Conuentus hypothecaria per creditorem poteſt negare rem fuiſſe ſuam, licet habeat ab illo cauſam.*
20 *Contra tertium poſſeſſorem requiritur probatio dominij directi, vel vtilis, ſiue ille prætendat cauſam lucratiuam, ſiue oneroſam.*
21 *Creditor agens ex interdicto Saluiano vtili, tantummodo probare habet rem eſſe, vel fuiſſe poſſeſſam tempore contracta obligationis ab eo qui eam obligauit.*
22 *Creditor quando agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à debitore, debet probare de dominio directo, vtili vel quaſi ſui debitoris in re ad quam agit.*
23 *Hypothecaria non confert titulum habilem ad dominij acquiſitionem, nec ad vſucapiendum, ſed ſolum ad obtinendum poſſeſſionem.*
24 *Agens hypothecaria debet fundare ſuam intentionem in titulo, & iure ſui debitoris, & illud probare.*
25 *Agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, qui nullam cauſam habet à debitore ſufficit probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis contracta, vel poſt.*
27 *In bonis noſtris ea videntur eſſe quæ poſſidemus.*
28 *Probare de dominio apprime difficile eſt.*

CReditor agens hypothecaria debet probare debitorem
1 fuiſſe dominum illorum bonorum † ſuper quibus petit aſſiſtentiam, vel aliter ſatisfieri virtute illius hypothecæ, nec ſufficeret probare bona prædicta fuiſſe in bonis, & de bonis dicti debitoris tempore obligationis, vt auctor fuit Accur. in §. item Seruiana. Inſtit. de action. & idem in l. vſucap. in glo. mag. ibi dum dicit, item omne qui agit, debet probare dominium eſſe debitoris, &c. C. de pignorib. atque idem in anth. de trien. & ſemiſſ. §. illud quoque. in glo. quæ incipit, rei vendicatio, & eſt alia glo. in l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. quam ſententiam late cõfirmat Cyn. in l. cum res. C. ſi res alien. pignor. dat. ſit, quæ ſecundùm Bal. in iſta materia portat coronam, af-
2 fert Cyn. ibi rationem hanc, † quia hypothecaria dat ius in re. l. in noxalibus. ff de noxal act. & l. rem alienam. C. de contrah. empt. cum ſimilibus. ſed iura debent conſtitui ab eo, qui dominium habet, vel eius voluntate. l. 5. ff. de pign. act. ergo debitor debet probare, ſe habuiſſe dominium, quod creditorem oportet probare, idem voluit Bal. in d. l. cum res C. ſi res alien. pig. dat. ſit, & conſulendo reſpondit Alex. in conſ. 137.
3 in cauſa & lite vertente, nu. 4. lib 2. qui clare tradit † agentẽ hypothecaria oportere probare bona, pro quibus agitur, hypothecatie ſpectaſſe, & pertinere ad debitorem tempore debiti contracti, vel poſt iure directi dominij, vel ſaltem vtili, vbi idem ſentientes adducit.

In contrariam deſcendit ſententiam, quod ſcilicet credi-
4 tori agenti hypothecaria ſufficiat probare bona, † quæ prætenduntur obligata fuiſſe tẽpore obligationis, & debiti contracti bona fide in bonis, & de bonis debitoris, ſaltem quod probetur dominium illius, gl. in l. rem alienam. ff. de pig. act. atque glo. id tradidit clarius in d. l. cum res. C. ſi res alien. pignor. dat. ſit, & hoc idem ſentit alia glo. in l. ante omnia. ff. de probatio. & gloſſ. in l. aliæ. Inſtit. de action. cui ſententiæ adhæret Bar. in dict. l. cum res. atque Dyn. in d. §. item Seruiana. de action. & Bal. in l. de rebus. circa fin. C. de donat. ante nup. volens quod ſiue ille tertius poſſeſſor habeat cauſam à debitore, ſiue non, non requiratur neceſſario, quod probetur de
5 titulo illorum bonorum debitoris, † ſed ſufficeret creditori probare poſſeſſionem, Bal. tamen ibi ſe reijcit, ſed id quod dixit in d. l. cum res. & ibi potius videtur vna cum Cyno reſidere, hãc tamen opinionem ſequitur & firmat Aret. in d. §. item Seruiana. poſt nu. 15. verſ. tertio caſu principali, circa fin. ibi, tu tamen teneas opinionem Bart. aſſerens ita obſeruari in vſu forenſi, licet contraria opinio ſit multum colorata, atque iuxta hanc opinionem conſuluit Aret. in conſ. 138. Lancellot. de Imo. poſt nu. 1. collocatum inter cõſilia Alex. lib. 2. quod conſilium fuit editum aduerſus d. conſil. 137. & eidem ſententiæ adhæret Afflict. in deciſ. 37. quædam Abdeuda, nu. 5. verſ. fuit etiam tertio dubitatum, vbi dicit, ita fuiſſe concluſum in ſacro conſilio Neapolitano, & idem aſſeruit in deciſ. 383. licet hodie, nu. 6. quib. in locis in eandem deſcendunt ſententiam.

Verum qui priorem ſententiam ſequi maluerit, ita primo
6 declarabit, vt locum ſibi non vendicet, † quando creditor agit hypothecaria contra debitorem pignorãtem. Nam tunc ſatis eſt probare poſſeſſionem ſolam ipſius debitoris tempore obligationis, vel poſtea, ſecundum diſtinctionem l. & quæ notandum. §. quod dicitur. ff. de pignoribus. & eſt caſus in l. ſi inter. §. 1. ff. eo. tit. quibus iuribus permotus idem Aret. idem firmauit in d. §. item Seruiana, nu. 15. verſ. primo caſu, Inſtit. de actio. vbi hanc rationem reddit, quia debitor non poteſt
7 refricare quæſtionem dominij. † ſicut nec econtra creditor debitori, per tex. in l. ſi pignore §. ſi prædo, & §. ſi creditor. ff. de pign. actio. Hinc pro cautione illud adhibet, aduocatum debere ponere, & deducere ipſum debitorem fuiſſe dominũ, vel habuiſſe dictam rem in bonis, quod poſtea probabitur contra eum, eo ipſo quod probat poſſeſſionem eiuſdem debi-
8 toris, † quia ex poſſeſſione præſumitur dominus, cum (vt iam dictum eſt) nõ poſſit refricare quæſtionem dominij, alias niſi hoc in libello eſſet deductum, quod fuiſſet in bonis debitoris, ſuccumberet creditor, tanquam quod plene non deduxit ius ſuum, & hanc doctrinam eleganter tradidit Bart. in l. rem alienam, in verſ. quæro circa iſtam materiam. ff. de pign. actio. & ſequitur Salicet. in l. certi iuris. C. loca. qui Aret. in loco citato ait, id eſſe menti tenendum, vt diſcamus practicare: huic etiam opinioni adhæret Neguſ. in ſuo tracta. de pignor. in 3. memb. 8. par. poſt nu. 6. verſic. prima igitur concluſio ſit.

Ampliãda eſt hæc limitatio, vt etiam procedat, ſi creditor
9 agat contra hæredem vniuerſalem ſui debitoris, qui hæres velit vti adminiculo ſolius teſtatoris, nam tunc ſufficiet eidem creditori probare poſſeſſionem eo pacto, quo tradidimus in

princi-

principali debitore, oe hæres iſte melioris exiſtat conditio-
nis defuncti ſui.l.in his,§.non debet.ff.de reg.iur. & ita cauit
idem Aret in d.§.item Seruiana,nu.75.verſ.ſecundo vero ca-
ſu principali.Inſti de act.in quo loco tamen diſti guit,an te-
ſtator mentitus fuerit in dominio,nec ne,& concludit vt ibi,
pro qua reſolutione conſulas Neguſ.in d.tracta.de pignor. in
3.memb.8.part.nu.7.verſ.ſecunda concluſio ſit.

Declarandum tamen eſt id, quod diximus, creditori ſuffi-
cere probare poſſeſſionem debitoris,vt verum ſit, dummodo
10 probetur eum bona fide poſſediſſe, † id eſt quod eam poſſe-
derit vt ſuam, & ſic bona fide, iuxta l.Titiam. ff.de ſolution.
nam cum poſſedit bona fide, & vt ſuam, præſumitur domi-
nus, vel quaſi, per l.1. C.de priuil. fiſci, & ita obſeruauit Ne-
guſ.in d.tract.de pignoribus,3.memb.8.par.poſt nu.6.verſic.
dum tamen dictum eſt.permotus auctoritate Salic.in d.l.cum
res,col.5.C.ſi alien.res pignor.data ſit.

Secundo præterea his addas, quod creditor agens hypo-
11 thecaria contra debitorem † debeat etiam probare debito-
rem conuentum poſſidere tempore moti iudicij: quia cum
iſta ſit actio in rem,vt l.pignoris. ff de pignor. & l.pignoris.
C.eod.requiritur, vt reus conuentus poſſideat.l.1. C. vbi in
rem actio.& l.1.C.de alien.iud mutan.cauſ.fact. & ita præci-
pue animaduertit Paul. Caſtrenſ.in d.l. rem alien. in pen.col.
verſ.qualiter autem probetur,quem ſequitur Neguſ.loco nu-
per allato,nu.6. in fine.

Ad hæc tertio creditor agens contra donatarium actione
12 hypothecaria † debet probare hypothecam præceſſiſſe do-
nationem, & rem prius ſibi fuiſſe hypothecatam, caſus eſt in
l.de rebus.C.de donatio.ante nupt. quem ad hoc ſingularem
putauit Bart.in l.ſi prius. C.de iure fiſci.lib.10. & pro inſigni
obſeruauit Rom.in ſingul.159. agens hypothecaria, & idem
docuit Bal.in l.ſi debitorem.C.de priuileg.fiſci, atque id exi-
mium eſt arbitratus Corſet.in ſingul.13. in verb.actio hypo-
thecaria,incip. priuatus agens.

Hoc tamen limitabis non procedere in fiſco, qui non pro-
13 bat,ſed † donatarius probare debet rem prius donatã,quam
obligatam, vt eſt tex. in d.l. ſi prius. C. de iure fiſci, lib.10.
& tradidere Rom.in d.ſingul.159.& Corſet.d.ſingul 13.cum
adductis ad addit.ad d.ſingulare Romani.

14 Eadem etiam ratione arbitrari debemus in pia cauſa,† fa-
uore cuius præſumitur inſtrumentum prius confectum, vt po-
tius ſit ius ipſius piæ cauſæ, ſic inſigniter tradidit Rom.an.io
auth.ſimiliter.in 13.ſpeciali.inter contract.ad l.Falci. vbi re-
fert ſingulariter conſuluiſſe Franc.Aret.Sen. quod agens hy-
15 pothecaria ad rem aliquam, † quam dicit fuiſſe debitoris,
debeat probare ſuam bonorum obligationem præceſſiſſe do-
nationem de ea re factam reo conuento, per tex.notab.in d.
l.de rebus.C.de donat.ante nupt. Verum in fauorem piæ cau
16 ſæ præſumendum eſt in dubio ſuum titulum † eſſe priorem
altero, per text. ſingularem loquentem in fiſco in d. l. 1. vbi
Bart.C.de iure fiſci,lib.10.nam pia cauſa,& fiſcus æquiparan
tur l.fin.C.de ſacroſanct.Eccleſ. & hoc ſequuntur Socin.conſ.
67.eadem die, colum.4. num.8. verſic.confirmatur hoc fun-
damentum, lib.3. & Dec.in l.in ambiguis, poſt num.1. verſ.
& quod dicitur de dot. ff. de reg. iur. quod vberrime proſe-
quitur Tiraquel de priuileg. piæ cauſæ, priuil.133. vbi alios
idem ſentientes citat.

Secundo loco priorem opinionem intelligendum eſſe aſ-
17 ſero, vt locum non habeat, † quando creditor agit hypothe-
caria contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam lucrati-
uam à debitore: quia eo caſu ſufficit probare poſſeſſionem
rei obligatæ fuiſſe penes debitorem tempore obligationis,
ita profitendo ſcripſere Bart. & Bald.in l.de rebus.C.de do-
natio. ante nupt. atque Cyn. & Bart. ac Iacob.Butrig.in d.l.
cum res. C.ſi res alien.pigno.dat.ſit. Florian. etiam in l.ante
omnia. C. de probat. & reſpondit Alexan. in conſil.185. in
cauſa & lite, num.4. verſic.immo etiam dico, lib.6. & conſu-
las Pariſ.in conſil.50.num.19.& ſequen.lib.1.& Grat.in con-
ſil.40. Antequam veniam,num.14. poſt verſic.præterea con-
ſiderandum eſt.lib.2. quibus ſe ſobſcripſit Afflict.in d.deciſ.
37.num.15. & tradiderunt Faber in d.§. Seruiana. num.15.
& Iaſ.num 89. & licet Alexan. in conſil.115. viſo proceſſu.
lib.6. videatur ambigere de veritate iſtius opinionis, tamen
** hanc eſſe veriorem & ** communiorem atteſtatus eſt Mi-
chael Graſſ.in ſuis communibus opinionibus, cap.12.tit.de
18 creditor.& debitor.quæſtio.4.† Secus tamen erit dicendum,
ſi iſte tertius poſſeſſor,contra quem agitur,habuerit bona ti-
tu.oneroſo:nam tunc ſatis non erit probare poſſeſſionem,ſed
neceſſe etiam eſſet probare dominium, vel quaſi ipſius debi-
toris,ſcripſere Cyn.Bart. & Angel.in d.l.cũ res. C.ſi res alien.
pign.dat.ſit, & idem docuit Bar. in d.l.rem alienã.nu.6. ff.de
pigno.actio.idem placuit Iaſo.in d. §.item Seruiana,n.89. &
* hanc eſſe * communem opinionẽ teſtatur Alexand.in d.conſ.
115.viſo proceſſu.circa fi.lib 6.citat Angel.in l.1. ff.de public.
ſuper gl.in verb.à non domino,vbi ex notatis ibi per gl.col-
ligit ipſe Angel.quod non ſequitur,emi rem à te, ergo confi-
19 teor eſſe tuam,† vnde dicit idem, ſi modo conuenior hypo-
thecaria per creditorem, potero negare rem fuiſſe tuam, li-
cet habeam à te cauſam, & inquit ibi de facto ſe ſæpius pra-
cticaſſe.

Illi tamen ſententiæ, hoc eſt in cauſa lucratiua ſufficere
probare poſſeſſionem rei obligatæ fuiſſe penes debitorem
tempore obligationis,quando agitur contra tertium poſſeſ-
ſorẽ,repugnat Neguſant. in d.tractat.de pigno.in.3. membr.
20 8.part.nu.8. verſicul.tertia concluſio eſt, vbi aſſerit, † immo
requiri probationẽ dominij directi,vel vtilis, ſiue ille tertius
poſſeſſor prætendat cauſam lucratiuam,ſiue oneroſam,quam
ſententiam fuiſſe Bart. in d.l.rem alienam.2 col. ff. de pigno.
* actio. aſſerit cõtra Cyn.& communiter * ab omnibus eſſe re-
ceptam, vbi etiam ijs, quæ contra obſtare videbantur, re-
ſpondit, & huic ſententiæ accedentes adducit, & vberri-
me hanc opinionem tuetur, quam confirmat conſulendo
Alexand.in conſ.98.viſo & conſiderato,numero 6.verſ. præ-
terea poſito,lib.2.

Tertio præterea prior erit tibi intelligenda opinio, vt lo-
21 cum ſibi vendicet, † ſi creditor agat ex interdicto Saluiano
vtili,quia tunc non opus eſt probare, nedum dominium de-
bitoris, ſed nec etiam rem eſſe obligatam, neque docere de
obligatione,ſed ſatis erit, tãtummodo probare illam rem eſ-
ſe, vel fuiſſe poſſeſſam tempore contractæ obligationis ab
eo, qui eam obligauit, quod perpetuo memoriæ eſſe traden-
dum, cum ſit vtile in praxi, dixit Aret.in d. § item Seruiana,
poſt num.18.circa finem.de actio.cuius etiam ſententiæ fuit
ante eum Bartol.in l.rem alienam, num.5. ff.de pignor. con-
ſulti reſponderunt Socin.ſen.in conſil.112. viſo proceſſu.nu.
6.lib 2. Alexan.in d conſ.185.numero 4.lib.6.& in conſil.70.
videretur circa primum,num.3.verſicul.circa ſecundum,lib.
5.atque Natt.in conſ.474 de anno 1423. D.Guilielmos.com.
34.verſicul.non competit etiam Saluianum,& Roland.à Val-
le in conſ.14.num.6.verſic. ſecundo quia intentans. lib.1. at-
que Paul.de Caſtr.in conſ.178.in 3.memb.num.19. & 26.lib.
1.pro cautione etiam tradidit Cæpoll.in cautel.81.incipien.
quando quis vult vendicare,poſt num.2.atque voluit Afflict.
in deciſ.383.licet hodie,num.6.vbi aſſerit ita fuiſſe obſerua-
tum tam in magna Curia Vicariæ,quam in Sacro conſilio, qđ
& animaduertit Reuerendiſſimus Contardus in ſuis doctiſ-
ſimis Commentarijs ad l.vnic.C.ſi de momentan.poſſe.fuer.
appella.limit.4.nu.11.vbi idem ſentientes adducit amplian-
do illud etiam habere locum, ſi deinde res hypothecata ſit
amiſſa,vel hypothecata extincta morte debitoris,qui rentum
ciuiliter poſſidebat tempore obligationis, & ita dixerunt
Domini de Rota die 28.Nouembris 1541.in vna Romana vi-
gintimill. pro Illuſtriſſima Dña cõtra creditores,vt atteſtatur
Put.i ſuis recollect.deciſionũ, dec.208.incip eadẽ die,lib.1.

Quod ſi poſteriorem ſententiã amplecti quis voluerit il-
22 lam limitabit, vt vera non ſit, † quando creditor agit hypo-
thecaria contra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam à
debitore:nam in eo caſu creditor debet probare de dominio
directo, vtili,vel quaſi ſui debitoris in re ad quam agit, vt ita
voluiſſe Cyn.Bart.& Salic.ac communiter alios ſcribentes in
d.l.cũ res.C.ſi res alien. pignor.dat.ſit. teſtatus eſt Neguſ. in
d.tract.de pignor.in 3.mem.8.par.nu.12.verſ.quarta conclu-
23 ſio.quo in loco huius rei reddit rationem, † quia hypotheca
ria nõ confert tit. habilem ad dominij acquiſitionem. nec
ad vſucapiendum, ſed ſolum ad obtinendam poſſeſſionem,
vt l.ſi cum venditor.in princip. ff.de euict.& ideo agens hy-
pothecaria debet fundare ſuam intentionem in titulo, &
24 iure ſui debitoris, † & illud probare, quod ipſe de-
bitor teneretur probare, ſi vellet obtinere contra talem
poſſeſſorem, vt eſt text.& ibi not.per gloſſ.& Dd. in l. ſi ab
eo.

Digitized by Google

eo.ff.de pign.& ita cōcludit Aret.in d.§. item Seruiana. poſt
nu.16.in fi.verſ.quarto principali,Inſtit.de actio. atque Bart.
* Soci.conſ.112.viſo proceſſu agitato,nu.7.lib.2.* vbi de com-
muni opinione teſtatur.

Huic tñ ſententiæ aduerſatur Ang.Aret.inter conſi.Alex.li.
2.in d.conſ.138.Lancel.de Imo.poſt nu.1.verſ. aut agitur,quo
25 in loco aperte reſpondet † agenti hypothecaria contra ter-
tium poſſeſſorem, qui nullam cauſam habet à debitore ſuffi-
cere probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obliga-
tionis,vel poſt,& eandem ſententiam ſequutus eſt Affl.in d.
decis.383.nu.7.vbi aſſerit ſe vidiſſe ſæpius, ita fuiſſe iudica-
tum in Sacro Conſilio,& Vicaria,à qua ſententia non eſſe re-
cedendum ait.

26 Quo aūt pacto intelligat̄ illud,† quod ſupra diximus, cre-
ditorem,ſ.probare rem fuiſſe in bonis debitoris tēpore obli-
gationis,conſulas Petrum de Vnzola in ſua practic.art.notar.
tit.de prohib.oblig.rei alien.poſt nu.7.verſi. Item nono,quo
in loco ex mēte Dd.dixit,ſatis eſſe,ſi creditor probet debito
27 rē tēpore obligationis poſſediſſe illā rem,† quia in bonis no
ſtris ea vident̄ eſſe,quæ poſſidemus,vbi reijcit opin.gl. in d.
§.item Seruiana.Inſti.de act.quę in ea erat opinione,vt arbi-
traretur probare rē eſſe in bonis debitoris tempore obliga-
tionis debere declarari, id eſt debitorem fuiſſe dñm eius rei
eo tēpore,quo obligauit, quod valde durum eſſet creditori,
28 cum probare † de dñio ſit apprime difficile vnde raro etiam
in hypothecaria obtineret,ideo illam glo.non ſeruant Dd.vt
teſtatur idem Petr.de Vnzol.loco nuper adducto.

CONCLVSIO CCCCLVIII.

ARGVMENTVM.

Creditum, de quo non appareat ſcriptura, vel teſtes, quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Creditum, de quo non appareat ſcriptura vel teſtes, quâ cautione & qua ratione probari poteſt.*
2 *Dictum teſtis de auditu valet, quando paries, vel cortina eſt in medio inter ipſum, & perſonam loquentem.*
3 *Teſtis de auditu facit aliquam præſumptionem.*
4 *Teſtimonium de ſenſu auditus valet, quando teſtis notam habet vocem loquentis, licet illum non videat. Intellige, vt nu. 5.*
6 *Cæcus poteſt eſſe teſtis, modo cognitas voces habeat contrahentium.*
7 *Cautela alia probandi creditum presbyteri cuiuſdam Placentini.*

CReditum de quo non appareat ſcriptura, vel teſtes, hac
1 cautione † probari poterit, vt creditor ducat debitorem
in cubiculum ſuū,& ibi habeat teſtes abſconditos, veluti poſt
cortinas,& tunc blandis verbis debitorē alloquendo accedat
tandem ad ſermonem ſui crediti, eumq; interroget, qñ velit
ſoluere illa decem,quæ illi mutuauit: ille.n.debitor credens
neminē ibi eſſe in illo loco præter ipſum,& creditorem,con-
fitebitur libere debitum, & tūc audita eius confeſſione tales
teſtes poterunt examinari,& deponere ſe ipſos audiuiſſe ta-
lem hoīem confitentē debitum Titio,& promittentem ſibi ſa-
tisfacere,licet non viderint illū aperta facie,ſed loquelā eius
habeant notam,ita docet Hipp.de Marſ.in d.rubr.C.de prob.
* nu.350.teſtatur ad hoc gl.* communiter approbatam in l.2.
§.idem Labeo ait.in verb.audierunt.ff.de aqua pluuia.arcen.
2 quæ gl.videtur velle † valere dictum teſtis de auditu,quando
paries, vel cortina eſt in medio inter teſtes, & perſonam lo-
quētem,quod etiam obſeruauere Bart.& alij Dd.in d.§.idem
Labeo.& tradidere Cyn.& Dd.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta-
ment.& videtur eſſe contextus cum glo.in verb.auditu.& ibi
Dd.in c.præterea.extr.de teſtib.

3 Et in huiuſmodi materia teſtis de auditu, † licet vt pluri-
mū talis teſtis non probet, tamen facit aliquam præſumptio-
nem,iuxta ſententiam Alex.in conſ.78.incip.in cauſę accuſa-
tionis,in 2.col.nu.4.verſ.quartum indicium.vol.1.& Hippol.
Marſ.in ſing.371.teſtis de auditu,& in ſing.557.Tuſcis.

Fundamentum vero,cui Dd. innituntur, hoc videtur eſſe:
4 quia regulariter valet teſtimonium de ſenſu † auditus verbo-
rum alterius,qñ teſtis habet notam vocē loquentis,licet per-
ſonam loquētem non videat,vt habetur in l.teſtium.cū auth.
rogati.ibi poſita.C.de teſtib.& in c.teſtes.7.q.9.& in c.1.14.
q.2.& hoc etiam firmat Matthe.in ſingul.ſuo 124.incip.Nota
quod licet regulariter valeat teſtimonium, hanc opinionem
probant Dd.in d.l.ſi non ſpeciali.in d.c.præterea,extr.de te-
ſtib.vbi dicūt prædictam gloſſam in d.l.2.§.idem Labeo.ha-
5 bere locū generaliter † in omni caſu,excepto in teſtamento,
& in cauſa criminali,& in caſu,in quo tractat̄ de matrimonio
ſeparando.Hipp.vbi ſupra,n.352.quia in iſtis tribus caſibus
teſtes debent videre,& inſpicere perſonam loquentem,& in
talibus caſibus,ſi aliqua cortina ſit in medio, vel aliquis pa-
ries inter teſtes,& perſonam loquentem,non valebit teſtimo
nium illorum,ita concludit Barthol.Cæpol.in ſua caut.230.
incip.Quando quis non poteſt,& idem tradidit Felin.in d.c.
præterea.de quo etiam teſtatur Abb.poſt Io.Andr.& alios in
c.2.col.1.de conſuetud.vbi ponit facti contingentiam.Bal.in
l.conuenticulum.in pen.col.C de epiſc.& cler.ſpec.in tit. de
teſte.§.1.verſ.Quid ergo ſi viro & mulieri, atque Cyn.in l.te-
ſtium.in 4.q.C.de teſtib.

Vnde non iniuria ſupra docuimus in concluſ. Cæcus, Cæ-
6 cum poſſe eſſe teſtem,dummodo † habeat cognitas voces con
trahentium, & explicabitur infra in concluſione, Teſtis de
auditu,vbi propria eſt ſedes.

Supra vero allatum modum confitendi debitū docet men-
ti eſſet tenendum Hipp.vbi ſupra,nu.134.vbi atteſtatur ſe ita
in facto habuiſſe.

Ego vero alium creditum probandi modum huic ſubiun-
7 gā,† cuius auctor fuit Præpoſitus quidam D.Brigidæ Presby-
ter Bartho.Rubinus Placentinus,quem modum propter faci-
noris feſtiuitatem relatu dignum ſum arbitratus. Hic igitur
nullis teſtibus,nec ſcriptura vſus, ſuo quem vocant compatri
ingētem pecuniæ ſummam erogauerat, vt ex illa mercaturam
faceret, & quicquid lucri ex illa negotiatione percepturus
eſſet,id omne inter ſe partirentur. Præpoſitus igitur Rubinus
de Compatris non admodum ſincera fide dubitans, cum in-
tellexiſſet perperam collocatos eſſe nummos, pecuniamq; pa-
riclitari foreq; vt nunquā eam poſſet recipere: tum vero huc
& illuc animū in varias partes diſtrahens,cogitare cępit,quo
fieri poſſet, vt cōpater coram teſtibus incaute quod accepe-
rat,vltro fateretur.Is Præpoſiti calliditatem cum mente præ-
ſenſiſſet, nunquā adduci potuit, vt coram teſtibus receptum
creditum confiteretur.Rubinus cum hac ſpe cecidiſſet, vt illa
ratione nummos acceptos compater proferret,curarum æſtu
fluctuās,ad aliam excogitatā vafriciem animum intendit. In
grauem itaque morbum,ex quo conualeſcere non ſperaret,ſe
incidiſſe callide ſimulauit. Verum vt inediam fingere rectius
poſſet,panem,vinum,& cætera victui opportuna in cubiculū
abdidit,quibus nullo præſente famem explere poſſet. Adhi-
bet medicos,inuiſunt, ſalutares potiones ei cōſtituunt.Is ar-
reptis potionibus clā oēs effudit.Medici multis elapſis die-
bus cum in dies magis morbum ingraueſcere ſimularet Rubi
nus,potionem nihil ſibi profuiſſe inſpexiſſent,nec eum quic-
quā cibi,potus ve ſumpſiſſe intellexiſſent,hominis ætate iam
matura (annum enim ſeptuageſimū,& eo amplius attigit) in-
ſpecta ſalute eius deſperata ab ipſis deſeritur Rubinus. Inui-
ſitur à propinquis,& amicis,& viri vicē dolēt,miſerant̄ eius
malam fortunam, gemunt, lugent, & lamentantur, Rubinus
Compatrem non comparere perſpiciēs,eum videndi, & co-
ram colloquendi, priuſquam ab hac vita diſcederet, mira ſe
cupiditate teneri ſignificauit. Accerſitur,inuiſit ægrotantem
Compater.Rubinus ægre vocem trahens,& ſuſpirans,omnes
mortem acerbiſſime ferre inquit, ipſe vero cæteris acerbius
tuliſſet,ni tam fidum,& maxime familiaritate,atque adeo ne-
ceſſitudine coniunctum Compatrem ſemel antequam more-
retur,inſpexiſſet,atque fuiſſet cum eo colloquutus, orat, ob-
teſtatur,vt poſtquam ab hac lucis vſura migrauerit,preces ad
Deū pro animæ ſuæ ſalute effundat, & bona verba precetur,
cum & ipſe Compatrem ſuū grata memoria proſequi in hac
vita ſtatuiſſet: ſe enim conſtituiſſe, vt quos nummos pro ne-
gociatione ipſi erogauerat,apud eundem Compatrem rema
nerent, ſed hac lege, vt filiabus ſuis eos æquis portionibus
partiretur, vt honeſte in matrimonium collocari poſſent.
Spondet,pollicetur Compater ſe id libentiſſime facturum,&
proinde maximas ſēper ei gratias pro tanta in ſe ipſum be-
nignitate, & humanitate habiturum, atque adeo relaturum.
Rubinus animam iam agere fingens, hoc vltimæ volunta-
tis ſuæ elogiū publicis tabulis eſſe teſtatum,vix tandē Com-
patri ſignificat, ne vna cum defuncti morte filiæ Compatris
dore

Digitized by Google

dote ſibi legata fraudari poſſent. Lætus, & exiliẽs Comparer acceſſit tabellionẽ, & teſtes ad id peragẽdum. Multa dictante Rubino ſcribit tabellio, demum obſecratur Compatrem Rubinus, vt nummorũ ſummam, quos ad faciendam mercaturã tradiderat, ſibi aperiat, vt rationes ſubducere poſſit, quot cuiq; filiarum pro dote ſit legaturus, quod cum feciſſet Compater, & in publicas tabulas eſſet relatum, exilijt illico è lecto Rubinus integer, & incolumis, Compatris perfidiam deteſtans, nuncq; confeſſione ſua conuictum effugere non poſſe, quin nummorum ſummam ſibi reſtituat, ſic hoc Rubini aſtu iudicis decreto merito fuit coactus Compater, vt traditam ſibi pecuniam Præpoſito Rubino redderet.

CONCLVSIO CCCCLIX.

ARGVMENTVM.

Credo, verbum an confirmet, an neget.

SVMMARIA.

1 *Credo, verbum in atteſtationibus non affirmat.*
2 *Credere, & ſcire, non poſſunt concurrere ſimul, cum ijs inſit quoddam diſſidium.*
3 *Scientia in his, quæ ſunt facti, habetur, quãdo illam capimus per proprium ſenſum.*
4 *Credulitas ex coniecturis oritur.*
5 *Scire ſe habet ad certum, credere ad dubium.*
6 *Teſtis dicens ſcio, quia credo, non affirmat.*
7 *Teſtis dicens, videre meo, non affirmat.*
8 *Teſtis ſi dicat, iudicio meo, non affirmat.*
9 *Teſtis ſi dicat, ſcio pro certo, non affirmat.*
10 *Conſuetudo non valet, vt teſtibus de credulitate deponentibus plene credatur.*
11 *Credo, verbum affirmat, ſi teſtis addat aliquam cauſam ſuæ credulitatis.*
12 *Credo, verbum affirmat, ſi teſtis per illud verbum quidpiam deponat in veriſimilibus.*
13 *Conſulens per verbum credo, recte & certiſſime conſuluit.*
14 *Per verbum, credo inducitur iuris diſpoſitio in ſententiam proferente.*

1 CRedo, verbum in atteſtationibus poſitũ non † affirmare aſſeruere gl. & cæteri Dd. in l. teſtium. C. de teſtib. & ibi plene Cy. quod varijs in locis dum reſpondit placuit Alex. conſ. 56. viſo proceſſu, nu. 11. lib. 2. & aſſeuerauit Bal. in l. ſiue poſſideris. C. de proba. nu. 6. Alex. protulit in rubr. ff. de iureiur. & fuit obſeruatam in l. 1. ff. de vent. inſpicien. Bald. ẽt in l. ſolam, eod. tit. C. de teſtib. & plene in c. tertio loco. & in c. literis. de præſump. & in c. quotiens. de teſtib. & ibi Abb. nu. 9. vbi late hanc materiam proſequitur & hanc reddit rationem
2 Abb. ibid. eo quod credere, † & ſcire, non poſſunt concurrere ſimul, nam ijs ineſt quoddam diſſidium, etenim ſcientia
3 † in his, quæ ſunt facti, habetur, quando illam capimus per proprium ſenſum, vt quod videmus, vel guſtamus, & iſta ſcientia requiritur in atteſtationibus, c. teſtes. 3. q. 9.

4 Credulitas vero † ex coniecturis dimanat, & ſic ibi nõ eſt vere ſcientia, vt obſeruat Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur.
5 & plene per Abb. in c. literas. de iura. cal. & ſcire ſe habet † ad certum, credere vero ad dubiũ, c. firmiter credimus. de ſum. Trin. & fid. cathol.

6 Primo amplia concluſionem ex eo, quod † dicit Bald. in l. conuenticulam. col. 8. verſ. ex prędictis infero. C. de epiſco. & cleric. ſi teſtis dicat ſcio, quia credo, nam fieri poteſt, vt teſtis credat, & tamen non ſit verum, vt in l. de tutela. C. de reſti. in integ. minor. Fel. in c. quotiens. nu. 7. de teſtib.

7 Subamplia, idem eſſe, ſi teſtis † dicat, videre meo, ita dixit
8 Bal. in repetit. l. de quib. poſt nu. 35. ff. de ll. idem ſi dicat † iudicio meo, vt voluere Ang. & recentiores in repetit. l. ſciendum. in 3. col. ff. de verb. oblig. Alex. in conſ. 24. nu. 14. vol. 2. & Bal. in c. niſi cum pridem. de renunc. nu. 5.

9 Secundo ampliabis concluſionem † ſibi vendicare locum, etiam ſi dicat, credo pro certo, vt auctor eſt mihi locupletiſſimus Alex. in d. conſ. 56. ſub nu. 11. & dixit Bald. in l. 2. §. obſeruari. C. de iura. calum. & in l. conuenticula. C. de epiſco. & cleric. atque meminit Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. id quod deponit de credulit. & ibi Io. Andr. quod placuit Fel. in c. quotiens. nu. 7. de teſtib.

10 Tertio ampliare poteris, vt non valeat † cõſuetudo vt teſtibus deponentibus de credulitate plene credatur, nam hoc caſu eis non creditur, vt aſſeruit Antonius de Butrio, in capit. primo de appella. atque Felin. in dict. cap. quotiens. num. 8.

11 Limitabis porro concluſionem, ſi addatur † aliqua cauſa ſuæ credulitatis, quia tunc verbum credo, affirmat, vt credidit Bald. in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. verſicul. & eſt argumentum. ff. de legat. 1. atque Alexander reſpondit in conſil. 109. num. 7. libro primo, quod placuit Anton. de Butri. in capit. quotiens. de teſtib. & ibi Abb. num. 9. Hoſtienſ. etiam in cap. in præſentia. eodem titul. & per iura ſupra in concluſione relata.

12 Secundo loco limites velim concluſionem, ſi teſtis † per verbum, credo deponat quidpiam in veriſimilibus, veluti ex eo quod viderit ſolum cum ſola, vel nudum cum nuda, credat copulam inter tales eſſe ſequutam, vt in hac credulitate credidit Abb. in c. quotiens. & c. præterea, de teſtib. & per Felin. traditum eſt in d. c. quotiens. vbi ſupra, & in cap. quæſiuiſti. de accuſat. & in cap. inquiſitionis, de ſenten. excommunic.

13 Tertio præterea limitare poteris in conſulente, † etenim per verbum, credo reſpondet conſulens certiſſime, vt ſi dicat, credimus ſic eſſe de iure, vt voluit Anto. de Butr. in c. ex parte. per illum tex. nu. 6. extra de poſtulan.

14 Quarto & poſtremo limitabis idem eſſe in † ſententiã proferente, nam per verbum tale, inducitur diſpoſitio, & profertur ſententia, quod fuit effatum ab Ant. de Butr. vbi ſupra d. nu. 6. cui quidem illud optime ſuffragetur, quod animaduerſum eſt in c. præterea requiſiti fuimus. de appellat. & in cap. 1. in verb. merito crederemus, de delict. puer. & ibi per Do. Barbat.

Fuſius hæc proſequerer, ſed ne diutius patientia veſtra in legendo abutar, vos ad Fel. vberrime de his diſſerentem reijciam, conſulendus igitur erit Feli. in d. c. quoties. à nu. 7. vſque ad finem, extra de teſtib.

CONCLVSIO CCCCLX.

ARGVMENTVM.

Communia criminalium.

SVMMARIA.

1 *In Criminalibus vnus teſtis coniunctus cum fama non probat.*
2 *In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
3 *In criminalibus vnus teſtis cum fama non probat, etiam ſi de crimine agatur ciuiliter.*
4 *In criminalibus etiam ſi agatur de crimine excipiendo vnus teſtis cum fama non probat.*
5 *In criminalibus non creditur teſtibus rationem non aſſerentibus eius, quod dicunt.*
6 *In criminalibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
7 *In criminalibus probationes imperfecta non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
8 *In criminalibus non habet locum probatio, quæ fit per iuramentum in caſu l. ſi quando C. vnde vi.*
9 *In criminalibus non poteſt quis damnari ex præſumptionibus.*
10 *In criminalibus teſtes exhibentur coram iudice.*
11 *Teſtis vnus cum fama in criminalibus plenam probationem facit, ſi adſint aliæ coniecturæ vehementes.*
12 *In cauſa criminali ſufficit vnus teſtis de veritate, duo de fama, & duo de indicio.*
13 *Teſtis vnus cum fama, concurrente aliqua præſumptione ſufficit ad id, vt quis torqueri poſſit, ſed quantum ad condemnationem.*
14 *Probationes eſſe debent luce clariores ad condemnandum.*
ſpõdit ẽt.Fari.in conſ.152.Vidi exẽplũ.n.13.verſ.put ẽt vol.
4.cui adhæret Federic.SchencK.in trac.de teſtibus.n.40.atq;
Alb Roſat.dict.tractat.de teſtibus poſt n.4.verſ.eſt tamen di-
ligẽter.in 1.part.nec ab hoc receſſit Bagatot.tract.de repro-
bat.n.49.verſ.reprobãtur teſtes.hoc ẽt placuit Spec.d.§.1.in
princ.tit.de teſte.& colligere ẽt eſt ex reſpõſo Iurecõſulti,in
l.3.ĩ princ.ibi,vel an ei inimicus.& ibi gl.in d.verb.inimicus.
ff.de teſtibus & fere ad nauſeã p multos ad idẽ cõgerit Hiero
nym Gig.in ſuo trac.de crim.læſę maieſtat.rubric.qũo & per
quo crimẽ læſæ maieſtatis probetur.q.2.li.a.nu.1.cũ pluribus
ſeq.ſcripſit Abb.pluribus locis,vt in c.licet Heli.col.2.poſt nu.
11.verſ.vltimo colligere,de ſimon.Roman.ẽt in l.ſi vero.§.de
viro.col 14.n.38.verſ.15.principalis fallentia.ff.ſoluto matri-
mon.Tho.Grãm.ĩ cõl.46.In cã magnifici Triſtani.n.8. & ſeq.
verſ.ꝙ tanquã inimici.& in conſ.38.n.12 & 13.atque in voto
3.nu.30.verſ.attamen. & in voto 11.nu.17. verſ.nec obſtabit.

depoſitio,reſpondit etiam Alex.in conſ.127.Viſa inquiſitio-
ne,nu.19.vol.4.atque Felin.in c.de bis. §.repelluntur. num.1.
vſque ad nu.4.& in c.cum oporteat.in 4.col.verſ,noto ſexto,
quod eo ipſo de accuſat.Bal.prẹterea in l.præſcriptione, col.
11.poſt num. 36. verſ.tertium exemplum,C.ſi contra ius,vel
vtil.public.
32 Quam poſtremam limitationem ſic ampliabis,† vt nec etiã
inimicus conſtitutus in articulo mortis, & recepturus ſacra-
tiſſimum corpus Chriſti , eſſet admittendus in crimine hmõi
læſæ maieſtatis contra inimicum , nec ei fides eſſet habenda,
vt voluit Bal.in ti.de pace Conſtãt.in verb.vaſalli noſtri.poſt
33 nu.6.verſ.& puto,quia.vt ipſe inquit,† non omnis qui mori-
tur,eſt Ioannes Euangeliſta.quod etiam probauit Grammat.
in conſ 46.nu.7.& ſeq. eundem ſequitur Gigas in d.tract. de
crimin.læſæ maieſt.d.rubric.quomodo, & quos, &c.d.quæſt.
2.nu.3.lib.2.& voluit Hippolyt.de Marſ.in l.1.§.præterea,nu
mero 6.verſ.amplia etiam,ff.de quæſt.

Verum iſtud,quod modo diximus,intelligas,& reſtringas,
vt verum ſit in inimico capitali , ſecus ſi nullæ intercederent
34 capitales inimicitiæ,† quia tunc talis inimicus admittitur,li
cet de illius fide nonnihil detrahatur,vt aſſeruit idem Marſil.
d.§.præterea.nu.7.verſ.& ſcias,quod iſte text.auctorem lau-
dat Innoc.in d.c.cum oporteat.de accuſat quod etiam ea con
firmat ratione,quia pro leui inimicitia non ita facile quis prę
ſumitur mentiri,ſicut pro graui, ita nominatur in auth.de te-
ſte.§ ſi vero quis dicatur.

Tertio præterea limitabis,vt tãtum procedat, qñ agitur de
crimine læſæ maieſtatis,quod oritur ex aliquo facto , ſecus ſi
35 ex ſolis verbis petulãtibus,& iniurioſis,† ex quibus proprie
non dicitur committi crimen læſæ maieſtatis,vt conſultus re-
ſpondit Crauet.in ſuo conſ.6.nu.1.cum ibi allegat.& nu.9. &
nu.52.nam tunc teſtes idonei ſunt neceſſarij, quod probat au
ctoritate ſummi Pontificis Alexand.Tertio in c.tãta.de ſimo.
& per ea,quæ fuere obſeruata in c.quoniam & in c.tam lite-
ris.de teſtib.& auctoritate Abb.in c.1.de confeſſio.Nam illud
priuilegium recipiendi teſtes non idoneos,cum habeat locũ,
36 vbi agitur de crimine lęſę maieſtatis† non vr̃ extendendum,
vbi maieſtas læditur ſolum verbis,etenim etſi grauiſſima ſit il
la offenſio verbalis,non tñ tanti eſt præiudicij, quantum in ſe
habet offenſio realis.Ideo non videtur licita extenſio de caſu
realis offenſionis ad caſum verbalis iniuriæ , & hoc maxime
qñ ſumus non ſolum in materia exorbitanti, veluti credendũ
eſſe teſtib.non idoneis, ſed etiam pęnali, iuxta late animad-
uerſa à Bat.& recentiorib.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim. ꝙ
etiã aperte aſſeruit conſulendo Rom. in conſ.150 In propoſi
ta quæſtione.verſ.primo quia in exorbitantib.nu.4.& cum hi
37 † duo caſus ſint diuerſi,læſio.ſ.factis,& verbis , vt per Crau.
d.conſ.6. in prin.non permittitur extenſio de vno caſu ad al-
terum,ẽt ex maioritate rõnis,vt auctor eſt Anchar. conſ.151.
nu.4. Quocirca ex his in eam tandem ſñiam deueniendũ eſt,
vt ibi agatur de crimine læſæ maieſtatis verbis tm̃ , ſimus in
puris terminis iuris cõis,id eſt,teſtes idoneos eẽ neceſſarios.
Quib.illud optime videtur patrocinari,quod ſcribit Bar.in l.
in qõnib.ff.ad l.Iul.maieſt.vbi licet teſtes inhabiles admittã
38 tur † ad probandum principaliter crimen læſæ maieſtatis,d.l.
in qõnib.& c. per tuas . de ſimon.non tamen admittuntur ad
probanda adminicula talis delicti,cuius ſentẽtiæ ſe ipſe ſub-
ſcripſit Bal.in auth.ſi dicatur in ſi.C.de teſtib.quod & proba-
uit Dec. in conſ.410. In cauſa mota Mediolani.nu.15. verſ. &
vlterius conſiderandum eſt.& Crauet.vbi ſup.conſi.6.nu.15.

Adhæc quarto limitare tibi licebit,vt procedat tantum,qñ
39 † teſtes eſſent inhabiles ratione perſonæ,veluti ſi eſſet pupil
lus,mulier,&c.ſecus antẽ,ſi inhabilitas oriretur ex eorum te
ſtium repugnantia,aut periuri in loquendo falſitatem, vt id
late proſequitur Aymo Crauet.d.conſ.6.nu.58.& 59.

Huic contraria videtur comprobari,atq; decidi ſentẽtia ab
Vrbano IV.Pontifice Maximo in c.accuſat.§.licet vero.de hę
40 ret.in 6.† vbi admittuntur teſtes periuri,ꝙ tamen nõ obſtat,
nec vllam vim facit,nã ibi admittuntur teſtes periuri,qui ce-
lauerunt veritatem,quando ſcilicet appareret , ꝙ in iudicijs
manifeſtis ex ſola fidei,nõ animi leuitate,aut odij fomite re-
uelarent,quod primo celauerant,vt aſſeruit Crau.vbi ſupra d.
nu.59.quæ ratio omnino non venit conſideranda in crimine
læſæ maieſtatis humanæ,vt ibi per Crau.d.nu.59.
41 Conſequaneum eſt & ſuperioribus,quod ſequitur † crimẽ
læſæ

læſæ Maieſtatis, quod quis patrauit, non probari literis Principis atteſtantis, talem cōmiſiſſe crimen læſę Maieſtatis contra eum, vt ad hanc rem cantum eſt à Dec. conſ. 528 Pro reſolutione. nu. 4. idem traditum fuit à Card. in conſ. 128. In quæſtione quę vertitur. in princ. hoc etiam aſſeuerauit idem Dec. in conſ. 606. Sereniſſimus Imperator Carolus, poſt nu. 4. verſ. quibus tamen non obſtantibus. atque idem Dec. in conſ. 410. In cauſa mota. nu. 8. verſic. tertio principaliter. idem teſtatur Iaſ. in conſ. 34. Ad motiua data, nu. 8. & ſeq. verſ. non obſtat aliud. vol. 1. hos ſequutus eſt Rui. in conſ. 147. Viſis his, no. 8. vol. 1. & in conſ. 3. Videtur prima facie. nu. 5. verſ. ſed pręmiſſis. lib. 5. quod etiam probauit Fel. in c. quæ in eccleſiarũ, nu. 27. & ſeq. de conſtit. hoc idem placuit Andr. de Iſer. in c. 1. in

42 princ. ad fin. in tit. quo tempor. miles. vbi inquit, † nec Principi, nec Regi fidem adhiberi, ſi atteſtetur per proprias literas, iſtiuſmodi fuiſſe proditorem ſuum, quod etiã ea ratione confirmatur, quia nullus in cauſa propria eſt audiendus, nec eſt idoneus teſtis, vt rñdit Pompon. in l. nullus. ff. de teſtib. ad quæ conferunt, q̃ diximus in cõcluſione, Aſſertioni Principis.

Veruntamen & ſi per aſſertionem Principis non probe-

43 tur huiuſmodi crimen, † poterit tamen probari per confeſſionem rei, vt pluribus tum rationibus, tum etiam auctoritatibus corroborat hoc Gigas in d. ſuo tract. de crimin. læſæ Maieſtatis. in rub. quomodo, & per quos crimen læſæ Maieſtatis probetur. q. 1. incip. primo quęro. per totam quæſtionẽ, lib. 2.

Quinimo iſtud crimen læſæ maieſtatis poterit commode

44 probari per inſtrumentum, † & ſcripturam publicam, vt videre eſt apud eundem Gig. in d. ſuo trac. de crim læſę maieſt. d. rub. quomodo, & per quos, &c. quæſt. 21. quæro, per tot. lib. 2. qui hoc ad vnguem examinat.

Sed hæc hactenus de crimine lęſæ Maieſtatis. Materiæ quidem vbertas efflagitaret, vt longiori ſermone ipſam proſequerer, ſed ne aliorum labores mihi ipſe aſcribere videar, ad auctores hoc argumenti genus vberrime explicantes vos in præſentia reiiciam. Adeat, qui volet hęc cognoſcere, Crau. in d. conſ. 6. per totum. Hyppol. Marſil. in l. vtrum. nu. 1. & 5.

45 C. ad l. Pomp. de parricid. & quibus modis id committatur, tradidit Damhoud. in ſua pract. crim. c. 62. nu. 1. cum ſeq. atq; Petr. Duen. in reg. 173. & latiſſime circa hanc materiam ſe fundit Matth. ab Afflict. in c. 1. in vſib. feudor. quę ſint regal. à nu. 5. vſque ad nu. 53. & à nu. 73. ad nu. 111. vbi tradit 45. modos quibus committatur prædictum crimen. Verum omniũ vberrime id proſequutus eſt Hieron. Gigas in ſuo tract. de crimine lęſę Maieſtatis, vbi omnia, quę in huius criminis tractatione neceſſaria erant, doctiſſime, & affluenter examinauit.

CONCLVSIO CCCCLXIV.

ARGVMENTVM.

Criminalis cauſa ex quo probetur, & quæ dicatur.

SVMMARIA.

1. *Criminalis cauſa probatur ex eo, quod pœna venit applicanda fiſco, etiamſi cauſa ſit ciuilis.*
2. *Cauſa ciuilis dici debet, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum.*
3. *Cauſa criminalis dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto, ſiue ad publicam vindictam.*

1 CRiminalis cauſa probatur ex eo, † quod pœna ſit adiungenda fiſco, etiamſi cauſa ſit ciuilis, ita habemus á glo. in l. 3. ff. de ſepulc. violat. quam ſequitur ibi Bart. & idem tradit Bal. in l. ſi qua per calumniã. C. de epiſc. & cler. Dec. qui hoc late proſequitur in rub. de iudic. in 1. lectur. nu. 95. verſ. tertia opinio. vbi in vtranque partem affert argumenta, & conclu-

* dit pro hac ſentẽtia, quam dicit * communem & ab omnibus amplexam. idem latius comprobat in 2. lect. eiuſdem rub. nu.

* 52. verſ. tertio principaliter. ibiq; communiter * eſſe receptũ atteſtatur, & conſulendo reſpondit Barbat. conſ. 11. nu. 4. vol. 4. & monuit D. Vinc. de Franchis in deciſ. Neap. deciſ. 165. nu. 16. idem proditum reliquit Rober. Maran. in ſuo Spec. de ordin. iudic. in 4. par. princ. in 1. diſtinct. iud. num. 8. verſ. ſed

* breuiter. quo in loco ex ſententia * cõmuni ſcribentium do-

2 cet, † quomodo cauſa criminalis cognoſcatur à ciuili, & breuiter admonet illam ciuilem dici debere, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, ſiue talis cauſa deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu: criminalem vero, quando principaliter agitur ad commodum publicum ex de-

3 licto tantum, † ſiue ad publicam vindictam, quidquid in con-

* trarium ſentiat Abb. in d. rub. de iud. col. fin. qui vt * communiter reprobatus, non eſt attendendus, vt per Maran. loco iam allato, & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 3. in princ. qui in ſpecie damnat locum illum Abb. atque Philip. Franc. in d. rub. de iud.

* col. fin. qui pari modo vna mente * omnes id ſenſere contra quod Abb. atteſtatus eſt.

Reliqua ſpectantia ad abſoluendam hanc concluſionem, conſulas eundem Maran. vbi ſupra, à quo habere poteris limitationes, & declarationes, quas in præſentia miſſas facimus, tempore anguſtia oppreſſi, iſtas latius explicaturi, cum plus ocij nacti erimus.

CONCLVSIO CCCCLXV.

ARGVMENTVM.

Criminoſus an ratione criminis à teſtimonio repellatur, & quando, & in quibus admittatur.

SVMMARIA.

1. *Criminoſus ratione criminis à teſtimonio repellitur.*
2. *Criminoſus eo maxime à teſtimonio repellitur, ſi in crimine perſeuerauerit.*
3. *Criminoſus ob crimen famoſum damnatus, repellitur à teſtimonio.*
4. *Criminoſus à teſtimonio repellitur, ſi fuerit publico iudicio condemnatus.*
5. *Semel olim criminoſus, adhuc criminoſus præſumitur.*
6. *Criminoſus ſi reſipuerit, nec eum ſequatur infamia, admittitur in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter mota.*
7. *Emendatus de crimine eſt homo integer.*
8. *Emendatus criminoſus ſemel conuictus non admittitur, niſi agatur de modico præiudicio.*
9. *Criminoſi admittuntur, vbi alij teſtes haberi non poſſunt.*
10. *Criminoſi etiam admittuntur in crimine læſæ maieſtatis.*
11. *Hæretici, vbi alij teſtes haberi non poſſunt, admittuntur. Contrarium ibi, & num. ſeq.*
12. *Hæretici in teſtimonium admitti non poſſunt, cum hodie omnes ſint infames.*
13. *Criminoſi admittuntur in crimine hæreſis.*
14. *Criminoſus contra criminoſum admittitur. Contrarium ibi.*
15. *Teſtis alias inhabilis admittitur ad teſtificandum ſuper crimine ſimoniæ.*
16. *Criminoſi admittuntur in crimine ſacrilegij.*
17. *Teſtis alias inhabilis admittitur in cauſa dilapidationis bonorum.*
18. *Criminoſi admittuntur in crimine fraudatæ annonæ.*
19. *Criminoſus in crimine fraudati cenſus admittitur.*
20. *Criminoſus admittitur in crimine per duellionis.*
21. *Inimicus capitalis non admittitur in criminibus perduellionis, fraudati cenſus, fraudatæ annonæ, dilapidationis bonorum, ſacrilegij, & ſimoniæ.*
22. *Pars, ſi ſciuerit teſtem criminoſum eſſe, vel tempore iuramenti, vel tempore depoſitionis, & non oppoſuerit, amplius non poterit opponere.*
23. *Teſtis, cui obijcitur crimen in genere propter hoc non repellitur à teſtificando.*
24. *Teſtis inſtrumentarius, qui eſt deſcriptus in teſtamento, admittitur, quamuis ſit criminoſus, dummodo occulte ſit.*
25. *Idem dicitur de mediatore, & proxeneta in inſtrumento deſcripto, num. 25.*
26. *Teſtis criminoſus ſi examinetur vna cum alijs teſtibus fide dignis, dictum illius ſuſtinetur.*
27. *Sententia lata ad dicta teſtium criminoſorum, & inhabilium non reijcitur, licet poſtea afferantur probationes ſuper inhabilitate.*
28. *In cauſa appellationis ſub obliſtantæ teſtium criminoſorum obijci poteſt.*
29. *Teſtis & ſi conuincatur in eo, quod prima facie præſumitur eſſe crimen, poteſt tamen aliquo modo excuſari à delicto ratione ignorantiæ, vel alia iuſta cauſa.*
30. *Chriſtianus, ſi teſtificatur contra Iudæum, non poteſt excipi contra ipſum de crimine.*

1 CRiminoſum ratione criminis † à teſtimonio repelli, ſancitum eſt à ſummo Pontifice in c. ſuper eo. & c. 1. de teſtibus. & in c. conſtituimus. 3 q. 5. ita etiam cauit Arcadius Iuriſconſultus, in l. ob carmen. in princ. ff. de teſtibus. quam ſententiam plerique ſcribentium probauere, vt Anchar. in c. 1. de excep. Io. Andr. in c. cum I. & A. col. 4. de ſenten. & re iud. Campeg. de teſtib. reg. 28. & 29. Alex. cõſ. 25. poſt nu. in. verſ. & præterea iſte teſtis. lib. 4. Fel. in d. c. teſtimonium. & glo. ibi ſuper verb. opinio. de teſtib. nu. 1. & ſeq. Spec. de teſte. §. 1. poſt nu. 1. verſ. item quod eſt conſpirator. & poſt nu. 24. verſ. item opponitur. quod eſt criminoſus. Hippol. de Marſil. conſ. 22. nu. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 83. Potuit. nu. 38. & ſeq. vol. 1. Butr. in c. ſuper eo. nu. 1. de teſtib. & idem in d. c. teſtimonium, nu. 1. de teſtib. latiſſime Io. Monticel. in ſuo repert. de teſtib. in verb. criminoſus. Nell. à Sancto Gemin. de teſtib. nu. 15. verſ. criminoſus. Aufrer. ibi. nu. 29. verſ. criminoſus in crimine. Alber. de Malet. ibi in 1. Lanfr. de Oria. ibi. nu. 69. verſ. primo nunquid criminoſus. Io. Cror. de teſtib. p. 3. nu. 43. Franc. Curt. in tract. de teſtibus. nu. 104. 54. concluſ. Albert. de Roſat. d. tract. in 1. par. in rub. quando teſtes repelluntur. nu. 1. And. Barbat. in d. tract. nu. 5. verſ. nota ibi in criminali, & nu. 18. verſ. ergo peccatum.

catum.in 1.par.gl.1.in d.c.teſtimonium, de teſtib. Tho.Gram.
conſil.35.nu.29.& conſ.63 nu.2. & voto 22.nu.4. & conſ.25.
nu.25.gl.in c.dudum.il 2.ſuper verb.electionis tempore.ibi,
ſic & qui in crimine detinetur. de electio.
2 Verum intelligas cõcluſionem tum maxime procedere,† ſi
in crimine perſeuerauerit, vt ſancitum eſt in c.teſtimonium.
de teſtib.& ibi glo.ſuper verb.confeſſus,in fin. Spec.d.§ 1.d.
verſ.itē opponitur,quod eſt criminoſus. Idem ſi fuerit ob cri
3 men famoſum † damnatus, vt colligere eſt ex c.ob crimen. 4.
4 q.3.& d.l.ob carmē.ff.d.tit.vel ſi fuerit publico iudicio † con
demnatus,vt reſpondit Calliſtratus Iuriſconſultus in l.3.§.le
ge Iulia.ff.de teſtib.& præfati in citatis locis,ac late Spec.§.1.
poſt n.89.verſ.itē quod fuit ob crimen famoſum,tit.de teſta.
5 Ratio eſt, quia ſemel olim criminoſus † adhuc præſumitur
criminoſus,arg.l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſt. & Damhou-
der.in tract.de teſtib.nu.13.& regulis iuris, quod ſemel ma-
lus,ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,& Spec.
vbi ſupra, verſ.item quod olim fuit.
Primo loco limitabis,concluſionem non procedere,ſi reſi-
6 puerit, nec eum ſequatur Infamia, † quia tunc admittitur in
cauſa ciuili,vel criminali ciuiliter intẽtata, iuxta ſententiam
Spec.d.tit.de teſt.d.§.1.verſ.item opponitur,quod eſt crimi-
noſus,ibi,ſi ſit emendatus. & Andr Barbat.in d.tract.2.parte,
nota,quod emendatus.Abb.etiam in c.1.poſt nu.11.de exce-
ptio.verſ.nota hoc dictum,quod poſt pœnitentiam. & glo.in
d.c.teſtimoniũ.ſuper verb.emẽdatus,de teſtib. Alber.de Ma-
let.in d.tract.de teſtibus.c.3.nu.1.& rationem reddit Barb.in
7 conſ.40.col.2.verſ.tertio,ſi opponatur,vol.3.† quia emenda-
tus de crimine eſt homo integer,vt ibi,& videas Ant.de But.
in d.c.teſtimonium nu.19.
Limita præterea non procedere in cauſa criminali, quia
8 etiam emendatus criminoſus ſemel conuictus † non admitti-
tur,vt colligitur ex c.teſtimonium.de teſtib. & ibi Felin. in-
ſigniter in terminis,nu.24.& Andr.Barb.d.tract.d.2.par.poſt
nu.1. verſ.licet enim.
Sublimita, niſi agatur de modicò præiudicio , ſi credimus
Fel.d.nu.24.& Abb.in d.c.teſtimonium.per notata in c.inqui
ſitionem.extra,de elect.& c.inter dilectos. de fide inſtrum.
Ad hæc ſecundo limita principaliter cõcluſionem, vbi alij
9 teſtes haberi non poſſunt, tunc enim admittuntur etiam cri-
minoſi,vt Bart docuit in l.1.C.de ſumma Trinit.& fid.cathol.
nu.12.verſ.habes ergo.cui adhæſit Alberic. de Malet. vbi ſu-
pra,nu.4.cum tamen temperamento,quia ſimpliciter nõ ad-
mittuntur, ſed cum tormentis,vt in auth. de teſtib. §. ſi vero
ignoti.col.8.& ibi gl.ſuper verb.feſtinantes. & vide quæ di-
ximus 1.limit.in concluſ. crimen læſæ maieſtatis.
10 Inſuper tertio limitabis,† vt criminoſi etiam admittantur
in crimine læſæ maieſtatis,vt ſupra dictum eſt,& ſancitũ reli-
quere Imperatores Valentin.Valens, & Grat. in l. nullus. &
Modeſtin.I.C in l.famoſi.C.ad l.Iuliam maieſt. quod & pro-
bauit Anto.de Butt.in repert.in diction.teſtis. vbi atteſtatur
Guido de Suza C.de precib.Imperatori offer.l.1. & proba-
uit Campeg.de teſtib.d.reg.27.in 12.fallent.
11 Quarto limites velim † in hæreticis,ſecundum gl. in l.3.§.
lex Iulia.ff.de teſtib.ſuper verb.palam. & glo. etiam ſentit in
c.teſtimonium,extra eo.tit.per l.quoniam.de hære. & voluit
Alberi.vbi ſupra,nu.6.
Longe tamen ſecus ſenſere Cyn.nu.7.& Bart.in d.l.1.C de
ſumma Trinit.& fide cathol. verſ.breuiter veritas eſt iſta. eo
12 quod † cum hodie omnes hæretici ſint infames, in teſtimo-
nium admitti non poſſunt.& quod ſint infames,probatur au-
then.gazaros.& l.pen.C de hære.& hoc viſa eſt tenere gl.ſe-
cundum quod adducitur à DD.in d.c.teſtimonium,de teſtib.
13 In crimine tamen hæreſis † criminoſi admittuntur, vt con-
ſtitutum fuit in c.vergentis.de heret.de quo ſupra diximus in
d.concluſ.crimen læſæ maieſtatis.
Quinto loco fallit,quando produceretur criminoſus cõtra
14 criminoſum,† ita docuit gl.in d.l.3.§.lex Iulia. & l. quoniã.
de hæret.& Alber.vbi ſupra, nu.7.gl.ſi. in d.c.teſtimonio, de
teſtib.& per not.per Bal.Bart.in l.cum mulier. ff.ſol.matrim.
Contrarium ſenſit gl.in d.c.teſtimoniũ. ext.de teſtib.verſ.
dico quod non põt.vbi tñ dicit,quod excipiens,quẽ eſſe ſer-
uum & ipſe eandẽ exceptionem poteſt contra eũ replicare.
15 Sexto præterea fallit in crimine ſimoniæ, nam † propter
acerbitatẽ criminis admittitur teſtis alias inhabilis ad teſti-
ficandum ſuper hoc crimine, ita ſciuit Innoc.III. Pont.Max.
in c.licet Heli.extra, de ſimon. & tradidit Ioan. Campeg.d.
reg.29.in 1.fallent.& in concluſione,Simonia,diſſeremus.
16 Septimo limites velim in crimine † ſacrilegij, vt colligere
eſt ex l.ſi quenquam.C.de epiſcop. & cleric.& à c.hi qui. 16.
q.4.& tradidit Alber.in d.tract de teſtib.d.c.3.num.14.atque
Campeg.vbi ſupra,& de hoc conſulas cõcluſionẽ,Sacrilegiũ.
Octauo limitare poteris in cauſa dilapidationis,vt ſi bona
17 eccleſiæ fuerint dilapidata,† nam hoc caſu teſtis alias inha-
bilis admittitur, vt ſancitũ eſt in d.c.licet Heli.& in c. ſi quis
presbyterorum.extra,de rebus eccleſ.non alienando.
Nono limitare tibi licebit in crimine fraudatæ annonæ,
18 † quod committitur, quãdo portator vectigalium ad exerci-
tum,furatur ipſa victualia,vt aſſeuerauit Alber.vbi ſupra.nu.
14.& Campeg.vbi ſupra,in d.reg.27.in 4.fallen.
Decimo fallit in crimine fraudati cenſus, quod committi-
19 tur, quãdo † quis pecuniam publicam depoſitam ſubtrahit,
vel furatur iuxta ſententiam Alberic.vbi ſupra.d.nu.14.quos
omnes caſus refert Spec.in tit.de accuſat.§.1.circa fin.quem
ſequitur Io.Andr.Abb.& Butr.in c.fi.de teſtib.
20 Vndecimo limita idem eſſe in crimine perduellionis, † vt
traditum eſt à Speculat.vbi ſupra in proxima limitatione, &
per Dd.ibi allatos.
Sublimita prædictas ſex proximas limitationes, vt in his
21 non admittatur † inimicus capitalis, ſi credimus Spec. vbi
ſupra.quem notanter refert,& ſequitur Alberic.vbi ſupra.nu.
14.de quo vide quæ ſupra diximus in concluſione, Crimen
læſæ maieſtatis.in 1 limitatione.
Duodecimo limitabis, ſi pars non ignorauerit teſtem cri-
minoſum,vel tempore iuramenti, vel tempore depoſitionis,
22 & non oppoſuerit,amplius † non poterit opponere,vt habe-
mus in auth. ſi dicatur.C.quod traditum eſt à Campeg. vbi
ſup.d.reg.27.limitat.10.& profitendo ſcripſit Petr.de Anch.
in d.c.teſtimonium.de teſtib.& Cyn.voluit in l.ſi quis teſtib.
C.de teſtib.numero 5.
Decimotertio limitatur,ſi teſti obijciatur crimẽ in genere,
23 qui † propter hoc nõ repellitur à teſtificando; & ideo debet
obijci in ſpecie cum loci obiectione,& temporis,vt in c.præ-
ſentium.de teſtib.lib.6.& ita obſeruauit Salicet. in d.auth. ſi
dicatur.in 3.col.& reſpondit Roma.cõſ 290.n.2. & ſeq.gl. in
procem.prag.ſanctio.ſuper verb.Dei. verſ.nec etiam ſola tri-
buti.gl.3.in capitul. paſtoralis. de except. l.ſcire. §. ſcire. ff.
de excuſat.tutor.Bart.in leg.1. numero octauo, ff. de except.
Bal.in l.fine teſtatoris.in princip.verſ.ideo illa generalia. ff.
de leg.1.gl.in c.pia.ſuper verb.ſpeciem.verſ.non ergo.de ex-
ception in ſexto.gl.ſuper verb.nomen.in princip.
24 Decimoquarto limita in teſte inſtrumentario,† qui eſt de-
ſcriptus in teſtamẽto,quamuis ſit criminoſus, dummodo oc-
culte ſit criminoſus,etiãſi appareat poſtea inhabilis rõne cri-
minis,ita protulit Fel.in c.ſuper eo.2.nu.1.de teſtib. ſequitur
Mõtic.de teſtib.in verſ.criminoſus.verſ.teſtis inſtrumẽtatius.
25 prout dr̃ in ſimili de mediatore,† vel proxeneta in inſtrumẽ-
to deſcripto & aduocato,ita protulit Abb.in lex literis.nu.1.
& 2.de tranſact.1.& 2.notab.prout ſi poſt redditum teſtimo-
nium detegitur defectus teſtis,nihilominus eius dictum ante
valet,nec vitiatur,per no.in § quod ſi quis vero.in authentic.
de teſti.gloſſ.fin.in l.ad teſtium.§.1.ff.de teſt.Ang.In §.ſed cũ
aliquis.nu.1.verſicul.tertio ſi teſtis.Inſtit.de teſta.
Decimoquinto limitabis hoc pacto, nam ſi teſtis criminõ-
26 ſus examinetur vna cum alijs teſtibus fide dignis † dictum
illius ſuſtinetur,vt auctor fuit Fel. in d.c.teſtimonium.num.2.
& 5.& valet ad aliqualem probationem,vbi aliorum admini-
culis ſuſtentatur,quod fuit pronunciatum Anchar.c.per tuas.
1.num.4.de ſimon.& num.7.per ea, quæ animaduertit Ang.
in ſuo conſ.1. & de hoc articulo videas cumulate apud Felin.
vbi ſupra,d.nu.5.
Decimoſexto limita,vt ſententia lata ad dicta teſtium cri-
27 minoſorum † inhabilium non reijciatur,licet poſtea afferan
tur probationes ſuper inhabilitate,vt videre eſt in c.præſen-
tium.extra,de teſtib.& aſſeuerauit Felin. in terminis in c.ſu-
per eo.1.nu.1.eod.tit.ibi,idem dicit de ſententia.
28 Quod ſublimita,niſi fuerit appellatum, † nam in cauſa ap-
pellationis poterit obijci,vt ait Fel. in d.c.ſuper eo. nu 1 al-
legat.gloſſ.in verb.per ſententiam.in c.1.extra, de exceptio.
& conſulas Corn.conſ 21.nu.2.vol.3.

Deci-

Digitized by Google

Decimoſeptimo limita, quando teſtis conuincitur in eo, quod prima facie præſumitur eſſe crimen, poſt tamen aliquo
29 modo excuſari à delicto ratione ignorantiæ, † vel alia iuſta cauſa, tunc enim iſte teſtis omnino non repellitur, non tamen illi pręſtatur plena fides, caſus eſt ſingularis, quē ad hoc ponderat Inno. & D. Ant. de But in c. 2. extra, de arbit. nu 2. quem refert Io. Cror. in tract. de teſtib. part. 3. nu. 45. quod & voluit Aret. in c. cum à nobis, de teſtib. & Fel. notat in c. cum dilecti. nu. 4 verſ. ſed aduerte, quod oportet intelligere. col. 1, de accuſar.

Decimooctauo limita, ſi Chriſtianus teſtificaretur contra
30 Iudæum, † quia non poteſt excipere contra ipſum de crimine, vt habemus à Io. Crot. d. regul. 5 7. & dixit Abb Sicul. in c. Iudæi, de teſtib. vbi diſtinguit nu. 3. verſ. vltimo hic quæritur.

CONCLVSIO CCCCLXVI.

ARGVMENTVM.

Criminoſum eſſe emendatum à crimine, cui incumbat onus probandi, & quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Criminoſum eſſe emendatum à crimine qui dixerit, id probare debet.*
2 *Qui ſemel euaſit in malum virum per crimen contra eum probatum, amiſit præſumptionem bonitatis. & præſumitur ſemper criminoſus, niſi probetur emendatus.*
3 *Miles ſi ſemel ſe male habuit in militia, non eſt ei amplius credendum.*
4 *Semel excommunicatus ſemper præſumitur excommunicatus, niſi probetur abſolutus.*
5 *Criminoſus teſtis in dubio præſumitur emendatus.*
6 *Emendatus in dubio non præſumitur, quando crimen eſt manifeſtum.*
7 *Emendatus præſumitur, qui crimen commiſit occulte, & confeſſus eſt ſacerdoti.*
8 *Criminoſus ſi agatur in cauſa criminali ſemper eſt repellendus, & emendatio eius non præſumitur, ſiue crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, ſiue pœnitentiam egerit, ſiue nullam.*
9 *Criminoſus emendatus præſumitur, ſi agitur in ciuilibus, & crimen fuerit occultum, ſiue manifeſtum, dummodo pœnitentiam egiſſe probet per ſacerdotem.*
10 *Criminoſus præſumitur purgatus, & emendatus, ſi trium annorum interuallo ab improbe factis ſe abſtinuerit, & in rectis actionibus & honeſtis ſeſe exercuerit.*
11 *Homo nouus fingitur, qui ab iniquo viuendi genere deſiſtit, & reuertitur ad bonū.*
12 *Criminoſum emendatum vere quem eſſe probatur per ſacerdotem confeſſionis.*
13 *Confeſſio, & pœnitentia iniunctio probatur per ſacerdotem, ſed ſatisfactio exterior per familiares, & alios, qui viderunt.*

CRiminoſum eſſe emendatum à crimine ſi quis dixerit,
1 id † probare debet, ſi credimus Abb. in c. teſtimonium, poſt nu. 14. verſ. ex his colligitur. de teſtib. quod pronunciatum oriri, & emergere videtur ex vulgata regula, ſemel malus de reg. iur. lib. 6. nam cum ſemel euaſerit in malum virum per crimen contra eum probatum, amiſit præſumptionem bo
2 nitatis, † & præſumitur ſemper criminoſus, niſi probetur emendatus, vt per Abb. loco citato, & ibi Feli. num. 34. in gl. in verb. emendatus, quod etiam comprobatur per context. in l. ſocij. §. iiſdem. ff. de accuſa. vbi qui calumniatus fuit in accuſatione prima, calumniari etiam præſumitur in ſecūda, quod recte ibi obſeruat Bar. nu. 8. & eſt contex. in l. non omnes. § à
3 barbaris. ff. de re militar. in quo loco habetur, † quod ſi miles ſemel ſe male habeat in militia, non ſit ei amplius credendū, quia non eſt veriſimile, vt in poſterum bene ſe habeat. Quibus finitimum eſt, quod ſcriptis prodidit gl. iuncta theorica Abb. in c. propoſuit. de cler. excomm. miniſtr. vbi notat Abb. ex illa glo. quod ſemel excommunicatus ſemper præſumitur
4 excommunicatus, niſi † probetur abſolutus, de quo latius infra in concl. Excōmunicatus. & eiuſdem ſententiæ fuit Alex. in conſ. 5. In cauſa inquiſitionis. nu. 3. li. 1. & conſ. 93. quod eſt duplicatum in eodem lib. atque monuit Hippol. de Marſi. in ſing. 217. incip. Ter, vel quater, nu. 2.

Huic aduerſari videtur, quod alibi à ſcribētibus traditum
5 eſt, † nēpe criminoſum teſtem in dubio pręſumi emendatum, vt reſpondit Alex. in conſ. 149. incip. Viſo proceſſu inter Michaelem. nu. 5. verſ. 5. reſpondeo, vol. 5. auctorem laudat gloſ. in c. ipſi Apoſtoli, 2. quæſt. 7. & fuit de mente Specu. in tit. de teſte. §. 1. verſ. item opponitur, quod eſt criminoſus. poſt nu. 7. ibi, nam in occultis, atque placuit Ant. de Bur. in c. teſtimonium. de teſtib. vbi etiam ſentit Abb. d. nu. 14. verſ. non bene, & ſequitur Monticel. in ſuo repertorio, de teſtib. in verb. criminoſus, verſ. fin.

Cōcordes has inter ſe opiniones efficere poteris, ſi dicas,
6 priorem ſententiam procedere, † quando crimen eſt manifeſtum, quia eo caſu non pręſumitur in dubio emendatio. Poſteriorem vero locum ſibi vendicaret, ſi crimen fuerit occul-
7 tum, & confeſſum ſacerdoti, † quia tunc bene emendatus præſumi poterit, ita colligere eſt ex theorica Inno. in d. c. teſtimonium, num. 2. verſ. emendatus. de teſtib. quem ſequitur Abb. ibid, nu. 14.

Vel ſecundo loco dicere poteris, vt prior opinio vera ſit, ſi agimus in cauſa criminali, nam tunc ſiue crimen fuerit occul-
8 tum, ſiue † manifeſtum, ſiue pęnitentiam egerit, ſiue nullam, criminoſus ſemper erit repellendus, & emendatio non præſumetur, niſi probabitur.

Poſterior vera erit, ſi verſemur in ciuilibus, & crimen fue-
9 rit occultum, ſiue ęt manifeſtum, † dummodo pœnitentiam egiſſe probabit per ſacerdotem, ita diſtinguit gl. in d. c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. & comprobat Specul. d. tit. de teſte. §. 1. verſi. item opponitur. d. nu. 7, & ab hoc non receſſit Abb. in d. c. teſtimonium. d. nu. 14. Alex. etiā iuxta hanc ſententiam reſpondit in d. conſ. 149. nu. 5. li. 5. & ſequitur Alb. de Malet. in tract. de teſtib. c. 3. nu. 69.

Vel tertio loco erit dicēdū, vt poſterior opinio procedere poſſit, qñ criminoſus trium annorum interuallo ab improbe
10 factis ſe abſtinuerit, † & in rectis actionibus, & honeſtis ſeſe exercuerit, tunc. n. præſumitur purgatus, & emendatus, ſic habemus ab Imp. in auth. de monachis. § hinc autē nobis. verb. ibi facit, quem pro eleganti, & ſingulari contex. ad idem refert Ant. Corſet. in ſing. 226. in verb præſumptio. primo idem tradidit Fel. in c. cum deputati. in princ. de iud. ita etiam tradidit Rom. in conſ. 236. Vt præmiſſa conſultatio. nu. 5. vbi ait, propter deſiſtentiam ab iniquo viuendi genere, & reuerſio-
11 nem ad bonum, † quem fingi nouū hoīem, adeo vt fingatur nunquam fuiſſe talis, qualis erat tempore malæ vitæ, quod & ſenſit Bal. in l. 1. §. ſi magiſtratus. poſt n. 1. ver. itē nota, quod ex præſenti paupertate. ff. de magiſt. conueniend. in quam ſententiam plurima colligit Nic. Boer. in addit. ad Dyn. in regu. ſemel malis. de reg. iur. in 6. litera A. & profitēdo ſcripſit Iaſ. in l. ſi prius col. 19. poſt nu. 43. verſi. tu ergo dic in eod. ff. de oper. noui nunciat. per d. §. hinc autem nobis. ver. ſancimus ibi, ſed per triennium totum, & ibi, & d. triennio toto. in authent. de monach.

Si quis vero ſciſcitetur a me, quo pacto probetur crimino
12 ſus emendatus vere, † huic ex ſententia glo. in fin. d. c. teſtimonium. reſpondebo, probari per ſacerdotem confeſſionis, vt colligitur ex cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. c. in capite, & ibi per Archid. 50. diſtin. Inno. vero in d. c. teſtimonium. nu. 5 aſſerit,
13 confeſſionem † poſſe probari & pęnitentiæ iniunctionē per ſacerdotem, ſatisfactionem autem exteriorem probari per familiares, & alios, qui viderunt, dixit etiam Abb. ibi poſt nu. 13. verſ. venio ad gl. & fuſius hæc tradentem conſulas Alberic. de Malet. in tract. de teſtib. par. 3. num. 70.

CONCLVSIO CCCCLXVII.

ARGVMENTVM.

Criminis particeps, an à teſtimonio repellatur.

SVMMARIA.

1 *Criminis particeps à teſtimonio repellitur.*
2 *Abſolutio participis criminis alteri prodeſt.*
3 *Criminis particeps, nec quidem ad iniurium valet. Contrarium nu. 4.*
5 *Criminis particeps admittitur ad probandum coniurationem factam.*
6 *Criminis participes admittuntur in ſubſidium, quando aliunde veritas haberi non poteſt.*
7 *Criminis particeps poteſt eſſe teſtis, quando agitur de hæreſi, vel læſa maieſtate.*
8 *Particeps criminis falſa moneta admittitur in teſtem.*

1 CRiminis participem † à teſtimonio repelli elicitur à reſponſo Pauli in l. repetita. ff. de fid. inſtru. & à c. veniens. de reſtitu. ſpol atque ex c. nemini. 15. q. 4. & ibi Archid. nu. 1. col. 5. quod etiam plerique tum conſulentes, tum etiam profitentes tradidere, vt Butr. in c. præterea. nu. 5. de teſtib. Cyn. in l. quoniam. nu. 2. verſ. & an idem ſit in alijs. C. de teſtib. & ibi Ang. nu. 1. 3. & 4. Bal. conſ. 383. nu. 4. lib. 5. Alex. conſ. 159. nu. 8. lib. 6. Fulg. conſ. 136. in fin. col. 2. Spec. in tit. de teſt §. 1. nu. 37. verſ. item quod ſocius criminis Corn. conſ. 115. num. 5. vol. 3. & conſ. 58. nu. 4. vol. 1. & conſ. 94. nu. 5. vol. 3. Gram. deciſ. 25. nu. 1. idem Gram. deciſ. 40. nu. 16. Corn. conſ. 324. nu. 3. vol. 3.

Digitized by Google

l. 3. Feder. Schenck. tract. de teſtib. nu. 37. & Alber. de Malet. d. tit. de teſt. c. 4. nu. 65. Iaco. Aegid. ibid. nu. 16. Cuius rei
2 ratio eſt, † quia alterius abſolutio alteri prodeſſet, l. quoniā liberi. iuncta gloſſ. ſuper verb. particeps. C. de teſtib. quod & voluit Feder. Schenck. vbi ſupra, d. nu. 37, cui cōuenit reſponſum Pariſ. conſ. 53. nu. 15. vol. 1. & conſ. 54. vol. 4. nu. 50.
3 Ampliabis vſque eo concluſionem procedere, † vt ne quidem ad indicium valeat, iuxta ſententiam Rui. conſi. 7. vol. 5. num. 14. quod etiam probauit D. Nell. à S. Geminia. de teſtib. nu. 16. quod probat per c. 1. de confeſſ. ibi, ciuili cēſentur, & c. cui ſententiæ adhæret Pariſ. d. conſ. 54. num. 15. vol. 1. & conſ. 151. nu. 16. vol. 4. & conſ. 63. eod. vol.
4 Contrariam ſequutus eſt ſententiam † Alex. conſ. 120. nu. 3. lib. 7. arg. c. ſicut nobis. de teſtib. imo quod ſemiplene probet, voluit D. Ant. de But. in c. quoniam. nu. 4. de teſtibus.
Primo limita cōcluſionē, vt particeps criminis admittatur
5 † ad probandam cōiurationem factam, ſic ait Io. Crot. de teſtib. nu. 11. cui opinioni rñdit Alex. conſ. 227. nu. 16. lib. 4. & cōſ. 69. nu. 7. vol. 2. late ēt proſequitur Gram. vot. 3. nu. 2. 3. 4.
Secundo loco limites velim, vt admittantur in ſubſidium
6 quādo † aliunde veritas haberi non poteſt, vt auctor eſt Fel. in c. fin. nu. 4. de teſtib. & late dictum eſt ſupra in præcedenti concluſ. in 2. limitatione.
Tertio limitabis, etenim particeps criminis poteſt eſſe te-
7 ſtis, quando † agitur de hæreſi, vel læſa maieſtate, vel ſimonia. Butr. ita ſcripſit in c. veniens. nu. 8. de teſtib. cui accedit Alberi. de Malet. tract. de teſtib. c. 4. nu. 95. quod deſignat hic verſiculus, per teſtem ſocium criminis ſimonia probatur.
8 Quarto limita, nam particeps criminis falſæ monetæ † admittitur in teſtem, vt aſſeruit Martin. Lauden. tract. de monet. nu. 12. tom. 6. quod etiam voluit Monticel. in ſuo tract. de teſtib. in verb. criminis particeps.

CONCLVSIO CCCCLXVIII.

ARGVMENTVM.

Culpa an præſumatur, & quo pacto probari debeat.

SVMMARIA.

1 *Culpa non præſumitur, ſed probari debet ab illo, qui eam allegat.*
2 *Culpa non præſumitur, niſi quis conuincatur.*
3 *In dubio illa interpretatio ſemper ſumenda eſt, per quam excludatur culpa præſumptio.*
4 *Ad tollendam culpam præſumitur quis feciſſe in rebus alienis, quod in ſuis ſolitus eſt facere.*
5 *Incendium, & furtum ſolent committi ſine culpa.*
6 *Incendium licet præſumatur ortum culpa habitantium, tamen talis culpa præſumitur leuiſſima.*
7 *Conductor, cum non teneatur, niſi de dolo, lata, & leui culpa, & non de leuiſſima, poterit ſe excuſare de incendio illato in domo conducta, & ex hoc non tenebitur ad aliqua damna. Contrarium ibi, & num. ſeq.*
8 *Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium, niſi conductor ipſe probet incendium abſque ſua culpa, vel ſuorum, pro quibus tenetur proceſſiſſe.*
9 *Conductor de incendio non tenetur, nec ex lege Aquilia, licet leuiſſima culpa veniat in d. lege, & culpa leuiſſima, quæ dicatur, videndum.*
10 *Culpa conductoris in incendio ad hoc, vt ipſe teneatur, debet eſſe commiſſa in faciendo, vel committendo.*
11 *Actio legis Aquiliæ datur domino propter factum, non propter negligentiam.*
12 *Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa.*
13 *Commodatarius non tenetur de furto ex leuiſſima culpa, quando furtum eſt patratum à perſona coniuncta, à qua non ſuſpicatur.*
14 *Commodatarius non tenetur, quando furtum fuit factum à famulo commodato, vna cum re commodata.*
15 *Commodatarius non tenetur de cuſtodia, quando famulus fuit tranſmiſſus, vt cuſtodiat rem commodatam.*
16 *Cuſtos re præſumitur eſſe in culpa, & ei incumbit onus probandi.*
17 *Quando in controuerſia venit, an dolus, vel culpa præſumenda ſit, potius culpa præſumitur, quam dolus.*
18 *Præſumptio ſemper capienda eſt, per quam delictum excludatur.*
19 *Culpa præſumitur in procuratore.*
20 *Culpam abfuiſſe probatur, quando paterfamilias adhibuit diligentiam adhiberi ſolitam per alios.*
21 *Caſus fortuitus excuſat à culpa.*
22 *Culpa præſumatur abfuiſſe, quando quis facit illud, quod diligens paterfamilias faceret.*
23 *Culpa formas omnes modum cognoſcendi, vide remiſſiue.*
24 *Culpa aliquis, vt alter non poſſit habitare cum alio, quo pacto probari poſſit.*
25 *Qualitas requiſita ad actum debet ſpecifice probari.*
26 *Culpa illius, qui debuit mittere procuratorem, & non miſit, probatur ſi facile procuratorem habere potuit.*
27 *Culpa ex negligentia tutoris, qui nō vertit pecuniam pupilli in emptionem prædiorum, non probatur, niſi oſtendatur prædia eſſe venalia, quæ emere potuiſſet.*
28 *Culpa mariti, qui non adhibuit medicum in curanda vxore probatur ſi facile medicum habere potuit.*

1 CVlpam non præſumi, ſed probari debere per illum, † qui eam allegat, profitēdo ſcripſit Ludou. Bologn. poſt And. Barba. in l. 4. §. Cato. poſt nu. 144. verſ. & ſubdit idem Ang. & nu. 145. verſ. ſecundo adde. ff. de verbo. obligat. & ad id affert contex. notabilem in l. ſi. in verb. interdum. ff. de cuſtod. reor. gl. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. idem tradit Bal. in c. 1. tit. de feud. ſin culpa non amit. in vſib. feud. in prin. in verſ.
2 noto culpam nō præſumi, † niſi quis conuincatur, quod idem extendit, ſiue ſit culpa in omittendo, ſiue in faciendo, & huic aſſentit Alex. in conſ. 100. nu. 3. vol. 1. cōſ. 151. nu. 11. qui adducit clare, & ſpecifice probandam eſſe culpam, quod & placuit Bar. in conſ. 93. & Laur. Siluan. in conſ. 46. Vidi celeberrime, nu. 4. & poſt nu. 9. Benedict. etiam Capra in reg. 78. nu. 52. & pluribus ſeqq.
3 In dubio namq; ſemper ſumenda eſt illa interpretatio, † per quam excludatur culpæ præſumptio, l. exceptione. vbi glo. in fi. & Bar. ff. de fideiuſſor. nu. 7. gl. ſuper verb. in longinquo. & Dd. in l. ſi quis ex argentarijs. § fin. ff. de edend. gl. Bar. & Dd. in l. ſi creditor. C. de pign. actio. idem Barr. d. conſ. 193. commune Lucignani. Et loco ad tollendam culpam præſumitur
4 quis feciſſe in rebus alienis, quod † in ſuis ſolitus eſt facere. Ang. in l. ſed ſi damnū. §. 1. ff. de pecul. vbi adminiſtrator præſumitur feciſſe in negotijs alicuius, quod in ſuis ſolitus erat facere, vt ceſſet in eo culpa. Crauet. d. conſ. 151. nu. 18. vbi late.
Hæc primo ſic limitare poteris, vt locū ſibi non vendicent in his, quæ non conſueuerunt cōmitti ſine culpa, vt eſt incen-
5 diū, † & furtum: eo enim caſu præſumitur quis eſſe in culpa ex ſola habitatione, & ei incūbit onus probandi contrarium, iuxta ſententiam gl. Barr. & Bal. in d. l. ſi creditor. C. de pign. actio. & in l. ſi quis ex argentarjs. §. an vero. ff. de eden. idem proditum reliquit Hormanoct. Detus in repeti. d. §. Cato. nu. 118. verſ ſubdunt. per context. in l. ſi vendita. ff. de pericul. & commod. rei vendi. & in l. 3. §. 1. ff. de off. præfect. vigil. & obſeruauit Bened. Capra in concluſ. 78. num. 57. quod & placuit Bolog. in eod. §. Cato. nu. 146. verſ. tamen limita. ff. de verbor. obl. & ſcripſit Franc. M. in deciſ. Delphin. q. 521. nu. 2. & Hercul. de probā. negat. ſol 23. à tergo. verſ. 31. infertur, ex Pariſ. ſententia in conſ. 156. col. 2. lib. 4. & declarat Siluan. in d. cōſ. 46. nu. 8. & ſeq. nec præteriit Io. Sadolet. in repetit. l. quod te. nu. 16. verſ. & per hęc. ff. ſi cer. pet. atque meminit Alex. in cōſ. 50. Viſis, & opportune ponderatis, nu. 1. verſ. modos. lib. 1. ac comprobauit Io. Anto. Trigona. ſing. 57. nu. 3.
Illud tamen ſic accipias, vt licet præſumatur incendium
6 ortum culpa habitantium, † tamen talis culpa præſumitur leuiſſima ſic cautum eſt ab Accurſ. in §. præterea. in gl. fin. verſi. vnde furtum fieri. Inſtit. quibus modis re contraha. oblig. cui ſententię acceſſit Salic. in l. qui fortuitis. col. fin. verſ. vnum tamen eſt ſingulare not. C. de pign. actio. quo in loco pronunciatum illud Accurſij dicit inſigne, quod & notatu dignum eſt arbitratus Sadolet. d. l. quod te. d. nu. 16. ff. ſi cert. peta. & idem probauit Horman. Detus in §. Cato. poſt nu. 18. & ſingulatem dicit Alex in d. conſ. 50. nu. 9. verſ. confirmo præfata lib. 1. ſimile obſeruauit Io. Ant. Trigo. ſingul. 57. incip. incendium. num. 3.
7 Hinc inferri prodiderunt ſcribentes, † quod cum conductor non teneatur niſi de dolo, lata, & leui culpa, non autem de leuiſſima, l. contractus ff. de reg. iur. l. ſi vt certum. §. nunc videndum. ff. commod. & §. pen. inſtit. loc. cum vulgarib. poterit ſe excuſare de incendio illato in domo conducta, atque ex hoc non tenebitur ad aliqua damna. ita ſcripſere Horman. Det. in d. l. 4. §. Cato. nu. 319. ff. de verb. oblig. & Sadolet. in d. l. quod re, num. 17. ff. ſi cert. pet. ac reſpondit Alex. in d. conſ. 50. poſt num. 9. lib. 1.
Contraria in hac re fuit mente Imo. in l. ſi domus. ff. de leg. 1. vbi ſcriptum reliquit, locatorem in caſu iſto habere inten-
8 tionem ſuam fundatam contra conductorem: † quia, vt dictum eſt, præſumitur culpa factum inhabitantium, niſi conductor ipſe probet incendium abſque ſui culpa, vel ſuorum, pro quibus tenetur præceſſiſſe, cuius ſententiam videtur ante tenuiſſe Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. & placuit Salic. in l. ſi creditor. C. de pign. actio.
** Prior tñ opinio vera eſt, & magis ** communis, vt eſt atteſtatus Curt. in l. dominus horreorum, ff. loca. in 2. col. in fin. &
* tanquam communem * amplectitur Io. Anto. Trigon. d. ſing.
9 57. poſt nu. 3. quod eo vſq; procedit, vt nec ex lege † Aquilia tene-

Digitized by Google

tenebitur conductor, licet leuiſſima culpa veniat in l. Aquilia, l. in l. Aquilia. la 2. ff ad l. Aquil. & id quidem quia culpa leuiſſima, quæ ex incendio illato præſumitur contra cōductorem, dī in omittendo, & negligendo, quod ſatis non eſt in l. Aquilia, in qua requiritur præcipue culpam leuiſſimam eſſe in fa-
10 ciendo, † & in committendo, vt quamplures profitendo, docuere, quorum primus Bart. in l. eleganter, §. ſi quadrupes. ff. de dol. mal. idem Bart. & alij in l. qui bona. §. cum inter. ff. de dam. infect. vbi Imo. & in l. fluminum, §. quanquam. eo. tit. Roman. in l. diuus. in princ. ff. ad Sillan. & iſtos ſequitur Sadolet. in d. l. quod te. nu. 15. verſ. item addendum eſt, ff. ſi cert. per. permoti omnes ex inſigni tex. in l. ſi vſusfructus, §. denique. ff. de vſufruc. quem plurimi ibi commendant Dd. & pręcipue
11 Bart. qui ex eo colligit † actionem legis Aquiliæ dari domino propter factum, non propter negligentiam, & iuxta hanc ſententiam reſpondit etiam Alex. d. conſ. 50. poſt nu. 9. lib. 1.

Saluando tamen Imolæ ſnīam poſſumus dicere, ſibi locum
12 vendicare in commodatario, † qui tenetur de leuiſſima culpa, l. in rebus. in prin. ff. commoda. atque in conductore in illis caſibus, quib. teneretur de leuiſſima culpa, prout loquitur tex. in l. qui mercedem, & ibi notatur, ff loca. & tradidit Capra in reg. 78. nu. 60. & in iſtis terminis debet etiam intelligi doctrina Bart. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait ff. de eden. prout intellexit Alex. & poſt eum Iaſ ibi, quib. adhęret Io. Ant. Trig. d. ſing. 28. nu. 4. in quo loco hoc pacto opiniones iſtas inter ſe ita diſſentientes ad reconciliationem reduxit.

13 Illud, quod de commodatario dictum eſt, † teneri in furto de leuiſſima culpa, intelligas, vt non procedat, qñ furtū eſſet patratum à perſona coniuncta, vel à tali, à qua diligētiſſimus non ſuſpicaretur, cum tunc cadat in caſum fortuitum merum, ſine pręſumptione alicuius culpę, ita docuit Capra in d. reg. 78. nu. 61. quod probat per l. eum qui. §. idē ſcribit. ff. de furtis. & dicit hoc idem ſentire Io. And. in c. vnico. de cōmodat.

14 Secundo intelligas, vt locum ſibi non vendicet, † quando furtum fuiſſet factum à ſeruo, vel famulo commodato vna cum re accommodata, cum tunc commodatarius non teneatur, eſto quod alias teneretur de cuſtodia, idem aſſeruit Capra in d. reg. 78. nu. 62. per contex. in l. ſi vt certo. §. ſi de me. & § ſeq. ff. commodati.

15 Tertio loco intelliges, vt verum non ſit, quando † fuiſſet tranſmiſſus famulus, vt cuſtodiat rem commodatam, quia tūc commodatarius non tenetur de cuſtodia, idē obſeruauit Capra in d. reg. 78. nu. 63. comprobat id per context. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolution. quod tamen intellige, vt ibi per eundem.

Secundo loco limitabis concluſionem, vt locum nō habeat
16 in cuſtode rei: nam pręſumitur eſſe in culpa, † & ei incumbit onus probandi contrarium, glo. eſt notabilis, quam comprobat Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. an vero. ff. de eden. alia eſt gl. & Bar. etiam in l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locati. quam referendo ſequitur Ludou. Bolog. in d. §. Cato, nu. 146. verſic. ſecundo limita. de verbor. oblig. Siluan. d. conſ. 46. poſt nu. 8. ibi minus etiam obſtat.

Tertio loco intelligas, vt non procedat concluſio, quando
17 in controuerſia venit, an dolus, † vel culpa præſumenda ſit: nam tunc potius culpa pręſumitur, quam dolus, ſecundū Bar. in l. hę enim. ff. de ſuſpect. tuto. & reſpondit Abb. in conſ. 68. verſ. primo enim. vol. 1. ſequitur Gab in ſuis concluſionibus, lib. 7. de criminal. concluſ. 2. nu. 5. ea ratione, quod ſemper ca-
18 pienda eſt præſumptio, † per quam delictum excludatur, l. merito. ff. pro ſocio. Alciat. de præſumpt. reg 3. pręſumpt. 1. & nos infra in concluſione, Delictum, dicemus.

Quarto loco limitare poteris concluſionem, vt vera non ſit
19 in prouocante, † quia in eo ſemper præſumitur culpa, vt colligere eſt ex reſponſo Alphei Iuriſconſulti in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ibi, culpam enim. vbi Bar. ff. ad l. Aquiliam, & reſpondit Alex. in conſ. 119. nu. 4. vol. 7.

20 Culpam autē abfuiſſe oportet probare, quod † paterfamilias adhibuerit diligentiam adhiberi ſolitam per alios, vt traditum eſt in d. l. ſi vendita. ff. de pericul. & commod. & ibi per Salic. Franc. Marc. vbi ſupra nu. 2. ſub fin. vel oportet pro-
21 bare, quod quis fecerit, prout eſt fieri conſuetum, † quia conſuetudo excuſat à culpa, l. pignus. & ibi glo. fin. & Dd. C. de pignor. actio. & voluit D. Franc. vbi ſupra, nu. 3. & paſſim rota queſtione; & hoc idem ſequutus eſt Hieron. Gabr. in conſ. 159. Cogor, vt amico ſatisfaciam. num. 18. & 24. & Tiraq. de pœn. temp. aut remitt. cauſ. 42. nu. 9. verſ. & per illum quoque text. atque id probauit Alber. Brun. in tract. de diminut. & deteriora. concluſ. 20. nu. 147.

Vnde dicere ſolebat Bart. in l. ea igitur. ff. de pignor. actio.
22 culpam † præſumi abfuiſſe, quando quis fecit illud, quod diligens paterfamilias faceret, & reſpondit Grat. in conſ. 49. In cauſa Magnifici nobilis, nu. 6. vol. 1.

23 Si vero omnes culpæ formas cognoſcere tibi ſit cordi, † de his late tradentem conſulas Bart. in tract de teſtib. cum addit. D. Thom. Diplouat. nu. 109. vſque ad fin. tract. vbi vnamquanque ſpeciem recenſet ſeparatam, & quomodo conſideretur, quę omnia huc transferre eſſet præter inſtitutum noſtrum, cum ſolum in præſentia id agamus, vt materias probationum, ſi non exacte examinemus, ſaltem perſtringendo omnibus viam, quaſi indicem ad ſingulas probationum formas præmuniamus, atque demonſtremus.

Culpa vero alicuius, vt alter non poſſit habitare cum alio
24 non † recte poterit probari ex eo, quod teſtes deponāt in ipſa domo fieri altercationes, & contentiones, ſed etiam neceſſe erit, vt probetur huiuſmodi altercationes eſſe potiſſimas cauſas, vt vna idem domicilium incolere nō poſſint, idq́; eius culpa contingere, cuius aſſeritur, ita tradidit Alex. in conſil. 100. nu. 3. vol. 1. & ſequutus eſt Crau. in conſ. 151. nu. 16. nam
25 qualitas requiſita ad actum † debet ſpecifice probari, vt colligere eſt ex l. 2. §. docete. ff. vi bonor. raptor. & ex l. 1. §. ait prætor. & ibi Bart. ff. ne quid in flumine publico. vnde Bar. in d. conſ. 193. aſſeuerauit eum, qui innitatur culpæ, ſiue agēdo, ſiue excipiendo, debere deducere illam culpam certam, & limitatam, quod probat per l. prętor. ff. de iniurijs. idem voluit Ang. Aret. conſ. 3. ac ſenſit Alex. conſ. 183. nu. 6 lib. 7. atq; placuit Dec. conſ. 430. nu. 1. & conſ. 562. nu. 11. Bar. cōſ. 193. commune Lucignani. nu. 3. etiam refert, & ſequitur Ruin. in conſ. 93. Viſis his quæ narrantur. nu. 8. verſ. nec iſto caſu. vol. 5. & in conſ. 12. Viſo & diſcuſſo proceſſu vol. 1. in princ. eo. vol. 5. & idē ſentit Lauren. Siluan. in conſ. 46. Vidi celeberrime, nu. 6.

26 Præterea culpa illius, † qui debuit mittere procuratorem, & non miſit, probatur, ſi facile procuratorem habere potuiſſet, vt docuit Bart. in l. idem quia erit dicendum. ff. pro ſoci. quem refert & ſequitur Dec. d. conſ. 430. nu. 2. & plene idem Dec. in conſ. 562. nu. 13.

Superioribus illud optime conuenit, vt culpa ex negligentia tutoris, ſi quis dicat, non erogaſſe pecuniam pupilli in em-
27 ptionem prædiorum, non probetur, † niſi oſtendatur prædia eſſe venalia, quæ emere potuiſſet, iuxta ſententiam Bart. in l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt depoſitionem. ff. de adminiſt. tutor. & ſancitum eſt in context. in §. pen. in authen. vt hi qui oblig. ſe habere perhib. res. & in ſimili reſpondit Alex. in conſil. 74 in fin. lib. 6. & late tradidit Dec. conſ. 562. nu. 22.

Poſtremo culpam mariti, ſi quis alleget ex eo, quod nō ad-
28 hibuit medicum in curanda vxore, debet † probare, facile medicum habere potuiſſe, vt Bar. placuit in l. idemque erit. ff. pro ſoc. & l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. ff. ſolu. matr. & Bar. ſcripſit in tract. de teſtib. verſ. lata culpa. circa fin. nu. 113. & refert Dec. in d. conſ. 430. nu. 3.

CONCLVSIO CCCCLXIX.

ARGVMENTVM.

Curam animarum aliquem habere, quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Curam animarum aliquem habere probatur, quando beneficiario incumbit iuriſdictio ſpiritualis, vt adminiſtratio ſacramentorum eccleſiæ.*
2 *Curam animarum quem habere probatur, ſi poteſt excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia exercere, quæ ad correctionem morum tendunt.*
3 *Cura animarum dicitur penes Prælatum, non penes eius Vicarium, etiamſi perpetuus ſit.*
4 *Curam animarum habere cenſetur, qui aſſumptus eſt non ſolum ſuo nomine, ſed etiam ſingulariter ad adminiſtrationem Parochialis eccleſiæ, & populi.*
5 *Si duo inſtituantur in eccleſia Parochiali, adeo vt quilibet eorum conſueuerit omnia facere, quæ ad animarum curam ſpectant, neuter ipſorum cenſetur curatus.*
6 *Sicut ſponſa humana duos coniuges eodem tempore habere nequit, ita ſponſa diuina quæ eſt eccleſia plures clericos ſponſos, qui eiuſdem curam eodem tempore habeant, non poteſt habere.*
7 *Prodigioſum eſt, in vna eccleſia eſſe duo capita.*
8 *Curatum non probatur beneficium ex eo quod beneficiarius habeat ius baptizandi omnes, & ſingulos de Parochia.*

9. Per

Digitized by Google

9 *Per actum baptizandi non arguitur cura animarum, cum etiam à laicis hominibus, & à mulieribus hic baptizandi actus iuſte poſſit exerceri.*
10 *Cura animarum non probatur ex iure ſepeliendi.*
11 *Quæ requirantur, vt beneficium curatum dicatur.*
12 *Ad probandam eccleſiam Parochialem eſſe ad effectum conſumendi gratiam expectatiuam aduerſarij, teſtes, quid, & quomodo deponere debeant.*

1 CVram animarum aliquẽ habere probatur ex eo, † quod
beneficiario incumbit iuriſdictio ſpiritualis, nempe ad-
miniſtratio ſacramentorum eccleſiæ, vt habetur in c.1. & per
totum, de paroch. & traditum eſt per gl. in clem. dudum. de
ſepultur. & in c. dudum. el 2. de electionib. vbi Abb. in qu. no-
tabili, poſt nu.7. & idem Abb. in c. de multa, poſt nu.24. verſ.
quoad primum, de præbend. aſſeuerauit & Gomeſ. ad regul.
Cancellar. in reg. de idiomate, q.11. nu.5. Rebuff. ſcripſit in ſua
prax beneficia. in tit. ſeculare beneficium quotuplex. num 10,
quod late comprobat Alphonſ. Hoied. in tract. de benefic. in-
compatibilit. par 1. c.13. nu.3 & Gondiſal. in tract. de legat.
q.14. nu.84. verſ. ſed quid dicemus,
2 Ampliabis iſtud, vt etiã procedat † in habente iuriſdictio-
nem contentioſam, vt ſi quis poſſet excõmunicare, abſolue-
re, viſitare, & alia huiuſmodi exercere, quæ ad correctionem
morum tendunt, eo caſu curam animarũ habere probabitur,
vt colligere eſt ex Imo. in d. c. dudũ. el 2. poſt nu.11. de elect.
& clare docuere gl. & Abb. ibidem, poſt nu.7. verſ. quidam ve
ro. & in d. cap. de multa. poſt nu.24. de præbe. d. cauit etiam
Benedict. Capra in concl.90. nu.12. verſ. cenſetur enim.
Quod tamen velim intelligas, vt nõ proprie, ſed largo mo-
do dicatur iſto caſu quis habere curam animarum, cum pro-
prie, & ſtricte ille dicatur curam animarum exercere, qui ha-
beat poteſtatem ligandi, & ſoluendi in foro pœnitentiali, vt
declarat Ludou. Gomeſ. in commentar. ad reg. Cancel. reg. de
idiomate, q.11. nu.4. verſ. & ideo pro vero.
Intelligas tamen velim id omne, quod diximus, locum ſibi
vendicare, quando iſtiuſmodi iuriſdictionem ſpiritualem ha-
bens, exerceat curam animarum nomine proprio, & nõ alie-
3 no: nam † cura animarum dicitur penes Prælatum, non penes
eius Vicarium, etiamſi perpetuus ſit, vt habetur ab Abb. in c.
extirpãdæ. § qui vero ver. quæro penes quem. nu.15. de præ-
ben. & ante eum dixit Pet. de Anchar. & Io. de Imo. in Clem.
vnica, de offic. vicar. ſic etiã fuit obſeruatũ à Staphil. in tract.
de gratijs, & expectatiuis, in rubric. de qualit. & ſtat. benefic.
verſic. requiritur & aliud, quod & animaduertit idem Ludo-
uic. Gomeſ. in d. commentarijs ad reg. Cancell. d. reg. de idio-
mate, d. q.11. nu.6. verſ. requiritur etiam.
Secundo præterea loco ſuperiora ſunt in accipienda, cũ is
4 iuriſdictionem ſpiritualem habens, † aſſumptus ſit, nõ ſolum
nomine ſuo, ſed etiam ſingulariter ad adminiſtrationẽ Paro-
chialis eccleſiæ, & populi, ita conſuluit Oldr. in cõſ.66. Quæ-
ro talis eſt. nu.1. & ſeq. vbi aſſeruit, quod ſi duo inſtituãtur in
eccleſia Parochiali, adeo vt quilibet illorum conſueuerit au-
5 dire confitentes delicta, & † cætera facere, quę ad animarum
curam ſpectant, neuter ipſorum cenſeatur curatus, neque in
eis habeat locum diſpoſitio contex. in c. licet Canon. de ele-
ctionib. lib.6. neque context. in c. de multa. de præbend. quia
quemadmodũ humana ſponſa duos coniuges habere nequit
eodem tempore, vt in c.1. de ſponſa. duorũ. ſic & ſpõſa diui-
6 na, quæ eſt eccleſia † plures clericos ſponſos, quæ eiuſdẽ curã
eodem tempore habeant, nõ poteſt habere, vt ſancitũ eſt in c.
cum non ignoret de præb. & melius in c. ſicut in vna. 21. q. 2.
7 alias in vna eccleſia eſſent duo capita. quod † prodigioſum
eſſet. In eandem deſcendit ſententiam Gomeſ. in d. q.11. poſt
nu.6. verſ. itẽ etiã requiritur. atq; Staphil. in d. tract. de gratijs
& expectatiuis, d. rub. de ſtatu, & qualit. benefi. nu.31. verſ. re-
quiritur & tertio. quos etiã ſecutus eſt Alphon. Hoie. in trac.
de incompatibilit. benefi. p.1. q.13. n.7. ver. requiritur præterea.
Ad hæc tertio non ſilebo ea, quę tradidimus paulò ante, ſic
debere declarari, vt non probetur beneficium curatum ex
8 eo, quod † beneficiarius habeat ius baptizandi omnes, & ſin-
gulos de Parochia, ſic reſpondit Feder. de Sen. in conſ.135.
Caſus talis eſt. in fin. auctorem laudat Pau. de Eleazar. in Cle-
ment. vnica, de baptiſm. cui adhæret Staphil. loco proxime
citato, nu.24. quibus accedit, & multos etiam refert item ſen
tientes Alphon. Hoie. in d. tract. de benefic. incompatibilitat.
d. cap.13. nu.8. verſ. ſed dubitatur.
9 Cuius rei ratio eſt: quia per actum baptizandi † nõ poteſt
argui de cura animarum; nam etiam à laicis hominibus, at-
que mulieribus hæc baptizandi actio iuſte poteſt exerceri,
vt fuit cõſtitutum in §. verum. 32. diſtinct. & tamen huiuſmo-
di ad curam non ſunt idonei, neque illius capaces, ſiue lo-
quamur quoad forum pœnitentiale, ſiue quoad forum con-
tẽtioſum, c. omnis. & c. noua. de pœnitentia. & remiſſio. quod
etiam aſſeuerauit Staphil. vbi ſupra atque ſequutus eſt idem
Alphonſus Hoie. loco proxime relato.
10 Eadem ratione, † nec propter ius ſepeliẽdi probatur quis
curam gerere animarum, vt conſultus reſpondit idem Fed. de
Sen. in d. conſ.135. quem ſequitur Gomeſ. ad reg. Cancell. in
reg. de idiomate, d. q.11. nu.8. verſic. ex quod infertur. & Sta-
phil. loco ſupra adducto. nu.23. permotus auctoritate eiuſdem
Federici de Sen. in d. conſ.135. qui refert ad hoc Archidiac.
in c.1. de ſepult. & Hoſti. in c. nonnulli. de cler. non reſid.
quod & ſequitur Alphonſ. in d. c.13. num.9.
11 Vt igitur beneficium curatum dicatur, † requirit, vt omnia
iſta ſimul cõcurrãt, prout fuit deciſum à Dominis Rot. in vna
Virdunen. Paroch. S. Victoris de menſe Octobr. M.D.XXXIX.
coram Domino Lud. Gomeſ. vt ipſe atteſtatur in d. q.13. poſt
nu.8. quo in loco vnum illud etiam addit, vt ad probandam
eccleſiam Parochialem eſſe, ad effectum cõſumendi gratiam
expectatiuam aduerſarij, non ſatis ſit, teſtes deponere de pu-
blica voce, & fama, quod ſacramenta in d. eccleſia miniſtren-
12 tur, † ſed requiritur, vt de viſu teſtimoniũ perhibeant, etiãſi
vnus illorum eſſet, qui diceret, ſe vidiſſe vnum ibi ſepeliri ea
ratione, quia exceptio conſumptionis eſt materia obiectiua,
vt per Rot. dec.9. alias 253. ſi opponat. de exceptiou. in nou.
Idcirco clare, cõcludẽter, & indiſtincte ꝓbari dẽt, vt in deciſ.
9. alias 330. nota, quod vbi aliquis. de exceptionib. in antiq.

CONCLVSIO CCCCLXX.

ARGVMENTVM.

Cuſtos qui tenetur ad cuſtodiam, quid probare debeat:

SVMMARIA.

1 *Cuſtos, qui ratione officij publici, vel priuati ad cuſtodiam tenetur, probare debet rei interitum, & caſum fortuitum.*
2 *Cuſtos, ſi quid ſit ſubtractum de ijs rebus ab eo cuſtoditis, habet contra ſe indicium ad torturam.*
3 *Cuſtos etiam de leuiſſima culpa tenetur, & de ea puniri debet.*
4 *Quando agitur ratione culpæ leuis, vel leuiſſimæ, non poteſt criminaliter agi.*
5 *Cuſtos tenetur de lata culpa, ſicut alius de dolo, & capitaliter ita punitur.*
6 *Cuſtos ſi probet omnẽ diligẽtiã adhibuiſſe, quã rei cuſtodita erat neceſſaria, nõ tenetur.*
7 *Qui adhibet diligentiam, quam debet non eſt in culpa.*
8 *Cuſtodes tenentur, ſi aliquid in carcerem inferatur, vt ferrum, venenum, vel aliud id genus, ex quo detrimentum poſſit oriri.*
9 *Caſtrum ſuperatum præſumitur, & amiſſum culpa cuſtodis.*

CVſtos, qui ratione officij publici, vel priuati tenetur ad
1 cuſtodiã, non ſufficit, † quod probet rei interitum, niſi ẽt
probet caſum fortuitum, vt ſupra tradidimus in concluſ. Ca-
ſus, Carceratus, & Caprarius. atque voluit Iaſ. in l. ſi paſcen-
da, numero 3. C. de pact. quod etiam probauit Purpur. in l.
quod te. num.5. ff. ſi cert. pet. idem placuit Bal. in l. cum ita. §.
ſpecies. ff. de legat. 2. reijciens ſe ad notata in §. fi. in fi. Inſtit.
quib. mod. re contrah. oblig. quę dicit eſſe vera Alex. late con
ſulendo in conſ.157. nu.1. vſq; ad 4. lib.2. quod eſt repetitum
eo. lib.2. conſ.207. atque Gram. voto 29. num.5. vſq; ad fi. lo-
quens de carcerum cuſtode.
Primo ampliabis, vt ſi quid fuerit ſubtractum ex ijs rebus
2 ab eo cuſtoditis, † habeat contra ſe indicium ad torturam, vt
manifeſtet furtum, ita proditum eſt à Blanc. in l. fi. num.236.
ſeu 425. de quæſtionib. & in tract. de indic. idem ſentit Ang.
in ſuo tract. malefic. in verb. & veſtem cœleſtem. col.4. ver. &
tu iudex aduertas. reſpondit etiam Cæpol. in conſ.18. num.
24. verſ. vna eſt, quia villa tenetur cuſtodire. & Bald. in l. ex
Diui Pij. in addit. in verb. ſufficit vt dominus. ibi, not. quod
cuſtodes, C. locat. & conducti.
3 Secundo loco amplies velim, vt etiam † de leuiſſima culpa
teneat, & de ea puniri debeat, ita tradit Gram. vot.29. nu.1. &
2. vbi licet culpa leuiſſima nõ puniatur criminaliter, vt ait Cy.
in l. ſi quis nõ dica rapere. C. de epiſc. & cleric. tñ hoc dicit eſ-
ſe pcipuũ in cuſtode carceris, quem refert Bal. in l.1. n.5. verſ.
ſed dubitatur, vtrũ rõne culpæ. ff. de legib. reijciẽs ſe ad dicta
4 in d. l. ſi qs nõ dicã. vbi dicit, qđ qñ agit rõne culpę leuiſſimę,
nõ põt criminaliter agi, vt ibi poſt n.9. ver. hęc sũt vera. C. de
epiſc. & cler. & idẽ refert ipſe Bal. in l. ſi vſusfructus. §. neq;
con-

Digitized by Google

conſultus.ff.de vſufruct.& quemadmodum quis vtatur, vbi dicit id præcipuum eſſe in cuſtode carceris, ita dixit Bal.in l.ad Commentarienſem, num.4. C.de cuſtodia reor. & hunc ſpectat, quod dixit idem in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornacarius.ff. ad legem Aquiliam. quo in loco loquitur de inquilino non extinguente ignem, quando vadit dormitum, & de apponente cuſtodem, qui tenetur de culpa, & ſequitur Paris de Puteo in ſuo tractatu de ſyndicat.incipient. carcer.e.an ſi plures. colum.3.nu.12.verſ.an ſi plures carcerari.

Tertio etiam ampliabis, vt & cuſtos teneatur de lata culpa,
5 ſicut † alius de dolo, & capitaliter ita puniatur, vt colligere
eſt ex reſponſo I.C.in l.milites. ff.de cuſtod. & exhiben. reo.
quod & placuit Ludouic.Roman.in l.actionib. ff.de in lit.iurand.poſt numerum duodecim.verſic.tu vero adde fallentias aliquas. ita tenet Paris de Put.in d.ſuo tractatu in verb. carcer.§.ſi plures ;col.ſecunda d.num.12. & teſtatur Bal. in l.ad Commentarienſem.C.de cuſtodia reor.Grammat.etiam d.voto 29.nu.6.& 7.

Quam ampliationem intellige cum hac diſtinctione, nam
6 ſi † cuſtos probat omnem diligentiam adhibuiſſe, quæ rei cuſtoditæ erat neceſſaria, vt quia retinebat carceratum in vinculis ferreis, vel compedibus ſeu cæteris conſtrictum, iuxta genus delinquentium, vt in l.1. ff.de cuſto. reo. cum eo non
obſtante quis aufugerit, non tenetur cuſtos, quia non eſt in
7 culpa,† qui adhibet diligentiam, quam debet, vt animaduerſum eſt in l.ſi negotia.ff.de negot.geſt.& in l.ſi vt certo §.nũc videndum. ff.commodati. licet in dubio ſit præſumptio contra cuſtodem, vt videre eſt ex l.pen. C.de cuſto. reor. & in l. ad Commentarienſ. ff.eod.tit. de cuſtodia reor. quam diſtinctionem ſequitur & Grammat. d.voto vigeſimonono. numero 7.8.& 9.

Quarto ampliare poteris, hoc idem procedere, ſi quid in
8 carcerem inferatur,& aliud quippiam id genus,† ex quo detrimentum poſſit oriri, etenim itidem tenentur cuſtodes, quia huiuſmodi nõ præſumuntur poſſe inferri carcerem, niſi negligentia cuſtodis, ſic proſequitur late Franc.Aretin.in conſil.38.nu.3.& 4.

Quinto, & poſtremo loco amplia idem verum eſſe in cu-
9 ſtode caſtri,† caſtrum enim ſuperatum præſumitur, & amiſſum, iuxta ſententiam conſulentis Oldrad.in terminis, conſil, 92. Rex habebat caſtrum. circa fin. & Ioan. Andr. tradidit in addit Speculat in tit.de locato, ſuper rub. ver. fit quæſtio de milite.motus auctoritate I.C.in l.fin.ff.de cuſtodia.reor.& in l.ſi quis ex argentarijs. §.penult. ff.de eden. & placuit Marc. Anton.Nat.in conſil.174.nu.27.vol.1. & Bal.aſſeruit vbi ſup. in d.l.ad Commentarienſem.C.de cuſtodia reor.

D.

CONCLVSIO CCCCLXXI.

ARGVMENTVM.

Communia damni.

SVMMARIA.

1 *Damnum alleganti incumbit onus probandi.*
2 *Agenti ad damnum non eſt neceſſe declarare in libello, quas res amiſerit, ſed ſufficit, vt poſtea in proceſſu liquido comprobet.*
3 *Damnum vt probetur, debet libellus numerum complecti rerum furto ſubtractarum.*
4 *Damnum probari poteſt per teſtes, quando principaliter petitur ante litem conteſtatam.*
5 *Damnum à contentis in inſtrumento emanans probari poteſt per teſtes, licet lege municipali cautum ſit, vt debitum probari non poſſit, niſi per inſtrumentum.*
6 *Damnum ſi datum ſit, vel illatum poſt litem conteſtatam, ſufficit illud probare per iuramentum, probato facto ſiue cauſa, ex qua oritur.*
7 *Damna & expenſa paſſa in litigando, probantur per iuramentum.*
8 *Damnum ſi illatum fuerit per dolum, aut violentiam, probato dolo, aut violentia per teſtes, ſufficit illud probare, vel res ablatas per iuramentum.*
9 *Iuramentum in caſu c. fin. quod met. cau. & l. ſi quando. C. vnde vi. non defertur pro probatione violentia, vel doli.*
10 *Delationi iuramenti eſt locus ratione fructuum, qui percipi potuerunt, probata violentia per teſtes, vel per famam.*
11 *Iuramento eius, qui damnum perpeſſus eſt, ſtatur ſuper quantitate rerum.*
12 *Ad delationem iuramenti ſuper quantitate rerum non eſt vocanda pars.*
13 *Iuramentum ſuper quantitate rerum poteſt præſtari etiam parte inuita.*
14 *In vnione beneficij non eſt vocandus rector.*
15 *Iuramento damnum paſſi ſuper ipſis rebus fides eſt habenda, quando pars metu aliquas res ſuas coacta tradere, ſi metus probatus ſit per teſtes.*
16 *Damnum paſſo non incumbit onus probandi damnum dolo fuiſſe datum.*
Iuramentum ſuper damno dato videtur ſatis eſſe, etiam non præmiſſa probatione doli, vel culpa, ibid.

1 DAMNVM alleganti † incumbere onus probandi, profitendo ſcripſit Bald.in l.1.C.ſi aduerſ. venditionem pignorum. quem ſequitur, & refert Rodoan.in tractat. de reb.eccleſ. non alienan. ſuper verb. ſed in caſu malæ alienationis. quæſtione vigeſimatertia, numero decimotertio. Ei vero, qui agit ad damnum & intereſſe, non eſt neceſſe, vt in libello declarat quas res amiſerit, etiam par-
2 te opponente, ſed ſufficit,† vt poſtea in proceſſu liquido comprobentur, vt concludit Innoc.in c.2.in gloſ.2.extr.de ord.cogn.numero primo & ſecundo.quem referunt,& ſequuntur Alber.de Roſ.Ang.& Ioan.Fab.in l.ſi quando.C.vnde vi. ver.& not.per hanc l.vbi Fab.reſpondit ad l.in actione.ff.de fur.vbi
3 Vlpian. tradidit, † debere numerum complecti rerum furto ſubtractarum: nam (vt inquit ipſe) iſte libellus incertus ſpecialiter in hoc caſu, quando ſcilicet damnum violenter illatũ fuit, procedit in odium violentiam inferentis, vt ait gloſſ.in verb.manifeſtet.d.l.ſi quando.& idem refert, & ſequitur Iaſ. in eadem l.ſi quando.nu. 14.& 15.

Hoc autem damnum quando principaliter petitur ante li-
4 tem conteſtatam,† probari poteſt per teſtes, vt deciſum reliquere Domini de Rota, deciſione 3. alias 359. Dubitatur, vtrum damna.de iniur.& damn. dat.in nou. moti auctoritate Summi Pontificis in c.eum olim.de officio delegati.& Innoc. in c.cum dilectus.de ordin. cognit. & Archidiac.in c.fin.3.q. 3. Milis etiam hoc ſenſit in repertorio, in verb. probatio damnorum.

Quod poſtremum velim ſic amplies, vt etiamſi lege municipali eſſet cautum, vt debitum probari non poſſet, niſi per
5 inſtrumentum, † tunc etenim nihilominus damnum à contentis in inſtrumento emanans probari poteſt per teſtes, vt cautum eſt à Bart in l.certi condictio, §.quoniam.num.quarto, ff. ſi cert.petat. cui ſententiæ adhæret Felin. in c.ſicut conſuetudo.nu.16.de probationib.quem ſequitur, & refert Rebuff. in repetit.l.vnic.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.ſuper glo.in verb.ſtabilitatem.numero 485. verſ.probari autem.

Sed illud primo limitabis non procedere, ſi poſt litem conteſtatam damnum ſit datum, vel illatum incideret, ſiue etiam acceſſorie ad principalem cauſam damna petantur ex offi-
6 cio iudicis,† tunc nempe ſufficit illa probare per iuramentum, probato facto, ſiue cauſa, ex qua damnum oritur, vt voluere Domini de Rot.in d.deciſion.359.num.2.in nouis. quã ſequitur Mil.in d.repertor.in ver.probatio damnorum.& Felin.in c.ſacro.in fin.numero decimo. verſic. & vnum dicunt. de ſentent. excommun. dicens ſe hoc dictum nuſquam alibi legiſſe,& ſequitur Nicol.Plac.in concor.gl.concor.52.in 107.

fallentia.num.352.vbi aſſerit perpetua hoc eſſe dignum animaduerſione, quod à paucis videtur tactum, & Iaſ.in d.l. ſi quando.num.16.ſexto nota.C.vnde vi.& num.18

Secundo limitare poteris iſtam concluſionem locum ſibi non vendicare in damnis, & expenſis paſſis in litigando:
7 † huiuſmodi namq; damna ſufficit probari per iuramentum, iuxta ſententiam gl.fi. in c.dilecti.de for.compet. & ibi Abb. col.fin.num.11.& ſeq.& Marianus Socinus.conſ.2. & probatur in l.properandum. §.1. & in l.ſancimus.C de iudic. & ſequitur Hippo.Mar.in rep rub.C.de prob.num.152.

Tertio limites velim, ſi damnum fuiſſet illatum per dolum, aut violentiam, nam tunc etiamſi præcipue ante litem conteſtatam datum fuiſſet, tamen probato dolo, aut violẽtia
8 per teſtes, ſufficit demum damnum probare, vel res ablatas per vim, & doloſe per iuramentum, vt dixnere Domini de Rot.in deciſ.157.alias 1.libellaus, quod met.cau.in no.& in d.deciſ.359.per c.in primis.2.quæſt.1. & c.ſuper eo.quod met.cau. & in l.ſi quando.C. vnde vi. & Marſ.aſſeuerauit in rubr.C.de probat.col.98.num.146.verſic.item per iuramentum,& ſeq.Franc.Curt.in repet.l.admonendi.num.345. verſ. contra doloſum.col.77. ff. de iureiur. hoc idem decidendo confirmat Bellam.deciſio.580.alias 579. iuramentum.de his
9 quę vi.metus.cauſa.dicens iuramentum † in caſu d.c.ſi.quod met.cauſ. & d.l.ſi quando. C.vnde vi.non deferri pro probatione ipſius violentiæ,vel doli, ſed illam ſupponere probatam per teſtes,hoc eſt, ipſas res ablatas probari per iuramentum ſpoliati. idem ſentit etiam Bellam. deciſ.480. alias 479. licet ſecundum.de iureiurand.qui vult, quod probata violentia per teſtes, vel per famam, ſit locus delationi iura-
10 menti, † ratione fructuum, qui percipi potuerunt vt tradidere gl.fi.& Dd.in c.dilecti.de for.comp.& fuſius infra concluſione proxime ſequenti explicabitur.

Prædictam limitationẽ intellige præmiſſa taxatione damni per iudicem, ſic ait Iaſ.in d.l.ſi quando.nu.7.C.vnde vi. & no.20.octauo no.& Fulg.ibi.num.1.atq; Rot.in d.dec. 359 & d.c.fin.quod met.cau.& d.glo.fi.verſ. expenſæ probantur per iuramentum.d.c.dilecti.de for.comp.Bart.in l. videamus. §. deferre. in princ. & §.iurare. 2.not. & Alex.d.§. deferre. ff. de in lit.iuran. Quod tamen intelligitur quoad æſtimatio-
11 nem rerum, † non autem ſuper quantitate: in illa enim debet præcedere taxatio iudicis, in iſta autem ſtatur iuramento eius,qui damnum perpeſſus eſt, & ita loquitur d.c.ſi.quod met.cau.& ibi Abb.in ſi.verſ.ſed aduerte.

Sed illud in animo tuo penitus inſideat,ad delationem di-
12 cti iuramenti † nõ eſſe vocandam partem,vt in proprijs terminis de rebus ablatis dixit Soc. reg.74.10. fall. in verb.citatio.ſecus ad æſtimationem, vt Domini de Rot.obſeruauere in deciſ.299.alias 2.de his quæ vi, met.cauſ.in nou. & tranſit cum illa deciſione,atq; Imo.in d.c.ſi quod met.cauſ.col.pen. & ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quando.nu.23. verſ.nunc opere pretium.C.vnde vi.col.3.& Marſi.in d.rubr.C.de probat.col.98. nu.148.verſ.& ſciat,quod violentus.& nu.241.Tamen tutius eſt, dicunt præfati,partem citari.Quod ea ratione confirma-
13 tur,† quia huiuſmodi iuramentũ poteſt pręſtari etiam parte inuita.d.l.ſi quando.& Iaſ.ibi,d.nu.23.& ſeq.ergo etiam non citata,per l.4. §.illud.ff.de fideicommiſſ.libert.& hoc approbat Alexand.conſil.130.difficultas huius negocij. in 1. vol.& Felin.in c.cum illum.col.7. verſ. ſicut etiam.poſt nu.11. de re iudic.vbi conſtituit regulam, id eſt, non eſſe citandam partem,quæ non poſſet actori cõtradicere,quam etiam tradidit, & affert Marian.Soc.in tract. de citatione, articu.7.in ſecunda fallen.principali,& in d.reg.74.in verb.citatio.2.fallent. & Soc.iun.conſ.77.nu.110.verſ.ſecundo quia.vol.1. quorum ſententiæ ſe ipſi ſubſcripſere Dñi de Rota in deciſ.58.alias 2. legatus de latere.de offic. deleg. in addit. in nou. vbi dixere
14 † in vnione beneficij non eſſe vocandum Rectorem, quia præſens non poſſet contradicere, quam ſequitur Roman. in l.in actionibus. num. 35. verſ. & poſtremo. ff.de in lit.iuran. & ſequitur Hippolyt.Marſil.in d.rubr.C.de probat.d.col.98. d.num.148.col.237.verſicul.& pro iſtis facit,& numero 240. Milis etiam in repertorio.in ver.citanda eſt pars in quoque. & Nicellus Placentinus in concordant. gloſſ. concord. 52.fallentia.107.d.num.352.Iaſon præterea in l.admonendi. col.5.de iureiurand.poſt nu.22.verſ. in contrarium videtur facere, idem ſenſere plurimi tum profitendo, tum etiam conſulendo, vt Staphil. de literis grat. & iuſt.cart. 178.in fi. & ſeqq.Gozad.in conſ.92.col.3.verſ.præterea dico.n.12. Curt. iun.in conſ.174.col.3.n.12.& ſeq.verſ.& primo qđ de plenit. Oldrad.in cõſ.95.in fi.verſ.præterea ſi pręſens.Roman.in cõſ. 212.nu.2.col.1.Calder. in conſ.8.de conſtit. Hippolyt.Marſ. ſingul.30.tu ſcis. num.2.& idem in l.1. §.fin.num.16. verſic. & facit etiam. ff.de quæſtio. Dec.conſ.274.poſt nu.5.verſ.ex his poteſt decidi.de ordin.cogni.Par.in conſ.111.nu.9. vol. 4.Marian.Soc.iunior in conſ.77.nu.110.vol.1.verſ.a. quia citatio.Grat.in conſ.1.col.1.vol.1.num.7.& Gabr.concluſ.1.nu. 381.de citat.lib.2.44.limit.

Ampliabis iſtam limitationem nedum locum habere in vi ablatiua,ſed etiam in compulſiua,& turbatiua, vt docuit Iaſ. in d.l.ſi quando.C.vnde vi.no.44.verſ.quæro ſucceſſiue rei diſpoſitio.ibi,ideo ego dico, & ibidem Fulg. poſt nu.1.verſ.in
15 tex.vbi vis.nempe, † qñ pars metu aliquas res fuiſſet coacta tradere,tunc enim metu probato per teſtes,fides erit habenda iuramento damnum paſſi ſuper ipſis rebus,& in furto, vel alio delicto,ita ſcripſere Innocent.col.2. verſic. non facimus vim. & num.3.Abb. & Imol.in d.c.fin. quod met. cau. & ibi Hoſtien.& Io.Andr.poſt Bartol. in l.ſi quando. C.vnde vi. in addit. verſic.item habet locum.& ſequitur Mil.in repertorio in verſicul.libellus procedit in quo genere.& dict. verb.probatio rerum.& ſentit Bellamer.deciſio.186.vbi quis agit, de his quæ vi,vel lib.oblar.

Verum illi tertiæ ſuperiori limitationi videtur obſtare Corn.in conſ.282.num.14.lib.4.vbi vult, damnum paſſo non
16 incumbere onus probãdi damnum,† dolo fuiſſe datum, nam quando quis damnum infert,vel cauſa in damno culpa.& dolo dantis præſumitur,per l. l.Aquilia.& l.ſi quis fumo. §.1.ff. ad l. Aquil. Quapropter videtur ſatis eſſe iuramentum ſuper damno dato, etiam non præmiſſa probatione doli,vel culpæ.

CONCLVSIO CCCCLXXII.

ARGVMENTVM.

Damnum an probetur per iuramentum illius, qui damnum paſſus eſt.

SVMMARIA.

1 *Damnum probatur per iuramentum illius,qui illud paſſus eſt.*
2 *Quẽ expuliſſe me de domo, vbi habebam ſup.lectilem, probare non poſſum per teſtes forenſes.*
3 *Quæ ſunt in domo non poſſunt probari per extraneos.*
4 *A iuramento damnum paſſi de iure ciuili non poteſt appellari.*
5 *Damnum probatur per iuramentum damnum paſſi, etiam in omni damno emergente ex omni genere violentiæ.*
6 *Damni æſtimatio probatur per iuramentum ſolum in violentia expulſiua, & ablatiua.*
7 *Plus in expellendo, vel eripiendo delinquitur, quam in compeſcendo.*
8 *Iuramento eorum, qui paſſi ſunt damnum ſtatur, etiam quando iudex debet ſtare in ſyndicatu per aliquos dies finito officio, & reſarcire damna inuiſte illata, & ante tempus recedit.*
9 *Hæredes damnum paſſi iurare poſſunt,& per iuramentũ damnum illatum probare.*
10 *Hæres damnum paſſus per iuramentum non poteſt probare damnum, quando defertur ab homine.*
11 *Hæredes damnum paſſi ſi rem explorare perfectam habeant, per iuramentum damnum probare poſſunt.*
12 *Iudex proſpicere debet,ne hæres in probatione damni ſubeat periurium.*
13 *Probatio & facultas iurandi damnum tranſit contra hæredem damnum dantis, præſertim ſi lis erat conteſtata cum defuncto,qui damnum dedit.*
14 *Iuramento damnum paſſi fides adhibetur,etiam quando petitur damnum non ex delicto,ſed ex contractu, vel quaſi.*
15 *Scholaris iuramento fides adhibetur, etiam quando petitur damnum non ex delicto, ſed ex contractu, vel quaſi,& circa probationem damni, ſi quando recedit, aſſeruat capſam ſuam in domo alicuius,& cum redit,inuenit ipſam recluſam.*
16 *Damnum emergens ex furto probari poteſt per iuramentum.*
17 *Damnum datum in arboribus caſis probare poteſt contra conductorem per iuramentum locatoris.*
18 *Teſtes quomodo deponere debent ſuper damno dato, vide remiſſiue.*
19 *Damnum quando illatum fuit per dolum, & per violentiam, probatur per iuramentum.*
20 *Damnum ſi euenit aliquo caſu, & intereſſe aliunde proueniens, abſque dolo, vel violentia probandum eſt per teſtes.*
21 *Probatio damni per iuramentum non ſufficit, ſi nullus tenetur damnum illatum in ſuo territorio reſarcire.*
22 *Probatio per iuramentum non admittitur, vbi quis conuenitur ex dolo,alterius, etiam ſi pactum interuenerit,quod iuramento ſtetur.*
23 *Iuramentum ſuper damnum deferendum eſt in ſubſidium, quando extant aliqua coniectura.*
24 *Iuramentum ſuper damno non eſt deferendum, antequam appareat de damno illato.*

25 Cri-

Digitized by Google

25 Crimen damni illati plene probari debet, & non per iuramentum.
26 Iuramentum debet deferri ſuper damno paſſo tempore damni illati.
27 Iuramento damnum paſſi non ſtatur, quando non interuenit dolus, vel violentia, ſed ſolum culpa lata.
28 Iuramentum non eſt deferendum, quando iurans non eſſet perſona honeſta.
29 Iuramento damnum paſſi non creditur, niſi iurans ſit omni exceptione maior.
30 Ruſtico volenti iurare damnum illatum, eo quod habuerit libros in domo, non eſt credendum.
31 Damnum non probatur per iuramentum, quando copulatiue non concurrunt difficultas probationis, & delictum præcedens.
32 Difficultas probationis ſemper adeſſe dicitur, vbicunque res non poſſunt oculorum ſenſui demonſtrari.
33 Iuramento in ſubſidium ſtatur, vbi aliter nequeunt probari.
34 Contrarium probationis damni factæ per iuramentum dānum paſſi probari poteſt. etiam ſi lege municipali caueatur. credi debere de damno per iuramentum illud.
35 Iudex non obſtante iuramento damnum paſſi, & ſtatuto diſponente, quod illi ſtetur poteſt admittere probationem in contrarium.
36 Statutum etiam ſi diceret eſſe credendum relationi ſaltuarij. & iudex non poſſet aliunde inueſtigare, & recedere à iuramento illius, tamen damnum patiens poteſt dictam relationem ſaltuarij falſam demonſtrare.
37 Statutum diſponens, vt ſtetur dicto familiæ poteſtatis, procedit, niſi contrarium probetur.
38 Contrarium iuramenti damnum paſſi probari poteſt per inſpectionem iudicis.
39 Statutum ſi habet iuramentum pro plenaria probatione, probatio in contrarium non admittitur.
40 Contrarium iuramenti probari poteſt, quando ſumus in cauſa nimis præiudiciali, etiam ſtante ſtatuto, vt iuramento credatur.
41 Probatio contraria iuramento non admittitur, ſi caſus non ſit nimis præiudicialis.
42 Iuramentum in probatione damni non ſufficit, quando agitur criminaliter.
43 In cauſis criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.
44 Ad probandum furtum requiritur plena probatio, ſed ad probandum damnum prouenienꝰ ex dicto furto ſtandum eſt iuramento.
45 Iuramento derobati ſtatur, quando agitur ad ſolam æſtimationem, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter.
46 Iuramentum damnum paſſo non eſt deferendũ, ſi iudex videat ipſum velle deierare.
47 Damnum paſſus iurare debet coram iudice, aut alio ab ipſo iudice ad id conſtituto.
48 Statutum, vt credatur iuramento damnum paſſi, intelligitur de damni quantitate, non autem de dilatione ipſius damni.

DAmnum per iuramentum illius, qui damnum paſsns eſt,
1 ptobari † vtrunque ius conceſſit, vt colligere eſt ex contex. in d. l. ſi quando C. vnde vi, & ibi Iaſ. in princ. & num. 27. col. 4. ver. adde multum bene. & contex. in c. ſi. quod met. cau. atq; in c. in primis glorioſus. 2. q. 1. & c. olim. §. quare. de iniu. Igneus idem ſenſit in l. neceſſarios. §. non alias. n. 212. verſ. & quamuis dolus. ff. de Senatuſconſul. Sillanian. Berengaris Paulachius in l. vnica n. 164. verſic. de crimine. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.

Quod ēt ratione corroboratur, hoc eſt pp difficultatē probationis, & in odiũ damnũ dãtis, vt dixit Accurſ. in d. l. ſi qñ & ibidē Iaſ. poſt n. 6. verſ. pone caſum. & n. 35. ver. in eadē gl. ibi, & n. 37. Fulg. ēt ibi n. 1. & Bart. in princ. & Paul. de Caſt. in d. l. hoc edictũ. §. i eũ. n. 5. ff. ne qs eũ q in ius voc. vi eximat. Ro. in l. in actionib n. 5. ff. de in lit. int. & n. 23. & ſeq. Pat. cõſ. 75. nn. 1. & 37. volum. 1. iuncto n. 16. & Bald. in princ. eiuſdem. l.
2 ſi qñ. vbi affert exemplũ huius difficilis probationis, † veluti de eo, qui expulit me de domo vbi habebã ſupellectilia. ꝙ ſi velim probare per teſtes familiares, de iure nõ poſſum, vt me docuit idē Bal. in l. actionibus. §. plane ver. quartus caſus eſt & verſ. ſed duorũ ex prædictis. & in fi. verſ. cõtra doloſum. ff. de in lit. iuran. ꝙ ēt colligitur ex c. in literis. de teſtib. & per l. ēt. C. eo. & ſic hac de cauſa probatio eſt difficilis, eo ēt minus probare poſſum per extraneos quia † res, quæ ſunt in domo, non poſſunt ꝓbari per extraneos, per l. 2. C. qñ & qui. quart. pars debet. li. 10. & ideo in d. l. ſi qñ. permiſſum fuit, vt per iuramentũ probaretur, nec in deponendo huiuſmodi iuramento eſt pars citanda, ſecus in taxatione rerum ablatarum per iudicem facienda, vt ſupra late diximus.

Primo amplia hoc adeo verum eſſe, vt à tali iuramento nõ
4 poſſit appellari, † hoc tamen debet intelligi de iure ciuili, ſecus de iure canonico, vt auctor eſt Iaſ. in d. l. ſi qñ nu. 56. verſ. à iuramẽto autē præſtito. & Bart. in l. in actionibus. in fi. verſ. ſed ſi dicamus. ff. de in lit. iur vbi Rom. nu. 31. verſ. vltimo inquãtum. vſque ad nu. 34. diſtinguendo vt ibi per eum.

Secundo amplia procedere, ēt in omni damno emergente
5 † ex oĩ, genere violentiæ tam expulſiuæ, quã ablatiuæ, cõpulſiuæ, turbatiuæ, & inquietatiuæ, vt prodidit Iaſ. in l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 44. & 47. idem prius aperte voluit. Sal. in d. l. ſi quando. in 5. q. & ibi Ange. & Fulgoſ. nu. 1. tenet hoc aperte Bald. in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. in
* vlt. oppo. verſ. modo contra oppono. nu. 57. & hoc * crebriori calculo fuiſſe receptum, affirmat Berengar. in d. l. vnica. num. 164. C. de ſent. quę pro eo quod intereſt.

6 Ab his totus fuit diuerſus Butr. in d. l. vnica aſſerens † damni æſtimationem probari per iuramentum ſolum in violentia expulſiua, & ablatiua, in alijs vero violentijs, vt in compulſiua, turbatiua, & inquietatiua requiri probationes, quod res in ſubſtantia erant tempore violentiæ, cuius ſententiæ videtur ſe ſubcribere Bereng. d. nu. 164. vti veriori in puncto iuris & ante eos ſentit gl. in d. c. ſi. in verb. nota, quod met. cau. Ratio iſtius differentiæ illa poteſt eſſe, quia plus in expellendo,
7 vel eripiendo delinquitur, quam † in compeſcendo: nam in compulſiua quodammodo voluntas interuenit. l. ſi mulier, §. ſi met. & l. 1. ff. quod met. cau. In violentia vero ablatiua, ſiue expulſiua, nullo modo voluntas interuenit, nec tantum crimē committitur, vt ad ſenſum patet, & no. in l. ſi quis id tantum. C. vnde vi. & ita animaduertit Bereng. in d. l. vnica. num. 165. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.

8 Tertio ampliabis, vt locũ habeat etiã, quando iudex † debet ſtare in ſyndicatu per aliquot dies finito officio, & reſarcire damna iniuſte illata, & ante tempus recedit, quia tunc ſtatur iuramẽto eorũ, qui paſſi ſunt damnũ, vt monuere Inn. & Ioan. And. in c. ſi. quod met. cau. quos refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quando. nu. 17. C vnde vi. verſ pone quod poteſtas, & videto ad hoc ꝙ diximus in concluſione, Fuga officialis.

Quarto ampliare poteris, vt eo vſque concluſio vera ſit, vt
9 hæredes etiam damnum paſſi poſſint iurare, † & per iuramentum probare damnum illatum, vt confirmauit Paul. de Caſt. in l. hoc edictum §. in eum. Rom poſt nu. 8. verſ. vlterius gloſ. Alex. ibi. in §. hoc iudicium. nu. 6. verſ item ex hac gl. per gl. ibi not. ff. ne quis eũ qui in ius voc. eum alijs adductis à Iaſ. in d. l. ſi quando. nu. 51. verſ. quæro ſucceſſiue. & nu. 53. Par. d. conſ. 75. ad victoriam Ill. Co. Carol. nu. 36. vol. 1. dicens hanc
* eſſe * communem opinionem de mente Iaſ. in d. l. ſi quando quem tamen Iaſ. in libro meo in hoc articulo non legi communem dixiſſe. Tiraquel. in tract. de præſump. in §. 1. gloſſ. vnica in verb. quamuis defunctus. verſ. vides igitur hanc rē eſſe.

Primo reſtringas hanc ampliationem non procedere, niſi quando tale iuramentum defertur à lege, vel ſtatuto, vt in caſu concluſ. & d. l. ſi quando ſecus autem quando defertur ab
10 homine, & ſic ex voluntate partium: † quia tunc non tranſit ad hæredem vt videre eſt ex l. generaliter. in princ. C de reb. credit. nam alia eſt conſcientia defuncti, qua confiſus eſt is, qui iuramentum detulit, alia hæredis quam is non approbauit, arg. l. huius, bonis. ff. de curat. furioſo. ita Roman. tradidit in l. hoc edictum. §. in eum. poſt d. nu. 8. verſ. vlterius. gl. ff. ne quis eum qui. & in l. qui bona: §. qui damni. poſt n. 6. verſ. ſed tn diſtingue. ff. de damn. infect. & plenius in conſ. 290. incip. in caſu propoſitæ conſultationis, columna 2., & voluit Tiraquel. in tract. de præſcript. in verſ. vides igitur hanc. & §. 2. gl. vnica, fol. 128. vbi reprehendit Bal. in l. 3. §. ait prætor. ff. de iureiurando. contrarium ſentientem, Iaſ. in d. l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 52. verſ. ſecus in iuramento, ꝙ nõ defertur à lege.

Secundo reſtringere poteris dictam ampliationem veram
11 eſſe tantum, † ſi tales hęredes rem explorate perſpectam, planeque cognitam habeant, veluti ſi eſſent tales hæredes, qui commorati eſſent in domo defuncti, & geſſiſſent negocia defuncti, ita dilucide voluit Tiraq. trac. de prę́ſumpt. in d. verb. quamuis defunctis. verſ. id tñ quod diximus. idem Bald. in capit. 1. col. 1. nu. 2. in ver. ſucceſſoribus. & verſ. ſequen. tit. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis oriat. & ſenſit in l. bonæ fidei. poſt numerum decimum. verſ. quarto inſpicitur. C. de iureiurand. & reſpondit Pariſ. in d. conſ. 75. nu. 37. vol. 1. atque conſuluit Roman. in d. conſ. 290. poſt nu. 5. verſ. & huius eſt ratio & Tiraq. in d. trac. de prę́ſcrip. verſ. id tamen ꝙ diximus. nam
12 † alioqui hęres poſſet ſubire anceps periurium, quod ne fiat, iudex proſpicere debet, vt cauit Vlpian. in l. videamus, poſt principium. ff. de in lit. iuran. & Iaſo. in d. l. ſi quando. C. vnde vi, poſt nu. 53. verſ. limita tamen ſingulariter.

Quinto loco ampliare tibi licebit, vt iſta probatio, & facul
13 tas iurãdi trãſeat cõtra hæredē dãnũ dãtis, † præſertim ſi lis erat cõteſtata cũ defuncto, q dãnũ dedit, tunc enim ad hęredem tranſit, alias ſecus, vt patet ex his, quæ retulit Iaſ. in d. l. ſi quando. nu. 54. verſ. quid autem econtra. per regul. l. vnicę. C. ne ex delicto defunct. & Bar. docuit in d. l. in actionibus, nu. 21. verſ. ſecundo quæro vtrum. ff. de in lit. iuran. & nu. 25.

Sexto præterea ampliabis procedere etiam, quando pete-
14 retur damnum, non † ex delicto, ſed ex contractu, vel quaſi,

Rr 2 veluti

veluti ſi aliquis intraret hoſpitium,& deponeret penes hoſpi
tem valiſiam,quam appellant,clauſam,& obſignatam, in qua
res ſuas,& forte pecunias haberet reconditas , vel ſi aliquis
ſcholaris,quando recedit,aſſeruaret capſam ſuam in domo
alicuius,& cum redierit,inueniat valiſiam ſine ſigno,vel cap-
ſam recluſam:nam tunc ſcholaris iuramento fides adhibere-
15 tur † circa probationem damni, vt ſcripſere Innocen.Hoſtié.
& alij Canoniſtæ in d.c.ſi.quod met. can.& Bartol in l.actio
nibus.num.70.verſ.quod ſi ego depoſui,ff.de in lit.iuran &
ibi Bald.colum.3.in fin.verſicul.obſcuritas rei ſi quis clam.&
Roma.poſt num.24.verſ.& Bart.ſic ſeqnendo ſequitur etiam
Fulgoſ.in l.cum furti.num.4.verſ.quia ſi quis depoſuerit.ff.de
in lit.iurand.& Franc.Cur.in repetit.l.admonendi.columna
76.nu.347.verſ aut volens iurare.ff.de iureiurand.quod etiá
probauit Rebuff.in repetitio.l.vnicæ.C.de ſent.quæ pro eo,
quod inter proſer.ſuper gloſſ.in verb.ſubtilitatem.nu.516.
verſic.tertia concluſio. & cum alijs adductis à Iaſ.in dict.l.ſi
quando nu.43.48.& 49.& prius.nu.28.vbi dicit.Hoſpitem te
neri ex quaſi maleficio,& ideo poſſe de eo quæſtionem habe
ri vna cum famulo,vt d.nu.49.

Septimo amplies velim,verum etiam eſſe in futuro , nem-
16 pe quando damnum emergit ex furuto,tunc † enim etiá po
teſt probari per iuramentum,vt colligere poſſumus ex mul-
tis alleg.à Iaſ.in dict.l.ſi quando.num.47.verſic.an autē illa
lex,ad quod ſpectat regula,quæ ſe habet,vt fiat mentio dam-
ni,ſub tali dictione contineatur etiam furtum, vt Ludouicus
Rom.ait in l.2.per illum text.ff.de dam.infect.& ibi Alexád.
nu.3.verſ.extra gl.& ad hoc videat addit.ad Bart.in d.l.ſi qñ
in addit.magna,verſ.item habet locum hæc lex in furto.Bald.
in l.hac edictali.§.iniuria punitur.poſt nu.11.verſ.quero, an
res amiſſæ per furtum.tit.de pac.iur.firma.Ant.de Pet.in re-
pe.l.1.nu.341.verſicu.quod etiam videtur procedere in fur-
to.ff.de iureiurand.

Octauo & poſtremo loco velim amplies etiam procedere
17 contra conductorem:quia † per iuramētum locatoris poteſt
probari damnum datum in arboribus cæſis , itá profitendo
ſcripſit Plot.in l.ſi qñ.nu.84.& 872.C.vnde vi,& in tract.de
in lit.iur.nu.3. & 5.§.53.conſulenti etiam placuit Par.conſil.
87.& 134.nu.9.col.4.quos refert,& ſequitur Burſat.conſ.40.
18 nu.33.vbi ponit etiam,quomodo † teſtes debeant depone-
re ſuper damno dato,quæ tamen conſilia Pariſ alleg.in libro
meo non faciunt ad rem propoſitam ab ipſo Burſato.

Primo loco limitabis concluſionem principalem , & in-
telligas ſolum procedere,quando damnum illatū fuit per do-
19 lum,& per violentiam,vt in ſpolio:nam † ſpoliator dicitur
in dolo,& procedit quando iuramentum defertur etiam tan
tum ſuper æſtimatione,aut quantitate rerum violenter abla-
tarum,vt deciſum fuit à Bellam.deciſ.580.quem refert, & ſe-
quitur Papazon.in addit.ad deciſ.Rot.deciſ.2.alias 299.li-
cet quo ad taxationem.num.4.de his quæ vi,vel met.cauſ.in
nouis:nam tunc probato dolo,vel violentia per teſtes , ſuffi-
cit poſtea probare damnum,& res ablatas violenter, vel do-
loſe,taxatione iudicis præmiſſa,vt ſupra dictum eſt, & pla-
cuit Abb.d.c.ſi.in princip.& numer.2.de his quæ vi met.cui
accedit Rebuff.in repet.l.vnicæ.C.de ſentent.quæ pro eo ꝙ
inter.ſuper gl.ſubtilitatem, nu.491.verſ.probatur ergo hoc
intereſſe:ſecus ſi nullus dolus,vel violentia in damno dato
20 prætenditur,ſed illud eueniat aliquo caſu,& intereſſe aliun-
de proueniente,etenim tunc illud eſt probandum per teſtes,
vt eſt glo.fin.inſignis in c.dilecti.de ſor.cōpet.verſ.de damn.
ſiue intereſſe,& ita deciſum fuit à Dominis de Rot.in deciſ.
3.alias 359.dubitabatur,'vtrum dána.de iniur.& dam.da.in
nou.& ad hanc limitationem adhibeas glo.1.in d.l.ſi quando
& Fel.in c.ſacro.de ſent.excom.num.10.

Secundo limita non habere locum in eo, vel contra eum,
21 qui tenetur ex delicto alterius,exempli gratia,ſi † villa tene
retur damnum illatum in ſuo territorio reſarcire , nam tunc
non ſufficit huiuſmodi probatio per iuramentum, non enim
concurrit odium delinquentis,ita Bart.monuit in d.l.ſi quan
do.C.vnde vi,nu.15.verſ.quero,dicit ſtatutū, ſequitur Abb.
in d.c.ſi.poſt nu.5.& ibi Imol.quod met.cauſ.& obſeruauit
Cur.in repe.l.admonendi.d.col.76.de iureiur num.348.verſ.
tertio limita ſecundū Roman.teſtē laudat Bart.in l.1.per il-
lū text.ff.qñ ex facto tutoris,& ibidē Dyn.idē probauit Bal.
in c.1.§.conuenticulam.de pac.iur.firm.in fi.nu.8. & Bat.in l.
22 ne quid nu.3.ff.de incen.ruin.& naufrag. nam† probatio per
iuramentum non admittitur, vbi quis conuenitur ex dolo al-
terius,vt Doct.ſcripſeré in d.l.1.ff.quando ex facto. & Iaſon.
* in d.l.ſi quando.C.vnde vi.nu.37.& 38.& ait* hanc commu-
ni ſcribentium conſenſu fuiſſe comprobatam opinionem , &
nu.43.verſ.retenta cauſa,ſententia Ioan.And in §.vnico.ver.
ſed pone inter ſtatuta.nu.2. in fi.ſuper litera A.ſuper ver.Pe-
dius.tit.de raptor.adducens ibi hoc idem ſentientes.

Quam limitationem potes ampliare,vt etiam procedat , ſi
pactum interuenerit,quod iuramento ſtetur, ut Cyn.aſſerit
in d.l.ſi quis in conſcribendo. in fin.nu.7. C.de epiſc. & cler.
cui ſe ſubſcripſit Bart.in l.ſi.poſt nu.3. ver.puro quod ſi pro-
mitto ſtare.ff.de præt.ſtipul.nec ab hoc diſceſſit Caſtr.in l.pa
ctum inter hæredem.nu.6.verſ.nec valet pactum.ff.de pact.

In contrariam videtur diſcedere ſententiam Barba.in c.di-
lecti.col.10.de ſo.compet.

Sublimita dictam ſecundam limitationem non eſſe veram,
23 quando† extarent aliquæ coniecturæ,quia tutori in ſubſidiū
erit deferendum iuramentum,per reg.l.admonendi,ff.de iu-
reiur.& in l.in bonæ fidei.C.eo.& per Bar.in l.quoties.per il-
lum tex.nu.6.C.de naufrag.li.11.& Specul. auctoritate in tit.
de fur.ad fin.nu.25.& in tit.de pign. §.1. in verſ.ſed qualiter
probabit.nu.15.atque Iaſ.in d.l.ſi quando. nu.43. C.vnde vi.
Alex.etiam in conſ.52.vol.1.nu.6.per ibi adducta.

Tertio limitare tibi graue ne videatur,vt locū ſibi non ven
24 dicet,niſi prius appareat de damno illato:† nam antequá ap
pareat de hmōi damno,non eſt deferendum iuramentum,ſe-
cus poſtea,iuxta ſniam Matth.de Afflict.de feud.titu.de pace
iuram firman.§.illicitas.nu.4. & ante eum ait Bart.in l.diuus.
nu.3.verſ.item ſunt ſtatuta.ff.de milit.teſtam.per l.cum exce-
ptiones.§.in hac.ff ꝙ mer.cauſa.nam Bal. inquit in d.l. ſi qñ.
nu.2.& ſeq.C.vñ vi. plene debere probari crimen dáni illati,
25 † & non per iuramentū,ſed ſuppoſito crimine,tunc per iura-
mentum probatur damnū,& intereſſe perſonarū,ſed prius ēt
in primis debet conſtare de violentia,antequam perueniatur
ad iuramentū contra criminoſum,& dēt etiam prius præmitti
iudicis taxatio talis intereſſe,& damni,& poſtea præſtatur iu
ramentum ſecundum formam taxatam, & vltimo ſententia
profertur,ita loquutus eſt vbi ſupra , & Iaſ. in d.l.ſi quando.
nu.7.12.& 13.& de hoc attigimus paulo ante in 1.limit.

Quarto limitabis,& intelliges, vt iuramentum debeat de-
26 ferri† ſuper damno paſſo tempore damni illati:nam irritum
eſſet illud iuramentum,ſi dicerem,iuro me tantum damnum
paſſum eſſe tali facto, niſi ſe referret ad tempus damni dati:
poteſt enim eſſe , quod hodie interſit magis , quam tempore
damni dati,ſed hoc non debet inſpici,ita protulit Bart.in l.3.
§.in hac.ff.commod.nu.10. affert ad id l.vbi. §.1. C.de eden.
& l.id quod. §.fin.cum l.ſeq.C.de conſtit.pecun.

Quinto limitare non grauaberis,qñ non interuenit dolus,
27 vel violentia,† ſed tantum culpa lata', vt omittendo,, vt mo-
nuit Accurſ.in l.ſemper.§.in hoc interdicto.in verſ.iurauerit.
ff.quod vi.aut clam.& in l.vnica.§.in alijs.ſuper verb.ſubti-
litatem.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt. quia tunc nō
ſtatur tali iuramento,vt videre eſt ex ſupra allatis , vna cum
Bar.in d.l.ſi qñ.verſ.quarto ſtatutum.C.vnde vi.& idem Iaſ.n.
59.& per Rebuſ.in repetit.d l.vnicæ.C.de ſen. quæ pro eo ꝙ
intereſt.in gl. in verſ.ſubtilitatem. poſt nu.516. verſ.quod in-
tellige,ſi faciendo.& latius dicetur in concluſ.Intereſſe.

Sexto loco limitanda erit,quando iurans non eſſet perſona
28 honeſta,† tunc profecto non eſſet deferendum iuramentum,
argum.l.non omni.§.à Barbaris.ff.de milit.teſtam.& Roma.
meminit in l.damnum.la 3.ff.de dam.infect.& additi.magna
ad Bartol.verſ.item procedit in d.l.ſi quando.C.vnde vi.&
tradidit Franc.Cur.in repet.l.admonendi.nu.201.verſ.quod
eſt notandum poſt ſtatutis.ff.de iureiurand.quo in loco enu-
29 cleate affirmat.† non credi iuramento damnum paſſi,niſi iu-
rans ſit omni exceptione maior,& idem ante eū voluit Ang.
in l.populatis actio.ff.de populat.actio.vbi prodidit,ita bis
fuiſſe iudicatum,& propterea idem Cur.loco proxime allato
admonet,iſtud fore perpetuo calamo ſignandū,& ſentit Bal.
in l.in bonæ fidei.n.10.verſ.venio ad quartam.C.de iureiur.

Septimo limitabis non procedere,habita ratione ad quali
30 tatē, † & cōditionē perſonæ iurare volētis . nā ſi ruſtico ali-
quod damnū eſſet illatum,& velit iurare,ꝙ habuerit libros in
domo,non eſt credendū,ita illius additionis magnæ ad Bar.
auctor

Digitized by Google

auctor inquit in d.l.ſi quando.circa fin. verſ.item hanc legem
intellige ſecundum Dd. habita conſideratione ad qualitatẽ,
& conditionem perſonæ.
Octauo limitare opus erit, quando copulatiue non concur
31 runt† difficultas probationis, & delictum præcedens, ſi ita
atteſtanti credimus Iaſoni in d.l.ſi quando.nu.35.verſ.in ea-
dem gl.ibi,in fi.at difficultas probationis dicitur adeſſe,vbi-
cunque res non poſſunt oculorum ſenſui demũſtrari, vt quia
32 ſunt peremptæ, nam tunc ſemper dicitur adeſſe † difficultas
probationis,vt Iaſon ſcripſit in d.nu.35.per Bar.in l.in actio-
nib.ff.de in lit.iuran. col.fin. poſt nu.22. verſ.quod autem di-
cit.per l.cum res. §.penult.ff.de legat.1. & Fulguſ. in d.l.cum
furti.poſt nu.3. verſ.vtroque enim iſtorum caſuum. ff.de in lit.
iurand.& gl.in c.ſtatutũ.§.1.de reſcript.lib.6.ſuper verb.ſal-
tem,vbi ait,ꝙ hoc caſu ſtetur iuramento, vbi.ſ.aliter nequeat
33 probari, † & ſic in ſubſidium, vt in illa additione magna ad
Bar.traditum fuit in d.l.ſi quando.in princ.teſtatur Bal.in l.cõ
tra negantem.C.ad leg.Aquil. vt ſentit ibi Bal.nu.7.in fin.
Nono etiam limitanda tibi erit concluſio, vt eo vſque non
procedat,quin contrarium poſſit probari,etiamſi legi munici
34 pali caueatur,† credi debere de damno per iuramentum dã-
num paſſi,vt teſtis eſt ad id Ang.in l.qui vas.in princip.ff.de
furt.& idem per ſimilitudinem ait Ang. in auth.de exhibitio-
ne reorum.notat auctoritate illius context.in l.qui reſtituere.
ff.de rei vendicat.per illum text. in verſ.illa taxatione cũ gl.
vbi dicit,quod ſtante ſtatuto, vel diſpoſitione legis, vt pro
damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,tamen iudex po
35 terit,non obſtante dicto iuramẽto,& ſtatuto† admittere pro
bationes in contrarium,vt in d.additio.ad Bar. circa fi. verſ.ſi
autem ſtatutum.l.ſi quando.C.vnde vi.& in hanc eandem ſen
tentiam eauit Ioan.Andr.in additionib.ad Spec. in tit.de of-
fic.omn.iudic.§.fin.verſ.6. quin & hoc idem fere voluerũt Ia
cob.de Aret.Ang.Imo.& Pau.de Caſt.in l.qui bona.§ qui dã-
ni.ff.de damno infect.vbi & Roman.nu.1.& 2.& ibi etiã Ale-
* xan. vbi ait ab * omnib.vna mente ita concludi, vt nu.17.ſicut
etiam refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quando.num.27.& 28.C.
vnde vi.& in l.ſi.nu.4.verſ.ſi ſtatutum diſponat ff.de in lit.iu
ran.& Aug.in d.§ qui damni. ait etiamſi ſtatutum diceret,eſ-
36 ſe credendum relationi ſaltuarij, † licet iudex non poſſet a-
liunde inueſtigare, & recedere a dicto iuramento:nam nihi-
lominus damnum patiens poterit dictam relationem ſaltua-
rij falſam demonſtrare,ad quod probãdum affert ea,quæ ob-
ſeruata fuere à Iacob. Butr. in l 1.C.ſi aduer. lib.cui rei illud
etiam patrocinatur,quod notat idem Butr.& Bal.in l.1. C.de
re iudic.nu.3.vbi dicunt,ꝙ ſi ſtatuto caueatur,vt ſtetur dicto
37 familiæ poteſtatis., procedit, † niſi contrarium probetur, &
hoc idem aſſeruit Bal in l.1.nu.4. verſ.quærit hic Iacob. C.ſi
aduerſ.libert.quam ſententiam ea quoque adiuuant,quæ plu-
rima adducta fuere ab auctore additio.ad Bart.in d.l.ſi quan
do.C.de vi.
Nec illud animaduerſione eximium velim à memoria ela-
38 batur,tale contrarium probari poſſe†.per inſpectionem iudi-
cis,vt notat Bal.in l.contra negantem.C.ad leg.Aquil.num.7.
verſ.quæro dicit ſtatutum,de proba. poſt nu.1. verſ.ſed certũ
eſt,quod probatio per rei euidentiam.& in l.contra negantẽ.
in fi.n.7.C.ad leg.Aquil.& in d.l.1.poſt nu.4.verſ.Azo in ſum
ma.C.ſi aduerſ.lib.& in l.ait prætor.in princ.ff.de iureiur.ver
ſie.reus ſe defendit.& Iaſ.in d.l.ſi.poſt nu.3. verſ.in contrariũ
videtur facere regula,ff.de in lit.iurand.& Franc. Curt.in re-
petit.l.admonendi.nu.351.verſ.quia hoc negare.col.77.ff.de
* iureiurand.vbi adducit concordantias, teſtans ibi * commu-
nem fore hanc opinionem proſequens vſque ad nu.353.
Verumtamen nonam hanc limitationem primo velim ſub-
39 limites, † quando ſtatutum haberet iuramentum pro plena-
naria probatione, nam eo caſu probatio in contrarium non
admittitur,vt fuit obſeruatũ in illa additione magna ad Bart.
litera A in d.l ſi quando.verſ.tamen limitandum.C.vnde vi.
etiam glo.in clem.1.de probar. atque Alex. in d.l.qui bona.§.
damni.nu.15.ff.de dam.infect.
40 Secundo ſublimitabis procedere,† quando fumus in cauſa
nimis præiudiciali,quia tunc etiam ſtãre tali ſtatuto,vt.ſ.cre-
datur iuramento,tamen contrarium probari poteſt,gl.ita me
docuit in clement.1.de iurepatron.§.præcipimus.ſuper verb.
oneramus.& in ſimili Bal.in cauſa ardua loquitur in l. in bo-
næ fidei. verſ.& breuiter conclude. C.de iureiur. ſecus ſi non
41 ſit cauſa nimis præiudicialis,quia† tunc non admittitur pro-
batio in contrarium; ita atteſtatur gl. in c.ſtatutum. § aſſeſſo-
rem.ſuper verb.relinquatur.de reſcript.in 6.quas gl. ita vide
tur intelligere Bal in l.1.nu.2.& 3.C.de iureiur. & in l nemo,
C.de furt.ſicut refert, & ſequitur ẽt auctor illius additionis
magnæ ad Bar.in d.l.ſi qñ verſ.itẽ ſimiliter. nullibi tñ in libro
meo.in d.tit.de furt.nec ff.nec C.inueni legem incipientẽ Ne
mo.credo voluiſſe allegare l.nemo.in fin. C.de ſenten. & in-
terlocut.om. iud. & ſentit idem Bal. in d.l.in bonę fidei. poſt
nu.4.verſ.tertio inſpicitur qualitas rerum.C.de iureiur.
Decimo limita principaliter concluſionem nõ procedere,
42 quando agitur criminaliter,† quoniam tunc non ſufficit iura-
mentum,vt docuit Bar.in l.ſi.in fi. verſ.contrarium eſt verum.
ff.de in lit.iuran.& ibi Alex.nu.1.& Iaſ.in l.cum furti.num.8.
eo.tit.& Ang.in d.l.ſi quando. C.vnde vi.& Fulg. in d.l.cum
furti.in fi. ver.vltimo hæc procedunt ibi, quia in cauſis crimi-
43 nalibus probationes debent eſſe † luce meridiana clariores.
l.ſciant. C.de proba late Curt. iun. qui idem ſentientes citat
in repetit.l admonendi.nu 349.verſ.quarto limitatur.ff.de iu
reiuran.Bal.in d.l.in bonæ fidei poſt nu.1. verſ.5.oppon.ibi,
& breuiter concludo.C de iureiuran.
Contrarium voluit Iaſ.in d.l.ſi.nu.7.& in d.l.ſi qñ.poſt nu.
57.verſ.puto contrarium. quo in loco in ea fuit ſententia, vt
velit concluſionem procedere nullo habito diſcrimine, ſcili-
cet etiamſi agatur criminaliter,& obijcit ſe regulæ, in crimi-
nalibus probationes debere eſſe luce meridiana clariores,nã
44 fatetur ad† probandum, vt furtum, requiri plenam proba-
tionem,ſed ad probandum damnum proueniens ex dicto fur
to ſtandum eſſe iuramento,per d.l.ſi quando.& dixit Ant. de
Petrut.in repetit.l.1.nu.242.ff.de iureiur.
Fœdere diſtinctionis has opiniones inter ſe diſſidẽtes con
ciliare poteris,quam tibi ſuppeditabit Curt.in l.admonendi.
col.77.de iureiur.poſt d.nu.349. verſ.quia aut agitur.vbi ait,
45 quando agitur ad ſolam ęſtimationem,† ſiue ciuiliter,vel cri
minaliter,ſtari iuramẽto derobati,aſſerit,ſecus ſi agendo cri-
minaliter ad æſtimationem,vt vel maiori,vel minore æſtima-
tione conſurgeret maior,vel minor pęna.
Vndecimo limitabis locum ſibi non vendicare,ſi iudex vi-
46 deret ipſum velle deierare, quo caſu† non iurabit, vt retulit
Bal.in l.1.C.ſi aduer.liber.vt in addit.ad Bar.in d.l.ſi quando,
C.vnde vi in fi.1.d additio.magnæ,refertur in ver.ita limita,
niſi iudex videret.
Duodecimo limitare,& intelligere poteris, vt talis damnũ
paſſus iurare debeat coram iudice, vel alio ab ipſo iudice ad
47 id conſtituto,nam non ſufficeret† iuramentum vbique factũ
vt clariſſime voluit Bal.in d.l.3.ait prætor.in princ.verſ.circa
quintum.poſt nu.2.ff.de iureiur.per notat.in l.hac conſultiſſi
ma.§ pen.C.de teſtam.& in l.iubemus. C.de liber.cauſ.& A-
lex.in hanc reſpondit ſententiam in conſ.60.incip.clariſſime
Domine Iudex col.3.verſ.non obſtat ſi diceretur.nu.10.vol.
3.quos refert,& ſequitur Tiraq.in tract.de præſcript.ver.ver-
ba hæc nña.§.gl.8.circa fi.ibi.declara qnto,vt iſte iurare dẽat.
Decimotertio limita non procedere,ſi extet ſtatutũ, vt cre
48 datur† iuramento damnum paſſi, quia intelligitur de damni
quantitate,non autẽ de illatione ipſius dãni.Bar.ita ſcripſit in
l.Diuus Traianus.de teſtamen.milit.& in l.ſi quãdo. C.vñ vi.

CONCLVSIO CCCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

Damnum an in dubio præſumatur illatum ab inimico, vel à vicino,& quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1. *Damnum in dubio præſumitur illatum ab inimico,vbi de malo merito non conſtat.*
2. *Damnum ſemper præſumitur inimico datum.*
3. *Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino.*
4. *Vicini,& domeſtici, & qui habent notitiam hominum, quando maleficium commiſſum eſt in aliqua via, potius debent capi,& poni ad torturam, quam qui non habent notitiam.*
5. *Damnum in dubio præſumitur illatum à vicino, quando vicinus eſt malæ conditionis,& famæ.*
6. *Damnum non eſſe datum, quomodo probetur, vnde remiſſiue.*
7. *Damnum probatur per confeſſionem etiam abſente parte coram duobus teſtibus extrajudicialiter [illegible] illa fama ſuper ipſo damno dato.*
8. *Damnum non dicitur probatum,probando tantum pecunias eſſe acceptas ad cambium,ſi etiam non probetur id fuiſſe factum ob retardatam ſolutionem.*

CONCLVSIO CCCCLXXVI.

ARGVMENTVM.

Debere nihil ſe dicens, an id probare debeat.

SVMMARIA.

1 *Debere nihil ſe dicens, & à creditore non laceſſitus à ſe ipſo petens ſe liberatum declarari, debet id probare.*

2 *Reus licet principaliter petat ſe abſolui à petitis, & perpetuum ſilentium aduerſario imponi, non tamen actor efficitur, quando actor prius conueniſſet reum in iudicio.*

3 *Debitor quando primo comparuit coram iudice, & petijt terminum ſtatui creditori ſuo ad agendum dicitur actor.*

DEbere nihil ſe dicens,& propterea à creditore nõ laceſ-
1 ſitus, † à ſe ipſo petens ſe liberatum declarari, debet id probare, quia actor dicitur, cum primum ad iudicium comparuit, ſic voluit iuriſconſultus in l. in tribus. in fi. ff. de iudic. & ſummus Pontifex in c. forus. §. actor. de verb. ſignifi. atque reſpondit Dec. in conſ. 43. in prin. poſt nu. 1. col. 2. verſ. ſed tamen, quem etiam refert & ſequitur Hercul. de proban. negatiua nu. 26. verſ. primo infertur.

Iſtud velim reſtringas, vt locum ſibi non vendicet, qñ actor prius conueniſſet reum in iudicio, quia licet reus principaliter petat ſe abſolui à petitis, & perpetuum ſilentium aduer-
2 ſario imponi, † non tñ iccirco efficitur actor, adeo vt ipſe onere probandi grauetur, ſed retinet cõmodum regulæ, quod actore non probante reus abſoluatur, ita inſigniter decidit Ant. de Butr. in c. in præſentia. per illũ tex. in 2. col. in 6. notab. verſ. verum ſi probat. quod etiam voluit Dec. in conſ. 3. nu. 9. qui viſus eſt Herculano contrarium ſenſiſſe, ſed pace il-
3 lius viti dixerim, recte non perpendit diſcrimen caſus, † nam ea, quæ dicuntur in concluſione, & tenet ipſe Dec. in d. conſ. 45. procedunt, quando debitor primo comparuit coram iudice & petijt terminum ſtatui creditori ſuo ad agendum, vt ipſe Dec. ibidem declarat.

CONCLVSIO CCCCLXXVII.

ARGVMENTVM.

Debiti ſolutio an per inſtrumentum deletum repertum apud debitorem probari poſsit.

SVMMARIA.

1 *Debiti ſolutio probari poteſt per inſtrumentum deletum repertum apud debitorem.*

2 *Debiti ſolutio probatur, ſi inſtrumentum reperitur penes debitorem, nam præſumitur à creditore ipſi redditum animo liberandi eum.*

3 *Debitor etiam ſi habeat penes ſe inſtrumentum, & dicat ſe liberatum virtute pacti, non tamen præſumitur liberatus, niſi probet huiuſmodi inſtrumentum fuiſſe ſibi per creditorem redditum.*

4 *Pactum de non petendo habet vim donationis, quam in dubio quis non præſumitur facere.*

5 *Inſtrumentum debiti eſſe redditum per creditorem debitori probari debet per quinque teſtes.*

6 *Debitum præſumitur ſolutum, ſi inſtrumentum ſit penes debitorem.*

7 *Debitum non præſumitur eſſe ſolutum ob reſtitutionem pignoris.*

8 *Debitum ſolutum præſumitur, quando inſtrumentum reperitur litura inductum penes notarium.*

9 *Debiti ſolutio facta præſumitur, ſi inſtrumentum reperitur deletum etiam apud extraneum, & tertiam perſonam.*

10 *Inſtrumentum quando reperitur penes debitorem præſumitur ei redditum per creditorem animo liberandi eum.*

11 *Inſtrumentum debiti quando eſt apud tertium, non præſumitur ei datum per creditorem animo liberandi.*

12 *Debitum non ſolum non probatur ſolutum ſi probetur debitorem ſubtraxiſſe inſtrumentum debiti, ſed immo ſi tenor ipſius inſtrumenti plene non probetur, ſufficit iuramentum creditoris ad condemnationem.*

13 *Debitum non probatur fuiſſe ſolutum ex cancellatione, ſi perſona ſit domeſtica, & cohabitet cum creditore.*

14 *Inſtrumentum debiti apud debitorem repertum non facit plenam probationem ſolutionis, ſed tantum præſumptionem.*

DEbiti ſolutio probari poteſt per inſtrumentum deletum
1 repertum † apud debitorem, vt profitendo ſcripſit Archi. in c. hunc nu. 76. dixit cui conuenit doctrina Abb. in c. penult. nu. 17. verſ. nunc venio, vt lit. pend. atque Fel. in c. accedens. num. 2. vt lit. non conteſt. quod confirmauit Spec. in §. poſtquam, poſt nu. 8. verſ. quid ſi debitor. ibi, cancellato autem tit. de inſtr. edi. & nu. 16. verſ. porro, cõprobauit quoque Bar. l. qui tabulas, nu. 5. ff. de furt. & l. bello §. fin. vbi Bar. ff eo. tit. & Caſtr. in l. ſi de poſſeſſione. nu. 2. C. de proba. & l. ſi chyrographum. ff. eod.

Primo amplia, vt concluſio vera ſit, etiam ſi non eſſet deletum dummodo reperiatur penes debitorem, quod ei red-
2 ditũ fuerit, † nam tunc præſumitur à creditore debitori redditum, animo liberandi eum, nam licet interlitum non ſit, facile tamen fuiſſet debitori illud iodueere, ita Io. Andr. retulit in addit. ad Spec. in tit. de inſtru. edit. § poſtquam, verſ. porro. nu. 16. ſuper verb. duo. in littera H & Ant. de But. ſenſit in c. eccleſia. il. 2. vt lit. pendent. quos refert, & ſequitur Alex. in conſ. 56. nu. 11. lib. 2 verſ. & per prædicta.

3 Limita hanc primã ampliationem non procedere, † ſi debitor habens penes ſe inſtrumẽtum, diceret ſe liberatum virtute pacti, nam tunc etiam ſi penes ſe habeat inſtrumentum, non præſumitur tamen liberatus, niſi probet huiuſmodi inſtrumentum fuiſſe ſibi per creditorem redditum, vt l. Labeo.
4 cum ibi notat. ff. de pactis. & ratio eſt, † quia pactum de non petendo habet vim donationis, quam quis in dubio non præſumitur facere. l. cum de indebito. ff. de probatio. & l. filiusfamilias, ff. de donatio. & per quinque teſtes debet probari hu-
5 iuſmodi inſtrumentum † eſſe redditum, vt dixit gl. notab. in l. 1. in §. ille etiam. C. de latin. libert. tollend. & refert ſequendo Guid. Pap. in tract. de præſump. poſt nu. 22. verſ. an eo ipſo, ſecus ſi allegat ſolutionem, quia eo caſu, cum inſtrumen-
6 tum ſit penes debitorem † præſumitur debitum ſolutum, vt de * communi opinione atteſtatur Guid. Pap. in c. ex literis. ou. 5. de conſuet.

Secundo limita hanc primam ampliationem procedere, qñ eſt reſtitutum pignus, quia eo caſu non præſumitur eſſe ſolutum debitũ, nam ex illa reſtitutione, & traditione pignoris
7 debitor ſentit aliquam commoditatem, † & ſic potius præſumitur reſtitutum pignus ad aliquam commoditatem ipſius debitoris, quam pro liberatione debiti, ſecus in reſtitutione inſtrumenti, ex illa enim non poteſt aliqua alia præſumptio oriri, quam liberationis debiti, ſic not Gui. Pap. in d. c. ex literis, nu. 5. vet. ibi l. poſtquam. de conſuet.

Secundo amplia concluſionem locum habere, quando in-
8 ſtrumentũ reperitur litura inductum penes notarium, † quia tunc præſumitur debitum ſolutum, vt auctor eſt Bal. in rubr. C. de probat. ſub nu. 28. verſi. iuxta hæc quæro. & in l. Labeo. §. 1. in fin. ff. de pactis.

Tertio amplia concluſionẽ locum ſibi vendicare, quando tale inſtrumentum deletum eſſet etiam repertum apud ex-
9 traneum, & tertiam perſonam, † quia tunc etiam præſumitur debitum præceſſiſſe, & ſolutionem eſſe factam, ita Bar. proditum reliquit in d. l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt. per l. qui tabulas. eo. de furt. & ibi Bar.

Huic opinioni repugnat Alex. in d. conſ. 59. num. 11. vol. 2. reijciens rationem Bart. quia quando reperitur penes debi-
10 torem, præſumitur † redditum per creditorem animo liberandi eum, per l. Labeo. cum ſeq. ff. de pact. quæ ratio ceſſat, quando eſt apud tertium, nam etſi præſumeretur ei datũ per creditorem, non tñ poteſt dici, quod præſumatur ei datum
11 animo † liberandi, quia nihil ad eum extraneum pertinet, & idem videtur tenere Ang. in l. ſi vous. C. de teſtib.

Primo limita concluſionem non procedere, ſi probetur, debitorem ſubtraxiſſe inſtrumentum debiti, nam tunc noo ſolum oon probatur debitum ſolutum, ſed immo ſi tenor di-
12 cti inſtrumenti plene non probetur † ſufficit iuramẽtum creditoris ad condemnationem, vt tradidit Paul. de Caſtr. in l. ſi de poſſeſſione. nu. 3. C. de probat.

Secundo limitabis concluſionẽ locum non habere, ſi perſona eſſet domeſtica, & idẽ domiciliũ vna cum creditore incoleos, quia tunc ex hoiuſmodi cancellatione non probatur ſolutum fuiſſe debitum, nam cũ ſit perſona domeſtica, & co-
13 habitet cum creditore † facile potuit ipſi tale inſtrumẽtum auferre, & delere, ita ab Alex. cantum eſt in d. conſ. 59. num. 11. vol. 2. & prius à Bar. in l. fullo. §. qui tabulas ff. de fur. & Io. Nicol. Arelat. retulit in addi. ad Aleia. de præſump. reg. 2. præſump. 33. nu. 6. & Gui. Pap. in tract. de præſump poſt onm. 22. verſ. ſi vero virtute ſolntionis, Bald. etiam in l. vnica. §. ille etiam. C. de latin. liber. tollen.

Tertio limitare, & intelligere poteris, vt noo eo vſq; procedat concluſio, vt ex hoc oria tur plena probatio ſine alio adminiculo,

14 adminiculo,ſed † tantum faciat præſumptionem,ita expreſſe dicit gl.in l.pact.ff.de pactis,quam ibi ſequütur Guliel.de Cun.Iaco.Butrig.Bal.in l.voica.§.ille,nu.3.C.de latio.libert. tollen.& Alex.in d.conſ.59.nu.12.vol.2.

CONCLVSIO CCCCLXXVIII.

ARGVMENTVM.

Debitorem ſuſpectum eſſe de fuga an probetur per iuramentum creditoris.

SVMMARIA.

1 *Debitorem eſſe ſuſpectum de fuga probatur per iuramentum creditoris, & propter talem probationem capi poteſt.*
2 *Iuramentum ad probationem debiti non ſatis eſt. neque ad probationem ſuſpicionis fugæ quoad illud, vt permittatur, vt poſſit capi.*
3 *Suſpicio dilapidationis bonorum debitoris poteſt probari per iuramentum, & propter hanc ſuſpicionem poteſt capi, & in carcerem conijci.*
4 *Suſpicio fugæ debitoris iurata tollitur ſi probatur debitorem eſſe bonæ famæ, & ſummæ exiſtimationis, ac probitatis.*
5 *Suſpicio fugæ debitoris etiam iurata excluditur, & tollitur, ſi probatum fuit poſſidere immobilia, vel eſſe habitatorem continuum in vrbe.*
6 *Debitorem ſuſpectum eſſe de fuga, non probatur per iuramentum, quando non eſt periculum in mora.*
7 *Debitor nulla habens immobilia, ſi mobilia poſſidet multa, quæ haud facile exportari poſſunt, non redditur de fuga ſuſpectus.*

SOlent debitores,qui ſoluendo non ſunt, vel ægre,& tarde nimis ære alieno exeũt,etiam ſe ſuſpectos de fuga reddere. Hinc fit,vt contra eos mandata,& (vt noſtrorum loquẽdi formula vtar)arreſta ſimiliaque ſæpe relaxentur.

Quapropter operæ pretium eſſe duximus hic ſubnectere, quænam probatio iſto caſu admittenda ſit, qua in re placuit maioribus noſtris debitorem ſuſpectum de fuga poſſe pro-
1 bari † per iuramentum creditoris,& per talem probationem poſſe etiam capi,& retineri propter creditorem, vt obſeruauit Alex.in l.2.nu.22.ff.ſolut. matr. & animaduertit Aug. in l. nemo carcerem.C.de exactor.trib.lib.10.

Ab hac ſententia diſceſſere Bald.in l.aperriſſimi.poſt nu.9. verſ.ſi vero volo,vbi etiam Ang.C.de iud.& idem Ang.Pau.de Caſt.& Imol.in l.qui bona.§.de illo.ff.de dam.infect.qui-
2 bus in locis in ea fuere opinione,vt † non ſatis ſit iuramentũ ad probationem debiti, neque ad probationem ſuſpicionis fugæ, quoad illud, vt permittatur, vt poſſit capi, quod etiam refert,& ſequitur Franc.Curt.in tract.de ſequeſt.nu.42. verſ. 8.principaliter quæro,& latiſſime ad id ſe fundit doctiſſimus Iac.Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent 1.caſ.87.

Si quis priori voluerit adhærere ſententiæ,ampliare poterit,vt concluſio etiam procedat in ſuſpicione dilapidationis
3 bonorum debitoris, † quia illa etiam poteſt probari per iuramentum,& propter huiuſmodi ſuſpicionem poteſt capi,& in carcerem conijci, licet huiuſmodi captura dato fideiuſſore de iudicio ſiſti poſſit reuocari,ita dixit Alex.in l.ſi ab arbitro.nu.8.ff.qui ſatiſ.cog. & ibi Ang. & conſulas Alex. in l. neque.§.ſi. ff.de in ius vocand.

Limita modo concluſionem locum non habere ſi contra-
4 rium probetur, vt ſi probetur debitorem † eſſe bonæ famæ, & ſummæ exiſtimationis,ac probitatis. nam tunc tollitur illa ſuſpicio iurata,vt colligitur ex Iuliani reſponſo in l.argentum ff.commodati.& docuit Iaſ.in l.2.nu.18.ff.qui ſatiſd.cogan.confirmauit Neuizan.conſ.52.nu.19. ſequutus eſt Tiraq. qui multa ſimilia recenſet in tract.de pœnis,cauſa 51.nu. 41. & 42.vt ſi probatum fuerit poſſidere immobilia, nam & hoc caſu excluditur dicta ſuſpicio,vt reſpondit Macer.in l.ſcien-
5 dom.ff.qui ſatiſda.cog. † aut probetur eum eſſe habitatorem continuum in vrbe,nam & tunc tollitur huiuſmodi ſuſpicionis probatio iurata,ſic habemus ab Vlp.in l.hæres abſens.§. ſi quis cautelam.ff.de iud.late Rom. id proſequitur in conſil. 241.incip.ſpectabiles domini.num.1.

Secundo loco limitare non grauabere, concluſionem locum ſibi non vendicare,quando non eſſet periculum in mo-
6 ra, nempe ſi † peteretur capi, quia immobilia non poſſidet. Tunc iudex non debet eſſe contentus ſolo iuramento, ſed curabit ſibi fidem faciendã de debito per teſtes, vel inſtrumentum,vel per quid aliud iſtis par, vt traditum eſt à Caccialup. in tract.de debitore ſuſpecto,quæſt.princ.6.num. 15. vbi late examinat iſtum articulum,& latius dicetur in cõcl. Suſpicio, & in concluſione, Iuramentum, & in concluſione, Fuga de-
7 debitoris,fieri enim poteſt,† vt debitor nulla habens immobilia,mobilia poſſideat multa, quę haud facile exportari poſſent, & quæ eum minime ſuſpectum redderent, vt tradunt Bald.Aretin.& Socin.in l.creditor,la 2.ff.ſi certum petatur.

CONCLVSIO CCCCLXXIX.

ARGVMENTVM.

Debitor an tanquam idoneus præſumatur comprobatus fuiſſe à creditore.

SVMMARIA.

1 *Debitor tanquam idoneus præſumitur comprobatus à creditore. Contrarium num.4.*
2 *Creditori incumbit onus probandi ſe iuſto errore ductum putaſſe debitorem fuiſſe idoneum, cum non eſſet.*
3 *Ignorantia creditoris de idoneitate debitoris poteſt probari per iuramentum.*
5 *Aſſerens aliquem præſciuiſſe, debet hoc probare.*
6 *Iuramento creditorum eſt adhibenda fides in materia ſequeſtrationis rerum cauſam ſuſpicionis ſuperueniſſe poſt contractum.*

1 DEbitorem tanquam idoneum † præſumi comprobatum fuiſſe à creditore,tradidit Vlp.in l.3.ff.de fideiuſſ. vnde incumbit onus probãdi creditori, ſe iuſto errore ductum pu-
2 taſſe eum eſſe idoneum,† cum non eſſet, ita Alex.docuit in l. ſi ab arbitro.nu.4.verſ.in dubio tamen.ff.qui ſatiſd.cogan. & ſenſit Paul.Caſtr.in l.etiam.§.1.in fin.ff.ſolut.matr.

3 Et huiuſmodi ignorantia, ſiue error poteſt probari † per iuramentum,vt probatur ex his,quæ retulit ad hoc Franciſc. Marcus,quæſt.522.lib.1.

Contraria tamen cõcluſioni noſtræ ſententia videtur poſ-
4 ſe colligi ex reſcripto † Imper.Leon.& Anthem.in l.fi.verſ.ſi quid probatum fuerit, vbi Bal.num.1.C.de ſponſal.vbi ſentit
5 Bal.aſſerentem aliquem præſciuiſſe † debere hoc probare,& idem expreſſe profitetur Fulg.in l.ſi legibus.nu.1.notab.1.C. de epiſc.audient.

Quod ſi ſecus prior tibi placuerit concluſio,illam intelligere poteris,vt in materia ſequeſtrationis rerum cauſam ſu-
6 ſpicionis ſuperueniſſe poſt contractum † ſit adhibenda fides iuramento creditorum,ita decidit Paul.de Caſtr.cõſ.38.alias 473.incip.pro pleniori examine,nu.8.& per totum,volum.2. idem docuit Bar.in l.ſolent.nu.16.C.de aliment.& cibar.leg. Bal.in l.1.nu.4.vbi etiam Salycet.C.de reb. cred. quos refert ſequendo Franc.Curt.de ſequeſtr.nu.46.q.9.licet Bat.& Bal. hic allegati non loquantur in his terminis, ſed in ſtatuto ſuper damno dato. Et ad hæc diximus in hac concluſione concluſas ea,quæ tradidimus in concluſione,Fuga debitoris.

CONCLVSIO CCCCLXXX.

ARGVMENTVM.

Debitum an poſsit probari per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Debitum poteſt probari per teſtes, etiam ſi lege municipali ſit cautum, ne poſſit probari, niſi per inſtrumentum.*
2 *Debito probato per teſtes poſſum petere à iudice, vt compellat debitorem mecum ad faciendum mihi inſtrumentum.*
3 *Cautela creditoris ad hoc, vt debitor ſponte confiteatur debitum.*
4 *Inſtrumenti de debito amiſſi ſubſtantia probari poteſt per teſtes, & tenor ipſius inſtrumenti, quo probato, probatur debitum.*
5 *Teſtes etiam ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus factis diuerſo loco & tempore, probant debitum.*
6 *Debitum non probatur per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus.*
7 *Debitum per teſtes ſingulares probatur, quando ſingularitas eorum eſt adminiculatiua, & tendit ad eundem finem.*
8 *Debitum non probant teſtes ſingulares, quando ſingularitas eſt obſtatiua, & ipſi non conferunt in vnum, et finem.*
9 *Pactũ inter partes initũ vt debitum non probetur, niſi per inſtrumentũ non valet.*
10 *Pactum inter partes, vt niſi per inſtrumentum probetur debitum, non nocet, quin etiam per teſtes probari poſſit.*
11 *Teſtes ſi ex officio iudicis examinentur, probant debitum non obſtante pacto inter partes inito, vt probari non poſſit, niſi per inſtrumentum.*

Debi-

DEbitum poteſt probari per teſtes, etiam ſi lege municipa
1 li eſſet caotum † ne poſſet probari, niſi per inſtrumẽtum
ita me docuere iuris Pontificij profeſſores eximij Abb. in c.
2. nu. 10. verſ. venio onnc ad tertium, & ibi Fel. nu. 16. & ſeq.
de probat. atq; poteſt id cõprobari per ea, quę adduxit Hip-
pol. de Marſil. io tubr. C. de probatio. nu. 43. & 45. cum ſeq.

Primo ampliabis, vt probato debito per teſtes poſſim pe-
2 tere à iudice, † vt compellat illum debitorem meũ ad facien-
dum mihi inſtrumentum, vt auctor eſt Matth. de Afflic. in con
ſtitut. Neapolit. lib. 1. de ferijs, & ſolennit. rubr. 73. nu. 83. per
l. in creditore. ff. de euictio. & l. 2. §. item. ff. de aq. pluu. arcen.
& alijs ibidem adductis.

Ad hæc ſecũdo amplies velim, prout in ea cautione, quam tradit Hyppol. de Marſil. in d. rub. C. de probat. nu mihi 350. verſic. & circa primum. cum ſeq. videlicet quando reus non habet teſtes, vel inſtrumenta ad hoc, vt probare poſſit debitum, propterea quod mutuo dedit pecuniam amico ſemotis arbitris, quoniam ei fidebat. Vnde nec ſibi cauit ab illo, nec aliqua ſcriptura id poteſt probari, hic vero debitor æs alienum coram teſtibns confiteri renuit.

3 Quocirca, vt ſuccurratur creditori † poterit ipſe debitorẽ
in ſuum cubiculum ducere, ibiq; alicubi teſtes habere abditos ne poſſint videri. tum à longe repetitio principio, tãdem quaſi aliud agens ad ſuum deſcendat creditum, rogetque debitorem quando demum illo ære alieno, quod ſecum cõtraxit, ſe velit exoluere, & quando perſoluere ſibi velit illa centum, quæ ei diebns præteritis humaniter mutuo dedit, tunc debitor nullum præter creditorem adeſſe putans, facile debitum ſponte poterit fateri, ratus iſtiuſmodi confeſſionem ſibi non nocituram. Itaque audita debitoris confeſſione, teſtium poterit haberi quæſtio, & ijdem deponere poterunt, ſe audiuiſſe iſtiuſmodi debitorem confitentem debitum ſatis ſe eſſe facturũ, licet eum nõ viderint, niſi forte per hoſtij rimulam, ſed eius vocem habere notam. Hoc igitur pacto creditoris intentio optime erit probata, ratumq; erit, & firmũ iſtiuſmodi teſtimonium, vt de hoc teſtis eſt locupletiſsimus Accurſ. in l. 2. §. idẽ Labeo. io verb. audierunt. ff. de aq. plu. arc. cuius doctrinam, vt eximiam plurimũ commendant, & ſequun-
* tur ibidem Bart. & cæteri omnes * ſcribentes cum multis relatis ab Hypp. de Marſi. vbi ſupra d. nu. 350. ad quod conſulas ea, quæ ante diximus in concluſione, Creditum.

Inſuper tertio loco ampliare poteris, etiam ſi de debito factum fuiſſet inſtrumentum, ſed poſtea amiſſum eſſet, nam iſto
4 caſu † per teſtes probari põt ſubſtãtia, & tenor ipſius inſtru-
menti, quo probato, vna cum caſo amiſsionis inſtrumẽti, probatur debitum, ac ſi de eo oſtendiſſet inſtrumentum, ita proditũ eſt à Bal. in c. 1. §. ſi enim dño. nu. 1. ver. oo. quod licet. tit. quid ſit inueſtit. & facit, quod per eundem traditum fuit in c. 1. §. ſacramentum. nu. 15. verſ. ſed nunc ego quæro. tit. de conſuet. rect. feud. & hoc idem monuit Bart. in l. ſicut iniquũ. poſt nu. 1. C. de fide inſtrum. & in l. 1. nu. 27. ff. ſi cer. pet. atque late proſequitur Hyppol. de Marſil. in d. rub. C. de probat. nu. 355. verſ. circa ſecundum caſum, cum ſeq. cauit Henric. Bouer. in ſingul. in ver. inſtrumentum, nu. 13. vbi tria requiri, vt probetur debitum ex vi inſtrumenti deperditi, oos admonet.

5 Quarto amplia veram eſſe concluſionem, † etiamſi huiuſ-
modi teſtes int ſingulares deponẽtes, veluti de diuerſis confeſsionibus factis diuerſo loco, & tempore, ita cum multis allega. voluit Crau. in ſuo tract. de antiq. temp. in 4. par. verb. ſed enim, quia io hac materia &c. nu. 9. verſ. ſed in contrarium, & nu. 15. verſ. iſtis ita præmiſſis, quibus in locis quamplura huc ſpectantia congerit, ad quæ te reijcio, & ibi habes etiam ſcribentes idem ſentientes.

Contrariam ſententiam eſt ſequutus Pau. de Caſtr. in conſ.
155. in cauſa quæ vertitur coram D. Vicario. in fi. lib. 2. & in
cõſ. 269. viſo proceſſu. in f. poſt nu 2. verſ. præterea in caſu no
6 ſtro, eo. lib. vbi aperte tradit † debitum non probari per te-
ſtes ſingulares deponentes de diuerſis confeſſionibus, & idẽ
reſpoodit Alex. in coaſ. 68. viſo proceſſu inter Antonium, nu.
7. & 8. lib. 3. & conſ. 57. lib. 6. quod eſt duplicatum ibi. cui opi
nioni fauet, quod obſeruauit Roman. ſing. 250. incip. Pro tibi
nu. 2. & tradit etiã Afflict. dec. 364. fuit decιſum. nu. 3. & ſeq.

Reconciliare poteris, vt prior ſenteotia procedat, qñ ſingu
7 laritas teſtium eſt adminicularius, & † tendit ad eundem fi-
nem, quia tunc bene probant, vt conſultus reſpondit Alex. io
conſ. 21. Repetitio. nu. 4. verſ. iſtud etiam. lib. 4. authorem laudat Bal. in rubric. de cootro. inueſt. no. 2. verſ. eſt bene verum. & late proſequitur Crau. d. tract. de antiq. temp. de verb. ſed enim. nu. 10. & pluribus ſeqq.

Poſterior vero ſententia locum habet in ſingularitate ob-
8 ſtatiua, † & quando teſtes non conferunt in vnum rei finem,
vt pulchre declarat Bal. in d. rub. C. de cont. inueſt. poſt nu. 2.
& conſuleodo diſtinguit Cæpol. in couſ. 3. nu. 9. in ciuil. Alex.
etiam monuit d. conſ. 21. nu. 5. lib. 4. & quamplures idem ſen-
tientes congeſſit Crau. loco proxime citato.

Quinto ampliabis, etiam ſi partes inter ſe eſſent conuentę,
9 ne debitum probetur niſi per inſtrumentum, † tale nempe
pactũ oon valet, ſi credimus ita docenti Floria. in l. in l. Aqui
lia. ff. ad l. Aquiliam. quod & placuit Butr. in c. ſi diligenti. de
foro compet. quibus accedit ſententia glo. in auth. vt ſin. pro-
hi. ma. cred. & deb. §. fi. in verſ. Sena. conſulto, circa med. col-
lat. 7. Spec. idem quoque probauit tit. de probatio. §. viden-
dum. verſ. ſed pone, el 1. nu. 4. & in verſic. ſed quid ſi debi-
tor. num. 6. nec ab hac opinione diſceſſit Paul. Caſtr. in l. pa-
ctum inter hæredes, nu. 5. ff. de pact. quibus doctrina Bal. re-
ſpondet in authent. iubemus. poſt num. 7. verſic. & ideo illa.
10 C. de iudicijs. † quod procedit, etiam ſi tale pactum eſſet
iuratum, nam non nocet, ne poſſit etiam per teſtes probari, vt
in hanc ſententiam videtur reſpoodiſſe Paulus in l. 1. ff. de fi-
de inſtrument.

11 Verumtamen id eſſe verum intelligas, † ſi teſtes ex officio
Iudicis examinentur, ſecundum Spec. in d. §. verſic. ſed quid
ſi debitor. d. nu. 6. fin. tit. de probat.

CONCLVSIO CCCCLXXXI.

ARGVMENTVM.

Debitum an probetur per taciturnitatem debitoris, & quo pacto.

SVMMARIA.

1 *Cautela creditoris, qua poteſt ex taciturnitate debitoris habere debiti probationem.*
2 *Debiti probatio firmiſſima ex qua taciturnitate debitoris emergat.*
3 *Epiſtola repræſentat perſonam illam mittentis.*
4 *[illegible] prohibetur [illegible] literas præſentari.*
5 *Debitor non dicitur confiteri contenta in literis creditoris, ob earum retentionem, ſi in ipſis contineatur calculus rationis dati, & recepti. Contrarium ibid.*
6 *Verbum, continuo, intelligitur Iudicis arbitrio, vt debitori recipienti literas creditoris non denegetur tempus legendi, cogitandi, & peritiores conſulendi.*
7 *Litera non potuerunt rata haberi ab acceptante quando ſcribens eſſet mortuus, antequam ſiet recepta.*
8 *Literæ, in quibus confiteor me tibi debere centum, plus, minusve, ſi antequam tibi reddantur, ego moriar, non nocebunt, nec præiudicabunt hæredibus meis.*

SVperiori concluſioni aliam non looge diſsimilem ſubijciemus. Etenim eadem hypotheſi firma manente, pecuniam fuiſſe mutuo datam ſemotis teſtibus, nec aliunde poſſe haberi mutui probationem, alia via creditori merito ſubueniendum eſt, oe iure ſuo poſsit vlla ratione defraudari.

Creditor enim debitori coram duobus, vel tribus teſti-
bus, qni legant ea, quæ in literis continentur, literas exarare
1 poterit, † in quibus eundem debitorem certiorem faciat, ro-
getque, vt ſibi illa centum, quæ ipſi ab illo debentur reſti-
tuat. Quæ literæ debitori ab vno ex illis teſtibus reddan-
tur, qui viderit, & perlegerit ea, quæ in illis ſcripta fuere:
nam ſi poſtquam ipſe debitor legerit literas illas, ſtatim non
ioterpoſuerit teſtationem contrariæ voluntatis, hoc eſt, ſe
mirum in modum mirari de iſtiuſmodi literatum geoere, &
nihil omnino pecuniarum debere, verum tacuerit, tunc pro-
2 fecto † per iſtiuſmodi taciturnitatem firmiſsima emergit de-
biti probatio, adeo vt ex hoc ad ſoluendum, & ad ſatis cre-
ditori faciẽdum compelli poſsit, ſic doctiſsime more ſuo do-
cuit Bart. in l. filiusfamilias. la 2. per illum tex. ff. ad Maced. &
io l. quo enim. in §. 1. poſt nn. 1. verſic. quandoque ſuperuenit
ſcientia. ff. rem rat. habe. & in l. Titius. ou. 2. in fin. ff. de conſtit.
pec. vbi Bald. verſ. ſed quæro, an eo ipſo, cui fauet, qnod notat
idem Bal. in l. ſi procurator abſentis. in princ. de proc. vbi ex
illo tex. colligit, quẽ approbare videtur eo ipſo, quod literas
recipit, nam ſi litera ipſa diſplicebat contradicere debuerat,
3 & nu. 4. ſcripſit Epiſtolam repræſentare perſonam illam mit-
tentis, & literas atque præſentiam conferi ad paria, & hoc
idem ſentit Felin. in cap. mandata. poſt nu. 1. verſ. & pro præ-
dictis.

4 dictis. de præſumpt.dicens iniuriam Iudici inferre † prohi-
bens eius literas præſentari, quia fit iniuria in literis clauſo,
non literis, per l.oſſa.§.fin.ff.de religioſ. Alex.reſpondit etiã
in conſ.147.incip.ponderatis his,de quibus in 4.col.poſt nu.
16.verſic.quia iſte teſtis deponit.vol.2.& Hyppol.de Marſil.
ſingul.344.in princ.incip. taciturnitas. vbi multos teſtatur.
& Gozadin.in conſ.23.nu.6.verſic.tertio alterum. & poſt nu.
9.verſic.quinto, & vltimo. conſuluit etiam Barbat. ad idem
in conſ.6.ſcriptum eſt. col.5.nu.27.& relatu eximium cenſuit
Matthefil.in ſuo ſingul.22.incip.nota mirabilem, & ibi Gabr.
Saray.in addit.multos allegat,& Rip.in l.admonẽdi.nu.138.
* verſ.communiter tamen tenetur.de iureiur,de * communi o-
pinione atteſtatur, quem etiam refert vna cum multis alijs
Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.centur. 1. caſu 21. & latiſsime
* per Burſat.in conſ.39.vbi etiam atteſtatur de communi,* nu.
15.& in d.l.admonendi.Coraſ.num.72.& ſeq.verſi. operatur
namque,de iureiuran.

Primo loco limitandum erit hoc non procedere, qñ in hu-
iuſmodi litteris contineretur calculus rationis dati, & recepti,
5 † vt fieri ſolet,& vltimo loco poneretur in litteris,vt reſtitue
ret ea,quę ex ſumma deducta reliqua ſunt: licet enim quis re-
tineret litteras, non per hoc diceretur cõfiteri cõtenta in lit-
teris eſſe vera præſente retentione, ſed potius litteras reti-
nuiſſe,vt videret,an optime fuiſſet ratio ſubducta, ita tradi-
dit Cæpoll.in caute.9.pone quod filius. verſic.hoc tamen li-
mita verum,permotus reſponſo Calliſtrati in l. ſeruus. ff.de
condit.& demonſtrat.& Paul.in d.l.ſi filiusfamilias.la 2.ff.ad
Macedonia.

Contraria ſententia videtur colligi ex Scæuolæ reſponſo
in l.emptor.§ Lucius Titius.ff.de pact. & ibi Bal. verſic.item
no.pro litteris mercatorum.

Secundo præterea limitabis concluſionem veram eo vſque
non eſſe, vt etiam proteſtatio non poſsit fieri ex interuallo,
nam licet Paulus in d.l.ſi filiusfamilias.ff.ad Macedonian.di-
6 cat continuo,tamen † illud verbum intelligitur Iudicis arbi-
trio,vt ſcilicet tempus recipienti non denegetur legendi,co-
gitandi,& petitiones conſulendi,vt eleganter ſcripſit Alciat.
in l.deteſtatio. col.10. verſ.quod autem ſola ſcientia oblige-
tur.ff.de verbor.ſignific.& Anchara. Regien. quæſt.48. nu.5.
quos refert ſequendo Menoch.de arbitr.iud. lib.2. centur.1.
caſu 21.in fin.

Tertio velim limites concluſionem, quando ſcribens eſſet
7 mortuus, antequam litteræ ſint receptæ, † quia tunc non po-
tuerunt ratæ haberi ab acceptante, vt ſapientiſsime decidit
Anton.de Butr.in c.fi.de confeſſ.cui adhæſit conſulendo Rui.
conſ.131.nu.6.vol.1. id etiam probauit Alex. in conſ.24. nu.
9.vol.5. & late proſequitur hoc Anchar. Regien. in d.quæſt.
48.& huc ſpectant ea,quæ idem Alex.reſpondit in conſ.110.
viſis.acutiſsimis,nu.3.verſ.non obſtat,ſi dicatur.vol.1.& cõ-
ſil.135.ponderatis his.nu.6.verſ.eo magis.vol.2.quod debet
ſequi ratihabitio tempore habili.

Ampliabis iſtam tertiam limitationem etiam veram eſſe,
quando ſcribo tibi litteras,in quibus confiteor me tibi debe
re centum, plus, minusve, & antequam iſtæ litteræ tibi red-
8 dantur, ego moriar, † hoc caſu iſtiuſmodi litteræ non noce-
bunt,nec præiudicabunt hæredibus meis,ita ſingulariter di-
cit Innoc.in c.cum dilectus.de ſucceſ.ab inteſt.quod effatum
ſingulare, & eximium putant Anton. in c.fin. in 5.col. ex.de
confeſsis.Barbat.in d.c.cum dilectus.& in c.poſt ceſsionem.
de probatio.& Marſ. qui multos refert in rubrica, num.265.
verſic.& primo dico, cum ſeq. C.de probatio.& in ſing.ſuo
373.vt noſti à Dd.& in l.fi.nu.46. verſ.& tene menti notabi-
le verbum, de quæſtio. & Corſet. in ſuo ſingula. incipien. ſi
ſcribo.in verb.confeſsio.il quinto, & conſulas infra conclu-
ſionem, Littera.

CONCLVSIO CCCCLXXXII.

ARGVMENTVM.

*Debitum an probetur per confeßionem extraiudicialem fa-
ctam etiam abſente parte.*

SVMMARIA.

1 *Debitum probatur per confeßionem extraiudicialem, licet ex ea non inducatur obli-
gatio.*
2 *Debiti confeßio poteſt probari per teſtes, etiam ſtante ſtatuto, ne debitum probari
poßit, niſi per inſtrumentum.*
3 *Debitum probatur per confeßionem extraiudicialem etiam facta abſente parte.*
4 *Confeßio ſine cauſa etiam per verba enunciatiua, vel non, probat liberationem.*
5 *Confeßio debiti non probat debitum, quando emergit in præiudicium tertij.*

DEbitum probari per confeſſionem extraiudicialem licet
1 ex † huiuſmodi confeſſione nõ inducatur obligatio, de-
cidẽdo ſenſit Guid.Pap.in dec.272.nu.2.vbi teſtatur gloſſ. &
Dd.in l.Publia Mæuia.§.fin.ff.depoſi.quod etiam aſſeruit Ac-
curſ.in l.1. ff.de interrog. action. verſic.nec obſtat. & in l.ſci-
mus.C.de agrico.& cenſit.lib.11.verſ. quia in illo. conſuluit
etiam Caſtrenſ.conſ.109.viſa petitione. num.5.verſicul.nam
confeſſio.extraiudicialis. vol.2.& conſ.143. num.9. verſicul.
quia confeſſio facta.d.2.vol. incipient.viſo proceſſu. Afflict.
in tractat.de iure prothomiſ. §.4.viſis ijs.num.5. verſic.4.no.
2 & nu.6.& 7.huiuſmodi debiti confeſſio † poteſt probari per
teſtes etiam ſtante ſtatuto,ne debitum probari poſſit,niſi per
inſtrumentum,vt Felin.& Abb.voluere in c.2. ille num.16.hic
nu.10.verſ.venio nunc ad tertium.de probatio. & Hippolyt.
de Marſil.in rubr.C.de probatio.num.52.verſ.primo enim li-
mitatur dictum ſtatutum, cum ibi allegatis, & ſenſit Crau.in
tract.de antiq.temp. in verb.quęritur etiam. nu.82. in prima
parte,verſ.teſtium tamen recognitio eſt.

Amplia concluſionem, etiam ſi confeſsio extraiudicialis
3 † ſit facta parte abſente,ita Bald. voluit in l.generaliter,num.
15.& ſeq.C.de non numer. pecu.& in l.rationes. poſt num.2.
verſ.diſtinguit.C.de probatio. & in cõſ.392. incipien.in pri-
mis in 3.volum.& in conſ.10. in quæſtion.vol.quint. num.3.
hanc eandem ſententiam adiuuant, & confirmant quæ fuere
obſeruata à Cardi.in cap.ſignificauit.de teſtibus, vbi dixit,
4 confeſsionem ſine cauſa † etiam per verba enunciatiua, vel
mera probare liberationem, auctoritate Accurſ.in l.tale pa-
ctum. in princip.de pact. & ſequitur Felin.in dict.cap.ſigni-
ficauit.colum.2.verſicul.nota tertio.& hoc fauore liberatio-
nis, & de hac concluſione vide ſupra concluſionem, Con-
feſsio facta ſine cauſa.limitation.5.vbi concordantia,& con-
traria cum extenſionibus habentur, & infra concluſionem,
Liberatio,& Solutio.

Concluſionem limitabis,vt non vera ſit,quando huiuſmo-
5 di confeſsio emergit in præiudicium tertij, † nam tunc con-
feſsio debiti non probat debitum, vt per multa exempla, &
allegata colligere eſt à Matthæ. de Afflict. de iure prothom.
§.quartus. numero 11.cum ſequent.& videas Burſat.in conſ.
32. numero primo, per totum Pariſ. conſ. 27. quæſtio,
quæ proponitur, numero 4. verſicul. ſi ergo maritus cum
ſequent. volum. 4. Bellon.conſil.47.in cauſa eorum de Mun-
chinis.num.4.verſic.4.ſecus reſpectu creditorum. Gabriel.in
communibus concluſionibus, concluſ.4.poſt num.2.verſicul.
contrarium.& ſequen.libr.3.de iure dot. de qua confeſsione
vide latius in concluſione,Confeſsio.

CONCLVSIO CCCCLXXIII.

ARGVMENTVM.

*Debitum an præſumatur præceßiſſe ex ſolutione decem an-
norum.*

SVMMARIA.

1 *Debitum ex ſolutione decem annorum præceßiſſe præſumitur.*
2 *Debitum non probatur, quando fit vna ſolutio per decem annos.*

DEbitum pręſumitur pręceſsiſſe † ex ſolutione decem an-
1 norum, vt à præſtantiſsimo Papiniano traditum eſt in l.
cum de in rem verſo. ff. de vſur. & colligere eſt ex reſcripto
Imperatorum Diocletiani, & Maximiani in l.ſi certis annis.
C.de pact.& ibi Dd.& præcipue Bald.nu.7.& idem Bald. re-
ſpondit in conſ.238.nu.4.vol.1.qui tamen loquitur in termi-
nis longiſsime præſtationis.

Hoc limitare ita poteris non procedere, quãdo fieret, vna
2 ſolutio per decem annos, † quia ex ea nõ probatur debitum,
vt Bart.docuit in l.eum.qui,alias incipit,Iabolenus.poſt.n.3.
verſ.ratio eſt,quia, ff.de ann.lega. vbi expreſſe limitat d.l.cũ
de in rem verſo,& l.ſi certis annis, & idem etiam dicunt Pe-
trus, Cynus, & Baldus, in l.2.nu.2. C.de dotis promiſ. quos
refert,& ſequitur Hieronym. Gigas in tract. penſion. quæſt.
18.numero 5.

CON-

CONCLVSIO CCCCLXXXIIII.

ARGVMENTVM.

Decimæ an probentur per teſtes ſingulares, & quomodo, & laicus decimas percipiens, quid probare debeat, vt illas poſsit retinere.

SVMMARIA.

1 *Decimæ probantur per teſtes ſingulares, & quomodo. Contrarium. num. 3.*
2 *In decimis tempus, & locus non eſt de ſubſtantia actus.*
3 *Rectores eccleſiarum illius prouinciæ, in qua petuntur decimæ, admittuntur ad probandum conſuetudinem alicuius loci non ſoluendi decimas.*
5 *Decimas ſolutam fuiſſe eccleſiæ quando probatum eſt, probari etiam debet ſolutam eſſe pro cauſa ab eccleſia allegata.*
6 *Decimas percipiens laicus, vt illas poſſit retinere, & contra eccleſiam ſe tueri, quid probare debeat.*
7 *Decimas percipiens laicus aſtrictus eſt ad probandum eas recepiſſe, ante Concilium Lateranenſe.*
8 *Decimas ſi laicus probet tantummodo ſe poſſediſſe ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, & alleget conceſſionem ſibi factam ante Concilium Lateranenſe, ſtandum eſt eius aſſertioni.*
9 *Actori, qui probauit diuturnam poſſeſſionem decimas percipiendi, non incumbit onus probandi ſuos maiores de huiuſmodi decima, vel redditu ante Concilium Lateranenſe fuiſſe inueſtitos.*
10 *Laicus ſi probare poterit poſſeſſionem decimas percipiendi tanti temporis, cuius memoria in contrarium non extat, obtinebit, ac ſi appareat conceſſionem factam fuiſſe ante Concilium.*

DEcimæ probantur per teſtes ſingulares, videlicet ſi vnus
1 dicat † vidiſſe eccleſiam recipere vno anno decimã de fabis illius cãpi, alij dicant de ordeo illius cãpi alio anno, alij de frumento alio anno, nihilominus enim recte probant, vt aſſeruit Spec. in tit. de inquiſitione, §. 1. verſ. & prodeſt. num. 18. & in tit. de teſte. §. iam de interrog. verſ. hic eſt quod ſi qs vult probare iuriſdictionem, nu. 13. cui reſpondet, quod conſuluit Gemin. in conſ. 117. nu. 3. verſ. ſicut dicimus, cuius rei
2 illa eſt ratio, quia in decimis tẽpus † & locus non eſt de ſubſtantia actus, ideo non refert, ſi vnus deponat de vno tẽpore, & alius de alio, iuxta ſententiã Spec. vbi ſupra, cuius ſententiam plurimi ſunt ſequuti, vt Gui. Pap. dec. 544. & Aret. in l. facto. §. item quæro. in 2. notab. ff. de vulg. & pup. Io. Andr. in c. qualiter, & quando, col. 3. de accuſat. Corn. conſi. 34. col. pen. vol. 2. nu. 11. & in conſ. 341. col. 5. & ſeq. vol. 1. & in conſ. 247. col. 8. & ſeq. vol. 2. Cæpol. in conſ. 3. ciuil. colum. 4. poſt nu. 9. verſi. ſecundo eſt ſingularitas teſtium ſubalterna. Venafr. in conſ. 1. Crau. in conſ. 78. col. 3. Grat. in conſ. 150 nu. 58. col. 2. vol. 2. Ruin. conſ. 67. col. 7. nu. 15. vol. 5. & conſ. 177. col. 1. vol. 5. & Nell. à S. Gemin. in ſuo tract. de teſtib. num. 82. uerſ. teſtis inductus ad probandum mutuum.

3 In contrariam deſcendere † ſententiam Hoſt. in ſumm. de teſt. §. quæ diuerſitas. ver. quid ſi agatur, de deci. vbi ẽt refert ibidem hoc idem ſenſiſſe Goffr. & voluit etiam gl. fi. in c. nihilominus, 3. q. 9. quos recenſet Alex. in conſ. 100. poſt num. 5. verſ. fortius videtur, vol. 1. & idem in conſ. 72. num. 4 vol. 1. & & Iac. Aegid. in ſuo tract. de teſtib. in princ. nu. 32.

4 At econtra † ad probandum conſuetudinem alicuius loci non ſoluendi decimas admittuntur rectores eccleſiarum illius prouinciæ, in qua petuntur decimæ, ita ſcripſit Abb. in c. inſuper. de teſtib. Alex. reſpondit in conſil. 78. in cauſa, & lite verten. nu. 2. volum. 1.

Verum decimam ſolutam fuiſſe eccleſiæ non ſufficit ſolum
5 probare, † niſi etiam probetur ſolutam eſſe pro cauſa ab eccleſia allegata, vt ſi aſſeuerauit, quod pro canone debito eccleſiæ ratione directi dominij ſit ſoluta: id enim debet probari, ſi credimus Saly. in l. ſi certis annis. C. de pact. poſt Bart. in l. cum de in rem verſo. nu. 3. ff. de vſuris. & Anto. de Butr. in repeti. c. peruenit. de cenſib. quos refert ſequendo Alexan. in conſ. 14. nu. 9. volum. 2.

Eiuſmodi eſt illud, vt laicus decimas percipiens, ad id, vt illas poſſit retinere, & contra eccleſiam illas vendicantẽ poſſit ſeſe tueri, debet probare illas poſſediſſe tanto tempore,
6 † cuius initij memoria non ſit in contrarium. Item famã extare illas habuiſſe ante Concilium Lateranenſe, ita voluere Imo. Io. And. Henric. Boic. & alij ſcribentes in c. cum Apoſtolica. præſertim Abb. nu. 12. verſi. ſed pulcherrimum dubium. de his, quæ fin. à Prælato per illum tex. ibique Abb. poſt num. 12. verſ. & cum hac opinione, putat iſtam opinionem æquam, nam alioqui propter difficultatẽ probandi, vt ipſe inquit, ſæpe laicus priuaretur iure ſuo quod etiam ſequitur Rebuff. in ſuo tract. de decimis, quæſt. 13. nu. 69. Feli. idem probauit in c. cauſam col. 1. verſ. limita dupliciter, nu. 3. de præſcri. hoc quoq; deciſum fuit in Capel. Tholoſ. q. 440. itẽ fuit quæſitum olim, atque reſpondit Alex. in conſ. 6. nu. 5. lib. 1. quos conſulendo ſequutus eſt Barb. in conſ. 49. col. 3. verſ. eñ ergo. vol. 3.

Contrariam ſequutus eſt ſententiam Hoſt. in d. c. cum Apo
7 ſtolica, vbi voluit † laicum aſtrictum eſſe ad probandum eas recepiſſe ante Concilium Lateranenſe, quod probat quinque rationibus, quas refert Henri. Boic. in d. c. cum Apoſtolica, & ibid. Abb. d. num 2. & Barb. in conſ. 35. nu. 13. vol. 2. verſ. quid operante peccato, qui tamẽ huiuſmodi opinionem Hoſtienſis improbant. Hanc eandem contrariam opinione vna cum Hoſtienſe tenuerunt Archidiac. Io. Mona. in c. 2. de decim. li. 6. quos refert reprobando tamẽ additio. ad d. q. 440. Capell. Toloſ. num. 3.

Verum qui priori opinioni adhærere voluerit, quam pro
* communi * adducit Abb. in d. c. cum Apoſtolica. nu. 11. verſic.
8 vltimo hic quæritur. Ampliare poterit, vt etiã vera ſit, † quando laicus probaſſet tantummodo ſe illas poſſediſſe ex tempore, cuius memoria non extat in contrarium, & allegaret conceſſionem ſibi factam ante Concilium Lateranenſe, quia tunc parendum eſſet eius aſſertioni, vt cõſulendo tenuit Barbat. in d. conſil. 35. verſ. ſecundo præſuppono. num. 9. lib. 2. &
* de * communi atteſtatur ibidem. num. 17. verſ. quod ſi laicus probat, vbi multa ſimilia adducit, & in colum. 5. num. 8. verſ. quod illi defertur iuramẽtum, ibidem illud colligit, quod ex quo actor probauit huiuſmodi diuturnam poſſeſſionem, ſibi
9 † non incumbere onus probandi ſuos maiores de huiuſmodi decima, vel redditu ante Concilium Lateranenſe fuiſſe inueſtitos, ſed totum illud Barbat. reſponſum tibi in hac materia erit videndum, vbi plurima ad idem tendentia in medium affert.

Hanc etiam ampliationem videtur comprobare Alexand. in conſ. 6. nu. 5. verſ. quod laici decimas. vol. 1. per doctrinam Io. Andr. & Anton. de Butrio. vbi inquit, quod ſi laicus poterit probare poſſeſſionem tanti temporis, cuius memoria in
10 contrarium non extat, obtinebit, † ac ſi appareret, con-
* ceſſionem factam fuiſſe ante Concilium, & ibi de * communi ſcribentium ſententia atteſtatur. In hanc eandem deſcendere ſentẽtiam Imo. & But. in d. c. cum Apoſtolica. Alberi. de Roſa. in ſuo dictionario, in ver. decimo ſexto, circa fin. verſic. quid ſi neſcitur, quos etiam refert ſequendo Balb. in ſuo tracta. de præſcrip. in 1. par. 5. par. princ. q. 7. poſt nu. 21. verſ. ſic.
* concludunt Butr. & Imol. & confirmant ibi * communi ſcribentium calculo hanc eſſe receptam opinionem. Quod ſi latius hæc cognoſcere volueris, conſulas hæc fuſius proſequentem Rebuff. in d. q. 13. de decim. & Balb. in d. q. 7. 1. par. 5. partis principalis per totum.

CONCLVSIO CCCCLXXXV.

ARGVMENTVM.

Deciſiones Rotæ an ſint neceſſariæ, & poſſunt adduci ad deciſiones cauſarum.

SVMMARIA.

1 *Deciſiones Rotæ, licet probabiles ſint, tamen non ſunt neceſſariæ, nec ad deciſiones cauſarum adduci poſſunt. Contrarium. num. 10.*
2 *Sententia contra deciſiones Rotæ valida eſt.*
3 *Deciſiones Rotæ ſunt dicta probabilia, ſicut alia dicta Dd. & Rotæ non eſt ſequenda, vbi liquido conſtat de rationibus Doctoris alicuius.*
4 *Deciſiones nouæ, vel Aegidij Bellameræ ſunt probabiles, & magiſtrales, ſed non conſtituunt ius, licet ſint magnæ auctoritatis.*
5 *Auditores recentiores, quando debeant ſequi deciſiones antiquorum.*
6 *Auctoritati cuiuſcunque non eſt credendum, niſi is ſit qui poſſit condere leges, vel dictum ſuum ratione probetur.*
7 *Deciſiones Rotæ non ſunt iura, & ideo poſſunt reprobari.*
8 *Communis opinio maioris eſt auctoritatis, quam ſit Rota.*
9 *Iudex quare non cogatur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ, quibus fides adhibetur tanquam deciſionibus magiſtralibus.*
11 *Deciſiones in curia Romana quare faciant ius ad inſtar ſtyli.*
12 *Intellectus Cardin. in c. Paſtoralis, in vltim. quæſt. de fide inſtrum.*
13 *Deciſiones Rotæ extra curiam faciunt fidem tanquam reſponſa prudentum.*

14 Capella

Digitized by Google

14 Capella poteſt errare, ſed eccleſia nequaquam.
15 Deciſiones, ſi reperiatur inter ſe contraria, adeo vt diſtinctionis fœdere non poſſint conciliari, parendum eſt vltima.

DEciſionis Rotæ licet ſint probabiles, tamen non eſſe ne-
1 ceſſarias, † nec ad deciſiones cauſarũ poſſe addnci, tra-
ditum eſt à Feli. in c. 2. col. vlt. poſt nu. 46. verſ. ad idem de re-
gularibus, de reſcri. & ab eodem Fel. ſcriptum eſt in c. Paſto-
ralis. col. fiu. no. 5n. verſ. & idem eſt de deciſionibus Rotæ, de
2 fid. inſtr. vbi illud elicit, † validam eſſe ſententiam contra de-
ciſiones Rotæ, quod etiam placuit Dominico in cap. duobus.
col. 5. nu. 6. de reſcrip. & ibi Franc. nu. 10. in 6. vbi inquit, de-
ciſiones huiuſmodi eſſe dicta probabilia, ſicut alia dicta Dd.
3 & ideo Rota non eſt ſequenda, vbi liquido cõtra cõſtat † de
rationibus Doctoribus alicuius, & ſequitur Iaſ. in l. 1. nu. 3. ff.
ſi cer. pet. & ibidem Dec, col. 6 nu. 25. verſ. & ideo decisiones.
& Fel. in c. qualiter, & quando. il 2. poſt nu. 3. remiſſiue, de ac-
cuſa. hoc etiã probauit Baptiſta de S. Blaſio in repet. proœmij
4 decret. In 3. q. dicens, † deciſiones nouas, vel Aegidij Bella-
meræ eſſe probabiles, & magiſtrales, non tamen conſtituere
ios, licet ſint magnæ auctoritatis, locupletiſſimum teſtẽ lau-
dat non minus dignitate, quando doctrina inſignem Card. in
c. paſtoralis. q. fiu. de fid. inſtr. idem quoque voluit Gemin. in
conſ. 34. incip. ſuper præmiſſo dubio. col. 3. nu. 5. verſ. nec de-
5 bent, dicens, † non debere auditores recentiores ſequi deci-
ſiones antiquorum, niſi quando in eis adducuntur iura, vel
ratio vrgens de iure, quia onn eſt credendum auctoritati cu-
iuſcunque, niſi ſit iſtiuſmodi, qui poſſit condere leges, vel di-
6 ctum ſuum † ratione probetur, vt ſancitum eſt in c. ego ſolis
9. diſt in. Præterea deciſio Dominorum non conſtituit ius, niſi
quoad partes, inter quas iudicatur. Idem Gemin. hoc conſu-
luit in conſ. 143. caſus talis eſt dudum beneficio, in col. fi. poſt
nu. 2. in fi. verſ. & ſi dicatur, quicquid Rota teneat, & in c. ne-
que. 9. diſt. & ibi Cardin. Alexandrinus, qui fuit Auditor Ro-
tæ, qui hunc in modum loquitur, Deciſiones noſtræ non ſunt
7 iura, & † ideo poſſunt reprobari. idẽm videtur etiam tenere
Bellame. in deciſ. 42. in fiu. ſi in cauſa proſa. de lit. conteſt. cu-
jus hoc verba ſunt: Quod concluſio Rotæ eſt ex inaduerten-
tia, & eam reprobar, dicens, quod forte in exitu conſiliorum
Domini non intelligentes indelibetate reſponderunt, ſicut
vidit quandoque accidere, hoc idem ſequnti ſunt Mari. Soc.
in c. 1. in antepenult. col. q. 28. de lit. conteſt. & Barbat. in c. 1.
8 col. 15. de lit. conteſta. aſſerens † communem opinionem eſſe
maioris auctoritatis, quam lit Rota, & refellit ſententiam I-
molæ contrarium ſentientis, & refert Neuizan. in ſilua nupt.
car. mihi 206. in reg. quãdo eſt ſequenda communis opinio.
ampliat. 4. Huic eidem opinioni ſuffragatur dec. 17. Caſſind.
9 de præben. nu. 7. vbi inquit, iudicem † non cogi iudicare ſe-
cundum deciſiones Rotæ, quia non ſunt approbatæ à Sum-
mo Pontifice, ſed eis fidès adbibetur tanqnam deciſionibus
magiſtralibus, & gloſſ. in regul. cancellar. in proœmio folio
mihi 4. in princip. inquit quandoque Rotam rotare, & Bar-
bat. retulit in rub. de ſumma Trinit. & fide catholica. in clem.
in fin.

10 Nec grauiſſimorũ auctorum ſententia, atque rationes † Pa-
ninũ, qui fuit Rotæ Auditor, permouere non potuerunt, quin
illorum opinioni aperte reſtagaretur in prẹludijs extrauag.
Ioan. XXII. qui reprehendit Domin. in d. c. duobus, eo quod
ille, & Petrus Anchara. conſuluerunt contra Rot. vbi aſſeruit
11 deciſiones in curia Romana facere ius † ad inſtar ſtyli, cum
ad auditores ſpectet interpretari verba, & mentem Põtificis
Max. in reſcrip. & cum cauſæ cognitione. & pleno examine, &
ſunt in quaſi poſſeſſione, ſciente, & patiẽte, immo volente, &
mandante Pontifice, argumento, quæ not. Io. Andr. poſt Hoſt.
in c. 1. de poſtula. Prælat. dicens Petrum de Anchar. & Domi-
nic. qui contra Rot. conſuluerunt pace illorum, ibique egiſſe.
Proſternit etiam opinionem Io. Mona. & Io. Andr. retenta o-
pinione Archid. & multas ibidem refert deciſiones, ex qui-
bus concludit, ipſas inſtar ſtyli in curia Romana conſtituere
ius. Et ad hoc probandum adducit capitulum ſicut, de re iu-
dica. vbi ſummus Pontifex adducit ſtylum ſapientum, & ibi
12 facit mentionem de dicto † Cardin. in c. Paſtoralis. in vltima
quæſt. de fid. inſtru. dicens illud procedere, niſi ſæpius ſecun-
dum ipſas deciſiones reperiatur iudicatum, adeo quod ſit ſty-
lus introductus. vel cõſuetudo l. ſi de interpretatione. l. nam
& Imperator. ff. de legib.

13 Extra curiam autem loquit ibi Pauin. faciunt fidem † tan-
quam reſponſa prudentum. §. reſponſa prudentum. Inſtitut.
de iur. natur. & in hac opinione reſidet ipſe Pauinus.

Quibus magis placuerit prior opiniò, poterunt illam am-
pliare, idem procedere quoad deciſiones Capellæ Tholoſa-
næ, quæ ideo dicitur Capella, non autem eccleſia, quia Ca-
14 pella poteſt errare, † eccleſia autem nequaquam, ſecundum
Ioann. Moutiagne in tract. de Bigamia. quæſt. 5. col. 12, nu. 29.
verſ. item notabis ad deciſionem Capellæ Archiepiſcopalis
Tholoſanæ.

Vnde ex hac eadem ratione idem dicendum erit de deci-
ſionibus Regni Neapolitani, & Curiæ Delphinatus, & Pede-
monra. & in alijs ſimilibus deciſionibus, vt inquit Neuiza. in
relata 4. ampliatione.

Quod ſi reperiantur deciſiones inter ſe contrariæ, adeo vt
15 diſtinctionis fœdere non poſſint conciliari, † parendum erit
vltimæ deciſioni, vt cenſuit idem Panin. vbi ſupra, vt per ſi-
militudinem obſeruauere ſcribentes in c. 1. de conſtitut.

CONCLVSIO CCCCLXXXVI.

ARGVMENTVM.

Declaratio voluntatis teſtatoris quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 Declaratio voluntatis teſtatoris probatur per duos teſtes.
2 Legatum validum, & obſcurum quoad verba poteſt coram duobus teſtibus declarari.
3 Mulier ad probandam declarationem voluntatis teſtatoris recipitur, licet alias in teſtamentis repellatur.
4 Declaratio voluntatis teſtatoris quando per vnicum teſtem probatur, ſatis eſt vt declaretur per ipſum, cui hoc teſtator commiſerat.
5 Teſtis probat declarationem voluntatis teſtatoris, quando iureiurando affirmat eam fuiſſe voluntatem ipſius.
6 Declaratio voluntatis teſtatoris debet etiam confirmari ex coniecturis probabilibus, nec ſatis eſt ſola aſſertio ipſius teſtis.
7 Electus à teſtatore ad declarandum eius voluntatem, ſi iuramento affirmauit talem fuiſſe mentem ipſius, ille credendum erit abſque alijs coniecturis.
8 Electus à teſtatore pro declaratione ſuæ voluntatis, poteſt declarare abſque eo, quod citetur pars, quæ ex hac declaratione lædi poſſet dummodo nihil de proprio ſenſu iudicet, & expleret ſolum teſtatoris voluntatem.
9 Contra dictum declarantis voluntatem teſtatoris, nihil opponi poteſt, neque etiam contra ipſius perſonam, ſi fuit electus ab ipſo teſtatore.
10 Electus ad declarandum voluntatem teſtatoris, ſi aliquid ſecundum proprium ſenſum iudicauerit, pars debet citari, quæ ex hac declaratione lædi poteſt, & eius præſentia neceſſario requiritur.
11 Relictum, ſi inutile omnino eſt, & per declarationem vtile reddatur, tunc eadem ſolemnitas adhibenda eſt in declarando, quæ conſueuit in dando requiri.

1 DEclarationem volũtatis teſtatoris probari † per duos te-
ſtes inſigniter tradit gl. in l. hæredes palã. §. ſi quid poſt
factum teſtamentum per l. vbi numerus. ff. de teſtam. huic ſen-
tentiæ conſulendo aſſenſit Oldr. in conſ. 297. num. 7. aſſerens
voluntatem circa declarationem teſtamenti per duos teſtes
probari poſſe, idem reſpondit Sign. in conſ. 188. nu. 19. hoc ẽt
placuit Bar. in d. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt factum. nu. 4.
& illum ſequutus eſt Caſtren. ibidem, nu. 13. ſcripſit Bal. in l.
quamuis. nu. 1. & Salic. ibidem nu. 4. de impub. & alijs ſubſti.
quamplures etiam conſulti reſponderunt, vt Bal. in cõſ. 440.
2 vol. 2. Alex. in conſ. 54. nu. 3. vol. 3. dicens † legatum validum
& obſcurum quoad verba poſſe coram duobus teſtibus de-
clarari, per gl. ſingularem in d. §. ſi quid poſt factum quę pro
* communi * ſententia Dd. eſt recepta, vt ibi ipſe eſt teſtatus.
Corn. etiam in conſ. 174. nu. 13. vol. 2. Pariſ. in conſ. 34. nu. 46.
* vol. 2. & in conſ. 13. nu. 14. vol. 3. in quo loco * communem eſ-
ſe opinionem itidem affirmat, idẽ reſpondit Cur. iun. in conſ.
56. nu. 10. ſcriptum reliquit Socin. ſen. in l. 1. nu. 38. verſ. 3. ff.
de vulg. & pupil. ſubſtit.

Primo loco ampliabis, vt concluſio procedere poſſit etiam
3 ſi probaretur ex teſtimonio mulieris, † quæ ad probandum
declarationem voluntatis recipitur, licet alias in teſtamentis
repellatur, vt cautum eſt in l. qui teſtamento. §. mulier. de te-
ſtam. & ita in hac hypotheſi reſpondit Oldr. in cõſ. 297. nu. 8.
quem citat Franciſ. Manti. in ſuo eleganti tract. de coniect. vl-
timar. volunt. lib. 3. tit. 1. nu. 13.

Secundo ampliare poteris, vt ẽt concluſio locum ſibi ven-
dicare poſſit, ſi per vnicũ teſtẽ probetur declaratio hæc, quia
tu.ic

4 tunc ſatis erit per ipſum, vt declaretur † cui hoc teſtator com
miſerit, iuxta caſum.l.Theopompus,& ibi tradita à Bar.de
dot.prælega. ꝙ & tradit Soc.ſen.in l.ſi ita ſcripſero.nu.3.de
condi.& demonſt.& reſpondit Gozadin.conſ.3.nu.27.quod
procedit tam ratione quantitatum, vt loquitur d.l.Theopom
pus, quam gratia perſonæ cui teſtator legare voluerit, vt in l.
quē hæred.ff.de cond.& dem.& docuit Manti.d.tit.li.3.n.15
5 Intellige hanc ampliationem, vt demum vera ſit, † qñ is, cui
teſtōr commiſit declarationē ſuę voluntatis, iureiurando affir
mauerit eam fuiſſe voluntatem teſtatoris, ac etiá ex verbis ip
ſius teſtamenti conſtabit teſtatorem ipſum commiſiſſe ei hāc
declarationē, vt docte declarat idem Franciſ. Manti. in iam
citato loco de coniectur. vltimar. volunt.lib.3.tit.1.nu.15. vbi
etiam vnum addit, huiuſmodi declarationem voluntatis de-
6 bere etiam confirmari ex coniecturis probabilibus, † nec ſa-
tis eſſe ſolam aſſertionem ipſius teſtis, vt poſt Bar.in d.l.Theo
pompus, n.4.& Imo.in l.illa inſtitutio.nu.9.ff.de hæred.inſtit.
ac alios congeſtos per Didac.in capit.cum tibi.in fin.de teſta
ment.egregrie conſultus explicauit Pau.de Caſtr.in conſ.77.
num.ſecundo.volum.2.

Quod pronunciatum tempera, vt tunc demum verum ſit, ſi
ipſe electus à teſtatore ad declarandum eius voluntatem per
7 hibuerit teſtimonium iniurato, † ſecus ſi iuramento aſſirma
uerit, talem fuiſſe ipſius, nam eo in caſu ei erit credendū abſ-
que alijs coniecturis, vt declarat Pau.de Caſtr.in d.l.quē hæ-
redi.nu.1.& eſt ſequutus Ruin.in conſ.19.nu.5.vol.2.cui aſ-
ſentit Mantica d.nu.15.verſ.ſed illud tamen aduerte.& hoc
ſine dubio procedit, ſi perſona electa à teſtatore honeſta ſit,
& bonę famæ, vt cauit Bal.in l.captatorias. nu.8. C.de teſta-
men.milit.

Tertio amplia cōcluſionem, vt vſque eo vera ſit, vt iſte ele
ctus à teſtatore pro declaratione ſuæ voluntatis, poterit de-
8 clarare abſque eo, quod citetur pars † quæ ex hac declaratione
lædi poſſet, dummodo is declarans explicet ſolum volunta-
tem teſtatoris, & nihil de proprio ſenſu iudicet, ita tradit Ro
ma.in l.captatorias, n.4.C.de teſt.mili.& cōſuluit Ruin.conſ.
19.nu.4.& 9.vol.2.& ſcripſit Iaſ.in l.ſi quis arbitratu. nu.22.
9 verſ.4.de ver.obli.cuius rei illa fuit ratio, † quia contra di-
ctum illius declarantis nihil opponi poteſt, neque etiam cō-
tra ipſius perſonam, cum fuerit electus ab ipſo teſtatore, vt
probant auctoritates iam illatæ, ſecus ideo erit, ſi iſte electus
ad declarandum voluntatem teſtatoris ex ſe, & ſecundū pro
prium ſenſum aliquid iudicauerit, quia eo caſu præſentia &
10 citatio partis, quæ ex hac declaratione lædi poteſt † neceſ-
ſario requiritur, vt proditum eſt in l.ſi quis arbitratu, & ibi
Bart.ff.de verbor.obligat.in l.mulcta.de condit.& demonſt.
cum alijs allatis per Manticam loco iam ſæpius citato, n.16.
ea ratione, quia præſentia partis poteſt teſtem debentem de-
clarare, trahere in contrariam ſententiam, l.ſi in tres, de re-
cept.arbitr.

Limita & intellige, vt concluſio vera ſit, quando relictum,
quod venit declarandum, ſit obſcurum, ſed tamen eſt vtile, &
propter defectum probationis inutile reddi poſſit, ſecus ve-
11 ro, † ſi tale relictum inutile omnino eſſet, & per declaratio-
nem confirmaretur, ac vtile redderetur, qui tunc eandem ſo-
lennitatem adhibendam eſſe declarando, quæ conſueuit in
dando requiri. docuerunt poſt Dyn.Bart.in d.l.hæredes pa-
lam.§. ſi quid poſt factum, nu.4.de teſtam.& ibi Paul.de Ca-
ſtr.nu.13.Bal.ēt ſenſit in l.in fi.C.de codicil.& conſuluit Pa-
riſ.in conſ.58.nu.33.vol.3.Hos refert, & ſequitur Franciſ.Mā-
tica de coniectur.vltimar.volunt.lib.12.tit.16.nu.8.

Reliqua huc ſpectantia tradentur à nobis infra in conclu-
ſione, Mutatio voluntatis, in concluſione, Voluntas teſtatoris
quas velim videas.

CONCLVSIO CCCCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis quis interpoſitum fuiſſe probare debeat & quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 Decretum iudicis interpoſitum fuiſſe ex vera cauſa negans, id probare debet.
2 Decretum iudicis præſumitur ex iuſta cauſa interpoſitum.
3 Pro decreto iudicis etiam præſumitur, quando in ipſo non eſt facta præcipua, & ſin-
gularis mentio cauſarum, dummodo adſit clauſula, omni meliore mo[...] 4
riam nu.5.
4 Ad præſumendum pro decreto ſufficit, quod etiam ſimpliciter dictum ſit, cum cauſa
cognitione, licet non enumerentur ſingularia. Contrarium nu.5.
6 In decreto iudicis diligens cauſæ requiritur, circa qua non requiratur.
7 Decretum iudicis, vt præſumatur, requiritur, quod ſit facta ſingularis mentio cau-
ſarum, & ſolennitatum.
8 Pro decreto iudicis præſumitur ob eius auctoritatem, etiam ſi ſit homo nequam, &
improbus.
9 Decretum non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando interpoſitum eſt ex
abrupto.
10 Decretum iudicis requirit legitimam cauſæ cognitionem.
11 Cauſæ cognitio ex breuitate temporis præſumitur non interueniſſe.
12 Iudex quando in cauſa criminali dat curatorem minori inquiſito, aduertere debet,
ne eo momento temporis, quo datus eſt curator, det auctoritatem minori in ali-
quo actu.
13 Pro decreto iudicis præſumitur, quando cauſæ cognitio eſt talis, qua illico, et continuo
adhiberi poteſt
14 Pro iudicis decreto præſumitur, quando iudex ante decretum plenam habuit illius
cauſæ cognitionem
15 Sententia arbitri poſt compromiſſum proxime pronunciata, valet, & pro ea præſu-
mitur ex eo, quod ante cōpromiſſum cauſa erat longo tēpore diligenter examinata.
16 Decretum non præſumitur eſſe interpoſitum iuſtis de cauſis à iudicibus minoribus.
Contrarium nu.17.
18 Decretum iudicis non præſumitur interpoſitum ex iuſta cauſa, quando in ipſo eſſet
error manifeſtus per euidentiam facti.
19 Pro decreto iudicis non præſumitur, quando iudex eſſet idiota
20 Pro decreto iudicis non præſumitur, quando pars plene non docuiſſet iudicem de
negocio.
21 Pro iudicis decreto non præſumitur, quando in ipſo non interuenit cauſæ cognitio.
22 Notario aſſerente in inſtrumento cauſæ cognitionem interueniſſe in decreto iudicis,
non creditur Contrarium nu.23.
24 Pro decreto iudicis non præſumitur, quando alia probatio vrgentior vel certa ex-
cluderet illam præſumptionem.
25 Non præſumitur pro iudicis decreto quando ſit inſignis & magna læſio.

DEcretum iudicis interpoſitum fuiſſe ex vera cauſa negās
1 † id probare debet, vt ait Specul.in tit.de empr. & ven-
dit.§.nunc dicendum.verſ.& breuiter ſcias, nu.5. ad hoc pro-
bandum adducit l.& ſi præſes. C.de prædi. & alijs rebus mi-
nor.& l.ſiquidem.§.1.C.eod.nam hoc ſit, ne decreta prætorū
eluſoria ſint, vt ait Iulian.in l.ſi prætor. ff.de iudic. & ad hoc
conſuluit Alex.cōſ.147.viſo themate, & dubijs.poſt n.6. verſ.
2 pro tali decreto.in fi.vol.7.& ideo præſumitur † ex iuſta cau
ſa interpoſitum, vt Spec.ait vbi ſupra, & Bal. in l.quæcunque.
ff.de Publ.& Ang.in l.ſciendum. vbi Alex.nu.26 verſ.item fal
lit d.reg.ff de verbor.obligat. Felin. in c. quæ in eccleſiarum,
col 19 poſt nu.60.verſ.& pro hoc adducitur.de conſtitu.Dec.
in c.qm̄ contra.nu.187.verſ.vltimo no.de probatio.Ruin.cōſ.
63.videtur prima conſideratione, nu.1. & 2.vol.1.& idē Bal.
in l.quæcunque.poſt nu.2.verſ.item præſumitur pro decreto.
C.de bonis quæ liber.Caſtren.conſ.38 ſuper eo, quod quæri-
tur, in princ.vol.2.nu.1.& 2.Pariſ.conſ.98. col.4.nu.21.vol 1.
Aret.conſ.69.viſo puncto.poſt nu.2.verſ.præterea dato, quod
auctoritas iudicis.Curt.in repetitio.l.pacta nouiſſima, nu 13.
C.de pact.Alex.in conſ.125.viſis, & conſideratis, poſt nu.2.
verſ.4.& vlt.vol.1.& ſentit in cōſ.85. viſo themate.vol.2.alias
149.vol.7.in princ.& d.n.4.& in conſ.80.viſis themate, nu.5.
vol.5.& Hippol.Marſ.qui alios refert in ſing.ſuo 438.incipiē.
lex multum confidit, & ex adductis ab Alcia.de præſumpt.re
gu.3.pręſumpt.9.& in terminis in ea regula, pręſumpt.10 vbi
* de * coi atteſtatur Corn.in conſ.98.nu.1.vol.1 Abb.in c.quo-
niam contra.de proba.col.11.poſt nu.19.verſ.ſed reſpectu iu
ſtitiæ, vbi etiam Par.nu.137.& Iaſ.in l.nec quicquam.in §.vbi
decretum.nu.79.vbi habes, quo probetur, quando non ſit in
inſtrumento notarij, nec iudicis cōfeſſione, cauſa cognita in-
terpoſitum extitiſſe.ff.de officio proconſ.& l.& in l.mandata.
nu.6.de officio eius, & in l.poſt dotem.nu.83.ff.ſol.matrimo.
& in rub.C.qui admitti.n.7.& in l.pacta nouiſſima.n.8.C.de
pact.Corn.conſ 348.verſ.tñ non videtur.vol.1. & in cōſ.109.
col.1.in fi.verſ.& pro decreto iudicis. vol.3. Bal.in conſ.475.
verſ.& not.vol.1.conſ.66.verſ.quoad ultimum pactum.uol.3.
Quid pluribus? eſt text.in l.l.a. verſ.quod non arbitramur.C.
de offic.ciuil.iudic. quem text. adducit Bal. in l.errore. C.de
teſta.facit text.in l.ab ea parte.in 2.reſponſ. ff.de probat.

Primo ampliabis concluſionem etiam procedere, quando
3 in decreto non eſſet facta præcipua, & † ſingularis mentio cau
ſarum, vt conſulendo tradidit Ruin.d.conſ.63.poſt nu.3.verſ.
5.quamuis dicta, cum in ſpecie non exprimatur, dummodo
adſit clauſula, omni meliori modo, quia tunc præſumitur pro
decreto, ita Alex.d.conſ.80.viſis themate, nu.5.6.& 8.per ea
quæ [illegible] adducit, vol 5.

Secundo loco ampliare poteris, vt vera ſit quando ſimplici-

Digitized by Google

4 ter etiam eſſet dictum, † cum cauſæ cognitione: nam licet nõ
enumerentur ſingularia, nihilominus ſufficit præſumendum
pro decreto, ita tradidit Pau Caſt. in l. cum hi. §. ſi prętor. n. 2.
in fin. ff. de tranſact. quem refert, & ſequitur idem Alex. in d.
conſ. 80. nu. 6. quibus adhæret Abb. in conſ. 4. nu. 55.

Contra iſtas duas ampliationes vr̃ ſentire Ang in l. 1. C. de
5 fid. inſtrum. lib. 1 n. † & eſt de mente Bar Bal. & Ioã de Platea,
& cęterorũ ibi, & aliorũ, quos refert Alciat. de prę̃ſumpt. reg.
3. præſumpr. 1 n n. 3. & atteſtatur ibi ſub n. 4. iſtã opinionẽ eſ-
ſe in puncto iuris veriorẽ, nempe requiri cauſatũ declaratio-
nem, & ꝙ refert Caſtren. d. cõſ. 38. n. 3. verſ. in contrariũ facit.
Dec. conſ. 353. in caſu propoſito, col. 3. n. 7. verſ. & vlterius, &
in conſ. 403 q̃uis in caſu propoſito, col. 5. n. 19. verſ. poſtremo
conſiderandũ, & in d. c. qm̃ contra, n 190. verſ. & iſtud quod,
Bertr. conſ. 88. caſus ſuper quo. conſ. 15. verſ. præterea decre-
tum, vol. 3. Ruin. d. conſ. 63 vr̃ prima conſideratione, verſ. põt
& tertio reſponderi, vol. 1. Alex. d. l. ſciendum, poſt nu. 26. in
fine, verſic. quod tamen intellige, ff. de verbor. obligat.

Conciliabis tamen huiuſmodi controuerſiam fœdere di-
ſtinctionis, vt ſcilicet ampliationes procedant, quãdo in de-
6 creto non requiritur diligens cauſæ cognitio, † veluti in emã-
cipatione, vel manumiſſione facta per maiorem, vel quando
ſuccedit loco conſenſus agnati in contractibus mulierum ſe-
cundum formam ſtatutorum, nam tunc ſatis eſt, ſi ſimpliciter
aſſertur interueniſſe cauſæ cognitionem, vel apponatur clau-
ſula omni meliori modo, vel alia huic par.

Altera vero opinio tunc lucum habet, quando in decreto
requiritur cauſæ cognitio, nam tunc vt præſumatur, requiri-
7 tur, vt ſit facta ſingularis mentio † cauſarum, & ſolennitatum,
ita diſtingnit Alciat. in dict. regul. 3. præſumpt. 10. num. quin-
to, de præſumpt. quod confirmat, quod conſuluit Ruin. dicto
conſ. 63. poſt numerum ſecũdum, verſic. quod præſertim pro-
cedit, & num. ſeq.

Inſuper tertio ampliabis concluſionem procedere, etiamſi
iudex eſſet homo nequam, & improbus, etenim nihilominus
8 propter eius auctoritatem præſumitur † etiã pro decreto, ita
Bal. protulit in c. ſicut. per illum text. poſt nu. 3. verſ. no. pro-
pter auctoritatem. de re iudica & illum ſequitur Iaſ. in c. 1.
nu. 8. verſ. item diligẽter no. qui feud. da. poſſ. & in l. pacta no-
uiſſima, nu. 8. C. de pact. cui adhæret Franc. Nicolai in repertit.
c. quoniam contra in quæſt. fin. poſt glo. num. 29. de probat. &
Franciſcus Curt. in d. repet. l. pacta nouiſſima. dict. num. 13.
C. de pactis.

Primo limites uelim, concluſionem locum ſibi non uendi-
9 care, quando appareret, decretum fuiſſe † interpoſitũ ex ab-
rupto, veluti quia eodem tempore in alienatione rei minoris
interueniſſet auctoritas, ſeu decretum iudicis, & datio cura-
toris, ita cõſultus reſpõdit Ancharan. conſ. 72. viſis diligẽter.
ait, & refert, & ſequitur Alex. conſ. 218. viſis verbis. num. 10.
vol. 2. & idem voluit Anchar. conſ. 26. & conſ. 188. Lanfranc.
quoq; in tract. de arbitr. q. 22 in 4. pars. 5. memb. nu. 45. & vi-
detur ſentire Paul. Caſtr. in dict. conſ. 38. ſuper eo quod quę-
ritur, nu. 4. & ſeq. d. vol. 2. & facit. quod dicit idem Caſtren.
cogitaſſe donans de legitimatione filiæ tempore donationis:
quia ex breui poſtea interuallo fecit eam legitimare, ex quo
non habet beneficium l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio.
propter exiſtentiam, & ſuperuenientiam filiæ ratione dictæ
legitimationis ex pauco interuallo poſt donationẽ factæ, vt
in conſ. eiuſdẽ Caſtr. 434. Cor. in conſ. 89. li. 1. Curt. ſen. conſ.
46. col. 3. & ꝙ conſuluit Dec. in cõſ. 295. reſpõdeo per ordinẽ,
poſt. n. 5. col. 2. verſ. præterea dico, ꝙ cogitaſſe præſumitur.
Iaſ. in l. is apud quẽ, n. 16. C. de eden. & in l. in ius vocari. la 2.
§. prætor ait lo 2. nn. 1. ff. de in ius vocan. & in l. iudices. C. de
iudic. n. 1. 2. & 3. & in conſ. 21. nu. 5. lib. 1. & in conſ. 43 col. fin.
ver. item ex alio euidenter apparet nullitas huius ſententiæ,
vol. 4. & Alex. in conſ. 33. nu. 6. lib. 1. in quib. conſilijs ſimiliter
loquitur de ſententijs præcipitanter latis, non valituris. Pari.
ẽt conſ. 85. vidi copias, n. 46. & ſeq. vol. 1. atq; Bertrand. conſ.
90. venditio ſtabuli, n. 1. & 2. vol. 2. & Felin. in c. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ, col. 7. poſt nu. 13. verſ. quarto addit text. & ſeq. de
cõſtit. & proſequitur in terminis noſtris Octauius Simoncel-
lus Callienſis in tract. de decret. in lib. 3. titu. 7. inſpect. 3. nu.
47. verſ. declaratur modo, alios concordes adducens.
10 Tale enim decretũ † requirit legitimã cauſæ cognitionẽ,
vt tradit Vlpi. in l. n. agis puto. §. non paſſim. ff. de reb. cor. quę
11 quidem † cauſę cognitio ex breuitate tẽporis præſumitur
non interueniſſe, vt in l. ſi finit. §. ſi forte verſ. feſtinare non de
bet. ff. de dã. infec. & c. 1. de rebus eccleſ. non alienan. in 6. Fe
lin. in dicto cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 7. & ſeq. num.
decimoquarto, verſic. nono ad hanc partem, & verſic. vnde-
cimo pro hac parte, numero 15. de conſtitut. Dec. in l. de
alimentis. nu. 7. & ſeq. C. de tranſact. Ruin. d. conſ. 63. nu. 13.
verſ. quod autẽ propter, dict. vol. 1. & Bertr. conſ 278. nihil
opponitur, nu. 1. vol. 1. vnde Hippolyt. in ſua pract. §. nunc vi-
dendum, col. 6. nu. 32. & ſeq. dat conſilium, vt animum aduer-
tere debeat index, quando in cauſa criminali dat curatorem
12 minori inquiſito, ne patiatur, nec admittat, † quod eo momẽ
to temporis, quo datus eſt curator, det auctoritatem minori
in aliquo actu, nã ille actus eſſet nullus ꝓꝑ breuitatem tempo
ris, cũ liq̃do appareat nõ interueniſſe cauſæ cognitionẽ quæ
ad validitatẽ actus debet intercedere, ꝙ plurimorũ corrobo
rat auctoritatibus, vt placuit Bertr. cõſ. 293. viſa petitione, nu.
12. verſ. ex quibus omnibus. vol. 3. Hanc eãdẽ opinionem pro
bauit Cuman. in cõſ. 180. n. 3. hãc ẽt cõfirmauit pluribus in lo
cis Barbat. in cõſ. 1. col. 33. n. 13. verſ. quinimo plus dico, ibi,
ꝙ cum hodie ſit aliquis contractus. vol. 1. & in cõſ 40. n. 19.
verſ. vnde nõ valuit iſta præſtatio auctoritatis. col. 4. vol. 1. &
in conſ. 6 col. 2. in verſ. capio deciſionẽ. & in cõſ. 41. col. 4. ver.
hoc decidit in indiuiduo. vol. 4. & placuit Dec. in dict. conſ.
351. d. n. 7. & in d. conſ. 403. poſt n. 19. verſ. & ꝙ cauſæ cogni-
tio. Bertr. conſ. 113. ſentẽtia promulgata, n. 1. & per totũ, vol.
1. & Pariſ in d. conſ. 85. lib. 5. & in conſ 80. n. 49. vol. 1. loquẽs
ibi de ceſſione bonorũ cum cauſæ cognitione facta, & ſic in-
fert pro ea præſum & approbauere Petr. Anchar. Regien. in
quæſt. 16. num. 13. Bertr. conſ. 113. ſententia promulgata, nu.
ſexto, volum. 1.

Sublimita huiuſmodi limitationem non eſſe verã, qñ cogni
13 tio cauſæ eſſet talis, † quæ illico, & continuo adhiberi poſ-
ſet: quia tunc præſumeretur pro decreto, & valeret, ita Alex.
aſſeruit in conſ. 80. n. 9. vol. 5. & tradidit Purpurat. in rub. ff. de
officio aſſeſſor. q. 4. nu. 134. Imo. etiam in conſ. 99. col. 2. verſ.
ſextum dubium. Ruin. quoq; in conſ. 90. circa finem verſ. nec
ſecundum eum, vol. 5.

Ad hæc ſecundum ſublimitanda erit prædicta limitatio, vt
14 locũ non habeat, qñ iudex plenã habuiſſet † ante decretũ il-
lius cauſæ cognitionem: tunc enim ceſſat ratio, ergo & iuris
deciſio, vt l. illud. ff. ad l. Aquiliam. & Hippolyt. in rub. ff. de fi-
deiuſſor. q. 5. nu. 81. & 86. & ita ſenſit conſulendo Socin. in
conſ. 121. nu. 3. vbi loquitur de arbitro, qui poſt compromiſ-
15 ſum proxime pronunciauit: † nam ex eo, quod ante compro
miſſum longo tempore cauſa erat diligenter examinata, & di
ſputata coram eo, valet ſententia, & pręſumitur pro ea, vt ex
ibidem relatis colligere poſſumus.

Secundo limita concluſionem nõ procedere in iudicib. mi
noribus, vt in magiſtratibus pedaneis vel municipalibus: ete
16 nim in ipſis non præſumitur † decretum eſſe interpoſitum iu
ſtis de cauſis, ſicuti in maioribus iudicibus, in Præſide Præto-
re, & ſimilib. ita ſapiẽter monuit Bal. in l. tutores. ff. de confir
matio. tut & Azo. in ſumma. C de tut. & curat. q non ſatiſdãt.
& ſequitur Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima, poſt n. 9. verſ. limita ꝑdi
cta oĩa qui feu. da. poſ. & in d. rubr. C. q admitti poſt n. 7. uerſ.
niſi rñdeas. prout ſingulariter limitauere Bald. & Frãc. Curt.
in d repetitio. d. l. pacta nouiſſima. nu. 14. verſ ꝙ verit intelli-
gatis. & Marſ. in d. ſingulari ſuo 478. nu 2. incipien. lex multũ
confidit. Pariſ. conſ. 98. col. 4. nu. 21. verſ. prout etiam tollitur,
vol. 1. Trigon. in ſing. 122. diligẽter obſeruabis. poſt n 2. verſ.
limita ſingulariter. Bertr. in col. 226. col. 3. verſ. pręterea dicta
Dd. vol. 3. in nou. & late proſequi idem Simoncell. Callien. d.
lib. 3. tit. 7. inſpectio. 3. nu. 41. ad num 43. nam decretum maio
rũ Magiſtratum multum operatur, vt dixit excellens Octa-
uianus Vulpellius à ſancto Angelo Mataurenſe, conſ. 44. num.
10. volum. 1.
17 Contrariam † ſequutus eſt ſententiã Dec. in l. pacta nouiſ-
ſima. col. 1. verſ. ſecundo nota. nu. 6. C. de pact. & ibi Alciat. in
gl. in uerb. maxime.

Tertio limitare poteris, qñ in tale decreto eſſet error mani-
18 feſtus † per violentiã factũ, ita cauſũ eſt à Pau. de Caſt. in cõſ.
174. incip. cõtra ſuperius cõſulta, nu. 5. vol. 1. vbi ad hoc addu
cit obſeruata ab Imo. in c. propoſuiti. de probatio. ſic ẽt cen
ſuit Bal. in l. 2. in §. ſed alio. in t. lect. n. 15. q. fin. ff. de ex noxali
cauſa

cauſa agatur.per ea,quo fuerẽ animaduerſa in l.Imperatores.
ff.de priuile.credit.& huic ſententię conſenſere Marſ.in d.ſingul.438.& Alciat.d.regu.3 præſumpt.10.nu.11.de præſumpt.
vt & proſequitur idem Callien.d.lib.3. tit.7.inſpectio.3. nu.
50.verb.quarto declaratur.

Quarto limitabis concluſionem non procedere,quando in
19 dex eſſet idiota,† quia tunc non præſumitur pro decreto : nã
non eſt veriſi nile illum curaſſe obſeruanda iuris ſolemnia requiſita, quæ ignorat, vel adhibuerit legitimã cauſæ cognitionem,ita reſponſum fuit ab Aret.in conſ.69.poſt nu.2.verſ.pręterea dato, quem refert ſequendo Alciat.in d.reg.3.præſump.
10.nu.11.de præſumpt.& proſequitur dictus Callien.d.tract.
de decretis.lib 3.titu.7. inſpectio.3. nu.39. verſ.tertius caſus
eſt,multa ad idem tendentia adducens, quæ ex te videre poteris,ad num.41.

Quinto limita concluſionem nõ habere locum,qñ pars ple
20 ne non docuiſſet iudicem de negotio, † nam tunc non præſumitur pro decreto,ita concludit Bal.in conſ.375.nu 4.vol 3 p
tex.in l.1.C.de prædijs decur.lib.10. & refert illum ſequendo
Alcia.in d.reg.3 præſumpt.10. nu.9. vt & proſequitur dictus
Callien.d.lib.3.tit 8.inſpectio.3.n.49. verſ.tertio declaratur.

Sexto loco limita, qñ in decreto non interuenit cauſæ co
21 gnitio,tunc nempe† nõ præſumitur pro decreto, ſi credimus
Pau.de Caſtr.in d.conſ.38 col.1.verſ.in contrarium facit, nu.
3.vol 2.cui ſe ſubſcripſit Purpurat.in l.pacta nouiſſima.col.fi.
verſ.ſecundo limiteris.atque Cuman.conſ.184. verſ.& videtur probare.quam ſententiam probauere plurimi , vt Pariſ. in
conſ.99 nu.9.vol.1.Barba.in d.conſ.41.col.3.in fin. verſ.& ſic
poſito quod pater.d.vol.4.Dec.in d.conſ.430.col.5. verſ.poſtremo conſiderandum eſt,poſt nu.19.& conſ.556.nu 6.Bertr.in conſ 226.col.2.verſ ſed quod d.petens decr.vol.3. in nouis.Feder.de Sen.d.conſ 142.ver.poſſibile.n. eſt poſt nu.1. &
verſ.adde,de hoc in Spec.Imo.in conſ.98. col.1. verſ.nam regulare.Rebuf.in rubr.de concluſione Lateran.Conſil.verſ.tertio annullatur,Ferrar.caute.fi col.1.verſ.nam per illa verba.

Ampliabis iſtam limitationem veram eſſe,etiam ſi notarius
22 in inſtrumento aſſeruiſſet,cauſæ cognitionẽ interueniſſe,† nihilominus.n.nõ,creditur,vt credidere Pan.Caſtrenſ. in d.cõſ.
38.col.1.verſ.in contrarium facit.vol.2.Iaſ.in d.l.ſciendũ.col.
5.nu.13.verſ.tertio adde.ff.de verb.oblig. & in l.ne quicquã.
§ vbi decretum,nu.71.antepen.verſ.imo plus conſuluit.ff.de
offi.proconſul.Dec.in conſ.550.col.2.nu.6.verſ.& non creditur verbis notarij,in d.c.eccleſia S.Mariæ,col.8.verſ.vbi plus
voluit,quod ſi notarius,poſt nu.15.de conſtit. Bertr.in d.cõſ.
226.col 2.verſ.ſed quod d.petens decret.in nouis. Pariſ.conſ.
85.nu.27.& ſeq.vol.3. & idem videtur ſentire Ruin. d.conſi.
63 nu 13.verſ.quod non creditur aſſerenti.

Verũ ab iſta diſceſſit ampliatione profitendo Pau.de Caſt.
in d.l.cũ hi. §.ſi prætor. verſ.niſi in inſtrumento expreſſe hoc
23 caueatur.ff de tranſact.† quã ſniam probauit conſulendo, &
docendo Alex.conſ.213.in fi.verſ ad hoc faciunt,nu.7.vol.7.
& in conſ 80.col.2.verſ.præſumitur ẽt,nu.6.vol.5.& in l.ſciendum.col 6.& ſeq.poſt nu.26.verſ.hoc ẽt ibi optime facit.ff.de
verbor.obligat. & hoc idem videtur ſentire Dec. in c.quoniã
contra, poſt nu.29. verſ.non obſtant allegata in contrarium,
& in 8 notab.nu.34.& ſeq.de probatio.& nu.180.verſ.prædicta concluſio,& nu.191.verſ.quod verbis enunciatiuis inſtrumen.& idem videtur ſequi d.Callien.d.lib.3.tit.7,in 3.inſpectio.poſt nu.33.verſ.ſiquidem,qui tale inſtrum.producit.

Sed hanc ſcribentium contentionem ſedabis fœdere diſtinctionis,quam ſupra retulimus poſt primam,& ſecundam ampliationem,& ad hoc conſulas Auch.Regien.in q.6.per tot.

Septimo porro limitare tibi licebit , concluſionẽ non pro
24 cedere,† quando alia probatio vrgentior,vel certa excluderet hanc præſumptionem pro decreto, ita Bal.docuit. in c.ſicut,in fi.de re iudic.ſic etiam cenſuit Imo. in l.ſi quis cum aliter.col.fin.verſ item aduerte.ff.de verbor.obligat.ita quoque
ſenſit Alex.in l.ptecia rerum.colum.pen.poſt nu.9. verſ.tenet
etiam Ludou.ff.ad l.Falcid. ita placuit ante omnes Barto.in l.
ambitioſa,col.7.verſic.viſis,& examinatis,nu.27.& ſeq.ff.de
decret.ab ordi faciend.vel in hanc reſpondit ſententiam Calcan.conſ.23.nu.68.verſ.& licet.idem ſentit Alexan. conſ.85,
col.3.verſ.id bene facit.volum.4.ſed cæteris clarius conſuluit
Pariſ.conſ.98.col.3.nu.14.verſ.licet enim.volum.1.& in conſ.
100.col.2.verſ.ad quod etiam,nu.19.eodem uol.1. & in conſil 12.nu.59.verſ.prout etiam, nam licet pro decreto.vol.2.
& conſ.85.nu.40.verſ.propterea certum eſt,quod contra inſtrumentum,& decretum Nim cum ſit inſignis,& magna læ
25 ſio,† non præſumitur pro decreto iudicis,quia iſta præſumptio illam præſumptionem excludit, iuxta ſententiam Pau.
de Caſt.in conſ.174 col.2.verſ.nec obſtat, quod decretum.
nu.5.vol.1.cuius in hac re mentem comprobauere nonnulli
ex profitentibus & conſulentibus,è quorum numero eſt Purpurat.in l.pacta nouiſſima.colum.fin.verſ.3.licet.C.de pact.
Corn.in conſ.124.colum.fin.verſ.tamen vbi.& conſ.214.col.
penult.verſ.nec obſtat.& conſ 252.col.4.verſ.ſed veniendo,
vol.3.Pariſ.d.conſ.85.nu.49.verſ.& maxime hoc procedit,volum.3.Ruin.in conſ.107.num.14. verſ.nec obſtat , quod propter decretum iudicis,,vol.1.& in conſ.140.colum.penult.
verſ.nec etiam ſecundum eum,poſt nu 10.volu 4.& late videas dict Callien.in d.tract.de decretis.lib.3.titul.71.inſpectio.poſt nu 4.verſ.quod licet propter decretum,& nu.51. &
52.verſic.declaratur quinto.in 3.inſpect eiuſdem lib.3. tit.7.

CONCLVSIO CCCCLXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Decretum an ex antiquitate tẽporis interueniſſe præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Decretum interueniſſe præſumitur ex antiquitate temporis.*

2 *Inſtrumentum ſi reperiatur continens alienationem rei eccleſiaſticæ in qua ſuperioris decretum requirebatur ſi elapſum ſit longum tempus, decretum interueniſſe præſumitur licet nulla de ipſo facta fuerit mentio.*

3 *Decretum bene præſumitur ex antiquitate interueniſſe, quando ageretur de modico præiudicio ſed ſecus ſi de magno.*

4 *Decretum propter antiquitatem temporis præſumitur interueniſſe in actu, in quo erat neceſſarium quando interuenit ſcientia ſuperioris.*

5 *Scientia & patientia non præſumitur ex antiquitate temporis quando actus inferioris eſſet præiudicialis Principi, cuius decretũ in illo actu interueniſſe deberet, ſecus vt ibi.*

6 *Scientia ſuperioris nõ videtur neceſſaria, quando eſſet lapſum tempus, cuius initij memoria non extaret in contrarium.*

7 *Decretum præſumitur ex antiquitate temporis, niſi pars ex aduerſo ipſam decreti ſolemnitatem interueniſſe negaret.*

8 *Decretum ex antiquitate temporis præſumitur, niſi ex ipſis actibus vel facto liquido appareret ſolemnitatem non interueniſſe.*

1 DEcretum præſumitur interueniſſe † ex antiquitate temporis,vt voluit Auch.in conſ.136.incip.ex cõſ.excell.Doct.
vbi ait,quo ſi reperiatur inſtrumentum continens alienationem rei eccleſiaſticæ,in qua requirebatur decretum ſuperio
2 ris,ſi elapſum ſit longum tempus,tunc præſumitur,† decretũ
interueniſſe,licet in eo nullo decreto facta fuerit mentio, idẽ
refert,& ſequitur Tiraq.in tract.de præſump § per decem annos.1.§.1.gl.4.verſ.trigeſimo quinto facit,& ibi teſtatur Angel.in l.quod ſi nolit.§.1 ff de ædil.edic.& Barba.in l.ſciendum.col.16.de verbor.obligat.& ibidẽ Alex.nu.19.verſ.idẽ
* fallit ſecundum Ang.vbi * communem dicit,& ſic placuit Feli.in c.Albericus.nu.3.verſ item in quantum dicitur hic.de teſtibus idem voluit Calcan.in conſ.11.col.5.circa mediũ. verſ.
non obſtat,quod iſta fuerit minor.Dec.in l.1.col.4.C.qui admitti.nu.8.verſ.ex gl.& ſupradictis,& hoc regulare etiam dixit Socin.iun.conſ.56.numero 21.verſ.ſecundo etiam reſpondetur. volum 2. Caſtren.conſ.81.col.3.poſt num.7.verſ.& ſi
* dicatur,vol.2.& alij ibi per Socin.relati,& * communem eſſe
opinionem ait Alex.& ipſe idem Alex.in conſ.1.nu.1.vol.4.
& in l.ſciendum.nu.19.ff.de verbor.obligat.& ibidem Crot.
* qui & ipſe de * communi atteſtatur,nu.9.Aret.in conſ.36.caſus talis eſt, Dec.conſ.371.poſt num.12.Corn.conſ 109.in fi.
lib.3.apoſtil.ad notab.Mattheſil.notab.72.nu.4.& 5.vbi itidem de * communi ſcribentium ſententia teſtatur reſpondit
clariſſimus Iaco.Menoch.in conſ.90.nu.3.lib.1,

Primo limitabis,& intelliges non procedere,quando age
3 retur de magno præiudicio,ſecus de modico,† quia propter
huiuſmodi modicum præiudicium ex antiquitate bene præſumeretur vt conſultum fuit à Soci.in conſ.56.nu.23.verſ.&
maxime hoc dicendum,vol.2.& reſpondit Alex in cõſ.148.
ab ipſo relatus,dicit bene hoc Alex.in conſ.12.viſo proceſſu
iuxta probabilẽ conſuetudinẽ.poſt nu.7.verſ.quia reſpondeo
allegans Bart.in ſua diſputa.quadã mulier habens magnum
patrimonium,vol.4.quos refert ẽt Ance Regiẽ.in q.52.n.11.

Secundo limitare, & intelligere poteris,quando interuenit ſciẽtia ſuperioris,cuius decretũ erat neceſſarium in actu,
4 q ſcilicet ſciuerit actu ſic geſtũ;† nã tũc propter eiuſmodi an

Digitized by Google

tiquitatem temporis præſumeretur interueniſſe decretum in actu, in quo erat neceſſarium, ita dicit Crauet. in ſuo tract. de antiquit. tempo, in 3. par. verſ. vidimus in genere, nu. 35. verſ. nono propter antiquitatem temporis præſumitur ſolemnitas decreti, & idem decidit Afflict. in dec. 107. col. fi. n. 10. li. 3. & in terminis idem Alex, cauit in. conſ. 218. col. 3. verſ. præterea. numero 8. lib. 6.

Primo ſublimites velim prædictam ſecũdam limitationem procedere tantum, ſi actus inferioris eſſet præiudicialis Prin-
5 cipi, † cuius decretum in illo actu interuenire deberet: nam tunc bene requireretur eius ſententia, & patientia, nec præſumeretur ex antiquitate temporis: ſecus autem ſi ageretur de præiudicio ipſius inferioris, quia tunc ſuperioris ſcientia non videtur neceſſaria, vt idem Crau. in d. ſuo tract. de antiquita. tempo, in verſ. vidimus in genere, num. 29. verſ. ſed hic quæro, licet ibi hoc non audeat pro vero æſtimare.

Secundo ſublimita, locum non habere, quãdo eſſet lapſum
6 tempus, cuius initij memoria non extaret in contrariũ: † nam tunc non videtur neceſſaria huiuſmodi ſcientia. Ita Crau. dixit in eod. tract. de antiquit. tempor. in d. verſi c. vidimus in genere, nu. 29. verſ. iſta tamen ſcientia. ex notatis per Alex. in conſ. 6. n. 4. ver. verior tñ, & magis cõmunis opin. & ſeq. lib. 1.

7 Tertio limita concluſionẽ, niſi pars ex aduerſo † ipſam decreti ſolemnitatem interueniſſe negaret. vt ait Alexand. conſ. 9. poſt nu, 6. verſ. nõ obſtat, ſi diceretur, vol. 3. quem refert, & ſequitur Afflict. dec. 345. ſunt enim N. poſt nu. 5. verſ. ad hoc facit reſponſum, & Anton. Gomeſ. de contract. c. 2. num. 17. vt refert d. Callien. d. lib. 3. tit. 7. d. 3. inſpectio. num. 35.

Quinto limitabis, niſi ex ipſius inſtrumenti facie liquido
8 appareret † ſolemnitatem non interueniſſe, vt auctor eſt Alex. dict. conſ. 1. ponderatis his. poſt n. 1. verſ. ſed præmiſſis nõ obſtantibus, & nu. 2. vol. 4. & voluit Soc. iun. conſ. 56. nu. 22. vol. 2. Natta etiam conſ. 162. nu. 29. vol. 1. Burſat. quoque conſ. 23. n. 16. vol. 1. Crau. de antiquit. tempor. part. 3. n. 27. intelligens ipſe tamen ibi, nõ quando nihil enunciaretur in inſtrumento de ipſa ſolemnitate, ſed quãdo minus legitima pro ſe ferret, vt refert, & proſequitur d. Callien. d. lib. 2. tit. 7. inſpect. 3. nu. 36. verſ. declaratur ſecundo.

CONCLVSIO CCCCLXXXIX.

ARGVMENTVM.

Decretum iudicis an faciat præſumi omnia ſolemniter, & rite acta.

SVMMARIA.

1 *Decretum iudicis facit præſumi omnia ſolemniter, & rite acta fuiſſe.*
2 *Decretum interpoſitum in alienatione eccleſiæ, vel minoris facit, vt præſumatur contractum factum in vtilitatem eccleſiæ.*
3 *Ex decreti præſumptione præſumitur minoritas illius, cui prætor vt minori curatorem dedit.*
4 *Decretum iudicis facit ceſſare omnem fraudem, dolum, & metum.*
5 *Spoliato non datur reſtitutio in integrum, quando ex decreto iudicis fuit ſpoliatus, ſiue ſit interpoſitum decretum per modum voluntariæ iuriſdictionis, ſiue per modum contentioſæ, vt num. 6.*
7 *Spoliato datur reſtitutio in integrum, quando eſt ſpoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato.*
8 *Quæ in interpoſitione decreti requirantur, omnia vide remiſſiue.*
9 *Decretum quando reperitur interpoſitum ante contractum non facit præſumere omnia ſolemniter, & rite acta.*
10 *Decretum non interueniſſe probatur, ſi in contractu recenter celebrato nulla de ipſo facta ſit mentio.*

DEcretum iudicis facit præſumi omnia ſolemniter, & rite
1 acta fuiſſe, † ita profitendo ſcripſit Bald. in l. quæcunq;, §. fina. ff. de public. in rẽ actione, & placuit Spec. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicẽdum. nu. 5. verſ. & breuiter ſcias. & aſſeruit idem Bal. in l. cum hi. §. ſi prætor. il 1. n. 3. ff. de tranſact. idem Bal. in l. fi. C. de præd. minor. & in l. ſi præſes. n. 3. C. qũo, & qñ iudex, & tradit Accur. in l. 1. ſuper verb. omni creditore, in fi. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſc lib. 10. & Alex. in l. ſciendum, poſt n. 14. verſ. vnde ſi videmus, & n. 20. 23. & 26. de verbor. oblig. & Bald. in c. 1. col. 3. num. 7. qui feud. dare poſſunt, quos ſequutus eſt Io. Imo. in l. ſi quis eum aliter. in fin. de verbor. obligatio. & notatur in l. ab ea parte, §. fi. de proba. quem ẽt refert But. in c. quod ſicut de electio. & Dec. in c. quoniam contra. nu. 387. verſ. vltimo notandũ. de probat. Alex. quoque in conſ. 125. n. 5. verſ. tertio poſſet etiam. lib. 1. & refert pro parte affirmatiua Cephal. in conſ. 34. nu. 3. Abb. conſ. 4. nu. 55.

2 Ex hac cõcluſione illud poteſt colligi, † decretum interpoſitum, in alienatione eccleſiæ, vel minoris facere, vt pſumatur contractum factum in vtilitatẽ eccleſiæ, ſi credimus ita aſſerẽti Bal in d. c. 1. col. 3. poſt n. 7. verſ. & ego addo generaliter. de his, qui feud. da. poſſ. & in c. ſicut. circa fi. nu. 6. de re iudic. Dec. in c. quoniã cõtra. d. n. 187. cũ ſeq. per ibi allega. de probatio. & cõſulas ad hoc Alexan. in cõſ. 92. n. 13. & 14. vol. 5. & Dec. conſ. 86. poſt n. 7. verſ. & vlterius ẽt accedit, & proſequit Simoncel. d. ſuo tract. tit. 7. inſpect. 3. n. 44. ver. refulat ſecũdo.

3 Secũdo inferri poteſt, † vt ex huiuſmodi decreti pſumptione præſumatur minoritas illius, cui prætor vt minori curatorẽ dedit, ita cõſulendo reſpondit Corn. in conſ. 69. n. 30. verſ. itẽ concurrit. lib. 1. & in conſ. 97. vr̃ prima facie, nu. 1. eo. lib. profitetur Bal. in l. iure noſtro. §. propter litẽ, verſ. quinto noto. ff. de teſtament. tut. & conſuluit in conſ. 66. factum tale eſt, nu. 3. verſi. quoad vltimum, lib. 3.

Primo amplia concluſionem eo vſq; verã eſſe, vt huiuſmo-
4 di decretum faciat ceſſare † omnem fraudem, dolum, & metum, vt habemus ab Vlpia. in l. fina. in princip. ff. qđ met. cau. quod ẽt docuit Bart. in l. frater à fratre, col. antepenult. n. 51. verſ. intellige autẽ palam. ff. de cõdic. indeb. & hoc itẽ probauit Alex. in conſ. 53. col. 5. verſ. tertio autẽ, n. 5. quod eſt repetitum in vol. 1. conſ. 125. quos refert, & ſequiter. Alb. in cõſ. 11. n. 12. idẽ ſequitur alios referẽdo Dec. in c. quoniam cõtra. nu. 189. de probatio. quod idem multi probauere, vt Ang. in cõſ. 142. circa fi. verſ. ſuper ſecundo dico. & Bal. in l. iubemus. col. 2. verſ. ego tñ do conſilium, poſt nu. 3. C. ad Trebellia. Marſ. in ſingul. 438. lex multum. Pet. Gerard. ſing 57. qualiter tutores, n. 5. ſenſit & Pari. conſ. 98. n. 70. verſ. q ruto. dare poſſunt, vol. 1. & in conſ. 39. n. 15. lib. 4. Rolan. à Valle conſ. 33. nu. 18. & in conſ. 90. n. 11. & ſeq. vol. 1. & Cephal. in cõſ. 24. n. 25. & in cõſ. 202. n. 16. lib. 2. hoc idẽ cõfirmauit Curt. iun. in conſ. 67. col. 2. in fi. & in conſ. 118. col. 3. in princip. & aſſeuerauit Aemil. Ferret. in cõſ. 43. n. 3. nec ab iſtorũ diſceſſit ſententia Rimi. in cõſ. 42. n. 46. & 81. lib. 1. nec hoc reticuit Nat. in conſ. 632. n. 2. lib. 3. hoc idẽ tradidere Bal. in c. 1. col. fi. de cõfir. vti. vel inut. atq; Abb. in c. cũ cauſã. col. 2. ver. & vide aliã. de emp. & vẽd.

Secundo ampliabis, vſq; eo locũ habere, vt nõ detur reſti-
5 tutio in integrũ ſpoliato, † qñ ex decreto iudicis fuerit ſpoliatus, vt patet ex multis congeſtis à Rui. in. cõſ. 49. n. 11. verſ. non poteſt qs petere ſe vol. 4. Crau. in cõſ. 5. n. 8. verſ. & quod pars iſto caſu. Grat. in cõſ. 76. vol. 2. & ex multis alijs relatis à Gabr. in cõſ. 1. n. 108. limit. 14. de reſtit. ſpol. & eſt gl. in c. præſentiarũ. in gl. fi. 7. q. 1. & in c. In nomine Domini. in verb. audiẽtia. 23. diſtinct. quas gl. probat Abb. in c. cũ dilectus. n. 11. qđ met. cau. & in c. dilectus filius. de reſcript. & c. cõquerẽte. in vlt. notab. de reſtit. ſpol. Iaſ. in l. iuſte poſſidet. n. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. iuſiurãdum. §. ꝑtor. n. 2. ff. de iureiur. Dec. in l. qui auctore. n. 3. ff. de regul. iur. Cagno. in l. nõ videt. §. ſi iuſſu. eo. tit. & ſentit Pariſ. cõſ. 98. n. 54. verſ. qđ ẽt oſtẽdit. d. vol. 1.

6 Quod etiam procedit, † ſiue ſit interpoſitum decretũ per modum voluntariæ iuriſdictionis, ſiue per modum contẽtioſæ iuriſdictionis, vt conſtat ex ijs, quæ retulit Ruin. in d. conſ. 49. nu. 11. de qua reſtitutionis articulo latius vide d. Callien. q abũde diſputat i d. tract. de decre. d. lib. 3. tit. 7. in d. 1. inſpectione, poſt d. n. 5. ver. interuẽtus iudicis, & decreti interpoſitio ſup cõſtitutione minoris in cõtractib. qñ det, vel deneget.

Limita iſtam ampliationem non procedere, qñ quis eſſet
7 ſpoliatus à iudice † iuris ordine non ſeruato, ita deciſum fuit à Bart. dec. 238. n. 4. per l. meminerint. C. vnde vi. & c. cõquerẽte. & ibi Abb. in princ. & Dd. de reſti. ſpolia. & in c. referente. & ibi Dec. n. 3. de præben. & voluit Bald. conſ. 134. copioſe eſt allegatũ, vol. 3. & in conſ. 148. ſpoliatus virtute ſentẽtiæ. & in conſ. 149. proponitur, quod quędã tutela. eodem vol. 3. cui adhæret Zabarel. in conſ. 54. & in cõſ. 75. quib. ſubſcripſit Calcan. in cõſ. 130. n. 2. ver. eſt ergo legitimus. Crau. in cõſ. 18. n. 8.

Et quale ſit officium in interpoſitione decreti huiuſmodi,
8 in quibus contractibus, † & cuius ſit interpoſitio decreti huiuſmodi effectus, quando de illo opus ſit, & de alienatione ſine decreto facta maior factus ratum habeat, vide ample per d. Callien. in eius tract. de decretis.

Limita primo concluſionem tunc non procedere, quando
9 decretum † reperitur interpoſitum ante cõtractũ:. eo enim in caſu nõ præſumuntur omnia ſolemniter propter illud acta vt Alex. auctor eſt i l. ſciẽdum. poſt n. 27. in verſ. vel tertio. & no. reſpõde. ff. de verb. oblig. & Rui. cõſ. 86. n. 6. ver. quia illud eſt

verum

vol.1.Roſtii.conſ.7.nu.92.vol.3.atque Ceph.207.n.91.vol.2.
Secundo præterea loco concluſionem limitabis, vt vera nō
ſit, quando in contractu nulla facta ſit mentio de ipſo decre-
to, & recenter contractus illo celebratus fuerit: tunc enim eo
ipſo quod producitur inſtrum. in quo de decreto mentio fue-
rit facta, † dicitur probari illud non interueniſſe, vt hoc dilu
cide tradidit Accurſ. in l. ſi contra glo. 1. C. ſi quis igno. rem.
min. eſſe. cui reſpondendo accedit Corn. in conſ. 36. in hac cō
ſultatione. nu. 3. lib. 2. & probauit Ant. Gomeſ. in tract. de con
tract. c. 11. poſt nu. 17. & ad id late ſe fundat Simoncel. in d. tra
ctat. de decr. lib. 3. tit. 7 inſpect. 3. poſt nu. 33.

CONCLVSIO CCCCXC.

ARGVMENTVM.

Defenſio probatur eo ipſo, quod appareat quem fuiſſe vim paſſum, & an præſumatur, quicquid inde fecerit, egiſſe, vt ſe ab omni violentia tueretur.

SVMMARIA.

1 *Defenſio probatur, quod appareat, quem fuiſſe vim paſſum, & omne quod inde fecerit feciſſe præſumitur, vt ſe ab omni violentia tueretur.*
2 *Defenſio probatur & præſumetur etiam, quando quis percuſſit aliquem, vel viderit contra ſe venire ſtricto enſe.*
3 *Inſultatus non debet expectare, quod vulneretur, ſed debet ipſe incipere.*
4 *Defenſio præſumitur, etiā ſi teſtes deponant de credulitate vt ſi aſſerant, ſuo credere, vel videre Titium occidiſſe vel vulneraſſe aliquem ad ſui defenſionem.*
5 *Teſtis non poteſt deponere, niſi per credulitatem, quod quis occidat aliquem ad ſui defenſionem.*
6 *Teſtes probant etiam ſi ſimpliciter deponant homicidium ſiue aliud ſimile delictum fuiſſe ad defenſionem patratum.*
7 *Ad ſui defenſionem feciſſe probabit inſultatus, qui percuſſerit aliquem volentem illi maxillam manu vacua percutere, ſi probauerit non potuiſſe euitare, quin ei maxilla percuteretur abſque probro,*
8 *Sicuti propter bonorum defenſionem inſultatus percutere poteſt, ita propter vitandam iniuriam, quæ reſpicit perſonam, id facere poterit.*
9 *Ad defenſionem rerum ſuarum feciſſe, qui interfecit inſultantem probatur, quando fuit illata vis aduerſus res & bona.*
10 *Pater accuſatus, ſi defendit filium, habetur ac ſi ipſe filius ex ſe ipſo ſupſum defendiſſet, & rurſus.*
11 *Læſus in honore, dignitate, & officio ſi aliquid agit contra lædentem, facere præſumitur ad defenſionem ſui honoris, dignitatis, & officij.*
12 *Inſultatus ſi occiderit illum qui auxiliabatur inſultantem, præſumitur id feciſſe, vt ſe ipſe tueretur.*
13 *Percuſſus ſi percuſſit fugientem non præſumitur ad ſui defenſionem feciſſe, ſed ad vindictam.*
14 *Defenſio debet fieri continuo, & quando quis dicatur ſtatim feciſſe vide remiſſiue.*
15 *Defenſionem probare ſimpliciter non ſufficit, ſed articuli confici debent, & probare illam fuiſſe neceſſariam.*
16 *Ad ſui defenſionem quem feciſſe probari ſimpliciter ſatis eſt.*
17 *Defenſio non dicatur probata ſed homicidium, quando quis excipiendo dicat, ſe illud homicidium patraſſe ad ſui defenſionem.*

DEfenſio probatur eo ipſo, quod appareat, quē fuiſſe vim
1 paſſum, † & quicquid inde fecerit is, cui vis illata eſt, præ
ſumitur id omne egiſſe, vt ſe ab omni violentia tueretur, ita
conſtat ex multis relatis à Gramma. in conſ. 18. nu. 1. & ſeq. &
in conſ. 56. nu. 15. hoc idem voluit Dec. in conſ. 459. in princ. &
in conſ. 676. & in conſ. 678. hoc idem placuit Alex. in conſ. 76.
nu. 4. & ſeq. vol. 1. idem ſenſit profitendo Dec. in l. vt vim. nu.
10. ff. de iuſtit. & iur. quod animaduerſione dignū arbitratus
eſt Marſ. ſingu. 100. occidens aggreſſorem, & in conſ. 4. num.
14. & ſeq ad idem reſpondit Cæpol. in conſ. 28. nu. 7. verſ. itē
ratio quare. cum ſeq. & in conſ. 29. per tot. Hippol. quoq; ſen-
ſit in conſ. 25. in princ. & in conſ. 81. in princ. & in l. 2. nu. 12. C.
ad leg. Corneliam, de ſica. & in l. 3. num. 1. eod. tit. & in l. 1. in
princ. nu. 38. & l. furem. nu. 3. eo. tit. & Alex. monuit in conſil.
109. nu. 2. verſ. & idem dicit Bar. lib. 1. Pet. de Moncad. memi-
nit in addit. ad Crot. in tract. de teſtib. nu. 200. in litera E. in
verb. defenſione. reperij Nouel. in ſuo trac. ad defenſ. in prin.
nu. 16. & nu. 22. & 25. tradidit Boſſ. in pract. crim. de homicid.
nu. 88. & videas nouiſſime Matth. Weſembec. in reſponſ. 19.
per tot. & conſulas Clar. in §. homicidium. verſ. ſed quō probe
tur. & Illuſtr. Card. Alba. non minus dignitate, q̄ doctrina, in
ſuis lucubrat. ad Bar. in l. ſed & ſi quēcunque. ad l. Aquil. Bal. &
Ang. in l. ſi quis aggreſſorem, C. de ſica. Bal. in l. 1. §. cū arietes.
ff. ſi quadr. paup. fec. d. Alb. cōſ. 94 quia deducta. in princ. Ber-
tran. in conſ. 290. pro faciliori oſtenſione. in princ. vol. 3.
Primo amplia concluſionem procedere, etiā ſi non fuiſſet
2 inſultatus, ſiue mauis inuaſus, † ſed tantum vidiſſet venientē
aliquem contra ſe ſtricto enſe, talemque percuſſerit, antequā
ipſe eſſet percuſſus: nam ēt tunc præſumitur ad ſui defenſio-
nem feciſſe, ita loquutus eſt Grām. in d. conſ. 56. nu. 13. per ibi
adduc. & notat. Bart. per illum text. in l. ſed & ſi quemcunque
in 2. notab. ff. ad legem Aquil. Bal. ēt in l. in multis. in ſi C. de
lib. cau. & tradit Alex. in d. conſ. 109 col. 3. lib. 1. d. nu. 2. Cor.
in conſ. 107. viſa inquiſitione. col. 2. lib 1. & in cōſ. 162. col. 3.
eo. lib. 1. & in conſ. 234. col. 2. lib 3. & refert Dec. in l. vt vim.
3 nu. 10. de iuſtit. & iur. & ratio eſt, q̄a † non debet inſultatus
expectare, q̄ vulneretur, ſed debet ipſe incipere. Ita Iaſ. opti-
me monuit d. l. vt vim. col. 3. nu 9. 10. & n. 14. & declarat Bart.
in l. 1. n. 9. C. vnde vi. & in l ſi ex plagis. §. tabernarius. ff ad l.
Aquil. q̄ relatu inſigne ſenſit Ant Corſet. in ſuo ſingu. 153. an
idē operetur. in verb. metus. idē ait Grāma. in cōſ. 69. nu. 7. &
cōſ. 56. n. 1. 2. & ſeq. Cæpol in d. cōſ. 28. n. 10. & idē Grām. vo-
to 20. nu. 4. Hippol. cōſ. 73. n. 44. cōſ. 4. nu. 17. & in cōſ. 25. n. 41.
& conſ. 31. nu. 53. & conſ. 81. n. 13. Boer. deciſ. 168. n. 9. Carret.
in ſua pract. §. circa. il 2. nu. 91. cū multis ſeqq. & idem decidit
Boer. in deciſ. 163. nu. 17. verſ. ſed quō probabit. Abb. d. conſ.
94. nu. 1. Ange. de malef. in verb. & dictus Titius, ſe defendē-
do, col. 2. verſ. & aduerſus q̄ quis præſumitur in diſcrimine.
Bal. in repet. l. 1. poſt n. 3. verſ. nunquid q̄s debet expectare.
C. vnde vi. & in conſ. 512. viſis actis, poſt nu 2. verſ. nō ſolum
ictū, ſed impetū. vol. 4. & Bertr. d conſ. 290. n. 4. & 8. & nu. 11.
quorū ſentētiæ adhæret D Octau. Vul. in cōſ. 78. nu. 2 vol. 1.
Secundo loco ampliabis, concluſionē locū habere ēt ſi teſtes
4 deponerēt de credulitate, videlicet † Titiū occidiſſe aliquē
vel vulneraſſe ad ſui defenſionē, ſuo credere, vel videre, vt o-
re loquar Dec. ī cōſ. 479. n. 6. cū ibi alleg. q̄ & cōprobauit Hip
pol. Marſ. in rub. C. de probat. poſt nu. 14. verſ. & facit ſingula
re verb. & in ſingu. 19. tu ſcis clarū ēr in iure. n. 2. & in l. de mi
nore. §. plurimū n. 72. ver. & ideo dicit multū ſing. Bart. & in
cōſ. 4. n. 12. verſ. tu autē in hac materia. d. vol. 3. Alex. in d. cōſ.
109. nu 8 vol. 1. & in conſ. 76. n. 5. eo. vol. vbi illius axiomatis
hāc reddit rationem: quia ſi occidat aliquē ad ſui defenſionē
5 non poteſt videri, quia ea eſt mente, vt occidat. † vnde non
poteſt teſtis deponere, niſi per credulitatem, vt ex ibidē alle-
gatis, & in conſ. 119. nu. 9. vol. 7. & Boer. in deciſ. 164. nu. 17.
per ibi adduc. cui ſe ſubſcripſit Albet. cōſ. 94. nu. 4. vbi ēt atte
* ſtatur de * cōmuni idē voluit Iaſ. in l. vt vim. nu. 4. verſ. iſtud
probo. ff. de iuſtit. & iur. & in l. oō ſolū §. ſciendū. n. 8. verſ. nā
teſtes, qui deponant. ff. de oper. noui nūcia. ad hoc etiam ex-
tat. Gramma. conſ. 56. nu. 20. & Carret. in d. prac. crim. d. §. 6.
§. circa. il 2. nu. 159. verſ. circa ſextum, & vltimum.
Tertio amplia concluſionem veram eſſe, etiam ſi teſtes ſim
pliciter deponerent homicidium, ſiue aliud ſimile delictum
6 † fuiſſe ad defenſionem patratum, quia tunc probant, etiam ſi
aliam rationem non reddant, iuxta ſententiam Dec. in conſ.
459. nu. 6. & in conſ. 459. nu. 5. 6. & 10. & Boer. in d. deciſ. 164.
nu. 17. & idem reſpondit Corn. in conſ. 162. in col. 1. vol. 1. Ale
xand. etiam cauit. in d. conſ. 109 n. 3. vol. 1. nec receſſit ab iſtis
Abb. in conſ. 94. nu. 5. & Alex. voluit in cōſ. 76. Viſa inquiſitio
ne contra Fortuniūm. col 3. verſ. fortificantur prædicta. ex at-
teſtationib. quorundam teſtium, vol 1.
Quarto ampliabis, concluſionem locum ſibi vendicare etiā
7 contra inſultantem ſine armis, eo quod † volebat illi maxillā
manu vacua percutere, nam licet inſultatus percuſſerit illum
gladio, & mortuus ſit, tamen ſi probauerit non potuiſſe euita
re, quin ei maxilla percuteretur, abſq; probro, hoc caſu proba
tum dicitur, ad ſui defenſionem id feciſſe, licet videatur ex-
ceſſiſſe modum defenſionis. nam ſi propter bonorū defenſio-
nem hoc fieri poteſt, vt l. 1. C. vnde vi. & infra dicetur, videtur
8 eo magis potuiſſe id facere † propter iniuriam, quæ reſpicit
perſonam, euitandum arg. in l. ſeruorum. ff. de pœn. ita dixit
Bald. in d. l. 1. columna 4. numero 10. verſiculo ſed pone. C.
vnde vi. quem refert & ſequitur Dec. in conſ. 678. num. 4.
Alex. conſ. 76. col. 2. poſt nu. 2. verſ. nam ſi pro defenſione. &
verſ. & ne ſtemus in verbis. lib. 1. & vltra alios in terminis ha-
bet Bart. in l. 1. in princip. & num. 7. verſ. quæro in quo conſi-
ſtat illud moderamen. Cod. vnde vi. & l. furem. ff. de ſicar.
Butr. in cap. olim. de reſtit. ſpol. refert etiam & ſequitur Mar-
ſil. dict. conſil. 4. num. 22. & Alexand. dict. conſ. 119. num. 5. vo-
lum. 7.
Quinto amplies velim, vt concluſio habeat locum, nedum
quando fuit illata vis aduerſus perſonā, ſed ēt aduerſus res,
9 & bona, † quia tunc ſi interfecit inſultantem, vel aliquid fecit
cōtra ipſum, probatur ex illo inſultu id feciſſe ad defenſionē

Digitized by Google

rerum ſuarum,licet non probetur id feciſſe ſtatim,quia præ-
ſumitur continuo defenſionem fuiſſe factam,vt colligere eſt
ex allegatis ab Alcia.reg.3.præſumpt.29.nu.4.de præſumpt.
& videas Carter.in ſua pract.§.6.circa ,il 2.nu.29.verſ.quæ-
ro,an ſicut licita eſt defenſio pro perſona.& nu.112.verſ.ſe-
cundo caſu circa res,& Boer.deciſ.168.num.6.& Bart.in l.fu-
rem.ff.de ſicar.vbi etiam Marſil.in princ.& in conſ.4.num.8.
& 22.& per Felin.in cap.3.de homicid.per totum.Bart.in l.
vt vim.nu.6.verſ.quærit.gl.ff.de iuſtit.& iur.Iaſ.in d.l.vt vim
nu.23.Bal.d.conſ.312.nu.3.verſ.hoc ſi probo,pro defenſione
rerũ.vol.4.& Alex.d.conſ.119.poſt nu.5.verſ.nam ſi hoc licet
propter res,vol.4.conſ.76.poſt nu 2.verſ.nam ſi pro defenſio
ne rerum.vol.1.& hoc idem voluit idem D.Octau.Vulpel,
conſ.79.nu.3.vol.1,

Sexto ampliabis nedum procedere,quando agitur de pro
pria defenſione,ſed etiam defenſione patris facta à filio,&
30 econtra,qa † ſi pater accuſatus defenderit filiũ, habetur, ac
ſi ipſe filius ex ſe ipſo ſeipsũ defendiſſet, & rurſus,vt docuit
Bar.in l.vt vim.nu.9.ff.de iuſti.& iur.& ibi Dd.& Dec.in d,
cõſ.678.nu.5.& 6.& cõſ.459.nu.3.& conſ 469.in prin.& ad
id late conſulas Carter.in d.§.circa.il 2.d.nu.29.per duas co-
lumnas ad idem etiam reſpondit Gramm.conſ.56.nu.22.vbi
loquitur in fortioribus terminis, id eſt,de amico, & late Iaſ.
& Dec.in d.l.vt vim.ille nu.28.hic.nu.32.ff.de iuſtit.& iur.

Septimo loco ampliare poteris,idem locum habere contra
31 eum,qui honorem dignitatem,& officium lædit:† huiuſmo-
di namque læſus,ſi aliquid agat contra ipſum lędentem ,præ
ſumitur id feciſſe,vt honorem,dignitatem,& officium ſuum
tueretur,ita ſapientiſſime docuit Dec.in d.l.vt vim.nu.36.ff.
de iuſt.& iur.atq; Carre.in d.pract.§.circa.il 2.n.38.& adeas
Capic.deciſ.58.n.2.& per totum.Marſi.d.conſ.4.nu.19.

Octauo amplia,nedum veram eſſe cõcluſionem contra eũ,
qui præcipue vim infert,ſed etiam contra illum , qui fert au-
32 xilium,nam ſi inſultatus occiderit ipſum auxiliantem,† præ
ſumitur ẽt id feciſſe,vt ſe ipſe defenderet,illũque potuiſ-
ſe occidere, ita tradidit Carrer.in d.pract.§.homicidium. il
2.n.87.& in §.circa.nu.9.motus auctoritate Bal.in d.l.vt vim.
n.7.ff.de iuſtit.& iu.quibus reſpõdet doct.Ang.Aret.in trac.
malefic.in verſ.& dictus Titius num.33.

Primo loco limitanda concluſio eſt,vt vera non ſit, quan-
33 do quis percuſſus,percuſſit fugientem:† tunc enim nõ præſu
mitur ad ſui defenſionem feciſſe,ſed ad vindictam,vt obſerua
uit Bar.in l.1.col.fi.in verſ.tertium moderamen.in fi.C vnde
vi.& in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff ad l.Aqui.atque Bal.do
cuit in conſ.312.nu.6.vol.4.iſtis quoq; accedit conſulendo
Pan.de Caſt.in conſ.92.alias 272.vol.2.nu.15.incip.in cauſa
carceratorum.quos refert & ſequitur Dec.in l.vt vim.nu.10,
verſ.ſecus tamen eſt poſt percuſſionem,de iuſtit.& iu.& Ber-
trand.d.conſ.290.nu.6.verſ.forte vero opponitur.

34 Nam † defenſio debet fieri continuo,ſed quando dicatur
ſtatim feciſſe,videas Carrer.in ſua prac.in §.circa.il 2.n.188.
poſt Ang.de maleſ.in §.& dictus Titius ſe defendendo, num.
30.& Stephan.Bertrand.in conſ.280. pro faciliori oſteoſione
nu.6.verſ.9.forte vero.lib.3.

Secundo velim limites,non enim ſufficit probare ſimplici
35 ter defenſionem,ſed requiritur vt articuli conficiantur , † &
probetur fuiſſe neceſſariam defenſionem,vt tenet Bal.in l.1.
col.11.verſ.item tu aſſeſſor.poſt nu.21.de confeſſ.& animad-
uertit Bar.in l.ſcientiam.§.qui cũ aliter.per illum tex.ad l.A-
quil.ad ꝙ pertinet context.in l.is qui aggreſſorẽ.C.de ſicar.
& in cle.1.de homicid.& adeas Nouel.in ſuo tract.ad defen
ſam.tit..reſponſ.eorũ.in conſti.nu.31.& 32.& Ioã.de Amic.
in conſ.77.Ancha.in clem.1.de homic.Marſ.cõſ.8.Iaſ.in l.nõ
ſolum.§.ſciendum nu.8.ff.de ope.noui nunc.Marſ.in rub.C.
de proba.nu.253.& ſenſit idem Marſi.in d.conſ.4.nu.7.

Scribentium tamen ſententia * communi conſenſu in con-
trariam videtur partem propendere,id eſt,ſatis eſſe ſimplici
36 ter probare,† quem feciſſe ad ſui defenſionem,vt conſtat ex
multis relatis à Dec.in d.l.vim vi.nu.17.ff.de iuſtit.& iur.vbi
* de communi * opinione atteſtatur,& late examinat iſtam
quæſtionem,quæ ſententia placuit & Carr.in ſua pract.in §.
circa.il 3.nu.125.pro qua conſuluit Dec.in conſ.53.& in coſ.
469.& hãc eandẽ cõfirmauere Alex.in cõſ.109.vol.1.& Cor.
conſ.162. vol.1.& Crot.in trac.de teſtib.par.7.nu.106.in fin.

Tertio,limita procedere concluſionem,quãdo quis inqui-
ritur de homicidio excipiendo dicat,patraſſe illud homici-
37 dium ad ſui defenſionem,† nam tunc dicitur probatum ho-
micidium,non autem defenſio,vt not.Barto.in l.Aurelius.§.
idem quæſiuit.nu.5.ff.de libera.lega.& obſeruauit Abb. in c.
bonę.il 2.in fine num.13.de poſtulat.prælat.quos refert Dec,
in c.cum venerabilis.nu.82.de exceptio. vbi de hac quæſtio-
ne differit,& Nouel.in tract.ad defen.in tit.reſponſ.eorum.in
conſtitut. nu.31.& 32. & videas late hoc proſequentem Illu-
ſtriſſimum Albanum in ſuis lucubrat.ad Bart.in d.l.Aurelius.
§ idem quæſiuit.ff.de lib.leg.nu.3.& Bal.in l.1.nu.30.ver.de-
nuo quæro de quæſtione.C.de confeſ.& nu.ſeq.

CONCLVSIO CCCCXCI.

ARGVMENTVM.

Defenſio an probetur per præſumptionem, & coniecturas, & per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Defenſio probatur per præſumptionem,& coniecturas.*
2 *Præſumptiones & coniecturæ,quæ probant defenſionem,remittuntur iudicis arbitrio.*
3 *Defenſio probatur per teſtes deponentes,Titium aggreſſum fuiſſe Caium,vel in eum cum gladio diſtricto inuaſiſſe.*
4 *Teſtes domeſtici,coniuncti,& id genus alij admittuntur ad probandum defenſionem conſanguinei ſui.*
5 *Frater pro fratre probat defenſionem.*
6 *Coniuncti,conſanguinei,domeſtici,& huiuſmodi teſtes admittuntur etiam, quando agitur ad defendendum aliquem,& ad demonſtrandam eius innocentiam.*
7 *Frater productus in criminali ad defenſionem in cauſa inquiſitionis contra fratrem formata,eſt idoneus teſtis,nullo facto diſcrimine,an ſimul habitent,necne.*
8 *Defenſio minus idoneis teſtibus probatur,& probatio etiam incerta,& obſcura in defenſione præualere ſolet.*
9 *Conſanguinei & affines à iure repelluntur, & non probant, quando producuntur, vt repelluntur alij teſtes pro fiſco,vel pro altera parte producti.*
10 *Defenſionem probant teſtes etiam deponentes per verbum,credo.*
11 *Teſtis ex actibus viſis ab eo velle poteſt dicere,hoc credo.*
12 *Credulitas teſtis quando eſt munita rationibus concludentibus ad veritatem dicti ipſius,tunc probat.*
13 *Teſtes deponentes de publica fama,quem aliquid feciſſe,vt ſe defenderet,probant.*
14 *Teſtes ſi deponant,ſcire aliquem illud feciſſe ad ſui defenſionem,quia viderunt, probant.*
15 *Ratio quia vidit eum feciſſe ad ſuam defenſionem,ſatis eſt,& valida cauſa ad probandum defenſionem.*
16 *Teſtis cum reddit cauſam ſui dicti,quia vidit, ſufficit.*
17 *Defenſio probatur etiam per vnum teſtem in cauſa principali,& alium in cauſa appellationis.*
18 *Defenſio etiam vnico teſte probata,excuſat à mortis pœna.*

PRoſequamur & cætera defenſionis probationum genera.
1 Defenſio itaque probatur per præſumptionem,& conie
cturas,ſi credimus Bart.in l.1.§.de illo.ff.de his,qui ſibi mor-
tem conſciuerunt. in quam ſententiam conſuluit Veronen. in
conſ.60.col.3.poſt mediũ.& ad hoc decidit Boer. deciſ.164.
nu.17.hoc quoque docuit Marſ. in l.vnius. §.cogniturum.nu.
65.de quæſt.& in d.conſ.4.nu.26. Crauet.in conſ.119.num.9.
Corn.in conſ.192.vol.1.& in conſ.134. in litera D. vol.4. Cę-
pol in conſ.31.idem Marſ.in ſingu.19.nu.4.incipien. tu ſcis.
& vide Illuſtriſſimum Alba. in ſuis lucubr.ad Bart.in l.Aure-
lius,§.idem quæſiuit.ff.de liber.leg.nu.3.Bal.in d.l.5.poſt nu.
21.verſ.iſtud etiam eſt notatu dignum. C. de confeſſ. Thom.
Gram.conſi.29.nu.38.conſ.6.nu.21.& conſ.69.num.10.Iaſ.in
d.l.vt vim,nu.7.ff.de inſti.& iur.& inſigniter reſpondit Octa-
ui.Vulpel.in conſ.44.nu.8.vol.1.

2 Quę tamen præſumptiones† & coniecturæ remittuntur iudi
cis arbitrio, vt ad id multa congeſſit Boer.in d.deciſ.164. in
fin.& Bal.poſt d.nu.21. d.verſ.iſtud etiam eſt notatu dignum,
Gram.conſi.29.nu.38.& conſ.56.nu.21.& conſ.69.num.10.&
Iaſ.d.l.vt vim.nu.7.& Bal.conſ.312.in fin.vol.4.

Præterea defenſio quoque probatur per teſtes deponentes
3 Titium aggreſſum fuiſſe Caium,† vel in eum cum gladio di-
ſtricto inuaſiſſe,vel nec è vagina educto ferro ,ita colligitur
ex reſcript.Imperatorum Antonini in l.1.& Gordiani.in l.2.
& 3.C.de ſicar.De hoc probationis etiã genere meminit Bar.
in l ſed & ſi quemcunque in prin. ff.ad l.Aquil.quam Fel.late
proſequitur in c.ſignificaſti.in 1.concl.nu.13.de homicid.in
quam ſententiam nonnulli conſuluere,vt Bal.in conſ.312.Vi-
ſis actis.poſt.nu.6 col.pen.verſ.ſexto propter.vol.4.Dec.etiã
in conſ.678.nu.2.Marſi.quoque in conſ.4.nu.17.& in conſ.25.
nu.43.& in conſ.31.nu.53.& in conſ.73.nu.44.atque Boer.q.
164.nu.17.Bertran.d.conſ.290.nu.12.vol.3.

Hanc poſtremam probationem primo loco ampliabis , vt
vera

Digitized by Google

4 vera ſit, etiamſi teſtes ſint domeſtici, † coniuncti, & id genus
alij; nam admittuntur ad probandū defenſionem conſangui
nei ſui, vt de fratre pro fratre, ait Feli. cum ibi alleg. in c. cum
oporteat. nu. 3. verſ. quinto limita. de accuſat. item tradit Bal.
in l. parentes. C. de teſtib. & ibi Salic. & Alex. in addit. ad Bar.
in l. maritus. ff. de quæſt. & idem aſſerit Vulpell. conſ. 96. nu. 7.
vol. 1. & tradit Crau. in conſ. 119. nu. 9. Marſi. aſſeruit in rub. C.
5 de probat. nu. 10. & in ſing. 19. incip. tu ſcias. & † de fratre, in
ſing. 508. tractant Dd. nu. 2. Hiero. ... addit. ad Dec. in l. nemo
ex his. ff. de reg. iur. cum ibi relatis. ... de teſtib. domeſticis do
cuit Dec. in cõſ. 459. nu. 7. vbi inquit, omnes in hanc deſcen
dere ſententiam, iſtiuſmodi teſtés admitti ad probãdam de-
fenſionem conſanguinei ſui, & idem in conſ. 464. nu. 5. quod
idem probauere Alex. in cõſ. 5. in caſu inquiſitionis formatæ.
nu. 6. & nu. 8. & in conſ. 119. col. 3. nu. 6. verſ. non obſtat, ſi di-
ceretur. vol. 7. & cõſ. 24. animaduerſis his. nu. 39. verſ. quod ad
probandū innocẽtiam. vol. 2. alios citat Io. Nic. in addit. Alci.
tract. de præſump. reg. 1. præſum. 23. Hypp. in conſ. 4. nu. 12. &
alios refert Nouel. in ſuo tract. ad defenſam. in prin. nu. 31. &
32. vbi de fratre, & de cõſanguineo, & Illuſtriſſ. Alban. in ſuis
lucubr. ad Bar. in l. vt vim. n. 7. ff. de iuſt. & iu. Iaſ. in d. l. vt vim,
n. 5. ff. de iuſt. & iu. & in l. ſed & ſi qs. poſt n. 4. ver. 3. no. limita.
loquẽs in domeſtico, & n. 5. loquẽs de fratre, ff ſi qs cau. Feli. ĩ
c. cũ oporteat. col. 3. poſt n. 3. verſ. quinto limita, niſi frater, de
accuſ. & in c. lřas. col. 4. n. 15. ver. quintus caſus eſt. de pſumpt.
Crau. cõſ. 2. poſt nu. 9. verſ. nec obſtat, quod ſit affinis. & n. 10.
Extendas velim hanc ampliationem, nedum procedere in
6 probanda defenſione, verum † etiã, quando agitur de defen-
dendum aliquem, & ad demonſtrandam eius innocentiam,
nam & hoc caſu coniuncti, & conſanguinei, & domeſtici, &
huiuſmodi admittuntur, vt reſpondit Alex. cõſ. 119. nu. 6. vol.
7. & tradidere Bal. & Salic. in l. parentes. C. de teſtib. & Sal. in
l. teſt. ff. eo, vbi dilucidè ſcripſit, fratrem productũ in vna cau
ſa criminali, non ad impugnationem alterius, ſed ſolũ ad de-
fenſionem in cauſa inquiſitionis contra fratrem formatæ, eſ-
7 ſe idoneum teſtem, nullo facto diſcrimine, an ſimul habitent,
nec ne, idẽ voluit Alex. in conſ. 5. nu. 8. vol. 1. & dicetur infra
in concluſione, Innocentia: & in cõcluſione, Frater: & dixi-
mus in concluſione, Conſanguineus, cum ſimilibus. Nam ipſa
defenſio minus idoneis teſtibus probatur, vt placuit conſul-
tiſſimo Vulpell. in conſ. 66. nu. 9. & d. conſ. 69. nu. 9. vol. 1. & ip
8 ſa incerta probatio & † obſcura in defenſione prævalere ſo-
lere, conſuluit idem Vulpell. in conſil. 97. nu. 4. vol. 1.
Limitatur modo iſta ampliatio, vt vera non ſit, qñ produ-
cuntur, vt reprobẽtur alij teſtes pro fiſco, vel pro altera parte
producti, ſecus ſi ad probandam defenſionem meram: nam
cum ſit materia odioſa, à iure repelluntur cõſanguinei & affi-
9 nes, & non † probãt, vt deciſum fuit à Gram. deciſ. 34. nu. 14.
& prodidere Dd. Bart. & Salic. in l. ſi parentes. C. de teſtib. &
animaduertũt in l. lex Cornelia. ff. de iniu. & obſeruauit Bar.
in l. qui teſtamenta. § qui primo. ff. de teſtam. & idem cauit
Grammat. in conſil. 12. nu. 12. & in conſ. 32. nu. 12. Alex. etiam
reſpondit in hanc rem, in conſ. 5. nu. 8. lib. 1. quod & ſentit Fe
lin. in cap. literas. num. 15. in fine, de præſumpt.
Secundo loco ampliatur præcipua cõcluſio, etiamſi teſtes
10 deponerent per verbum, credo, quia † & tũc probant defen
ſionem, ita decidit Boer. d. deciſ. 164. nu. 17. in fi. ſic conſuluit
Alex. in d. conſ. 119. col. 3. vol. 7. ita reſponſum eſt à Bertran.
conſ. 290. nu. 12. vol. 3. hoc etiam permultis alijs placuit, vt
Corn. in conſ. 162. col. 2. vol. 1. Alb. in conſ. 94. nu. 4. Carrer. in
ſua pract. in d. § circa il 2. nu. 159. Hippol. conſ. 4. nu. 18. Bart.
in conſ. 16. Vannutius Petri. nu. 6. lib. 2.
Ratio eſt, quia verum ille voluerit occidere, necne, nõ po-
11 teſt videri à teſte, † ſed ex actibus viſis ab eo, recte poteſt di
cere, hoc credo, vt videre eſt ex l. 1. § 1. ff. de vent. inſpic. & c.
quoties. de teſtam. & ait Bart. d. conſ. 16. nu. 1. ſequitur etiam
Fel. in d. c. quoties. poſt nu. 10. verſ. iſtis etiã adde. de teſtam.
vbi dicit, ad hoc ſpectare text. in c. firmiter in primis verbis.
de ſum. Trinit. & fid. cath. & quod ibi notat Abb. in princ. huc
quoq; pertinet, quod voluit Ant. de But. in d. c. quoties. vbi,
quando credulitas teſtis eſt munita rationibus concludenti-
12 bus ad veritatem dicti teſtis, † tunc probat, per c. literas. de
præſump. Iaſ. plene tradit in l. vt vim. in 2. col. nu. 4. ff. de iuſtit.
& iur. vbi dicit, dictũ Bat. in d. conſ. 16. eſſe ſingulare, & quod
teſtes deponentes de credulitate probant, conſulas Nouell.
in ſuo tract. ad defenſam. in princip. num. 33. vbi alios refert.
Tertio ampliabis concluſionem principalem, vt procedat,
13 etiamſi teſtes deponant de publica fama, id † eſt, feciſſe, vt
ſe defenderet: nam tunc etiam probant, vt placuit Alexan. in
conſ. 14. col. fin. verſ. & ſunt etiam plures. poſt nu. 9. vol. 3. quẽ
refert & ſequitur Abb. in conſ. 94. nu. 6. & aſſeruit Bal. conſil.
102. viſis actis apparet. vol. 4.
Quarto ampliare poteris, etiamſi teſtes deponerẽt, ſcite il-
14 lud feciſſe ad ſui defenſionem, quia † viderunt, vt dixit Bal.
in l. ſolam. vlt. col. poſt nu. 11. verſ. ſecundo hic quæritur C. de
teſtib. Bar. in conſ. 110. incip. in nomine Domini, amen. Factũ
tale proponitur, Quidam Maſſiolus. aliàs incip. Quidam Maſ-
ſiolus. de quo conſilio Bart. facit mentionem Bal. ſupra citato
loco. & Nell. de S. Gemniano in ſuo tract. de teſtib. in col. 21.
in verſ. teſtis inductus. nu. 181. & Nicol. Pignolat. in addit. ad
Roman. in ſingulari 28. incip. accuſatus de homicidio. Hoc ta
men debet intelligi, quando teſtes dicunt, quod fecit ad ſui
neceſſariam defenſionem, ſecundùm Bal. in l. 1. C. de commiſſ.
15 Hæc namq; ratio, quia † vidi eum feciſſe ad ſuã defenſio-
nem ſatis eſt, & valida cauſa ad probandam defenſionẽ, quia
licet facere ad ſui defenſionem ſit aliquid, quod percipiatur
iudicio intelligentiæ, tamen cõſpectus eſt potiſſima cauſa ip-
ſius iudicij, ex eo, quod fieri vidit in rixa, cognoſcitur, an fe-
cerit ad ſui defenſionem, nec ne: & propterea cum teſtis red-
16 dit cauſam ſui dicti, quia vidit † ſufficit, vt aſſeuerauit Bar. d.
conſ. 110. nu. 2. & idem tenet Bal. in d. l. ſolam. C. de teſtib. in
vlt. col. poſt d. nu. 11. & in conſ. 312. nu. 6. in 4. vol. incip. viſis
actis. & decidit item Boer. in d. deciſ. 164. nu. 17. & Bart. con-
ſuluit in conſ. 16. nu. 6. incip. Vannutius Petri. lib. 2.
Quinto amplianda eſt cõcluſio, vt vera ſit, etiam per vnum
17 teſtem in cauſa principali, & † alium in cauſa appellationis,
quia tunc etiam defenſio probatur, iuxta ſententiam Bal. in
addit. ad Spec. de appell. col. 16. verſ. quartus videtur caſus.
ibi, ſed pone, Titius accuſatus de homicidio. lib. 2. ſequitur
& refert Firma. in ſuo repert. in verb. defenſio poteſt probari
per vnum teſtem in cauſa principali. num. 19. Quæ defenſio
18 † etiam dicto vnico teſte probata excuſat à mortis pœna, vt
docte docuit Octauian. Vulpel. conſ. 66. nu. 8. vol. 1.

CONCLVSIO CCCCXCII.

ARGVMENTVM.

Delegatio an probetur per ſolum ſigillum delegantis, quod reperiatur in aliqua ſcriptura ſcripta manu alterius, & an delegatio ſummi Pontificis vel Imperatoris probari debeat per literas.

SVMMARIA.

1 *Delegatio probatur per ſolum ſigillum delegantis, quando facta eſt per aliquam ſcripturam ſcriptam manu alterius, in qua reperitur appoſitum ſigillum illius, qui delegare poteſt.*
2 *Appoſitio ſigilli probat & habet eandem vim, quod ſubſcriptio manu propria.*
3 *Delegationes non ſunt acta iudicij, & quare.*
4 *Delegatio non probatur per productionem ſigilli delegantis quando productio ſit per perſona domeſtica, vel cohabitet vnà cum eo, cuius aſſeritur eſſe: ſecus vt ibi.*
5 *Delegatio ſummi Pontificis vel Imperatoris debet probari per literas.*
6 *Delegatus nihil facere poteſt, niſi prius oſtendat literas ſuæ delegationis.*
7 *Delegatus non poteſt viſitare, niſi oſtendat ſuam delegationem. & ſi viſitauerit, vel excommunicauerit, non tenet viſitatio, vel excommunicatio.*
8 *Cardinali aſſerenti habere aliquid in mandatis, non creditur, niſi oſtendat mandatum.*
9 *Nemini aſſerenti ſe eſſe legatum, credendum eſt.*
10 *Cardinali creditur, maxime cum extra curiam ſine legatione ire non conueniat.*
11 *Cardinali affirmanti, ſibi aliquid eſſe præcipue mandatum, quod ſit in præiudicium tertij, non eſt habenda fides, niſi oſtenſis literis, & tunc ei creditur, quando non eſt in præiudicium tertij.*
12 *Cardinali aſſerenti, ſe habuiſſe iuriſdictionem, creditur, etiam in præiudiciũ tertij.*
13 *Cardinali atteſtanti de his, quæ ſunt ſummo Pontifici reſeruata, non creditur, ſecus ſi atteſtetur de his, quæ ad ſuum officium & legationem pertinent.*
14 *Delegatio inferiorum poteſt probari per teſtes, cum in ipſis habeant locum iura communia.*
15 *Gratia ſubcollectoris Apoſtolici deputati, à collectore poteſt probari per teſtes.*
16 *Delegatio probari debet per literas, quando delegato non ſuit oblatum reſcriptum, & per ipſum retentum, ſecus vt ibi.*
17 *Reſcriptum per teſtes probari poteſt, quando à principio pars non inſtet ſuper productione reſcripti.*
18 *Reſcriptum poteſt probari per teſtes, dum deponunt, ipſum fuiſſe in iudicio exhibitum, præſente parte, & publicatum, ſeu in actis publicis redactum.*

DElegatio probari poteſt per ſolum ſigillum delegãtis, id
eſt, qñ delegatio facta eſt per aliquam ſcripturã, quæ eſt
ſcripta

Digitized by Google

1 ſcripta mano alterius,& † in ea ſcriptura reperitur, & appo-
ſitum eſt ſigillum illius, qui delegare poteſt: nam tunc licet-
non appareat,ſcripturam eſſe manu illius,qui habet poteſta-
tem delegandi, tamen per illud ſolum ſuum ſigillum proba-
tur delegatio. Ita tradidit Aug.in l.conſentaneum.prope fin.
C.quom.& quan.iud.vt docuere Dd. & Innoc.in c.qñ cõtra.
de probat.quos refert & ſequitur Marſil.in rub.C. de probat.
n.323.verſ.& ideo Angelus.Cui rei illud patrocinatur,quod
2 appoſitio † ſigilli eandē vim habet, & probat,quod ſubſcri-
ptio manu propria, vt ad id obſeruauit, & multa congeſſit
Marſil.in d.rubr.C.de probat.nu.320. verſ.his expeditis. &
confirmat cõcluſionem etiam Bouer in ſingulari ſuo,in verb.
3 delegato.nu.14.ea ratione,quia † delegationes non ſunt acta
iudicij: fiunt enim ſine cauſæ cognitione,& partibus præſen-
tibus, vt tradit Io.Bap.Caccialup.in l.more.n.43.ff.de iuriſd.
omn.iud.& Bouer.loco citato,vbi inquit, delegationem pro-
bari per ſola ſigilla delegantium,per ea,quæ fuere not.in d.c.
qñ contra. per Innu.& in c.ſi à ſubdelegato.in 6.per Archid.
Limitatur concluſio,vt non procedat,qñ producens, & o-
ſtendens huiuſmodi ſigillum ſit perſona honeſta, vel habitet
4 vna cum eo,cuius † aſſeritur eſſe tale ſigillum: non enim tunc
delegatio probatur per productionē ſigilli delegantis, ſecus
ſi cum ipſo non cohabitet, nec ſit perſona domeſtica,vt in ſi-
mili not.Inno & Io.And.in c.2.de ſolut. quos refert & ſequi-
tur Rom.in conſ.446.incip. primus propoſitæ conſultationis
articulus,nu.12.& Marſ.in d.rubr. C.de probat.nu.324.verſ.
& dixit etiam eum ibi allega.& vide infra in concluſione,Si-
gillum,vbi propria eſt ſedes huius materiæ.
Veruntamen delegatio ſummi Pontificis , vel Imperatoris
5 debet † probari per litteras , vt deciſum fuit à Dominis Rot.
dec.5.aliàs 397.incip.ſi epiſcopus.nu.3.verſ.de ſecundo du-
bio.de off.vicar.in nou ad quod conſulendus erit Bellam. in
dec.110.incip.præſumitur,per l.vnicam.C.de mand.princip.
& c.cum in iure peritus,de offic.delegat.
6 Delegatus enim nihil põt facere,niſi prius † oſtendat lite-
ras ſuæ delegationis: ſic colligimus ab Alex.III.Pont Max.in
c.1. de fide inſtr. nec prius eſt tanquã delegatus recipiendus
& tractandus,vt cõſtat ex his,quæ retulit Spec.de prob.§.vi-
dendũ reſtat.nu.1.& delegat § ſupereſt. verſ.quid ſi delegati
iuriſdictiõne. nu.14.& 15. quod etiam notat egregie Aut.de
But.in c. venerabilis.ſub n.10 col.4 verſ.quartus caſus.de cen
7 lib. illud colligens, qđ † ſi delegatus hm̃oi viſitare vellet,nõ
poſſet,niſi oſtenderet ſuam delegationē, & ſi viſitauerit, vel
excõicauerit,non tenet viſitatio,nec excõicatio: debet enim
delegatus probare ſuam iuriſdictionem, vt cõſtituere Impp.
Grat.Valent.& Theodoſ.in d.l.1.C.de mãdat.Princip & con
ſulas late hæc explicantem Cephal.in conſ.236. in principio.
Hoc,quod poſtremo loco diximus, ampliabis, vt etiã lo cũ
8 habeat in Cardinale , quia † ipſi aſſerenti habere aliquid in
mandatis,non creditur,niſi oſtendat mandatũ,vt docuit Bar.
in l.1.C.de ſuperind.lib.10.idq; etiam Io.Andr. & alij tradi-
dere in c 1.de offic.legar.in 6. & in c.eminentia. de ſent. ex-
com.Boniſ.VIII.incip.Iniunctæ.vbi habetur,Nemini ſe eſſe le
9 gatum aſſerenti † eſſe credendum,prout refert etiã Illuſtriſs.
Alban.in ſuis lucubr.ad Bar.in l.1.nu.9.de offic.eius. & latius
in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius vocat.non ier.nu.18. & di-
ctũ eſt ſupra in concluſ.Cardinalis,& infra in concl Legatus.
Contrariam ſunt ſequuti ſententiam Gl. in c.nobiliſſimus.
10 97.diſtinc.vt ſcilicet Cardinali credatur,maxime † cum ex-
tra curiam ſine legatione ire non conueniat. Io.Andr.in c.ad
Apoſtolicæ.in verb.proponit.de re iudic.in 6.& Bal.in c.cum
in iure.nu.1.verſ.porro ſunt.de offic.deleg.& Abb.in conſ.18.
incip.primo quod communitas. poſt nu.4. verſic.& profecto
quanquam.lib.2.Glo.in Extrauag.execrabilis. de praben. &
Dec.in l.1.num.17.verſ.& concluſio. C. de mand.Princip. vbi
* atteſtatur de * communi,& Bellencio. auditor Rotæ in tract.
de charit.ſubſid.in q.110.nu.4. inquit, ſe præſente iudicatum
fuiſſe d.extrauag.Iniunctæ. Cardinales non complecti.
Verum iſtud auctorum diſſidiũ tollere poteris fœdere di-
ſtinctionis,ſcilicet,aut Cardinalis affirmat,ſibi aliquid eſſe p̃-
11 cipue mãdatũ,quod † προηγουμένως, vel,ſi mauis,principaliter
eſt in præiudiciũ tertij,tunc niſi oſtẽſis literis,ei fides haben
da non eſt,aut non eſt in præiudicium tertij,tũc ei eſt creden
dum. Ita conciliauit Ang.in conſ.82.incip.mandatum Princi
pis. & ad hoc conſulas Feli.in c.quod ſuper his. de fid.inſtr.
Doctiſſ. antē Cardin.Alban. in ſuis lucubrationibus ad Bart.
in d.l.ex quacunque.nu.19.inquit, quod quicquid ſit, tutius
eſt,vt omnino mandati literæ oſtendantur.
Contrariam huic diſtinctioni ſententiam prorſus ſequutus
eſt Vant.de nullit.in tit.quib.mod.ſent.null.defend.n. 43.vbi
12 inquit,Cardinali † aſſerenti ſe habuiſſe iuriſdictionem credi
etiam in præiudiciũ tertij , per d.c.nobiliſſimus. 97.diſtinct.
quē text.ita intelligi debere,declerat Rom.dec.32.aliàs 714.
no.quod non creditur.de probat.in antiq.& Lap.in alleg.32.
an frater minor.verſ.an credatur.nu.4. vbi atteſtatur de ſtylo
& cõſuetudine obſeruata, & videas ibi Mandoſ.in addit.qui
plurimos congerit, ſed de Cardinale ſatis abunde dictum eſt
ſupra in concluſione, Aſſertio Cardinalis, & in concluſione,
Cardinalis,& idē tenet Burſ.in cõſ. 29.incip.Illuſtriſſ.& Re-
uerēdiſſ.n.25.poſt verſ.quarta ſit principalis.concluſio.lib.1.
Poſſunt præterea conciliari ſcribentium hæ interſe ſe diſſi-
dentes ſentētiæ hoc pacto,vt prior opinio procedat,qñ Car-
dinalis atteſtatur de his,quæ ſunt ſummo Pontifici reſeruata:
13 nam tunc ei nõ creditur, ſecus † eſt,quãdo atteſtatur de his,
quæ pertinent ad ſuum officium & legationem , & ita proce-
dit poſterior opinio : in tali namque caſu creditur ei etiam
ſine literarum exhibitione,vt traditum eſt à Paul.Caſtrenſ.in
l.vnica.C.de mãdat.princip.& aſſeuerauit Speculat. in titul.
de legato. §.ſupereſt,num.17.
Aliter etiam in hac controuerſia diſtinguentem, conſulas
Ludouic.Rom.in l.ſciendum. nu.58.verſ.decimotertio deci-
ditur. ff.de verbor.obligat.cuius diſtinctionem in præſentia
prætereo,ne longior ſim.
Nunc vero primo loco limitabis , quod diximus de le-
gatione Pontificis Maximi, & Imperatoris, procedere in de-
legatione ipſius ſummi Pontificis , vel Imperatoris, ſecus in
alijs inferioribus: in his vtiq; poteſt probari per teſtes,cum
14 † in huiuſmodi inferioribus habeant locum iura cõmunia,
id eſt eãdem vim habere teſtes , & inſtrumen. in iudicio , vt
decreuit Imperator Cõſtantinus l.in exercendis.C.de fid.in-
ſtrum.quod idem placuit Spec.in tit.de prob. §.vltimo.verſ.
ſed nũquid delegatus. & deciſum fuit à Dominis de Rot. in
allegata dec.5.aliàs 397.ſi Epiſcopus.d.n.3.in fi.ver.de ſecũ-
do dubio.de offic.vicar.in nou. & in hãc decidit ſententiam
Bellamer.in dec.110.præſumitur prouiſio facta.n.15. verſ.ibi
enim quærens.de offic.delegat.& ſequitur Mil.in repertorio,
in verſ.probatio gratiæ Papalis.& Bellencin. in tract.de ſub-
15 ſid. charit.q.111. allegat in ſimili illud gratiam † ſubcolle-
ctoris Apoſtolici,qui deputatur à collectore, & ſic ab infe-
riore,poſſe probari per teſtes ſecundum Rot.in dec.10.aliàs
266.dixerunt & cõcluſerunt.nu.4.de offi.delegat.in nouis.
Sublimita ſupradictam limitationem, vt ſupra tradidimus
in concluſ.Commiſſio.in 2.limit.
Secundo præterea limitabis locum habere, tantum qñ de-
legato non fuit oblatum reſcriptum,& per ipſum receptum,
16 quia tunc † oportet,vt huiuſmodi delegatio probetur per li-
teras,ſecus vero,ſi poſtquam reſcriptum delegationis rece-
perit,illud perdiderit: tunc enim poterit probari per teſtes,
vel aliàs per cõmunia iura,vt aſſeruit Innocēt. in c.cum olim.
il 1.ad fi. de priuileg.quem refert & ſequitur Bellamer. in d.
dec.110.præſumitur prouiſio facta.nu.15.de offic.delegat. &
Specul.de probat.verſ.videndum reſtat.nu.1.cum ibi allegat.
& idem in tit.de leg.§. ſupereſt. verſ.ſed quid ſi legatio. nu.
17.& Bouer.in ſingul.ſuo 7.in verb.delegatio. incipien. Epi-
ſcopus non poteſt.nu.10.verſ.delegatio poteſt probari.
17 Tertio velim limites nõ procedere,qñ † ab initio pars nõ
inſtat ſuper productione reſcripti, qa tũc ſi iudex ſub ſilētio
trãſierit,poterit poſtea per teſtes hoc probari,argumēto eius,
quod conſtituit Imperator Iuſtinianus in authent.in med.lit.
§.1.& in authen. vbi litig.iur.§ qa vero.& notat in l.ne quic-
q̃.§.vbi decretũ.vbi Bal.poſt.n.10.verſ.vltimo Dd.ff. de offic.
proconſul.& lega.dũ tñ teſtes deponãt,reſcriptũ delegatio-
nis fuiſſe in iudicio exhibitũ, præſente parte, & publicatũ,
18 ſeu † in actis publicis redactũ,argum.l.geſta.C.de iudic.& l.
publicati.C.de teſtam.& c.cũ olim.de priuileg.& traditũ eſt
ab Henric.Boic.in c.cũ in iure.circa mediũ ſuæ diſtinctionis.
ver.et vtrũ de off.dele.& Spec.aſſeruit in §.vidēdũ reſtat.n.1.
ver.ego credo.& idē placuit Bouer.in ſing. ſuo 7.in verb.dele
gatio.n.22. vbi ſupra allegatos refert & ſequitur:hoc idē tra-
didit Natta in conſ.299. Reuerendiſſime pater.n.8.verſ.item
huiuſ

Digitized by Google

huiuſmodi poteſtas, & vide per Burſ. multa allata in conſ. 24. numero 14.

CONCLVSIO CCCCXCIII.

ARGVMENTVM.

Delegatio an probetur probatione tacita ſeu præſumpta: delegantis poteſtas & auctoritas delegandi quo pacto probanda. Et an delegatus ſubdelegans cauſam alteri, poſſit teſtificari in illa cauſa.

SVMMARIA.

1 *Delegatio probanda eſt probatione tacita ſeu præſumpta, quando non poteſt probari per ſcripturam, per teſtes, vel per ſigillum.*
2 *Delegatio præſumitur, & mandatum ſuperioris præceſſiſſe ex ſcientia & tolerantia ſuperioris.*
3 *Scientia, & tolerantia ſuperioris cum ſit fundamentum intentionis illam allegantis, debet ab eo articulari & probari.*
4 *Delegantis poteſtas, & auctoritas delegandi, quibus modis probari poſſit.*
5 *Ad probandum titulum ſaltem præſumptum in maiore, vel prædeceſſore ſufficit communis opinio & fama.*
6 *Delegandi poteſtas, & ſubdelegandi, alijs & modis & caſibus probatur, & quibus.*
7 *Delegatus ſi ſubdelegauerit cauſam alteri, an poſſit teſtificari in illa cauſa.*
8 *In eadem cauſa non poteſt quis eſſe iudex & teſtis.*
9 *Delegatus, ſi ſubdelegauit totam cauſam à principio, in eo poteſt teſtimonium ferre, cum in illo caſu ceſſet omnis ſuſpicio.*
10 *Delegatus fungitur vice delegantis, & etiamſi ſubdelegauerit omnino cauſam, non poteſt teſtificari in illa, cum delegans in cauſa delegata non poſſit eſſe teſtis.*

DElegatio qñ dilucide non poteſt probari per ſcripturam, vel per teſtes, ſiue ſigillum, vt ſupra diximus, conſugien-
1 dum † eſt ad probationem tacitam, ſeu præſumptam, videlicet probando per teſtes, illum tanquam delegatum ſe geſſiſſe, vel ſententiã protuliſſe publice, notorie, ac ſciente & patiente ipſo delegante, vel illo, qui ipſum delegare poterat, & pro-
2 ceſſiſſe, & ſententiam tuliſſe, nam † ex tali ſcientia & tolerantia ſuperioris præſumitur delegatio & mandatum ſuperioris præceſſiſſe, arg. l. 1. §. magiſtrum, & ibi Pau. de Caſt. nu. 3. verſ. tertio no. ff. de exercit. l. fi. ff. quod cum eo. & in hanc ſententiam reſpondit Dec. in conſ. 650. nu. 12. & Alex. cauit in conſ. 44. viſo & diſcuſſo. poſt nu. 4. verſ. fortificari videtur, & poſt nu. 5. verſ & principaliter. li. 2. & in conſ. 157. viſo inſtrumento donationis nu. 10. verſ. a. reſpõdeo. eod. lib. 2. & notat Bar. in conſ. 79. quidam vendidit, nu. a. verſi. quia eo ipſo, & Vant. in tract. de nullit. tit. quib. mod. ſenten. null. reparetur. no. 44.
3 Sed obſerues velim, huiuſmodi ſcientiam † & tolerantiam ſuperioris eſſe fundamentum intentionis illam allegantis, & ideo debere ab eo articulari & probari, vt ex multis cõgeſtis ab eodem Vant. in d. tract. de nullit. vbi ſupra, nu. 45. cum ſeq. & ad hoc conſulas per Fel. in c. cum in iure petitus. num. 8. & 10. de offic. delegat.

Vidimus hucuſq;, quo pacto delegatio queat probari, perſcrutemur modo breuiter, qũo delegandi facultas ſit probanda. Et nonnulli in eam deſcendere ſententiã, delegantis pote-
4 ſtatem & auctoritatem † probari poſſe ſaltem vno ex modis ſupra notatis, hoc eſt, aut per ſigillũ, vel per literas, aut per teſtes, ſeu per patientiam, aut communem opin. & famam, ita Vãt. tradidit in d. tract. de nullit. vbi ſupra, nu. 48. vbi inquit, communem opin. & famam ſufficere ad probandum titulum
5 † ſaltẽ præſumptũ in maiore, vel, vt aiunt noſtri, prædeceſſore, per ea, quæ obſeruauere Lap. alleg. 89. in Dei nomine, amẽ. Factum ſuper quo. nu. 9. verſ. idẽ dicimus in electione, & Fel. in c. illud. col. 3. poſt nu. 12. verſ. vltimo quoad principalẽ. de præſump. Caſſador. dec. 2. & 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.

Præterea poteſt probari delegandi poteſtas, & ſubdelegandi, ſi probaretur, ipsũ delegantẽ fuiſſe legatum Principis, vel pro conſulis, aut legati de latere, ſiue ad vniuerſitatem cauſarum delegatoris, vel fuiſſe delegatum à iudice ordinario cum
6 expreſſa poteſtate ſubdelegandi, ſiue † probaretur conſuetudo generalis illius loci, ſeu prouinciæ iudices quoſcunque, nullo habito diſcrimine, cauſas delegare, vel ſubdelegare cõſueuiſſe. His nãq; caſibus poteſtas delegandi vel ſubdelegandi, ſatis valide & probabiliter probaretur, vt Vant. ait, vbi ſupra, nu. 49. adducens poſt alios Fel. in c. ſuper qõnũ. §. ſi vero. nu. 16. verſ. gl. in verſ. nec in cauſa. de off. deleg. & iuris Cæſarei profeſſores in l. quia. & l. more. ff. de iuriſd. om. iud atq; iuris Pontificij profitentes in c. cũ Bertoldus. de re iud. cũ alijs.
7 At enim illud à me qs poſſet ſciſcitari, an delegatus, ſi † ſubdelegauerit cauſam alteri, poterit teſtificari in illa cauſa? Quia in re placuit gl. in c. dilecto, in verb. recuſaſti. de teſtib. & Specul. eod. tit. §. 1. verſ. quid ſi iudex ſtatim poſt nu. 79. atq; Sicul. in eo. c. dilecto. col. 4. optime poſſe eſse teſtẽ. Vnde idẽ Sicul. inquit, quod aut iudex ante ſubdelegationem proceſſit ad aliquam ſententiam, ob idque præſumatur affectus ad cauſam, &
8 non poſse eſse teſtem ratione ſuſpicionis, quia † nõ poteſt in eadẽ cauſa eſse iudex & teſtis, vt ſtatutũ eſt in c. ſtatuendum. 2. q. 6. ad quod pertinet, quod notat Accurſ. in l. ob carmẽ. §. 1. ff. eod. tit. aut ſubdelegauit cauſam totam in principio, & tũc poteſt teſtimonium ferre: nam tunc non poteſt dici, ipsũ aliquo ſtudio propendere ad cauſã, vnde ceſsat ratio c. ſtatuendum, ad hoc ſpectat c. iudex. de off. deleg. in 6. vbi in hoc caſu
9 † ceſsat omnia ſuſpicio, prout refert & ſequitur Aufrer. in ſuo tract. de teſtib. in princ. no. 33. verſ. delegatus, & Fel. cum alijs in d. c. dilecto, poſt nu. 2. verſ. gl. in verb. recuſaſti, de teſtib.

Iſtorum ſententiam non probauit, ſed improbauit Innoc. in d. c. dilecto, vbi voluit, quod etiamſi ſubdelegauerit omni-
10 no cauſam non poſse teſtificari in illa, ea ratione, † quia delegatus fungitur vice delegantis, vt cauit excellentiſſimi vir ingenij Papinianus in l. 1. §. vlt. de offi. eius, nam delegans in cauſa delegata non poteſt eſſe teſtis, ſi credimus Spec. de teſtib. §. 1. poſt d. nu. 79. verſ. quid ſi iudex.

CONCLVSIO CCCCXCIIII.

ARGVMENTVM.

Deliberatio an præſumatur in parentibus erga liberos.

SVMMARIA.

1 *Deliberatio præſumitur in parentibus erga liberos.*
Stimulus naturalis vrget patrem ad cogitandum de liberis ibi.
2 *In teſtamento parentum inter liberos non requiritur rogatos eſſe teſtes.*
3 *Teſtes ad quid rogentur in teſtamentis.*

1 DEliberationem pręſumi in parentibus † erga liberos, colligimos ex reſponſo prudentiſſimi Papin. in l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adulter. nam ſtimulus naturalis vrget patrẽ ad cogitandum de liberis, vt dixit Paul. in l. amiciſſimos. §. vlt. ff. de excuſ. tut. & obſeruauit Bal. in auth. quod ſine. poſt nu. 3. verſ. quæro nunquid. C. de teſta. ex quibus illud merito poteſt eli-
2 ci, in teſtamento parentum inter liberos † non requiri rogatos eſſe teſtes, vt voluit Accurſ. in l. vlt. ad fin. C. de teſtam. cui acceſſere Caſtr. & recentiores in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. & Aug. in auth. de teſtam. imperfectis. in princ. & Bal. tradidit in d. auth. quod ſine. nu. 3. verſ. quæro nunquid. C. eo. de teſtam. teſtes etenim rogantur in teſtamen-
3 tis, vt poſſint diiudicare, an † teſtator verba proferendo, quæ ſonant in teſtamentum, ea deliberate, & ſerio, animoq; teſtandi protulerit, vt huiuſmodi rogatio ponderatur à Serbidio Scæuola in l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de legat. 3. & notat Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſæ, in priuil. 4. in fine.

CONCLVSIO CCCCXCV.

ARGVMENTVM.

Deleta in inſtrumento quo pacto probari debeant.

SVMMARIA.

1 *Deleta in inſtrumento probari debent ex corpore ipſius inſtrumenti, fuiſſe deleta voluntate teſtatoris, & quomodo.*
2 *Scriptura facta extra corpus inſtrumenti, carens die, conſule, & ſigno Notarij, non facit fidem.*

DEleta in inſtrumento debent probari ex corpore ipſius
1 inſtrumenti, fuiſſe deleta † voluntate teſtatoris, videlicet vt Notarius ſcribat in nouiſſimo loco inſtrumenti, ea quæ ſupra deleta ſunt, mutata, vel addita, dicendo nempé, Ego Notarius deleui, mutaui, & addidi, vt ſcriptum fuit à Bal. in l. noſtram. nu. 2. verſ. & not. quod iſtæ cancellationes. C. de teſtam. & in l. ea quæ, in prin. nu. 1. C. commun. & epiſt. cum alijs relatis ab Alex. in conſ. 14. viſis, & cõſideratis, nu. 16. & ſeq. & per tot. l i. 6. & caueat Notarius, ne hanc idem fidem faciat in mar-
2 gine, vel poſt completum inſtrumentũ, quia † huiuſmodi ſcri-

ptura

ptura ſita extra corpus inſtrumenti, carens die, Conſule, & ſi-
gno Notarij, non faceret fidem, vt ſanxit Imper. Iuſtinia. in §.
oportet, in auth. de fid. inſtr. & per Inn. in c. 1. eo. tit. & Alex. in
l. ſi vnus. poſt nu. 8. verſ. extra gl. C. de teſtam. cũ alijs, quos re-
fert Duran. in tract. de arte teſtãdi. tit. de mutatione teſtamen
ti. cautel. 6. ad idem conſuluit Alexan. in conſ. 59. viſo proceſſu
cauſæ tam principalis, poſt nu. 5. verſ. & quod dicta ſcriptura,
lib. 2. & videas ſupra in concluſionem noſtram, Cancellatio,
vbi de hac re fuſius diſſeruimus.

CONCLVSIO CCCCXCVI.

ARGVMENTVM.

Delictum an præſumatur, & quomodo.

SVMMARIA.

1 *Delictum non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Præſumptio delicti licet ſit valida ad obtinendam abſolutionem, non tamen ſatis eſt vt ex ea aliquis condemnetur.*
3 *Præſumptio delicti ſumi non ſolet, vbi agitur de præiudicio tertij.*
4 *Delictum præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.*
5 *In dubio interpretatio fit contra delinquentem.*
6 *Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientiæ, vt tutior via eligatur pro ſalute animæ.*
7 *Teſtator ſi confeſſus ſit, ſe fuiſſe fœneratorem, fiet interpretatio, illum ſemper fuiſſe, vt heres ad reſtitutionem compellatur.*
8 *Hæreſim, & irregularitatem in dubio tutius eſt præſumere, ſi agitur ad imponendam pœnitentiam pro vtilitate animæ.*
9 *Nemo ab origine eſt fœnerator, nec præſumitur quis vnquam retro vſuratius.*
10 *Delictum præſumitur, quando eſt fauorabile delinquenti, vel ei commodum ex ipſo oritur.*
11 *Delictum præſumitur potius, quando in actu prima fronte ineſt maior delicti, quam boni ſpecies. Contrarium ſub nu. 12.*
12 *Conſpiratio licet poſſit capi in bonam partem, tamen intelligitur in malam.*
13 *Dolus præſumitur, quando probatur interueniſſe cauſam, quæ poterat facere actum illicitum.*
14 *Quando quis nihil habet cum alio agere, debet in dubio præſumi, eum non deliquiſſe, licet non aſſeratur aliqua cauſa.*
15 *Delictum præſumitur ſi prima fronte præſumatur factum fuiſſe peruerſo animo.*
16 *Prima præſumptio tollitur à contrarijs præſumptionibus.*
17 *Contrarium præſumptionis delicti probari poteſt per iuramentum.*
18 *Iuramentum præſtitum nihil prodeſt, quando contra iurantem eſſet aliqua præſumptio iuris.*
19 *Delictum quando intereſt rei pro abſolutione, vt præſumatur, tunc eius fauore præſumitur.*
20 *Coniectura l. merito ff. pro ſocio non excluditur, quando quis fuiſſet malus in eodem genere mali.*
21 *Dictum teſtis, quod ad delictum accepit pretium & non, in dubio præſumitur delictum ad hoc, vt noceat producenti.*

1 DElictum non præſumi, niſi † probetur, habemus ab Vlp.
in l. merito. ff. pro ſocio. & ibi Dd. Hanc candem conclu-
ſionem permulti conſulendo, decidendo, & profitendo cõfir-
manere, ex cõſulẽtibus adeſt Burſ. in conſ. 94. nu. 10. & in cõſ.
111. nu. 24. doctiſſimus Iac. Menoc. in conſ. 99. nu. 12. & in cõſ.
82. nu. 105. & in conſ. 101. nu. 54. & in conſ. 102. nu. 6. Crau. in
conſ. 18. diuino ſubſidio, Andreas iuuenis. col. fi. nu. 23. verſ. &
ſi dicas. Hipp. in conſ. 2. col. 1. & ſeq. & profitendo ſcripſit Alc.
in tract. de præſump. reg. 3. præſump. 1. nu. 1. Boet. quoque de-
cidit in dec. 215. n. 22. Duen. in reg. 194. in verb. delictu. Cæp.
cõſ. crim. 21. n. 17. Barb. in cõ. 77. præclare ſcribitur. in prin. vol.
4. Bal. ẽt in l. precib. col. 5. poſt nu. 21. verſ. excuſat ergo. C. de
impub. & alijs ſubſtit. Nat. in cõſ. 549. nu. 11. & in conſ. 407. nu.
30. Ceph. conſ. 76. n. 23. Iaſ. in l. qui iuraſſe. in §. 1. n. 8. ff. de iu-
reiur. & in l. ex hoc iure. nu. 11. ff. de iuſtit. & iur. & in l. rogaſti.
in §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Pariſ. in c. præſentia, de proba. & vide
late ad hanc concluſionem Ant. Trigon. in ſuo ſing. 70. incip.
clarum eſt, & in ſing. 41. incip. notam habes regulam. & Octa-
uian. Vulpel. in conſ. 38. ſuppoſita querela, num. 3. & 5.

Primo loco limites velim ſecundu Bar. in d. l. merito. ff. pro
ſocio. quẽ refert & ſequitur Alc. vbi ſupra, nu. 4. hoc eſt, vt non
2 procedat, qñ ageretur de aliquo condẽnando, qa † talis præ-
ſumptio licet ſit valida ad obtinedã abſolutionem, non tu ta-
tis eſt & valida, vt ex ea aliquis condẽnetur, & eſt gl. inſignis,
iũcto tex in l. q iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. & ibi Dd. idem
placuit Roma. in conſ. 304. incip. plura ſunt, in prin. poſt nu. 2.
in fin. Dec. ẽt aſſeruit in l. ſi emancipati. in 3. notab. poſt nu. 3.
verſ. non obſtat alia ratio. C. de collat. idẽ in c. Oſius. col. 2. nu.
31. verſ. itẽ illa regula de elect. atq; in c. ſuper literis. col. 4. in
fi. poſt nu. 31. verſ. itẽ ꝙ quis præſumatur, de reſcri. nec ab hac
re receſſit Soc. in conſ. 57. in cauſa teſtitut. nu. 17. verſ. nec ob-
ſtat. vol. 4. Ludou. Gomeſ. ſequutus eſt in tract. de gra. expect.
nu. 80. verſ. & hoc regulare eſt. Goza. conſuluit in conſ. 66. in
Chriſti nomine decreueram. nu. 3. col. 2. verſ. tertio dico. Rui.
reſpondit in conſ. 68 ſuper primo. col. 2. poſt nu. 4. verſ. nec ẽt
obſtat. vol. 4. Menoch. meminit in conſ. 60. nu. 32. & 33. Crau.
3 ſenſit conſ. 57. nullo modo, nu. 8. verſ. ſexto & vltimo. nã † iſta
præſumptio ſumi non ſolet, vbi agitur de præiudicio tertij, vt
tradidit Fel. poſt Abb. in c. cum in iure. in prin. de offi. deleg.

Secundo limitare poteris, locum non habere in his, quæ sũt
4 de genere prohibitorum: nam † in his præſumitur delictum,
vt aſſeuerauit Dec. in c. in præſentia, nu. 14. de probat. vbi ad
hoc affert c. 1 de præſump. & l. 1. C. de ſicar. vbi, ſi homicidium
committatur, præſumitur in dubio doloſe committi, licet po-
tuiſſet patrari ad defenſionem, l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & in
c. 3. de ſent. excommun. vel potuiſſe committi ex culpa abſq;
dolo, quo caſu mitius debet puniri, vt cauit Paul. in l. Cornel.
5 ff. de ſicar. & tamen † in dubio interpretatio fit contra delin-
quentem: ita etiam voluit Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. an
vero nec hæredi, verſ. breuiter quidnam. poſt nu. 4. ff. de eden.
& ibi Ang. in §. cum prætor. verſ. conclude, quod aut, nec de-
fuere iſtius ſententiæ quamplurimi aſſertores, vt Alex. in cõſ.
74. viſo titulo. nu. 2. vol. 6. Corn. cõſ. 28 col. fi. verſ. nec obſtat,
vol. 3. & Imper. Diocl & Maxim. in l. ſi nõ cõuicij, C. de iniur.
Alex. in cõſ. 93. repetitus in cauſa, col. 2. nu. 6. verſ. nec obſtat,
vol. 6. Fel. in c. cum dilecti, in 4. col. 7. notab. poſt nu. 2. de accu
ſa. Pariſ. conſ. 78. ad dubij reſolutionẽ, nu. 16. verſ. tamen quia,
vol. 4. & cõſ. 149. in præſenti cauſa. nu. 19. verſ. illud enim cer-
tum eſt, eod. vol. 4. Ruin. conſ. 1. col. fin. poſt nu. 5. verſ. nec ob-
ſtat. vol. 5. Cæpol. in conſ. 29. num. 4. verſ. item quia in delictis,
Grani. vot. 3. nu. 5. Hippol. conſ. 4. nu. 21. & conſ. 7. nu. 6.

Tertio limitanda erit concluſio, vt vera non ſit in foro con
6 ſcientiæ, nam † in tali caſu in dubio delictum præſumitur, vt
tutior via eligatur pro ſalute animæ, ita Dec. ait in c. in præ-
ſentia, num. 15. de probat. per gl. in c. veniens, de ſponſal. cum
alijs ibi relatis. idem Marian. Socin. iun. voluit in conſ. 29. cir-
ca præſentem. nu. 31. vol. 2. quod idem confirmauit Hippolyt.
Marſil. in ſingul. 151. ſemper in dubijs, num. 2. & Anchatao. te-
ſtatus eſt in conſil. 179. prima facie, circa fin. vbi voluit, quod
7 ſi teſtator confeſſus ſit, ſe fuiſſe fœneratorem, fiet † interpre-
tatio, illum ſemper fuiſſe, ad hoc, vt hæres compellatur ad re-
ſtitutionem, quia iſtud erit ſalubrius pro anima defuncti: &
hoc dictum ſequitur etiam Felin. in c. fin. num. 14. verſic. fallit
tertio, de præſumpt. & in d. c. in præſentia, poſt nu. 13. ver. ſe-
cundo not. quod iſta dicta, de probat. idem dicitur in hæreſi,
& irregularitate, quam in dubio tutius eſt præſumere, ſi aga-
8 tur † ad imponendã pœnitentiam pro vtilitate animæ, vt ex
multis concludit Alberti. de aſſertio. cathol. agnoſc. quæſt. 7.
numero 17.

Diſſenſit in fœneratore, illiusq; partes tutatus eſt Alcia. de
præſump. in reg. 3. præſump. 1. nu. 14. vbi reprobat dictum An-
9 char. in d. conſ. 179. ex eo, quia † ab origine nemo eſt fœnera-
tor, nec præſumitur quis vnquam retro vſuratius, & alia ibi
adducit, quæ tu ipſe videas.

Nec graue tibi fuerit quarto limitare, vt non procedat, qñ
delictum fauorabile eſt delinquenti, vel ei commodum ex
10 delicto oritur, nam † tunc præſumitur delictum, iuxta mẽtem
conſulentis Alex. conſ. 124. viſa inquiſitione formata. num. 12.
verſic. vnde nunquam. vol. 4. cum ibi alleg. & idem tenet Hip-
pol. de Marſil conſ. 77. incip. Dominus labia mea aperiat. nu.
7. & conſ. 124. licet plura col. 2. nu. 10. verſ. & pro hoc facit, &
conſ. 62. Summi Dei innocato ſuffragio. col 3. num. 4. verſ. nam
nunquam, quibus accedit Alb. in l. 2. §. 2. & in l. ſi quis mihi bo
na. §. patri. ff. de acquir hæredi & in l. ſi ventri. §. fin. & ibi per
Bar ff. de priuil. cred. & in l. poſt contractum. de dona. & dixit
Alb. in l. 1. C. ſi quis Imp. mal. & in l. metum, & ibi Bal. ff. quod
met. cauſ. & in l. fi. C. de probat. ad hoc extat gl. ſingularis in l.
qui iuraſſe. in §. ſi pater. ff. de iureiur. reſpondit Rom. in conſi.
304. plura ſunt, quæ allegantur, poſt num. 2. in fi. & ibi Horat.
Mandoſ. in addit. littera B. qui idem ſentientes citat. Crauet.
quoque in conſ. 8. nu. 4. & in conſ. 75. nu. 13.

11 Quinto limitabis, quando in actu † prima fronte ineſt ma-
ior delicti, quam boni ſpecies, quia tũc potius præſumitur de-
lictum, ſic traditum eſt in c. eſtote, & c. cum dilecti, vbi Abb. &
cæteri, de accuſat. & dixit Abb. in c. exhibit. de iudic. vbi licet
12 conſpiratio poſſit capi in bonam partem, tamen † intelligi-
tur in malum.

Cõtra ſupradictam limitationem multa adducit Alciat. in

d. ſuo

d.ſuo tract.de præſumpt.regula 3.præſumpt.1.nu.5.ad quem te reijcio.

Sexto limita, quando ille, qui dicit, non deliquiſſe, probat interueniſſe cauſam, quæ potuit facere actum licitũ, prout in d.l.merito. vbi probatum fuit, illum habuiſſe partẽ in re, qua
13 vtebatur, ſecus ſi talis cauſa non probaretur: etenim † tunc præſumeretur dolus, vt Alciat. docuit in d.ſuo tract. de præſumpt.in d.reg.3.præſump.1.nu.11.cũ ibi adduct.& ita declarat Fel.in c.nõnulli.col.7.poſt nu.42.verſ.ad illud põt rñderi.

Sublimitabis prædictam limitationem, & intelliges procedere, quando agitur præcipue circa inueſtigationem alicuius
14 negotij, ſecus ſi in vniuerſum, quãdo † quis nihil habet cum alio negotij: debet enim in dubio præſumi, eum nõ deliquiſſe, licet non afferatur aliqua cauſa, cui innitatur talis præſumptio: ita ſcripſit Alci in d.3.reg.1.præſump.nu 12.verſ aduerte tamen.adducit Glo.in c.ſi forte.in verb.ſcientiæ vbi Ioan. Andr.& Dominic.de elect.in 6.

Septimo limites velim, vt locum ſibi non vendicet, vt pri-
15 ma fronte ſaltem † præſumatur delictum factum fuiſſe peruerſo animo, vt aſſeruit Abb in c.1.de præſumpt.nu.3.verſic. no.quod in maleficijs. & ibi Innoc.

Primo ſublimitabis, vt vera non ſit, ſi contrarium probetur
16 alijs præſumptionibus, huiuſmodi † namq; prima pſumptio tollitur, Abb.& Fel.tradidere in d.c 1.nu.17.de præſumpt.

Secundo ſublimitanda eſt, vt cõtrarium probari poſſit per
17 iuramentum, nam † id in animo ſitum eſt, vt reſpõſum eſt ab Alex.in conſ.127.viſa inquiſitione, nu.15.vol.4. quod & confirmauit Innoc.in c.2.de conſtit. Bart.etiam docuit in l.inter omnes.§.recte.poſt nu.2.verſ.pro hac glo.facit.ff de furt.

Reſtringas tamen dictam ſecundam ſublimitationem non procedere, quando contra iuratem eſſet aliqua præſumptio
18 iuris, quoniam † tunc ei nihil prodeſt iuramentum præſtitũ: ita Innoc.protulit in d.c.2.de conſtit.& ibi Io.And.& Glo.in c.1.de pœn.in verb.commode.

Inſuper octauo limitanda eſt cõcluſio, vt locũ non habeat, quãdo intereſt rei pro abſolutione, vt delictum præſumatur,
19 tunc † nempe eius fauori præſumitur, ſi fides eſt habenda Rom.in d.conſ.304.plura ſunt.col.1.verſ.nec refragatur.poſt nu.2 nec ab hac opinione diſceſſit Feli.in c.fin.col.4.nu.13.de præſumpt.verſ.fallit ſecũdo.neque reticuit Dec.in l.ſi emancipati.col.3.poſt nu.3.verſ.nec obſtat, ſi dicatur.C.de collat. hoc haud ſuppreſſit Alciat.in tracta.de præſumpt.reg.3. præſump.1.nu.4 quibus ſe ſubſcripſit Hyppol.in l.rixa.nu.6. ff.de ſicar.& in conſ.53.incip.longe eſt Dominus.nu.31.& in conſ. 77.Dominus labia mea aperiat.nu.7. & ſenſit Aymo Crauet. conſ.37.incip.nullo modo legitur.nu.6.& ad hoc adeas Marſil.in conſ.104 qui conſil.Roman.citat nu.34.

Nouo limites, quando quis fuiſſet malus in eodem genere
20 mali, nam † tunc nõ excluditur coniectura, d.l.merito. ff.pro ſocio.vt dixit Goza.conſ.66.col 2. verſ.ſecundo rñdeo, nu.7.

Decimo, & poſtremo loco limitabis, vt non habeat locum in dicto teſtis, quod in vtranque queat accipi partem, id eſt,
21 quod poſſit ſe habere ad delictũ, nec poſſit, quia in † dubio præſumitur delictum, ad hoc, vt noceat producenti, iuxta ſententiam Ang.in conſ.10.col.3. verſ.nunc deſcendo ad tertiã. quem refert Illuſtriſs. Cardin.Alban. in ſuis lucubrationibus ad Bart.in d.l.merito. ff.pro ſocio. vbi ponit duodecim limitationes ad d.l.merito.quæ ſpectant ad regulam, vt vnuſquiſque ſemper præſumatur bonus, & cõtulas ſupra noſtram concluſionem, Bonus, & pro ſupradictis adeas plene Gab.in ſuis concluſionibus, lib.7. de crimin. concluſ.2. vbi facit duodecim illationes, illas ampliando & limitando.

CONCLVSIO CCCCXCVII.

ARGVMENTVM.

Delictum an recte & manifeſte probari debeat, & an per teſtes, & per famam publicam probetur, ac quomodo plene probatum dicatur.

SVMMARIA.

1 *Delictum recte & manifeſte probari debet, & de eo conſtare, ſiue accuſando, ſiue inquirendo agatur.*
2 *Coniectura non ſufficiunt ad probandum delictum.*
3 *Probatio euidens dicitur illa, quæ ex coniecturis colligitur in caſibus, in quibus lex ſtatuit, vt coniectura habeant vim plenæ probationis.*
4 *Coniectura valida, & à iure approbata probant, maxime in delictis occultis, quando concurrit difficultas probationis.*
5 *Delicti probatio nedum neceſſaria eſt, ſed etiam identitas rei, ſuper qua aſſeritur delictum patratum fuiſſe.*
6 *Identitas in criminalibus non præſumitur.*
7 *Delictum per teſtes optime probatur.*
8 *Delictum quando eſt patratum domi, probatur per teſtes domeſticos.*
9 *Delictum quando non eſt patratum in domo, vt probetur, debent teſtes eſſe omni exceptione maiores.*
10 *Delictum probari poteſt & plene, etiam per illos teſtes, qui ceperunt delinquentem, ſi vrget difficultas probationis.*
11 *Delictum non probant teſtes primo examinati, & demum in tormentis repetiti, non citata parte. Contrarium nu.12.*
13 *Delictum non probant atteſtationes teſtium examinatorum, reo non citato, quando reus comparet, & vult ſe defendere, ſecus ipſo abſente, & contumace.*
14 *Delictum non probant teſtes, qui deponunt de delicto de nocte commiſſo, longo ab ipſis interuallo, vel non lucente Luna vel ſine lumine.*
15 *Magis creditur teſtibus deponentibus de non delicto, quam de delicto, ſi ab vtraque parte examinati ſunt numero pares.*
16 *Magis creditur teſtibus deponentibus homicidium commiſſum fortuito, & non conſulto, quam dicentibus contrarium.*
17 *Delictum quando plene probatum dicatur.*
18 *Delictum concurrente inimicitia vel odio, probatur, vbi quis ſecreto allocutus fuit alterum, & ille delictum patrauit.*
19 *Delictum probatur per famam publicam delicti commiſſi, & quo pacto teſtes illam probent.*

DIximus in ſuperiori concluſione, ſi meminiſtis delictum nõ præſumi, ſed probari debere. Nos igitur huius rei memores, merito hic ſubijcere voluimus, Delictũ recte & mani-
1 feſte probari, & de eo conſtare debere, ſiue † accuſando, ſiue inquirendo agatur, l ſi quando. in verb.patefacta.& ibi Bart. poſt nu.2.verſ.itẽ oppo.in fi.& Iaſ.in 4 not.nu.11. C vnde vi. quib.accedit Ang.in l.certum.ff.de confeſſ. & tradidit Abb. in c.1.in fi.& ibi Dec.nu.97.verſ.poſtremo.de offi deleg.quo in loco reiecta opinione Imolæ ſentientis contrarium, firmat ſñiam Abb.ad quod ſpectant ea, quæ obſeruauit Alex.in cõſ. 19.circa primum.poſt nu.1. & 5.vol.7.& in cõſ.33.col.1.lib.1. & quæ animaduertit Dec.in conſ.410.in cauſa mota.n.7.col. 2. atque Crauet.in conſ.260.ad dubia ſubtilia. in lib.2. nu 1. & ſeq.nec non huc pertinent, quæ tradita fuere ab Hyppo.de Marſil.in pract.in princ.nu.5.verſ.iſtud.& per Gram.in conſ. 19.nu.2.& in conſ.60.nu.8.in conſ.8.in princ.Blanc.in l.fin.in princ.nu.17.de quæſt.Alex.in conſ.19.nu.1.vol.7.& Boer. deciſ.164.nu.8.atque Hippol.conſ.134.nu.3.

Hanc concluſionem ſic primo ampliabis, vt vſq; eo procedat, ne † ſufficiant coniecturæ ad illud probandũ, iuxta ſñiam
2 Dec.poſt Abb.in d.c.1.nu.88.& 89.de offi deleg. quos refert etiam ſequendo Crauet.conſ.244.in cauſa inquiſitionis nu 1.

Limitanda tamen eſt iſta ampliatio, vt non vera ſit in caſibus, in quib.lex ſtatuit, vt coniecturæ habeãt vim plenæ pro-
3 bationis, nam † tunc euidens probatio dr̃ illa, quæ ex coniecturis colligitur, quod eſt ſancitum in c.1.de cler.non reſiden. & in c.cum diœceſis, de vſuris.& notat Bal.in l.ciues, in prin. C.de appel.& aſſeuerauit Accur.in l.abſentem. in verb.damnari, in fi.ff.de pœn & tradidit Alex.in l.licet Imper.n.4.verſ. in tex.ibi.de leg.1 Dec.quoq; placuit in d.c.1.i fi. de off.dele.

Secundo limitatur, quando concurrit difficultas probatio-
4 nis, nam † eo caſu conſtando per coniecturas validas, & à iure approbatas, maxime in delictis occultis, probabitur delictum per coniecturas, ita Foller.inquit in ſua pract.crimin. in ver.capiat inform. num 18.

Secundo loco ampliabis concluſionẽ, vt nedum ſit neceſ-
5 ſaria probatio delicti, verum etiam identitas rei, ſuper † qua aſſeritur patratum delictum fuiſſe, vt ſenſit Abb.in c.cũ Ioannes.col.fi.poſt nu.16.in fi.de fide inſtrum.quem ſequitur conſulendo Dec.in conſ.101.pro tenui facultate, col.2.verſ.bene facit, quod D.Cardinalis conſuluit. Crauet.etiam meminit in d.conſ.244.nu.2.vbi quoq; ait, quod quando aliàs præſume-
6 retur identitas in criminalibus, non habeat locũ, vt † ſcilicet non præſumatur, & ad hoc adducit doctiſſime tenẽtem, & id dicentem Corn.in conſ 233.col.2.& in conſ.277.col.fi. lib.5.

Ex iſtis igitur, quæ proxime retulimus, ſatis aperte cõſtare arbitror, delictum debere probari: quo vero pacto id probandum ſit, nunc paucis eſt diſcutiendum.

7 Delictum itaque probatũ optime dicetur, cum † illud per teſtes cõſtabit, vt videre eſt ex multis, quæ accumulauere Io. And.in reg.ſemel.de reg.iur.in 6.& Abb. atq; Fel.in c.cum in eccleſijs, nu.2. ver.ſed per prædicta.de maiorit. & obedient. nec id conſulenti diſplicuit Soc.iun.in cõſ.39 perſpectis his. nu.4.

nu.4.volum,2. & ex alijs allatis ſupra in concluſ.Crimen, ad
quam te reijcio,
8 Quod poſtremum ſic velim primum amplies, vt † ſufficiāt
teſtes domeſtici quando domi delictum eſt patratū, vt cōſi l-
tum fuit à Rom.in conſ.451.quædā mulier.nu.7.& per l.con-
ſenſu.C.de repudijs.& cautum eſt à Bal.in cōſ.427.quædam
mulier.nu.5.vol.5 in quam ſententiam plurima congeſſit Ga-
briel in concl.12.nu.33.de teſtib. verſ.quarto principaliter li
mita. At quando delictum non fuiſſet in domo patratum, de-
9 bēt † teſtes eſſe omni exceptione maiores, vt traditū eſt in l.
maritus.à gl & Bar.ff.de quæſt. quod & arriſit Alex. de Imo.
in cōſ.181.vol 2.& ſequitur Franc.Mar.in dec.285.nu.4.lib.2.
Præterea ſecundo ampliabis, vt probari poſſit etiam per il
los teſtes, qui ceperunt delinquentem, & potiſſimum ſi alij
10 teſtes non reperirentur contra ipſum male meritum, nam † ſi
vrgeat huiuſmodi difficultas probationis, iſti teſtes plene
probant, vt probauit, multos referendo Matth de Afflict. in
conſtit.Neapol.lib.2.tit.de his, qui fideiuſſor.rubr.10.nu.30.
vbi ſcribit, etiam de teſtibus deponentibus de delicto noto-
rio, & de publica fama delicti commiſſi.
Primo limita, non habere locum in teſtibus primo exami-
natis, & demum in tormentis repetitis, non citata parte, nam
11 tunc non † probant delictum, iuxta * communem ſcribentiū
* ſententiam, de qua teſtatur Bar.in l.fin.in fi.de quæſtio.& Mar-
ſil.in l.1.nu.7.eo.tit.refert & ſequitur Viuius in commu.opin.
in verb.teſtes non poſſunt. quibus accedit Ludouic. Cattus
conſ.crimin.99.nu.29.inter plurium criminal.conſi.vol.1.at-
que comprobauit Blanc.in pract.crimin. f.5.nu.33. idem aſ-
ſeruit Ant.de Butr.in c.qualiter & quando. §.debet. poſt nu.
40.de accuſat.vbi atteſtatur, ita obſeruari ſolere in communi
vſu forenſi, & ibidem illum refert Aret.nu.98.
Veruntamen contrariam fori conſuetudinem ſolere obſer-
12 uari, † atteſtatur Blanc. in loco nuper relato. & hanc eſſe
* * communem omniū curiarū praxim, dicit Foller.in ſua Prac.
crimin.canon.fol.109. nu.1. & Alex.in conſ.65. habita ſuper
contentis.nu.9.verſ.& dato, quod in fin.lib.1.
Sedabis tamen cōtrarias has opiniones, hoc pacto, vt prior
procedat, quando reus comparet, & vult ſe defendere, &
13 † tunc atteſtationes talium teſtium, ipſo nō citato, non pro-
bant delictum, ſecus ſi ipſo abſente, & contumace: ita diſtin-
guit Clar.in ſua pract.crimin.§ fin.q.11.verſic.item quæro.&
ſequitur Burſat.in conſ 34.nu.5.
Ad hæc ſecundo limita, locum ſibi non vendicare, cū teſtes
deponunt de delicto nocte commiſſo, & longo ab illis cōmit-
14 tentibus delictum interuallo erant ſeiuncti, & † Luna nō lu-
cebat, vel non aderat lumen, propterea quod tunc non pro-
bant delictum, quinimo falſi ſuſpicione laborant, iuxta tradi-
ta à Gram.voto 21.ſummi opificis.nu.2. & conſ.58. Redem-
ptoris gentium.nu.1.Cott.memorial.in verb.teſtes.quod pla
cuit & Viuio in ſuis cōmun.opin.in verb. teſtis deponens de
* nocte.vbi atteſtatur de * cōi prudentū conſenſu, & Corn.con
ſulendo ſenſit in cōſ.217.vol.1.cui accedit Crau.cōſ.99.Ioan
nes filius.nu.9.& Celſus Hugo conſ.120.nu.62. & cōſ.62.nu.
5.quos etiā refert & ſequitur Burſat.in cōſ.34. nu.6. cum ſeq.
Tertio limitabis, quando ab vtraq; parte eſſent teſtes exa-
15 minati, & † eſſent numero pares, etenim tunc magis creditur
deponentibus de non delicto, quam de delicto, ſi credimus
Cæpol.conſ.crimin.1.ver.item videtur ex alio. & conſ.ciuil.
60.cui rei ſuffragatur, quod notat Bal.in c.in noſtra.nu.1.ver-
ſic.no.quod plus creditur. de teſtib. vbi inquit, magis credi
teſtibus, dicentibus, homicidium commiſſum fortuito, &
16 † non conſulto, quàm dicentibus contrarium, & ibi etiam
Ioh.col 3.nu.11.verſ.& præferuntur dicentes homicidium.
Attendite & aliud Probationis genus, quo delictum pro-
bare poſſitis: etenim
Delictum probatum dicitur plene, vbi concurrunt ſimul
17 hęc tria. Primo † inimicitia, vel odiū, quod quis gerebat, con
tra quem delictum commiſſum fuit: ſecundo minæ contra ip
ſummet: tertio delictum continuo ſequutum, vt conſultum
fuit à Crauet.qui multis id probat, in conſil.35. ex pluribus
concludendum eſt. nu.4.verſ. quinimo iſtis tribus.
Quod quidem amplies velim, etiam quando non interceſ-
18 ſeri. minæ, ſed † tantum vbi quis ſecreto alloquutus fuerit
alteri, & ille patrauerit delictum, nam alijs duobus ſupra con
currentibus probatur delictum, vt aſſeruit pluribus Iaſ.in l.1.
C.de ſeru.fugit.in col 5. 5.limit. poſt nu.31. & illum refert &
ſequitur Crauet.in d conſil 35 nu.4.
Nec illam probationem intactam relinquam,
19 Delictum quoque probari per famam publicam † delicti
commiſſi, vt tradidit Matth. de Afflict.in conſtit. Neapol.tit.
de his, qui fideiuſſoribus lib.2 rub.10. nu.31. vbi ait, ad pro-
bandam huiuſmodi famam, ſatis eſſe, ſi teſtes dicant, com-
muniter à populo ſic æſtimari & cenſeri.

CONCLVSIO CCCCXCVIII.

ARGVMENTVM.

Delictum an probetur ex confeſſione extraiudiciali.

SVMMARIA.

1 *Delictum probatur ex confeſſione extraiudiciali ad id, vt confitens tortura ſubijciatur.*
2 *Confeſſio delicti extraiudicialis non probat, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.*
3 *Confeſſio extraiudicialis delicti non ſufficit ad plenam probationem contra confitentem.*
4 *Delicti confeſſio extraiudicialis non ſolum probat contra confitentem, vt ſubijciatur torturæ, verum etiam ad ſui defenſionem.*
5 *Delictum probatur ex confeſſione extraiudiciali, etiam facta à minore.*
6 *Delictum probatur etiam per confeſſionem clerici factam coram laico. Contrarium, num 8*
7 *Clericus confeſſus coram laico, remittitur cum proceſſu ad Epiſcopum.*
8 *Contra clericum non poteſt procedi ad torturam, vrgentibus quibuſcunque indicijs, niſi ipſe ſit infamis.*
9 *Delictum probat confeſſio extraiudicialis facta præſente parte.*
10 *Delictum confeſſio extraiudicialis facta parte præſente, non probat, ſed facit indicium ad torturam.*
11 *Præſentia partis nullam vim habet in criminalibus.*
12 *Delicti confeſſio extraiudicialis probat contra confitentem, ſi pars præſens acceptet confeſſionem. Contrarium, num. 13.*
14 *Confeſſio extraiudicialis nocet in iudicio, ſi eſt deducta tanquam delictum.*
15 *Delictum ex confeſſione extraiudiciali extraordinarie poteſt arbitrio iudicis puniri.*
16 *Confeſſio extraiudicialis delicti ſi eſt geminata, vt geminationis probat.*
17 *Confeſſio extraiudicialis delicti ad hoc, vt quis ſubijciatur torturæ, debet eſſe facta coram duobus teſtibus.*
Omne indicium debet probari per duos teſtes. ibid.

SVperioribus delicti probationibus & illa annectenda eſt.
Delictum probari ex confeſſione extraiudiciali, ad id
1 ſcilicet, vt confitens † torturæ ſubijciatur: ſecus autem, vt or
dinaria pœna illi irrogetur, quod deciſum reliquere Domini
de Rota in dec 1.aliàs 180.licet cōfeſſio.de confeſſo. in nou.
& pulchre in hanc ſententiā ſcripſit Dec. in c.at ſi clerici.n.1.
de iudic.idem ſenſit Iaſ. in l.magiſtratibus nu.4. verſ.iſta li-
mitatio.ff.de iuriſdict.omn.iudic.idē tenet Imol. in c.poſt in-
quiſitionem.de elect.Paris quoq; voluit de Puteo in tract.de
ſyndicat.in verſ.mandauit Rex poteſtati.nu.20.Bart.etiā do-
cuit poſt gloſſ.in l.capite quinto. ff.de adulter.& diremit hoc
Bellamer.deciſ.721.licet confeſſio. vbi reddit rationem, cur
2 † plene nō probet, quia (inquit) in criminalibus requiruntur
probationes luce meridiana clariores, vt ait ſācitū ab Impp.
Grat.Valent. & Theodoſ.in l.fi. C.de probat.ſed fieri poteſt,
vt quis confiteatur delictum, & tamen non commiſerit illud,
vt quãque fieri ſolet, vt de mulieris fama detrahatur, vel eius
coniugis, ſiue alij, aut ea mente, vt quis ſe iactet & glorietur:
fieri enim poteſt, vt ipſe mentiatur, quocirca huiuſmodi con-
3 feſſio delicti non ſufficit † ad plenam probationē contra con-
fitentem, quod ſequitur Milis in repertor.in verb.cōfeſſio ex-
* traiudicialis.& de * communi atteſtatur Felin.in c.olim.poſt
n.8.verſ.fallit ſeptimo.de reſcript.& in c.ſi cautio.col.5.verſ.
quarta declaratio.poſt nu.24.de fide inſtrum. & in c.de hoc.
col.1.n.1.de ſimon.placuit quoq; Marſil.in l.de minore.verſ.
quæro vlterius, confeſſio facta.nu.50.ff.de quæſt.
Primo loco iſtud ampliabis, vt nedū procedat contra con-
4 fitentem, vt ſubijciatur torturæ, verum etiam † probet ad ſui
defenſionem, & ad abſolutionem, nempe ſi qua mulier accu-
ſaſſet ſuum coniugem de adulterio cū Titia commiſſo extra-
iudicialiter, poſtea confeſſa ſit, præſentibus teſtibus id dixiſ-
ſe, non quod res ita ſeſe haberet, ſed metu cōſanguineorum:
talis namque confeſſio prodeſt ad abſolutionem. Ita conclu-
dit Roman. in conſil.167. Antonius accuſatus. colum.2.poſt
numero 6.verſ.quinto præmiſſa.quod dictum non eſt noſtris
ſcribentibus notum in hac materia. Ideo illud menti peni-
tus tibi inhæreat.
5 Secundo amplies, ētſi confeſſio eſſet facta à minore: † ex
illa enim nihilominus probatur delictū. Ita Marſ.teſtatus eſt
in d.l.

in d.l.de minore.in prin n.50.ver.quæro vlterius,confeſſio facta.ff.de q.vt etiam auctor eſt Bald.in l.clarū. C.de auct.præſt. & pro ſingulari & eximio axiomate not.Anton.Columbus in ſing.15.quando.

Tertio amplia,vt procedat,etiamſi clericus confiteatur co-
6 ram laico,& ſic coram non ſuo iudice,quia† nihilominus, cū
ex hac confeſſione dicatur infamia notatus,pōt puniri.Ita te-
net Abb.in c.1.poſt nu.7.de poſiti.& ſequitur Felin.in c.olim.
col.2.verſ.tertius caſus. poſt nu.2.de reſcript. quibus adhæ-
ret Dec.in c.at ſi clerici. verſ.6.alia. ſum ſequutus iſtam par-
tem.poſt nu.165.de iudic.& ſequitur Aug. de Arimin. in ad-
dit.ad Ang.de Aret.de malef.in verb.necnon ad denunciatio
nem.verſ.quæro,an confeſſio facta per text.in d.§ ſi vero cri-
men.in verb.prius iudicē ciuilē adeat. auth. de ſanctiſſ. Epi-
7 ſcop.vbi† clericus cōfeſſus corā laico remittitur cū proceſſu
ad Eſpum , vt in iudicando Epiſcopus illi proceſſui innitatur.

Totus fuit alienus ab hac ſententia Marſ. ex multis addu-
ctis in ſing.ſuo55.incip.aduertas ad vnū.vbi voluit,cōtra cle
ricum non poſſe procedi ad torturā, vrgentib quibuſcunque
8 indicijs,niſi† ipſe clericus ſit infamis,quod dictum (vt eius ver-
bis vtar) inquit,ſibi bis feciſſe honorem,& habuiſſe,& practi
caſſe in ciuitate Cumarum, & ex illo cōſequutum fuiſſe apud
peritos maximum honorem, ſed parum lucri , quia ille cleri-
cus,quem liberauerat à tortura, erat pauper , & promiſit illi
ſatisfacere de Miſſis & orationibus .Idem tenet Iaſ.in l.magi-
ſtratibus.nu.3.verſ.not.illud.ff.de iuriſdict.om.iudic.

Primo limitanda eſt concluſio , vt non procedat , quando
9 confeſſio eſſet facta præſente parte, quia † tunc probat deli-
ctū.Ita inquit Abb.in c.at ſi clerici.poſt n.16.col.8.verſ.quæ-
ro,quem effectum.de iudic.& ita intelligit ea,quæ notauit In
noc.in c.per inquiſitionē.de elect.& Roma. in repetit.l.ſi ve-
ro.vlt.col.poſt n.89.verſ.octauo probatur.§.de viro.ff.ſol.ma
tr.idē ait Tindar.in tract.de teſtib.in 2.lib.c 6.incip.Dic Bal-
de,quæſo.col.2.poſt nu.5.verſ.inuoluta res eſt. & cōſuluit ad
hoc Rom.in conſ.7.viſis neceſſarijs.poſt n.1.verſ.ſcđo ex alia
cā.Mil.aſſeruit idē in repert.in verb.cōfeſſio extraiudicialis.
10 A contraria parte,ſcilicet† parte præſente ſolum facere in-
dicium ad torturam,& non probare,ſtat Aret.quem ſequitur
Felin.in c.olim.col.3.verſ.fallit tertio.poſt nu.5.de reſcript.te
ſtatur Bal.in l.quoniam etiam. verſ.& aduerte. circa fin.ff.de
his,qui notant.infam. dicens, præſentiam partis nullam vim
11 habere† in criminalibus,& illam opinionem probauit Felin.
in c.ſi cautio.poſt nu.24.verſ.quarta declaratio.de fide inſtru
ment.& ſequitur Dec.in c.at ſi clerici.col.11.verſ.ſecunda cō
cluſio.poſt nu.128.& ſeq.de iudic.

Qui voluerit priorem ſequi ſententiam, intelliget illam ve
12 ram eſſe,ſi † pars præſens acceptet confeſſionem , probat.n.
tunc contra confitentem.Ita docuit Mil.in ſuo repert.in verb.
confeſſio extraiudicialis.

Contrarium ſenſit Dec.in c.at ſi clerici.col.12. poſt n.137.
13 de iudic.vbi inquit,* communē eſſe opinionem,vt† ſufficiat
præſentia ſine expreſſa acceptatione.Idem voluit Sadolet.in
repetit.l.certum.§.ſi quis abſente.col.pen.de confeſſ.

Inſuper ſecundo limitabis,vt vera non ſit, quādo huiuſmo
di confeſſio extraiudicialis eſſet deducta in iudicium tanquā
delictum,veluti quia confeſſus ſit,ſe adulteriu ſtupraſſe quā-
piam mulierem,& aliquis accuſet eum de adulterio, ſicque il
14 le confeſſionem deducat in titulum delicti,† ſi poſtea probe
tur per teſtes adulterium,nocet in iudicio : ita tradidit Ant.
de Butr.in d.c.at ſi clerici. de iudic.& ſequitur auctor addit.
ad d.1.deciſ.aliâs 180.licet cōfeſſio.in fi.de cōfeſſis.in nou.
& Mil.ſenſit in ſuo repert.in verb. confeſſio extraiudicialis.
Iſta vero eſt inſignis declaratio & limitatio,ad quā nec Fel.nec
alij animū aduertere,proinde videas, ne tibi lector excidat.
15 Tertio limites velim , vt † licet ex illa confeſſione delicti
non poſſit in eum animaduerti ordinarie, tū extraordinarie
poterit arbitrio iudicis puniri,nempe,ſi quis iactet ſe extra-
iudicialiter,adulterio viciaſſe vxorem Titij,tanquam ſe extol
lens de illo delicto,poterit puniri . Ita docuit Innoc.in c.quā
ſit graue.de excel.prælat.etiam ſine alio accuſatore.Ita inſi-
gniter concludit Bellamer.in d.deciſ.721. licet cōfeſſio.in fi.
& ſequitur Fel.in c.olim.in col.3.poſt n.7. verſ.fallit ſexto.de
reſcript.quod axioma animaduerſione dignum, & egregium
arbitratus eſt Paris de Put. in tract.de ſyndicat.cat.69.in 3.
col.poſt princ.in ver.ad dictum ſingulare.quod etiam valde
probauit Hippolyt. de Marſ.in l.de minore . poſt nu.53.verſ.
& vltra prædicta.de quæſt.

Quarto limita,quādo confeſſio delicti eſſet geminata:ete-
16 nim† tunc vi geminationis probat , ſecundum Bart.in l.eum
ſcimus.poſt nu.6.ver.no.quod confeſſio.de agric.& cenſit.&
aſſeruit Fel.in c.de hoc.col.1.n.3.ver.tertio limita.de ſimon.

Quinto & poſtremo limitabis & intelliges,ad hoc,vt poſ-
ſit ſubijci torturæ,requiri , confeſſum eſſe illud delictum co-
17 ram† duobus teſtibus,nam ſi confeſſio extraiudicialis facit
indicium,omne indicium dēt probari per duos teſtes , iuxta
ſententiam Bar.in l.fin.nu.7.verſ.quæro qualiter debeat.ff.de
quæſtion.quod etiam prodidere glo.& cæteri Dd.in l.1.C.fa
mil.erciſcun.ita reſponſum fuit ab Alex.in conſ.180. in cauſa
Augelorum.nu 2.& 6.vol.2.

Hæc & alia huiuſmodi videre poteris ſupra in concluſio-
ne,Confeſſio extraiudicialis. & in concluſione , Crimen . ad
quas,ne bis idem extra rem repetam,te reijcio.

CONCLVSIO CCCCXCIX.

ARGVMENTVM.

Delictum an probetur ex fuga, & quomodo.

SVMMARIA.

1 *Delictum regulariter non probatur ex fuga.*
2 *Delictum ex fuga non probatur, licet lege municipali contrarium eſſet cautum.*
3 *Iure communi cauetur, quem ex præſumptionibus damnari non poſſe.*
4 *Delictum probatur per fugam, ſi eſſet manifeſtum, contra fugientem, & delicti genus pœnam mortis poſtularet.*
5 *Delictum barattariæ probatur ex fuga facta pendente cauſa.*
Contrarium, n. 6.
7 *Intelligentia text. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſor.*
8 *Fuga inducit confeſſionem delicti.*
9 *Verbum, tenebitur, non accipitur pro habebitur, vel cenſebitur, ſed pro eo, quod erit obligatus.*
10 *Magiſtratus fugiens habetur pro confeſſo.*
11 *Fuga magiſtratus arrepta, antequam magiſtratu ſe abdicet induciis, vt puniatur tanquam committens crimen læſæ maieſtatis.*
12 *Magiſtratus, ſi intra quinquaginta dies per quos debet ſtare ad ſyndicatum, fugam arripit, & perductus ſit, licet inuitus ad locum, ex quo fugerat, ex illa fuga contra ipſum nulla probatio delicti inducitur.*
13 *Delicti tanta probatio inducitur ex fuga magiſtratus, vt iuramentum illi additū, ſatis ſit ad eum condemnandum.*
14 *Ex fuga oritur probabile indicium, vt male merentes torqueri poſſis Sublimita, vt num. 15.*
16 *Delicti probatio, & plena fides inducitur in criminalibus, etiam ad condemnationem in fugiente ex carceribus Sublimitabis, vt nu. 17.*

1 DElictum regulariter† non probari ex fuga,cautum eſt ab
Vlpian.in l.lege Cornelia.vbi Bar.nu.1.ff ad Syllanian.&
ſancitum habemus à Iuſtinian.in l.vnica.§.ſin autem poſt.C.
de rapt.virgin.& ab eodem Iuſtinian.in §.ſuſcepto. in authē.
de exhiben.reis.& in l.raptores.vt etiam Bart. C de epiſc. &
cleric.idem tradidere poſteriores noſtri ſcribentes , vt Fel.in
c.nullus.in prin.verſ.regula, quod fuga. extra. de præſumpt.
vbi ponit hanc concluſionem cum ſex fallentijs . Idem facit
Scipio Ianuar.in ſua regul.116.idē Bernard.Diaz. in ſua reg.
208.& Duen in ſua reg.209. Marſ.quoque in rubr. C.de pro-
bat.nu.279.ver.alio modo etiam fit probatio.refert & ſequi-
tur hanc regul.Fel.vbi ſupra,cum multis ibi adductis.ſed vi-
deas,quæ diximus in concluſione,Fuga.
2 Id ampliabis vt eo vſque concluſio procedat,vt,etſi† lege
municipali eſſet cautū,vt ex ſuga probaretur delictū, nihilo-
minus concluſio noſtra haberet locum, nec valeret illud ſta-
tutum,cum repugnet iuri cōi,quo cauetur,quem ex præſum-
3 ptionibus † damnari non poſſe , iuxta ſententiam Vlp.in l.
abſentem.ff.de pœnis & in l.1.§.diui.& Paulus in l.fi.ff de qō-
nib ita Rom.docuit in d.l.lege Cornelia.ff.de ſicar.nu.3.

Reſtringas hanc ampliationem,vt tantum procedat,niſi eſ-
4 ſent manifeſta delicta contra fugientem,&† delicti genere pœ
nam mortis poſtularent,tunc.n.valeret ſtatutum, & ſic ex eo
probatur delictum per ſugam , vt vna mente in hanc deſcen-
dere ſententiam Fel.Dec.& alij in c.ſicut.de probat.quos re-
fert & ſequitur Duen.in reg.mihi 209.ſiue 389.in 1. ampliat.

Primo limitabis,vt non vera ſit concluſio in magiſtratu de
pecunijs repetundis accuſato,qui pendente cauſa fugiat: nā
5 tunc† ex huiuſmodi fuga probatur iſtiuſmodi delictū barata
riæ (ſic.n. pecuniarum repetundarum crimen noſtri appel-
lant)& habetur pro confeſſo , id dilucide ſancitū eſt ab Imp.
Arcad.& Honor.in l.cōſiliarios.C.de aſſeſſor.quem contextū
commendant plures Dd.ab Hippolyt.relati in repet.rubr.C.de

Digitized by Google

probatio.n.281. verſ.primus enim eſt. & Bart.in d.l.conſilia-
rios.vbi de hoc exultat & geſtit. Idem voluit Feli.in c.nullus.
n.2.de præſumpt. & Rom. ſenſit in repetit.l.admonẽdi. n.58.
ff. de iureiurãn.& ibi Franciſc.Curt.n.161.& Rip.num.73.&
Cato Sacch.n.57.hoc idẽ probauit Io. Signo.in l.lege Corne-
lia.nu.15.ff ad Syllan.& reſpondit Oldrad.in conſ 65.nu.1.&
adeas,quæ deduximus in concluſ. Fuga magiſtratus.

Contra iſtam limitationem faciunt,ea quæ † animaduertit
6 Iaſ.in l.admonendi.n.88.poſt Salicet.in ead.l.nu.11.de iure-
7 iurand.vbi cõcludunt, con text in d.l.conſiliarios.non loqui,
quantũ ad ipſum magiſtratum fugientẽ, ſed contra ſubtrahẽ-
tem,& fugere impellentẽ ipſum magiſtratũ,quæ intelligentia
videtur vera,ſi † rectè cõſiderentur verba ipſius legis. inquit
enim ibi text. Pro cõfeſſo autẽ tenebitur,qui accuſatus huiuſ-
modi perſonam ſubtraxerit. Ideoque hoc modo eſt interpre-
tãda, vt ille, qui poſtquã magiſtratus fuerit accuſatus de ali-
quo delicto,huiuſmodi perſonã nempe accuſati ſubtraxerit,
teneatur reſtituere in quadruplum , quæ docebantur ablata.
Iſtam vero intelligentiam optime adiuuat text.in l. quoties.
de exactor.tributor.lib.10.ibi,qui cũ diſtulerit, coerceatur,
ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat.

Verum in hac cõtrouerſia poſſumus dicere,illũ text.in d.l.
cõſiliarios. rectè facere ad probandã limitationẽ prædictam,
8 & † ex illo colligitur fugam inducere cõfeſſionẽ delicti,nam
talis eſt ſẽſus: Ille,qui ſubtraxerit perſonã accuſati,tenebitur
pro confeſſo;pondera verbũ tenebitur,qa non accipitur pro
9 habebitur,vel cẽſebitur,ſed tenebitur, hoc † eſt, erit obliga-
tus,nempe emendare dãna ab ipſo fugiẽte illata,vt ex verbis
text.ſequẽtibus colligitur,ſcilicet,teneatur reſtituere, &c. &
ſic lex dixit ſubtrahentem teneri, & in hoc Iaſ.& Salic. vera
dicunt. At quãdo textus inquit,pro cõfeſſo tenebitur,innuit,
fugintẽ eſſe confeſſum ex illa fuga,nam ſi tenebitur pro con-
feſſo,& remanet obligatus pro confeſſo,quis eſt iſte cõfeſſus,
niſi fugiens,vel ſubtrahens;& quomodo eſt confeſſus,niſi ex
10 fuga? Ergo † magiſtratus fugiens habetur pro confeſſo. Et
hoc pacto,quæ retulimus, vera ſunt, atque Bart. & alij à cri-
minationibus illæſi remanent.

Veruntamen vtri adhæreamus parti,lector tu videris. Non
omittam tñ,quo res planior fiat,diſtinctionem Rom.in repe-
tit.l.admonendi.n.58.de iureiur. vbi aſſerit, quod aut magi-
ſtratus fugam arripit,antequã à magiſtratu ſe abdicet, & tunc
11 illa fuga hoc inducit, vt † puniatur tãquam committens cri-
mẽ læſæ maieſtatis. Ita probat text.in §.ſi quis autem.in auth.
de adminiſtrator. aut fugit, poſtquam perfunctus fuerit mu-
nere intra tamen quinquaginta dies, per quos debet ſtare ad
ſyndicatum ex forma iuris cõmunis, l.2.C.vt omnes iudices.
& in §.neceſſitatem. in authent. vt iudices ſine quoquo ſuf-
fragio & in d.l conſiliarios. C.de aſſeſſor. & tũc ſi perductus
12 ſit,licet inuitus,ad † locum,ex quo fugerat,ex illa fuga con-
tra ipſum nulla probatio delicti inducit,ſed delictũ, ad hoc,
vt condemnetur,debet legitime probari. Ita text.innuit in d.
§.neceſſitatem.ſecus autem,ſi non fuerit reductus ad locũ, à
quo fugit,tunc enim ex illa fuga inducitur tãta probatio de-
13 licti, vt † iuramentũ illi adiutum ſatis ſit ad eum cõdemnan-
dũ,vt colligimus ex §.nulli.verſ.ſup hoc,in authen.de collat.
cui quidẽ diſtinctioni Romani ſubſcribit ſe ipſe Iaſ.i l.admo-
nendi.nu.177.& ibi Io.Bapt. Caccialup.nu.85. & Felin.in c.
nullus.n.2.præſumpt.cum ibi allegatis.& Hippol. de Marſ in
rub.C.de probat.nu.281. d.verſ.primus enim eſt in officiali.

Secũdo velim limites, vt ſaltem ex fuga oriatur probabile
14 indiciũ,vt † malemeritus torqueri poſſit,vt ex multis videre
eſt,quæ deduxit Iaſ.in d.l.admonendi.ſub nu.88.in lect.& in
* repetit.n.169.vbi hanc eſſe * cõmunem opinionem aſſeuerat,
& tradidit Hippol.in pract.crimin.in §.diligẽter.n.41.& ſen-
ſit Iacob.de Beluiſ.in practi.iudic.in tit.de quæſt.nu.1. quib.
adhæret Marc.Anton.Blanc.in tract.de indicijs.nu.258.idem
comprobauit Ang.Aret.in tract. maleficiorum.in verb. quod
fama publica.n.46.& voluit Roman.in repetit.d.l.admonen-
di.nu.57.& hanc concluſione tradidere Bar.in l.fi. ff.de quæ-
ſtion.Bald.in l.voluntatis nu.11.C.de fideiuſſ.Io.Imol. & ibi
Felin.n.3.& in c.nullus.de præſumpt. & qñ locũ habeat vide
Dec.in conſ.234.quod incipit,in effectu.2.col.vol 2.verſ.non
obſtat.& vide dicta per nos,in dicta concluſione. Fuga.

15 Sublimita † huiuſmodi limitationem in quatuor caſibus
poſitis à Iaſ.in d.l.admonendi.nu.89.& in ſeptem, quos po-
nit Duen.in reg.mihi 390.cum ſeq.

Tertio limitare poteris,vt concluſio locũ nõ habeat in fu-
giẽte ex carceribus: nam in criminalib.inducitur plena fides
16 & probatio delicti † ẽt ad cõdemnationem, vt aperte cauit
Calliſtratus in l.in eos. ff.de cuſtodia reorum. & in l.milites
agrũ. §.penultim.ff de re militari.& ſcripſit hoc etiã Spec.in
titul.de præſumpt.§.2.verſ.de violẽta.& ibi latius Io.And.in
additio.magna.qui dicit,hoc fuiſſe diſputatum in Curia Ro-
mana,prout etiam refert Iaſ.in d.l.admonendi.n.90. de iure-
iuran.atq; placuit Aretin.in tract.maleficiorũ.in verb. quod
fama publica.nu.46.& ibi Auguſt.Ariminen.in addition.nec
id omiſit Hippolyt.in pract.in §.diligenter.nu.46. & in §.at-
tingã.n.44.& in repetit.rubicæ.C.de probation.nu.282.verſ.
item eſt alius.nec reticuit Felin.in c.nullus.n.3.de præſumpt.
nec intactũ reliquit Franciſcus Curt.in repetit.d.l.admonen-
di.n.169.& ibi Petrus de Tholoſ.nu.77.& Soc.protulit in re-
gul.142.in 3.limitat.ita cõſuluit Oldrad.in cõſ.64.in princip.
ſequutus eſt Alex.in conſ.44.in 11.part.verſ.excõmunicatus.
vide quæ diximus in noſtra concluſione,Fuga carcerati.
17 Sublimitabis,vt † p Petr.Duen.in reg.n.192.in ver.fuga.&
dicetur latius infra in eademmet cõcluſione, Fuga carcerati.

CONCLVSIO D.

ARGVMENTVM.

Delictum an per inſtrumentum probetur.

SVMMARIA.

1 *Delictum regulariter per inſtrumentum non probatur.*
2 *Per inſtrumentum non probatur,Titium percuſſiſſe,etiamſi Notarius rogetur in ipſo actu percutiendi, niſi quando Notario eſt commiſſa inſpectio vulnerum,qui videret,& inſtrumentum conficeret.*
3 *Reus debet conuinci teſtibus.*
4 *In criminali non creditur atteſtationi teſtis minoris 20 annorum.*
5 *Delictum non probatur per inſtrumentum,licet repertum in archiuio publico,& ſolenne,& publicum.*
6 *Coniuratio probatur per ſcripturam, in qua conſpirantes ſubſcripſerunt ſe promiſiſſent.*
7 *Delictum probari poteſt per inſtrumentum,quando agitur ciuiliter,& etiam quando agitur ad probandum adminicula.*
8 *Delictum per inſtrumentum non poteſt directè probari.*

1 DElictum regulariter † non probari per inſtrumentum,
* * omnes notãt in l.ſciant.C.de probat.& Iuris Pontificij
ſcribentes in c.cũ in Eccleſijs.de maiorit.& obedient.& in c.
ſuper his,de accuſat.& profitentes in l.contra negãtem.C.ad
l.Aquil.& in l.obſeruare.C.quorũ appellatio.nõ recipiunt.&
in l.in Senatus.ff.ad Turpilian.ibi Bar.verſ.in cõtrariũ vĩ.late
Io.Andr.id proſequitur in regul.ſemel.de regulis iuris.lib.6.
in Mercurialibus. & reſpondit Oldrad.in conſ.199. pro fun-
damento attendendũ eſt. Roman.cauit in cõſ.349.in princip.
Salicet.docuit in l.ſinguli.n.2. C.de accuſat.& i l fi. C.de pro-
bat.& cõſuluit Marc.Mant.in ſingul.416.ſolet dici.& cõferunt
dicta per Federic.de Sen.in conſ.199.quęritur an dominus.in
ſi.dicens, inſtrumentum non probare certificationẽ. Cyn. in
l.ſi.poſt nu.1.verſ.& econtra.C.de probat.& eſt gl.in c.fin.de
iureiurand.in 6.ſuper verb.datis.in c.cum in eccleſijs.de ma-
ior.ſuper verb.authenticas.& ſentit Inn.in c.ſtatuimus.nu.2.
de offic.delegat.tradit Bart.in l.3. §.idẽ diuus. ff.de teſtibus.
ſequitur Alex.in l.prætor.de edendo.probat Bald. in l.2. ff.de
fer.præclare idem Bald.in rub.C.de fide inſtrum.poſt Bart.in
2 auth.ſi quis in aliquo. C.de edendo.vbi dicit, quod † per in-
ſtrumentum non probatur,quod Titius percuſſit,etiamſi No-
tarius rogatur in ipſo actu percutiendi, niſi quando Notario
eſſet commiſſa inſpectio vulnerum,qui videret, ac inſtrumẽ-
tum conficeret,teſte Iacob.de Beluiſ.in eius practic. iudic.in
§ nunc reſtat.num.128.verſicul.nec dicas crimen plene pro-
bari per inſtrumentum.

3 Concluſionis noſtræ ea poteſt afferri ratio,quia † reus de-
bet cõuinci teſtibus,vt ait Felin.in capitul. cum in eccleſijs.
in princip.de maior.& obediẽt. tum quia in inſtrumẽto poſ-
ſet eſſe ſcriptus teſtis minor viginti annorum, & tamen eius
4 atteſtationi non crederetur † in criminali,vt colligitur ex ca-
pitul forus.de verborum ſignificat. & tradidit Felin. vbi ſu-
pra.in princip.vbi alias refert rationes.

Primo amplia,veram eſſe cõcluſionem, etiamſi inſtrumen-
tum eſſet repertum in archiuio publico , & eſſet ſolemne , &
5 publicum , quia nihilominus ex illo nõ probatur delictum,
vt aſſerunt Iaſ.in col.34.col.penult.n.8.lib.1.& Bart.in d.l. in
Senatus.

Senatus.d.verſ.in contrarium.ff.ad Turpillian.quos refert &
ſequitur Crauet.de antiq temp. in 1.part. ver.quarto limita-
tur.nu.13.verſ.ſecundo ſublimitatur.

Concluſionem modo limitabis non habere locum, quando
agitur de probando delicto, quod committitur contrahēdo
veluti ſi aliqui contra Titium conſpirando ſubſcribant ſe pro
6 miſsioni, nam † tunc talis coniuratio probabitur ex illa ſcri-
ptura, vt traditum eſt à Cyn.in l.ſi.in fi.verſ.verūtamen.C.de
probat.& Bar.probauit in l.in ſenatus.ff.ad Turpil.gl.& Bar.
tradidere in l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſci.& Salic.
meminit in l.ſinguli.C.de accuſat. & dixit Fel. in d.c.cum in
eccleſijs.vbi ponit octo limitationes,de quib.dictum eſt ſup.
in concl.Crimen,& in conclu. Coniuratio, & in concl.Crimē
læſæ maieſtatis,& in concluſ.Damnum,ad quas te reijcio.

7 Secundo limita non procedere, quando † agitur ciuiliter
tunc nempe probari poteſt per inſtrumētum, vt deciſum fuit
à Put.in deciſ.10.lib 2.nondum typis trad.ac etiam, quando
agitur ad probandum adminicula,vt, volo probare damnum
datum in re mea, & ad dominium probandum produco in-
8 ſtrumentum,ſed † directe delictum per inſtrumentum non po
teſt probari, vt id exemplo planum facit Bart. in d.l.in ſena-
tus.ff.ad Turpil. & alij in concluſione allegati.

CONCLVSIO DI.

ARGVMENTVM.

Delictum an probetur ex tranſactione.

SVMMARIA.

1 Delictum probatur ex tranſactione.
2 Delictum in quo licite poteſt tranſigi, non probatur ex tranſactione.
3 Delictum ex tranſactione non probatur, quando tranſigitur expreſſe proteſtādo tranſactionem facere cauſa redimendi ſe à vexatione.
4 Delicti confeſſio non inducitur ex tranſactione, quando tranſactio eſt gratuita.
5 Delictum non inducitur ex tranſactione, etiamſi quis dederit vel promiſerit aliquid ei, in quem delicti culpa conferebatur, vt eum à culpa, ob quam in diſcrimen vocabatur, liberaret.
6 Delictum ex tranſactione non inducitur, etiam quando fit tranſactio, & per pactū generale remittuntur omnia damna & iniuria.
7 Crimen confiteri non dicitur tranſigens in caſu à iure communi conceſſo.
8 Delictum confiteri dicitur tranſigens in caſu à iure non permiſſo.

1 DElictum probatur † ex tranſactione: ita aſſeuerauit Paul.
Iuriſconſult.in l.quoniam.ff.de his, qui notant. infam. &
ſanxere Impp.Valerian. & Gallien. in l.non damnatos. C.ex
quib.cauſ.infam.irrog.& reſpondit Vlpian.in l.in fiſci cauſis.
ff.de iure fiſci.& in l.eius qui.& in l.Imperator.eod.tit.de iu-
re fiſci.cauit Cæpoll.caut.158.qui paciſcitur. in princ.& ſen-
ſit Octauian.Vulpell.in conſ.68.in princ.vol.1.

2 Primo limita locum ſibi non vendicare in delictis,in † qui-
bus licite non poteſt tranſigi, vt traditum eſt ab Vlpian.in l.
fi.ff.de præuaricatoribus,& in l.1.& 2.& ibi glo.de his,qui ſi-
bi mortem conſciuerunt.

Secundo limita non procedere, quando tranſigitur expreſ
3 ſe,proteſtando & declarando tranſactionem facere † cauſa
redimendi ſe à vexatione.Ita conſultum fuit à Caſtr.in conſ.
348.incip.notandum,quod adulterium.in fin.nu.16. vol.1.&
Io.Faber tradidit in l.tranſigere.circa fin.C.de tranſact.verſ.
item dic,quod in caſib.cauit Cæpol.d.cautel.158.verſ.ſecun-
da eſt,quod in tranſactione exprimatur.

Tertio limites non eſſe veram concluſionem, quando tran
4 ſactio eſt gratuita, nam † tunc non induceretur confeſſio de-
licti,vt videre eſt ex l.non damnatos.C.ex quib.cauſ. infam.
irrog.& in l.in fiſci cauſis.ff.de iure fiſci. A cōtrario ſenſu Bar
tol.in d.l.tranſigere. in 2.lect.2. col. verſ.item oppono. d.l.ſi
maritus.C.de tranſact Brun.in tract.de indic.colum.11.verſ.
quero,quid de confeſsione tacita.Caſſan.in conſ.58.licet pro
parte poſt num 22.verſ.& ſi reperiretur. Cæpol.d.caute.158.
qui paciſcitur. verſ.ſed ſi quis velit euitare. & Marſ.in eius
pract.§.diligenter.nu.178.verſ.quæro vlterius,an tacita con-
feſsio.in fine d.verſ.hoc idem placuit eidem Octau. Vulpel.
* in conſ.4.nu.9.vol.1.vbi * communem dicit.

5 Amplia iſtam limitationem,vt procedat,etiamſi quis † dede
rit vel promiſerit aliquid ei, in quē delicti culpa conferéba-
tur, vt eum à culpa, ob quam in diſcrimen vocabatur,libera-
ret,vt notat Caſſan.in d.conſ.58.d.nu.22. ver.& ſi reperitur.
& videas Gramm.in voto fin.in fin.& etiam quando fit tran-
6 ſactio,& per pactum † generale remittuntur omnia damna &
iniuria,vt ait Cæpol.d.cautel.158.verſ.ſed poteſt dict.cautel.
& per totum.

Diſtinguas autem,vt in d.l.trāſigere.C.de tranſact.an tran
7 ſigatur, vel paciſcatur in caſu à iure conceſſo, & † tunc non
dicitur crimen confiteri tranſigens vel paciſcens in crimine
in quo pœna ſanguinis ingeritur,nec oritur indicium contra
eum:ſi vero facta ſit in his,in quibus criminibus non ingeri-
8 tur ſanguinis pœna,vel in caſu à Iure non permiſſo, vt † in a-
dulterio,tunc tacite dicitur tranſigens confiteri,& hoc modo
intelligitur d.l.quoniam.ff.de his qui not.infam.vt notant D.
præfati in d l.tranſigere.vbi Iaſ.in fi.dat multas cautelas, ne
dicatur tranſigens delictū confiteri,& Brun.in d.tract.ſupra
allegato:atque Marſ.in d.pract.in § diligenter.poſt d.n.178.
verſ.poſtea quærit ipſe D.Franciſ.Brun.

CONCLVSIO DII.

ARGVMENTVM.

Delictum an præſumatur ex petitione veniæ.

SVMMARIA.

1 Delictum non præſumitur ex petitione veniæ.
2 Delictum fateri videtur petens veniam in iudicio ſolemniter.
3 Delictum non videtur fateri veniam petens extra iudicium ex humilitate & benignitate.
4 Bonarum mentium eſt timere peccatum, vbi non eſt.

1 DElictum non † præſumi ex petitione veniæ,inſigniter do-
cuit gl.in c.exhibita.ſup verb.poſtulatur. de homicidio
quam ſumme commendat & ſequitur Roma.in l.1.§.nuncia-
tio.ff.de nou oper.nunc.vt refert auctor,quiſquis ille fuerit,
in tract de crimin.læſæ maieſtatis.q.11.poſt nu.5. verſ.& de
iure petitio.inter tractatus criminales.licet hoc ibi non dicat
Roman.ſed habetur in principio d.l.1.poſt nu. 3. verſ.cir-
ca primum.& eandem ſequitur & probat Ale.in d.l.1.in col.
2.nu.7.verſ.& qui petit veniam.ff.de nou.oper.nunc.Iaſ.nu.
50.poſt Alex.nu.33.in l.decem.de verb.oblig.Felin.in c.lite-
ris.col.4.nu.19.verſ.adde tamen,ꝙ petens veniā de præſum-
pt.& voluit Alex.in conſ.70.num.10.vol 1.verſ.nec etiam ob
ſtat,ꝙ ſe ſubmiſerit,ac nec etiam,qñ ſe ſubmiſit bonæ gratiæ
iudicis.vt ibi proſequitur Alex.ver.& dicit Ang.Gaud.Pap.
q.495.ille qui ſe.Soc.ſen.conſ.96.col.6.vol.1.quem citat Me-
noch.in tract.de arbitr.iudic.lib.1.q.8.nu.37.verſ.quod ſub-
mittens.quod conſilium in libro meo non vidi hoc dicere;
ad quod ipſe Menoch.allegat Boſſ.in tract.crim.tit.de reme-
dijs ex ſola clementia Principis.nu.29.verſ.& an q petit gra-
tiam,videatur fateri crimen?

Limita concluſionem hanc vbi locum non vendicare,ſi ip-
2 ſa venia ſolemniter in iudicio petatur,quia † hanc veniā pe-
tēs,delictum fateri videtur,vt atteſtatur Ioan.Andr.Butr.Ho
ſtienſ.Card.Abb.& Ioan.de Ana.d.c.exhibita.de homicid.&
ſic tunc procedat c.venerabilem.§.ſunt enim.de elect.& l.de
3 cem.ff.de verbor.obligat.ſecus autem fit,ſi † extra iudicium
ex humilitate & benignitate petatur,vt d.c.exhibita.& hoc
idem voluit Roman.in ſupra citato loco.l.1.poſt nu.3.verſil.
circa primū.ff.de nou.oper.nunciat,& ſequitur Cæpol.in cōſ.
crimin.21.Ego Bartholomæus; Cæpolla.col.9.verſ.ſed plus
dico,quod illa verba.prout & hoc refert & ſequitur Blanc.
in d.tract.de indicijs.in d.verb.fuga.nu.308.verſ.petitio ve-
niæ an faciat indicium.

4 Et ratio eſt,quia bonarum mentium eſt † timere peccatū
vbi non eſt,c.ad eius. in fi.ibi bonarum quippe mentium.5.di
ſtinct.cap.conſilium.§.cum autem.ibi,quia bonarum mentiu.
& ibi,maior culpa.de obſeruat.ieiun.& c.vnico.in fi.ibi,ſi ta-
men ex veneratione.gl.in d.c.venerabilem.d.§.ſunt enim.ſu-
per verb.poſtulauerit in fi.de elect.clem.exiui.§.verum quia
ibi:vbi culpa non eſt,eam timere ſolent.de verb.ſignif.Marſ.
ſingul.151.ſuper indicijs.verſ vnde ceſſat.& teſtatur Roma.
in d.l.1.d.nu.3.vt & diximus in concluſione,Excommunica
tio per abſolutionem.

CONCLVSIO DIII.

ARGVMENTVM.

Dementia quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 Dementia vel indigentia ſenſus non cognoſcitur proxime ſenſu corporeo, vnde teſtes ſuper ea deponere debent de actibus, per quos, qui agunt, communiter dicuntur fatui, vel amentes.
2 Dementiæ actus plures ſunt, & primus eſt, quando quis fatue nec ex mēte loquitur.
3 Fatuus non deſinit eſſe, qui aliquando fatue aliquando ſapienter loquutus eſt.

4 Dementia probatur ex eo,quod quis temere ſe conferat per vicos deridendo.
5 Dementia poteſt probari ex eo,quod quis proyciat lapides per compita.Contrarium num.6.
6 Dementem non probatur quem eſſe,etiamſi teſtes dicant,illum proieciſſe lapides per viam.
7 Dementia ſignum eſt,non habere memoriam ordinatam.
8 Dementia conſtat ex eo,quod quis conſueuit turpiter oſtendere pudibundas partes publice inuerecunde multis hoc inſpicientibus.
9 Dementia argumentum eſt cum quis non intelligit quid ipſe dicat.
10 Dementia apparere poteſt,quando à patre ſeu conſanguineis, & ab omnibus viciniam incolentibus quis habetur,& putatur fatuus ſiue demens.
11 Dementia licet appareat,quando quis à patre,conſanguineis,vel vicinis habetur fatuus,tamen non probatur,quando pater inſtituiſſet ſimpliciter & æqualiter cũ alijs filijs illum hæredem,nec aliquam diſpoſitionem circa ipſum fecit.
12 Dementia præſumitur quando quis omnia ſua bona dat, etiamſi in inſtrumento Notarius profiteretur,eum tunc fuiſſe ſanæ mentis.
13 Notarius non rogatur de ſanitate mentis,ideo ei non creditur.
14 Quilibet præſumitur ſanæ mentis.
15 Magis creditur teſtibus deponentibus pro inſtrumento,quam deponentibus contra inſtrumentum de inſania,& mentis captione.
16 Cum agitur de probando quid in vniuerſum,vt quem eſſe dementem,ſufficiunt teſtes ſingulares.
17 Dementiam non probant teſtes ſingulares,niſi formiter in ſpecie, & concludenter deponant.
18 Dementiam probant teſtes,ſi dicant,talem eſſe mente captum, quia viderunt Contrarium, nu.19.
19 Deciſiones & alia,quæ loquuntur de actibus geſtis à furioſo,habent etiam locum in geſtis à demente ſiue mente capto.

DEmentia cum ſit Indigentia ſenſus non cognoſcitur pro-
1 xime ſenſu corporeo,vnde neceſſe eſt,vt † teſtes depo-
nentes ſuper ea,deponant de actibus,per quos,qui agunt,cõ
muniter dicantur fatui,vel amentes,& cõmunis naturæ ſen-
ſus expertes vt conſuluit Bertran.in conſ.222.nu.3.in princ.
verſ.præterea illi teſtes.vol 3.& habetur in l.quidam in ſuo.
ff de condit.inſtit.& ibi gl.ſuper verb.amoueri.& ſcribentes
& colligere eſt ex reſponſo Vlpiani in l.ob quæ vitia.ff.de æ-
dil.edict.& in l.is qui.§.diuus.vbi glo.fi.& Dd.ff.de tutorib.
idem ſenſere Hoſtienſ.& Cardin.in clement.1.de homicid.&
refert alios Grammat.in conſ.16.nu.8.

Actus vero, per quos inducitur & probatur dementia,plu
2 res ſunt,† quos enumerare non pigebit.

Primus igitur eſt,quando quis fatue,nec ex mẽte loquitur,
nam,vt dicit text.ille fatuus eſt,qui fatua loquitur,c.legimus
in princip.93.diſtinct.& c.Conſaluus.17.quæſt.2 iuncta ibi
gl.1.& d.l.quidam in ſuo.ff de condit.inſtit.& refert Alex.in
conſ.86.nu.10.verſ.ille eſt fatuus,qui fatua loquitur.vol.2.&
Soc.ſen.conſ.42.nu.2.verſ.nam omnes teſtes.& ſeq.vol.1.vt
Alex.in conſ.54.nu.2.verſ.probari autem dicitur.vol.1.

3 Amplia idem procedere,etiãſi † quis aliquando fatue, &
aliquando ſapienter loquutus fuiſſet,quia ex hoc non deſinit
eſſe fatuus:ita ex allegatis ibidem tenet Grammat.in conſil.
16.num.9.

Secundo probatur dementia ex eo,quod quis temere ſe cõ
4 ferat † per vicos deridendo, vt aſſeruit I.C.Vlpian.in d.l.ob
quæ vitia.ibi,per vicos more inſanorum.C.obſeruauit Accur.
in verſ.in ſermonibus.in d.l.is qui.§ diuus.& notat Angel.in
l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut.matrim.& ſenſit Alex.in
d.conſ.86.nu.10.

5 Ad hæc tertio loco poterit ex eo probari,ꝙ † quis proijciat
lapides per compita,vt ſancitum eſt in l.2.C.de Iudæis.& no
tat gl. in l.ſi eũ dotem.§.ſi maritus.verb.ſcrendus.& ibi Bal.
nu.2.& Ang.& Alex.n.7.ff.ſolu.matrim.& Bal.in § itẽ furioſi.
Inſtit.quibus nõ eſt permiſſum facere teſtamentum. & refert
Grãm.in conſ.16.nu.11.& Alex.in d.conſ 54. nu.2.vol.1.poſt
nu.2.verſ.vel ſi probatur.& diximus in d.concl.furioſus 22.
actu ſeu ſigno.

Contrariam tamen ſequutus eſt ſententiam Pariſ.in conſ.
6 88.nu.68.verſ.nam etiamſi teſtes.vol.3.vbi ait,quod † etiãſi
teſtes dicerent,illum proieciſſe lapides per viam,adhuc ta-
men non probarent,ipſum eſſe dementem,cũ iuſta cauſa po-
tuiſſet ſubeſſe proijciendi lapides,vt dicit Bal.in §.in furio-
ſi.Inſtit,quibus non eſt permiſſ.facere teſtã.& ſequitur Alex.
in l.ſi eum dotem.§.ſi maritus.ff.ſolut.matrim.d.nu.7.

Quarta erit dementiæ probatio,ſi quis non habeat memo-
7 riam ordinatam,nam † hoc eſt ſignum dementiæ,vt eſt ſanci
tum in text.quem ad hoc ponderat Geminian.in c.ſi filij.de
hæretic.lib.6.& in c.1.§.ſi vero.in princ.de cleric.ægrotant.
& tradidit Iaſ.in d.l.furioſum.col.3.nu.4.& Alex.in d.conſ.
86.nu.10.vol 2.& refert Grammar.in d.conſ.16.nu.10.

Hunc tamen modum probandi firmum & probabilem non
eſt arbitratus Alex.d.conſ.54.in fin.lib.1.

Præterea quinto dementia conſtabit ex eo,quod quis con-
8 ſueuerit turpiter oſtendere pudibundas partes † publice in-
uerecunde,multis hoc inſpicientibus,vt habemus à Grãmat.
in d.conſ.16 ſub num.7.& diximus in concl.Furioſus.in 11.
actu,ſeu ſigno.

Inſuper ſextum erit dementiæ argumentum,cum quis non
9 intelligit,quid † ipſe dicat,vt colligere eſt ex text.in c.1.§.ſi
vero de elect.in 6.& ibi Geminian.& refert Grammat.in d.
cõſ.16.n.17.& protulit Alex.in d.conſ.54.n.2.vol.1 & faciũt
quæ diximus in d.concl.Furioſus.in 10.& 11.actu,ſiue ſigno.

Septimo dementia apparere poterit,quando à patre, ſeu
10 conſanguineis,& † ab omnibus eius viciniam incolentibus,
quis habebatur & putabatur fatuus ſiue demens.Ita voluit
Bal.in d.§.item furioſi,per l.de minore.in § tormenta.ff.de q.
& per l.octaui.ff.vnde cognat.& refert Alex.in d.conſ.54.n.2.
in 1.vol.& ex multis congeſtis à Dec.in conſ 86.nu.7.& idẽ
Alex.aſſeruit in conſ.92.nu.21.verſ.præterea deponunt dicti
teſtes.vol.5.& tenet ante omnes Bart.in tract.de teſtib.in
verb.oppoſita prudentiæ.atque refert Grãmat.in d.conſ.16.
num.12.

Limitatur,vt non procedat iſte modus probandi demen-
11 tiam,quando † pater inſtituiſſet ſimpliciter & æqualiter cũ
alijs filijs illum hæredem,nec aliquam diſpoſitionem circa ip
ſum fecit,quam feciſſet veriſimiliter,ſi ipſum mente captum
iudicaſſet,vt plene notatur in l.humanitatis.C.de impub.&
in l.ex facto.ff de vulg.& pupil.& notat Bal.in d.§.item furio
ſi.& refert Pariſ.in conſ.88.nu.69.vol.3.

Octauo præſumitur dementia,quando quis omnia ſua bo-
12 na donat:nam † cum ſit dilapidatio quædam,nõ videtur ca-
dere in hominem ſanæ mentis,vt in l cum de indebito.ff.de
probationib.& in l.ſi cum aurum.ff.de ſolutionib.& ex nota-
tis per Alex.in conſ.81.nu.15.vol.2.ſiue conſ.147.viſo thema
te,& dubijs.nu.4.verſ.& per conſequens ſecum conſuetudi-
nem habuit.vol.7.& in terminis conſulendo reſpondit Socin.
ſen.in conſ.73.circa primam huius conſultationis.nu.18.ver.
cum donare ſit perdere.col.6.vol.1.vbi dicit,eſſe furti ſpeciẽ
donare: voluit quoque Dec. in conſ.86. poſt num.7. verſ.&
cum ex tali contractu. hoc etiam probauit Corn. in conſ.69.
num.14.vol.1.

Ampliabis id vſque eo verum eſſe, etiamſi Notarius in in-
ſtrumento profiteretur, eum fuiſſe ſanæ mentis, quoniam
13 † de ſanitate mentis non rogatur Notarius, ideo ei non cre-
ditur,prout voluit Salic.in l.furioſum.C.qui teſtam.fac.poſ-
ſunt.& Bal.ait in l.2.ff.de teſtamen. præſertim quia Notarius
14 ſtat iuris præſumptioni, quoniam† quilibet præſumitur ſanæ
mentis,l.codicillos.C.de codicill. & refert Corn. in d.conſil.
69.nu.14.vol.1. & Alex. etiam ſenſit in conſ.147. nu.21. verſ.
nec obſtat,quod Notarius.vol.7.

Ab hac tamen ampliatione diſceſſit Pariſ. in conſ.88.num.
20.vol.3.vbi voluit, vt magis credatur teſtibus deponentib.
15 pro inſtrumento, quam† deponentibus contra inſtrumentũ
de inſania & mentis captione, & præſumi pro Notario, per
ibi multa adducta.

Primo amplia omnes ſupra relatos modos probandi de-
mentiam, vt procedant, etiamſi ſuper his teſtes eſſent ſingu-
lares,videlicet,vt vnus deponeret vno modo,alius alio: nam
16 † cum agitur de probando quid in vniuerſum, id eſt, quem
eſſe dementem,ſufficiunt teſtes ſingulares, iuxta ſententiam
Alex.in d.conſ.86.n.11.lib.2.& in conſ.147.nu.20.lib.7.quod
multis corroborat auctoritatibus.

Limita prædictam ampliationem non procedere, niſi for-
miter(vt ſic loquar)in ſpecie, & concludenter deponant, &
17 quando † in contrarium alia non concurrerent, ſi credimus
Pariſ.in ſæpe relato conſ.88.nu.71.& 72.vol.3.

Secundo ampliabis,hoc adeo verum eſſe,vt ſufficiat teſtes
18 tantummodo dixiſſe,talem eſſe mente captum, quia † vide-
runt.Ita dixit Ang.in aurb.vt cum de appell.cognoſcitur.§.ſi
quis concurrente.& refert Grãmar.in d.conſ.16.nu.16. vide-
tur ſentire ẽt Bart.in tract.de teſtib.verſ.oppoſita prudentiæ.
19 Contrarium tamen† voluit Pariſ.in d.conſ.88.num 57.vo-
* lum.3.vbi atteſtatur de * cõi opinione, ſuperiori contraria.

Quod ſi hæc fuſius & vberius inueſtigare ac proſequi quis
voluerit,adeat concluſionem noſtram,Furioſus, in qua ad a-
nuſſim hæc explicata fuere.

Illud

Digitized by Google

Illud quoque ſuperpondij loco adijcere voluimus, q etſi
multæ deciſiones & iura loquãtur de actibus geſtis à furioſo,
10 tamen† habent locum in geſtis & dictis à demente ſeu mente
capto, quod probatur ex ijs, quæ plurima collegit Grammat.
in d.conſ.16.nu.13.& Pariſ.in conſ.68.nu.6.& 7.d.vol.3.

CONCLVSIO DIV.

ARGVMENTVM.

Demonſtratio falſa quomodo probetur de corpore conſtare.

SVMMARIA.

1 *Demonſtratio falſa ad hoc, vt non vitiet diſpoſitionem, quomodo probabitur de corpore conſtare.*
2 *Ad demonſtrandam perſonam debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, vel indicijs.*
3 *Ad demonſtrandum fundum, debet exprimi nomen loci cum duobus confinibus.*
4 *Demonſtratio eſt certa, ſi oſtendatur nomen cum duobus accidentibus conſentaneis.*
5 *Quicquid vltra neceſſarias demonſtrationes adijcitur fruſtra eſt, & non vitiat.*
6 *Omiſſio ſi non vitiat, multo minus erronea expreſſio.*
7 *Qui vult diſpoſitionem infringere ratione falſæ demonſtrationis, neceſſe eſt, vt probet ſe de alia perſona, vel de alio loco ſenſiſſe.*
8 *Demonſtratum ſi aliquid eſt tribus qualitatibus vel accidentibus, ſufficit duo vera eſſe, & probari, licet vna reddat demonſtrationem incertam.*
9 *Demonſtrationes tres ſi expreſſæ fuerint, quando agitur de pœnæ commiſſione, debent omnes probari, alioquin vna deficiente, demonſtratio vitiatur.*
10 *Demonſtrationes quatuor, aut plures, ſi expreſſæ ſunt, quarum duæ tãtum conueniũt, eo caſu res eſt dubia, & vna præſumptio ab alia eliditur. Contrarium, nu 11.*
11 *Demonſtratio vna, vel qualitas, ſi eſt tam clara, vt faciat conſtare de corpore, illa ſola probata, etiamſi aliæ qualitates & demonſtrationes falſæ adeſſent, tamen non vitiaretur diſpoſitio.*
13 *Diſpoſitio non vitiatur, ſi nomen fundi ſingulare eſt, licet in confinibus & alijs demonſtrationibus erretur.*
14 *Fines non ſunt neceſſarij, quando alijs demonſtrationibus res clara redditur.*
15 *Confines non ſunt vlterius addendi, ſi dicatur quid factum in palatio Poteſtatis.*
16 *Qualitati nominis potius ſtatur, quam nomini proprio.*
17 *Diſpoſitio non vitiatur, licet demonſtratio nominis ſit falſa, ſi probetur qualitas accidentalis.*
18 *Nomen ſolum cum non ſit ſingulare, non reddit rem certam, quia pluribus competit.*
19 *Demonſtratio probari poteſt ex affectione & charitate, qua diſponens proſequebatur demonſtratum.*
20 *Demonſtratio probatur ex maiori notitia, videlicet, ſi diſponens maiorem notitiam habeat de aſſerto demonſtrato, quam de cæteris alijs.*
21 *Aduerſarius ſi dixerit, non conſtare de corpore, debet ponere falſa nomina eſſe, & plures demonſtrationes circa illud concurrere, quæ his probatis vitiatur effectus diſpoſitionis.*

DEmonſtratio falſa ad hoc, vt non vitiet diſpoſitionem,
1 quomodo† probabitur de corpore conſtare, conſulẽdus
erit Bart in l.demonſtratio.nu.14.ff.de condit.& demõſtr.vbi
præmittendum ait, quod ad demonſtrãdum perſonam debet
2 exprimi nomen cum duobus accidentibus, vel † indicijs, vt l.
hac conſultiſſima.in princ.C.qui teſtam.fac.poſſ.veluti Iulius
Delphinus Sarzanenſis, tunc reddunt perſonam certam, & re
ſpondit etiam Alex.conſ.36.in cauſa & lite vertente inter Ia
cob.nu.5.& ſeq.verſ.quod etiam dictum reſcriptum.vol.2.&
conſ.216.Magiſter Albertus. nu.3. verſ.non obſtant iura alle-
gata in contrarium vol.7.& conſ.38. viſis & diligenter pon-
deratis.nu.5.verſ.modo ſic, quotieſcunque tres demõſtratio-
nes.vol.5.Felin.aſſeruit in c.cum Ioannes. poſt nu.9. verſ.ſed
dictum Dom.Cardin.hic. de fide inſtrument. Idem etiam ad
demonſtrandum fundum debet exprimi nomen loci † cum
3 duobus confinibus, vt l.forma.in princ.de cẽſib.vnde his pre-
miſsis Bart ait, ille, qui vult probare, quod de corpore cõſtat,
vt ſit falſa demonſtratio, non vitiat, ſi oſtendat nomen cum
duabus demonſtrationibus, ſed duobus accidentibus conſen
taneis huic perſonæ, vel indicauerit nomen loci cum duobus
4 confinibus congruis huic fundo, ipſe ſatis probatam habet
intentionem ſuam, videlicet demonſtrationem † eſſe certam,
quia conſtat de corpore, vt tradit Alexan. poſt Bart. in l.a.ff.
de liber.& poſthum.nu.181.& ſeq.& in l.ſi quis in fundi vo-
cabulo.col.3.ff.de legat.1.nu.11. verſ. ſecundo colligitur. &
Bart.ibi, poſt nu.6.verſic.etſi vero conſtat. & ſequitur, & re-
fert idem Alex.in l.ſi in nomine.nu.2.verſ.qualiter autem di-
catur eſſe probatum.C.de teſtament.& late Alberic.in conſi.
* 10.nu.45.& ſeq.vbi de * communi atteſtatur per doctr.Alex.
conſ.92.viſo.col.penult nu.25. verſic.tamen ſatis eſt. volum.
5.Aretin.conſi.102.in cauſa.colum.3. poſt nu.3. verſ.ſed ma-
ior dubitatio remanet.Dec.in conſ.13.colum. penult.num.9.
verſ.regulariter autem. Et hoc ita extenditur procedere, vt
licet aliqua alia demonſtratio fuiſſet adiecta, quæ reperire-
tur falſa, tamen non noceat, ſi credimus Alex.conſ.35.in cau-
ſa & lite inter Dominum Benedictum.nu.2.ver.ſecundo pre-
5 ſuppono.vol.5 nã quicquid† vltra illas demonſtrationes ne-
ceſſarias adijcitur, fruſtra eſt, & non vitiat, vt dixit I.C.Vl-
pian.in l.1.§.ſi 1.ff.de dot.prælega. Item procedit, ſi per erro-
6 rem expreſſio facta fuiſſet: nam ſi omiſſio nõ vitiat, † multo
minus erronea confeſſio, vt l.1.C.de rei uxor.act. & dixit gl.
in d.l.ſi quis in fundi.in glo.a.ff.de leg.1. quod ſi aduerſarius
velit talem diſpoſitionem infringere ratione illius falſi de-
monſtrationis, neceſſe eſt, vt probet ſe de alia perſona, vel de
7 † alio loco ſenſiſſe, vel alium eſſe, qui habet eandem demon-
ſtrationem, ſicque res in controuerſiam adducatur, ſecundum
formam, quam præſcripſit Paulus in l.duo ſunt Titij.de teſta-
ment.tutela.

Tertio limites & intelligas velim, quæ ſupra dicta ſunt, ſci-
licet, vt cum aliquid demõſtratum ſit tribus qualitatibus, vel
8 accidẽtibus ſufficere duo vera eſſe, & probari, licet† vna red
dat demonſtrationem incertam, quod tamen non attenditur,
nec reddit falſam demonſtrationem, & tamen valet, limitatur
enim hæc concluſio procedere tantum, quando agitur de de-
monſtrando rem legatam, vel de perſona legatarij, quo caſu
procedit d.Bart.in d.l.demonſtratio.nu.14.& 15.ff de cõdit.
& demonſtrat. ſecus vero, quando agitur de pœnæ commiſ-
ſione, quia tunc, ſi tres demonſtrationes expreſſæ fuerint, de-
9 bent† omnes probari, alioqui vna deficiente, demonſtratio
vitiatur. Ita aſſeruit auctor additio.ad Bar.in d.l.demonſtrat.
verſ.duabus.per doctr.Pau.Caſtren. in l.in teſtamento.la pri-
ma, ff.eod.de condit.& demonſtrat. & voluit Alex.in d.con-
ſil.35. vol.5. poſt nu. 2. verſ.tamen hoc fallit. vbi quis ex tali
probatione vellet conſequi alium condemnari ad pœnam, &
ſequitur in l.ſi in nomine.poſt num.2. verſ.ſed in contrarium
videtur.C.de teſtam.

Secundo limitabis non procedere, quando eſſent expreſſæ
quatuor, aut plures demonſtrationes, quarum duæ tantũ con
10 uenirent, nam† eo caſu res eſſet dubia, & vna præſumptio ab
alia elideretur, vt conſultum fuit ab Alex.in conſ.33. videtur
prima conſideratione.nu.8. verſ.plus dicit Pau.de Caſtr.vol.
3.& in conſ.38.viſis & diligenter põderatis. prope finem.nu.
5.verſ.modo ſi quotieſcunque. vol.5. ac in d.l. ſi in nomine.
poſt nu.2.verſ.ſed ſi eſſent expreſſæ quatuor.

11 In contrariam tamen deſcendit ſententiam, quam † apud
eundem videas Pau.Caſtrenſ.in d l.ſi in nomine.d.nu.4.& ibi
Alex.poſt nu.2.verſ.quod intelligo verum.vbi declarat, quan
do illæ duæ alteri rei conuenirent, & ibi nu.3. Riminal. C.de
teſtam.ſenſit hoc etiam Ruin.in conſ.115. in cauſa & lite. col.
3.nu.11.lib.5.& in conſi.50.nu.12.lib.1.quibus accedit Pariſ.
in conſ.58.nu 25.vol 3.

Tertio loco limitabis non habere locum, ſi vna demonſtra-
tio vel qualitas eſſet tam clara, vt faceret conſtare de corpo-
re: nam tunc illa ſola probata, etiamſi aliæ plures qualitates &
12 demonſtrationes falſæ adeſſent, tñ † nõ vitiaretur diſpoſitio,
vtpote cum tantum erat quoddam nomen proprium ſingula-
re, & ſingulariſſimum, veluti Gallopreſſus, vt ait gl.in d.l.hac
conſultiſſima.in verb.indicia.C.qui teſtam.fac.poſſ.nam cum
vnus tantum illud nomen habeat, ſatis eſt clara & certa de-
monſtratio, argum.l.2.ff.de liber.& poſthum.& ſic hoc ſolum
ſufficeret, & quicquid vltra adijcitur, fruſtra eſt, & non vitiat,
vt ſup.& Bar.docuit in d.l.demonſtratio. nu.16. verſ.item il-
le, qui vult diſpoſitionem attendere. ff.de cond. & demonſtr.

Et hoc idem verum eſt in nomine fundi, videlicet ſi ſingu-
13 lare ſit nomẽ fundi, ex† quo nomine certa redditur res, licet
in confinib.& alijs demonſtrationibus erretur, vel licet non
ponatur, tamen non probato eo nomine ſingulari tñ, non vi-
tiat diſpoſitio, l.cum ſeruo.§.ſi.de contrahen.empt. cum alijs
adductis ad hoc ab eodem Bar.in d.l.demonſtrat, poſt nu.16.
14 verſ.idem dico in nomine fundi.neque† enim ſunt neceſſarij
fines, quando alijs demõſtrationib.res clara redditur, vt poſt
Bar.in d.l.cum ſeruo.tenuit Fulgoſ.conſ.183.& facit, quod di
cit Bar.in d.l.demonſtratio.nu.17. & in d.l.nominatim. ff.de
liber.& poſthum.ſi dicatur quid factum in palatio Poteſtatis,
15 non ſunt† vlterius addendi confines, & ſequitur, & refert ibi
Alex.nu.8.verſ.item ſecundum Bart.hic.& in d.l.ſi quis in fun-
di.poſt 11.nu.verſ.quod ſi accuſatus Titius.ff.de leg.1. & ibi-
dem Caſtrenſ.poſt nu.3.verſ.& ideo cum demonſtratur.

Vbi etiam hoc ait procedere non ſolum, quando nomen eſt

ſingulare, ſed etiam, quando non eſt, ſed commune cum mul-
tis alijs, verum illi tãtum nomini eſt aliqua qualitas adiecta,
quæ facit illud nomen deferri & declarari ab alijs: quia tunc
16 potius ſtatur huiuſmodi qualitati, quam † illi nomini pro-
prio, vt Franciſcus, vel Poteſtas, vel Commiſſarius Sarzanæ;
nam hoc caſu, ſi euenerit aliqua diſpoſitio contra talem aſſer-
tum Franciſcum, prout accidit in caſu Bart. poſito in d.l. de-
monſtratio. nu. 18. verſ. non eſt animaduertendum. licet vere
Ioannes & Franciſcus nõ nominetur, tñ probata illa ſola qua-
litate accidentali, videlicet, quod ſit Poteſtas, vel Commiſſa-
17 rius, licet † illa demonſtratio Franciſci ſit falſa, tñ non vitia-
tur illa diſpoſitio, & teſtatur Caſtrenſ. loquens de Poteſtate
Paduæ in d.l. ſi in nomine. in fin. C. de teſtam. tacito Bart.

Si vero omnes probationes & demonſtrationes ſint falſæ,
& ſolum nomen proprium verum ſit, ſed non ſit ſingulare no-
men, tunc non ſufficit probare illud nomen; ſolum enim no-
18 men nõ reddit rem certam, quia † tale nomen pluribus com-
petit, vt colligere eſt ex dict. l. hac conſultiſſima. cum alijs ad-
ductis à Bart. in d.l. demonſtratio. poſt num. 18. verſ. ſi vero
probationes. & tunc illi, qui vult tueri hanc demonſtratio-
nem, incumbit onus probandi, de tali corpore fuiſſe cogita-
tum, quod probabit probando ſupradicta, vt Bart. vbi ſupra.
num. 19. verſ. tunc enim illi.

19 Vel poteſt probare etiam ex affectione † & charitate, qua
proſequebatur diſponens illum aſſertum demonſtratum, vt
habemus à Iureconſulto in l. duo Titij. ff. de teſtam. tutel. & in
l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de leg. 3.

Porro probari poteſt ex maiori notitia, videlicet diſponẽ-
tem maiorem notitiã habuiſſe de aſſerto demonſtrato, quam
20 de † cæteris alijs: nam tunc etiam probato illo nomine tan-
tum, vna ex iſtis concurrentibus, nõ vitiatur diſpoſitio, vt de
maiori notitia obſeruatum eſt in l. penult. ff. de reb. dub. & à
Bart. in d.l. demonſtratio. nu. 19. vbi docet, quod ſi aduocatus
21 dixiſſet nõ conſtare de corpore, debeat † ponere, falſa nomi
na eſſe, & plures demonſtrationes circa illud concurrentes:
nam tunc his probatis vitiatur effectus diſpoſitionis, vt d.l.
duo Titij. de teſtamen. tutel. & ait iſta eſſe multum vtilia, &
in his totam demonſtrationis materiam conſtare.

Videto tñ ad hæc, quæ diſſeruimus in cõcluſione, Idẽtitas.

CONCLVSIO DV.

ARGVMENTVM.

Denunciatio quotuplex ſit, & quo pacto fiat.

SVMMARIA.

1 *Denunciatio triplex eſt, Euangelica, iudicialis, & canonica.*
2 *Denunciatio Euangelica fit ad emendationem, & tripliciter probatur, & fit, & primo ſecreta, qua probatur iuramento ipſius denunciantis.*
3 *Denunciatio ſi facta ſit per epiſtolam, vel nuncium ſecretum, dicitur etiam fieri per ſeipſum.*
4 *Denunciatio cum debet fieri cum vno teſte, vel duobus, debet probari per illum teſtem, & iuramentum denunciantis.*
5 *Denunciatio, quæ fit Eccleſiæ, probatur per libellum denunciatorium datum ipſi iudici eccleſiaſtico.*
6 *Denuncians nedum probare debet ſuam denunciationem, ſed etiam denunciatum habere conſcientiam læſam.*
7 *Denunciato ſufficit dicere iuſte retinere rem, & non contra æquitatem vt vlterius Eccleſia non procedat.*
8 *Denunciato creditur ad purgandam conſcientiam ſuam.*
9 *Denunciato non ſufficit dicere, ſe non tenere contra conſcientiam ſuam, ſi nullam cauſam adducit.*
10 *Denunciato non ſufficit proferre cauſam iniuſtam.*
11 *Denunciato non ſufficit dicere, ſe non tenere contra conſcientiam, ſi eſt vir modicæ fidei, vel à principio cauſæ negat.*
12 *Denunciatio iudicialis eſt duplex, publica & priuata.*
13 *Denunciatio priuata debet probari per ſcripturam, non autem per iuramentum.*
14 *Denunciatio canonica fit ad pœnitentiam peragendam, quam iudex producit, etiam ſi denunciator nolit proſequi.*

Denunciatio eſt triplex, hoc eſt Euangelica, iudicialis, &
1 † canonica, vt auctor eſt Specul. de denunciat. §. 1. nu. 8.
Euãgelica fit ad emẽdationem, & hæc tripliciter probatur, &
fit, videlicet, primo ſecreta alicui debitori, vel delinquẽti, &
2 tunc probatur iuramento † ipſius denunciantis, cum ſit ſcri-
ptum, Corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Ita ſcripſit Bal. in
authent. ad hæc. col. ñ. nu. 18. verſ. vltimo quæritur. C. de vſur.
quod etiam placuit Io. Anan. in c. cum in omni. de teſtib. con-
ſulas Bart. in l. ſi quis. C. depoſiti. nu. 5. quem etiam ad illum ſe
reijciendo refert Guid. Pap. in quæſt. 314. & adeas eundem
Bart. in extrauag. ad reprimendum. ſuper verb. denunciatio-
nem. de modo formandi petitionem. nu. 5. & ſeq. & nu. 17.

3 Amplia idem procedere, ſi † facta denunciatio fuerit per
epiſtolam, vel nuncium ſecretum: nam tunc etiam dicitur
fieri per ſeipſum, vt habemus in l. qui autem. §. vltim. & l. ſeq.
ff. de conſtit. pec. & docuit ille iuris armarium Bart. in d. ex-
trauagan. ad reprimendum. ſuper d. verb. denunciationem.
poſt num. 17. verſ. ſed contrarium puto.

At ſecunda denunciatio cum debet fieri cum vno teſte, vel
4 duobus, † debet probari per illum teſtem, & iuramentum de-
nunciantis. Ita voluit Bald. in d. authent. ad hæc. d. n. 18. C. de
vſur. cui ſe ipſe ſubſcripſit Io. Anan. in c. cũ in omni. de teſtib.
& ſenſit idem Bart. vbi ſupra. poſt d. nu. 17. ſecundò denun-
ciatio eſt probanda.

5 Poſtrema & tertia denunciatio eſt, q̃ fit Eccleſiæ, & † hæc
probatur per libellum denunciatorium, datum ipſi iudici ec-
cleſiaſtico. Ita colligitur ex his, quæ ad id adducit Bart. in
tract. ad reprimendum. in verb. denunciationem. d. nu. 5. 6. &
ſeq. & poſt n. 17. verſ. tertia denũciatio. Iſte vero denuncians
6 nedum probare debet ſuam denunciationem, ſed † etiam de-
nunciatum habere cõſcientiam læſam, vt dixit Corn. in conſ.
137. nu. 9. vol. 2. quæ probatio poterit fieri probando contra
ius retinere rem ſuam; vel eius eſſe debitorem, & tamen pro-
batio eliditur per denunciatum, dicendo ſcilicet, ſe iuſte re-
tinere dictam rem, & non contra æquitatem, quod ſufficit,
7 † vt vlterius Eccleſia non procedat: nam licet, quando agitur
ordinarie, ſufficiat probare, rem eſſe ſuam, vel ſibi debitam,
niſi aduerſarius probet cõtrarium, tamen in denũciatione ſa
ris eſt, denunciatum aliquam iuſtam cauſam proferre, cur
contra conſcientiã non teneat, licet cauſam non probet. Cre-
8 ditur enim, ſibi ad purgandam conſcientiam ſuã, quod *multis*
probat Bart. in d. tract. ad reprimendum. in verb. denũciatio-
nem. poſt nu. 17. ver. quarta. ſ. quod peccet in eum. & nu. 18. &
Dec. in c. nouit. num. 139. de iudic. Neuiza. in ſylua nupt. lib.
3. verſ. regula eſt, quod Epiſcopus, ſiue eius Vicarius, in 5. li-
mitat. numero 51.

Primo prædicta intellige non procedere, quando denun-
9 ciatus dicit, ſe non tenere contra cõſcientiam ſuã, & † nullam
cauſam adducit: nã tunc non ſufficit, vt videre eſt ex l. ſed &
ſi interrogatur. de pet. hæred. & tradidit Bart. vbi ſupra. poſt
d. num. 18. verſ. tu dic, ſi denunciatus.

Secundo velim intelligas vt locum nõ habeant, ſi proferat
10 cauſam, ſed tamen iniuſtam, quia etiam tunc † non ſufficit:
ſic habemus à l. nec vllam. §. 1. de petit. hæred. & refert Bart.
in d. tract. ad reprimendum. in verb. denunciationem. poſt
num. 18. d. verſ. tu dic.

Tertio poteris intelligere, & limitare, vt vera nõ ſint, quã-
do denunciatus eſſet vir modicæ fidei, vel à principio cauſæ
11 negaſſet, quia † tunc non ſufficit. Ita aſſeruit Imol. in c. nouit.
de iudic. & ibidem Dec. col. fi. nu. 139. & ſeq. quos refert & ſe-
quitur Neuizan. in d. ſylu. nupt. in verb. monitorias. limitat. 5.
poſt. d. nu. 51. in fi. & late proſequitur Bart. in d. tract. ad repri-
mendum. in verb. denunciationem. poſt d. num. 18. verſ. ſed ſi
allegat cauſam iuſtam.

12 Iudicialis autem denunciatio eſt duplex, † publica & pri-
uata: ad publicam tenetur iudex inquirere, & priuata com-
petit ratione intereſſe. Quę quidẽ denũciatio priuata debet
13 probari per ſcripturam, non † autem per iuramentum iuxta
ſententiam Bal in l. ſi quis. nu. 4. C. depo. & ibidẽ videas Bart.
nu. 5. & ibi, in vlt. addit. qui ſentit iuramento probari.

14 Canonica fit ad pœnitentiam † peragendam, quam iudex
producit, etiamſi denunciator nolit proſequi, vt auctor eſt
Bart. in tract. ad reprimendum. in d. §. denunciationem. nu. 5.
& ſeq. & tradidere Dd. in c. nouit. de iudic. & prodidit Spe-
cul. in tit. de denunciatione. d. §. 1. num. 8.

CONCLVSIO DVI.

ARGVMENTVM.

Denunciatores an debeant probare, quod denunciant.

SVMMARIA.

1 *Denunciatores debent probare, quod denunciant.*
2 *Denunciator de conſuetudine non tenetur probare, quod denunciat, ſed ſolum nomina teſtium dare iudici.*
3 *Syndici, vel conſules, aut maſſarij, qui ex debito officij tenentur denunciare curiæ maleficia omnia, quæ committuntur in ſua parochia, vel communi reſpectiue, non tenentur probare, nec deficientes in probatione præſumuntur calumniatores.*

4 *Denun-*

Digitized by Google

4 *Denunciator non tenetur probare, quod denunciat, ſi ſumus in dubio, ſecus vero ſi de eius calumnia, vel dolo conſtat.*

1 DEnunciatores debent probare, † quod denunciant, ſic aſſeruit Martian. in l. diuus. ff. de cuſtod. reor. l. ab accuſatione. §. nunciator. ff ad Turpill. & non probantes incidunt in Turpillianum, & calumniari præſumuntur, vt habemus à I.C. in d. §. nunciatores, & ibi Bar. in l. diuus, & ſenſit Aret. in tract. malefic. in verſ ad denunciandum, quæſt. a. col. 4. Innoc. quoque meminit in c. cum dilectus, de calumn. & tradit Catal. de Boncompagnis in tract. de ſyndi. nu. 114. verſ. item ille, qui in denunciatione.

Primo limita non habere locum de conſuetudine, nam ſe-
2 cundum eã † non tenetur probare, ſed ſolum nomina teſtium dare iudici, ſecundum Bal in addit. ad Spec. in tit. de accuſar. in ver. ſed ne ſyndiens, cui adhæret Salic. in l. ea quidem. C. de accuſat. & videas Bart. in d. l. diuus, de cuſt. reor. & Aret. vbi ſupra, col. 6. & conſulas late eundem Bart. in d. l. ab accuſatione. §. nunciatores ff. ad Turpill.

Secundo limitabis, vt nõ procedat in magiſtratibus publicis, q conſtituuntur in Ciuitate in ſingulo quarterio (ſic enim loquuntur) vel parochia, qui & ſyndici, vel conſules nuncupantur, & in comitatu dicuntur Maſſarij, ſiue Saltnarij, qui ex debito officij tenentur denũciare curiæ maleficia omnia, quæ
3 cõmittuntur in ſua Parochia, vel cõi reſpectiue † hi enim non tenentur probare, neque deficientes in probatione præſumuntur calumniari, quia quicquid faciunt, illud agunt ex neceſſitate officij, in l. 2. §. ſi publico, & ibi Bar. ff. de adult. & ita expreſſe cauit Paul. Ghirlan. in tract. de relaxat. carcer. tit. de caſum §. quæro an eo ipſo, num. 7. verſ. quandoque proceditur, qui inter alios citat Bar. in l. in Senatus. §. an ad eos, in fi. ff ad Turpillia. determinaorem ſecundum eum hoc expreſſe, ſed in Codice meo reperi contrarium.

4 Sublimites, & intelligas velim iſtud, † vt locum habeat, ſi ſumus in dubio, denunciatorem carere dolo, ſecus ſi de illius calumnia, vel dolo conſtat, quia tunc ceſſat præſumptio innocentiæ, & incidit Turpillianum, d. l. in Senatus. §. an ad eos, & & ibi. no. Bar. ff. ad S.C. Turpill. atque tradit Paul. Ghirlan. loco proxime citato.

CONCLVSIO DVII.

ARGVMENTVM.

Denunciatio an poſsit probari per vnum teſtem tantum, & an ſimpliciter credendum ſit denuncianti.

SVMMARIA.

1 *Denunciatio non poteſt probari per vnum teſtem tantum, nec eſt ſimpliciter credendum denuncianti, niſi probet veritatem denunciationis. Contrarium, nu. 2.*

3 *Aſſerenti ſe non teneri de euictione, ex eo quod ei non fuerit denunciatum, negatiuam probare incumbit.*

4 *Denunciatio ſola non facit indicium ad torturam contra denunciatos.*

5 *Denunciatio concurrente fama publica facit indicium ad torturam.*

6 *Denunciatio ſola facit indicium, quoad inquirendum. Contrarium, nu. 7.*

8 *Denunciatio non ſufficit ad hoc, vt dicatur de delicto conſtare.*

9 *Denunciator poteſt eſſe teſtis ſi deſint alij, quando iudex procedit per inquiſitionem.*

10 *Denunciatores admittuntur in teſtes, quando coram alio iudice non vigore illius denunciationis proceditur.*

11 *Denunciatori creditur quoad inquirendum, ſecus quoad condemnandum.*

12 *Denunciator admittitur in teſtem in denunciatione euangelica, ſecus in alijs, quæ fiunt in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico ob delicta.*

13 *Denuncianti creditur, etiam ſi denunciet falſum, ſi lege municipali ſit cautum, vt ipſi credatur.*

14 *Contrarium denunciationis probari poteſt.*

15 *Denunciatori creditur in leuibus, ſecus in his, quæ ſunt magni præiudicij.*

16 *Denunciatori blaſphematori non eſt credendum, etiam ratione officij, quia vt infidelis Deo, non poteſt eſſe fidelis hominibus.*

DEnunciatio non poteſt probari per vnum teſtem tantum,
1 † nec eſt ſimpliciter credendum denuncianti, niſi probet veritatem denunciationis, vt pulchre conſuluit Paul. Caſtr. in conſ. 148. viſis & ponderatis, col. a. vol. a. & cauit Corn. in cõſ. 329. col. 3. lib. 1. & in conſ. 50. col. fin. circa medium. lib. 2. quos refert, & ſequitur Crau. in conſ. 6. plura videnda, nu. 76. verſi. ſecundo reſpondeo.

2 Superioribus † tñ videntur ea repugnare, quæ obſeruauit Hercul. in tract. de probã. negatiua, poſt 9. ampliatio, verſ. 25. infertur, vbi dicit, quod ſi quis aſſerat ſe ex eo, quod ei non
3 fuerit denunciatũ, † non teneri de euictione, hanc negatiuam probare teneri, licet nihil adducat.

Ampliare poteris concluſionem, vt nec denũciatio ſola fa-
4 ciat indiciũ ad torturam † contra denunciatos, ſecũdum Bar. in l. diuus. q. 3. nu 8. verſ. ſi vero officialis. ff. de cuſt reo. quẽſequit, & refert Hyp. Marſ. in conſ. 6. poſt nu. 9 verſ. ſecundo dico, rñdit Alex. conſ. 1. viſo proceſſu inquiſitionis, poſt num. 4. verſ. accedit, quia etiam veritati, li. 3. Ang. de Malefic. in verb. nec nõ ad denunciã, col. 3. verſ quæro, an denũciatori credat.

Limitanda primo erit hæc ampliatio, vt vera non ſit, quan-
5 do cum denũciatione concurreret etiam fama publica, † quia eo caſu facit indiciũ ad torturã, vt videre eſt in Hip. de Marſ. in pract. in princ. nu. 21. vbi citat Bart. conſ. 12. Domino Petri de Burgo.

Secundo limitabis, vt non procedat quoad inquirendum:
6 nam hoc in caſu ſola denunciatio † facit indicium, ſi credimus Ang. Aret. in tract. de malefic. in verb. ad denunciationem, nu. 14. & reſpondit Alex. in d. conſ. 1. nu. 4. li. 3. atq; placuit Marſi. in pract. in princ. nu. 21. & in conſ. 21. nu. 9

7 Huic tamen ſententiæ † aduerſari videtur idem Hippol. de Marſ. ſibi parum cõſtans in pract. loco proxime allato. in prin. nu. 19. & in conſ. 134. num. 3. vbi ſcriptum reliquit, denuncia-
8 rionem non ſufficere ad hoc, vt dicatur † de delicto conſtare, & tamen ad inquirendum oportere prius de delicto conſtare, vt ibi late per eum Marſ. in prin.

In qua quidem denunciatione etiam denunciator poteſt eſſe teſtis, quando iudex procedit per inquiſitionem propter
9 denunciationem, † ſi deſint alij teſtes, ſecus ſi procedat ſuper denunciatione, ſecundum Salicet. in l. eadem. C. de accuſat. & Bar. in l. diuus, poſt nu. 14. verſ. & ex hoc, quod dicitur, de cuſto. reor. & Ang. Aret. in d. tract. de malef. d. verſ ad denũciam. col. 5. verſ. quæro, an iudex poſſit denunciatorem in teſtem. c. præterea. vbi Abb. ſequitur & refert Bar. nu 8. verſ. ſed forma hic aliud dubium, de teſti. cogen. tamen dicit indiſtincte non
10 procedere, † ſed qñ corã alio iudice nõ vigore illius denunciationis procedatur, tunc in teſtes admittuntur, per d. c. prẽterea, quod dicit notandum, & cum hoc temperamento, dicit putare intelligendo not. in c. omni de teſtibus.

Quod poſtremum primo intelliges, vt procedat, quoad in-
11 quirendum: quia tunc ei creditur, † ſecus quoad condemnandum, iuxta ſententiã Spec. in tit. de accuſ § 1. in fi. nu. 33. ver. hoc autem ſcias, & Bar. docuit in d. l. diuus, nu. 6. verſ. quãtum vero ad inquiſitionem, & ibid. Salic. & conſulas Ang. & Imol. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. vbi Alex. idem ſentire videtur, nu. 17. verſ. vnde videmus, & Bal. ibid. verſ. ibi totum, licet verbis edicti inſpectis, & Caſtr. nu. a. & ibi Rom. poſt nu. 4. verſ. & tunc, quicquid dicat hic Ang. & Bart. in l. 1. §. cura. nu. a. verſ. dico, quod ſi quæris. ff. de offic. præfect. vrbis, & proſequitur Ang. de maleſ. in d. verb. nec non ad denunciam, d. col. 5. d. verſ. quæro an iudex.

Secundo declarabis, vt hoc verũ ſit in denunciatione euan-
12 gelica, in qua denũciator admittitur in teſtem † ſecus in alijs denunciationibus, quæ fiunt in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico ob delicta, quia tunc non recipiuntur denũciatores in teſtes, ſi credimus Rol. à Valle, in conſ 98. viſo proceſſu. nu. 36. verſ. nam clarum eſt, qui ad hoc citat Bar. in c. in omni, de teſtibus, & Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. col. 30. verſ. dubitatur. de probat.

Contrarium tamen videtur ſentire Spec d. tit. de accuſa. §. 1. d. nu. 33. lib. 3.

Ampliabis modo, quod diximus de denunciatore teſte vt ſi lege municipali ſit cautum, vt denuncianti credatur, etiam
13 ſi denunciator denunciet falſum, † nihilominus ei credatur, ſi ita atteſtanti credendum eſt Bal. in l. 1. nu. 4. verſ. quærit hic. C. ſi aduerſus libertatem, Ang. in Auth. de iudic. § oportet. de iudic. col. 6. & videas eundem Bal. in l. ſi tutor, nu. a. & ſeq. de pericu. tutor. & in l. 1. nu. a. & ſeq. verſ. ſed pone ſtatutum dicit. C. de iureiur. quem refert, & ſequitur Rom. in d. l. qui bona. d. §. quidam d. nu. 4. ff. de dam. infect.

Primo velim limites iſtam ampliationem non adeo veram
14 eſſe, † quin ẽt poſſit probari contrariũ, arg. l. a. §. ſi abſens. iuncta gl. ſuper verb. vel iudicio, verſ. niſi aduerſarius contrariũ, & ibi Paul. de Caſtr. nu. 8. & ſeq. ff. ſi ex noxali cau. agatur, & prodidere Iac. Butr. & Bald. in l. 1. C. de reb. credi. quod etiam adiuuat l. cum precibus. C. de probat. & ſentiunt omnes ſupra allegati

Digitized by Google

allegati Dd & Rom.cõſ.102.ſuper eo, quod,nu.3.verſ.vltimo iſta fuit communis opinio,vbi idem ſentientes refert,teſtatus * de * communi opinione.

Secundo limita,& intellige dictam ampliationẽ procedere
15 in leuibus,quia tunc illi creditur, † ſecus in his, quæ ſunt magni momenti,vt ait Ang.in l.ea quidem.C.de accuſa & ita diſtinguit Bar.in l.Diuus Adrianus.3.q.nu.7. verſ.cõtrarium videtur.ff.de cuſto.& exhib.reor.atq; cõſulẽdo rñdit Nat.in cõſil.550.Breuiter ad quæſitũ,nu.8.& ſeq.vbi de hoc late,quẽ videas,vbi aliter ẽt ſubdiſtinguit in maleficijs leuibus,& proſequitur Rom.in d.l.qui bona.§.qui damni.in fi verſ.tertio caſu dicas.ff.de dam.infect.& diximus in concluſione,Damnum.

Tertio limitabis ampliationem,ac ẽt illud de denunciatore teſte,vt locum ſibi non vendicet in denunciatore blaſphe-
16 matore, † cui non eſt credendum, etiam ratione officij: nam cum infidelis ſit Deo,non poteſt eſſe fidelis hominibus,c.non poteſt.& c.quod ſine peccato.2.q.7.& in c.grauibus 3.q.7.& ita reſpondit Anchar.in conſil 416.verſ tertia exceptio.quem referendo ſequitur Rol.à Valle in conſ.52.quia omni iure.nu.44.ſub verſ.vlterius contra iſtos.vol.4.

CONCLVSIO DVIII.

ARGVMENTVM.

Deponentis ciſtellam, vel alia ſimilia apud aliquem, quæ ſibi abſque ſigno reſtituatur, an ſtetur iuramento, ſi dicat aliqua abſtracta fuiſſe.

SVMMARIA.

1 *Deponens farcinulam ſiue ciſtellam, vel aliud ſimile apud aliquem ſi dicat aliqua ex illa abſtracta fuiſſe,deficientibus probationibus eius iuramento fides eſt habeda.*
2 *Deponentis iuramento contra depoſitarium non ſtatur, quando conſtat clare ipſum depoſitarium non amouiſſe ſignum,ex quo ab altero fuiſſe ablatum probatur.*
3 *Depoſitarij dolus non præſumitur, nec contra ipſum admittitur iuramentum deponentis, ſi valiſia ita foret ſigillata vt facile ſignum adimi potuiſſet,& depoſitarius eſſet vir probus bonæ famæ, & ſpectatæ fidei.*
4 *Hæretici,vel Iudæi a iuramento arcentur quoniam eſt veriſimile, illos peieraturos.*
5 *Deponentis iuramentum ceſſat,quando depoſitarius vellet contrarium probare.*

DEponentes farcinulam,ſiue ciſtellam,vel quid ſimile apud
1 aliquem, † & illa fuerint ſibi reſtituta abſque ſigno, ſiue deponens dicat aliqua ex illa farcinula,ſiue ciſtella abſtracta fuiſſe,deficientibus probationibus,illius iuramento fides erit habenda circa ea, quæ in illa ciſtella extabant, vt reſpõſum fuit ab Vlp.in l.1.§.depoſiti cum §.ſi ciſta.ff.depo.quod etiam docuit Bar.in l.in actionibus.col.vlt.nu.23.de in lit.iur.& in d.§.ſi ciſta,nu.2.& Alex.in d.l.in actionibus.num.18.verſ. qui per iſtum tex.& Inn.in c.fin.nu.1.& 2.& 3.quod met.cau.

Primo limitare poteris non procedere,quando conſtat cla-
2 re iſtum depoſitarium non amouiſſe ſignum, † ex quo ab altero fuiſſe ablatum probatur:nam tunc non ſtatur iuramento deponentis contra ipſum depoſitarium,ita tradit Iaſo.in l. in actionibus,nu.41.verſ.tertius caſus.de in lit.iuran.cui accedit Plot.in l ſi quando,nu.400.C.vnde vi.poſt Cagno.in l.vnica.nu.127.C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt, atque conſultum fuit à Pariſ in conſ.74.nu.40.lib.1.

Secundo velim limites non eſſe veram cõcluſionem, qñ facti,& perſonarũ qualitas aliter ſuaderet,vt ſi valiſia ita foret
3 ſigillata,vt facile ſignũ adimi potuiſſet,† & depoſitarius eſſet vir probus,& bonæ famæ,& ſpectatæ fidei:nam tunc nõ præſumitur dolus,nec contra ipſum admittitur iuramentũ deponẽtis,ita traditum fuit à Bal.in rub.C.depoſi.nu 1. & in l.1.nu.5.C.loca.late proſequitur Tiraq.in trac.de pęn.leg cau.23.in fi.& latius in cau.51.n 69.Ploto quoq; placuit in d.l.ſi qñ.num.412.cum ſeq.Rui etiam reſpondit in conſ.148.nu.29.lib.5.

Tertio limitare tibi graue non fuerit,vt locũ ſibi non vendicet, inſpecta qualitate perſonæ volentis iurare, † veluti in
4 Hæretico,vel Iudæo: nam iſti à iuramento arcentur,quoniam eſt veriſimile,illos peieraturos,prout de Iudæo dixit Marſ.in ſingul 41.Iudæus,& tenet Plot.in d.l.ſi quando. num.401.C.vnde vi.

Quarto limitabis non procedere,quando depoſitarius vel-
5 let contrarium probare:etenim tunc admittitur, † & non obſtat iuramentum deponentis,ita aſſeruit Plot.in d.l.ſi quãdo.nu.403.& 415.& à Pari.cõſultum fuit in conſ.74.n.5.lib.1. & conſulas ad hanc materiam late clariſſimum Iaco.Menoch. in tract.de arbitr.iudi.lib.2.centur.3.cau.208.nu.26.cum ſeq.

CONCLVSIO DIX.

ARGVMENTVM.

Depoſitarius dicens perdidiſſe res depoſitas an præſumatur in dolo, ſi appareat res ſuas ſaluas.

SVMMARIA.

1 *Depoſitarius dicens perdidiſſe res depoſitas, ſi appareat res ſuas ſaluas præſumitur in dolo.*
2 *Depoſitarij dolus præſumitur ex diſſigillatione valiſiæ penes ipſum depoſitæ quando eam reſtituit ſine ſigno. & tunc eſt locus iuramento deponentis de rebus in ea incluſis. Contrarium nu.3.*
4 *Doli præſumptio contra depoſitarium circa amiſſionem rerum depoſitarum quo caſu, & quomodo ceſſet. Vnuſquiſque tenetur magis ſe diligere, quam alium,ibid.*
5 *Depoſitarius,quando res ſuas viliſſimas ſeruauit,& dimiſit res depoſitas valde pretioſas,tunc in arbitrium iudicantis poſitum eſt,an ex qualitate perſonarum,& rerum præſumat dolum,nec ne.*
6 *Dolus niſi ex coniecturis probari poteſt.*

DEpoſitarius dicens perdidiſſe res depoſitas, ſi appareant
1 illius res incolumes,† pręſumitur in dolo,vt ſancitum eſt in tex.in c.2.& ibi Abb.num.2.de depoſi. Natta reſpondit in conſ.131.per totum,vol.1.

Quod ampliabis ẽt procedere, quando reſtituit ille depoſitarius valiſiam ſine ſigno: nam ſi deponens probet valiſiam traditam fuiſſe obſignatam,ex eo,quod ſignata nõ reperitur,
2 præſumitur † dolus,& tunc locus erit iuramento ipſius deponentis de rebus in ea incluſis, * vt de communi opinione atteſtatur Iaſ.in l.in actionibus.de in lit.iur nu.41.& idem conſuluit Pariſ.conſ.74.nu.6.11.& 16.lib.1.tradidit etiam Plot.in l.ſi quandò.nu.397.C.vnde vi.quibus adhæret Cagno. in l.1.nu.130.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.& Cla.voluit lib.2.ſententiarum.§.furtum.verſ.pro complemento.

3 Contrariã ſententiã tuentur † Alex in d.l.in actionibus.nu.18.in fi.& Bar.in l.in eos.nu.5.ff.furti.aduerſus naut. & ſtabular.vbi dicunt,in dubio iurari non poſſe, quoniam ex illa (vt ſic loquar) diſſigilatione non probatur dolus depoſitarij, ſed torquentur familiares,vt ibi Bar.docuit.

Limitabis concluſionem verã non eſſe,ſi depoſitarius probauit caſum fortuitum,vel per alias præſumptiones,ſiue coniecturas excluſerit talem dolum præſumptum; vt ſi imminen-
4 te incendio ipſe depoſitarius † eum non poſſet ſeruare res ſuas,& depoſitas,maluerit res ſuas incolumes tueri:nam tunc ceſſat dicta præſumptio doli, cum quis teneatur magis ſe diligere,quam alium.23.q.5.c.ſi non licet.in princ.& c. cum ſalutis.in fin.diſt.86.& hoc procedit non tantum, ſi res ſuæ erant pretioſiores,quam depoſitæ,ſed etiam ſi erant viliores,ſi credimus Abb.in d.c.bona fides.num.2. depoſiti. vbi tamen ait,
5 † quod ſi res viliſſimas ſeruauerit,& dimiſerit res depoſitas, tunc in arbitrium iudicãtis eſſe poſitum, an ex qualitate perſonarum, & rerum præſumat dolum, nec ne. Dolus enim niſi
6 ex coniecturis † probari poteſt.l.licet dolum.C.de dolo.& in c.2.de renuncia.lib.6.de cuius probatione vide quæ diximus in concluſione, Dolum.

CONCLVSIO DX.

ARGVMENTVM.

Depoſitum quid ſit, & quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum eſt contractus bonæ fidei.*
2 *Depoſitum probatur per confeſſionem.*
3 *Depoſitum probatur per confeſſionem quoad præiudicium confitentis, non autem tertij.*
4 *Depoſiti vera numeratio non probatur per confeſſionem.*
5 *Depoſiti confeſſio quando afferet præiudicium tertio, cur vere non probet depoſitum.*
6 *Tribus modis contrahitur, videlicet, verbis,& chirographo.*
7 *Depoſitum, de quo aliter conſtare non poteſt quam per confeſſionem depoſitarij, non gaudet priuilegijs veri depoſiti.*

Depo-

1 DEpoſitum eſt contractus bonæfidei,† vt aſſeruit Tripho-
nius I.C. in l.bona fides.ff.depo.hinc fit, vt quando agi-
tur ad illius probationem,conſentaneum nō ſit de iuris api-
cib.diſputare,iuxta ſententiam Bal.in cōſ.256.nu.3. in fi.vol.
1.cui adhæret Tiraq.in tract. de vtroque retract.côuent. ver.
conſignes.§.4.glo.6.nu.15.& tradidere Accur.& cæteri ſcri-
bentes,in §.actionum autem.iuſtitut.de act.idem ſenſit Caſt.
in l.cum quid.poſt nu.13.verſ.ſed Bal.in l.incendium.ff.ſi cer
tum pet.& idem voluit Bal.in l.vnica,col.4. poſt nu.28. verſ.
diſputare enim. C.de confeſſ.

Paucis itaque videamus, quo pacto illud ſit probandum.
2 Depoſitum igitur † probatur per confeſſionē,ita habemus
à Pau.in l.Publia.fi.& perſpicaciſſimo Papiniano in l. Lucius.
ff.depoſ.quos contextus adducit Matth.de Afflict.in conſtit.
Neap.lib.2.in conſtit.de cauſ.depoſ.rub.33.nu.7.Io.Andr.in
addit ad Spec.§.1.verſ.item debet iudex.nu.67.ſuper verb.
fundus,in litera I.verſ.in cōtrarium eſt,de teſte. Fed.de Sen.
cōſ.53.Titius.& ſeq.eo.mo.idē voluit Bal.in d.cōſ.356.nu.1.
& 2.vol.1.& in conſ.364.poſt nu.2.verſ.ſed quia côteſſiu.vol.
2.vbi ait, ex tali côfeſſione probari numerationem depoſiti,
hoc ēt ſcripſit Tiraq.in tract.de vtroq; retract.tit.de retract.
côuēt.ver.quod cōſignare.§.4.gl.6.n.8.ver.ſed in hac tracta-
tione,& n.15.cū ſeq.vbi ex allegatis ait,nec tunc poſſe oppo
ni exceptionē non num.pecun. Alex.quoq; protulit in l.ſi ita
ſtipulatus.§.Chryſogonus,n.13.ver.itē in quantū dictū eſt.ff.
de ver.obl.& in l.1.§.ſi qs ita.n.33.itē inducit effectū.ff eo.ti.
3 Primo limita,& intellige procedere tm̄,† quoad præiudi-
cium confitentis, non aut tertij, auctoritate Bal. d.conſ 364.
poſt nu.2.ver.& ſi dicatur.vol.2.& videntur idem ſentire Io.
And.in d.addit.in fi.& Fed.de Sen.d conſ.53.& ita tradit Iaſ.
in cōſ.172.col.2.circa med.ver.accedat etiā ibi,ideo mera ve
ritas amplectenda, vol.2. permotus doctr.Imo.Alex. poſt d.
nu.13.verſ.ſed pōt dicere tm eum,col.8.& Accur.in d l.ſi ita
ſtipulatus.§.Chryſogonus.de verb.obl.& Alex.in l.1.§.ſi qs
ita.n.35.ver.nec obſtat,ſi pro Spec.allegetur.eo.tit.quod idē
probauit Tiraq.in d.tract.de vtroq; retrac.vbi ſupra,nu.9.&
4 15.in fi.nam hoc caſu per † confeſſionē dicti depoſitarij,non
probatur vera numeratio depoſiti,vt docuit Bar.in l.ſi ex cau
tione.poſt nu.1.verſ.quid dicemus.C.de nō num.pec.& in d.
§.ſi quis ita.nu.9.& in d.§.Chryſogonus.nu.9.Bald.cauit in
cōſ.352.q̄ritur,an confeſſio,in prin.vol.3.& conſuluit Anch.
in conſ.330.col.2.Tiraq. eleganter tradidit vbi ſupra, nu.10.
& 13.dicens hanc eſſe * cōem opinionem,& polite ſcripſit Al
cia.in l.2.§ vlt.ſi cer.pet.cur vero,qñ confeſſio affert præiudi
cium tertio,non probat vere depoſitum, ea rōne corrobora-
5 tur: † nam depoſitum non niſi vnu modo contrahitur,ſ.re, &
vnus eſt contractus,& vna obligatio,quæ tantum re ipſa per-
ficitur,vt conſultus reſpondit Bal. in conſ.218. præſuppoſito
ſtatuto,nu.5.lib.1.& plenius in d.conſ.256.actū fuit depoſiti,
& Soc.meminit in conſ.143.diu profecto anceps fui,nu.3.lib.
1.ergo niſi res ipſa hic vere interueniat,non poteſt dici de-
poſitum,etiam ſi huiōi confeſſio chirographo, aut verbis tm̄
facta fuerit.& ſi ſecus procedit in mutuo,id fit,quia trib.mo-
6 dis cōtrahitur,† videlicet re,verbis,& chirographo, vt d.l.2.
§.vlt ff.ſi cer.pet.& depoſitum tm̄ re ſola, ita ex ſupra addu-
ctis colligitur. Quæ oīa intellige,vt ſupra dictum eſt,qñ agi-
tur ad præiudicium tertij,nunc enim non probatur per ſolam
confeſſionem,ſecus in præiudicium cōfitentis,vt d.l.Publia.
& l.in contractib.C.de non num.pec.& p Tiraq.vbi ſup.n.15.

Secundo limitabis & intelliges prædicta, vt tale depoſi-
7 tum confeſſatum tantum,id eſt, † de quo aliter conſtare non
poteſt,quam per confeſſionem depoſitarij,non gaudeat pri-
uilegijs veri depoſiti,ſcilicet de cuius vera numeratione cer
tiſſimis probationibus appareat. Ita Bal. tradidit in cōſ.384.
duo ſunt videnda,in fi.lib.1.quem refert,& ſequitur Socin.in
d.conſ.142.diu profecto,lib.1.nu.7.quem refert etiam Tiraq.
in d.tract.de vtroque retract.vbi ſupra, nu.14.

CONCLVSIO DXI.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes de depoſito, & ſuper depoſito, an probent, & quomodo.

SVMMARIA.

1 *Teſtes deponentes de depoſito, ſi dicant tantummodo iſtiuſmodi confeſſum fuiſſe re-
cepiſſe depoſitum, non probant.*
2 *Teſtes ſuper depoſito certa ſumma in ſacculo, non probant, niſi dicant vidiſſe numerari certam ſummam.*
3 *Teſtes probant, ſi vnus dicat vidiſſe pecuniam deponi, & alter vidiſſe numerari.*
4 *Depoſitum excedens libram auri debet probari per quinque teſtes inſtrumentarios, & infra libram per tres.*
5 *Cautio probandi depoſitum nullis teſtibus, & nulla ſcriptura factum.*
6 *Depoſiti plena probatio inducitur contra depoſitarium ob acceptationem literarum deponentis, & ſilentium eius.*

TEſtes deponentes de depoſito, ſi dicant tantummodo
1 iſtiuſmodi confeſſum fuiſſe depoſitum, † non probant:
oportet enim, vt deponant re ipſa factum fuiſſe. Aliud enim
eſt depoſitum,re vera traditū,aliud cōfeſſum,arg.l.1.§.ſi mu-
tuū.ff.ſi quid in fraudē patro.& dixit Bal.in cōſ.118.n.5.vol.1.

Quemadmodum etiam teſtes ſuper depoſito certæ ſummæ
in ſacculo nō probant,licet deponant vidiſſe deponi ſacculū,
2 niſi † dicant vidiſſe numerari certam ſummam,vt aſſeuerauit
Bar.in l.cum ſeruus.ad fin.nu.3.de condit.& demonſt.& con
ſuluit Nat.in conſ.202.nu.12.vol.1.& ſenſit Rol.à Val.in cōſ.
63.perſpectis diligenter his.nu.24. verſ.vt depoſitum, vol.1.

Quod limitabis,ſi vnus teſtis dicat vidiſſe pecuniā depo-
3 ni,& alter vidiſſe numerari, † tunc nempe probant, vt tradi-
dere Dd.poſt Gl.ſuper verb.pro cauto, ver.ſed quid ſi cui di-
aero,in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.& aſſeruit etiam Spec.in §.1.
ver.ſed pone,egi contra re ad decem.in fi.ibi,ſed dic contra,
nu.66.tit.de teſte.quē refert, & ſequitur Bal in l.1.col.4. poſt
nu.14. verſ.vnde ſi peto decem. C. de teſta. Nell. in tract.de
teſta.in verb.teſtis inductus ad probandum mutuum,nu.182.

Iſtud ſublimites velim,vt nō habeat locum, quando depo-
4 ſitum excederet libram auri: † nam tunc debet probari per
quinque teſtes inſtrumentarios, & infra libram tres ſufficiūt,
vt atteſtatur Matth.de Afflict.in feud. io tit.de inueſtit.inter
dom.& vaſ.c.ſi quis ſe, vel patrem, n.3.per Auth de fid.inſtr.
§.ſi quis igitur iuncta glo. ſibi ſuper verb.non minus tribus,
& probauit Nell.in ſuo tract.de teſtibus,nu.84.ſuper verb.de
numero teſtium, verſ.ſi quis vult probare ſolutionem debiti.

At quo pacto,roget quis, probādum erit depoſitum nullis
5 teſtibus,nulla ſcriptura factum, atq; munitum † cautio eſt, vt
per literas coram duobus, vel ſi mauis tribus teſtibus, qui li-
terarum ſeriem legant,ſcriptas,depoſitario ſignifices,eumq;
roges,vt ea, veluti centum,quæ penes ipſum depoſueras, tibi
quoniam opus eſt, humaniter reſtituat, quibus ab vno ex il-
lis teſtibus depoſitario redditis literis, ab eoq; perlectis, ſta-
tim idem depoſitarius proteſtatus nō fuerit ſe mirum in mo-
dum de tali literarum ſerie admiratione capi, nihilque cui-
quam debere, vel id genus alia dixerit verum tacuerit, tunc
6 ob hanc literarum acceptationem,† & ſilentium contra hunc
depoſitarium plena inducitur probatio, adeo vt poſſit com-
pelli,vt depoſiti ſummam perſoluat, cuius quidem cautionis
auctor eſt Marſ.in rubr.C.de proba.nu.265.verſ.& primo di-
co,cū ſeq.& Bar.in l.filius,la 2.ff.ad Maced.& in l. quo enim.
§.1.ff.rem rat.habe.& late diximus ſupra in concluſione,De-
bitum, & in Concluſione, Creditum.

CONCLVSIO DXII.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia affinitatis,conſanguinitatis,vel familia in antiquiſſimis an probetur per famam,& vocem publicam, ac per teſtimonium de auditu & probando gradus conſanguinitatis, an probetur deſcendentia.

SVMMARIA.

1 *Deſcendentia affinitatis, conſanguinitatis,vel familia in antiquiſſimis excedentibus memoriam hominum, probatur per famam, & vocem publicam.*
Contrarium, num 2.
2 *In probatione deſcendentia requiritur verus actus hominis, nec ſufficiunt verba tantum.*
3 *Deſcendentia, quæ recens contracta eſt, ſi non excedit memoriam hominum, vt probetur non tantum requirit publicam vocem & famam,ſed ſimul cum ipſa probationem tractatus, & nominationis.*
4 *Deſcendentia probatur probando gradus conſanguinitatis, & ſuorum maiorum per inſtrumenta publica.*
5 *Deſcendentiam probant inſtrumenta loquentia de ipſa etiam per verba enuntiatiua, dummodo ſimus in antiquis.*
6 *Antiquum in probatione deſcendentia dicitur ſpatium quinquaginta, vel quinquaginta ſex annorum.*
7 *Teſtimonium teſtis non ſufficit ad probationem gradus deſcendentia, quia quilibet gradus debet probari per duos teſtes,& gradus ſinguli diſtincte ſunt probandi.*

8 *Deſcen-*

Digitized by Google

8 *Deſcendentia probari poteſt per teſtimonium de auditu, quando ſumus in antiquiſſimis.*
9 *Deſcendentiam, & gradus conſanguinitatis præſumuntur ſcire teſtes conſanguinei, ideo ad illam probandam admittuntur.*
10 *Deſcendentia probatur per indicia, & coniecturas.*
11 *Teſtimonium de auditu non admittitur quando agitur de probanda deſcendentia ad matrimonium dirimendum cum agatur de graui præiudicio, ſecus vt ibi.*
12 *In deſcendentia quando ſunt vocati filij legitimi, & naturales, non ſufficit, vt probatio concludat de deſcendentia, niſi etiam concurrat illa qualitas legitimi, & naturalis.*

DEſcendentia affinitatis, conſanguinitatis, vel familiæ, quando ſumus in antiquiſſimis, id eſt excedenribus ho-
1 minum memoriam † probatur per famam, & vocem publicam, vt conſultum fuit à Franc.Aret. in conſ.37. nu.1. verſic. ſed quia hic agimus col.1.doctr.Bal. permotus in auth. quas actiones, num.16. C. de ſacroſanct.eccleſ. & ita expreſſe voluit Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap. licet ex quadam de teſtib. & ibi Abb.nu 3.verſic.no.ibi, propter breuem hominum vitam eum ſeq. ſequitur Cephal. qui multos alios profert. in conſ.137.nu.45. ad hoc idem reſpondit Alexan. loquens de filiatione in conſil.90.in cauſa & lite inter illos de Bardellis, nu.6.& 10.verſ.comprobantur prædicta.col.3.vol.6.cui conuenit Dec.in conſ.321.col.4.nu.6.verſic.accedit etiam quod iſti de Puteo.

Contrariam videtur probaſſe ſententiam Pat.in conſil 23. nu.240.verſic.prout etiam quia. col.13.vol.1.ea ratione mo-
2 tus, † quia in huiuſmodi probatione deſcendentiæ requiritur vnus actus hominis, nec ſufficiunt verba tantum, vnde colligit teſtimonium, de auditu, quod in huiuſmodi probatione famæ eſt neceſſarium non ſufficere, per ea, quæ multa ibidem in medium affert; ſed infra demonſtrabitur poſſe probar per teſtimonium de auditu.

Quocirca priori ſententiæ adhærendo, limita non proce-
3 dere, quando agitur de probanda deſcendentia, † quæ recens contracta ſit, quæ non excedat hominũ memoriam, namque tunc non ſufficeret publica vox, & fama ſola, ſed ſimul eum ipſa deberet probari tractatus, & nominatio, iuxta ea, quæ tradit Bar.in l.filium.definimus. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.cum aliјs ab eodem Franc. Aret. relatis in d.conſ.37. in princ.verſ.ſed quando ageretur de probando conſanguinitatem, colum.1.

Præterea hæc eadem, quam ſic noſtri vocant, deſcendentia
4 probatur, † probando gradus conſanguinitatis & ſuorum maiorum, id eſt, ſi probaret patrem ſuum fuiſſe filium veluti Sempronij, & gradatim ſupra aſcendendo per inſtrumenta publica. Quinimo etiam Sempronium fuſſe patrem talis probari poteſt per inſtrumenta publica, iuxta mentem Aret.in d.conſil.37.poſt nu.1.verſ.ſecundus modus.col.2. & idem videtur ſentire Par.in d.conſ.23. poſt nu.252. verſic.& quoniam ipſe Illuſtris Marchio.colum.34.d.vol.1.

Illud ampliare poteris, vt etiam ſi huiuſmodi inſtrumenta
5 loquerentur de deſcendentia † per verba enunciatiua, dummodo ſimus in antiquis, vt reſpõſum fuit ab Alex.d.conſ.90. in cauſa & lite, num.10.verſic.ex his reſponſum, colum.4.volum.6. quem refert, & ſequitur Alb.in conſ.83.nu.3. vbi Alexan.d.conſ.90.num.8. & 9. ait, antiquum in huiuſmodi pro-
6 batione diei ſpatium quinquaginta, † vel quinquagintaſex annorum, per ibi adducta, & proſequitur Pariſ.d. conſil.32. num.252.verſi.quia licet enunciatiue, volum.eo.& idem ſenſit Rota in vna Anagnina Caſtri Sareulæ coram Puteo. vbi agebatur de filiatione ſexaginta annorum, quæ antiqua exiſtimata eſt. & in recollectis Putei deciſ.523.incipien.die 24. Ianuarij,1547.lib.2.& ita ibi fuit intellectum dictum Saliceti in l.3.ff.de teſtibus.

Illud vero intelliges, quando gradus deſcendentiæ proba-
7 tur per teſtes, † vt non ſufficiat teſtimonium illius, ſecũdùm Bal.in c.ſeries, nu.3.de teſtib.ſed quilibet gradus debet probari per duos teſtes, vt inquit Inn.in d.c.ſeries, in fin.de teſtibus, quem ſequitur Bal.ibi, & in l.1.colum.4.quæſt.8. poſt nu. 14.verſic.præterea, quod duo teſtes.C.de teſtamen.& gradus ſinguli diſtincti ſunt probandi, vt ſancitum eſt in cap.licet ex quadam.ibi, ſingulos gradus.de teſtib. quod & comprobauit Decius in d.conſ.321.poſt num.4.verſi. præterea ſuper quarto capitulo, & num.ſeq.& late in conſ.524.viſis his, nu.2.3.4. & 5. atque reſpondit Natta in conſil.388.ſtatutum Aquenſi, nu.3.lib.2. & tenuerunt nouiſsime Domini de Rota in Vrbeuetanen.Fideicõmiſſi. coram Domino Lancilotto die 31. Ianuarij.1575.

8 Inſuper deſcendentia probari poteſt, † quando ſumus in antiquiſſimis per teſtimonium de auditu, vt clare conſtat ex his, quæ retulit Franc.Aret.in d.conſ.37. ſub nu.1.& nu.2.& multos ad hoc congeſſere Cephal. in cõſ.137.n.45.& Rolan. à Val. in conſ.82.n.47.lib.1. & Put.in d.dec.553.lib.ſecundo, incipien.die 24.Ianuarij 1547.in cauſa Anagnina Caſtri Sareulæ, nondum typis tradi. & Bart.in leg.non epiſtolis, num. tertio, C.de probat.

Quod poſtremum primo velim amplies, vt etiã admittan-
9 tur teſtes cõſanguinei, ipſi enim † præſumuntur ſcire gradus, & deſcendentiam conſanguinitatis, & docuit Bart.in l.qui duos.col.3.n.12.verſ.quęro dixi, quod oportet.ff.de reb.dub. & in repet.auth.ingreſſi, n 690.Bal.etiam ſentit in l.quoniam ſororem.C.de iure delib.quos refert, & ſequitur Natta in cõſ. 108.n.3.in 1.part.Roland.à Valle, conſ.19.facta fuit donatio, nu.19.verſ.ex qua coniunctione, & clarius in conſ.3.de uenio modo, n.100.verſ.quod cõiunctus præſumitur, referens Bald. in d.leg.quoniam ſororem.

Secundo ampliabis, vt etiam poſſit probari per indicia,
10 † & cõiecturas, & placuit Aret.in d.conſ.37.de quibus diximus in concluſione, Filiatio, vbi tractauimus de illa probãda per præſumptiones, in verb.Vidimus aſſerentem ſe filium. & in verb.Videamus modo, ad quam te reijcimus, ne bis idem conſcribamus.

Primo loco limita nõ procedere, quando agitur de probã-
11 da deſcendentia ad matrimonium dirimendum: † tunc enim cum agatur de graui pręiudicio, non admittitur teſtimonium de auditu, ſecus vero ſi non ageretur de diſſoluẽdo matrimonio propter ſanguinis coniunctionem, quoniam tunc cum eſſemus in antiquiſſimis, de quibus non extat memoria in contrarium probaretur per teſtimonium de auditu, vt ad id multa collegit Franc.Aret.in d.conſ.37.nu.3.& 4.

Secundo limitare, & intelligere poteris, vt qñ ſunt voca-
12 ti filij legitimi, & naturales non ſufficiat, † vt probatio cõcludat de deſcendentia, niſi etiam concurrat illa qualitas legitimi, & naturalis, vt poſt Goza.in cõſ.39.col.1. & Dec.in cõſ. 471.& ſeq.tradit Rolan.à Val.In conſ.3.nu.41.& ſeq.vol.1.

Iſtud tamen argumenti genus, de quo hucuſque diſſeruimus vberrimum, fertile, & abſolutum reddere poteris, ſi in conſilium adhibueris ea, quæ tradidimus pluribus in concluſione, Affinitas, & in concluſione, Conſanguinitas, atque infra in Concluſione, Parentela. Hic igitur vlterius non progrediar, ſed ad illas Concluſiones te reijciam, ſitienti namque fontem monſtrare ſatis eſt.

CONCLVSIO DXIII.

ARGVMENTVM.

Diem allegans, & deducens, an debeat illum probare.

SVMMARIA.

1 *Diem allegans & deducens illum probare debet.*
2 *Actor ſi intentat decimam horam diei, & probat de prima ſuccumbit, & reus abſoluendus eſt.*
3 *Actor inſtante reo accuſato poteſt cogi ad exprimendam diem, ad hoc vt reus valeat probare illo die non patraſſe delictum.*
Contrarium, num.4.
5 *Dies appoſitas quando non debet apponi, ſi tunc non fuerit probatus ex hoc reus non venit abſoluendus.*

1 DIem allegans, & deducens † debet illum probare, iuxta ſententiam conſulentis Bald.in conſ.68. ad euidentiam, nu.3.in fin.vol.3.per notata in l.1.C.qui accuſa.non poſſunt, cæteroqui reus venit abſoluendus, iuxta regulam, Actore non probante.

Primo amplia idem procedere nedũ in qualitate, ſed etiã
2 in ſubſtantia diei, † nempe ſi actor intentet decimam horam diei, & probet de prima, nam tunc ſuccumbit, & reus obſoluendus eſt, per ea, quæ multiſcius animaduertit Bald. in l.2. poſt nu.2.verſ.ex quib.allegationib.in fi.col.2. C.de probat.

Secũdo ampliare tibi licebit, vt vſq; eo vera ſit cõcluſio, vt inſtante reo accuſato poſſit cogi ad exprimendã diẽ, ad hoc,
3 vt reus poſsit, & valeat ꝓbare illo † die nõ patraſſe delictũ, vt Bart.docuit in l.2. §.ſi qs Epheſi.n.6.ff.de eo, qđ certo loco

& ibi

& ibi ſequitur Iaſon aſſereus huiuſmodi opinionem Bart.eſſe
communiter receptam. Idem voluit Bar.in l.is, qui reus,col.
4.verſ.quæro,an in accuſatione,nu.9.& ſeq ff.de publ. iud. &
ibi Imol.& idem Bar.tradidit in l.libellorum.num.12.& ſeq.
verſ.circa tempus quæro.ff.de accuſat.& in l.Pantonius,§ rei.
nu.3.& ſeq.verſ.no.ex hac gl.ff.de acqu.hæred.& ſequitur, &
refert Ang.de malefi.in verb.& ad hoc colloquium,verſ. quid
ſi ego imploro officium iudicis.col.1.& de communi ſenten
tia ſcribētium atteſtatur ēt Salic.in l.in cauſis.nu.5. de accuſ.
hoc idem ſentit Alex.in conſ.62.poſt nu.5.verſ.& licet,col.1.
4 Iſtorum tamen opinioni repugnauit,† & contrarium ſenſit
Fulg.in d.l.ſi quis Epheſi.ad quę ibi allegata reſpondet Iaſ.in
d.§.ſi quis Epheſi.

Limitabis modo principalem concluſionē non habere lo-
cum, quando dies appoſitus non debet apponi; nam ſi tunc
5 non fuerit probatus,† ex hoc reus non venit abſoluendus, vt
videre eſt ex his,quę obſeruauit Salic.in d.l.in cauſis.nu.7.de
accuſat.cum diſtinctione,vt ibi.

Pluribus concluſionē hāc proſequerer,ſed vereor, ne dum
diem probandum eſſe ſuſius pertracto, diem ipſum incaſſum
conteram: Fruſtra enim eſt,bis idem repetere, adeas igitur
concluſiones noſtras,in quibus hæc latius tradidimus,id eſt,
Concluſionem, Tempus, & Concluſionem, Accuſator, atque
Concluſionem, Annus. Sed ad cætera deſcendamus.

CONCLVSIO DXIIII.

ARGVMENTVM.

Diffamatio quo pacto probetur.

SVMMARIA.

1 *Diffamatio non probatur ex eo, quod teſtes dicant, talem eſſe infamia inuſtum ob hoc, vel illud crimen.*
2 *Diffamatio probata dicitur ſaltem ad inquirendum, vel in carcerem detrudendum.*

1 DIffamatio nō probatur ex eo,quod † teſtes dicant, talem
eſſe infamia inuſtum ob hoc,vel illud crimē: nam potuit
eſſe infamia notatus apud aliquos tantū, & non apud totum
populum,aut pleranque eius partem, vt docuit Bart.in l.3. §.
eiuſdem quoque,de teſtib.& in l.de minore.§ plurimum.col.
3.verſ.ſed quid ſi dixit.ff.de q. & ex multis adductis à Cran.
in conſ.41.num.5.verſ.præterea non probant,& Bald.ſenſit in
conſ 447.ad euidentiam præmittendum eſt,nu.5.verſ.itē non
eſt dubium,vol.5.

Concluſionem limitabis, vt ſaltem dicatur probata ad in-
2 quirendum,† vel in carcerem detrudendum,vt auctor eſt Cy.
in l.nullus.poſt num.3.verſ.aut eſt homo nobilis,C.de exhib.
reis,& Bal.reſpondit in conſ.246.viſis actis,& alleg.vol.4. &
360.nu.6.vol.3.& in conſ.348 ad euidentiam pręmittendum
eſt,quis dicatur vſurarius manifeſtus,nu.12.

Verum quoniam illius materiæ propria ſedes eſt in Con-
cluſione,Fama,hanc ideo ibidem peragendam reſeruo.

CONCLVSIO DXV.

ARGVMENTVM.

Dignitas quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Dignitas probatur ex eo, quod quis habeat adminiſtrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione.*
2 *Dignitas probatur ex eo,quod quis habeat officium,cuius nomen de iure communi innuit dignitatem.*
3 *Archidiaconatus de iure communi eſt nomen dignitatis, imo prima dignitas, qua habet iuriſdictionem, & tenet vicem epiſcopi.*
4 *Dignitas bene reperitur ſine cura,& adminiſtratione ſpiritualium.*
5 *Dignitas probatur ex conſuetudine.*
6 *Dignitas probatur per verba enunciatiua.*
7 *In priuilegio ſi exprimatur certa qualitas circa eccleſias exemptas, illa qualitas non probatur per priuilegium, niſi de ea aliter conſtiterit.*

1 DIgnitas probatur ex eo, † quod qs habeat adminiſtratio-
nem rerum eccleſię cum iuriſdictione,vt colligimus ex c.
volumus.diſt.89.& ex c.epiſcopus gubernationem.88.diſt.&
ex c.literis.de reſtit.ſpol.quod & probauit Archid.in c.1. nu.
2.de conſuet.li.6.quem ibi ſequuntur Io.And.Dom.& Philip.
Franc.& Cardi.Zab.in c.de multa.verſ.hoc idem, & ibi Petr.
de Anchar.& Abb.Sicul.col.6.verſ.extr.gl.nu.21. de præben.
& Franc.Aret.in conſ.23.nu.2.

Secundo probatur ex eo,q quis habeat officium,cuius no-
2 men de iure cōi innuit dignitatem † nempe quia vocetur Ar-
chidiac.licet de more,& conſuetudine eccleſiæ habeat admi-
niſtrationem,neque iuriſdictionem, dum tñ habeat proroga-
tiuam in eccleſia ſua tam in choro,quam in capitulo. Idem Ar
chid.tradidit vbi ſupra,afferēs exemplum de Archidiaconatu
Parmen.qui ſecundum Inn.in d.c.de multa, poſt nu 6.ver.ſi-
militer Abbates, quaſi nullum officium Archidiaconi facit in
eccleſia,& ibidem dicit Hoſt.in verſ.hoc idē eſſe in Archidia
cono eccleſię Ebrudunen.& Zabar.in clem.vt hi.§.t.in 1.not.
de æta.& qualita.& ſingulariter in cōſ.30.incip. in hac dubia
quæſt.col.3.verſ.idē eſt dare talem dignitatem,& idem ſenſit
Fel.in c.ex literis.col 3.verſ.& de illo dicto, poſt nu.5.de cō-
3 ſtit. † & hoc quia Archidiaconatus de iure cōi eſt nomē digni
tatis,imo prima dignitas:habet enim iuriſdictionem, & tenet
vicē epiſcopi,vt videre eſt in c.1.& in c.ad hæc,de offi.Archi.
& tenet gl.in c.de liberatione,in verb. electionis de off.legat.
lib.6.& ideo licet de conſuetudine huiuſmodi dignitatis Ar-
chidiaconatus non habeat iuriſdictionem, tñ (vt diximus) de
4 iure cōi habeat nomen dignitatis, † & dignitas bene reperi-
tur ſine cura,& adminiſtratione ſpiritualiū,vt ſancitum eſt in
c.cum in illis.de præben. li.6.& in d.c.1.de conſuet.c.1.de æ-
tat.& qualit.ſup eo.de præbē.li.6.clem.1.& clem.ſi plures.de
pręb.c.duđū.il 2.de elect.Rot.dec.412.alias 17.fuit dubitatū,
vtru ſi habens gr̃am de beneficio,tit.de conceſſ.prębē.in non.

Tertio probatur ex conſuetudine, vt quis ſcilicet habeatur
5 pro conſtituto in dignitate, † vel quod extet conſuetudo, vt
in eccleſia tale officium habetur pro dignitate,vt ait Archid.
in d.c.1.nu.2.de conſuetud.in 6. & late Franc.de Aret. proſe-
quitur in conſ.33.& latius Boer.q.286.per totum,& conſulas
Siaphil.de ſignatu.gratiæ,& iuſtitię.ver.tranſ.nunc ad digni-
tates fol.mihi 159.in forma parua.

6 Non tū dignitas † probatur per verba enunciatiua,vt ſan-
citū eſt in tex.in clem.ſummus Pontifex,in fi.de ſent. excom.
& in c.ſi Papa de priuil.li.6.cui ſuffragatur, quod notat Inno.
in c.inter dilectos,de fid.inſtr. vbi inqt, quod ſi in priuilegio
exprimat certa qualitas circa eccleſias exēptas, illa qualitas
7 non probetur per priuilegiū † niſi de ea aliter conſtiterit, vt
proſequitur late Franc.de Aret.in d.conſ.13.nu.8.9.& 10.

CONCLVSIO DXVI.

ARGVMENTVM.

Dilapidatorem quem eſſe, an probetur per teſtes,& quomodo non probetur.

SVMMARIA.

1 *Dilapidatorem quem eſſe probatur per teſtes deponentes talem eſſe, & reddentes rationem, quia ſunt vicini.*
Contrarium,nu. 2.
2 *Teſtes deponentes quem eſſe dilapidatorem,debent deponere de actibus,quibus infertur talem eſſe.*
3 *Dilapidatorem quem eſſe non probatur ex eo,quod teſtes deponant de publica voce, & fama tantum.*
4 *Dilapidatorem, quem eſſe non probatur ſimpliciter ex fama, ſed oportet probare cauſas, vnde fama traxit originem.*
5 *Dilapidatorem quem eſſe probatur ex vulgi opinione, quando mulier agit contra maritum dilapidatorem conſtante matrimonio.*
6 *Dilapidatorem quem eſſe,debet probari per ſigna extrinſeca,quando agitur de magno præiudicio.*

DIlapidatorem quem eſſe probatur per teſtes deponentes
1 talem eſſe dilapidatorem,† & reddentes rationem,quia
ſunt vicini,vt voluit Purpur.in l.1.nu.108.ff.ſi cert. petat. non
enim ſatis eſſet nuda dilapidationis allegatio, ſed legitima
probatione opus eſt,vt aſſeruit Andr.Gail. pract.obſer. lib.1.
obſeru.147.nu.5. verſ.præterea non aliter.

Contrariam tñ ſententiam quoad teſtes,ſequutus eſt Bertr.
in conſ.222.nu.3.vol.3.vbi ait, debere deponere de actibus,
2 quibus infertur † quem eſſe dilapidatorem,vt videlicet depo
nant nimis luxurioſe ſe vixiſſe,vel luſiſſe,vel donaſſe,vel pre-
tijs vilibus,& ſine cauſa bona ſua alienare,vel alia ſimilia age
re,nec ſufficere generaliter deponere illum eſſe dilapidatorē.

Idem videtur voluiſſe Alex.in conſ.72.nu.9.vol.1.

Rurſus vero dilapidatorem quem eſſe non probatur ex eo,
3 q † teſtes deponunt de publica voce,& fama tantum: debēt
enim

Digitized by Google

enim reddere rationem,& cauſam ſcientiæ ẽt nõ interrogati;
vt placuit Inn.in c.cum cauſam,nu.1.de teſtib.& docuit Bart.
in l.ſolam,poſt nu.3.verſ.ſed ſi depoſuit.C.de teſt.i atq; refert
Alex.in cõſ.72.nu.9.verſ.nec ẽt obſtaret,li.1.vbi voluit,etiam
non ſufficere,vt ſimpliciter probetur ſama,ſed oportere pro-
4 bare cauſas,† vnde fama traxit originẽ,motus doctrina Bart.
in l.de minore.§.plurimum.in fi.ff.de q.& Bal.ſenſit in l.pro-
prietatis,poſt nu.4.verſ.iſtę enim cauſæ.C.de prob.& in l.de-
curionum.C.de pęn.& hoc à maiori parte populi ita dr̃,per l.
3.§.eiuſdem.de teſtib.infra in concluſione,Fama, dicemus.

Quod poſtremũ limitabis, vt locum non habeat,qñ agitur
5 de modico præiudicio,† nẽpe qñ mulier agit contra maritum
dilapidatorem conſtante matrimonio,nam tunc ſufficit vulgi
opinio,vt cõcludit Bar.in l.ſi conſtante.nu.10.verſ. cum ergo.
ff.ſolu.matri.per gl.in §.illud, in Auth. de æqua.dot.& refert
Iaſ.in d.l.ſi conſtante,nu.57.ſecus qñ agitur de magno prẹiu-
dicio,vt quia mulier agat contra extraneos poſſeſſores,vel in
6 caſibus ſimilibus:† tunc.n.debet probari per ſigna extrinſe-
ca:ſcilicet illum vendere,vel dilapidare,vt colligitur ex l.his
qui.§.ſi.cum gl.ff.de tutor.& cura.dat.& ex l.1.in prin.de cu-
rat.furio.& tradidit Iaſ.in d.l.ſi conſtante.nu.157.cum ſeq.ſed
ad hanc concluſionem adhibeas concluſionem, Prodigalitas.

CONCLVSIO DXVII.

ARGVMENTVM.

*Dilatio probatoria an ſit concedenda illi,qui in prima dilatio-
ne nullam probationem fecit.*

SVMMARIA.

1 *Dilatio probatoria non eſt concedenda illi,qui in prima dilatione nullam probatio-
nem fecit.*
2 *Iura negligentibus non ſubueniunt.*
3 *Omnis probatoria dilatio de iure communi eſt peremptoria atque vnica, vt ſemel
tantum dari poſſit.*
4 *Dilatio omnis probatoria de iure communi eſt peremptoria, etiamſi non fuerit appo-
ſitum verbum peremptoriæ, quia illud ex iuris diſpoſitione ſubintelligitur.*
5 *Dilatio licet dicatur peremptoria,non tamen perimit ius,quia in alia inſtantia pro-
bari poteſt, licet in iſta perempta ſit facultas probandi.*
6 *Dilatio data abſenti non dicitur peremptoria,neque currit,niſi à die,quo fuerit in-
timata.*
7 *Dilatio omnis probatoria, ſiue ſtatuta ſit abſenti, ſiue præſenti, ſemper intelligitur
peremptoria.*

DIlationem probatoriam non eſſe concedendam illi, qui
1 † in prima dilatione nullam probationem fecit,traditum
eſt à Spec.in tit.de probat.§.1.& Bal.docuit in addit ad eun-
dem.in tit.de dilatio.Abb.etiam conſuluit in conſ.64.poſt nu.
2 2.vol.2.in prin.& ratio eſt,† quia iura negligentibus non ſub-
ueniunt,iuxta ſententiam Scæuolæ in l.pupillus in fi.ff.quæ in
fraud.cred.& Pauli in l non enim.ff.ex quib.cauſ.maior.ac
Sum.Pont.in c.nunciarum,48.diſt.& ſm Per.Benintend.in Bo
nonien.deciſ.45.nu.4.vel potius quia omnis probatoria dila-
3 tio de iure communi eſt peremptoria,† atque vnica,vt ſemel
tantum dari poſſit,vt docuit Alex.in l.fi.in 1.no.verſ.no.quod
omnia dilatio.& ibi Dd. * cõmuniter.ff.de ferijs,quod & pla-
cuit Abb.in c.licet.4.notab.nu.4.verſ.no.4.& aſſeruit Feli. in
c.paſtoralis.nu.2.verſ.dum dicit.Abb.de except.quos refert
Grauat.ad Veſtr.in c.4.lib.5.num.8.

Quod poſtremum ampliare poteris,etiamſi non fuerit ap-
4 poſitum verbum peremptoriæ,† quia tñ illud ex iuris diſpoſi-
tione intelligitur,ſic tradit Alex.per illum text.in l.fi.in 1.no-
tab.ff.de ferijs,& ſcripſere Abb.& Feli.in c.paſtoralis.num.2.
verſ.dum dicit,de exceptio.quo in loco alios idem ſentientes
citat,& ditemere Domini de Rota deciſ.485.alias 22.nota
quod in cauſa criminali, de teſtib.in antiquis, & hanc eſſe
* cõem ſcribentiũ ſnĩam teſtatur Rober.Maran.de ord.iudic.
par.6.act.3.tit.de dilatio.nu.2.qui & ipſe concordes citat.

5 Iſtud intelligas velim,† vt licet dicatur dilatio perempto-
ria,non tamen perimat ius, quia in alia inſtantia probari po-
terit, licet in iſta perempta ſit facultas probandi, vt docuit
idem Fel.d.c.paſtoralis,poſt nu.2.de exceptio.permotus au-
ctoritate Bar.in d.l.fin.de ferijs.

Limitabis primo concluſionẽ, vt locum ſibi non vendicet,
qñ dilatio fuit data abſenti,quia non dicitur eo caſu perem-
6 ptoria,neque currit,† niſi à die, quo fuerit abſenti intimata,
vt auctor eſt gl.in l.fi.ff.de ferijs,quam ſequitur Fel.in d.c.pa
ſtoralis,nu.3.& tradit Rober.de iudic.d.6.parte,3.act.nu.14.
ibique pro hac ſententia affert Bart.Alex.& recentiores in l.
Labeo.in fin.ff.de inreinr.& Bal.in l.ſi ea col.fin.C.qui accuſ.
non poſ.atque idem Bal.in l.1.poſt nu 2.verſ.nota quod dila-
tio.C.de tempor.appella.& in auth.ei,qui.num 5.verſ.quæro
numquid.C.eod.tit.quo tamen in loco reſtringit hoc, niſi ei
eſſet intimata perſonaliter.

Huic poſtremo aduerſari videtur idem Bald.in auth.iube-
mus,C.de iudic.nũ.3.atque Alex.in d.l.fin.de ferijs, in princ.
7 nu.3.qui indiſtincte tenent † omnem dilationẽ probatoriam,
ſiue ſtatuta ſit abſenti, ſiue præſenti, ſemper intelligi perem-
ptoriam,& ibi damnant gl.in d.l.finali,reſpondentque ad iu-
ra,de quibus in ipſa gloſ.quod loquuntur in dilationibus ex-
pectatorijs,non in probatorijs.

Alias octo limitationes affert Rober.Maran.de ord.iudic.
d.6.parte,d.3.act.à nu.5.vſque ad num.15.quas hic tranſcri-
bere non duximus, conſulas tu illum.

CONCLVSIO DXVIII.

ARGVMENTVM.

Dilectio maior in vno, quam in alio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dilectio maior in vno, quam in alio probatur ex eo quod quis maiori alium honore
proſequitur.*

DIlectio maior in vno, quam in alio probatur ex eo, quod
1 quis maiori aliũ honore proſequitur, † veluti ex priori
vocatione,aut inſtitutione,arg.l.Publius.ff.de condit.& de-
monſt.& auth.hoc amplius.C.de fideicommiſ.vt etiã in hanc
reſpondit ſententiã Corn.in conſ.161.nu.13.vol 5.& in conſ.
210.nu.9.eodem vol.2.& alios refert Crau.in conſ.161.nu.4.
& 5.Soc.quoque in conſ.188.nu.17.vol.2.& Franciſ.de Aretio
conſ.155.ſub num.1.verſ.ſed in ſubſtitutione.

Cæterа huc ſpectantia videnda erunt in concluſione, Affe-
ctio,& in concluſione,Amor.

CONCLVSIO DXIX.

ARGVMENTVM.

Diligentia quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Diligentia ex multis probatur, quæ vide remiſſiue.*
2 *Communitas inquiſita de negligentia in capiendo homicidas,quibus modis probare
poterit ſuam diligentiam.*
3 *Diligentia in dubio præſumitur.*

1 DIligentia probatur ex multis,† quæ tradita fuere à Bart.in
conſ.102.incip.chariſſime Domine,nu.5.conſulens in ca-
ſu cuiuſdam communitatis inquiſitę de negligentia in capien
do quoſdã homicidas, vbi ita inquit eos poſſe probare ſuam
diligentiam, probando quod officiales ciuitatis tranſierunt,
vt illos poſſent comprehendere,vt l.fi.C.de his,qui latrones.
& l.1.§.ſin autem poſt commiſſ.de rapt.virg.Item poſuiſſe cu
ſtodes ad limites, & loca confinia, vnde verisimiliter pote-
rant dicti homicidæ inſurgere, per l.in nomine Domini.§.2.
2 C.de offic.Prætor.Africa. † Item rumorem fuiſſe concitatum
in Ciuitate,vel Caſtro,vt omnes traherent ad capiendum ma
leſactorem.l.prętor.§.ſi quis tamen.ff.vi bon.rap.l.1.§.tuliſſe.
ff.ad Sillan.vel campana ſonata,vt notatur in l.fin.de dolo,&
in l.aliud.§.refertur.de reg.iur.Item diligenter fuiſſe perqui-
ſitum per omnia loca,vbi poterant veriſimiliter eſſe dicti ma-
leſactores,vt l.3.§.Nerua.ff.de acq.poſſeſſ.Item ſi factum fue-
rit preconium per ciuitatem, quod quicunque aſſignaret ta-
lem,haberet tantum de auro communis,& qui ſcirent,& non
indicarent,punirentur,arg.l.1.de his,qui in prior.creditor.lo
co ſucced.& l.1.§.non ſolum.de iuſti.& iure,& l.lege Corne-
lia.ff.ad Syllania.ad id quoque conſulas eundem Bar.in tract.
de teſtibus,in verb.lata culpa,nu.112.& ad eas Franc.de A-
ret.in conſil.28.

Reliqua abunde tibi ſuppeditabimus in concluſione, Ne-
gligentia,& in concluſione, Culpa.

Supe-

3 Superioribus, & illud optime conuenit, nam † diligentia in dubio præſumitur, vt colligitur ex c. niſi. de præben. & à c. ad audientiam. de præſumpt. atq; ex c. deputati. de appell. quod & tradidiſſe Cyn. in l. ſi quis decurio. C. de falſ. & probauit Abba. in conſ. 41. col. 3. poſt nu. 2. lib. 1. & deciſum fuit à Dominis Rotæ deciſ. 125. alias 5. ſufficit acceptandi beneficium. de conceſſ. præben. in nou. & ſenſit Crauet. in conſ. 77. num. 11. & adeas Alex. in conſ. 45. habita. vol. 1.

CONCLVSIO DXX.

ARGVMENTVM.

Diſcordia an probetur per teſtes ſingulares, & an præſumatur oriri ex nouitate.

SVMMARIA.

1 *Diſcordia probari poteſt per teſtes ſingulares.*
Contra tum, nu. 2.
3 *Diſcordia præſumitur oriri ex nouitate.*

1 DIſcordiam probari poſſe per teſtes ſingulares † aſſeuerauit Franciſc. Purpurat. in l. 1. ff. ſi certum petat. nu. 4. vbi inquit, illam eſſe bonam rationē, ſcio, quia ſum vicinus, ideo teſtes ſingulares eam probant, argumento gl. in l. ob carmen. §. fin. de teſtib. & illam refert Gabriel. in ſuis concluſionib. tit. de teſtib. concluſ. 2. nu. 52. verſ. 26. inſertur.

2 In contrariam deſcendit ſentētiam † Alex. in conſ. 100. ſub nu. 5. vol. 2.

3 Quæ quidem diſcordia præſumitur oriri † ex nouitate, vt probatur in c. cum conſuetudinis. de conſuetud. & traditum fuit à Luca de Pen. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. verſ. 233. Item ex communione, vt late ſumus proſequuti ſupra in concluſione, Communio.

CONCLVSIO DXXI.

ARGVMENTVM.

Diſſenſus quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Diſſenſus quo pacto probetur, vide remiſſiue.*
2 *Quæ contraria ſunt conſenſui, probant diſſenſum.*

1 DIſſenſus † quomodo probetur, conſulas concluſionem noſtram infra, Emptio per teſtes, ſub ſ. ampliatione, vbi vndecim modi adducuntur, quib. diſſenſus hmōi probari poſſit atq; ēt concluſionem, Conſenſus, quia quæ contraria ſunt

2 conſenſui, † probant diſſenſum, per regulam contrariorum.

CONCLVSIO DXXII.

ARGVMENTVM.

Diſcuſſio an probari debeat per ſententiam, & quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Diſcuſſio probari debet per ſententiam ad hoc, vt poſſit perueniri ad pignorum captionem, vel contra fideiuſſorem.*
2 *Diſcuſſio probari poteſt per relationem diſcuſſoris.*
Relationi diſcuſſoris dicentis ſe inquiſiſſe & nihil inueniſſe fides habetur ibid.
3 *Diſcuſſoris relatio transfert onus probandi in aduerſarium.*
4 *Diſcuſſio poteſt probari per famam.*
5 *Diſcuſſio poteſt probari per euidentiam.*
6 *Diſcuſſio probatur ex eo, quod fuerat præfixus terminus ad res exhibendas, & nihil exhibeatur.*

1 DIſcuſſionem debere † probari per ſententiam, ad hoc, vt poſſit perueniri ad pignorum captionem, vel contra fideiuſſorem, profitendo ſcripſit Bar. in l. ſtipulatio. §. habet autē, nu. 4. de oper. no. nunciat. & idem docuit in l. à Diuo Pio. §. in vendit. de re iudic. Nam requiritur ſententia declaratoria, vt ibi Bart. & refert ſequendo Roma. in conſ. 211. Allegationes Doctoris nu. 4. de communi * ſcribentium ſententia idem Rom. atteſtatur in conſ. 241. ſpectabiles Domini. nu. 7. & idem in dict. l. ſtipulatio. §. habet. 10 ſi. & Felin. voluit in c. euidentia. in gl. fi. de accuſ. atque conſuluit Ioan. Bapt. Fert. in conſ. 128. nu. 5. lib. 1. & reſpondendo ſenſit Sign. in cōſ. 58. ſub n. 6. verſ. præterea talis. & de * communi tradidit Iaſ. in d. l. ſtipulatio. §. habetur autē poſt n. 10. quē ſequitur Neguſ. in trac. de pigno. par. 8. 1. mēbro. col. 4. verſ. iſta autē regula ampliatur, qbus adhæret, cōſulēdo Pariſ. in cōſ. 50. ex lectura, n. 45. lib. 1.

2 Præterea poteſt probari per relationem † diſcuſſoris, vt habemus à iuriſconſult. in l. magis puto. §. ne tamē. ff. de reb. eor. quinimmo fides adhibetur eius relationi dicenti ſe inquiſiſſe & nihil inueniſſe, vt notatur in d. l. ſtipulatio. §. habet autem. de oper. no. nunc. & ſenſit Bal. in auth. ſed hodie. nu. 2. C. de act. & oblig. & idem Bart. meminit in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. nu. 7. ff. de re iud. vbi inquit ita ſe habere conſuetudinē.

3 Quod quidem de relatione diſcuſſoris ampliandu eſt, † vt vſque eo procedat, vt transferatur onus probandi in aduerſarium, vt auctor eſt Accurſ. in l. cum de lege, in ver. hæredis probatio. ff. de probat. cui accedit varijs in locis Bart. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolut. matrim. in 1. quæſt. 1. part. princip. poſt nu. 7. & in l. decem. poſt nu. 3. de ver. oblig. & in l. fi. § licentia. in princ. C. de iure deliber. & iſtis ſe ſubſcripſit Ang. l. multū. § 1. ff. de acq. hæred. quos refert, & ſequitur Alex. in conſ. 3. conſultus alias, nu. 4. vol. quarto.

4 Inſuper tertio poteſt probari diſcuſſio † per famam, per ea quæ fuere animaduerſa in l. 2. ff. quan. fiſc. vel priua. nam cum quædam poſſint occultari, l. 2. C. quan. & quibus pars deb. lib. 11. & l. 1. §. ſed cum poſſum. ff. de colla. bon. cum ſimil. non poſſunt oculis ſubijci, vt refert tenendo Bal. in auth. ſed hodie, ſub nu. 2. C. de act. & oblig.

5 Ad hæc quarto loco poteſt probari per euidentiam rei, nēpe † ſi oſtiatim talis panem petat vt l. decē. ff. de ver. oblig. & l. ſi. ff. ſi certum petat. & ait Bal. in d. auth. ſed hodie. poſt num. 2. verſ. idem probatur.

6 Poſtremo, & quinto poteſt etiam probari ex eo, quod fuerat præfixus terminus ad res exhibendas, † & nihil exhibeatur, vt argum. l. in legem, ff. de contrah. emp. & tradidit gl. ordin. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. in verb. capiantur. ff. de re iud. & ibi Bart. & Bal. in d. authen. ſed hodie. d. nu. 2. verſ. item probatur, ſi dato. C. de act. & oblig.

CONCLVSIO DXXIII.

ARGVMENTVM.

Diſpenſationem allegans, an illam probare teneatur.

SVMMARIA.

1 *Diſpenſationem allegans illam probare tenetur.*
2 *Diſpenſationem allegans debet etiam probare cauſam diſpenſationis eſſe veram.*
3 *Diſpenſationem allegans nedum tenetur illam probare, ſed etiam diſpenſantem habuiſſe ius diſpenſandi.*
4 *Diſpenſationem allegans illam probare non tenetur, quando cauſa eſſet talis vt ſine illa eſſet conceſſa diſpenſatio: ſecus, vt ibi.*
5 *Impetrans non arctatur ad probandam diſpenſationem, quando per triennium fuerit habitus pro diſpenſato.*
Contrarium num 6.
7 *Diſpenſatio ſi eſt contra ius, non præſumitur diſpenſatio.*
8 *Diſpenſatio ſi ſit veriſimilis ex antiquitate temporis, qualitate beneficiati, & maiorum fauorum illa præſumitur ſaltem cum iuramento ipſius allegantis diſpenſationem.*
Contrarium, nu. 9.

1 DIſpenſationem † allegantem illam probare teneri obſeruauere ſcribentes in c. 2. & fi. de ſciſmat. & ibi præcipue Card. in 4. col. quod ſequitur Paulus Borgaſ. in ſuo tract. de irreg. part. 2. c. de probat. diſpenſ. nu. 1. quinimmo debet proba-

2 re cauſam diſpenſationis eſſe veram, † licet alius dicat eſſe falſam, vt auctor eſt Speculat. in tit. de except. § nunc videndum. verſ. licet impetrans. huc quoque pertinet, quod notauit Innocen. in c. ex parte, de priuileg. & refert ſequendo Oldra. in conſ. 556. n. 2. & colligitur ex notatis in c. 2. & fi. de ſciſmat. & ibi Dd. & præcipue Card. in col. 4.

3 Amplia hoc, vt nedum teneatur probare diſpenſationem, ſed ēt † diſpenſantem habuiſſe ius diſpenſantem habuiſſe ius diſpenſandi, vt notatū eſt in c. fi. de ſimo. & in c. quod autem. de iure patro. & in c. Daibertum. 1. quæſt. 7. & in c. nuper. de dona. inter vir. & vxor. & in l. fi. ff. ſi à non compet. & in l. traditionibus. de acquiren. rerum domin. & refert Pau. Berg. in ſuo tract. de irreg. parte 2. tit. de probat. diſpenſat. n. 2. cū ſeq.

4 Primo limitabis, vt locum non habeat, † quando cauſa eſſet itiuſmodi, vt ſine illa eſſet conceſſa diſpenſatio, nā tunc non cogitur probare: ſecus ſi illi cauſæ inniteretur diſpenſatio, vt in caſu, ſuper quo reſpondit Oldrad. in d. conſ. 556. & Innocen. placuit in d. c. ex parte Abbatiſſæ. in princip. de priuilegium.

5 Secundo verum limites concluſionē, vt vera non ſit,† quādo per triennium fuerit habitus pro diſpenſato: tunc enim non arctatur impetrans ad probandam, vel planum faciendā diſpenſationē ſi diceretur ſubreptitia, nam præſumitur bona ita dixit auctor addit. ad Rot. in deciſ. 2. alias 136 voluerunt Domini de fil. presbyter. n. 6. in nou. per uo. in al. g. Lau. 89.

6 Contrarium ſenſit conſulendo Bellamer. in conſ. 10 factum eſt tale. nu. 43. verſ. & ſi dicas, quod conceſſio,† quem refert, & ſequitur Crau. de antiquit. tempor. 3. part. in princ. nu. 19. cum ſeq. vbi voluit, quod ſi diſpenſatio ſit contra ius, vt pote quod quis tenuerit duo beneficia, vt vocant incompatibilia

7 vel ſi minor, aut aliter incapax ad beneficium,† ſed aſſerat ſe diſpenſatum, etiam quod poſſederit longo tempore, non præſumitur diſpenſatio.

Hæc tamen à Bellame. tradita ſic accipienda ſunt, vt nō procedans conſiderata antiquitate tē poris, qualitate beneficiati, & maiorum ſuorum, qui ipſum beneficiatū ſuſtinuerit: nā

8 ſi † veriſimilis ſit diſpenſatio ex iſtis qualitatibus, illa præſumeretur ſaltem cum iuramento ipſius alleganris diſpenſationem, vel ipſius amiſſionē, ita docuit Abb. in c. licet Heli. col. finali, poſt nu. 23. verſ. ſed dubitari poſſet. col. finali, de ſimonia per not. in c. fi. de iureiur.

A Bellamer. diſſenſit Ancharanus in conſ. 117. argumēto eorum, quæ animaduertit Innocent. in c. illud. de præſumpt.

9 & c. innotuit. de eo, qui fur. or. ſuſcep.† non enim (inquit) eſt veriſimile, quod epiſcopus, qui ſingulis annis miſit eccleſias, de vita, moribus, & titulo beneficiatorum, paſſus eſſet, ſi diſpenſationem non habuiſſent, & iſtud conuenit cum dicto Abb. in alleg. cap. licet Heli. poſt d. nu. 20. ibi, conſiderata qualitate ſuperiorum. & refert Sarnen. in reg. de trien. queſtione 10. in fine.

CONCLVSIO DXXIIII.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio expreſſe facta, an poſsit teſtibus, & inſtrumentis probari.

SVMMARIA.

1 *Diſpenſatio expreſſe facta poteſt teſtibus, & inſtrumentis probari.*
2 *Diſpenſatio in Romana curia probatur ſcriptura, nec ſufficiunt teſtes.*
3 *Diſpenſationem tutius, & facilius eſt probare per ſcripturam.*
4 *Crimen ſuper quo diſpenſatum eſt ſi publicum ſit, debet fieri publicum inſtrumentum ſuper abſolutione ſi occultum, & ſecretum, inſtrumentum ſecretum fit à diſpenſante ad cautionem.*
Sæpe quod occultum putatur, publicè prædicatur ibid.
5 *Diſpenſationem ſuam fieri ex pluribus cauſis & non ex vna tantum.*
6 *In diſpoſitione ſtatuti quo cauetur, vt ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, non debet tantummodo adduci illa cauſa vnica, quod ſit factum fauore agnationis.*

1 DIſpenſationem expreſſe factam poſſe teſtibus,† & inſtrumentis probari tradidit Bal. in add. ad Specul. in tit. de diſpenſ. in ver. ſed nunquid ſuperior, quem refert, & ſequitur Gig. in tract. de penſ. q. 34. nu. 14.

2 Iſtud limitabis locum ſibi non vendicare in Romana Curia, nam ibidē requiritur ſcriptura,† nec ſufficiunt teſtes, per reg. Cancellar. vt gratia non ſuffragetur, niſi literis expeditis, & refert Paul. Borgaſ. ſuo tract. de irreg. in 12. par. tit. de probat. diſpen. nu. 7. ſecus vero eſſet extra curiam, vt obſeruauit Io. And. in ſua gl. in c. Rom. in verſ. in ſcriptis. de conſ. in 6.

3 Tutius, & facilius tamen † eſſe cenſuerim probare per ſcripturam, arg. c. cum medicinalis de ſen excom. in 6. & vt ſcripſere Dd. in c. fraternitati. in gl. 1. de ſchiſma. Et propterea conſilium erit, quod ſi crimen, ſuper quo diſpenſatum eſt, ſit pu-

4 blicum, fiat publicum inſtrumentum ſuper abſolutione:† ſi vero delictum ſit occultum, & ſecretum, conficiatur inſtrumētum ſecretum à diſpenſante ad cautionem, quia ſæpe quod occultum putatur, publice prædicatur, & ſic ſeruat curia in omnibus diſpenſationibus etiam in foro conſcientiæ, & in delictis occultis, in quibus ſit delicti præcipua mentio.

5 Nec prætereundum illud, quod ad rem noſtram optime facit diſpenſationem præſumi fieri ex pluribus cauſis,† & non ex vna tantum, per ea, quę tradidere gloſſ. & cæteri Dd. in l. quāuis. C. de fideicommiſ. & ibi Iaſ. num 8. referens alios, & ſequitur Alb. in conſ. 74. nu. 11.

6 Ex hoc iſtud infertur, vt in diſpoſitione ſtatuti, quo cauetur, vt ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, non debeat tantummodo adduci illa vnica cauſa,† id ſcilicet eſſe factum fauore agnationis, vt communi conſenſu omnes in hāc deſcendere ſententiam, nam Bart. doctiſſime, & ſapientiſſime in l. liberorum. nu. 13. verſ. quæro pone. ff. de verb. ſignific. dicit hoc eſſe falſum, & à Bart. opinione ſtat conſulendo Fråc. de Arct. in conſ. 47. proponitur ex facto col. 3. in fin. & refert Iaſon in d. l. quamuis. in fin. C. de fideicommiſ.

CONCLVSIO DXXV.

ARGVMENTVM.

Diſtantia an probetur per famam, & vulgi opinionem.

SVMMARIA.

1 *Diſtantia probatur per famam & vulgi opinionem.*
2 *Diſtantia liquide probari non poſſunt.*
3 *Teſtis ſuper diſtantia loci quas rationes reddere debet.*

1 DIſtantia probatur per famam,† & vulgi opinionem, veluti, quod inter loca certus milliarum numerus nuncupatur, illi ſtandum eſt, niſi probetur contrarium, nam credendū eſt, illud vulgare, & antiquum, à certa antiquorum metiendi

2 ratione ſumpſiſſe originem, ea quoque de cauſa,† quia hæc liquido probari non poſſunt, vt habemus ab Africano in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. & docuit Bart. in l. continuus. §. cum ita ſtipulatus. nu. 2. ff. de verbor. obligat. & in tract. de teſtibus, in verſ. vicina millia. nu. 55.

3 Teſtis vero deponens ſuper diſtantia loci debet reddere rationem,† quia ſcio præſatam diſtantiam loci, & ſolitus ſum in tanto tempore ire ad dictum locum cum hominibus eiuſdem conditionis, & ſemper vidi maiorem partem tanto tempore peruenire, vel quia ſcio diſtantiam dicti loci, & mihi eſt in more poſitum per alia itinera ſimilia ire cum hominibus eiuſdem conditionis, & communiter in tot diebus tantū inter perambulare ſolent, ita loquutus eſt Bar. in d. l. continuus. §. cum ita ſtipulatus. de verbor. obligatio.

CONCLVSIO DXXVI.

ARGVMENTVM.

Diuitem quem eſſe aſſerens, an illud probare teneatur, & ex quo probetur, ac quibus modis.

SVMMARIA.

1 *Diuitem quem eſſe aſſerens, ſi huic dicto innitatur, illud probare compellitur.*
2 *Quilibet tenetur illud probare, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis.*
Quilibet naſcitur nudus, & pauper ibid.
3 *Qui negat quod naturaliter ineſt, id eſt paupertatem, & allegat diuitias, probare tenetur.*
4 *Diuitiarum qualitas eſt regulariter repugnans naturæ, ideo non creditur, niſi probetur.*
5 *Mutatio vt plurimum facta non creditur, niſi probetur.*
6 *Diues olim, hodie etiam præſumitur diues, nec præſumitur amiſiſſe dominium rerum ſuarum.*
7 *Diues aliquis non præſumitur, quando nulla fit mentio de præterito, ſed ſimpliciter agitur de præſenti: & ei qui dicit, incumbit onus probandi.*
8 *Diuitiarum præſentia non præſumitur.*
9 *Non valet argumentum Nunc eſt diues, ergo & olim erat.*
10 *Diuitem quem eſſe probatur, quando probatum eſt, talem habere in bonis quinquaginta aureos, vel centum.*
11 *Diuitem quem eſſe, quādo agitur de magno præiudicio, relinquitur iudicis arbitrio.*
12 *Vnus miles, vel vir nobilis habens mille in bonis, eſt pauper: & vnus ruſticus habens minus, eſt diues.*
13 *Diuitem quem eſſe quibus modis probari poſſit, vide remiſſiue.*
14 *Teſtis deponens aliquem eſſe diuitem, ſi reddat rationem in cauſa ſcientiæ, quia ſum vicinus, vel conſanguineus, probat.*
15 *Teſtes domeſtici in probandis diuitijs admittuntur.*
16 *Diuitias alicuius probare qui voluerit, non recte probabit ex illa præſumptione, quod non vidit ſuum.*

1 DIuitem quem eſſe, ſi quis aſſeruerit, cū huic dicto innitatur,† illud probare compellitur, iuxta ſnīam gl. in l. ſi vero, & ibi Bart. §. qui pro rei qualit. ff. qui ſatiſd. cog. verſ. dubitetur, per illū text. & l. ſi creditores. in fi. ff. de priuileg. credit. & per illud tritum axioma, vt quilibet teneatur illud proba-

2 re,† quod eſt fundamentum ſuæ intētionis, vt dixit Paulus in l. ei qui. ff. de probat. cum ſimilib. Ea etiam potiſſimum rōne, quia quilibet naſcitur nudus, & pauper, & ſancitū eſt in textu in c. ſicut a 47. diſt. & protulit Luc. de Pen. in l. 2. col. 6. C. quā. & quib. part quart. debet, quod idē veriſime decidit Afflict. in

in deciſ.377.nu.5. Vnde qui negat, quod naturaliter ineſt, hoc
3 eſt paupertatem, & ſic qui allegat diuitias † probare tenetur,
argumento notatorum à Felin. in c.fi.col.4.poſt nu.15.de præ
ſumpt. & à Ioan. Igneo. in l.neceſſarios. §. non alias. nu.84.ff.
ad Syllan ad quod reſpondit etiã Pariſius, cõſ.95. col.2.lib.3.
& in terminis Pau. de Caſtr. & Iaſon tradidere in d. gloſ. d. §.
quæ pro rei. & ibi Ang. & ſenſit Bal. in l.4.C. quando fiſcus, vel
priuatus. Idem Bal. meminit in c.fin.col.2.poſt nu.4. & ſeq. de
præſumpt. Ang. conſuluit in conſ.270. incipien. Bonifacius co
lum.fin. Calder. quoque in hanc reſpondit ſententiam in con
ſil.10 rit. de probatio. Alex. etiam cauit in conſ.118.col.4. in-
cipien in cauſa, & lite. volum.2. & in terminis Aret. docuit in
4 conſ 66. viſo puncto. col.8.nu.8. vbi egregie, † quod cum qua-
litas diuitiarum ſit regulariter repugnans naturæ, quia nemo
naſcitur diues, nõ creditur, niſi probetur, cum etiam quia aſ-
ſerens ineſſe diuitias, videtur præſupponere mutationẽ, quæ
5 vt plurimum facta non creditur, † niſi probetur, ſic reſponſum
fuit ab excellentiſſimo Papiniano in l.3. de probat. & à ſum-
mo Pontifice in cap. maiores de baptiſ. cum alijs adductis ab
Hercula in ſuo tractat. de proban. negatiua. nu.12. & ex multis
allatis à Natta in conſ.238.nu.7.lib.2. & late proſequitur Co-
uarru. var. reſolut. lib.2.c.6.

Veruntamen concluſionem noſtram limitabis, vt non pro-
6 cedat, quando olim quis fuerit† diues, quia etiam hodie præ-
ſumitur diues, & non præſumitur amiſiſſe dominium rerum
ſuarum, vt l. ſiue poſſidetis, C. de probat. Ita in hanc deſcẽde-
re ſententiam Hoſtien. Ioan. Andr. Butr. & Imo. in c.1. in fi. de
ſcrutinio. Archidiac. & Geminia. idem ſenſere in c.fin.6.q.5.
quib. adhæſit Alberic. de Roſa. in l. ſi vero. §. qui pro rei quali-
tate, ff. qui ſatiſda. cogãt. quos refert, & ſequitur Alciat. de præ
7 ſumpt. in reg 2. præſumpt.27. in princ. ſecus vero, † quando
nulla fieret mentio de præterito, ſed ſimpliciter ageretur de
præſenti, quoniam tunc non præſumitur aliquis diues, ſed ei,
* qui dicit, incumbit onus probandi, vt voluit glo. * communi-
ter approbata in d. § qui pro rei qualitate. vnde qui tenetur
eligere diuitem, debet illam qualitatẽ probare. ſic habemus
ab Vlpia. in l.1. § ſi magiſtratus. ff. de magiſtra. conuenien. &
à Celſo in l. non eſt neceſſe. & ibi tradidit Fulg. nu.2. de pro-
bationib. atque refert Alciat. in d. præſumpt.27.nu.4.

In hac re tamen, vt contrarium ſentiam, auctor eſt mihi Tri
phonius in l in confirmando. & ibi Bart. ff. de confir. tut. quod
etiam refert Natta in conſ 358 contra fratres. nu.7. & 8. lib.
8 2 vbi ait, † perſeuerantiam diuitiarum non præſumi, quem tu
ipſe adeas.

Sublimitare poteris prædictam limitationem, non proce-
dere econtra, de præſenti ſcilicet ad præteritum: nam non va-
9 let argumentum, nunc eſt diues, † ergo & olim erat. ita ratio-
cinatus eſt, & collegit Aretin. in d. conſ.66. viſo puncto. d. co-
lum.8.num.8.

Sed ad hæc adeas, quæ ſupra tradita ſunt in concluſione, Al
legans, & infra in concluſione, Paupertas, atque in concluſio-
ne, Inopia, & in concluſione, Soluendo, quem non eſſe.

Certum igitur eſt, vt qui dixerit, aliquem diuitem eſſe, id
probare debeat. Quo pacto vero id poſſit probari, in hoc to-
tius rei noſtræ cardo vertitur.

10 Diuitem itaque quem eſſe probatur ex eo, † quod probatũ
fuit talem habere in bonis quinquaginta aureos, per l. nõnul-
li. ff. de excuſatio. & refert glo. in authent. præterea in verb. lo
cuples. C. vnde vir & vxor. quod & probauit Bart. in l. ſi con-
ſtante. ff. ſoluto matrim. nu.13. & ibidem Iaſ. nu.144. & Rip. n
29. vel centum aureos, vt placuit Accurſ. in §. ſed noſtra. inſti
tu. de ſucceſ. libert. & in §. pen. in Auth. de exhiben. reis.

Quod vltimo loco traditum limitabis, vt procedat tantum,
11 quando agitur de modico præiudicio, ſecus de magno, † qa
tunc relinquitur arbitrio iudicis, vt teſtis eſt ad id locupletiſ-
ſimus Accurſ. in d. authen. præterea, C. vnde vir & vxor. cui ac
cedit Bar. in d. l. ſi conſtante, nu.14. vbi ait, hoc iudicem debe
re arbitrari, ſecundum diſcrimen perſonarum, & factorum, vt
12 vnus miles, vel vir nobilis habẽs mille in bonis ſit pauper† &
vnus ruſticus habens minus, ſit diues, argum. l. nepos Procu-
lo. ff. de verbor. ſignif. Idem ſenſit Alex. in d. l. ſi conſtante. nu.
13. & ibi Iaſon nu.144. atque Rip. nu.29. hoc etiã ſequuti ſunt
Deci. in gloſ. in d. auth. præterea, nu.15. & Curt. iun. nu.23. ad
hoc idem conſuluit Deci. in conſ.163. in cauſa matrimoniali.
nu.7. quorum ſententiæ album calculum addidit Didac. lib.2.
variar. reſolut. c.7.nu.8. qui alios plures huius ſententiæ retu-
lit, & alios addit doctiſſimus Menoc. in tractat. de arbitrat. iu
dic. lib.2. centur.1. caſu 65.nu.7.

Multis quoque alijs modis poteſt probari, diuitem quem
13 eſſe, † de quibus diſſernimus in concluſione, Paupertas, & tra
ditum eſt à Bar. in d. l. ſi conſtante, nu.13. & 14. & ibidem Iaſ.
nu.44. vſque ad 153. nam ex ijs probatur paupertas, quæ cum
ſit contraria diuitijs, cognito quibus caſibus probatur pau-
pertas, cognoſcetur & quibus probentur diuitiæ, vt l.1. ff de
his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & Inſtitu. eod. tit. cum ſimili-
bus, & vltra Bart. ac Iaſon. in l. ſi conſtante. de hac materia vi-
dere eſt text. in l.1. & ibi Bart. ac Dd. C. de iure dot. Iaſ. in au-
thẽ. præterea. C. vnde vir & vxor. text. & ſcrib. in l. paupertas.
ff. de excuſ. tuto. gl. & Ang. in §. hinc autem in nobis. in Auth.
de hæredit. & fal. Bald. in l. quis ad declinandam. C. de epi-
ſcop. & cler.

Illud poſtremo pro corollario in hac materia addemus, te
14 ſtem deponentem aliquem eſſe diuitem, & † reddentẽ ratio-
nem in cauſa ſcientiæ, quia ſum vicinus, vel conſanguineus,
probare: vt tradidere Bar. in l.1. nu.15. verſ. quarto quid in te-
ſte, vbi Alex. nu.16. verſ. facit etiam iſta lex. ff. ſi cert. petat. &
ibi Purpurat. nu.92. huc quoq; ſpectat reſponſum Pomponij
in l. ſi ita. de fun. inſtruct. quib. reſpondet Alex. conſ.50. in cau
ſa, & lite inter Ioannem. nu.17. vol 5. & voluit Rom. in conſil.
245. ad primum. in fin. & meminit Ang. in l. bene eſt, num.5.
15 † Quod autem teſtes domeſtici in probandis diuitijs admit
tantur, tenet Bal. in l. facultas. nu.77. C. de iure fiſci. lib.10.
16 Contra vero, ſi quis probare voluerit diuitias alicuius† nõ
recte probabit ex illa præſumptione, quod non iactet ſuum,
vulgata l. cum de indebito. ff. de probationib. vt auctor eſt Pa
riſius, in cõſ.99. iſte Ioannes Franciſcus. num.59. verſ. nec ido-
neitas. vol.3.

Sed hæc plenius diſcutiemus infra in concluſione, Pauper-
tas, ad quam me reijcio.

CONCLVSIO DXXVII.

ARGVMENTVM.

Diuiſio in dubio an præſumatur, & quibus modis probetur.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Diuiſio præſumitur ſi per longum tempus, vt per decennium inter præſentes, & vi-
ginti inter abſentes fuit inter fratres, vel alios ſimiles ſeparata poſſeſſio commu-
nium bonorum.*
3 *Obligatio non probatur, ſed executio obligationis, cum ex prima natura communio-
nis erant obligati fratres ad diuidendum.*
4 *Diuiſio præſumitur valida ex longinquitate temporis etiam ſi fuerit ab initio nulla,
vt pote in termino facto ſine decreto iudicis.*
5 *Diuiſio ex diuturnitate præſumitur, etiamſi non conſtat aliunde fuiſſe factam diui-
ſionem.*
6 *Sicut diuiſio præſumitur ſtante curſu temporis, ita durante poſſeſſione indiuiſa per
longum tempus præſumitur facta communicatio poſt diuiſionem.*
7 *Diuiſio, nedum præſumitur ex diuturnitate temporis, verum etiam diuiſionis ra-
tificatio.*
8 *Diuiſio non præſumitur etiam per tempus decennij, quando in diuiſione eſſet ina-
qualitas.*
Contra num. nu 10.
9 *Qui [illegible] portionis hæreditatis poſſidere, non cenſetur propterea ius ſuũ remiſiſſe.*
11 *Diuiſio ex diuturnitate temporis non præſumitur facta inter fratres, vel alios ſimi-
les, quando agitur de graui præiudicio.*
12 *Diuiſio præſumi non poteſt, quando alter tantum ex fratribus poſſedit totum.*
13 *Diuiſio probatur ex libris aliſmi ſiue cataſtri.*
14 *Diuiſio per teſtes probatur, & eſt titulus habilis ad præſcribendum.*
15 *Diuiſio probatur ex confeſſione.*

1 DIuiſionem in dubio non præſumi, † niſi probetur colligi-
re eſt ex reſcripto Imperatorum Diocle. & Maxim. in l.
penult. C. commun. diuidun. & ibi Petrus de Rauen. Cyn. poſt
nu.3. & Salic. quod & dum de iure reſpondit, placuit Alex. in
conſ.14. lib.2. & in cunſ.3 lib 3. atque obſeruauit Ang in §. fi.
Inſtitut. de ſociet. quin etiam potius præſumitur ita fratres
poſſediſſe gratia commodioris vſus, quam diuiſionis, ita mo-
re ſuo eleganter ſcripſit Tiraq. de præſcript. in verb. per decẽ
annos: glo.4. verſ.14 circa fin.

Concluſionem hanc limites velim, nõ procedere, ſi per lon
gum tempus, nẽpe per decennium inter præſentes, & viginti

inter abſentes fuerit inter fratres, vel alios ſimiles ſeparata
2 poſſeſſio communium bonorum, † nam hoc caſu præſumitur
diuiſio, ita aſſeuerauit gl. in d.l. penult. verſ. ſi maior. C. com-
muni diuidun. & ibi Dd. & Bart. ait, illã gloſſam eſſe ſingula-
rem, albo lapillo ſignandam, & menti tenendam, idem dixere
Bald. Angelus, & Bartolus, in l. cum de in rem. col. 3. ff. de vſur.
Baldus in l. 1. col. 7. C. qui admit. & Ang. in l. ſeruitutes. ff. de
ſeruit. Bald. in l. 1. C. de fideicõm. Bart. in l. finali, ff. de vſucap.
pro dote. Iaſ. in l. ſi certis. col. 3. verſ. ſexto facit. C. de pactis.
* & de * cõmuni ſcribentium in hac re ſentẽtia atteſtatur Pau-
lus Caſtren. in conſ. 126. non ſequendo ordinẽ, poſt nu. 2. verſ.
* diuiſio autem. lib. 2. idem de * communi opinione dixit Alex.
in conſ. 92. viſo, & diſcuſſo. in prin. lib. 2. & in conſ. 25. attentis
narratis, nu. 16. vol 5. & Barbat. in conſ. 29. col. 9. verſ. item ad
gl. lib. 4. Ruin. in conſil. 29. poſtquam fundamenta, nu. 2. vol. 4.
atque Boer. in dec. 58. num 2. & 3. Tiraq. quoque in tract. præ-
ſcrip. in verb. per decem annos gloſſ. 4. verſ. decimoquarto, &
multos ad hanc rem, vt ſui moris eſt, refert Gab. Roma. in tit.
de præſump. concl. 1. & nu. 28. & tenuerunt hoc idem Domi-
ni de Rota, vt per Achil. dec. 107. nondum typis tradita.
3 Iſtius limitationis ratio eſt, † quia ex prima natura cõmu-
nionis erant obligati fratres ad diuidendum: vnde non pro-
batur obligatio, ſed executio obligationis: ſic docuit Bald. in
leg. 1. poſt nu. 14. verſ. pone duo fratres. C. de fideicom. quem
refert, & ſequitur Ruin. in conſ. 162. quæſt. 1. nu. 18. vol. 3.
Primo amplia dictam limitationem veram eſſe, etiam ſi di-
uiſio fuerit ab initio nulla, vtpote in termino res facta ſine
4 decreto iudicis, † quia nihilominus ex longinquitate tempo-
ris præſumitur valida, ita Bald. reſpondit in conſ. 234. incip.
diuiſio. lib. 4. quẽ refert, & ait hoc eſſe obſeruatione dignum.
& eximium, elegantiſſimus Tiraq. in d. tract. de præſcr. verb.
per decem annos. verſ. 14.
Secundo ampliabis locũ quoque habere etiamſi non con-
5 ſtet aliunde fuiſſe factam diuiſionẽ † nam nihilominus ex il-
la diuturnitate præſumitur diuiſio, vt colligitur ex deductis
ab Abb. in conſ. 11. ſuccinctè, & remiſſiue. num. 24.
Tertio loco ampliare poteris prædictam limitationẽ pro-
cedere etiam in communicatione, nam ſicut ſtãte curſu tem-
6 poris præſumitur diuiſio, † ita durante poſſeſſione indiuiſa
per longum tempus præſumitur facta communicatio poſt di-
uiſionem, ita cautum eſt à Roma. in conſ. 205. in puncto pro-
poſito. poſt num. 3. verſ. Tertio principaliter. & in conſ. 418. in
eo, quod quæritur. nu. 2. verſ. 2. principaliter, quem refert Ga-
briel. vbi ſupra. num. 29.
7 Quarto velim amplies, † vt nedum præſumatur diuiſio, ve-
rum etiam diuiſionis ratificatio, vt deciſum fuit ab Auguſt.
Bero. q. 4. num. 14.
Primo ſublimitare tibi licebit, dictam limitationem locum
ſibi vendicare, quando in diuiſione eſſet inæqualitas, videli-
cet quia res, quas ego poſſedi, maioris conſtabant, quam illæ,
8 quas tu poſſidebas: † nam eo caſu nõ præſumitur diuiſio, etiã
per illud tempus decẽnij: ita voluit Franciſ. Balb. qui atteſta-
* tur de cõmuni, * & vera opinione, ab eaque non eſſe in iudi-
cando recedendum in tract. de præſcript. in 1. part. 3. partis
principalis. q. 10. nu. 44. verſ. nunc limita. & Alba. in conſ. 11.
nu. 24. vnde quis petere poteſt, vt diuidãtur æque, vt colligi-
tur ex d.l. pen. & ibi Pau. & Bal. tradidere. C. commun. diuid.
& Alexand. conſulendo ſenſit in d. conſ. 92. nu. 4. vol. 2. & in d.
9 conſ. 25. nu. 16. vol. 5. nam † & ſi quis minus portione hæredi-
tatis poſſederit, non cenſetur ius ſuum remiſiſſe, vt habemus
à Paulo in l. cum de indebito. ff. de probationibus. Idem tenet
Tiraq. in d. tract. de præſcript. in eo. §. per decem annos. verſ.
ſed aduerte lector in verſ. 14. vbi dicit, hanc eſſe veriorem, &
* * communiorem opinionem. Idem aſſeuerauit Boer. in deciſ.
58. numero 2.
10 In contrariam tamen deſcendere † ſentẽtiam Salic. in d.l.
penult. col. 1. C. commun. diuid. & Anton. de Butr. in c. perue-
nit. de cenſib. & alij, quos refert Gab. Roman. in titul. de præ-
ſumpt. concl. 1. ſub num. 30.
Secundo ſublimitatur, vt non procedat, qñ agitur de graui
11 præiudicio: tunc enim ex tali diuturnitate temporis † non
præſumitur diuiſio facta inter fratres, vel alios ſimiles, vt di-
lucide voluit Bar. in l. cum in rem verſo. col. 3. nu. 5. ff. de vſur.
& in leg. 1. col. vlt. verſ. ſolue, tu habes. nu. 7. ff. de aqu. pluu. ar-
cen. & in ſua diſputat. incipient. Mulier habens magnum pa-
trimonium. col. vltim. nu. 7. & ad id late ſe fundit Tiraq. in d.
tract. de præſcrip. §. per decem annos. verſ. 38. verſ. ſed & mul
ti. & Iaſ. ad hoc conſuluit in conſ. 176. col. 3. verſ. ſed quando
tractaretur, poſt num. 2. vol. 2.
Tertio limitãda erit, vt locum ſibi vendicet, quando vtra-
que poſſedit bona communia pro diuiſo, vt vnus vnam rem,
12 & alius aliam rem, † ſecus vero, quando alter tantum poſſe-
dit totum, nam tunc præſumi non poteſt diuiſio: ſic traditum
eſt à Ruin. in conſ. 162. quæſtio. 1. num. 14. verſ. nec etiam dici
poteſt. volum. 3.
Huius diuerſitatis ratio eſt, quia in priori caſu facta re-
latione per patientiam ad patientiam emergit quædam per-
mutatio, cui ineſt diuiſio, leg. cum pater. §. hæreditatem. ff. de
leg. 2. not. in l. 1. Commun. vtriuſq; iud. verum poſteriori caſu
nõ interuenit dicta mutua patientia ab vtraque parte, ſed ab
vna tantum, ideo ex illa ſola non præſumitur diuiſio. leg. nul-
lo. C. de rei vendicat. l. diutina. C. de præſcript. long. temp. ſic
idem Ruin. aſſeruit in d. conſ. 162. num. 15. & 16. vol. 3.
Videamus modo, cum diuiſio non præſumatur quomodo
poſſit probari.
13 Diuiſio igitur clare cõſtabit ex libris æſtimi, † ſiue cataſtri,
vt noſtri vocant, vt habemus ex his, quæ adduxit Alex. in cõſ.
92. nu. 6. vol. 2. ad hoc vero videas, quæ diximus ſupra, in con-
cluſione, Cataſtrum, & infra in concluſione, Aeſtimum.
14 Præterea p teſtes probatur, † & eſt titulus habilis ad præ-
ſcribendum, vt decisum fuit à Dominis de Rota, vt per Illu-
ſtriſſ. & Reuerend. Cardi. Palleo. non minus dignitate, quam
doctrinam inſignem, dec. 106. & Vital. dec. 55. libr. 1. nondum
typis traditis.
15 Inſuper probatur diuiſio † ex cõfeſſione, vt cõſuluit Ruin.
in d. conſ. 29. poſtquam fundata, nu. 1. vol. 4. quę quidem con-
feſſio intelligitur de valida, vt idem ibidem dixit Ruin.

CONCLVSIO DXXVIII.

ARGVMENTVM.

Doctoratus an poſſit probari per inſtrumenta publica, & per teſtes.

SVMMARIA.

1 *Doctoratus probari poteſt nedum per inſtrumenta publica, ſed etiam per teſtes, qui actui interfuerunt.*
2 *Doctoratus probatur, ſi per longum tempus ſaltem decennij probetur quem fuiſſe habitum, & exiſtimatum Doctorem.*
Contrarium, num. 3.
4 *Adducens priuilegium allegat malam fidem, niſi probet titulum.*
5 *Omnis res præſumitur libera, niſi contrarium probetur.*
6 *Qui eſt in poſſeſſione notariatus, & conficit inſtrumenta tanquam notarius hoc ei non prodeſt, ſi negatur notarius, niſi aliter probet notariatum.*
7 *Allegans priuilegium debet ipſum probare.*
8 *Quaſi poſſeſſio priuilegij non prodeſt, niſi aliter probetur, quando quis vult priuilegio vti in præiudicium alterius.*
9 *Quaſi poſſeſſio priuilegij quando non tendit ad præiudicium alicuius ſufficit vſq; eo, vt non debeat excludi ab vſu, niſi probetur contrarium.*
10 *Doctoratus probatur etiam per communem opinionem.*
11 *Doctor qui amiſit priuilegium doctoratus, vel qui nunquam rogauit à notario, poteſt probare eſſe doctoratum per teſtes, qui interfuerunt doctoratui.*
12 *Doctores, qui apud ſe non habent ſuum priuilegium doctoratus in ſcriptis, poſſunt probare per teſtes.*
13 *Ex publico examine probatur priuatum, & per maiores ordines probantur minores.*
14 *Teſtes deponentes quem eſſe doctoratum, debent deponere de loco, & tempore vbi doctoratus eſt, cum tempus in hoc ſit de ſubſtantia probationis, & teſtes aſſerentes non recordari de tempore, efficiuntur ſuſpecti.*
15 *Doctoratum probant teſtes deponentes vidiſſe ſolum doctorari, quia viderunt eum ſuper cathedra ſedentem.*
16 *Tria neceſſario requiruntur de ſubſtantia doctoratus, & quæ.*
17 *Deponens de principali probat etiam annexa ſibi.*
18 *Doctoratus factus in publico examine recte probatur per teſtes, ſed Doctor creatus ſolo verbo ab Imperatore, ſummo Pontifice, aut alio Principe poteſtatem doctorandi habente, debet probari per ſcripturam.*
19 *Priuilegium Principis debet neceſſario probari per ſcripturam.*

DOctoratum poſſe probari, nedum per inſtrumẽta publi-
1 ca, exhibendo priuilegium, † verum etiam per teſtes,
qui actui interfuerũt, colligere eſt ex cõtext. in l. ſi ſolemnib.
C. de fide inſtrum. & ibi Bal. in princ. Paul. Caſtr. nu. 5. verſ. &
per iſtam legem. Salic. & alij Dd. & ad id reſpõdit Iaſ. in cõſ.
149. num. 2. vol. 4. & in hanc rem conſuluit Alex. in conſ. 107.
Videre-

Digitized by Google

Videretur circa in princ. verſ. ſed his non obſtantib. nu. 2. vol.
7. idem quoque voluit Ioan. de Ana. in tub. de magiſtris, col. 2.
2 Primo ampliabis, vt ſufficiat probare iſtiuſmodi † per lon-
gum tempus ſaltem decennij fuiſſe habitum, & exiſtimatum
Doctorem, ita dixit Bal. in d. l. ſi ſolemnibus. & ibi Pau. Caſtr.
d. nu. 5. & Salic. ad quod pertinent, quæ notauit Alexan. in con
ſil. 138. nu. 7. cum ſeq. lib. 1. & ea, quæ dicta ſunt ſupra in con-
cluſione, Abbas.
3 Contrarium † ſenſiſſe Petr. refert Bald. in d. l. ſi ſolemnibus,
ex eo, quia priuilegium non probatur per vſum priuilegij, ſed
per iuſtum titulũ: proprie. n. in priuilegijs non cadit præſcri-
ptio, quia ille qui adducit priuilegiũ, allegat malã fidem, niſi
4 † probet titulum, vt c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. lib. 6. ſicut
ẽt videmus in eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis prędij,
vel perſonę, nam ſiue agat, ſiue ſe defendat, cum habeat ius cõ
5 mune contra ſe, cum omnis res præſumatur libera, † niſi con-
trarium probetur. l. altius. de ſeruit. & aqua, talis quaſi poſſeſ-
ſio non leuat eũ onere probandi, vt aſſeruit Accurſ. in l. ſicuti.
§ ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vendicet. & plene traditum eſt à Bar.
in l. ſi prius. de oper. nou. nunc. ſicut ẽt ſi aliquis eſſet in quaſi
poſſeſsione notariatus, & conficeret inſtrumenta tanquã no-
6 tarius, hoc nõ prodeſſet, † ſi negaretur notarius, niſi aliter ꝓ-
baret notariatum, cum hoc ſit quoddam priuilegium cõtra ius
cõe, ꝙ à Principe confertur, vt eius ſcripturæ, & vt voci mor-
tuæ credatur, iuxta notata ab Innoc. in cap. cum P. Tabellio. in
princ. de fide inſtrum. ad quod tñ conſulas, quæ diximus infra
in concluſione, Notarius. Quinimo qui allegat priuilegium,
7 † debet ipſum probare, per c. cum perſonæ. de priuileg. in 6.
& adeas infra à nobis tradita in concluſione Priuilegium.
Conciliabis tñ has inter ſe ſcribentium pugnantes ſenten-
tias fędere iſtius diſtinctionis, nam aut qui vult priuilegio vti
in præiudicium alterius, & tunc non prodeſt ei illa quaſi poſ-
8 ſeſsio priuilegij, † niſi aliter probetur, & ita loquitur d. c. cum
perſonæ. ibi. n. clerici prętendebant vti priuilegio exẽptionis
contra epiſcopum, & ita ẽt intelligẽdum eſt, quod dictum eſt
de ſeruitute, quando quis vult ea vti in re aliena in præiudi-
cium Domini: nam in iſtis caſibus, vt diximus, nõ prodeſt hu-
9 iuſmodi poſſeſsio, niſi aliter conſtet: † aut non tendit in præ-
iudicium alicuius, & tũc ſufficit illa poſſeſsio priuilegij, vſq;
eo, vt non debeat excludi ab vſu, niſi probetur cõtrarium, ita
diſtinguit Paulus Caſtr. in d. l. ſi ſolemnibus. nu. 3 cum ſeq.
Præterea concluſionẽ ampliabis, vt probetur doctoratus,
10 etiam † per communem opinionem, vt tenuerunt Domini de
Rota, vt per Guido. deciſ. 113. nondum typis tradita.
Quid vero, ſi eueniat, vt Doctor amittat priuilegiũ Docto-
ratus, vel etiam quia nunquam redemerit à notario, an (vt di
ximus) poterit probare eſſe Doctorem per teſtes, qui interfue
11 runt Doctoratui? † & id poſſe per teſtes probare vnanimes
tradidere ſcribentes, vt Pau. Caſtren. in l. ſi ſolemnibus, nu. 5.
C. de fide inſtrumen. & ibi Bal. & cæteri Dd. & Marſ. in rubr.
C. de probatio. nu. 39. vbi ait, hoc ſpectare ad Dd. qui apud ſe
non habent ſuum priuilegium Doctoratus in ſcriptis, id eſt,
12 † poſſe probare per teſtes, & inquit ita ſe vidiſſe aliàs in vſu
obſeruari, quod idem placuit Salic. in d. l. ſi ſolemnibus, atque
hoc probauit Alex. in conſ. 107. nu. 2. lib. 7. & Iaſ. ſenſit in con-
ſil. 149. num. 2. vol. 4. ſed vt dilucidius eſt, quam vt à me poſsit
planius oſtendi, vt ex congeſtis à Boer. in dec. 171. nu. 3. & à
Ioan. de Ana. in tub. de magiſtris.
Illud tamen primo loco ampliare poteris verum eſſe, etiã
13 ſi deponant † tantum de publico examine, quia ex illo proba
tur priuatum, ſecus è contra: ſicuti etiam per maiores ordines
probantur minores: ita Bal. tradidit in d. l. ſi ſolemnibus. in
princ. C. de fide inſtrum.
Intelligas tamen, & aduertas, vt huiuſmodi teſtes debeant
14 deponere de loco, & tempore, vbi Doctoratus eſt, † nam tem
pus hic eſt de ſubſtantia probationis, ideo probari debet per
teſtes, & quærendo decidit Guid. Pap. q. 544. quod ſi teſtes di
cant, non recordari de tempore, efficiuntur ſuſpecti, vt volue
re Innoc. & alij in c. ex tenore. de teſtib. & Matth. ab Afflict. in
conſtitut. Neapolitan. lib. 3. rubr. 33. conſtitutio. de proba. ex-
perien. med. incip. quia nunquam. nu. 2.
Secundo ampliare tibi licebit, ẽtſi duo teſtes deponerent
15 vidiſſe talẽ doctorari, † quia viderunt eum ſuper cathedra ſe
dentẽ, nam licet de ſubſtantia Doctoratus tria neceſſario re-
quirantur, id eſt cathedra, quæ eſt inueſtitura poſſeſsiua: liber
qui ſignificat virtutem, & ſubſtantiam ſcientiæ: & tertio pi-
16 leus, ſeu infuſa, † quæ præ ſe fert ſplendorem, & capiti impo-
nitur, cum omnis perfectio debeat eſſe in capite. l. argenta-
rius. §. ratione. ff. de edendo. & licet ſoleat conferri etiam a-
nulum, vel oſculum, aut benedictio, tamen hæc non ſunt ſub-
ſtantialia, & neceſſaria, & ideo omiſſis his, ſufficiunt illa tria,
quæ quamuis requirantur, tamen ſi teſtes de vno tantum de-
ponant, videlicet, quod viderint illum ſedere ſuper Cathe-
17 dra, recte probant doctoratum, † quia deponens de principa-
li probat etiam annexa ſibi, videlicet alia duo, id eſt, librum,
& pileum. & ſic plene doctoratũ docuit Bal. in prooemio de-
cretalium, in verb. Gregorius. num. 25. & 26.
Primo limita, & intellige ille procedere tantum in doctora
tu facto in publico examine: nam per teſtes recte probatur,
vt ex ſupra deductis videre eſt. ſecus de Doctore creato ſolo
18 verbo ab Imperatore, vel ſummo Pontifice, † aut alio Princi-
pe poteſtatem doctorandi habente, nam hoc caſu debet pro
bari per ſcripturam, vt per quãdam ſimilitudinem ait Bal. de
notario creato a Principe, per l. vnicam. C. de mandat. Princ.
& præcipue de Doctore voluit Curt. iun. in l. pactum quod
19 bona fide. nu 3. & 9. C. de pact. & ibidem Dec. & ratio † eſt,
etenim priuilegium Principis debet neceſſario probari per
ſcripturam. Ita placuit Bal. in d. l. 1. C. de mand. Princ. & Curt.
ſequutus eſt in d. l. pactum. & ibi Dec.

CONCLVSIO DXXIX.

ARGVMENTVM.

Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine an ſit ſtandum, & an pro Doctore præſumatur.

SVMMARIA.

1 Doctori aſſerenti de aliqua conſuetudine non eſt ſtandum.
Contrarium nu. 4.
Stylus, & conſuetudo eſt mutabilis ſub nu. 1.
2 Conſuetudo cum ſit facti probanda eſt.
3 Non ſolum vni Doctori, ſed pluribus atteſtantibus de conſuetudine non eſt ſtandum.
4 Doctori de conſuetudine aſſerenti creditur.
5 Doctori atteſtanti de conſuetudine eſt ſtandum, quoad præſumptionem inducendam probandi contrarium transferatur in aduerſarium.
6 Doctori atteſtanti de conſuetudine vigente in locis, & curijs, ac officijs, in quibus, vt omnis verſatus eſt non autem in alijs, ſtandum eſt.
7 Pro Doctore præſumitur.
8 Delictum quod duobus aſcribitur, quorum alter ſit Doctor, præſumitur ab illo patratum, qui non eſt Doctor.
Actus geſtus à Doctore, qui iuſtus & iniuſtus haberi poteſt, præſumitur iuſtus propter eius perſonam. ibid.
9 Pro Doctore præſumitur, quod ſit doctrina præditus.

1 DOctori aſſerenti de † aliqua conſuetudine non eſt ſtan-
dum, ita tradit Bal. in l. ſi is qui. §. antiphona. ff. de pigno.
in l. cõſentaneum. in §. oppoſitio. C. quomodo, & quãdo iud.
in l. fi. C. de fideicommiſſ. in l. cum quidam. §. quod dicitur. cir
ca fin. ff. de acquiren. hæred. Alex. in conſ. 50. vol. 5. Aretin. in
* conſ. 132. Corn. in conſ. 83. Dec. qui hanc * eſſe cõmunem opi
nionem affirmat in conſ. 402. in cauſa Illuſtriſſ. Principis. nu.
15. colum. fin. verſ. ex quibus patet, & in conſ. 472. & in conſ.
142. Barbat. in conſ. 43. vol. 1. Curt. conſ. 39. & Alexand. aſſe-
uerauit in l. poſt dotem, num. 29. ff. ſoluto matrimon. alios re-
fert Dec. in l. 2. §. mutui. nu. 9. ff. ſi cert. petatur. & alios plures
recenſet Neuiza. in conſ. 45. nu. 7. & conſ. 66. nu. 31. late Pur-
puratus in l. 1. nu. 134. vſque ad 140. ff. ſi cert. petat. & Socin.
conſ. 150. nu. 39. volum. 1. & in conſil. 27. num. 10. eod. volu. 1.
* & de * communi atteſtatur Pet. de Rauen. in tit. de cõſuet. ſe-
ctio. 5. num. 16. Stephan. Bertrand. in conſil. 181. circa proceſ-
ſum cauſæ, colum. 6. num. 15. verſ. & licet Bar. lib. 3. Coraſ. in
tractat. de commun. opin. tit. 7. nu. 2. & videas late proſequen
tem Pariſ. in conſ. 25. nu. 16. & 17. & 18. volum. 1. Nam ſtylus,
& conſuetudo eſt mutabilis, vt ex allegatis per Pariſ. in conſ.
2 31. nu. 15. cum ſeq. lib. 1. & † conſuetudo cum ſit facti proban
da eſt, vt idem voluit Pariſ. in conſ. 158. numero 21. cum ſeq.
** lib. 4. & iſtam eſſe veriorem, & ** magis communem opinio-
nem cenſuere recentiores Pariſienſes in tractat. de euict. nu.
33 & 38 vt refert ſequendo, & alios plures adducendo Burſ.
in conſ. 16. num. 37.

Digitized by Google

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam ſi non modo
3 vnus, † ſed plures Dd. atteſtentur de conſuetudine. Alex. in
d. l. poſt dotem. ff. ſolut. matrim. deci. Neapolit. 176. in 2. du-
bio. in 1. difficult.
4 Contrariam ſententiam † quod imo credatur, ſequutus eſt
Bart. in l. de quib. col. 9. poſt nu. 21. & Caſtr. ff. de leg. & refert
Dec. referens alios in conſ 540. Quæritur in effectu. nu. 8 & 9.
* vbi atteſtatur de * communi, & in conſ. 159. nu. 6. vbi pariter
* de * communi. Bal. in c. cum dilectus. de conſuet. col. 2. Guid.
Pap. q. 139. Caſſa. in conſ. 64. col. 5. & quãplures alij, quos con
gerit Anton. Gab. de probat. concluſ. 4.
** Prior tamen opinio eſt communiter, & magis ** recepta
paſſim à Dd. & ſecundum prædictam opinionem iudicarunt
Domini de Rot. in vna Barchionen. hæred. de anno 1536. 23.
Iunij, vt per Moed. in deciſ. 206. & in alia 27. nu. 16. licet ſub
alio numero.
Primo limita, & intellige non procedere priorem opinio-
5 nem quoad præſumptionem inducendam, † vt onus proban-
di contrarium transferatur in aduerſarium, nam tunc bene ſta
tur, vt ſenſit Dec. in l. 2. §. 1. col. fi. poſt nu. 8. ff. ſi cert petat. &
in conſ. 410. in fi. nu. 8. & in cõſ. 559. col. 2. n. 5. & ſeq. & in conſ.
691. circa fi. poſt nu. 12. & 13. & in conſ 694 poſt n. 3. & 4. col.
1. cui accedit Curt. iun. in conſ. 60. col. 4. circa med. poſt nu.
* 5. vbi de * communi atteſtantur Gozad quoque conſuluit in
hanc ſententiam in cõſ. 59. col. 4 in princ. poſt nu. 18. Soc. iun.
conſ. 60. nu 10. lib. 2. Rolan. à Val. meminit in conſ. 87. nu. 12.
lib. 2. Craner. placuit in conſ. 166. nu. 9 & Menoch. de arbitr.
iud. lib. 2. cent. 4. caſu 360. nu. 93. & 94. & Grat. in conſ. 111.
nu. 53. vol. 2. Ruin. in conſ. 111. vol. 5. Gomeſ in c. 1. de conſt.
in 6. Loffred. in conſ. 42. Bertrand. in conſ. 144. vol. 3. & conſ.
* 181. vbi de * cõi atteſtatur. vol. 3. & in conſ. 290. vol. 2. & in
* conſ. 124. vol. 1. & in conſ. 141. vbi hanc dicit eſſe * communẽ,
* vol. 2. Pariſ. qui hanc communẽ * eſſe affirmat in conſ. 25. vol.
1. & conſ. 31. vol. 1 & conſ. 158. vol. 4.
6 Secundo limitabis non habere locum, † quando Dd. atteſta
rentur de conſuetudine vigente in locis, & curijs, ac officijs,
in quibus dicti Dd. verſati ſunt, non autem in alijs, vt ad id
multa congeſta fuere à Burſat. in conſ. 43. nu. 57. & plurimos
collegit Gab. in concl. 4. de probat.
7 Hinc ſequitur alia concluſio, † vt ſcilicet pro Doctore præſu
matur, vt tradit Marian. Soc. in conſ. 39. nu. 29. vol. 2. vbi teſta-
tur Bolognet. in auth. habita col. 15. C. ne fil. pro par. qui di-
cit, quod ſi delictum aſcribatur duobus, quorum alter ſit Do-
8 ctor, præſumitur ab illo patratum, † qui nõ ſit Doctor, & idẽ
ſubdit, actum à geſtum à Doctore, qui iuſtus, & iniuſtus habe
* ri poteſt, præſumi iuſtum propter eius perſonam, quod & ea
confirmant, quæ obſeruauit Abb. in c. cũ in iuuentute. de præ-
ſumpt. & quę animaduertere Guid. Pap. in ſuo tract. de præ-
ſumpt. col. 3. & alij relati ab eodem Soc. in d. conſ. 39. nu. 39.
9 Hinc infertur, & ampliatur, vt pro Doctore † præſumatur
quod ſit doctrina præditus, per l. vnicã. C. de profeſſoribus,
qui in vrbe Conſtant. li. 12. & in l. 1. §. ideoque. C. de Iuſtin. C.
compon. & refert Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſum.
19. num. 2.

CONCLVSIO DXXX.

ARGVMENTVM.

Dolor cordis, & mæſtitia ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 Dolor cordis & mæſtitia probatur ex aſpectu, & vultu alicuius.
2 Cor hominis vt plurimum immutat faciem illius, ſiue in bonum, ſiue in malum.
Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. ibid.
3 Vultus eſt ſermo quidam tacitus mentis.
Vultus ſenſus animi indicat, imagoque eſt animi vultus, & indices oculi. ibid.
4 Timanthis pictoris Iphigenia pictura.
5 Antiphili pictoris Hippolyti pictura.

1 DOlorem cordis † & męſtitiã probari ex aſpectu, & vultu
alicuius, auctor eſt Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. verſ. quæritur
ſecundo. de erogatio. mil. ann. lib. 12. quod probat auctorita-
te li. 2. Machabeo. c. 3. nam cor hominis, vt plurimum immu-
2 tat faciem illius, ſiue in bonum, † ſiue in malum, vt Eccleſiaſt.
13. in fin. & facit illud Eccleſiaſt. c. 19. ex viſu cognoſcitur ſen-
ſatus, atq; huc ſpectat l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. & il-
3 lud Saluſtij in Catilinaria, prorſus in facie, vultuq; vecordia
3 inerat: nam, vt ait Cicero in Piſonem. † Vultus eſt ſermo qui-
dam tacitus mentis. Vultus enim, vt idem inquit in 2. de orat.
ſenſus animi indicat, imagoque eſt animi vultus, & indices
oculi, vt idẽ aſſeruit in 3. de orat. hinc eſt, quod Menelaus in
Iphigenia Aulidenſi iubet in primis, vt Agamemnon obtuea
tur ſeſe, videlicet ex vultu, & aſpectu facti collecturus primũ
4 argumentum. Vnde etiã Timanthis pictoris Iphigenia † lau-
dibus oratorum tantopere celebratur, quam pinxit ad aram
ſtantem, iamq; Dianæ immolandam; & cum omnium aſtantiũ
ex vultu animi dolorem pinxiſſet, omnemq; triſtitiæ imaginẽ
conſumpſiſſet, cũ patris mœſtitiam ex vultu digne effingere
non poſſet, velo caput obduxit. Quam etiã egregie Antiphi-
5 lus Aegyptius pictor clariſſimus † Hippolyti metum ob tau-
rum emiſſum ex aſpectu effinxerit, teſtatur Plinius apud Vo-
laterra. lib. 13. c. 3. Anthrop.

CONCLVSIO DXXXI.

ARGVMENTVM.

Dolus an vere probari poſsit, & ex quibus probetur.

SVMMARIA.

1 Dolus vere probari non poteſt, cum in animo conſiſtat.
2 Dolus ex coniecturis, & præſumptionibus probari debet.
3 Dolus probatur præſumptiue, & non neceſſario.
Quæ conſiſtunt in faciendo, probantur ex præſumptionibus ibidem.
4 Dolus eſt difficilis probationis & probatur per leuiores probationes.
5 Coniectura, & præſumptiones licet non probent ſui natura, tamen in his, quæ occul-
te fiunt, plenam probationem faciunt.
6 Dolus debet eſſe euidens in caſibus, in quibus requiritur, ad hoc, vt quis incidat in
aliquam pœnam.
7 Coniectura, & indicia ad probandum dolum debent eſſe perſpicua, id eſt, vt non poſ-
ſint accipi, niſi in malam partem ſecus, vt ibidem.
8 Actus inebriandi aliquem non poteſt interpretari, niſi in malum.
9 Dolus debet probari manifeſtiſſimis indicijs perſpicuis & claris.
10 Indicia perſpicua quæ ſint, cum ius non declaret, ſtatur arbitrio iudicis.

1 DOlus vere probari non poteſt, † cum in animo conſiſtat;
ſic colligitur ex reſcripto Imperatorum Diocletiani, &
Maximi. in l. dolũ. C. de dolo. & reſpõſum fuit à Corn. in cõſ.
140. num. 9. & 10. Etenim difficilis eſſe probationis decidit
Boer. q. 100. nu. 3. & 4. & Iaſ. conſuluit idem in conſ. 141. col.
3. lib. 4 quos refert nunquam ſatis laudatus Iacob. Menoc. de
arbitr. iudic. cent. 2. caſu 116. nu. 21. ſcripſit diffuſæ Carrer. in
pract. crim. §. homicidij aũt ſpecies. nu. 30. verſ. ſed qualiter.
2 Hinc fit, vt ex coniecturis, † & præſumptionib. probari de-
beat, vt habemus ex d. l. dolum. cum ſimilibus, & cauit Ruin.
in conſ 4. nu. 10. vol. 1. & in conſ. 73. nu. 1. & 9. vol. 2. quod &
comprobauit Marian. Socin. in conſ. 77. n. 46. vol. 1. & idem in
conſ. 129. nu. 68. eodem vol. 1. cui ſententiæ nonnulli alij adhę
ſere, vt Andreas Barba. in conſ. 17. clemẽtiſſimi Dei, col. 6. poſt
nu. 28. verſ. & præmitto. vol. 2. & in conſ. 73. nu. 3. vol. 3. & Pa-
riſ. conſ. 75. nu. 31. vol. 1. & in conſ. 89. nu. 29. eo. vol. 1. & in cõſ.
78. num. 23 vol. 4. & in conſ. 149. nu. 21. eo. volum. 4. & Ruin.
in conſ. 4. nu. 10. vol. 1. & Franciſc. Burpurat. in l. 1. nu. 128. ff. ſi
3 certum petat. vbi ait † dolum probari præſumptiue, & nõ ne-
ceſſario, atque Paul. Caſtrenſ. in l. quod Nerua. nu. 3. ff. depoſi-
ti, inquit, probari ex præſumptionibus, quæ conſiſtunt in fa-
ciendo. Dolum vero eſſe difficilis probationis, refert Burſat. in
conſ. 40. nu. 63. & Menoc. de arbitr. iud. centur. 2. caſ. 116. nu.
4 21. † & quod probetur per leuiores probationes, tenet Corn.
in conſ. 124. nu. 4. vol. 3. quem refert, & ſequitur Alber. in conſ.
77. nu. 9. & tradidit Petr. Antiboli in tract. de muneribus. §. 4.
nu. 13. verſ. indicijs enim. quæ quidem coniecturæ, & præſum-
5 ptiones licet non probent ſui natura, † tamen in his, quæ oc-
culte fiunt plenam probationem faciunt, vt voluit Fedet. de
Sen. in conſ. 219. nulli dubium. Anto. de Butr. in c. veniens. de
teſtib. Alex. in conſ. 53. viſo themate ſupraſcripto. nu. 1. lib. 2.
quos ſequitur, & refert Grat. in conſ. 61. in cauſa Franciſc. de
Vrſis nu. 15. lib. 5.
Primo velim limites, & intelligas prædicta non procedere
6 in caſibus, † in quibus requiritur dolus ad hoc, vt quis inci-
dat in aliquam pęnam, nã tunc talis dolus debet eſſe euidens,
vt conſulendo placuit Aretin. in conſ. 89. & tradidit Boſſ. in ti
tul. de conuictia. nu. 56. & id potiſſimum, quando imponitur
pęna, quæ ad corpus ſpectet, vt videre eſt ex multis congeſtis
* à Burſat. in conſ. 77. n. 13. & 14. vbi de * communi atteſtatur,
& in conſ. 94. nu. 8.

Secun-

Digitized by Google

Secundo limitabis, & intelliges, vt prædictæ coniecturæ, & indicia debeant eſſe perſpicua, id eſt, vt non poſsint accipi,
7 † niſi in malam partem, vt auctor eſt Pau. de Caſt. in d.l. dolum ex indicijs. C. de dolo, nu. 1. & ibi glo. in verb. conuenit, vbi affert exemplum in ſcholaribus Hiſpanis, qui inuitauerunt neſcio quem ad prandium, ipſumque multo vino obruerunt, vt inducerent ad fideiubendum pro eis, nam ille actus
8 inebriandi, † non poteſt interpretari, niſi in malum, quod patet ex eo, quod poſtea fecerunt, quibus & illud ſuffragatur, quod notat Marian. Socin. in conſ. 37. nu. 27. vol. 2. vbi inquit, manifeſtiſsimis indicijs debere dolum probari, quod vero
9 probandum ſit † ex indicijs perſpicuis, id eſt, claris, & manifeſtis, tenent etiam Crauet. in conſ. 8. nu. 1. cum ibi allegat. & Grat. in conſ. 30. nu. 10. vol. 2. & Calcan. in conſ. 24. & 1. colum. 4. verſ. quarto pro hoc facit.

10 Quæ autem ſint indicia perſpicua ius non declarat, † idcirco iudicis arbitrio ſtatur, vt colligitur ex cap. de cauſis. de offic. delegat. & ex l. 1. ff. de iure deliberandi, & refert Corn. in conſ. 140. num. 10. lib. 2.

CONCLVSIO DXXXII.

ARGVMENTVM.

Dolus regulariter an præſumatur, & quibus modis.

SVMMARIA.

1 *Dolus regulariter non præſumitur.*
2 *Quilibet præſumitur bonus, non autem doloſus.*
3 *Dolus non præſumitur præſertim in rebus modicis.*
4 *Dolus non præſumitur, ſi quis ex facto, vel ex aſſerto dolo non eſſet recepturus commodum aliquod.*
Dolus non præſumitur in ſubdito contra Principem, ibid.
5 *Dolus non poteſt præſumi, quando arbiter laudauit ex conſilio ſapientis.*
6 *Dolus non præſumitur, vbi eſt præſentia conſanguineorum.*
7 *Dolus non præſumitur, quando interuenit præſentia iudicis, & ipſius auctoritas, nec quando actus ſit publice, & palam.*
8 *Doli præſumptio ceſſat, quando quis mandato iudicis facit.*
9 *Dolum allegans probare debet.*
10 *Dolus præſumitur, quando actus per ſe eſſet illicitus.*
11 *Dolus in dubio non præſumitur, nec animus committendi delictum ſi pater percuſſerit filium.*
12 *Dolus tunc non præſumitur, quando quis facit actum, qui fieri eſt ſolitus, licet ſit illegitimus.*
13 *Furtum, vel incendium præſumitur euenire propter dolum, & culpam male cuſtodientis.*
14 *Cuſtodi incumbit onus probandi caſum furti, vel incendij eueniſſe ſine dolo, vel culpa ſua.*
15 *Dolus præſumitur, ſi alicui fuerit tradita valiſia, & ille reſtituerit abſque ſigno.*
16 *Dolus præſumitur in Notario, qui omiſit ſolemnia requiſita in teſtamento, ſiue inſtrumento.*
17 *Dolus in dubio regulariter non præſumitur in notario.*
18 *Dolus præſumitur in actu, in quo ſolemnia requiſita fuerunt adhibita.*
19 *Dolus præſumitur in eo, qui mendacium dixerit.*
20 *Ex mendacio doloſo indicium fit ad torturam.*
21 *Dolus in mendace non præſumitur, quando ex mendacio nullum commodum conſequitur.*
22 *Dolus non præſumitur ex actu, à quo quis commodum non ſentit.*
23 *Dolus præſumitur ex fuga contra fugientem.*
24 *Dolus præſumitur quando quis non facit, quod facere debet vel obligatus eſt.*
25 *Dolus præſumitur, quando quis aliquem in pretio læſerit vltra dimidiam.*
26 *Enormis læſio videtur à iuramento excepta & ſiue ſit minor, ſiue maior poteſt contrauenire.*
Pares ſunt, quod interueniat dolus re ipſa, vel ex propoſito, ibidem.
27 *Dolus ex enormi læſione præſumitur.*
28 *Dolus non præſumitur, niſi læſio ſit enormiſſima in toto vel quaſi.*
29 *Dolus non præſumitur, neque iuſiurand., ſi læſio ſit citra medium.*
30 *Dolus præſumitur contra arbitros lædentes enormiter aliquem ex partibus, etiamſi eſſet data poteſtas ipſis pronunciandi prout eis videbitur.*
31 *Dolus præſumitur ex enormiſſima læſione, etiamſi expreſſe ipſi eſſet renunciatum.*
Abſolutio à iuramento petiſt pars non obſtante renunciatione enormiſſimæ læſionis, ibidem.
32 *Dolus præſumitur contra contrahentem, qui tacet aliqua, quæ ſi expreſſiſſet, alius veriſimiliter contractum non feciſſet.*
33 *Dolus præſumitur contra vendentem rem feudalem, ſi tacet qualitatem feudi.*
34 *Doli ſuſpicio eſt contra ſententiam, quæ quis diu tacuit, & occultauit.*
35 *Dolus præſumitur contra veritatem tacentem in reſcripti impetratione.*
36 *Dolus præſumitur contra tacentem beneficium ſibi competens.*
37 *Dolus non ſolum præſumitur ex taciturnitate, ſed etiam ex falſa expreſſione, & offenſione.*
38 *Dolus præſumitur, ſi quis fidem, & promiſſa non impleuerit.*
39 *Dolus præſumitur ex propoſito, ſi quis alicui maxime minori perſuaſerit, vt aliquid faceret.*
Perſuaſor ille dicitur, qui aliquid perſuadet ad ſui commodum, ibid.
40 *Vnica perſuaſio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco coactionis, & compulſionis.*
41 *Dolus præſumitur contra eum, qui eodẽ puncto temporis omnia facienda curauerit.*
42 *Dolus præſumitur, quando quis non vtitur remedijs opportunis ad actum, quem agit.*
43 *Dolus præſumitur etiam, quando aliquis actus fit in loco occulto, vel tempore nocturno.*
44 *Dolus contra eum præſumitur, qui contrahit in domo alterius, & cum perſona domeſtica.*
45 *Dolus præſumitur contra tranſeuntem per viam non rectam, & inuſitatam.*
46 *Dolus præſumitur etiam contra minorem, militem, mulierem, & ruſticum, ſi aliquid agant occulte, licet tractent de damno euitando.*
47 *Dolus præſumitur, quando quis leges tranſgreditur.*
48 *Dolus præſumitur, quando quis contra iura mercatur.*
49 *Dolus etiam præſumitur in eo, qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris.*
Voluntas teſtatoris pro lege habetur, ibid.
50 *Dolus præſumitur etiam contra eum, qui ſcienter facit rem prohibitam.*
51 *Tutor vendens bona pupilli ſine cauſa præſumitur in dolo, quia facit rem prohibitã.*
52 *Dolus contra eum præſumitur, qui ſpreta prohibitione, ſeu denunciatione ſibi facta, ne quid tale faceret, illud fecit.*
53 *Dolus præſumitur, quando actus communiter habetur licitus, & conceſſus.*
54 *Dolus præſumitur etiam contra ſcientem futuram ſibi prohibitionem, vel denunciationem, & tamen illud facit.*
55 *Dolus præſumitur etiam in eo, qui alienat rem ſubiectam reſtitutioni.*
56 *Dolus præſumitur contra eũ, qui aliquid facit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet.*
57 *Dolus præſumitur, & prauus animus etiam quando quis aliquid facit in re ſua, & ſumptibus ſuis, ſi talis fabrica ei nihil proſit, & alteri noceat.*
58 *Dolus præſumitur contra accuſatorem, qui aliquid obijcit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet.*
59 *Dolus præſumitur contra eum qui nimium procraſtinat proponere, vel excipere aliquid in iudicio.*
60 *Dolus præſumitur in eo, qui conſumit rem alienam.*
61 *Dolus in eo præſumitur, qui cum iactura alterius lucrum quærit.*
62 *Vitricus ſi aliquid fecerit ad ſui commodum cum priuigno ſuo, præſumitur dolo, & fraude feciſſe.*
63 *Dolus præſumitur contra tutorem, qui alienat bona pupilli ſine cauſa.*
64 *Dolus contra tutorem præſumitur, ſi non poſuerit in inuentario, quæ ponere tenebatur.*
65 *Tutor alienans rem magni pretij, non caret dolo, ſi modici erat ſufficiens.*
66 *Dolus tutoris arguitur, etiam ſi non confecerit librum rationum adminiſtrationis.*
67 *Tutor in dolo præſumitur etiam ſi non reddiderit rationes adminiſtrationis, atque etiamſi omiſerit ſcribere pecunias exactas.*
68 *Dolus præſumitur contra illum, qui aliquid agit confuſe, & ſub inuolucro nulla cauſa, cui ita facit expreſſa.*
69 *Dolus contra illum præſumitur, qui non facit certiorem alium de iuribus ei competentibus.*
70 *Dolus contra eos præſumitur, qui apud Principem generalibus verbis vtuntur, ipſum de omnibus ſigillatim certiorem non faciendo.*
71 *Dolus præſumitur contra eum, qui ſcit ad aliquid ſe teneri, & non facit.*
72 *In dolo præſumitur, & dicitur eſſe, qui ſcit, teneri ad ſolutionem pedagij, & illud non ſoluit.*
73 *Dolus præſumitur, quando quis prius aliquid tractauit facere.*
74 *Metus præſumitur ex tractatu præcedenti, ſi probetur interueniſſe tractatum de cogendo aliquem per metum ad contrahendum matrimonium.*
75 *Dolus præſumitur, quando quis aliquem actum inſolitum facit.*
76 *Dolus præſumitur contra eum, qui aliquid aſſerit, aut affirmat, quod ignorat.*
77 *Dolus nunquam in eo eſſe præſumitur, ad cuius vtilitatem actus, quem fecit, non cedit.*
78 *Dolus præſumitur contra eum, qui propoſita, & obiecta non probat.*
79 *Dolus in arbitris præſumitur, qui ratum fieri laudum curant, antequam illud legatur.*
80 *Dolus in eo præſumitur, qui id omittit, ad quod ſcit, aut ſcire debet ſe neceſſario ratione officij ſui teneri.*
81 *In dolo eſſe dicitur, qui petit aliquid nomine ſuo, quod reſtituere tenetur; ſicut ſi petat nomine alterius, vt ibi.*
82 *Dolus in hærede præſumitur, ſi poſt motam ſibi hæreditatis controuerſiam legata ſine cautione de reſtituendis legatis è dicta hæreditate perſoluat.*
83 *Dolus in eo etiam præſumitur, qui vendicat rem, quam vendi mandauit.*
84 *Dolus in eo præſumitur etiam, qui non reſtituit, quod debet reſtituere.*
85 *Dolus in eo etiam præſumitur, qui agit ex ſtipulatione ſine cauſa concepta.*
86 *Dolus præſumitur in eo, qui perſeuerat petere id, quod legitima exceptione elidi põt.*
87 *Dolus in eo præſumitur, qui contra æquitatem ſcienter aliquid facit.*
88 *Dolus præſumitur, qui conſtitutiones Principis ſe ignorare dicit.*
89 *Dolus in eo præſumitur, qui non obtemperat Imperio Magiſtratus.*
90 *Dolo caret, qui iudicis præcepto paret.*
91 *Dolus præſumitur in fideiuſſoribus, qui rem pignori obligatam emunt à creditore.*
92 *In dolo hæres præſumitur, qui rem hæreditariam emit à creditore propter vinculum fraternitatis.*
93 *In filio, & coniunctis, qui rem hæreditariam emunt à creditore, non præſumitur dolus.*
94 *Dolus in eo præſumitur, qui non edit totum id, quod edere debet.*
95 *Dolus in eo præſumitur, qui appellat extra iudicium, & appellationem non proſequitur intra annum.*
96 *Dolus præſumitur in eo, qui varie reſpondet.*
97 *Dolus præſumitur contra matrem, quæ iurauit filium eſſe maiorem, & reperiatur minor.*
98 *Dolus præſumitur contra præſentem, nec reſiſtentem delicto cum poſſet.*
99 *Dolus præſumitur in teſtibus ſingularibus.*
100 *Dolus in poſſeſſore præſumitur, qui deſijt poſſidere poſt datum libellum, vel poſtquam actor dixit ſe daturum.*
101 *Dolus præſumitur in abſente, qui tenetur aliquid facere, & abeſt, in citato perſonaliter, & poſtea ſe abſentante, in debitore obligato ad ſoluendum certo loco, & tempore, ſi ibi non ſit præſens.*
102 *Dolus præſumitur contra occupantem etiam vacuam poſſeſſionem, niſi continuo probet ſe dominum.*
103 *Dolum arguit inſolita cautela.*
104 *Dolus præſumitur, quãdo aliquid fit inter perſonas prohibitas, vel tempore prohibito.*

105 *Dolus*

Digitized by Google

305 *Dolus in eo præſumitur, qui aperit tabulas teſtamenti ante iudicium defuncti.*
306 *Dolus patris præſumitur, ſi filio proprio excluſo ſi ve parentem inſtituerit.*
307 *Actus inſtitutiones patris accipiendus potius eſt in meliorem partem, ſi filius dives ſit, & ſolus: pater vero pauper, & multis filijs, ac filiabus onuſtus.*
308 *Dolus præſumitur ex proteſtatione, & nimia diligentia.*
309 *Dolus arguitur ex eo, quod quis contrahit cum luſore, & diſſipatore.*
310 *Dolus in eo præſumitur, qui pro parva quantitate inducit aliquem ad renunciandum amplum fideicommiſſum.*
311 *Dolus præſumitur in emptoribus, ſi emerint ab illis, qui ignorant bonitatem poſſeſſionis.*
312 *Dolus præſumitur in venditore, qui rei ſua vires, vel bonitatem nimiam cum ſciret, non patefecit emptori.*
313 *Dolus præſumitur in carcerum cuſtodibus.*
314 *Dolus in eo præſumitur, qui fallendi cauſa obſcure loquitur, & qui inſidioſe obſcura diſſimulat.*
315 *Dolus in eo præſumitur qui ignorat id, quod omnes intelligunt.*
316 *Dolus præſumitur in proceſſu propter ſequentia.*
317 *Dolus præſumitur ex denegatione inventarij*
319 *Dolo ſo, & malo animo in dubio præſumitur feciſſe quis homicidium, aut aliud crimen ab illo aliàs paratum iterum perpetrat.*
319 *In dolo eſſe dicitur, qui conventum obſervat, nec adimplet, ſin contravenit.*
320 *Dolus in iudice præſumitur, qui errat in iure.*
321 *In dolo eſt, qui potuit denunciare, & non denunciavit.*
322 *In eo dolus præſumitur qui per iniuriam verberat.*
323 *Dolus ex brevitate temporis præſumitur.*
324 *In dolo mercator præſumitur, qui dedit fideiuſſorem, qui continuo fugam arripuit.*
325 *Dolus præſumitur, eo ipſo, quod quis habuit res ſuas ſalvas, & alteras amiſerit.*
326 *Dolus in eo præſumitur, qui peculium intricat, ſeu adimit, vel transfert in alium id, de quo ſuſpicabatur.*
327 *Dolus præſumitur ex ratione vicinitatis actuum, & ex multis etiam ſimul iunctis.*
328 *Dolus præſumitur in maiori potente productionem teſtium poſt dedicta teſtificata.*
329 *Dolus in eo præſumitur, qui contra iura mercatur.*
330 *Non eſt in dolo, qui contra iura ignoranter mercatur.*
331 *Dolus non præſumitur in ruſtico contra iura mercante.*
332 *Ruſticus, qui emit rem non ſervata forma ſtatuti non præſumitur mala fide emiſſe.*
333 *Dolus in eo præſumitur, qui valiſiam ſine ſigno reddit, qua cum ſigno poſita fuerat apud eum.*
334 *Dolus præſumitur ex violentia.*
335 *Dolus præſumitur in eo, qui amittit capere ex inſtitutione, & capit ex ſubſtitutione alterius.*
336 *Dolus in eo præſumitur, qui ſcit factum, & facit contra ius.*
337 *Dolus præſumitur in delicto, ut in incendio ſi inimicitia præceſſerit.*
338 *Dolus præſumitur ratione qualitatis perſonæ percutientis, & qualitatis inſtrumenti, quo eum percuſſit.*
339 *Dolus præſumitur ex percuſſionibus ſi quis vulneratur circa tredecim.*
340 *Dolus in pronunciationibus mulierum præſumitur ſi offerant ſe laſas in magna quantitate.*
341 *Dolus præſumitur in literis iuſtitia, vel parva gratia.*
342 *Dolus præſumitur in ijs, qui famoſos & publicos malemeritos recipiunt.*
343 *Dolus facile præſumitur inter perſonas ſuſpectas.*
344 *Dolus præſumitur ex qualitate perſonæ.*
345 *Dolus præſumitur, ubi quis pro debito laditur.*
346 *Dolus in argentario præſumitur, qui tenuit librum in locis inſolitis.*
347 *Dolus præſumptionem inducit ſaltem, & ſubitatio ſubſequuta poſt proteſtationem.*
348 *Dolus in adminiſtratore præſumitur, qui facit aliquid ad incommodum eius, cuius bona adminiſtrat.*
349 *Dolus præſumitur in eo, qui non eſt proſequutus quod debuit.*
350 *In dolo eſt, qui non providet ea, quæ providere debebant.*
351 *Dolus præſumitur in eo, qui eſt futura vita præparatio.*
352 *Dolus præſumitur ex alienatione omnium bonorum à minore & muliere facta ſine ſolemnibus à iure requiſitis.*
353 *Dolus præſumitur eo ipſo, quod quis creditum non exolverit.*
354 *Dolus præſumitur in his, quæ committuntur iudicis arbitrio, quando eſſet exceſſus indignus.*
355 *Dolus præſumitur in omni invaſore, & turbatore.*
356 *Dolus in eo præſumitur, qui occultat rationes, ſcripturas, & huiuſmodi.*
357 *Dolus præſumitur in eo, qui aliena nomine vendidit minus iuſto pretio.*
358 *Dolus præſumitur ex malo effectu ſequuto.*
359 *Cuius effectus malus eſt, eius quoque voluntas mala præſumitur.*
360 *Dolus præſumitur in tutore extorquente quietationem ab olim pupillo, aſſerendo ſe rationem reddidiſſe, & reliqua ſolviſſe.*
361 *Dolus præſumitur in muliere renunciante ſine conſenſu propinquorum.*
362 *Dolus contra eum arguitur, qui promiſit aliquid, ſciens ſe ſolvendo non eſſe.*
363 *In dolo eſſe videtur, qui ab alio petit id, quod fieri nullo modo poteſt, aut etiam difficile eſt factu.*
364 *Dolus in eo præſumitur, qui admittitur peritia ſua.*
365 *Dolus non videtur carere depoſitarius, qui non expendit pecuniam depoſitam in re immobili, ut promiſerat.*
366 *In dolo non eſt depoſitarius, ſi per iſtum non ſtetit, quin pecunia inveſtiretur in re immobili.*
367 *Dolus præſumitur ex amiſſione omnium bonorum.*
368 *Dolus præſumitur in eo, qui diſſimulat præſentia, & denunciat futura.*
369 *Dolus præſumitur in arbitrando ex eo, quod quis aliter arbitratur, quam oportet.*
370 *Dolo præſumuntur fieri, quæ fiunt contra naturam.*
371 *Dolus in illo præſumitur ex inſtrumento dotis facta poſt cohabitationem viri & mulieris.*
373 *Dolus præſumitur, quando ſupponitur tertia perſona ad contrahendum.*
374 *Dolus præſumitur in eo, qui contra propriam confeſſionem petit, quod ſibi non debetur.*
375 *Dolus præſumitur in eo, qui cum prohibeatur, per interpoſitam perſonam emit.*
376 *Dolo deſiiſſe poſſidere dicitur ille, cui fuit nunciatum, ne alienaret, quia cogitabat quantum contra eum agere ad rem.*

1 DOlum regulariter non præſumi † teſtis eſt mihi locuple-
tiſſimus Vlpia.in l.quoties.§.qui dolo.ff.de probatio.&
Arian.in l.non omnis. § à barbaris. ff.de re milit. & teſtatur
Imper.Alex.in l.quod adhibitis.C. de his.q ſibi aſcrib. in re-
ſtamen.ibi,in quam te credo magis errore , quam malitia in-
cidiſſe.quem cõtext.dixit eſſe obſeruatione dignum Bald.in
l.1.in fi.ff.de leg.& in l.obſeruare. §.proſiſci.q.39 ff. de offic.
proconſ.& legat.cui accedit Iaſ. in l.ſi per errorem.nu. 10.ff.
de iuriſdict.omnium.iudi.iſtis ſe ſubſcripſit Hippolyt. Marſ.
in l.de falſis.n.7.& l.qui ignoras.n.9. ff.eod.tit. reſponderunt
quoq; in hanc ſententiam Alex.in conſ.65. habita ſuper con-
tẽtis.nu.11.vol.1.& in conſ.27. in cauſa,& lite. in princip.vol.
2. atque Dec. in conſi.175. in cauſa falſitatis nu.5.& decidit
Thom. Gramm.in dec.60.in cauſa excellentis Comitis. nu.6.
pulchreq; Bart.in l.ſi librarius.ff.de regul.iur.ex recentiorib.
poſtremo loco tradidit Franciſ.Mantic.de coniect. vlt.volũt.
lib.2.tit.7.n.1.atq; Andr.Gail.de pace publica, lib.1. c.7.in.
12.& D.Octau. Vulpell.in conſ.127.nu.2. atque Crot.in conſ.
307.nu.3.lib.3.nec ab hoc fuit alienus Franciſ.Marzar.in cõſ.
2 21.verſ.quia regulariter.nam † quilibet præſumitur bonus,nõ
autem doloſus, vt habemus ab eodem Vlpian.in l.merito. ff.
pro ſocio.l.omnimodo.C.de inoffic.teſtamen. cap fi.de præ-
ſumpt.& quod non præſumatur, poſteriores noſtri Iuriſcon-
ſulti ſenſere tum profitendo,tum etiam conſulendo, vt Caſtr.
in l.ſi quis ex argentarijs. §.prætor.nu. 7.ff.de eden.cũ ibi al-
leg.& Crau.in conſ.8.n.1.cum ſeq.Soc.conſ.277. Viſis publi-
co inſtrumento.col.3.in princ.verſ.ex quib patet.lib.2.Corn.
conſ 63.col.3 circa fi.lib.3 Crau.in conſ 319.n.1.Nicol.Eue-
rar.in conſ.97. Viſis actis coram D. Decano, col.2 verſ. nec
3 pręſumitur dolus.pręſertim in † rebus modicis,*vt ait Abb.*in
c.accedens.n.2.de crimi.falſi,quod etiam idem eſt, ſi quis ex
facto,vel ex aſſerto dolo nõ eſſet recepturus commodum ali-
4 quod,quoniam in hoc caſu non præſumitur † dolus,vt ex ad-
ductis per Marian.Soc.cõſ.37.n.10 vol.1. & ex allatis à Burſ.
in conſ.40.n.63.& præcipue in pœnalibus, argumen.ſi ita le-
gatur. §.ſpecies.ff.de legat.2.& tradidit Cran.in conſ 244.n.
5. & maxime in ſubdito contra Principem , ad quod multa
congerit Burſ.in d.conſ.94.nu.9.Nec itidem poteſt præſumi
5 dolus,quando † arbiter laudauit ex conſilio ſapientis, vt ait
Flor.in l.regula,§ ſed & iuris.ff de iuris & facti.igi or & in l.
bonorum & ibi Bart.ff de bonor. poſſeſſ. neque ex eo dolum
6 quis præſumet, vbi † eſt præſentia conſanguineorum, ſic do-
cuit Bart.in l.fin.de reſtitur.in integrum. atque idem Bart. &
Bald.in l. tranſactionem.C.de tranſact. idem Bald.in l. Polla.
ff de ijs,quib.vt indig.& in l.1 C.ſi quis al.teſtamen prohib.
& Bart.in l.frater à fratre. ff.de condict. indeb.Socin.iun. in
cõſ.67.n.38.vol.2.Roman.in l.1. § fuit quæſitũ ff.ad Trebell.
7 & † etiam quando non interuenit præſentia iudicis,& ipſius
auctoritas, vt conſuluit Par.in conſ 52.nu.3.vol.4.nec quãdo
actus ſit publice,& palam,vt dixit ibidem Pariſ.num.31.Soc.
iun.in conſ. 67.nu.38. vol.2. nec etiam qui mandato iudicis
8 † facit,vt cautum eſt in regul.quod quis mandato.& ibi Dyn.
in prin.de regulis iur.in 6.nam cum neceſſe habeat parere ,
neceſſitas facit ceſſare præſumptionem doli. l.qui cũ maior.
§.ſi pater. ff.de bon.liber.& l.mater.C.de calum.quinimo in-
ducit præſumpt.contrariam,hoc eſt fraudis & doli non præ-
ſumendi,vt l.ſtipulatus. §.ſi lancem.ff.de ſolut.& l.quãquam.
in princip. ff. de aqua plu.arcen. & l.qui autem. § apud La-
beonem. ff.quæ in fraud. credit.vt Dyn.vbi ſupra refert. Et
quod dolus non præſumatur, notat etiam Pariſ.in conſ 49.n.
28 lib.1.& in conſ.13.nu.57.eod.vol.1. & in conſ.49. nu.28.
eod.vol.1.& in conſ.69.nu.43.Grat.in conſ.14.n.7. & in cõſ.
99.nu. 1.& in conſ.140.nu.15.vol.2.
9 Quapropter efficitur, † vt q dolũ allegat, probare debeat,
vt aſſeruit Caſtr.in d.l.ſi qs ex argentarijs.§.prætor.nu.7.ff.de
edẽ.& in l.trãſactionẽ.nu.2.C.de trãſa.& voluit Fulg.in l.do-
lũ,in princ.C.de dolo malo, & Dec.in conſ.256.nu.3.col.4.in
prin.& Mar.Soci.cõſ.98.nu.13.vol.2. Corn.in conſ.140.nu.9.
lib.x.Pariſ.in conſ.96.nu.67.& 68.vol.1.& in conſi.52.nu.27.
& 28.vol.4.& Fulg.in conſ.127.col.fi. ad quod etiam eſt con-
tex.in d.l.quoties.§.qui dolum.ff.de hæred.inſtitu.& in l.do-
lus.ff.mãda.& in l.dolum.C.de dolo.& in c.fi. de renuncia li.
6.idem ſenſit gl.in c.ſedes,& c.literis,de reſcript. cui accedit
Abb.in c.cum quidam.nu.5.de iureiur.poſt Bal.in l.nemo cle
ricus.C.de ſum.Trin.& fide catho.quod late proſequuti ſunt

Fel.

Fel. & Dec. in c. ſi aũt. col. 1. & 2. de reſcri. vbi congeſſere con-
cluſionẽ cum octo fallentijs, hanc eandem ſententiam proba-
nit Alc. in trac. de pſũp. reg. 3. pręſum. 2. nu. 8. Albe. de agnoſc.
aſſer. quæſt. 35. nu. 17. cum ſeq. & Cur. iun. in conſ. 179. num. 8.
10 Primo limita nõ procedere, † q̃ñ actus per ſe eſſet illicitus,
nã tunc dolus præſumeretur, vt tex. eſt not. in l. ſi nõ conuitij.
C. de iniur. tenuit Cor. cõſ. 93. viſo, & in cõſ. 360. viſo. vol. 3. &
aſſeruit And. Gail. de pace publ. li. 1. c. 7. nu. 13. vbi multos eiuſ-
dẽ ſniæ viros adducit, & ita Cępo. rñdit in conſ. 21. nu. 3. & in
conſ. 24. nu. 8. cum ſeq. & ex alleg. à Burſat. in conſ. 94. nu. 3. &
Pariſ. in conſ. 52. nu. 33. & in cõſ. 78. nu. 16. vol. 4. & vide lim. 6.
11 Sublimita, vt hoc non procedat, vbi veriſimilitudo † tolle-
ret iſtam præſumptionem, veluti ſi puer percuteret filium: in
dubio enim non pręſumeretur dolus, nec animus committen-
di delictum, vt eſt gl. ſingul. in l. 2. de ſica. conſideratur tamen
genus armorum, vt in d. l. 1.
Secundo loco ſublimitabis, qñdo cum actum faceret, qui
12 † fieri eſſet ſolitus, quamuis eſſet illicitus: non enim tunc pręſumitur dolus, vt docuit Bart. in l. ſi pignore. §. ſi. in prin. ff. de
pign. actio. quem refert, & ſequitur Hipp. Marſ. in conſ. 90. nu.
12. & in conſ. 100. nu. 12.
Secũdo limita, vt locũ non habeat in furto, vel incendio, q̃a
hæc præſumuntur euenire propter dolum, & culpam male cu-
13 ſtodientis, † vt traditum eſt in l. venditio. ff. de peric. & com-
mo. rei vend. not. gl. in l. ſi modo. ff. de leg. 1. & in l. 4. §. 1. ff. de
offi. proconſ. & leg. & ideo illi incumbit onus probandi illum
14 caſum eueniſſe ſine dolo, † vel culpa ſua, vt Pau. de Caſt. in d.
l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. nu. 7. cum ibi allega. & Io. de
Ana. conſ. 91. Rom. conſ. 401. eo præſuppoſito. & Ancha. conſ.
349. & ad iſtam limitationem pertinent, quę obſeruauimus in
Concluſione, Furtum, & in Concluſione, Incendium, & quæ
animaduertit prudentiſſimus iuris vtriuſque Iac. Menoch. in
15 tract. de arbit. iud. in cent. 3. caſu 208. nu. 33. † vbi ſi alicui fue
rit tradita valiſia, & ille reſtitueritabſque ſigno, ex illa ſigilli
amotione præſumitur dolus.
Tertio loco limitatur, vt non vera ſit concluſio in notario,
16 qui omiſit ſolennia requiſita in teſtamento, † vel inſtrumen-
to, vt l. iubemus. C. de teſtam. & ibi tradidere recentiores, &
Alex. in conſ. 73. non puto. col. 2. nu. 3. vol. 1. & in l. nulli. & ibi
Bar. nu. 2. C. de num. lib. 12. nam licet regulariter in dubio non
17 pręſumatur dolus † in notario, vt aſſeruit Alc. in tract. de pręſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. num. 9. tamen hoc non procedit in
omittente ſolemnitates inſtrumentorum, vt hoc idem multis
comprobat Alc. in d. præſump. 13. nu. 12. & Barb. in conſ. 8. col.
9. verſ. 1. iſta fuit monialis. vol. 4. motus auctoritate gl. ordin.
18 in l. 1. C. de fid. inſtr. & quod in actu, † in quo ſolennia requi-
ſita non fuerunt adhibita, dolus præſumatur, tradidit Rol. de
Curt. in conſ. 113. ſecundum ea. nu. 5. quod eſt poſitũ inter con
ſilia vlt. volum. à Io. Bapt. Ziler. collecta quæ quidem doli pręſumptio ceſſat, ſi adhibita omnia ſolennia requiſita, vt cauit
Ceph. in conſ. 261. nu. 7.
Quarto limitare poteris, vt locum ſibi non vendicet, quan
19 do quis mendacium dixerit, † quia tunc præſumitur dolus in
eo, vt innuere voluit Vlp. in l. ſi quis affirmauerit. §. 1. & idem
in l. q̃ venditor, & in l. eleganter. § item Pomponius. ff. de do-
lo. & in l. falſus, § ſi quis, ff. de furt. quod probauit Hieron. Gi-
gas in conſ. 40 nu. 5. & ſenſit Crau. de antiqui. temp. in 1. par.
20 verſ. vidimus, & abunde, nu. 16. & nu. 18. vbi ait, † ex hoc mẽ-
dacio indicium fieri ad torturam, permotus doctrina Roma.
in conſ. 8. viſo facto propoſito, poſt nu. 2. verſ. tertiũ quidem.
Imo. in conſ. 2. col. 2. verſ. animaduertẽdum. Alex. in conſ 63.
lib. 1. Dec. in l. 2. col. 2 ff. quod quiſque iur. Idem Crau. tradidit
in conſ. 2. nu. 13. & in conſ. 192. nu. 13. & in conſ. 282. num. 8.
quod idem placuit vltra Crauet. Lucæ de Penna, in l. quoties.
col. 7. verſ. quid ſi reus accuſatus. C. de digni. lib. 12. conſuluit
Barb. in conſ. 43. præclare ſcribitur, col. 4. vol. 1. idem ſenſit So
ci. ſen. in conſ. 54. Viſis teſtibus, nu. 13. libr. 3. tradidit quoque
Fel. in c. literas, ante nu. 2. de pręſump.
21 Sublimita, vt non procedat, quando talis mendax † ex ta-
li mendacio nullum commodum conſequeretur: nã tunc non
præſumeretur dolus in eo, vt cautum eſt à Pariſ. in conſi. 8. nu.
5. vol. 4. cui accedit Crau. in conſ. 18. And. iuuenis, num. 22. vbi
22 ait, quod dolus non pręſumitur ex actu † a quo quis commo-
dum non ſenſit, & ait Bal. in conſ. 250. in quæſtione poſt nu. 9.
verſ. ex quo ſequitur, quod eſt repetitum in conſ. 382. vol. 5.

Quinto præterea limites velim, quãdo quis aufugit, etenim
23 ex huiuſmodi fuga præſumitur dolus † contra fugientem, vt
habemus à reſponſo Vlp. in l. impuberibus. ff. de ſuſpect. tuto.
Bal. in conſ. 432. Caſus talis eſt. A. Campſor publicus, poſt nu.
1. verſ. tertio quia fugitiuus, libr. 1. & in conſ. 254. proponitur
quod vxor verſ. item præſumitur contra eum, li. 2. & refert ſe-
quendo Crau. in conſ. 6. num. 37.
Sexto limitatur, quãdo quis non facit, quod facere debet,
24 vel obligatus eſt: † nam tunc præſumitur dolus, teſte Crau. in
conſ. 193. nu. 2. per l. ſi procuratorem. §. dolo, & l. dolus. ff. man
da. l. 1. §. eſt autem apud. ff. depoſ. l. dolo. ff. ad l. Falc. idem tra-
ditum eſt à Curt. iun. in conſ. 19. Viſo, ac diligenter conſidera-
to, nu. 1. quod etiam probauit Rom. in conſ. 191. ſpectabilis Do
mine, nu 3. verſ. dolus autem, & placuit Ancha. in conſ. 316. ad
idem conſuluit Corn. in conſ. 116. li. 1. & in conſ. 128. col. 2. lib.
3. & docuit Crauet. in conſ. 172. & in conſ. 75. num. 6. & refert
Burſat. in conſ. 94. num. 2. Pariſ. etiam in conſ. 74. num. 29. lib 1.
quem refert Menoch. de arbitr. iudi. cent. 3. caſu 208. num. 35.
Marcus Mant. in conſ. 72. num. 6. tom. 2. Socin. ſen. in conſ. 190.
num. 2. volum. 2.
Septimo limitatur, quando quis aliquem in pretio læſerit
25 vltra dimidiam, † quoniam tunc præſumitur dolus, vt reſpon
ſum fuit ab Vlp. in l. omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. &
videre eſt ex reſcripto Imper. Diocl. & Maxim. in l. ſi ſuperſti
te. C. de dol. cum alijs multis adductis à Crau. in conſ. 192. nu.
3. & idem tenet Dec. in conſ. 180. nu. 6. vbi ait, quod hoc caſu,
ſi minor, vel maior iurauerit, non eſſe neceſſariam abſolutio-
26 nem iuramenti, nam talis enormis læſio † videtur à iuramen-
to excepta, & ſic hoc caſu ſiue minor, ſiue maior poteſt con-
trauenire, vt ex ibidem deductis colligitur, illudq; ſubiungit,
paria eſſe, quod interueniat dolus re ipſa, vel ex propoſito,
* & hanc eſſe communem * opinionem ibi, nu. 3. atteſtatur, &
de hac reſolutione in minore an ſit neceſſaria, videas Crau. in
conſ. 7. per totum, & idem Cur. ſen. in conſ. 43. nu. 34. & Bertr.
27 in conſ. 74. nu. 2. vol. 7. & quod pręſumitur † ex enormi læſio-
ne, idem ſenſit Barb. conſ. 21 nu. 6. lib. 1. & in conſ. 42. num. 6.
eodem vol. & conſ. 7. nu. 2. vol 3. & latiſſime Crauet. in conſ.
142. nu. 1. atque placuit Marian. Soci. in conſ. 47. nu. 3. vol. 2. &
conſ. 98. nu. 26. eodem vol. 2. & Abb. meminit in conſ. 77. nu.
23 & in conſ. 100. nu. 6. Rom. in conſ 54. Viſis circa id, de quo
quæritur, nu. 4. & in conſ. 68. Viſis mihi propoſitis. num. 3. re-
ſpondit etiam Bal. in conſ. 153. Statutum quod prohibet, li. 2.
& in conſ. 55. ad euidentiam, nu. 6. volum. 3. conſuluit quoque
Alex. in conſ. 42. ſuper præmiſſo. nu. 6. lib. 1. idem Dec. in conſ.
29 Iuridicam, poſt nu. 6. verſ. nã ex enormi læſione, idem vo-
luit Bertr. in conſ. 104. etiam ſi ad inſtantiam, nu. 3. lib. 1. & in
conſ. 236. multa ſunt, nu. 14. eodem lib. 1. & Io. Bapt. Ferret. in
conſ. 149. nu. 11. Crot. in conſ. 102 nu 23. lib. 1. & in conſ. 321.
num. 31. lib. 3.
Hanc tamen limitationem ſublimitabis, vt procedat tãtum,
28 ſi † læſio ſit enormiſſima, vt auctor eſt Rui. in conſ. 82. num. 5.
vol. 5. & in conſ. 57. nu 5. & in conſ. 69. nu. 13. vol. 2. atque Iaſ.
in conſ. 18. nu. 16. & ſeq. vol. 1. & voluit Alex. in conſ. 47. nu. 5.
& 15. vol. 1. vbi ait, dolum non præſumi, niſi ſit læſio in toto,
vel quaſi. Idem aſſeruit Alex. in conſ. 42. num. 6. eod. vol. 1. & in
conſ. 41. nu. 7. vol. 3. & Abb. protulit in conſ. 81. nu. 49. & Soci.
iun. in conſ. 47. licet plurima. nu. 41. vol. 1. & in conſ. 50. pręſens
conſultatio, nu. 7. eodem vol. 3. namque ex immoderate geſtis
dolus præſumitur, ſi credimus Crau. in conſ. 282. num. 8. Adeo
29 vt ſi læſio ſit in re modica, † tunc non præſumatur dolus, ne-
que falſitas, vt teſtatur Crau. in conſ. 75. nu. 16. & ex multis re-
latis à Gabr. in concluſ. 3. nu. 49. de arbit. quibus adhæret An-
ton. de Roſel. in tract. de vſur. nu. 67. & reſpondit Labeo in l.
ſi oleum. in fin. ff. de dolo malo.
Primo amplia prædicta vera eſſe, etiã ſi eſſet data poteſtas
30 arbitris pronunciandi, prout eſſe videbitur, † & placebit: nã
ſi enormiter aliquam ex partibus læderent, præſumitur dolus
contra dictos arbitros ita lædentes, non obſtante dicta pote-
ſtate eis data, vt Crauet. tradidit in conſ. 142. num. 22. & idem
ſcripſit Abb. in conſ. 77. col. penult. in 5. dubio, lib. 2. incip. in
quæſtione, quæ ad præſens, & Bellamer. cauit in conſ. 24. ex fa
cto, poſt num. 15. & ſeq. verſ. in tertio vero caſu. Cardi. quoque
Zabarel. in conſ. 29. iudex, col ſi. verſ. idem de pacto, & in cõſ.
40. Factum tale eſt, col. 3. verſ. ad aliud cum dicitur.
Secundo ampliabis, & intelliges, vt prædicta procedant,
etiam

Digitized by Google

etiam ſi expreſſe eſſet renunciatum huiuſmodi enormiſſimæ
31 læſioni: † nam nihilominus ex ea præſumitur dolus, vſque
eo, vt ille, qui eſt læſus, & renunciauit, poſſit conuenire lędentem, vt docuit Ant. de Butr. in conſ. 24. incipien. quæſtio hæc. cól. 3. in fin. vbi quoque ait, poſſe peti abſolutionem à iuramento, non obſtante tali renunciatione, & idem prodidit Anto. de Butr. in conſ. 45. quem refert, & ſequitur Crauet. in conſ. 142. nu. 23. Idem voluit Caſtr. conſ. 259. incipiē. circa primum quæſitum dubitatio videtur, col. 3. poſt nu. 8. lib. 2. cui ſe ſubſcripſit Soc. conſ. 24. col. 3. verſ. ſi vero, nu. 5. lib. 1. & conſ. 220. num. 7. lib. 7. nec ab hac diſceſſit ſententia Coru. conſ. 288. col. 9. lib. 3.

32 Octauo limitabis, vt non procedat, † quando quis cum alio contrahens, tacet aliqua, quæ ſi expreſſiſſet, alius veriſimiliter contractum non feciſſet: nam hoc caſu præſumitur dolus contra talia tacentē, & alij contrahenti ſubueniri debet in odium tacentis, vt reſponſum fuit ab Alex. in conſ. 109. viſo proceſſu inter Antonium, num. 10. & ſeq. lib. 4. vbi ait, vendentem rem feudalem, ſi tacuit qualitatem feudi, non exprimendo, nem-
33 pe Titium eſſe directum dominum, † hoc caſu præſumi dolum contra eum tacentem. Idem voluit Dec. in conſ. 110. vere, vt puto, late, nu. 9. verſ. & ſi de dictis, & in l. pactum quod dotali, poſt num. 8. C. de pact. quos refert, & declarat Crau. conſ. 192. nu. 14. & idem in conſ. 73. nu. 3. & in conſ. 72. num. 5. & in conſ. 298. nu. 19. ad idem tendit Natta in conſ. 341. nu 5. & in pulchro caſu idem conſuluit Oldrad. in conſ. 183. factum ta-
34 le eſt, vacante eccleſia, vt ait, ſuſpicionem † doli eſſe contra ſententiam, quam quis diu tacuit, & occultauit, ita præſumit dolum Feder. de Sen. in ſimili caſu, in conſ. 23. Titius electus, col. 2. & col. 3. ſicuti etiam dolus pręſumitur contra veritatem
35 tacentem † in reſcripti impetratione, vt Bal. reſpondit in cōſ. 306 proponitur, quod quidam Anton. lib. 5. quem refert & ſequitur Crauet. in conſ. 142. num 20. & Paul. Caſtrenſ. in conſi. 411. Viſo facto, & dubijs mihi traditis, poſt num. 6. & ſeq. li. 1.
36 vbi ait, † præſumi dolum contra tacentem beneficium ſibi competens, & alibi ſcribit Abb. in conſil. 68. videtur primo, col. 1. num. 2. lib. 1.

Quam octauam limitationem ſic velim extendas, vt non ſolum præſumatur dolus ex taciturnitate, ſed etiam ex fal-
37 ſa expreſſione, † & aſſertione, vt Crauet. conſultus reſpondit in conſil. 282. num. 8. & faciunt ſupra adducta in quarta limitatione.

Nono limitare tibi licebit, ſi quis fidem, & promiſſa non
38 impleuerit: nam hoc caſu † præſumitur dolus, vt cautum eſt ab Vlpian. varijs in locis, vt in l. dolus, cum gloſ. fin & ab eodem in l. ſi procuratorem, § dolo. ff. manda. & in l. 1. §. eſt autem. ff. depoſiti. quod & probauit Alexand. in conſ. 3. col. 2. ad finem, & in conſ. 84 colum. 2 in fin. nu. 7. lib. 6. & ſenſit Corn. in conſ. 116. in fin. lib. 1. & conſ. 128. colum. 2. lib. 3. quos etiam refert & ſequitur Crauet. conſ. 192. num. 15. & conſil. 6. nu. 98. quibus adhæret Roland. à Valle, in conſ. 57. viſo proceſſu, nu. 7. & ſeq.

Decimo limitatur, vt non habeat locum, ſi quis alicui ma-
39 xime minori perſuaſerit, † vt aliquid faceret: nam ex his perſuaſionibus pręſumitur dolus ex propoſito, vt reſpondit Proculus in l. cum quis, & ibi Bart. ff. de dolo. & tradidit gl. 2. in l. apud Celſum. ff. de doli mali, & met. except. ille vero dicitur perſuaſor, qui aliquid perſuadet ad ſui commodum, & docuit Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato, col. 2. nu. 15. ff. de iniur. immo vnica perſuaſio, per quam quis inducitur ad aliquid fa-
40 ciendum, † habetur loco coactionis, & compulſionis; vt ſcinere Imperatores Theodoſ. Valentinian. in l. eum qui. C. de apoſtatis, & Imperator Iuſtinian. in l. 1. ante finem, C. de raptu virgin. cum multis allatis à Crauet. in d. conſ. 192. ſub numero 12.

Vndecimo limitatur, quando quis eodem puncto temporis
41 omnia facienda curauerit, † tūc enim præſumitur dolus contra eum, vt Caſtrenſ. reſpondit in conſ. 174. Contra ſuperius conſulta, poſt num. 9. verſ. eſt etiam hic pręſumptio. li. 5. quem refert ſequendo Crauet. in conſ. 39. nu. 5.

Duodecimo fallit, quando quis non vtitur remedijs opor-
42 tunis ad actum, † quem agit. ita Bal. conſultus reſpondit in conſi. 395. incip. pro Domino Rinaldo, col. 2. poſt nu. 4. verſ. 3. quia, lib 2. per text. in l. idemq́;, §. ſi ignorantes. ff. mandati, & in l. fin. §. illud. verſ. ſummopere. C. de tempor. appel. quem refert Crauet. in ſuo tract. de antiq. temp. 1. par. verſ. vidimus. & abunde, num. 5. & in conſ. 97. num. 7.

Decimotertio fallit, quando aliquis actus fit in loco occul-
43 to, vel tempore nocturno: † nam tunc præſumitur etiam dolus, vt de loco occulto tradidit And. Barb. in relato cōſ. 8 col. 9. verſ. primo iſta fuit monialis, vol. 4. motus auctoritate I.C. in l. exiſtimo. ff. de adminiſtr. tutor. & in l. ſi. ff. de nupt. cui adhæret D Octau. Vulpel. in conſ. 129. nu. 24. & Soc. iun. in conſi. 31. nu. 49. vol. 2. & de tempore nocturno voluit Crau conſ. 34. nu. 11. nam qui male agit, odit lucem. c. conſuluit. de off. deleg. & aſſeruit gl. in c. vnico, in verb. occulta, vt eccleſiaſtica beneficia. cui accedit Abb. in c. 1. ext. de clādeſt. deſponſ. Bal. etiam meminit in c. 2. de fid. inſtr. nec ab hac ſententia diſceſſit Maria. Soc. conſ. 31. nu. 49. vol. 2. Iaſ. in conſ. 18. num. 1. vol. 1.

Quod quidem primo loco extendas velim, vt etiam proce-
44 dat, † quando quis contrahat in domo alterius, & cum perſona domeſtica, tunc nempe præſumitur contra eum dolus, vt voluit Anchar. conſ. 385. col. fin. & Crau. ſequutus eſt in conſi. 142. num. 18.

Præterea extende, vt vera ſit etiam contra tranſeuntem per
45 viam non rectam, † ſed inuſitatam: tunc enim pręſumitur dolus contra talem tranſeuntem, vt colligitur ex his, quæ deduxit Crau. in conſ. 115. nu. 5.

Ad hæc tertio extende, vt etiam locum habeat contra minorem, militem, mulierem, & ruſticum: nam contra eos, ſi ali-
46 quid agent occulte † præſumitur etiam dolus, licet tractent de damno euitando, vt habemus ex reſcripto Imper. Seuer. & Anton. in l. 1. C. de interdict. matrim. & ex Pauli I.C. reſponſo in l. fin. ff. de ritu nuptiar. & ait Rom. in conſ. 406. quem refert Crau. in relato conſ. 11. num. 5.

47 Decimoquarto fallit principalis concluſio, † quando quis leges tranſgreditur, nam tunc præſumitur dolus, ita atteſtatur Bal. in conſ. 35. quæritur vtrum. nu. 3. lib. 3. & protulit Crau. in conſ. 193. nu. 3. atque Par. in conſ. 49. nu. 33. vol. 1. ſicuti quan-
48 do quis contra iura mercatur: † nam tunc pręſumitur dolus, vt videre eſt ex allatis à Roma in conſ. 437. num. 3. Roland. à Valle in conſ. 14. nu. 10. vol. 3. & in Concluſione, Facere contra legem.

Decimoquinto fallit in eo, qui tranſgreditur voluntatem
49 teſtatoris: in eo enim etiam † præſumitur dolus, vt auctor eſt Crau. in d. conſ. 193. huiuſmodi enim voluntas pro lege habetur. §. diſponat Authen. de nupt. cum ſimil.

Decimoſexto fallit, quando quis ſcienter facit rem prohibi-
50 tam, nam tunc etiam contra eum præſumitur † dolus, vt ſenſit Alex. in conſ. 103. poſt nu. 13. verſ. & quando quis. lib. 1. quem refert & ſequitur Crau. in conſ. 193. num. 2. ibi enim ait, ſimile videmus, ſi tutor vendat bona pupilli ſine cauſa, præſumitur
51 in dolo, quia † facit rem prohibitam, vt placuit Alex. in conſ. 74. poſt nu. 1. lib. 7. & adhæſit huic Pariſ. in conſ. 52. nu. 33. vol. 4. & conſ. 78. nu. 6. eod. vol. 4. quod & placuit D. Vulpel. in cōſ. 116. nu. 21. & in conſ. 127. nu. 9. & repetijt Rimin. iun. in l. 2. nu. 94. ego vero ſuper iſtis. ff. quod quiſque iur.

Sublimita pręfatam decimamſextam limitationem nō pro-
52 cedere, † quando actus communiter habetur licitus, & conceſſus, vt tradit Bar. in l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem, per illum tex. ff. de edil. edict. & refert ſequendo Pariſ. in conſ. 52. nu. 34. vol. 4.

Decimoſeptimo fallit in eo, q ſpreta prohibitione, ſeu de-
53 nūciatione ſibi facta, ne quid faceret, & illud fecit: † eo enim caſu contra talem præſumitur dolus, vt reſpondit Vlp. in l. ait prætor §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. & in l. virilis. §. pen. ff de lega. præſtan. & ſcripſere Imper. Diocl. & Maxim. in l. ſi fundus. C. de rei vendic. cum alijs adductis à Crauet. in d. conſ. 193. nu. 2. & in conſ. 6. nu. 76.

Hanc vero decimamſeptimam limitationem velim exten-
54 das, † etiam contra ſcientem futuram ſibi prohibitionem, vel denunciationem, & tamen illud fecit: etenim eo etiam caſu præſumitur contra eum dolus, vt traditum eſt à Crauet. in d. conſ. 6. nu. 76. quod multis comprobat.

55 Decimooctauo fallit in eo, † qui alienat rem ſubiectam reſtitutioni: nam in eo etiam præſumitur dolus, vt conſultū fuit à Corn. in conſ. 140. nu. 8. lib. 2. quem refert & ſequitur Crau. in d. conſ. 193. num. 5.

Decimonono fallit, quando qs aliquid facit, quod ſibi non
56 prodeſt, † & alteri nocet: nā contra eum præſumitur dolus, &

mali-

Digitized by Google

nnbitia, vt aſſerbit Alex. cõſ. 174. poſt nu. 4. & ſeq. lib. 2. & cõſ.
9. col. 1. lib. 6. quem refert & ſequitur Crau. in conſ. 35. nu. 10.
Primo extendas hanc fallentiam, vt etiam procedat, quan
57 do quis aliquid facit in re ſua, & ſumptibus ſuis, † vt qui do-
mum tollit, vel molendinum, aut aliquod ædificium cõſtruit:
nam tunc ſi ei talis fabrica nihil proſit, & alteri noceat, præſu
mitur dolus, & prauus animus, & ſic impeditur ædificare, ita
ſenſit Alex. in d. conſ. 174. & Crau. in d. conſ. 35. nu. 10. quibus
addes textum in l. opus nouum, ff. de operib. pub. & ibi Bart.
& in l. flumina, §. fi. ibi, niſi animo nocen. ff. de dam. infec. cum
alijs deductis à Duen. in reg. 32. in 1. limit. & Rom. in conſ. 52.
nu. 4. & 5. & Iaſ. in conſ. 32 lib. 1. nu. 3. & in conſ. 150. lib. 2.
Contrarium videtur velle Rui. in conſ. 213. nu. 10. vol. 1. &
ad hoc videas ſupra concluſionem, animus nocendi.
Secundo ampliabis, vt etiam vera ſit contra accuſatorem,
58 qui aliquid † obijcit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet:
nam cõtra eum præſumitur dolus, & ſic nihil tibi proficit di-
cta obiectio, vt ex traditis à Crauet. ibidem.
Vigeſimo fallit, quando quis nimiũ procraſtinat propone-
re, vel excipere aliquid in iudicio: nam hoc caſu præſumitur
59 dolus † contra eum, vt ad hoc teſtis eſt mihi Crau. in d. cõſ.
75. nu. 9. vbi ait, quod ſi quis cunctatus fuerit, & diſtulerit op
ponere accuſationem falſi poſt ſñiam latam ex illa tarditate
præſumi dolum contra eum, & in hac hypotheſi teſtatur Bal.
conſ. 37. quidam tabellio. lib. 1. quem refert & ſequitur Nic.
Boer. dec. 42. nu. 20. nec idem ille dolo caret, qui differt exce-
ptiones proponere, vt cautum eſt ab Anch. in conſ. 234. caſus
talis eſt, poſt præceptum cui reſpondit, quod fuit cõſultum à
Pau. Caſt. in conſ. 281. in cauſa iſta. col. 1. poſt med. & in conſ.
ſeq. col. 3. lib. 1. quos refert idem Crau. in allato conſ. 75. n. 9.
Vigeſimoprimo fallit in eo, qui conſumit rem alienã: nam
60 contra † eum præſumitur dolus, ad hoc videtur reſpexiſſe
Pau. in l. Neſennius, §. fundum. ff. de re iudi. quem tex. ad hoc
adducit Corn. in cõſ. 138. col. 2. vol. 3. & refert ſequendo Cra-
uet. in conſ. 142. nu. 16.
Vigeſimoſecundo fallit, quando quis cum iactura alterius
61 lucrum quærit, † vt in hanc rem vr̃ reſpondiſſe Vlpian. in l. 1.
§. an in pupillum, ff. depoſiti. quod reſponſum citat ad idem
Calca. in conſ. 25. col. 4. in princ. & in conſ. 36. col. 5. idem vo-
luit Dec. in l. cum fundus, §. ſeruum tuum, nu. 6. verſ. 2. not. ff. ſi
cer. pet. ſimul cum alijs adductis à Crau. in d. conſ. 142. nu. 17.
huc quoq; ſpectat l. ſi quis mancipiis. in fi. ff. de inſtit. Luc. etiã
de Pen. idem ſenſit in l. quemadmodum. ver. 11. C. de agric. &
cenſ. lib. 11. atque placuit Nat. in conſ. 305. optimum ius. n. 2.
Vigeſimotertio fallit contra perſonam ſuſpectam, & odio-
62 ſam, † vt contra vitricum, qui priuignos odio proſequi præſu
mitur, nam ſi vitricus aliquid fecerit ad ſui commodum cum
priuigno ſuo, præſumitur dolo & fraude feciſſe, quod multis
probat idem Crauet. in d. conſ. 142. nu. 18.
Vigeſimoquarto fallit in tutore, q̃ alienat bona pupilli ſine
63 cauſa, † nam contra eum præſumitur dolus, vt ait Aug. in cõſ.
175. quem refert & ſequitur Crau. in d. conſ. 142. nu. 19. & in
cõſ. 314. nu. 2. & Alex. in cõſ. 74. in cauſa & lite inter filius poſt
n. 3. li. 7. Item præſumitur dolus cõtra eũ, ſi nõ poſuerit in in-
64 uẽtario, † quę ponere tenebatur, vt docuit Bar. in l. tutor, qui
repertoriũ, ff. de adminiſt. tut. nu. 15. verſ. quæro quid ſi tutor.
cui ſe ſubſcripſit Crau. in cõſ. 115. nu. 5. & Soc. ſen. in cõſ. 59.
nu. 3. & ſeq. vol. 2. & in conſ. 213. nu. 5 eo. vol. 2. quod idem de
inuentario nõ confecto tradidit Fulg. in conſ. 24. nu. 3. cui ad-
hęret Cacher. in dec. Pedem. 58. nu. 21. & Franc. Marz. in conſ.
19. verſ. faciũt quæ notari ſolent. Nec dolo caret tutor alienãs
65 rẽ magni pretij, † ſi modici erat ſufficiẽs, vt cauit Vlp. in l. ma
gis puto, §. nõ paſſim. in verb. nec propter ęs alienũ, ff. de reb.
eor. & docuit Bar. in l. alio. poſt nu. 13. verſ. ſed ille, qui tẽ, ff. de
alim. & cibat. leg. quem refert & ſequitur Alex. in d. conſ. 74.
poſt nu. 3. poſt verſ. tertio moueor. lib. 7. quib. adhæret Marc.
66 Mãt. in cõſ. 59. n. 11. to. 2. † Dolus etiã tutoris arguitur, ſi non
cõfecerit librum rõnum adminiſtrationis, vt idem cauit Soci.
ſen. in d. cõſ. 159. n. 3. vbi habes alias p̃ſumptiones doli cõtra
67 tutorẽ, vol. 2. & Grat. in cõſ. 23. n. 9. vol 1. Præſumitur etiã † ſi
nõ reddiderit rõnes adminiſtrationis, l. ſi procuratorem, §. fi.
cũ l. ſeq. ff. mãd. & Gra. in d. cõſ. 23. n. 15. co. li. 1. atq; ẽt ſi omi-
ſerit tutor ſcribere pecunias exactas. Rul. conſ. 49. n. 55. vol. 1.
Vigeſimoquinto fallit, qñ quis aliquid agit, confuſe, & ſub
68 inuolucro, nulla cauſa, † cur ita faciat, expreſſa, nam contra
talem præſumitur dolus ſicuti traditum eſt ab Abb. in diſput.
incip. duo ad inuicem litigantes, quem refert & ſequitur Soc.
ſen. in conſ. 263. capio primum poſt nu. 11. verſ. ex quibus con
cludo lib. 2. & idem Crau. in conſ. 142. nu. 19.
Vigeſimoſexto fallit contra eum, qui non fecit certiorem
69 aliũ † de iuribus, ei cõpetẽtibus, vt tenuit Crau. in d. cõſ. 142.
nu. 20. tñſo Vlp. permotus in l. quærit, §. ſi venditor. ff. de ędil.
edi. & Inn. & Dd. in c. cũ dilecta. de reſcr. vbi aſſerũt dolũ præ
70 ſumi contra eos, qui apud Principẽ † generalib. verbis vtun
tur, ipſum de omnibus ſigillarim certiorem non faciendo, in
noſtram quoq; deſcendit ſententiam Caſtr. in conſ. 41 t. Viſo
facto, & dub. mihi tradiris poſt nu. 2. verſ. ſed quantum, lib 1.
71 Vigeſimoſeptimo fallit, quãdo quis ſcit † ad aliquid ſe te-
neri, & non facit: etenim contra eum præſumitur dolus, vt pa
tet ex multis congeſtis à Crau conſ. 115. nu 2. tradens exem-
72 plum in illo, qui ſcit ſe teneri ad ſolutionem pedagij, † illud
non ſoluerit, præſumitur, & dicitur in dolo eſſe.
Vigeſimooctauo fallit, quando quis prius aliquid tractauit
73 facere: nam ex tali tractatu præcedẽti pręſumitur dolus, † vt
in eis, qui prius inter ſe tractauerũt euitare gabellam, ſeu pe-
dagium: etenim, vt dictum eſt, ex hoc tractatu, ni ſoluerint,
præſumuntur dolo feciſſe, vt ait Crauet. in relato conſil. x.
74 nu. 2. vbi inquit, præſumi metum ex tractatu præcedenti, † ſi
probetur interueniſſe tractatum de cogẽdo aliquem per me-
tum ad contrahendum matrimonium, quia ex tractatu pręſu-
mitur ad actum ſequentem, vt ex ijſdem ibidem relatis.
Vigeſimonono fallit, quãdo quis aliquem actum inſolitum
75 fecit: † nam ex eo præſumitur dolus, vt aſſeruit Accurſ. in l. ſi
quis ſub conditione. vbi Bal. in fi. ff. de conditio. inſtit. quos
refert & ſequitur Crau. in conſ. 321. nu. 3. & tradidit Calcan.
in conſ. 24. & 1. col. 4. verſ. item quando quis aſſerit.
Trigeſimo fallit contra eum, qui quid aſſerat, aut affirmet,
76 quod ignorat: † nam etiam eo caſu præſumitur dolus, vt vi-
detur aſſeruiſſe Vlp. in l. Iulianus, in princ. ff. de actio. empt. &
in l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. cum alijs adductis à Crau.
in conſ. 249. n. 6. præſertim cum poſtea reperitur falſum, quod
talis aſſerebat, vt inquit Ruin. in conſ. 29. nu. 6. vol. 1.
Sublimites tñ non procedere, qñ ex tali mendacio cõmo-
dum non redderet in fauorem aſſerentis, vt cauit Vlpia. in l. &
elegãter. §. fi. ff. de do. quod & probauere Bar. ibid. & Alex. in
l. dolũ, n. 3. C. de do. & refert ſequẽdo Rui. in cõſ. 8. n 5. vol. 4.
77 Nam nunquam in eo † dolus eſſe præſumitur, ad cuius vti-
litatem actus, quem fecit, non cedit, vt aſerit Fel. in c. tertio
loco. nu. 2. de præſumpt. & refert Illuſtriſs. Card. Alban. in ſuis
lucubr. ad Bart. in rub ff. de do. nu. 4. & Soc. iun. in conſ. 37 nu.
30. vol. 2. & Alex. in conſ. 15. nu. 3.
Trigeſimoprimo fallit in eo, qui propoſita & obiecta non
78 probat. nã cõtra eum † præſumitur dolus, vt colligitur ex re-
ſcripto Imper. Alex. in l. qui non probaſſe. C. de calum. & not.
in l. 1. ff. ad Turpil. & in hanc reſpondit ſententiã Soc. in conſ.
118. col 4 nu. 7. lib. 1. quem ſequitur Crau. in conſ. 262. nu. 7.
Trigeſimoſecundo fallit in arbitris, qui ratum fieri laudum
79 curant, † antequam illud legatur, vt auctor eſt Crauet. conſ.
231. nu. 10. per ibi adduc. Item præſumitur dolus contra eos
ex enormi læſione, vt late deduximus paulo ante.
Trigeſimotertio fallit, quando quis illud, ad quod ſcit, aut
ſcire debet, ſe neceſſario ratione officij ſui teneri, id omittit:
80 nam tunc † præſumitur dolus in eo, vt reſponſum fuit ab Vl-
pia. in l. dolus. ff. manda. & in l. ſi procuratorem. § ſi ignotãs,
ff. eo. tit. & à Iulia. in l. tutor. qui repertorium, ff. de adminiſt.
tutor. & à Pau. in l. dolo. ff. ad l. Falc. cum alijs allatis à Luc.
de Pen. in l. quemadmodum. verſ. ſexto præſumitur dolus. C.
de agric. & cenſi. lib. 11. cui ſententiæ accedit Gra. in conſil.
61. nu. 14. vol. 2. atque Calcan. in conſ. 24. & 1. col. 4. verſ. quar
to pro hoc facit. & Cephal. in conſ. 130. nu. 4. vol. 2.
Trigeſimoquarto fallit, quando quis petit aliquid, quod
81 reſtituere tenetur, † vt probatur ex reg. dolo facit, de regul.
iur. in 6. & ff. eo. & ibidem Dyn. & Luc. de Pen. ſcripſit in d. l.
quemadmodum. verſ. octauo, & Grat. voluit in conſ. 109. nu.
39. vol. 2 atque Soc. iun. in conſ. 8. Magnifici, ac Illuſtriſſimi Iu
dices, nu. 10. vol. 1. Dec. in d. loco facit, ff. de reg. iur.
Limitabis tamen illud, vt verum non ſit, quando quis petit
nomine alterius, non ſuo, quod reſtituere cogitur: nam in eo
non pręſumitur dolus: ſic aſſeuerauit Franc. Aret. in l. ex duo-
bus. la 1. colum. vlt. ff. de duo. re. per contex. quem ad hoc ſin-
gularem

Digitized by Google

gularem exclamat l. Vranius. §. plane, ff. de fideiuſſor.
82 Trigeſimoquinto fallit, † ſi hæres poſt motam ſibi hæredi-
tatis controuerſiam, legata ſine cautione de reſtituẽdis legã-
tis. è dicta hæreditate perſoluat; nam in eo tunc præſumitur
dolus, vt ad hoc videtur reſpexiſſe Paulus in d.l. dolo. ff. ad l.
Falc. & Luc. de Penna tradit in d l. quemadmodum, verſic. 9.
83 Trigeſimoſexto fallit, † quando quis vendicat rem, quam
vendi mandauit: in eo etiam præſumitur dolus, vt conſuluit
Marcellus in l. ſeruum Titij. ff. mand. & placuit Lucæ de Pen.
in d.l. quemadmodum. verſic. decimo præſumitur.
Trigeſimoſeptimo fallit, quando quis non reſtituit, quod
84 debet reſtituere: † nam in eo etiã præſumitur dolus, vt aper-
te tradidit Vlp. in d.l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand. & in l.
in bonæ fidei. ff. de pecu. & in l. 1. in. fi. ff. depoſi. quod & pro-
didit Lucas de Pen. in d.l. quemadmodum, verſ. 12. præſumi-
tur. late Par. ad hoc in conſil. 74. nu. 34. cum ſeq. lib. 1.
Trigeſimooctauo fallit, quando quis agit ex ſtipulatione
85 ſine cauſa † cõcepta: in eo enim ẽt præſumitur dolus, vt cauit
Vlp. in l. 2. §. ſi quis. ff. de do. ma. & met. exceptio. nec id præ-
terijt Luc. de Pẽna, in d.l quemadmodũ, verſ. 13. præſumitur.
Trigeſimonono fallit, quando quis perſeuerat petere id,
86 quod † legitima exceptione elidi poteſt, nam in eo caſu præ
ſumitur dolus, ſi ita atteſtanti credimus Vlp. in l. 2. §. & gene-
raliter. ff. de dol. except. & animaduertit Luc. de Penna. in d.l.
quemadmodum. verſ. 14. præſumitur.
87 Quadrageſimo fallit, quando quis cõtra æquitatem † ſcien
ter aliquid tacit: nam tunc præſumitur in eo dolus, ita cauit
excellẽtiſſimi vir ingenij Papin. in l. qui æquitatem. ff. de dol.
excep. & meminit Luc. de Pen. in d.l. quemadmodum. verſ. 15.
præſumitur.
88 Quadrageſimoprimo fallit in eo, † qui conſtitutiones Prin
cipis ſe ignorare dixit: etenim tũc præſumitur doloſus, vt re-
ſcripſit Imp. Iuſtin. in l. iubemus. in fi. C. de teſtam. & teſtatur
Lucas de Pen in d.l. quemadmodum, verſ 18 præſumitur.
Quadrageſimoſecundo fallit, qñ quis non obtemperat Im-
89 perio Magiſtratus: in eo nempe † præſumitur dolus, ita dixit
Iabolenus in l. non poteſt dolo carere. de reg. iur. quod idem
confirmauit Luc. de Pen. in l. quemadmodũ. verſ. vigeſimoſe-
cundo præſumitur. & Alex docuit in l. vbi. in prin. ff. de eden.
atq; Io. And. in reg. ſcienti, & cõſentienti, n 2. de reg. iur. in 6.
90 † quemadmodũ contra, qui iudicis præcepto paret, dolo ca-
ret, vt ait Cagn. in l. non videtur. §. qui iuſſu, n. 1. ff. de reg. iur.
Quadrageſimotertio fallit in fideiuſſoribus, qui rẽ pignori
91 obligatam emunt à creditore: † in eis etiam præſumitur do
lus: ſic ſciuere Imp. Seuer. & Antoninus, in l. 1. C. de dolo. &
ſenſit Pau. in l. ſi mandato. §. Paulus, il 1. ff. manda. & cõproba
uit Luc. de Pen. in d.l. quemadmodũ. verſ. 23 pſumitur dolus.
Quadrageſimoquarto fallit in hærede, qui rem hæreditariã
92 emit à creditore † propter vinculũ fraternitatis, vt habemus
à Scæuol. in l. fi. §. quatuor. ff. de lega. 2. quod idem obſeruauit
Luc. de Pen. in d.l. quemadmodum. verſic. 24. præſumitur.
93 Illud reſtringas, vt tantũ procedat in extraneis, † ſecus in
filio, & coniunctis, vt placuit Luc. de Pen. in d.l. quemadmo-
dum. d. verſ. 24. præſumitur. argum. l. 1. ff. de priuileg. credito.
& l. qui officij ff de contrahen. emptio. & l. milites. de te. mi-
lit. & per not. in l. qui cohæredes. ff. communi diuid.
Quadrageſimoquinto fallit, quando quis non edit totum
94 id, quod edere debet: † nam in eo præſumitur dolus, vt aſſe-
ruit Vlpian. in l. vbi exigitur argentarius. ff. de eden. atq; mo-
nuit Luc. de Pen. in d.l. quemadmodum, verſ. 27, præſumitur.
Quadrageſimoſexto fallit in eo, qui appellat extra iudi-
95 ciũ, & appellationem non proſequitur intra annum: † in eo,
enim præſumitur dolus: ſic ſanxit Innoc. III. Pont. Max. in c.
cum dilecti de dolo. & notat Innoc. in c. dilecti filij. nu. 4. de
maior. & obed. cui ſententiæ ſe ſubſcripſit idem Luc. de Pen.
in d.l. quemadmodum. verſ. 34. præſumitur.
Quadrageſimoſeptimo fallit contra eum, qui varie reſpon
96 det: † nam in eo tunc præſumitur dolus, vt c. vt noſtrum. vt
eccleſ. benefic. ſic idem decidit Luc. de Pen. in d.l. quemad-
modum. verſ. 221. præſumitur.
Quadrageſimooctauo fallit in matre, qui iurauit filiũ eſſe
97 maiorẽ, † & reperiatur minor: cõtra ipſam. n. tunc pſumitur
dolus, vt apparet ex adductis à Ruj. in conſ. 197. nu. 8. vol. 1.
Quadrageſimonono fallit in pñte, nec reſiſtẽte delicto, cũ
98 poſſet: nam cõtra eum † præſumitur dolus, vt teſtis eſt Abb.
in c. quantæ. nu. 4. verſ. 3. no. de ſent. excom. & huc pertinet. c.
qui poteſt 23. q. 3.
99 Quinquageſimo fallit in teſtibus ſingularibus: † nam in eis
præſumitur dolus, vt in teſtib. Suſannę: ita ait Bal. in l. inſiorã-
di. num. 4. verſ. deinde no. rationem. C. de teſtib.
Quinquageſimoprimo fallit in poſſeſſore, q deſijt poſſide-
100 re poſt datũ libellum, † vel poſtquã actor dixit ſe daturum,
vt docuit Bart. in l. ſi rẽ meam. in princip. ff. de except. rei iud.
& Dyn. voluit in regu pro poſſeſſore. n. 4. in 6. qđ & probauit
Accurſ. in l Fulcinius. §. ſed is q, in verb. animus enim. ff. qb. ex
cauſ. in poſſeſ. eat. qb. idẽ accedit Bar in l. q peritorio. ff. de rei
vẽdic. nu. 3 Pet. de Suſar. in l. ſin autem. §. poſſidere. ff. eod. tit.
Quadrageſimoſecundo fallit in abſente, qui tenetur ali-
101 quid facere, † & abeſt, vel in citato pſonaliter, poſtea ſe ab-
ſentante, & in debitore obligato ad ſoluendum in certo loco,
& tempore, ſi ibi non ſit præſens, vt ita loquutus eſt Abb. in c.
fi. num. 15. de eo, qui mit. in poſſeſſ.
Quinquageſimotertio fallit in quolibet occupante etiam
102 vacuã poſſeſſionẽ, niſi continuo probet ſe dominũ: † nam
contra ipſum præſumeretur dolus: ſic me docuit Bald. in ad-
dit. ad Spec. de reſtitu. ſpoliat. verſ. nota quod cõtra. per text.
in l. fin. C. vnde vi. ff. de teſtib. in verſ. præſumitur dolus. huc
quoque ſpectat l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acq. poſſ. & conſuluit
idem Bald. in conſ. 119. ſtatuto cauetur. num. 4. vol. 2.
103 Quinquageſimoquarto fallit in vtente nimia cautela: † nã
inſolita cautela arguit dolũ, vt auctor eſt Bal. in l. teſtamẽtum.
nu. 3. verſ. qñque tamen, C. de teſta. cui accedit Grat. in reſp.
53. nu. 10. vol. 1. atq; Curt. iun. in conſ. 178. n. 13. par. 2. Bertran.
in conſ. 126. nu. 10. vol. 3. Bal. in conſ. 57. ſpurio. num. 2. vol. 2.
104 Quinquageſimoquinto fallit, † qñ aliquid ſit inter perſo-
nas prohibitas, vel tempore prohibito: nam etiam tunc *præ-
ſumitur* dolus, iuxta ſententiã Grat. in reſponſ. 36. nu. 2. vol. 1.
Quinquageſimoſexto fallit in eo, qui tabulas teſtamẽti ape-
105 rit ante iudiciũ defuncti, † namq; in eo dolus pſumitur: ſic
ad hoc reſpexit Vlp. in l. ſi quis in graui. §. quod ad cauſam. ff.
ad Senatuſconſult. Syllan. & tradidit Dyn. in reg. ignorantia
facti. nu. 13. verſ. certum eſt enim. de reg. iur. in 6.
106 Quinquageſimoſeptimo fallit, † ſi filia pprijs excluſis filijs
patrem inſtituerit: nam tũc dolus patris pſumitur, vt teſtatur
Hieron. Gabriel. in conſ. 16. nu. 43. ex auctoritate Bald. quem
idem refert in conſ. 62. vol. 4. & Anan. in conſ 23.
107 Illud tamen reſtringas, ſi filius diues, ac ſolus eſſet, † pater
vero pauper, & multis filijs, ac filiabus onuſtus: nam accipien
dus potius eſſet actus in meliorem partem, l. merito. ff. pro ſo-
cio. ac putandum piam filiam ſatius duxiſſe, & voluiſſe volũ-
tate propria ſubuenire inopiæ patris, cum filijs abundaret,
quam dolo patris ad hoc eſſe inductam, vt tradidit idẽ Hier.
Gabr. in d. conſ. 16. d, nu. 43.
Quinquageſimooctauo fallit in proteſtatione, & nimia dili
108 gentia: † nã ex ea præſumitur dolus, iuxta not. in l. ſi qs ſub
conditione. ff. de condit. inſtit. vt reſponſum eſt à Nat. in conſ.
436. Iſte Marcellus. n. 4. Quod vero in eo, cui fuit pteſtatũ, do
lus præſumatur, tradidit Corn. in cõſ 205. litera B. & D. vol. 2.
Quinquageſimonono fallit: nã dolus arguitur ex eo, quod
109 quis contrahit cum luſore, † & diſsipatore, vt cautum eſt à
Iuliano in l. ſi quis cum ſciret. ff. pro emptore. & Vlpiano in l.
ſi vero non remunerandi. §. ſi quis adoleſcens. ff. manda. atq;
à Paulo in l. 2. §. 1. ff. quarum rer. actio. non det. & confirmauit
conſulendo Nat. in conſ. 431. in præſent caſ. nu. 6.
110 Sexageſimo fallit in eo, † qui pro parua quãtitate inducit
aliquem ad renunciandũ amplum fideicommiſſum, arg. l. qui
nondũ. C. de hæred vel actio. vend. & l Iulianus. §. p cõtrariũ.
ff. de actio. empt. & aſſeruit Soc. iun. in conſ. 98. nu 23. vol. 2.
111 Sexageſimoprimo fallit in venditoribus, † qui ignorabant
bonitatem poſſeſsionis, emptores autem optime norunt; nam
hi ſi emerint ab illis, præſumitur dolus, vt ſenſit conſulendo
Calcan. in conſ. 24. & 1. col. 4. verſ. 2. pro iſta parte facit.
Contra etiam præſumitur dolus in venditore, qui rei ſuæ
112 vires, vel bonitatem nimiam, cum ſciret † non patefecit em
ptori, qui ignorabat. quis enim præſumitur ſcire vires ſuę rei
familiaris, vt ſanxere Imperatores Valentin. Valens, & Gra-
tia. in l. quiſquis. C. de reſcind. vendit. nam tunc in venditore
dolus præſumitur, ſic conſuluit Caſſane. in conſ. 52. viſo pro-
ceſſu. nu. 6. & ſeq. poſt verſ. & ſi dicatur.
113 Sexageſimoſecundo fallit in carcerũ cuſtodibus, † nam in
ipſa

Digitized by Google

ipſis dolō præſumi, colligere eſt ex reſcripto Imp. Valen. Val.
& Grat. in l. ad commentarienſem. C. de coſto. reo. & ex re-
ſponſo Calliſtrati. in l. milites. ff. eo. tit.
Sexageſimotertio fallit in eo, qui fallendi cauſa obſcure lo
114 quitur, † ſed etiam qui inſidioſe obſcura diſſimulat, ita rñdit
Florent. I. C. in l. ea quę cōmendandi. in fi ff. de contrah. emp.
& probauit Caſſan. in conſ. 52. nu. 8. verſ. cum tantum.
115 Sexageſimoquarto fallit in eo, qui ignorat id, † quod oēs
intelligunt, vt reſpondit Paulus in l. latæ. ff. de verbor. ſignific.
& prodidere Bart. & alij. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. quibus
accedit Grat. in conſ. 25. videtur hæredes, nu. 19. vol. 2.
116 Sexageſimoquinto fallit, † nam præſumitur dolus in præte
rito propter ſequentia, vt videtur eſſe ſancitum à Bonifacio
Tertio, in c. 2. de renunc. lib. 6. & placuit Card. Zabarel. conſi.
28. col. 2. verſ. & præſumitur.
Sexageſimoſexto fallit, ſi inuentarium fuerit denegatum,
117 nam ex denegatione inuentarij † dolum præſumi, auctor eſt
Saluſt de Peruſio in conſ. 69. Viſis, & diligenter inſpectis, nu.
15. quod eſt poſitum inter conſ. vlt. volunta. quæ collecta fuo-
re à Ioan. Baptiſta Ziletto.
Sexageſimoſeptimo fallit in eo, qui homicidium, aut aliud
118 crimen ab illo alias patratum, itērum perpetret: † in dubio
enim præſumitur doloſe, & malo animo feciſſe, ita inſigniter
dixit Gandin. in tract. maleſ. ſub rubr. de homicid. in vlt col.
verſ. illud autem. quod vt eximium, & ſingulare retulit Hip-
pol. Marſ. in l. 1. §. diuus. nu. 39. verſ. & teneas menti. ff. ad leg.
Corn. de ſicar. & Tiraq. de pęn. caus. 10. nu. 6. verſ. facit, &c.
Sexageſimooctauo fallit in eo, qui contractū nō obſeruat,
119 nec adimplet, † ſeu cōtrauenit; is namq; in dolo eſſe dr, l. do
lus. ff. mād. & in l. ſi procuratorē. §. dolo ff. eo. & ſcripſit Cagn.
in l. ſi quis maior. n. 109. ver. & q in propoſito. C. de tranſact.
Sexageſimonono fallit in iudice, qui errat in iure, nam con
120 tra eum † præſumitur dolus, vt tradidere D.d. in l. 2. ff. quod
quiſque iur. & ſenſit Crauet. in conſ. 18. Andreas inuenis, nu.
14. quem refert & ſequitur Hipp. Rimi. in l. 1. nu. 85. verſ. nam
contra iudicem. ff. quod quiſque. iur.
121 Septuageſimo fallit in eo, † qui potuit denuntiare, nec de-
nunciauit: hūc enim in dolo eſſe aſſeruit Paulus in l. ſi fundo.
§. ſi rem. ff. de euictionib.
Septuageſimoprimo fallit in eo, qui per iniuriā verberat,
122 in † hoc enim præſumi dolum ait Vlpia. Iuriſconſ. in l. 4. §.
verum eſt enim. ff. vi bon. rapt.
Septuageſimoſecundo fallit, etenim ex breuitate tpis præ
123 ſumitur † dolus, ita docte ſcripſit Accurſ. in l. ſi vētri. §. ſi. in
vlt. gl. ff. de priuileg. credit. q̄ ibidem ſequitur Bart. & Ang. &
Hipp. Marſ. in conſ. 3. n. 14. & Corn. in conſ. 245. litera N. vol 2.
Septuageſimotertio fallit in mercatore, qui dedit fideiuſ-
124 ſorem, qui continuo fugam arripuit: † in dolo enim pręſu-
mitur ipſe mercator, vt prodidit Ang. in l. ſi cum dotem. §. ſi
mulier. ff. ſoluto matrim. quem recentiores ſequuntur in l. ſin
gularia. ff. ſi cert. petat. & Hip. Marſ. in conſ. 3. nu. 16.
Septuageſimoquarto fallit, etenim præſumi dolum eo ip-
125 ſo, quod quis habeat res ſuas ſaluas, & † alienas amiſerit, re
ſtis eſt mihi locupletiſſimus Celſus in l. quod Nerua. ff. depo.
quod idem procedere ait Paulus, ſi in tutiorem locum tranſ-
ferre potuerit, in l. vtique. ff. de dam. infect.
126 Septuageſimoquinto fallit in eo, qui peculium † intricat ſeu
ademit, vel ſi transferat in alium id, de quo ſuſpicabatur, con
tra eum agi, ita dolum præſumpſit Vlpia. in l. ſumma cum ra-
tione. vbi etiam Bal. in princ. ff. de pecul.
127 Septuageſimoſexto fallit, † nam dolus præſumitur ratione
viciniatis actuum, & ex multis etiam ſimul iunctis dolus præ
ſumitur, iuxta ſententiā Accur. in l. dolus. C. de reſcin. vendit.
Septuageſimoſeptimo fallit in maiori petente productio-
128 nem teſtium † poſt didicita teſtificata: præſumitur. n. dolus,
id eſt ſubornatio, vt placuit Rimi. in conſ. 404. nu. 16.
Septuageſimooctauo fallit in eo, qui contra iura mercatur,
129 nam † in eo præſumi dolum ſanxere Imperat. Valēt. & Val.
in l. quemadmodum. in fi. C. de agric. & cenſi, lib. 11.
Hoc tamen in poſtremo loco traditum locum hēt in ſcien-
130 te, ſecus eſt in ignorante, † nam qui contra iura ignoranter
mercatur, non eſt in dolo, vt docuit Accurſ. in d. l. quemadmo
dum. in verb. mercator. C. de agricol & cenſ. lib. 11.
Secundo loco limitatur, vt vera non ſit in ruſtico: in eo. n.
131 cōtra iura mercātē † dolū non pſumi, teſtis eſt Rip. in tract.
de peſte. de remed. præſeruat. cōt. peſt n. 233. verſ. hēt tñ. per
contex. in l. 1. C. nō licere habita. metropo. li. 11. & voluit Cor
132 in cōſ. 147. quia cā. col. 2 li. 2. vbi cōſuluit, ruſticū, qui † emit
rem non ſeruata forma ſtatuti, non pręſumi mala fide emiſſe.
Septuageſimonono fallit in eo, qui valiſiam ſine ſigno red-
133 dit, quæ cum ſigno poſita fuerat apud eum, † nam tunc do-
lum pręſumi teſtatur Alex. in l. in actionib. n. 18 ff. de in li. iur.
134 Octuageſimo fallit ex violentia, † namque dolus pręſumi-
tur, vt aſſeruit Paulus Iuriſconſultus in l. 4. ff. ne quis eum, qui
in ius vocat. eſt, vi eximat.
Octuageſimoprimo fallit in eo, qui omittit capere ex inſti
135 tutione, † & capit ex ſubſtitutione alterius, ita me docuit
Bart. in l. Iulia. nu. 1. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.
Octuageſimoſecundo fallit in eo, qui ſcit factum, & facit
136 contra ius. Dolum † enim tunc præſumi tradidit Bar. in l. ve-
neni §. nepdis. in princ. ff. ad S. C. Sylla. atque Dec. in l. nemo
videtur. nu. 2. ff. de reg. iur.
Octuageſimotertio fallit: etenim in delicto, vt in incendio
137 dolus præſumitur, † ſi inimicitia pręceſſerit, vt ait Bal. in l.
data opera. poſt nu. 1. poſt verſ & hoc eſt not. C. qui accuſare
non poſſunt. per l. capitalium. § qui ob inimicitiam. ff. de pęn.
Octoageſimoquarto fallit, vt præſumatur dolus ratione qua
138 litatis perſonæ percutientis, † & qualitatis inſtrumenti quo
cum percutit, vt inſigniter tradidit Accurſ. in l. 1. C. de ſica. &
l. item quæritur. §. item Iulian. ff. loc.
139 Octuageſimoquinto fallit, vt ex percuſſionib. † ſi quis mo-
riatur intra triduū, dolus præſumatur, vt l. 1. C. de emend. pro
pinquorum. ita tradidit Bal. in Marga. in ver. Dolus. verſ 3.
Octuageſimoſexto fallit in renunciationib mulierum, ſi aſ-
140 ſerant † ſe læſas in magna quantitate, vt aſſeruit gl. in l. cum
poſtea. C. de pact. & Bal. in Margar. in ver. Dolus. verſ. 3.
Octuageſimoſeptimo fallit in literis iuſtitiæ, vel paruæ gra
141 tiæ, ſecus in magnę: in illis. n. dolus † in hac non item præſu-
mitur, vt ſenſit Innoc. in c. ad falſariorum. & in c. accedens. de
falſ. cui accedit Bal. in Marga. in d. ver. Dolus. ver. 3.
Octuageſimooctauo fallit in receptatorib. qui famoſos re-
142 ceptarit, & publicos maleficos, † vt tradidere gl. & Bar.
in l. 1. ff. de recept. & Bal. in l. quicūque in princ. C. de ſer. fug.
143 Octuageſimonono fallit, vt inter perſonas ſuſpectas † faci-
le præſumatur dolus, iuxta ſententiam Corn. in conſ. 82. litera
144 A. vol. 3. & quod ex qualitate perſonæ † dolus præſumatur,
traditum eſt à Crauet. in conſ. 282. nu. 8.
Nonageſimo fallit, vbi quis pro debito læditur, tunc enim
145 dolum † præſumi ait Calcan. in conſi. 25. & primo, nu. 5.
146 Nonageſimoprimo fallit in argentario, qui tenet libras † in
locis inſolitis: in eo enim dolum præſumi, teſtis eſt Calca. in
conſ. 85. viſo caſu. nu. 13.
Nonageſimoſecundo fallit in laborante, ſi laboret poſt fa-
ctam proteſtationem: quia tunc cultura & fabricatio ſubſe-
147 quuta poſt proteſtationem, † præſumptionem doli inducit,
vt voluit Calca. in conſ. 100. q veniat condemnandus, nu. 3.
ex auctoritate Ang. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendic.
Nonageſimotertio fallit in adminiſtratore, qui faciat ali-
148 quid ad incommodum eius, † cuius bona adminiſtrat: nam
tunc dolus præſumitur, vt placuit Cran. in conſ. 142. nu. 15.
Nonageſimoquarto fallit in eo, qui non eſt proſequutus, q
149 † debuit, ita conſulendo atteſtatus eſt Rim. in cōſ. 391. n. 23.
Nonageſimoquinto fallit, namq; in dolo eſt is, qui nō pro-
150 uidet ea, † q̄ prouideri dēbant, vt ait. Iaſ. in cōſ. 18. o. 6. vol. 1.
151 Nonageſimoſexto fallit in eo, † qui eſt futuræ rixæ præpara
tio: ſic inquit Cæp. in conſ. crimin. 28. Magiſter Iacob. nu. 8.
Nonageſimoſeptimo fallit: etenim dolus præſumitur ex a-
152 lienatione omniū bonorum † à minore, & muliere facta ſine
ſolemnibus à iure requiſitis, vt conſuluit Ceph. in conſ. 51. nu.
6. & 8. vol. 1.
Nonageſimooctauo fallit: præſumitur enim maxime dolus
153 eo ipſo, † quod quis creditum non exoluerit, vt decidit Al-
ber. in tract. qq. ad ſtatu. q. 185. nu. 1. lib. 1.
Nonageſimonono fallit in his, quæ cōmittuntur iudicis ar-
154 bitrio, † qñ eſſet exceſſus indignus: dolus. n. tunc præſumi-
tur, vt docuit Pau. Caſtr. in l. ſi fugitiui. in fi. C. de ſer. fugit.
155 Centeſimo fallit in omni inuaſore, & turbatore, † in his. n.
dolum præſumi teſtatus eſt Bal. in conſ. 119. nu. 4. vol 2.
Centeſimoprimo fallit in eo, qui occultat rationes, ſcriptu
156 ras & † huiuſmodi, vt tradidit Bal. in conſ. 80. vol. 3.

Digitized by Google

Centeſimoſecundo fallit in eo, qui alieno nomine vẽdidit
157 minus † iuſto pretio, ſic reſpõdit Bal.in cõſ.219.nu.5.vol.3.
158 Centeſimotertio fallit ex malo effectu ſequuto, † tũc enim dolum præſumi aſſeuerauit Crau.in conſ.582.nu.8.ver.tertio
159 arguitur. nam cuius effectus malus eſt; eius quoq; † voluntas mala præſumitur, vt ait Bal.in l.1. §.circa fi.C.ſi quis omiſ. cauſ.teſtam.

Centeſimoquarto fallit in tutore extorquẽte quietationem
160 ab olim pupillo, † aſſerẽdo ſe rationem redidiſſe, & reliqua ſoluiſſe, vt ſenſit Cra.in d.conſ.582.nu.8.verſ.4.arguitur.

Centeſimoquinto fallit in muliere renunciante ſine con-
161 ſenſu propinquorum; † voluit namque Crau. dolum tunc præſumi, in d.conſ.582.num.5.

Centeſimoſexto fallit in eo, q promittat aliquid ſciens ſe
162 ſoluẽdo nõ eſſe, † cõtra eum namque dolum argui, reſpondit Labeo I.C.i l. pen.in fi.ff.de iu.dot.& Crau i cõſ.310 in fi.

Centeſimoſeptimo fallit: nã in dolo eſſe videtur is, qui ab
163 alio id petat, † quod fieri nullo modo poſſit, aut etiam difficile ſit factu; ſic idem cauit Crau.in d.conſ.310.in fin.
164 Centeſimo octauo fallit, † qui abutitur peritia ſua, arg.l. profeſſio.C.de muner.patrim.li.10.& l.2.ff.qđ quiſq; iur. & tradidit Tynda.in ſuo eleganti tract.de reſtib.c.5.nu.6.

Centeſimonono fallit in depoſitario, qui nõ expendit pe-
165 cuniã depoſitã in re immobili, † vt promiſerat: ille enim nõ videtur carere dolo, iuxta l.ſi procuratorem.§.dolo. & l.dolus.ff.mand.vt tradidit Anch.in q.31.num.3.

Hoc tamen limitatur, vt non procedat, ſi nõ ſteterit per ip-
166 ſum depoſitariũ, † quin pecunia inueſtiretur in re immobili, ſed per deponentem, qui eam exigere voluit, vt ait idem Anchar.d.q.31.num.15.
167 Centeſimodecimo fallit, vt dolus præſumatur † ex omniũ bonorum amiſſione, arg l.omnes. §.Lucius vbi Bar.ff.quæ in fran. cred. & id prodidit doctiſſimus Iacob. Menoch. de recup.poſſ.remed.9.num.165.

Centeſimoyndecimo fallit in eo, q diſſimulat præſentia, &
168 denũciat † futura: nã in hoc dolum argui conſuluit Bernardin.Bombin.in conſ.3.præmiſſo themate.num.6.

Centeſimoduodecimo fallit in arbitrãdo, ex eo quod quis
169 aliter arbitretur, † q̃ oporteat, ita docuit Bart.in l.fin.ad fin. ff.de prætor.ſtipu.& in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.poſt nu. 24.ff.pro ſoc.quem refert, & ſequitur Io. Coraſ.in repet.l.qui liberos.num.167.ff.de ritu nupt.

Centeſimodecimotertio fallit in his, quæ fiunt cõtra natu-
170 ram: in his enim † dolum præſumi, teſtis eſt Bal.in l.vnica. nu.21.verſ.vnde aduerte.C.de cõfeſſ.quem refert, & ſequitur Lanfran.de Oria.in tracta.cõfeſſ.in verb.quæro iuxta præmiſſa.num.17. verſ.item ea, quæ fiunt contra naturam.

Centeſimodecimoquarto fallit, vt ille, qui poteſtatem habeat eligendi pauperes à teſtatore, ſi eliget filium diuitẽ, illa
171 electio in fraudẽ, † & dolum facta præſumeretur, vt aſſeruit Cal.in conſ.31.an executor, & in conſ.39.an executor, quem refert, & ſequitur Pari.in conſ.45.vltra legatum, nu.15 vol.3.
172 Centeſimodecimoquinto fallit: † nã præſumitur ex inſtrumento dotis facto poſt cohabitationem duorum, ſcilicet viri, & mulieris Calc.ita ſenſit in conſ.36.nu.5.

Centeſimodecimoſexto fallit: vt dolus præſumatur, quãdo
173 ſupponitur † tertia perſona ad contrahendum, idem voluit Cal.in d.conſ.36.nu.2.per contex.in l.vxor marito.ff. de dona.inter vir.& vxor.

Centeſimodecimoſeptimo fallit, dolus enim præſumitur in
174 eo, qui contra propriã confeſſionẽ petit, † quod ſibi nõ debetur, ita reſpõdit Vlpia.in l.2.§.ſi q ſine cauſa.ff.de doli exceptio.& tradidit Accur.in l.ſi ex cautione, in verb.pbare.C. de non nu.pe.vt refert conſulendo Bellame.in conſ.30. nu.9.
175 Centeſimodecimooctauo fallit in eo, qui cũ † prohibetur emere, per interpoſitam perſonam emit, dolus enim tũc præſumitur. Sic colligimus ex Vlpiani reſponſo in §.ita autem.§. geſſiſſe.in fin.de adminiſtr.tuto.& Paulus in l.ſi is, qui bonis. ff.de acquir.hæred.& tradidit Fabia.de Mõte in tract.de emptio.& vend.in 3.q.prin.verſ.ſexto quæro, num.10.
176 Centeſimodecimonono fallit: nã dolo deſijſſe † poſſidere dicitur ille, cui fuit nunciatum, ne alienaret, quia cogitabat nuncians contra eum agere ad rem, tñ alienauit vt docuit in §.nõ ſolum. §.morte, n.43.ff de oper.no.nũc.arg l.Fulcinius, & qđ ibi.not.in gl.in verb.animus.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.

Sed erit fortaſſe quiſpiã, qui hãc de dolo Cõcluſionem noſtrum longiori ſermone nos fuiſſe proſequutos contendat, ſed quid mirum; Omnia enim dolis, omnia fraudibus referta ſunt, vbique depræhendũtur fallaciæ, vbique machinationes inueniuntur, & vt præclare neſcio, quis cecinit:

Inter mortales regnant fraudeſque dolique,
Et nulla eſt pietas, pectoribuſque fides.

Nullus igitur in præſentia admiratione capiatur. Miretur potius, quod in re tam late patenti, quæ vbique locorum ſuos fines propagauit, tam breui ſimus oratione vſi: longiori quidem vſi fuiſſemus: verum ab alijs varijs in locis hæc longiſſime animaduerſa pſpeximus, vt à Luc.de Penn.in l.quemadmodum.à nu.8.vſque ad nu.530.C.de agricol.& cenſit. vbi ducẽtos vigintinouem caſus, in quibus capitur doli, vel fraudis præſumptio enumerauit, vt etiam teſtatus eſt Alci. de præſumpt.reg.3. præſump.5.nu.8. & nonnullos recenſuit Philip. Franc.in cap.ſciẽti.de regu.iur.in 6.vt & aſſeuerauit Cagnol. in l.nemo plus.in fin.ff.de regu.iur. & de his multi alij tradidere, quos referre longum eſſet, longe vero plures vnuſquiſque ſtudio ſibi parare poterit.

CONCLVSIO DXXXIII.

ARGVMENTVM.

Dolus iudicis quo pacto detegatur, atque probetur.

SVMMARIA.

1 *Dolus iudicis, vt detegatur, debet quis agere ex antiquis actis, non ex nouis.*
2 *Dolus arbitrorum detegitur ex antiquis actis.*
3 *Dolus iudicis probatur ex illius verbis, vt ſi dixerit ſe velle ferre ſententiam odio, vel amicitia.*
4 *Dolus iudicis probatur per euidentem iniuſtitiam, vel iniuriam, ſiue gratiam.*
5 *Dolus contra iudicem probatur ex capitali inimicitia, quam gerit contra quem tulit ſententiam.*
6 *Dolus contra iudicem probatur, quando iuris ordine non ſeruato fulminatur, & parte non citata contra aliquem proceditur.*

Dolus iudicis, vt detegatur, debet quis agere ex antiquis
1 actis, † nõ ex nouis: nam ex nouis probationibus iudici non cognitis, illius dolus argui non poteſt, cum ignorans in dolo nõ verſetur, l.1.ff.de dolo. & refert Menoch.de arbitrar. iudic.lib.1.quæſt.72.num.2.
2 Quæ concluſio amplianda eſt, † vt etiam procedat in arbitris, vt colligitur ex ijs, quæ ad hanc rẽ deduxit Pariſ. in cõſ. 45.num.92.vol.1.

Præterea pbatur dolus iudicis ex illius verbis, nẽpe ſi di-
3 xiſſet, † ſe velle ferre ſententiã odio, vel amicitia, vt traditum eſt à Pau.Caſtr.in l.ſeruo inuito.§.cũ ptor, nu.2.ff.ad Trebell.

Tertio quoque loco probatur per euidentem iniuſtitiã, vel
4 iniuriam, † ſiue gratiam, vt dilucide reſpondit Vlpia.in l.ſi filiusfamilias. ff.de iudi. & ex traditis ab Alex.in conſ.121.nu. 11.lib.2.& refert ſequẽdo Ang.ita tenentẽ in ſua diſputatio. Duo ad inuicem litigantes, & Petr.de Ancha.in ſua diſputat. incipien.cum C.laicus.

Quarto poteſt probari dolus contra iudicẽ ex capitali ini-
5 micitia, † quam gerit, contra quem tulit ſentẽtiam, vt docuit Bald.in l.cum à te.verſ.quæro quid. ff.de do.& in conſ. 217. verb.libelli.num.9.lib.2.

Quinto probatur etiã dolus contra iudicem, qñ iuris ordi-
6 ne non ſeruato fulminatur, † & parte nõ citata cõtra aliquem pceſſit, vt cauit Marcell.in l.lex Iulia.§.fi.ff.ad l. Iul.repe.poſt gl.in ver.calore.& ſancitu eſt in c.1. de re iud.in 6.& in c.cõquerẽte.de reſtitut.ſpoliat.Ale.poſt gl.in l.iuſte poſſidet.ff.de acquir.poſſ.Auguſt.Bero.in c ſuper literis.nu.71.de reſcrip.

CONCLVSIO DXXXIV.

ARGVMENTVM.

Domeſticus teſtis, an à teſtimonio repellatur.

SVMMARIA.

1 *Domeſticus teſtis à teſtimonio repellitur.*
2 *Domeſtici qui dicantur.*
3 *Domeſticus dicitur habitans in eadem domo, licet ipſi non poſſet imperari, & poteſt repelli à teſtimonio.*
4 *Domeſtici adeo dicuntur plures, qui cohabitent in eadem domo æqualiter.*
5 *Domeſtici repelluntur à teſtimonio, ſiue ſint proprij, vt pater, & filius ſiue improprij, vt familiares & ij quibus imperari poteſt de iure, vel de facto.*
6 *Domeſticus nedum dicitur ille, qui ſubſit ratione patris poteſtatis, vel dominica,*

ea, ſed etiam qui cohabitat, & aliquo modo ſit inferior, vel ſubiectus capiti familiæ.
7 *Domeſtici dicuntur, qui viuunt ad vnum panem & ad vnum vinum.*
8 *Domeſtica dicitur concubina & à teſtimonio repellitur.*
9 *Domeſtici non admittuntur, etiam quod deponerent in tormentis.*
10 *Domeſticus patris non poteſt teſtificare pro filio, nec e contra, maxime ſi pater & filius ſimul habitent.*
11 *Domeſticus ſi tempore iuramenti deſierit eſſe domeſticus admittitur.*
12 *Domeſticus tunc repellitur à teſtimonio, quando in fraudem receſſit ab ipſa domeſticitate.*
13 *Domeſticus famulus diligenter debet interrogari, quare fuerit expulſus, & an ſit reuerſurus.*
14 *Domeſtici teſtis fraus ex eo probatur, quod poſtea cauſa finita in domo reuertitur.*
15 *Domeſtici teſtes admittantur quando non poteſt probari factum, niſi per ipſos.*
16 *Domeſtici non ſolum admittantur in probando matrimonio clandeſtino contracto, ſi non poteſt veriſimiliter ſciri, niſi ab ipſis, ſed etiam præferantur alijs.*
17 *Domeſtici ad probandum ea, quæ domi facta ſunt, admittuntur.*
18 *Domeſtici, quo caſu admittantur pro teſtibus domeſticis contra extraneos.*
19 *Domeſtici & familiares non probant ſi aliqua culpa poteſt obijci parti, cur adhibuerit alios teſtes, per quos intentionem ſuam poſſit probare.*
20 *In actu contrahendi matrimonium ſi potuerunt contrahentes alios teſtes non domeſticos adhibere & non adhibuerant, ipſis debet imputari.*
21 *Vxor admittitur ad probandam ſubtractionem rerum hæreditariarum per hæredem.*
22 *Domeſtici probant aliquem voluiſſe vxorem mœchari, & ſimilia delicta perpetrare.*
23 *Supellectilia domus poſſunt probari per teſtes domeſticos.*
24 *Quæ perdita ſunt in domo, vel in naui, contra dominum domus vel nauis, poſſunt probari per teſtes domeſticos.*
25 *Domeſtici admittuntur ad probandum mentem muti ex ſignis.*
26 *Domeſtici admittuntur, ſi inducantur ad probandam innocentiam alicuius.*
27 *Familiares iudicis admittuntur ad probandam eius innocentiam.*
28 *Domeſticus valde honeſtus, & bonæ conditionis, & famæ admittitur.*
29 *Teſtis inſtrumentarius licet ſit domeſticus, nihilominus admittitur, & probat.*
30 *In teſte inſtrumentario domeſtico ceſſat ſuſpitio, cum ſic partibus placuerit.*
31 *Domeſtici teſtes ſaltem faciunt indicium.*
32 *Domeſtici teſtes ſi plures ſunt, plene probant, ſed ſi vnus tantum, ille facit indicium.*
33 *Domeſtici teſtes non faciunt etiam qualemqualem præſumptionem.*
34 *Domeſticus quando producitur contra domeſticum admittitur pro teſte.*
35 *Domeſticus teſtis admittitur fauore eccleſiæ.*
36 *Domeſticus admittitur data æqualitate domeſticitatis.*
37 *Domeſticus admittitur quando deponit in vtranque partem pro domeſtico.*

1 DOmeſticum teſtem† à teſtimonio repelli, nullus eſt, qui ignoret: præſertim cum plurimis Imperatorum reſcriptis, & iuriſconſultorum reſponſis, & Pontificum ſcitis id maxime fuerit confirmatum, vt in primis ab Impp. Valeria. & Gallie. in l. 2. C. de teſtib. & ab Imperat. Leone in l. fi. §. fin. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. & colligitur ex Impp. Arcad. & Honor. l. pen. C. qui accuſ non poſſ. & ſancitum ab Impera. Gordiano in l. pridem. C. de quæſtio. atque conſtitutum eſt ab Impp. Grat. Valent. & Theodoſ. in l. vnica. §. illo. C. ſi quacunque prædi. poteſt. & ab Impp. Philippo. in l. inſtrumenta. C. de proba. reſponſum etiam eſt à Marcello in l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis. atque à Paulo in l. pen. ff. de teſtib. hoc idem decreuit Vrbanus III. Pontifex Maximus in c. in literis. de teſtib. atque Caliſtus in cap. 1. & Anacletus in cap. 5. & Pontianus in cap. 4. Gelaſius quoque in cap. accuſatores. 3. q. 5. poſteriorum etiam iuriſconſultorum turba hoc idem comprobauit, vt Specul. in titu. de teſtib. §. 1. verſicu. item excipitur, quod eſt domeſtic. Angel. in conſi. 160. col. 5. verſic. non probant etiam. Grammat. conſil. 26. num. 30. & ſeq. Decl. in conſil 133. column. 2. verſic. primo ergo & tenet Nepos de Monte Alba. in ſuo tractat. de teſtib. in princ. num. 1. & Iacob. Butrigar. in eod. tractat. in princ. num. 21. & Iacob. Aegid. in eo. tractat. in princ. num. 1 n. idem Federi. Schenc. eod. tractat. nu. 27. & Stephan. Aufrer. in eod. tracta. nu. 34. & Ioan. Crot. in eod. tract. in 3. pat. nu. 98. Idem Aegid. Boſſ. eo. tract. nu. 93. & 108. & Damhouder. in eod. tract. de teſtib. nu. 5.

2 Qui autem dicantur domeſtici† in iſto propoſito cõſulendus erit id late tradens, Nepos de Monte Alba. in ſuo tract. de teſtib. in princ. & adeundus erit Feder. Schenc. in eod. tract. nu. 27. & inſpiciendus Nellus à S. Geminiano nu. 11. id etiam tibi ſuppeditabit Stephan. Aufret. in eod. tract. nu. 35. atque hoc ſuggeret Alberic. de Malet. in eod. tract. c. 2. quod & conſtabit ex ijs, quæ infra dicemus.

3 Primo ampliatur, vt procedat concluſio, etiamſi† tali domeſtico non poſſet imperari, dummodo vna habitet in eadẽ domo, nã tunc dicitur domeſticus, & poteſt repelli à teſtimonio, vt de communi * opinione ſcribentium atteſtatur Soc. in conſ. 17. n. 3. & 4. vol. 1. & Dec. in conſ. 133. col. 2. ver. 1. ergo.

Limita prædictam ampliationem non habere locum, quan-
4 do plures cohabitarent in eadem domo æqualiter: † nã tunc non adeo redicentur in hoc propoſito domeſtici, quod repellerentur, vt tradidit Sephan. Aufre. in ſuo tract. de teſtib. nu. 35. verſ. ſuper quibus Feli.

Secundo ampliabis, vt vera ſit concluſio, ſiue ſint domeſtici proprie, vt pater, & filius: ſiue improprie, vt familiares, vt
5 ſunt quib. imperati poteſt, de iure, † vel de facto, ſiue ſint improprijſſimi, vt coloni, laboratores, & mercenerij, iuxta ſententiam gl in §. in teſtib. Inſtit. de teſta. & Doctores prodidere in d. cap. in literis. de teſtib. & in d. l. 2. C. de teſt. & refert auctor additio. ad Capel. Toloſ. q. 4. ver. adde. quod regulariter. De patre vero conſtitutum eſt in l. parentes. C. de teſtib. & in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. & Areti. reſpondit in cõſ. 13. col. 6. ver. & præmitto, & dicetur late infra in concluſ. Pater, de eo autem cui poſſit imperati conſuluit Zaſ. in conſ. 59. nu. 50. vol. 2. & cauit Bal. in conſ. 50. incipien. videndum eſt primo, verſ. & cum iſti. vol. 2. quibus accedit Aret. in §. pater. num. 8 verſ. & gl. in ea re. Inſtit. de teſta ordin. at de mercenario eſt gl. in d. c. in literis in ver. familia. & probauit Spec. in tit. de teſtib. §. 1. verſ. item excipitur, quod non eſt idon. & ad iſtam ampliationem ſpectant ea, quæ fuere animaduerſa à Stepha. Au-
6 frer. in ſuo tract. de teſtib. nu. 34. vbi inquit† nedum illũ proprium dici domeſticum, qui ſubſit rationi patriæ poteſtatis, vel dominicæ, ſed etiam qui cohabitet, & aliquo modo ſit inferior, vel ſubiectus capiti familiæ, vel libertus, aut mercenarius, & ſimiles, ſecundum Bal. in l. 5. C. de teſt. & Specular. tit. de teſte §. 1. verſ. item excipitur, quod eſt domeſtic. & Dominic. poſt Ioan. Andr. in c. fi. col. 5. de verborum ſignifi. lib. 9. &
7 Bal. in d. c. literis. inquit † craſſe loquendo omnes dici domeſticos, qui viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum, vt eius verbis vtar, per §. cogitandum. in Auth. de monachis.

Ampliatur tertio, vt procedat etiam in concubina quæ tam
8 quam domeſtica † repellitur. vt tenet Bal. in l. 2. ff. de teſtib. quem ſequitur Iaſ. in l. ſed ſi quis in prin. ff. ſi quis caut. atque confirmat Io. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor.

9 Quarto amplies velim concluſionem, vt locum habeat, † etiamſi domeſtici deponerent in tormentis: nam tunc etiã nõ admittuntur, vt ait Hippol. Marſ. in l. 1. §. ad quæſtionem. per illum tex. nu. 1. ff. de quæſt.

Quinto ampliare poteris, vt nec domeſticus patris poſſit
10 teſtificari pro filio, nec econtra, maxime ſi pater, & filius ſimul habitẽt: ita placuit Ioan. Fab. in §. in teſtib. in fi. Inſtit. de teſtib. & refert Apoſtil. ad Capel. Toloſ. in q. 4. in fin.

Primum concluſionem ipſam limitabis, vt locum ſibi non
11 † vendicet, quando talis domeſticus, tempore iuramenti, deſierit eſſe domeſticus, per l. 3 §. 1. ff. de teſtib. & videtur tenere Cyn. in allata l. 5. & probauit Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ qui olim dicit. Bart. in l. 1. §. idem Nummio. ff. de quæſt. & refert auctor additio. ad Capel. Toloſ. dec. 4. verſ. prædicta dic eſſe vera, quibus adhæret Henric. Boic in d. c. in litteris. col. 2. in 2. caſu. de teſtib. & ibi Abb. col. 3. verſ. ſed extra gl reſpõdete quoque, Alex. conſ. 5. col. 3. verſ. poteſt etiam reſponderi. vol. 1. Ang. in conſ. 175. col. pen. verſ. & maxi. Grat. in conſ. 41. col. 2. verſ. tertio admittuntur. vol. 1. Ruin. in cõſ. 36. col. 6. verſ. item non obſtat. vol. 4. Bart. docuit in l. 1. § idẽ Nummio, per eum tex. & in l. vnius. §. pen. de q. & in l. deferre §. item decreuerunt. in ff. de iure fiſci. Bal. etiam probauit in l. 1. circa medium. C. de epiſcop. & cleri. & in l. nihil. in prin. ff. de inof teſt. quibus accedit Alex. in conſ. 149. viſo proceſſu inter Michael. colum. 5. verſ. non obſt. ſi dicatur, lib. 5. & Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. in 1. part. numero 101. incipient. famulatio.

12 Quod ſublimitabis, vt non procedat, † quando in fraudem receſſit ab ipſa domeſticitate (vt noſtri vocant) quia tunc etiam repellitur à teſtimonio, vt expreſſe voluit Spe. in alleg. §. 1. verſ. quid ſi olim. de teſt. & ſenſit Bal. in d. l. 2. col. 2. verſ. ſed quid econtra. & Ang. & Sal. tradidere. in l. ſeruos. C. de q.
13 & Bal. prodidit. in d. c. in literis. vbi loquens de famulo † dicit diligenter debet interrogari, quare fuerit expulſus; & an ſit reuerſurus, vt etiam refert auctor additio. ad Capel. Toloſ. in d. q. 4. verſ. dic, quod ſi fuerit.
14 Et probabitur iſta fraus ex eo, quod poſtea talis † reuertitur cauſa finita, argum. l. ſi quis adulter. §. 1. ff. de adulter. & l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pignus vel hypothec. ſoluit. & ex alijs congeſtis à Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. in 1. parte. nu. 102.

Secundo loco concluſionem limita, vt non procedat, quã-

Digitized by Google

15 do non poteſt probari factũ,† niſi per teſtes domeſticos, vt
colligitut ex l.conſenſu.& ibi Bal.& Salic.tradidere.C.de re-
pud. idem etiam Bald. in l. parentes. C. de teſtib.vbi di it
in vxore & fratre:& idem Bal.in l.fi.§.licentiam.C.de iure de
liberandi.& Bart.docuit in l.in tantum.§.vniuerſitatis,ff.de
rerum diui.& fuit obſeruatum in c.veniens.de teſtib.& in c.
& ſi Chriſtus,de iureiur.in fi.& in c.peruenit,de teſtib.& in
c.quanquã.14.q 5 & habemus ex l.lex quæ, & ibi Bald.C.de
de admin ſt.tutor.Alex.meminit in conſ.63.nu.6.vol.1.Dec.
aſſeruit in conſ.133. Gramma. placuit conſ.45.nu.55.& in
conſ.59.nu.12.& conſ.88.nu.4.atque comprobauit Franc.Are
16 tin.conſ.13.n.17.vbi voluit,& conſuluit† in probando matri
moniũ clandeſtine contractũ in domo, tale matrimoniũ non
poſſe ver-ſimilitet ſciri præterquam à domeſticis, & familia-
ribus,& ideo non ſolum admitti in hoc caſu,ſed etiam præfe-
ri alijs, vt eſt caſus in l.quoties. C.de naufrag.lib.11.& ibi
Bart.& Petr Benintén.in deciſ.43.nu.4.

17 Et quod domeſtici ad probandũ ea,† quæ domeſtica ſunt,
recipiantur,decidendo ſenſit etiam Afflict. deciſio 304.n.10.
Bal.conſulendo in conſ.337.col.1.verſ.item delicta,vol.3.&
in conſ.427.col.1.verſ.item delicta,vol.5.cui adhæret Alex.
in conſ.24.col.4.verſ.non obſtat,vol.2.

Hanc limitationem declarabis,vt vera ſit in illis caſibus,in
quibus nulla poteſt conſerri culpa in illum,qui velit probare,
quod proponit per domeſticos,quare alios nõ adhibuerit,cũ
18 fuerit caſus,† in quo non potuerit alios adhibere, vel cõmu-
nis conſuetudo ſit ẽt prudentũ virorum, ne alij adhibeantur
etiã pro teſtibus domeſticis contra extraneos,& ad hoc pro
bandum extare context.in l.quoties,C.de naufrag.lib.11.per
petuo memoriæ commendandum,teſtatur Soc.ſen.in conſ.
17.nu.5.li.1.vbi hanc declarationem ſine vlla dubitatione cõ
firmat,& diſtinguit,quam ſentẽtiam alijs auctoritatibus cor
roborat:ſecus vero eſſet,ſi aliqua culpa poſſit aſcribi parti,
19 cur non adhibuerit alios teſtes,† per quos intentionem ſuã
poſſet probare,nam tunc,licet ſit res,quæ de ſui natura aga-
tur inter domeſticos,& familiares,ſeu coram domeſticis, &
familiaribus,tamen non poteſt probare per domeſticos,& fa
miliares,vt de hoc videtur cõtext.in l.s.C.de teſtib.& ita cõ
cludit idem Soc.in d.conſ.17.nu.5.verſ.ſed ſi aliqua culpa li.
1.ad quod affert Abb.in c.ſuper.de teſtib.vbi voluit,ꝙ quan-
do fuit in poteſtate illorum de collegio adhibere alios teſtes
non videtur,quod poſſit probari per illos de collegio.

Hinc elici poteſt illud ꝙ paulo ante ex auctoritate Franc.A-
ret.in d.conſ.13.nu.17.dicebamus in probando clandeſtino
matrimonio admitti teſtes non domeſticos,nõ ita facile pro
20 cedere,ex quo in tali actu contrahendi matrimonium potue
runt contrahentes ipſi alios teſtes non domeſticos adhibere
vt ex ſe manifeſtum eſt,quos cum non adhibuerint,culpa ip-
ſorum ipſiſmet debet imputari,vt determinat idem Soc.in d.
conſ.17.d.nu.6.lib.1.

Prædicta intellige procedere in his,quæ ſolita ſunt pertra
ctari inter domeſticos,& quod habitu,& actu teſtes alij non
habeantur,quia illa gerantur alijs excluſis,ſecus ſi actus in-
ſpecto communi curſu ſic ſe exhibieãt,quod de eis poſſint a-
lij teſtes haberi,licet forte non habeantur actu, vt ex addu-
ctis patet ab Apoſtil.ad Capel.Toloſ.q.4.

21 Primo ex iſta ſecũda limitatione infertur,† vt etiam vxor
admittatur ad probandam ſubtractionem rerum hæreditaria
rum per hæredem,vt tradidit Bal.in auth.ſed cum teſtator.
col.2.verſ.quæro poteſt decret.C.ad l.falcid.

22 Secundo infertur,† vt domeſtici probent aliquem voluiſſe
vxorem mœchare,vel ſimilia delicta perpetrare,ſecũdum Sa-
li.in l.fi.C.de ſicar.

23 Tertio infertur † poſſe probari per domeſticos ſupellecti-
lia domus,vt videre eſt in l.lex quæ tutores.C.de adminiſtra-
tio. tutor.& ibi Bart.Bald.& Salicet.

Quarto infertur,vt ea quæ perdita ſunt in naui,vel in do-
24 mo,& ſic cõtra dominiũ domus,vel nauis † poſſint probari
p teſtes domeſticos,ita notauit Bar.Ang.& Iaco.Rebuff.in l.
quoties.C.de naufr.li.10.& Bar.i l.fi.§.licẽtiã.C.de iu.delib.

25 Quinto infertur,vt etiam ad probandam mẽtem muti † ſi-
gnis admittantur domeſtici,vt ſcripſit Bart.in l.mutum.ff.de
acq.hæred.de quibus omnibus meminit auctor additio.ad Ca
pel.Toloſ.in d.quæſt.4.

Tertio primario loco limitabis concluſionem non procede
re,qñ teſtes inducuntur ad probandam innocentiam alicuius
26 † nam tunc admittuntur domeſtici,ita Alex.reſpondit in cõſ.
5.n.6.vol.5.& liquet ex addit.ad Hippo.Marſ.in l.1.§.ad quæ
ſtionem. nu.26.de quæſt.& deciſum fuit à Boer.in deciſ.105.
& cautum eſt à Ioan.Anan.in conſ.59. incipi.viſa,inquiſitio-
ne formata,& refert Crot.in ſuo tract.de teſtib.par.3.nu.29.
& ita ſenſit Florianus in l.teſtis idoneus.ff.de teſtib.ac Iaſ.in
l.ſed & quis.ff.ſi quis cautio.Paris de Put.in tract.de ſyndi.in
27 ver.teſtis an familia.vbi dicit † ad probandam iudicis inno-
centiam admitti eius familiares.

Quarto limita,concluſionem non habere locum in dome-
28 ſtico valde honeſto,& bonæ conditionis,& famæ,† quia talis
admittitur,vt late traditum eſt ab Hipp.de Marſ.in l.1.§.ad
quæſt.nu.7.verſ.limita etiam hunc text.cum plurib.ſeq.ff.de
q.& reſponsũ eſt à Roma.in conſ.420.col.2.nu.5.verſ.tertio
idem manifeſtatur.hoc etiam relatu eximium cenſuit idem
Hippol.de Marſ.in ſing.5.regula eſt,quod familiares,ita quo
que ſcriptum reliquit Anton.de Butr. in d.c.in literis. ibi,ſed
tamen diligenter,& Bal.ibi.nu.1.col.1.verſ.dicit Innocen. &
ibidem etiam Felin.nu.4.col.2.verſ fallit ſecundo, de teſtib.
in hanc ſententiam fuit conſultum à Goz.in conſ. 94. nu.32.
verſ.omitto,ꝙ quaſi omnes,ſicq; cauit Ruin.in conſ.53.nu.6.
verſ.nam multi ex teſtib.vol.4.id quoque conſulendo cõpro
bat Grat.in conſil.41.colum.2. verſicul.tertio dubitatur, vo-
lum.2.& placuit eidem Ruin.in conſ.36.col.6.verſic.non ob-
ſtat allegat.vol.4.

Quarto limita primariam concluſionem locum ſibi nõ ven
29 dicare † in teſte inſtrumentario,nam licet ſit domeſticus,ni
hilominus admittitur,& probat,aſſeuerauit Hippol.de Marſ.
in d.l.1.§.ad quæſtionem.nu.27.ff.de quæſtio.& tradidit Bal.
in l.etiam.col.1.in fin.verſ.& hæc vera ſunt.C.de teſtib.& ita
cauit Cæpol.in ſua caute.217.verſ.item pro quo optime fa-
cit,vt etiam decidit Bellame.in conſ.43 col.3.verſ.iſtis autẽ.
30 † nam in eo ceſſat ſuſpitio,cũ ſic partibus placuerit,ad quod
conferunt animaduerſa à Bal.in l.inſtrumenta.in fi.C.de pro-
batio.& refert auctor addit.ad Capel. Toloſ.in q.4.verſ.item
poſſunt eſſe teſtes in inſtrumentis.

Sexto limitatur concluſio,vt vſque eo non procedat, quia
31 ſaltem† tales teſtes domeſtici faciant indiciũ,ita in quit Mar
ſil.in d.l.1.§.ad q.nu.3.de quæſt.& confirmauit Bal.in ſua Mar
gar.in ver.teſtis.col.6.verſ.teſtis familiaris.

Sublimita tamen, quando eſſent plures teſtes domeſtici tũc
32 enim probant plene,† ſecus ſi vnus tantũ eſſet,nam talis opti
me facit indicium,vt inſigniter docuit Bal. in l.2.in princ. de
excu.tuto.& refert addit.ad Capel.Toloſ.in quæſt.4.ver.item
quando ſint plures.

33 Contrariam tamen, † quod ſcilicet tales teſtes non faciant
etiam qualemqualem præſumptionem,ſequutus eſt ſententiã
Bal.in l.teſtimonium.ff.de teſtib.cuius ſententiam nõnulli alij
ſua auctoritate corroborauere, vt Felin.in c.in literis. col.fin.
verſ.nota de teſti.& Gramma.in conſ.59.num.33. at expreſſe
Abb.in d.c.in literis.in 3.not.

34 Septimo limita, † quando domeſticus producitur contra
domeſticum,etenim tunc admittitur pro teſte, auctore Spec.
in tit.de teſti. §.1. verſ.quod ſi aduerſarius, vt teſtatur etiam
Mil.in ſuo repertor.in §.teſtis,verſ.teſtificari, & refert Add.
ad Capell.Toloſ.in q.4.verſ.item admittuntur.

35 Octauo, limitatur fauore eccleſiæ, † nam tunc domeſticus
admittitur,vt ait gl.in c.2.59.diſtinct.& glo.in 14.q.2.in ſum
ma,& refert auctor addit.ad Capel.Toloſ.in q.4. verſic.item
admittuntur fauore &c.

Nono limitatur data æqualitate,vt ſic loquar,domeſticitatis
36 nam † tunc etiam admittitur domeſticus per reſponſum Iu-
riſconſul.in l.non ſolum.ff.de rit.nuptiar.vt obſeruatee ſcri-
ben.in d.l.ẽt & ibi gl.& Petr.de Sancto Georg.de teſtib.& re
fert idem auctor addit.ad Capell.Toloſan.in q.4.verſ.itẽ ni-
ſi ſit pariter.

37 Decimo limitatur,quando † domeſticus deponit in vtram
que partem pro domeſtico,quoniam tunc cum nequeat pro
parte acceptari,& pro parte reijci admittitur, vt auctor eſt
Petr.de Sancto Georg.in d.l.etiam.C.de teſt.& refert idẽ au-
ctor addi.ad Capel.Toloſ.in d.4.q.

Reliqua huc ſpectantia commodius tradita ſunt,in conclu
ſione,Conſanguineus,& in concluſione,Familiaris,& in alijs
ſimilibus concluſionibus.

CON-

CONCLVSIO DXXXV.

ARGVMENTVM.

Quibus ex coniecturis probetur domicilium mutatum, & alibi constitutum eſſe.

SVMMARIA.

1 *Domicilium præſumitur in loco originis, niſi probetur eſſe mutatum.*
2 *Domicilium mutatum probatur, quando quis venditis rebus ſuis, quas alibi poſſidebat, in aliam vrbem cum familia demigrauit.*
3 *Qui ſtatim vbi habitare vrbem cœpit, proteſtatus fuit, ſe velle in ea domicilium conſtituere abſque mora incolatum acquirit.*
4 *Domicilium mutare, & conſtituere in ea vrbe is præſumitur, qui priuilegium impetrauit, quo ius ciuitatis petebat.*
5 *Clericus ſecularis ſi habeat beneficium exigens reſidentiam vtpote curatum, præſumetur ibi ſortiri domicilium, ſecus ſi non requirat reſidentiam.*
6 *Domicilium probat, qui oſtendit aliquem alibi aſſidue habitaſſe, vt per decẽ annos.*
7 *Domicilium acquiritur per decennium.*
8 *Domicilium contractum eſſe arguit aſſidua habitatio.*
9 *Domicilium an contrahatur per ſpatium decennij relinquendum eſt iudicis arbitrio.*
10 *Iudex etiam minori tempore decennij arbitrari poteſt contractum eſſe domicilium iuxta loci & perſonarum conditionem.*
11 *Domicilium conſtituitur minori ſpacio quam decennali.*
12 *Domicilium, & incolatus in ciuitatibus Germaniæ ex conſuetudine, vel ſtatuto poſt annum acquiritur.*
13 *Domicilium non contrahitur etiam per mille annos, ſi quis habet animum recedendi, vt ſcholaris.*
Contrarium in ſcholare, nu. 17.
14 *Scholaris ſi elapſo decennio quod ſtudiorum cauſa conceſſum videtur, habitationem continuauerit & ibi ſedes fixerit, præſumitur ibidem velle domicilium conſtituere.*
15 *Pupillus, qui apud auiam tutricem in alia parochia permanſit, non præſumitur ibi voluiſſe domicilium conſtituere.*
16 *Ad domicilium conſtituendum neceſſario requiritur animus.*
18 *Domicilium ex animo incola contrahitur, & à ſummo animo pendat, ideo aſſertioni eius, qui declarat animum ſuum, ſtandum eſt.*
19 *Domicilium nullibi probatur quem habere vbi cum rebus ſuis ſe contulit, & declarauit ſe ibi nolle habere domicilium.*
20 *Animus permanendi in loco habere præſumitur, quo ibi tranſtulit res ſuas.*
21 *Domicilium ex eo ſolo præſumitur contractum, quod in loco bonam partem bonorum ſuorum quis tranſtulerit.*
22 *Domicilium fuiſſe conſtitutum probari non poteſt ex ſola domus poſſeſſione.*
23 *Domicilium alicuius non probatur ex eo quod ibi pergulam habeat.*
24 *Domicilium quod alibi quis habeat non cenſetur eſſe extinctum ex tranſlatione ſola maioris partis bonorum ſuorum.*
25 *Domicilium poteſt quis habere pluribus in locis.*
26 *Domicilium, dimiſſo metu, contraxiſſe non præſumitur, qui aliquo iuſto metu impulſus ſe, res, familiamq́ue ſuam alibi tranſtulit.*
27 *Quæſtio cui parochiali eccleſiæ canonica debeatur, quando aliquis parochianus alicuius parochialis eccleſiæ in rure ſitæ metu belli, & hoſtium immanitate, domicilium mutat, & vbi commigrauit, perit.*
28 *Animus mutandi domicilium nunquam præſumitur, niſi probetur.*
29 *Poſſeſſionem non amittit, qui metu hoſtium ab illa receſſit, ſi poſſeſſio ab hoſtibus occupata non ſit.*
30 *Domicilium rurale mutaſſe, & vrbanum legiſſe præſumitur, qui poſtquam metus ceſſauit, in vrbe remanſit, & rus non ſe contulit, vbi prius commorabatur.*
31 *Quæſtio vbi domicilium elegerit, & cuius Parochiæ cenſendus ſit puer, qui natus in vna, cum parentibus eſſet orbatus ſub tutela auiæ in alia parochia per quatuordecim annos habitauit, in prima vero ſubiens accumulat bonorum poſſeſſionem, & ſupellectilia cuſtodiuit, in ſecunda quandoque vixit diuina audiens, & eccleſiaſtica ſacramenta percipiens. Et cui parochiali eccleſiæ fratres prædicatores, quibus ipſe moriens proximus legauit, tenentur ad quartam.*
32 *Puer non longius ſortitur actus.*
33 *Pupillus vna cum auia tutrice morari debet.*
34 *Qui ex vna parochia ſe tranſfert pro mercenario in aliam, etiam minus anno illi ſacerdoti debet conſiteri, & per eum alia ſoluere.*
35 *Quando de ſtatu perſonæ agitur, inſpiciendum eſt vltimum tempus.*

1 DOmicilium præſumi in loco originis, † niſi probetur eſſe mutatum, nos docet Bal. in l. fin. col. 2. poſt nu. 2. verſ. ſed ſufficit. C. ſi a non compet. iud. & colligere eſt ex context. l. aſſumptio. iuncta. glo. ſuper ver. mutare. & gl. ſuper verb. nõ domicilium. in fin. ibi, tu dic, ff. ad municipal. & ſentit Socin. in rub. ff. ſolu. matrim. nu 23. verſ. quantumcunque domicilium originis. quod & comprobat Iuriſconſult. in l. nihil. ff. de capt. & poſtlimin. reuer.

Quod ſi quis probare voluerit eſſe mutatum, ex eo planum
2 facere poterit, † quod venditis, quas alibi poſſidebat, rebus ſuis in aliam vrbem cum familia demigrauit; mutaſſe namque domicilium, & in ea velle ſedem ſuam conſtituere, colligere eſt ex Scæuolæ reſponſo in l. prædia, §. fin. ff. de fun. inſtruct. & eleganter id ſcripſit Alciat. in l. pupillus. §. incola. ff. de verbor. ſignific.

Ex proteſtatione quoque id probare poterit: vnde qui ſta
3 tim vbi habitare vrbem cœpit, † velle ſe in ea domicilium conſtituere affirmat, abſque mora incolatum acquirit, vt idem dixit Alciat. ibidẽ, permotus Abb. auctoritate in c. fi. de paroch. cui ſententiæ ſe ſubſcripſit Andreas Gail. lib. 2. practicar. obſerua. 35. nu. 7. verſ. licet autem.

Præterea mutare, & conſtituere domicilium in ea vrbe is
4 præſumitur, † qui priuilegium impetrauit, quo ius ciuitatis petebat: ita reſponſum eſt à Deci. in conſ 283. & diligenter pro temporis anguſtia, num. 11. quem refert & ſequitur idem Alciat. vbi ſupra.

Ad hæc clericus ſecularis habens beneficium exigens reſi-
5 dentiam, vt pote curatum, † præſumitur ibi ſortiri domiciliũ, ſecus ſi non requirat reſidentiam, per contex. in c. dilectus. il 2. de reſcript. vbi ample Fel. ita traditum eſt à Rebuf. in praxi benef. tit. de diſpenſat. de non reſiden. numero 74. verſic. ad hæc clericus.

Poſtremo id commode probabit, ſi oſtendet, quem alibi aſ-
6 ſidue habitaſſe, vt ſecundum nonnullos, † per decem annos, iuxta ſententiã Accurſ. in l. hæres abſens, in §. proinde, in ver. debebit. ibi, item ratione curſus temporis, ff. de iudi. & in l. 2. in verb. conſtituerint. & in l. 3. in verb. incolas. C. de incol. lib. 20. Accurſium ſequutus eſt Bal. in conſ. 393. punctus talis, videlicet Titius Senẽſis, alias incipit, Quæſtio ſtat in hoc, an iſte conſtituerit domicilium in ciuitate Aretij. nu. 2. verſ. ſi autem appareat. vol. 1. Per decennium namque acquiri domicilium
7 † teſtatur Accur. in l. lex Cornelia. § ſi autem in fundum ſuper verb. non habeat, & ibidem Bart. nu. 1. & Alberi. ff. de iniur. quod & conſtitutum fuit ab Imper. Alex. in d. l. 2. C. de incol. li. 10. ab hac etiam ſtetit ſententia Cyn. in l. 2. quem ibi refert, & ſequitur Pau. Caſtren. poſt nu. 2. verſ. dicit tamen Cyn. C. vbi ſenat. vel clariſs. & in hanc rem conſultus reſpõdit Philip. Por.
Imo. in conſ. 21. nu. 69. cui ſententiæ * omnes aſſenſiſſe, teſtis eſt non contemnendus Riminal. in conſ 468. nu. 26. hoc idem vidit Rol. à Valle. in conſ. 79. nu. 53. & ſeq. vol. 3. nec id omiſit Ruin. in conſ. 18. nu. 2 & in conſ. 61. nu. 12. vol. 1. id etiam non latuit, dum de iure reſpondit Burſat. in cõſ. 36. nu. 7 verſ. quid enim ſi forenſis. vol. 1. Accurſ. etiã alibi tradidit, vt in l. eſt verum. ſuper verb. incolas, C. de incol. lib. 10. cui accedit Alex. in l. cum filius. nu. 3. ff. ſi certum petat. & in conſi. 91. repetitus, nu 8. ver. per lapſum decennij vol. 7. & in conſ. 155. viſo titulo quæſtionis. nu 3, in eodem, vol. 7 ſenſit quoque Bal. in cõſil. 311. quæſtio ſuper qua. nu. 3. vol. 4 & in conſ. 313. præfati excellen. Doct. poſt nu. 1. verſ. aut eſt dubium, iſtis adhæſit Nicol. Boer. in repetit. l. conſentaneum. nu. 107. C. quomodo, &
8 quando iud. † & quod aſſidua habitatio arguat contractum eſſe domicilium, prudentiſſimus prodidit Menoch. de arbitr.
ind. lib. 2. centu. 1. caſu 86. nu. 14. vbi * ita omnes ſentire ſcripſit. idem placuit Alciat. in l. pupillus, § incola, ff. de verbor. ſignific. quem refert, & ſequitur Emanuel Soarez. in theſau. recep. ſenten. in verb. domicilium, il 1.

9 In aliam alij deſcenderunt ſententiam, vt non ſatis ſit † ſpacium decennij, ſed id relinquendum eſſe iudicis arbitrio, ita profitendo ſcripſit Abb. in c. fi. nu. 8. verſ. vltimo quæro. de paroch. & Fel. in c. dilectus filius. il 2. nu. 12. verſ. primus caſus de reſcript. & reſpondit Deci. in d. conſ. 283. nu. 11. atq; Pariſ. in conſ. 12. nu. 17. lib. 3. qui iudex etiam minori tempore decẽ
10 nij arbitrari poterit cõtractum † eſſe domiciliũ, iuxta loci, & perſonarum conditionem, vt diſertiſſime more ſuo ſcripſit Iacob. Menoch. in tract. de arbitr. iud. l. 2. centur. 1. caſu 86. poſt nu. 16. verſ. ego abſolute. quod idem videtur innuere Petr. de Vbal. in tract. de canon. epiſ. & paroch. c. 7. verſ. octauo quæro
11 nu. 10. vbi ex ſententia Io. in c. is qui. de ſepul. lib. 6. † aſſerit minori ſpacio, quam decennali, domicilium conſtitui.

Veruntamen priorem ſententiam ſic limitabis, vt locum ſibi non vendicet in ciuitatibus Germaniæ, in quibus domici-
12 lium, & incolatus ex conſuetudine, vel ſtatuto † poſt annum acquiritur, nec patiuntur aduenam diutius ibi commorari, ſi lapſo anno iura ciuium redimere nolit, quod quidem ſummam habet æquitatem propter communia onera ciuium: ita ſolere in vſu obſeruari tenatur idem And. Gail. lib. 2. practic. obſeruat. obſeruatio. 36. poſt nu. 8. verſ. in ciuitatib.

Amplius ſecundo loco limitabis, vt nõ procedat, ſi ille ha-
13 beret animum recedendi: † etenim tunc &t per mille annos nõ cõtrahitur domicilium, vt in ſcholare, ſic me docuit iuris interpretum coryphæus Bar. in l. quæſitũ. in prin. ff. de leg. 3. & idẽ tradiſſe Bal. & Sal. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. atque tradidi.

didit Fel.in d.c.dilectus.il 2.n.2.de reſcrip.in hac quoq; ſen-
tentia mãſit Ang.in conſ 28.cui ſe ipſe ſubſcripſit Philip. Por.
Imo.in conſ.21.n.70.& Pau.Caſt.in d.l.2.poſt n.2.verſ.& per
prædicta patet.C.vbi ſenat.vel clariſſ.& horum mẽtem com-
probauit Sebaſt.Sap.in repe. §.proinde,l.hæres abſens,n.10.
ff.de iud. qđ late proſequitur clariſſimus Iacob. Menoch. de
arbitr iudic.lib 2.centur.1.caſu 86.n.7 & n.21.habet hoc pro
14 indubitabili in ſcholare,† ſi certum eſt tãtum cauſa ſtudij in
loco cõmorari. ſi vero verſemur in dubio,tunc elapſo decen-
nio,poſt ſtudiorum cauſa conceſſum videtur,præſumitur vel-
le ibi domicilium conſtituere ſi habitationem continuauerit,
& ibi ſedes fixerit vt ibi per eum,& paulo ante nu.17.

Idem etiã,quod de ſcholare diximus, videtur fortaſſe di-
15 cendum de pupillo,† qui apud auiam tutricẽ, quæ alius erat
parochiæ,quam pupillus,permãſit: nam cum legitima, & ne-
ceſſaria cauſa ibi permanendi fuerit nõ præſumitur ibi pupil
lus voluiſſe domiciliũ conſtituere : defuit enim animus illic,
16 qui neceſſario † requiritur ad conſtituendum domicilium. l.
domiciliũ. ff.ad municipal.ita voluit Petr.de Vbal.in d.tract.
de canon.epiſ.& paroch.d.c.7.verſ.16.qritur.poſt n.26.& 28.

17 Attamen in ſcholare † longe ſecus ſenſit Alex.in d.l.filius,
nu.3. ff.ſi certum petat.Imp.Alex. reſcripto permotus in d.l.
2.C.de incol.lib.10.quod videtur etiam idem cõfirmare in d.
conſ.91.repetitus in cauſa.num.8.vol.7.

Sed hanc cõtentionem ſcribentium ſic auferes,& dices,vt
prior ſententia habeat locum,cum quis declarat animũ ſuum
18 ibi nolle habitare: † nam cum domicilium ex animo incolæ,
contrahatur,& hoc à ſuo animo pendeat,parendum erit eius
aſſertioni, iuxta ſingularem, & inſignem gl.in §.ſed iſtæ. vbi
Iaſ.nu.54.Inſt.de actio.& ad id nuncupatim reſpondit Bald.
in cõſ.313.præfati excellentiſ.Dd.poſt nu.1.li.4. quod & plu-
ribus comprobat Menoch.d.caſu 86.num.6.

Poſterior autem ſententia procedit,quãdo quis receſſit ex
loco cum ſuis rebus,& alio ſe cõtulit,declarauitq; ſe velle il-
19 lic domicilium habere: † eo enim caſu certiſſimi iuris eſt,il-
lic probari domiciliũ habere, vt declarat Soc.ſen.in c.ſi. col.
7.verſ.ſexto principaliter quæro, de foro cõpet.poſt Abb. in
c.ſi.in fine,nu.8.de paroch.& colligere eſt ex contex.in l.do-
miciliũ.ff. de municipal.& ibi gl.1.& meminit idem Accur. in
l.ciues.ſuper verb.larem,& ibi Impp.cũ dixere ibi,qs larem,
rerumq; ac fortunarum ſuarũ ſummã conſtituit.C.de incol.li.
20 10.nã tunc nõ præſumitur animus redeundi,† ſed permanẽ-
di in ipſo loco,vbi tranſtulit res ſuas: ita tradidit Bar.in l.aſ-
ſumptio.§.iuriſprudẽtib.ff.ad municipal.& in l.domiciliũ,ff.
eod.Inno.et id voluit in c.ex tranſmiſſa,de renũciat.& cõfir-
mauit Bal.in d.rub.C.ſi à non cõpet.iud. & obſeruauit Iacob.
Menoch.d.caſu 86.nu.2.atq; id notauit Pet.Antiboli in tract.
de munerib.in 1.par.de perſon.mune.ſubeuntib.nu.26.

Quando vero verſabimur in dubio, vt ſi incola nũquã de-
clarauerit,velit necne in loco domicilium contrahere, ibi tñ
21 bonam partem bonorũ ſuorum tranſtulerit,dicendum † erit
ex eo ſolo præſumi domicilium cõtractum, ſi credimus Bart.
qui ita veriſſime ſcrip.in l.de iure.nu 2.ff.ad municip.& ante
eũ monuit Azo in ſumma rubr.C.vbi pet.tut.& voluere gloſ.
in l.is cui. §.qui legatorum.in verb.domicilium. ff.vt in poſ-
ſeſſ.le.& in l.eius,qui manumiſit. §.ſi.gl.ſi.ad municip.atque
in l.hæres abſens.in §.at ſi quo conſtitit.in verb. debebit. ff.
de iud.gl.in c.dilectus.il 2.in verb.domicilium.& ibi Fel.nu.
12.ver.ſecundus caſus,de reſcript.& cautũ eſt à Bald.in conſ.
393.punctus talis, nu.2.lib.1.& in conſ.334. factum tale eſt.
magiſter,lib.4.& in conſ.411.quidam Mediolanenſis circa.ſi.
verſ.cõſiderãdũ eſt,quod in facto proponitur.lib.1. & Ruin.
* in conſ.61.nu.22.lib.5.& ab omnibus * ſcribẽtibus eſſe rece-
ptam opinionem eſt atteſtatus Menoch.in d.caſu. 86.nu. 18.
quo in loco quãplures alios idem ſentientes adducit,& mul-
tos etiam in hanc ſententiam citat Tiraq.in tract. de cõtract.
lignagiet. §.36.glo.3. nu.7.verſ. nam & quis quoque intelli-
gitur , quod & eleganter repetijt Io.Annibal in repet.rub. ff.
ſolu.matrim.num.178. verſ.ſed alio reſpectu.

22 Non tamen † ex ſola domus poſſeſſione, quæ in aliena cõ-
paratur,domicilium fuiſſe conſtitutum probare poterimus,
ſic ad verbum reſpondit prudentiſſimus Papinia.in l. liber-
tus. §.ſola domus. ff.ad municipal.

Quemadmodum nec ex eo domicilium alicuius probabi-
23 mus † quod ibi pergulam habeat, vt verbis vtar Sebaſti.Sap.
in. decidentibus in repetit.§.proinde.l.hæres abſens, num.6.
ver.vltimo.no. ff.de iudic.

Illud vero,quod modo diximus, præſumi domicilium cõ-
24 tractum,† quod quis alibi maiorẽ partem bonorum ſuorum
tranſtulerit,ita intelliges,vt ex illa tranſlatione ſolo nõ pro-
betur domiciliũ quod erat alibi, eſſe extinctum, cũ quis poſ-
25 ſit habere domicilium † pluribus in locis, vt l.eius. §.fi.l.La-
beu.& l.aſſumptio. §.iuriſprudentib. ff.ad municip.& c.cum
quis. §.1.de ſepultur.lib.6.per quæ*dura ita firmauit Lap.alle-
gat.99.cõmune Florẽtię.col.2.ver.hinc eſt,quod ęqualitas ita
reſpõſũ fuit à Franc.Aret.in cõſ.135. poſt n.1.verſ.dato ergo.

Præterea illud ſic velim limites , vt non procedat qñ quis
aliquo metu impulſus,res,familiamq; ſuam alibi tranſtulerit:
26 non enim ibi durante metu domicilium † contraxiſſe præſu-
mitur: ita deciſũ fuit à Pet.de Vbal.in d.tract.de canon.epiſ.
& paroch.c.7.verſ.octauo quæritur.poſt nu.9. vbi quæſtionẽ
illam diremit,Parochianus erat quidam neſcio cuius eccleſię
in rure ſitæ, quæ in cuiuſpiã ciuitatis dominatu erat : hic bel-
lo,hoſtiumq; immanitate,quæ ibi flagrabat,coactus,vna cum
domeſticis,& ſupellectili,ne ſibi aliqua vis inferretur, domi-
cilium mutauit,illicq; commigrauit Parochiæ, quæ in illa erat
vrbe cõſtructa.Hic,dum mors immineret, cuidam tertiæ ec-
27 cleſiæ neſcio quid legauit,ibiq; ſe humari legit. † Quæro igi-
tur , cum in parochia parochialis eccleſiæ in illa vrbe poſitæ
deceſſerit,cui parochiali Eccleſię canonica debeatur? Debe-
biturne parochiali eccleſiæ cõſtitutę in ciuitate,vbi ille mor-
tuus eſt, an vero parochiali eccleſiæ ſitæ ruri , cuius moriens
erat parochianus? Debebitur profecto canonica parochiali
eccleſię rurali. etenim cũ è iure diſceſſerit ob hoſtiũ metum,
nõ deſijt eſſe parochianus eccleſiæ ruſticanæ : nec domiciliũ
mutaſſe præſumitur,& ſi omnino cum ſuis in vrbem ſeſe con-
tulerit,cum eo conſilio à villa nõ abierit, vt perpetuo vrbem
incoleret,quod nimirum requiritur,vt cenſeatur domicilium
mutaſſe,vt videre eſt ex Vlpia.in l.non vtique.& à Paulo in l.
domicilium.atq; ab eod.Vlpian. in l.eius qui. §. celſus. ff.ad
municip.& ex ſæpe adducta l.2.C.de incol.lib.10. præſertim
28 † cum animus mutãdi neutiquã præſumatur,niſi probetur,vt
tradidit gl.in c.1.in verb.non timore mortis. de his, quæ vi,
metusve cau.ad quod pertinet quod reſpondit Vlpian. in l. ſi
finita. §.ſi quis metu.ff.de dam.infect.& quod cauit Caius in
l.qua ratione.§.n.ff.de acquiren.rer. dom. & quod idem cõ-
ſuluit Caius in l. naturalem. §.in bis. ff.eod.de acquiren.rer.
dom.& qđ ſanxit Imperator Iuſtin.in §.fin.Inſtitut.de rer.di-
29 uiſ. † & quod nõ amittat poſſeſſionẽ, qui metu hoſtiũ ab illa
receſſit,ſi poſſeſſio ab hoſtib. occupata non ſit, colligitur ex
Vlpian. reſponſo in l.clam poſſidere.§ qui nũdinas.ff.de ac-
quir.poſſeſſ.& hoc pacto not.Io.in c.is,qui, nouel.de ſepult.

Hanc tamen deciſionem intelliges,vt procedat, qñ durãte
metu rus non ſe contulit,verum ſecus eſſet , ſi poſtquam me-
tus ceſſauerit,in vrbe remanſerit: tunc enim mutaſſe rurale ,
30 & † vrbanum domicilium legitime pręſumitur , qua in re tam
parochiali eccleſiæ illius vrbis,quã moriens incolebat,cano-
nica parochialis debebitur,non vero eccleſiæ parochiali ru-
ri conſtructæ : ita limitat, & intelligit Pet.de Vbal in d.tract.
de can.epiſc.& paroch.d.c.7.verſ.8. quæritur.nu.9. ad quod
pertinet,quod voluit Frider.de Sen.in conſ.3.in nomine Do-
mini quęſtio talis eſt.nu.12.& quod idem ſcripſit in conſ.253.
quidã puer natus.poſt n.3. verſ.Itẽ pone, qđ propter guerrã.
& in cõſ.254.quęſtio ſubſequens.poſt n.6.verſ. itẽ quid ſi qs.

Contrarium tamen fortaſſe dicẽdum videtur in hypotheſi,
ſuper qua Feder. de Sen. conſuluit in conſ.253. quidam puer
natus.& in conſ.254.q.ſubſequens. quæ conſilia nullis verbis
immutatis de verbo ad verbum tranſtulit Petr. de Vbal. in d.
tract.de canon. epiſc.paroch.d.c.7. verſ.decimonono qritur.
Sic igitur ſe habet hypotheſis.

Puer quidam natus eſt in quadam Parochia, veluti S.Petri.
Hic parentib. orbatus,ſub tutela auiæ magnæ, quæ alius erat,
q̃ pupillus parochiæ,vt diui Pauli,conſtitutus eſt.Pupillũ du-
xit auia habitatum vna ſecũ in illa Parochia D Pauli, qui 14.
annis ibidem incoluit, in qua quãdiu (vixit autem decem &
octo annos) diuina audiuit,& eccleſiaſtica ſacramenta perce-
pit. Non tamen interea infans ab illa Parochia diui Petri animo
fuit alienus: eius enim ſemper tanquã Parochianus onera li-
benter ſubijt,dum eidem bonorum ſuorum decimas perſol-
uit,quinimmo vna cum alijs Parochianis nomẽ ſuum ibidem
pro-

profeſſus eſt, ſeque & bona ſua eidem diui Petri eccleſiæ aſſignauit. Puer igitur cũ adoleuiſſet vxorẽ duxit, & ſæpe auiam coram commonefecerat, ſe vxorem ſuam ad proprios lares velle deducere, vbi omnia parata habebat, & in quibus sẽper ſupellectilem cuſtodierat. Hic itaq; adultus morti proximus teſtamẽtum condidit, & legauit ſe fratrum Prædicatorum ſe-
31 pulchro velle cõdi. † Nunc quæritur de legato facto loco fratrum prædicatorum, cum prædicatores teneãtur ad quartam eccleſiæ parochiali, per clem. dudum §. verum. de ſepult. cui ex illis eccleſijs quarta debeatur, an priori diui Petri, in qua ipſe adultus vna cum ſuis parentibus parochianis fuit, an vero poſteriori Sancti Pauli, ſub cuius ditione ille deceſſit, & ad quam à tutrice translatus eſt?

Vtraque pars validiſſimis eſt fulcita rationibus.

Et quod priori tantum eccleſiæ diui Petri quarta debeatur, illud vehementer vrget, quod puer ſemper illius parochianus permanſit, quod ſine vllo negotio probatur: nam cum is ab auia ad poſteriorẽ perductus eſt eccleſiam, eius erat ętatis, vt
32 nondũ rationis eſſet particeps: erat enim puer, † qui non longe à furioſo diſtat, vt dixit Iuſtin. in §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtipul. vnde per illum acceſſum ad auiæ parochiam dici nõ poteſt, habuiſſe animum illic domicilium conſtituendi, quod vt conſtituatur, requiritur animus, & factum, iuxta ſententiam Iureconſul. in d. l. domicilium. ff. ad municip. cum igitur is animum hunc non geſſerit, nullus aſſerere audebit nouum domicilium conſtituiſſe.

Præterea nec per morã, vel habitationem in auiæ parochia poſt rationis vſum præſumitur domiciliũ cõtraxiſſe: ibi enim cõmoratus eſt, ea certa de cauſa, propter quam acceſſerat: neceſſaria nanq; fuit translatio de priori ad poſteriorem paro-
33 chiam, † cũ pupillus vna cum auia tutrice debuerit morari, vt reſpondit Vlp. in l. 1. & 2. ff. vbi pupill. educ. vel mora. deb. vt itidem paulo ante de illo dicebamus, qui ſtudiorum cauſa ad vrbem in qua ſit Gymnaſium, ſe transfert, qui in ea domicilium conſtituiſſe non præſumitur, niſi per decennium ibi permanſerit: at hic poſt pupillarem ætatem illic per decennium non ſubſtitit, cum intra decimum octauum annum vita illum defecerit. Domicilium igitur ibi conſtituiſſe non cenſetur, vt tradidit Accurſ. in d. l. 2. C. de incol. lib. 10.

Quin ẽt quod ille noluerit paternũ relinquere domicilium, nec hoc auiæ ſibi conſtituere, apertiſſime conſtare videtur: ad ſuos namq; lares vxorem ducendam ſibi propoſuerat, ibique morari: qui quidem animus in hoc maxime attendendus eſt, per d. l. domicilium, & per l. eius qui. §. Celſus. ff. ad municip.

Porro cũ prioris parochiæ, vt audiuiſtis, tanquã parochianus onera ſubierit, dum eidem decimas perſoluit bonorum ſuorum, cumque vna cum cæteris parochianis nomen ſuum in diui Petri eccleſia profeſſus fuerit, ſeque, & bona ſua eidem aſſignauerit, omniaque ibidem, quæ ad parochianum ſpectãt munia exercuerit, quis non videat, retinuiſſe domiciliũ prioris parochiæ, noluiſſe autem incolere illam auiæ: proinde illi paternæ non vero huic auiæ, canonica parochialis debebitur.

Vigent & ab aduerſa parte probabiles, & firmiſſimæ rationes, hoc eſt, domicilium pręſumi cõſtitutum in poſteriori eccleſia diui Pauli, hincq; eidem quartam deberi, nam ibi diuina audiuit, & percepit eccleſiaſtica ſacram. præſumitur itaq; domicilium ibi contraxiſſe, ergo illi eccleſiæ quarta debetur, ita ſanxit Leo Sum. Pontif. in c. 1. de ſepult. & conſtituit Bonifacius VIII. in c. 2. eod. tit. lib. 6. & obſeruauere ſcribentes in c. 1. de ſtat. monach.

Ad hæc, cum adoleuiſſet, & ſecundũ parochiam quadrienniũ incoluiſſet, pręſumitur ibi domicilium contraxiſſe, etiamſi minori tempore ibi habitauerit, vnde dicere ſolebat Innoc.
34 in c. omnis, poſt nu. 6. † quod ſi quis ex vna parochia ponat ſe pro mercenario in alia parochia, etiam minus anno, illi facet doti debeat confiteri & perſonalia ſoluere, 16. q. 1. ergo domicilium cenſetur conſtitui minori temporis ſpatio decem annorum, quantum ad hoc, vt eccleſiæ parochiali, ad cuius parochiam ſe transfert, debeatur illa quarta, vt ad hoc ſpectet, quod notauit Io. And. in c. is qui. de ſepul. lib. 6.

Inſuper vltimum temporis ſpectandum eſt, nam qñ de ſtatu
35 perſonæ agitur, inſpicimus vltimum tempus, ad q̃ pertinet l. ſi mater. C. ne de ſtat. defunct. & c. cũ eccleſia. de cau. poſſ. & c. cũ de bñficio. de pręb. li. 6. ſed iſte adultus tẽpore ſuę mortis habitauit in ſecunda parochia, & ibi deceſſit, ergo cẽſendum eſt, illũ in ſecunda eccleſia domiciliũ conſtituiſſe, ergo illi eccleſiæ ſecũdæ quarta debebitur. Multa alia in vtramq; partem poſſent adduci, ſed ne lõgior ſim, me reijcio ad ea, quæ pluribus in vtrãq; ſñiam tradita fuere à Fed. de Sen. in d. conſ. 253. quidam puer, vbi voluit puerum iſtum præſumi conſtituiſſe domiciliũ in ſecũda eccleſia, proinde quartam ei deberi. Veruntñ Pet. de Vbal. in d. tract. de can. epiſ. & paroch d. c. 7. ver ſic. præterea vltimum tẽpus. nu. 30. in fin. à contraria ſtetit ſententia, præſumi ſcilicet, conſtituiſse domiciliũ in priori parochia, proinde ei canonicã parochialem deberi, cuius ſñiæ teſtem locupletiſſimũ laudat Alex. ſed vbi id ſenſerit, Alex. non aperit. Cui tñ adhæreas ſententiæ, tuum lector eſto iudicium.

CONCLVSIO DXXXVI.

ARGVMENTVM.

Dominium difficile probatu.

SVMMARIA.

1 *Dominium eſt difficilis probationis.*
2 *In dominio non ſolum titulum, ſed auctoris dominium probare oportet, aliter obtineri in cauſa non poteſt.*
3 *De dominio auctoris probare tunc oportet, quando quis petit rem, quam prætendit vigore tituli ab alio habiti.*
4 *Dominium difficile probatu, eo quia conſiſtit in iure.*
5 *Dominium probari poteſt indicijs, & coniecturis alijsq; modis.*
6 *Dominium numeratæ pecuniæ eſt facilis probationis.*
7 *Dominium numeratæ pecuniæ probatur per ſimplicem poſſeſſionem, & per ſolam traditionem.*

1 DOminium † difficilis eſſe probationis, omnes ſcribentes vbiq; * tenent, & pręcipue in l. cum res. C. de probat. idem voluit Spec. §. nũc aliqua. ver. 46. nu. 70. tit. de locat. vel emph. quod idem deciſum fuit à Boer. q. 42. nu. 25. id etiam ſenſit Soci. ſen. in conſ. 89. poſt nu. 9. verſ. & pro fundamẽto, & poſt nu. 16. verſ. confirmatur etiam. & per totum illud conſ. lib. 1. & de * communi opinione affirmat Pariſ. in conſ. 104. nu. 101. verſi. quod ẽt ſuadetur. li. 1. hoc quoque teſtatur Dec. in conſ. 42. nu. 12. verſ. hinc eſt, quod fama, huius ẽt ſententiæ fuit Bal. in c. ſtatuimus. nu. 7. de off. deleg. & aſſeruit Bar. in l. rẽ quæ nobis, poſt nu. 1. ver. pro hoc facit, & ibi nu. 3. dat practicam dominiũ probandi de libro poſseſso. ff. de acqu poſs. & in l. rem alienã, poſt nu. 6. verſ. ſed quia hoc non eſt facile. ff. de pign. actio. & meminit Paul. de Monte Pico in l. cum fundus. §. ſeruum tuũ imprudens. ff. ſi cer. pet. nu. 5. idẽ vr̃ ſentire Bal. in conſ. 379. ſequitur, quod anno Domini 1328. de mẽſe Nouembris, poſt nu. 4. & in conſ. 468. quidam Dñs Baſſianus. nu. 5. vol 1. vbi & modũ illud probandi docet vol. 1. & clare dixit idẽ Bal. in cõſ. 89. nu. 1. eo. vol. 1. & Caſt in cõſ. 133. iſte Martinus. nu. 2. vol. 2. ac Rota dec. 2. alias 15. ſi in cauſa bñficiali. cir. fi. verſ. falſus aũt eſset poſſeſſor. de re iud. in nou. Abb. quoq; in c. ſæpe. nu. 2. & 3. de reſtit. ſpol. Alex. ẽt in d. l. rẽ quæ nobis. nu. 11. ff. de acq. poſs. & in cõſ. 4. vr̃ inſpectis, nu. 10. ver. verum quia. vol. 2. & Calc. conſ. 31. in cauſa Magnifici Dñi Brunotij. col. 5. verſ. item quia cum probatio dominij ſit difficilis. Tenet ẽt Menoch. in tract. de adipiſc. poſseſs. in remed. 4. nu. 927. & in tract. de arbit. iud. li. 2. cẽtu. 1. caſu 42. nu. 1. idem ſequutus eſt Crot. in conſ. 34. nu. 9. lib. 1.

Cuius quidem adeo eſt difficilis probatio, vt qñque cenſeatur impoſſibilis, vt ait Boer. d. q. 42. nu. 25. cum ijs, quæ ibi adduxit, & Duran. confirmauit in tract. de arte teſtan. in tit. de acqu. aut repud. hæred. caut. 20. nu. 30. vbi quoque ait Duran. conſilium iuriſconſulti ſequendum eſse, cum ſuadet potius illis remedijs eſse experiẽdum, quibus quis poſseſsionem acquirat, vt neceſſitas probandi dominium in aduerſarios transferatur. l. ſi is qui. ff. de rei vendi.

2 Et ratio, † cur ſit dominium difficilis probationis eſt, quia non ſolum titulum, ſed auctoris dominium probari oporteat, aliter obtineri in cauſa nequaquam poteſt, ſm Alex. in conſi. 7. poſt nu. 1. ver. dico, quod non ſufficeret. li. 4. & Affl. in dec. 40. nu. 3. & eſt * communis opinio, teſte Bar. in d. l. cum res. nu. 5. verſ. & ideo addit gl. & nu. 11. ver. dico quod non infertur. C. de proba. ſicut etiam refert Grauat. ad Veſt. in lib. 5. c. 14. circa fin. & Caſt. d. conſ. 133. d. nu. 2. & Afflict. deciſ. 23. nu. 4.

3 Quod intellige, qñ quis petit rem, † quam prætendit vigore tituli, ab alio habiti: tunc enim oportet probare de dominio auctoris, ita reſpondit Caſt. in d. conſ. 133. nu. 1. li. 2. & tradidit Iac. de S. Georg. in rub. ff. de rei vend. nu. 27. ſic etiam deciſum fuit ab Affl. dec. 23. nu. 4. & d. deciſ. 40. nu. 9. quos refert

etiam

etiam Contard.in commen.in l.vnica.C.ſi de momen. poſſeſſ. in oppoſ.1.num.12.

4 Redditur & alia ratio huiuſmodi difficultatis,† eo ſcilicet quia conſiſtat in iure, vt auctor eſt Inn. in c.cum cauſam, poſt nu.1.verſ.ſed ſi omittitur.de teſtib.quem Boer.refert in q.42. num.28. & Crau in conſ.157.num.6.

5 Ideoq; probari poſſe affirmant indicijs, † & coniecturis, l.indicia.C.de probation.vt & ait Bal in l. proprietatis.nu.5. C.eod.Per antiqua instrumenta.Itē ex ſola fama,per recognitionem etiam,per longæuam poſſeſſionem, vt de his omnibus meminit Menoch.in tractat.de arbitr.iud.centur.1.caſu 42.& dicetur infra latius.

Primo limita principalem concluſionem nō vendicare ſibi 6 locū † in dominio numeratæ pecuniæ,cuius probatio non eſt difficilis,immo facilis,vt ait Crau.in conſ.269.num.1.vbi vo- 7 luit,quod per ſimplicem poſſeſſionem,aut † per ſolā traditionem probatur dominium, multa ad hoc adducit Contard.de momē.poſſeſſ.in oppo.1.nu.4.& latius loco ſuo dicetur infra.

CONCLVSIO DXXXVII.

ARGVMENTVM.

Dominium an probare debeat, qui agit petitorio, aut rei vendicatione.

SVMMARIA.

1 *Dominium probare debet qui agit petitorio, aut rei vendicatione alias ſuccumbet.*
2 *Dominium debet plene probari, cum ſuper ipſo in rei vendicatione innitatur origo, & radix petitionis.*
3 *Iuramentum ſuppletorium non datur in probatione dominij.*
4 *Dominium petentis in rei vendicatione nedum probandum eſt ſed etiam probari debet dominium auctoris à quo rem habuit qui petit virtute tituli ab alio habiti.*
5 *Dominium probari debet per veras cauſas & non ſufficit poſſeſſio ipſius auctoris, nec minus fama, aut communis opinio.*
6 *Dominium nedum probari debet de antiquo, ſed etiam de præſenti.*
Contrarium, num. 7.
8 *Dominij probatio non requiritur, quando agitur petitione hæreditatis, & quid probare ſufficiat.*
9 *Dominij quæſtio non poteſt reſricari, quando quis repetit rem.*
10 *Dominium probare non habet, qui agit rei vendicatione contra violentum poſſeſſorem, probata poſſeſſio et violentia.*
Contrarium, num. 12.
11 *Probatio violentiæ operatur, quod contra agentem non poteſt referri quæſtio dominij à violento inuaſore.*
13 *Debitorem fuiſſe dominum tempore obligationis rei obligatæ, vel hypothecatæ, non tenetur probare creditor agens hypothecaria contra tertium, & quid et probare ſufficiat. num. 15.*
14 *Dominij probatio eſt omnium difficillima.*
15 *Agens hypothecaria, quando debeat probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore obligationis.*

Dominium probare debet,qui agit petitorio,ant rei vendi- 1 catione,alias † ſuccumbet: ita reſpondit Paul.in l.& non tantū.de petitio.hær.quod confirmauit Crau.in conſ.137.poſt nu.3.& 4.verſ.ſed præmiſſis non obſtantib. quod & comprobauit Bertr.in conſ.85.nu.5.vol.7.idem ſenſit Mar.Soc.in cōſ. 128.nu.12.ver.circa primum.vol 2.& in conſ.108.nu.52. vol. 2 hoc idem ſcripſit Io.Ant.Rub.in repet.l.Titia Seio.§ Imperator,nu.190.ver.non obſtat id quod dixi,ff.de leg.2.Rui.in cōſ. 14.viſo,ac perlecto.in princ.vol.4. hanc eandem ſequutus eſt ſententiam Alex.in conſ.94.in cauſa,& lite coram arbitris inter rCechum.in fin.vol.2. & placuit Bal.in conſi.4.in cauſa Baſilij.in princ.volum.4.

Quod quidem primo loco ampliabis,vt debeat etiam ple- 2 ne probari,† nā ſuper dominio in hac rei vendicatione innititur origo,& radix petitionis,ſecundū Bal.in l.cum res.in fi. C.de proba.nec abſq; ratione diximus plene debere probari, 3 quia non ſufficit ſemiplene, † nec datur iuramentū ſuppletorium,iuxta ſniam Iaſ.in l.admonendi.col.22.nu.122. verſ. ex iſta ratione infans.& in repet.col.97.poſt nu.296. verſ. ex iſta ratione.Bal.ff.de iureiur.& Crau.in allegato conſ.152.nu.12.

Secundo velim amplies, vt nedum probandum ſit dñium 4 petentis in rei vendicatione, † ſed ēt probari debeat dominium auctoris, à quo rē habuit, quādo.ſ.petit virtute tituli ab alio habiti,vt patet ex ijs,quæ deduximus ſupra,dum afferebamus rationem,quare dominium ſit difficilis probationis.

Intellige iſtam ampliationem,& extende,vt ad probādum 5 dominiū auctoris,non ſufficiat poſſeſſio ipſius auctoris, † nec minus fama, aut cōis opin.ſed debeat probari per veras cauſas,ita deciſum fuit à Dñis de Rot.in d.deciſ.1.alids 15. de iud.in nouis,ſic docuit Bellam.in c.examinata,nu.7.de iud.& in conſ.41,col.2.nu.9.ſub ver.tertio probo ſic.& placuit Rip. in l.rē quæ.nu.51.& 52.ff.de acq.poſſ.ad idē rñdit Soc.in cōſ. 112.nu.24.li.4.& idem diremit Caſſa.in dec.2.n.2.de proba. referens,& ſequens Rot.vbi ſup.Caſt.in conſ.76. in facto iſto. lib.2.quibus accedit Rol.à Valle,in conſ.46.num.18.lib.3.

Tertio ampliabis, vt nō ſufficiat probare dominium de an- 6 tiquo, † ſed debeat etiam probari de præſenti, vt reſponſum eſt à Ruin.in conſ.14.nu.4.& 10.lib.4 atque cautū eſt à Corn. in conſ.329.nu.7.vol.1.& in conſ.35.nu.14.verſ. itaque daro. eo.vol.1.& à Pariſ.in conſ.104. nu.8.vol.1. idem voluit Corn. conſ.19.videtur in hac conſultatione, vlt.col.vol 2. & in conſ. 145.ad euidentiam præmittendū,col.pen.in 1.par.& in conſ. 140.eleganter diſcuſſa eſt,col.pen.& in conſil.315. videtur in hac conſultatione,col.pen.vol.4.

7 Contrarium † ſenſit Crau.de antiq.temp.in 1.par.in verſi. ſeu ſectione,viſo in hac 1.par.huius tractatus.nu.4. & ſeq. vbi * teſtatur de communi * opinione.

Primo poteſt limitari principalis cōcluſio,vt nō procedat, qñ agitur petitione hæreditatis, tunc.n.non requiritur domi- 8 nij probatio,† ſed ſufficit probare defunctum tenuiſſe,& poſſediſſe tēpore mortis tanquam dominum,abſq; alicuius tituli probatione,vt Boer.prodidit in q.42.nu.15 & ante eum Caſt. in conſ.139.incip.In cauſa,quę vertitur coram Locumtenente primo Fori Iulij,quē Boer.vbi ſupra refert,ꝙ conſ.in lib.meo non reperi,verum exiſtimo cōſ.eſſe 169. viſo quodā proceſſu agitato Forliuij poſt nu.5.verſ.imputet ergo ſibi.vol.1.& meminit Bal.in cōſ.486.nu.2.vol.1.& tradit Paul. de Montepico in l.cum fundus.§.ſeruum tuum.nu.5.ff.ſi cert.per.

Secundo limitatur,vt locū ſibi non vendicet, quando quis 9 repetat rem,† quia tunc non poteſt reſricari quęſtio dominij, & per conſequens illud non tenetur probare,per ea, quæ adduxit Bal.in d.conſ.486.nu.5.vol.1.

Tertio limitabis,vt vera non ſit in agente rei vendicatione contra violētum poſſeſſorē,quia eiuſmodi excuſabitur à pro- 10 batione dominij,† probata violentia poſſeſſoris,ita colligere eſt ex doctrina Bart.in l.naturaliter.§ nihil cōe,poſt nu.17. verſ.ſed huic videtur obſtare.ff.de acq.poſſ.& Caſtr. in d. com moda.& declarat Raph.Cuma.in d.l.naturaliter.§. nihil cōe, poſt nu.18.verſ.ſeptima combinatio.idē voluit Ange in l.metum.§.violenti.ff.quod met.cau.vbi ēt ſublimitat,illud locum habere tm̄ in vitioſo poſſeſſore,vitio expulſiuo, ſecus ſi vitio compulſiuo,& pro limitatione tenet etiā Inn. in c paſtoralis. poſt nu.4.verſ.ſed dices.in fi.de cauſ.poſſ.& propriet.& facit contex.in l.ſi quis emptionis titulo.§.ſed hoc ſuper illis.C.de 11 præſcrip.30.vel 40.annor.vbi cautum habetur † quod probatio violentiæ operatur, vt contra agentē non poſſit referri quæſt. dominij à violenter inuaſore,ſic illum inducit Cuma. loco ſuperius allato,& ante eum Barto.in l.4.§.Cato.in 3 oppo.ff.de verb.oblig.& iuxta hanc ſententiā videtur reſpondiſſe Barth. Cæpol.in conſ.60.incip.præmiſſa.in 2.dubio.colum.pen.

Contrariam ſequutus eſt ſententiam Bal.in l.ius eius. C. de proba & Clau.Marnerius in l.naturaliter.d.§. nihil commu- 12 ne.num.153.verſ.contrarium tenet.ff.de acq.poſſ.† vbi citat Imo.Alex.& Aret.idem ſentientes in d.§.nihil commune,idq; probat iuribus & rationibus,ac per duas colūnas tuetur hanc ** partem vti veriorem, & magis * * communem, adducit præterea quamplures, tum conſulentes, tum profitentes, qui in eandem deſcendunt ſententiam,adeas ipſum.

Quarto limitare poteris in creditore agēte hypothecaria, 13 contra † tertium:non.n.ei,ſi quęſtio dñij ab eodem referatur probandū eſt,ſe debitorem tempore obligationis rei obligatæ,vel hypothecatæ dominum fuiſſe, eo ꝙ dominij probatio 14 ſit † oīum difficillima,vt notant Dd in d.l.cum res.C.de proba. ſed ſatis erit probare rē hypothecatam tēpore obligationis in bonis debitoris fuiſſe,hoc eſt, debitorē poſſediſſe rem 15 obligatam tempore obligationis,† vt ſuā,cuius probatio non * adeo eſt difficilis,ita tradidit gl.* cōiter approbata in l rē alienam.in ver pignoratitia.ff.de pig.act Bar.ibi.nu.5.ſcribentes * oēs * cōi conſenſu id aſſeruere in l.cum res.C.ſi res alien.pig dat.ſit.idem voluit cōſulendo Alex.in conſ.78.in cauſa, & lite,nu.4.vol.7.& in cōſ.137.in cauſa, & lite inter,n.4.vol.2.& in cōſ.138.Laucel.nu.1.co.vol.2.Iaſ.ēt in §.itē Seruiana.n.89. Ang.ibid.nu.8.itidē Zaſ.n.31.& 37.inſt.de act. reiecta Accur. ſenten-

* ſententia, quam Dd. diabolicam vocant, & * cõiter vt falſam improbant, in d.§.item Serulana, in verſ.qualiter actio & ita doctiſſime ſcripſit And.Gail.lib.2.prac.obſerua.obſer 36 nu; * 1.& ſeq vbi teſtatur de * cõi ſententia, & Cameram id ſequi.

Hanc tamen limitationem ſublimitabis, vt non procedat, quando creditor agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, qui nullã cauſam prætendit à debitore, vel eius hærede:
26 † tunc enim agens hypothecaria debet probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore oblig. ita reſpondit Alex.in conſil. 538.nu.1.vol.2.quem refert, & ſequitur idem And.Gail.d lib. 2.Practicar.obſeruat.obſer.36.num.5.

CONCLVSIO DXXXVIII.

ARGVMENTVM.

Dominium per quæ regulariter probetur.

SVMMARIA.

1 *Dominium regulariter probatur per emptionem vacuæ poſſeſſionis, traditionem, & pretij ſolutionem.*
2 *Dominium non tranſit ſine rei, & poſſeſſionis traditione.*
3 *Dominium transfertur ſine traditione in aliquibus caſibus.*
4 *Dominium etiam ſine traditione transfertur in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem.*
5 *Dominium transfertur in donantem ipſo iure.*
6 *Dominium ſine traditione non tranſit in donatione omnium bonorum.*
7 *Dominium transfertur ſine traditione in pia cauſa, in qua etiam ex ſolo contractu transfertur.*
8 *Dominium non transfertur, niſi pretium numeretur, vt fides de pretio habeatur aut aliter ſatis venditori fiat.*
Contrarium, num. 9.
10 *Ad probationem dominij requiritur emptio vacuæ poſſeſſionis, traditio & pretij ſolutio, quando agitur contra venditorem, ſeu contra eius hæredem; ſecus vt ibid.*
11 *Qui dominium non habet, in alium transferre non poteſt.*
12 *Venditor, vel eius hæres ſi negaret fuiſſe dominum, ſuam turpitudinem allegaret.*
13 *Quo pacto probabitur tradentem fuiſſe dominum.*
14 *Quomodo probetur tradentem fuiſſe directum dominum.*
15 *Quid probari debeat, cum agitur de directa probatione dominij in perſonam illius, qui rem vendicare intendit.*
16 *Quando agitur petitione hæreditatis, non requiritur probatio dominij auctoris, ſed tantummodo rem fuiſſe in bonis defuncti.*
Contrarium, num. 17.
18 *Probatio dominij auctoris non requiritur, quando ſumus in dubio, & agitur petitione hæreditatis.*
19 *Obtinens beneficium per reſignationem ſimplicem, vel cauſa permutationis non tenetur docere de titulo, vel dominio reſignantis, ſed ſolum ipſum fuiſſe habitum pro illius eccleſiæ rectore.*

DOminium per hęc tria cõcurrentia regulariter probatur,
1 videlicet † per emptionem vacuæ poſſeſſionis, traditionem, & pretij ſolutionem, vt ſcripſere Imper.Dioclet. & Maxim.in l.cum res. vbi etiam Accurſ.in verſ.in vacuam. verſ.& idem dixit hic P.C.de probat.& ibi Dd. nam ſi non præit contractus, traditio nuda dominium non transfert, vt inquit Iur. conſul.in l.nunquam nuda.ff.de acquir.rer.dom. & in l.nuda. ff.de donat. requiritur præterea res, & poſſeſſionis traditio,
2 alioqui dominiũ non tranſit, ita cõſtituit Sum.Pont. in c.cum Ioannes.de fide inſtr.& ſanxere Imperatores in l.traditionibus.C.de pact.& decreuit Imper.Alex.in l.qui tibi hęreditatem.C.de hęred.vel act.vend.quod etiam cautum eſt à Calliſtrato Iur.conſul.in l.ſi ager.ff.de rei vend.& iſta de traditione nedum procedunt, qñ tempore traditionis cauſa de præſenti aderat, vt venditio, ſed etiam procedit, qñ tradita res fuiſſet propter ſpem, veluti futuræ vẽditionis, vel alterius futuræ obligationis cõmittendæ, quia ex ea tñ traditione probatur & transfertur dominium aliis poſtea cõcurrentibus, ita declarat Bar.in l.ſub cõditione.col.fi. verſ.aduertatis. ff.de ſolut.per tex.ibidem, quẽ refert, & ſequitur alijs collect.Tiraq. in tract.de vtroque retract.tit.de retract.conuent.in fi.nu.67.

Præterea iſtud etiam de traditione non ſemper procedit,
3 nam dantur † aliqui caſus, in quib. ſine traditione dominium transfertur: nam eo ipſo quod res incidit in commiſſum propter vectigal nõ ſolutum, ſiue ſit res mobilis, ſiue immobilis, dominium quæritur fiſco, hunc caſum vt ſingularem, & eximiũ retulit Pet.de Rauen. in ſing.853. aliquis portat.in verſ. tu ſcis.per context. quem ſingularem dicit in l.commiſſ. ff.de
4 publica. Ad hæc † dominium etiã ſine traditione transfertur in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, per gl.in l.1.ff.de donatio. Hoc idem dicendum eſt in donatione cauſa
5 mortis, quia transfertur dominium in donantem † ipſo iure, ita cautum eſt in context.l.ſi mortis cauſa.la 2. vbi gl.in verſ. donatum eſt.& in verſ.iam nunc. ff. de donat.cau.mor. quod ſcitu dignum, & ſingulare cẽſuit idem Pet.de Rauen. in ſing. 879. tu iam habuiſti. Idem etiam eſt in actione pro ſocio in vniuerſalibus, vt reſpõdit dilucide Caius in l.2. ff pro ſocio.

Hoc tamen fallit in venditione, & donatione omnium bo-
6 norum, † in quibus dominium ſine traditione non tranſit. vt inſigniter tradidit Accurſ.in l.a.in ver.vniuerſæ. ff.pro dote. cuius doctrinam vt ſingularem perpetuo memoriæ eſſe commendandam ſunt arbitrati Bart.ibidem, & Petr.de Rauen.in ſing.883.tu ſcis, quod in actione, vbi contex. nuncupatim id probantem adducit in l.qui tibi.C.de hæred.vel action.vendi. Inſuper ſine traditione transfertur etiam dominiũ in pia
7 cauſa, † in qua etiam ex ſolo cõtractu transfertur dominium ſine traditione, per tex.in l.vlt. & ibi late Dd. C.de ſacroſan. eccleſ.& in l.1.& ibi Glo.& Doct.C.de donat.quę ſub modo. & no.in c.2.de conſuet.hoc idẽ conſuluit Bal.in conſ.86. circa prædicta.nu.1.lib.5.quæ adduxit ad idem Tiraq. de priuileg piæ cauſæ, priuil.107. idem voluit Hieron. Gigas in conſil.62.in cauſa de Aſilo.nu.1.

Requiritur inſuper, vt pretium numeretur, vel fides de pre-
8 tio habeatur, † vel aliter ſatis venditori fiat, alioqui dominiũ non transfertur, ita reſpondit Vlpian.in l.procuratoris.§.ſed & ſi dedi.ff.de tributo.actio.atq; cauit Pompo.in l.quod vendidi.ff.de cõtrah.emp & Spec.in § ſequitur.poſt nu.24. verſ. 2.quod pretium numeretur.tit.de actio.ſeu petit. hoc idẽ aſſeuerauit Bal.in d.l.cũ res.vlt.not.nu.2.& ſentit Alex.in conſil.10.videtur fortaſſe prima facie, à prin. vſq; ad nu.5. vol.1. loquens de pactis legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem.
9 Contrarium, vt aiunt, † ex diametro ſenſit Alex.in cõſ.182. viſo proceſſu.col.2.poſt nu.1.verſ.nec ſufficit titulus emptio-
* nis, & interuentus pretij, vol.7. vbi atteſtatur * communem eſſe opinionẽ, nec ab ea iudicando eſſe recedendum, motus auctoritate gl.& Dd.in l.cum res.C.de probat. & Spec. in §. ſequitur.verſ.ſi autem velis.nu.24.de act.& petit.dicẽs aliud vltra prædicta requiri, ſcilicet, vt venditor fuerit dominus: ſubdens Alex. in d.conſ.ex his tribus prædictis interuenien-
* tibus in dubio dominiũ non præſumi, aſſerens * communiter Bal.opinionem in d.l. cum res.reprehendi, quam tenuit Placen.Glo.antiquis de mente Sal.qui reſpondet ad Bal.motiua.

Primo limitabis, & intelliges, vt prædicta tria requirantur
10 ad probationem dominij, † quando agitur contra venditorem, ſeu contra eius hæredem, ſecus autem contra extraneum poſſeſſorem, veluti rei venditæ: quia tunc requiritur etiam, quod probetur venditorem fuiſſe dominum, vt videre eſt ex d.glo.in l.cum res.C.de probat. & ibi Bart. & Dd. alias non obtinebit, vt tradidit Marian.in ſuo Spec.in 3.diſt.prin.nu.4.
11 † nam qui dominium non habet, in alium transferre non poteſt, vt inquit Vlpian.in l.non eſt nouum. ff. de acq.rer.dom. idem tenet Bertãd.in conſ.211.nu.3. verſ.non enim ad hoc. vol.3.& placuit Spec.in tit.de act.ſeu petit.§.ſequitur.nu.25. verſ.& in omni cõtractu. ratio vero diſcriminis inter vẽditorem, & extraneum ea eſt, quia ſi venditor, vel eius hæres ne-
12 garet fuiſſe dominum, † ſuam turpitudinem allegaret, quod non poteſt.l.ſi creditorib.C.de ſeruo pig.da.ma.& ita ait gl. in d.l.cũ res.in verb.in vacuã.C.de prob.& ita procedit opinio cõis vbi ſupra in contrariũ per Alex.d.cõſ.182. adducta.
13 At quo pacto probabitur tradentem † fuiſſe dominum? reſpondent Glo.& Bart.in d.l.cum res.probari ijs modis traditis ab Imper.in §.ſingulorum.Inſtit.de rer.diuiſ.hoc eſt, ſi res ſit mobilis, veluti, quod ceperit feram beſtiam, vel aliam ſpeciem nominatim dixerit: ſi vero ſit immobilis, poterit probari, venditorem fuiſſe dominum per præſcriptionem, id eſt, poſſediſſe tanto tempore, iuſto titulo, & bona fide, quod præſcripſerat: & idem tenet Caſt.in d.l.cum res nu.12.C.de probat.& Alex.conſ.202. ſuper cauſa, & lite, poſt nu.3. verſ.nec poſſumus dicere, vol.2.

Sed hoc modo videtur probare tantum dominium vtile, non autem directum, vt docuere Glo.& Bart. in d.l. cum res. Ideoque ad probandum tradẽtem habuiſſe directum dominium, alium modum tradit Bart.in d.l. cum res. & in l.ſi rem
14 mobilem.ff.de acq.poſſeſ. † vt ſcilicet faciat ſolemnem inueſtigationem, & diſcuſſionem, veluti per bannimenta, ſeu cridas (vt noſtri loquuntur) an reperiatur aliquis, qui dicat ſe dominum illius fundi, quem actor eius poſſidebat: quia tunc, ſi non reperiatur, dicetur probatum dominium tradentis, per d.l.rem quæ nobis. ff.de acquir. poſſ.& Bart. ait in vbi ſupra, quem

quem refert, & ſequitur Boer.in d.quæſt.42.nu.31.quam pra
xim comprobat etiam Lanſtan.de Oria.in tract.de teſtib.nu.
140.verſ.ſed quomodo probabitur.
Aliter admonet Bal.in d.l.cum res poſt nu.3. & 4.verſ.nũc
ergo teſtat.C.de probationib.in quo loco ſcriptum relinquit,
15 quod cũ agitur de directa probatione dominij † in perſoná
illius, qui rem vendicat intendit, is quatuor debet probare
titulum,traditionem,pretij numerationem,& tandem quod
diu poſſederit, & Baldum eſt ſequutus ibi Caſtren. & cæteri
omnes,idem Caſtrenſ.in l.proprietatis. C.de probat. Pariſ.
conſ.104.nu.100 lib.1.
Primo.illud ſublimitatur,quando agitur petitione hæredi-
16 tatis: † quia tunc,vt ſupra diximus in ſecunda concluſione
de dominio,prima limitatione, non requiritur probatio do-
minij auctoris, ſed tantummodo rem fuiſſe in bonis defun-
cti,vt placuit Bar.in l.hæreditatis.C.de pet.hæred.& ibi alij,
& illum refert,& ſequitur Maran.in ſuo Specul.in diſt.3.prin
cip nu.5 Pariſ.d.conſ.104.nu.100.lib.1.
17 Contrarium tamen † ſenſere in hoc Boer.d.quæſt.42.num.
25.& quamplurimi alij ab eo ibidem relati.
Sed hoc pacto conciliabis, vt opinio Boer.& ab eo relato-
rum procedat,cũ ſumus in dubio,alias enim ſufficit illa qua-
18 tuor probare,† nec requiritur probatio dominij auctoris,vt
declarat,& intelligit Menoch.de arbit.iud.lib.2 centur.1.ca-
ſu 42 nu.7 ex ſententia Pariſ.d.conſ.104,nu.99.lib.1.
Secundo limitatur,vt locum ſibi non vẽdicet in beneficia-
libus, nam quis obtinens beneficium per reſignationem ſim-
plicem,vel cauſa permutationis,non tenetur docere de titu-
19 lo,vel dominio reſignantis,ſed ſolum† ipſum fuiſſe habitum
pro Rectore illius eccleſiæ, vt in hanc deſcendere ſentẽtiam
Domini de Rot in deciſ.109.alias 4.agenti, & poſſidenti.in
nou.tit.de rer.permut.& deciſ.10.alias 304. nota agenti, &
petenti.in antiquis.eo.tit. de rer.permutat. Bellamer. deciſ.
645.ſeu 644.non obſtantibus cõcluſionibus.tit.de probatio-
nib.Lap.allegat.89.in Dei nomine,verſ.venio ad ſecundum.
poſt nu 8.col.7.& ex alijs videre eſt,relatis à Boer.in d.q.42.
nu.30.idẽ diremit Caſſador.deciſ.2.tit.de cauſ.poſſ.& pro-
priet ad idem ſcripſit Abb.in c.cũ venerabilis.nu.24.verſ.an
autem agens.de excep.vbi Fel.poſt nu 11.verſ.& dixit Rot.
de rer.permutat.cui reſpondet mens Socin. in conſil.168.in
primis determinanda eſt q.col.5.verſic.quinimo Ioan.Andr.
quem alij ſequuntur.vol.2.

CONCLVSIO DXXXIX.

ARGVMENTVM.

Dominium an probari poſſit per indicia,& coniecturas.

SVMMARIA.

1 *Dominium per indicia,& coniecturas probari poteſt.*
2 *Dominij plena probatio emergit ex coniecturis,& indicijs.*
3 *Indicia,ex quibus probatur dominium,quæ ſint.*
4 *Traditio ſatis probatur,quia vendidiſti mihi rem,& te ſciente, & patiente fuero in poſſeſſione.*
Ex traditione deuenitur ad dominium,ibid.
5 *Proprietarius præſumitur ille, cui ſoluitur cenſus.*

DOminij probationem eſſe difficilem paulo ante diceba-
1 mus:hinc ſcribẽtes colligebant,probari poſſe† per indi-
cia,& coniecturas,vt ijdẽ tradidere in l.indicia.C.de rei ven
dicatio.idem tenet Soc.ſen.in cõſ 205.nu.3.verſ.quarto opti
me ad propoſitum.vol.2.ꝙ confirmauit Calcan.in conſ 31.in
cauſa Magnifici D.Brunorij.col.5.verſ.itẽ quia cum probatio
dominij.nu.21.vol.1 idem probauit Soc.ſen.in conſ.89.poſt
nu.9.verſ.& pro fundamẽto præſuppono illud vulgare,quod
dñium probatur per indicia.lib.1.cui affini adhęſit Soc.iun.
in conſ.135.nu.14.verſ addo ꝙ ex alio poteſt, col.4.vol.2. &
placuit Barb.in cõſ.41.illud afferá.col 2.nu.2. verſ.itẽ per in-
dicia.& nu.ſeq.vol.1.quib.ſe ſubſcripſit clariſſimus Menoch.
ſuo tract.de arbitrar.iudi.cent.1.caſu 42.& voluit Cõtard.de
nomen.poſſeſſ.in 1.oppoſitio.nu.8.& in hanc deciſum fuit
ſententiá ab Afflict.deciſ.277.an teſtes deponentes.in princ.
2 Quod ampliabis,vt vſque eo procedat,† vt ex iſtis conie-
cturis, & indicijs emergat plena probatio, quod pluribus
comprobat Pariſ.in conſ.104.nu.101. d.verſ.quæ etiam ſua-
dentur.& ſeq lib.1.
3 Indicia autem, ex quib. probatur dominiũ,† duo tradun-
tur à Iac. de Aret. in d.l.indicia. C. de rei vendic. quæ refert
ibidem Bal.in princ Primũ ſcilicet,qđ vendidiſti mihi rem,&
4 te ſciente, & patiẽte fuero in poſſeſſione: † hoc .n. probato,
ſatis ꝓbat de traditione,l 2. C.de acq.poſſeſ & ex traditione
deuenitur ad dominium,vt ait Bald.in d.l.indicia. in princ.
Secundum indiciũ ex ſolutione cenſus oritur: nam ille,cui
5 ſoluitur cenſus,† ꝓſumit proprietarius. vt ibidem inquit Bal.
in d.l.indicia ſub num 3.in fin.de quibus latius infra dicetur
ſuo loco,& alia indicia, & coniecturas ponit Soc.iun.d.conſ.
135.d.num.14.vſque ad num.17.vol.2.

CONCLVSIO DXL.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per ſimplicem poſſeſſionem.

SVMMARIA.

1 *Dominium non probatur per ſimplicem poſſeſſionem.*
2 *Ad probãdum dominium requiritur,vt probetur titulus,bona fides,& continuatio poſſeſſionis,neq; rem fuiſſe vitioſam.*
3 *Dominium per ſimplicem poſſeſſionem non probatur, etiamſi teſtes deponerent Titium poſſediſſe illam rem pro ſua.*
Contrarium num 4.
5 *Dominium probatur à teſtibus dicentibus ſe vidiſſe Titium poſſidere pro domino decem annis.*
6 *Dominium probatum non dicitur etiam quando teſtes deponerent patrem meum talem rem poſſediſſe, & habitum fuiſſe pro domino publice, communiter, & ab omnibus.*
7 *Dominium non præſumitur ex poſſeſſione,quando fuit deductum in iudicio per modum actionis & per modum rei vindicationis.*
Secus vt num 8.
9 *Ad probandum rem ſuam eſſe, ſufficit inducere poſſeſſionem de præſenti.*
10 *Dominium nedum præſumitur incidenter deductum ex poſſeſſione vera, ſed etiam ex ficta.*
11 *Dominium quando deducitur in iudicio per viam exceptionis poſt fundatam intentionem actoris,tunc non ſufficit poſſeſſio ad eius probationem.*
12 *Quando ad probandum dominium incidenter deductum deducitur poſſeſſio de præterito,eo caſu,etiamſi deducatur incidenter,non ſufficit nec concludit in præſenti.*
13 *Dominium præſumitur ex præterita poſſeſſione in odium violentiæ.*
14 *Dominium licet deducatur incidenter,illa poſſeſſio non ſufficit,quando aliunde conſtaret expreſſe poſſeſſorem non eſſe dominum.*
15 *Dominium probaretur ex poſſeſſione,ſi non conſtaret poſſeſſorem non fuiſſe dominum.*
16 *Dominium deducitur principaliter in actione legis Aquiliæ, quia illa actio non competit,niſi domino.*
Dominium non præſumitur in contumace ex ſola poſſeſſione, licet dominium deducatur incidenter,vt ſub num. 16.
Contrarium ſub eod. num.
17 *Dominium cum deducatur incidenter,& ius,vt ex poſſeſſione præſumatur, debet illud allegare,alias ſuccumbet.*
18 *Dominium bene probatur,quando cum poſſeſſione,& communi opinione ſimul ſunt probata alia adminicula.*
19 *Vbi non proſunt ſingula,multa iuuant.*
20 *Quando ex parte actoris eſt probata longæua poſſeſſio, & ex parte rei non fuit probatum dominium, ex illa præſumitur, & probatur ipſum dominium ad fauorem actoris.*
21 *Dominij præſumptio ſaltem ex poſſeſſione inducitur.*
22 *Habens poſſeſſionem habet præſumptionem,vt præſumatur ſe credere eſſe dominum.*
23 *Dominium præſumptiuum probare ex præſumptione ſatis eſt, licet quis aſtringat ſe ad probationem dominij, neq; ſuccumbet.*
24 *Probatio poſſeſſionis,& communis reputationis non ſufficit quando effectum dominij transferimus,& [illegible] fienda.*
Secus quo ad poſſeſſionem tuendam.
25 *Dominium tunc probatur, quando poſſeſſio eſt longiſſima, & cum illa concurrit fama.*
26 *Dominium præſumitur ex longiſſima poſſeſſione etiamſi non concurrat fama.*
27 *Dominia rerum,quæ prius in nullius bonis erat.*
28 *Dominium probatur ex longiſſima poſſeſſione nedum contra conductorem,ſed etiam contra tertios.*
29 *Poſſeſſio ſimplex ſufficit ad probationem dominij, quando agitur ad impediendum executionem ſententiæ,quæ fit in bonis damnati.*
30 *Dominium probat probatio ſolius poſſeſſionis,quando agitur contra furem.*
31 *Dominium ex poſſeſſione probatum intelligitur,ſi de re,de qua agitur,facta fuerint bannimenta,vt ſi quis velit dicere,talem rem fuiſſe in bonis alicuius, antequam a Titio poſſideretur,veniat,& ſiſtat ſe tali iudici, & nemo comparuerit coram illo iudice.*
32 *Dominium probatur ex ſola poſſeſſione,quando agitur contra violentum poſſeſſorem.*
33 *Dominij præſumptio inducitur pro ipſo actore ex longæua poſſeſſione probata per actorem, quando ſimul fuit intentatum petitorium, & poſſeſſorium, & ſuper vtroque proceſſum.*
34 *Dominij probatio non inducitur ex poſſeſſione forſan probata per actorem, ſi ſimul cum petitorio eſſet intentatum poſſeſſorium.*
35 *Dominium probatur per recentem poſſeſſionem, alio in contrarium non probato, neque docto.*

Domi-

1 DOminium non probari per ſimpliceem † poſſeſſionem con-
ſuluit Paul.Caſtr.io conſ.113.in cauſa, quæ vertitur inter
commonitatem Brazani, poſt nu.3.verſ. item ſuper petitorio.
vol.2 & ante eum tradidit Bal.in l.indicia.nu.3.atque docuit
Bar.in l.cum res.nu.15.C.de proba. quod & ſenſit decidendo
Bellam.dec.740.ſi à te vendico.de probat.per tot.& cautũ eſt
ab Alex.conſ.92.nu.3.vol.5.& in conſ.57.nu.6.li.7.verſ.tutius
etiam reſpondet, quorũ ſententiæ ſe ſubſcripſit Fulg. in l.non
ignorat.num.2.C.de ijs, qui accuſa.non poſſ.idem obſeruauit
Pariſ.conſ.107.num.33.vol.1.hoc quoque prodidit Bellam.in
c.examinata.nu.17.de iud.& in conſ.41.col.2.nu.9. ſub verſi.
Tertio probo ſic.ſic ſcripſit, & Rip.in l.rem quæ.nu.51.& 52.
ff.de acqui.poſſ.ita etiam conſultus aſſeruit Soc.ſen.conſ.112.
nu.24.vol.4.ſicq; confirmauit Caſſador.dec.2.nu.2.de proba.
idq; comprobauit Iac.de S.Georg.in rub ff.de rei vendic.nu.
a 7.atque reperijt idem Caſt.in conſ.76.in prin.li.2.poſtremo
album calculum addidit Rol.à Valle conſ.46.nu.18.lib.3.

2 Hinc fit, vt requiratur, † quod probetur etiam titulus, bona
fides, & continuatio poſſeſſionis, neque rem fuiſſe vitioſam,
quæ omnia probanda eſſe aſſeuerauit Lanfr. de Oria.in tract.
de depoſi.teſtium.n.126.cũ ſeq.verſ.conſequenter eſt, vbi po
nit, quo pacto ſint probanda, & nos dicemus ſuis locis, nempe
in Concluſione, Poſſeſſio, in Concluſione, Titulus, & diximus
in Concluſione, Bona fides.

Primo amplia concluſionem, etiam ſi teſtes deponerent,
3 hunc † nempe Titium poſſediſſe illam rem pro ſua, teſte Rom.
io cõſ.70.Viſis themate, & quęſtione, nu.14.ita etiam teſtatur
Iaſ.in l.ſi is ad quem.nu.9.4.notab.ff.de acq.hær.quod & pla-
cuit Pau.Caſtr.in conſ.113.contra ſuperius conſulta, in princ.
vol.1.coi rei aſſenſit & Alex.in d.l.ſi is ad quem.num. 4. & in
conſ.89.excellentiſſimi I.C.poſt nu.5.verſ.nec releuat et. vol.
5.nec id præterijt Inn.c.illud.nu.2.de præſump. quem refert,
& ſequitur Soc.ſen.in d.conſ.112. viſo proceſſu agitato inter
Baptiſtã, nu.24.verſ.ſed qñ principaliter non probatur.vol.4.

4 A contraria ſtetit ſententia † Mar.Soci.iun.in conſ.128.nu.
13.vol.2. vbi ait, quod ſi teſtes deponant talem pro domino
poſſediſſe bona, de quibus agitur, vtique probari dominium,
teſtem ad id laudat Bald.in l.proprietatis.in ſi.C.de probat.&
id haberi ait in auth.niſi triennale.C.de bon.mater. & ibi per
Bal.& Dd.quod corroboratur per id, quod notat Ang.in auth.
5 de teſtib.§.& licet, vbi voluit, † quod ſi teſtes dicant, ſe vidiſ-
ſe Titium poſſidere pro dño decem annis, probari dominium.

Secundo loco ampliabis, vt procedat, etiam ſi teſtes depo-
nerent patrem meum talem rem poſſediſſe, & dum vixit habi-
tum fuiſſe pro domino, publice, communiter, & ab omnibus:
6 nam tunc ēt † ſatis non dicitur probatum dominium, vt deci-
ſum relinquere Domini de Rota in dec.15.alias 330. ſi vendi-
co re.de re indi.in nouis, quos ſequitur, & refert Abb in c.cum
ad ſedem, poſt num.20.verſ.idem tenent Domini de Rota, de
reſtitu.ſpol.& ſenſere conſulendo Bertr.in conſ.85.nu.5.vol.7.
& decidendo Bellam.in decis.740.ſi à te vendico.in princ.tit.
de probat.

Debet enim probari titulus legitimus, verus, vel putatiuus:
quia vbi dominium deducitur de præterito, nõ ſufficit in præ-
ſenti.§.& quę nondum.§.quod dr.ff.de pign.hanc eandẽ opi-
nionẽ ſequitur Lap.alleg.89.in Dei nomine factum, ſuper quo
conſilium, col.10.verſ.præterea iſta quæſtio.poſt num.15.poſt
literam Y.conuenit cũ hoc Bellam.in dec.612. actor admiſſus,
qui vult nõ ſufficere probationem cõis reputationis, & famę,
quo ad obtinendam adiudicationem, & ſic vt conſequatur do
minium, idem decidit Bellam.in dec.564.concluſio, quod gra-
tia facta, & dec.242.ad effectum obtinendi, & dec.454.mona-
ſterium allegãs, quod etiam cõcluſum à D.Rot.dec.236.alias
15.ad effectum.de præben.in nou.iſtis accedit Alex.in l.ſi ad
quem.col.2.de acq.hære.per illum contex.poſt Rom.qui aſſe-
ruit nõ ſufficere ad dominiũ allegare, quod tenuit aliam rem
pro domino, & tanquam dominus fructus percipiendo, quia
non eſt probatum dominium, nec titulus ſufficiens, hoc idem
cõſulendo ſenſit Alex.in conſ.89.Excellentiſs.I.C.col.5.vol.5.
& in conſ.182.Viſo proceſſu cauſæ principalis.col.2.vol.7. qđ
& comprobauit Mil.in reperto.in verb.probatio cõis reputa-
tionis, & in verb.confeſſio ſuper dominium, & in verb.proba-
tur antiquum dominium, nec latuit Philip.Franc.in c.Abbate
ſane, in prin.col.2.de re iud.in 6.ſic quoque reſpondit Soci.in
conſ.112.Viſo proceſſu agitato inter Baptiſtam.in ſi. vol.4.di-
cens, quod vbi dominiũ principaliter deducitur, non ſufficiat
probare, quod illam rem poſſederit tãquam ſuam, iſtud etiam
conſulendo tenuit Corn.in conſ.19.Videtur in hac cõſultatio-
ne.col.vlt.li.2.& in conſ.145. Ad euidentiam præmittendum.
col.pen.vol 2 & in conſ.130.Eleganter diſcuſſa eſt, col.pen. &
in conſ.315.Videtur in hac conſultatione, col.pen.vol. 4 & in
conſ.313.alias per me, col.1.eod.vol.4.

Primum omnium limites velim principalem cõcluſionem,
& hanc ſecundam ampliationem, vt procedat tantum, quando
dominium fuit deductum in iudicium per modum actionis, &
7 principaliter, † veluti per modum rei vendicationis, quia tunc
ex poſſeſſione non præſumitur dominium, vt auctor eſt Bar.in
l.quidam in ſuo.nu.4.ff.de condit.inſtit.quem refert, & ſequi-
tur Abb.in d.c.cum ad ſedem col.7.verſ.ſed quæritur, an poſ-
ſeſſor.nu.20.de reſtit.ſpol.& ſequitur Aret in conſ.148. cir.fi.
verſ.ſecundo eſt aduertendum.& ſenſit Barb.in conſ.8.Scribi-
tur pręclare.col.2.nu.5.vol.1.& in conſ.41.Illud afferã in me-
dium, quod propheta.col.4 nu.17.verſ.quod quando dominiũ
principaliter deducitur in iudiciũ, vol.4.Bellam.etiam id pro-
bauit in dec.740.ſi à te vẽdico caſtrum, & iſtud ſequitur Mil.
in reper.in verb. probatio cõmunis reputationis, & ita tenet
Rot.in dec.109.alias 4.agenti & petenti.tit.de rer.permut. in
nouis, & ſequitur Corn.in d.conſ.313.alias per me, col 2.vol.
4.& in conſ 128.Quoniam agitur de parua, col.2.eod.vol.4.

Secus autem quando principaliter dominium non deduci-
8 tur in iudiciũ, † ſed incidenter per modũ exceptionis, vt quia
agat confeſſoria ad ſeruitutem rei ſuæ debitã: nam hoc in caſu
principaliter deducit in iudicium ſeruitutẽ ſecundario, & in-
cidenter inducit dominium rei ſuæ, & nõ poſſet in primo ob-
tineret, niſi probaret ſecundum, id eſt, rem ſuam eſſe, ad cuius
9 probationem ſufficit † inducere poſſeſſionem de præſenti, &
tũc præſumitur dominus, vt teſtatur gl.in l ſicuti.§.ſed ſi quę-
ratur, ſuper verb.poſſeſſoris, in ſi.& ſuper verb.declarari.in ſi.
ff.ſi ſeruit.vendic. & à Caio vna cum Accurſ. ſuper verb. non
nocet, traditum eſt in l.1.ff.famil.ercisc.cui adhæret Soci.in l.
1.nu.30.verſ.& ideo tu conſidera.ff.de acq.poſſ.& Pau.Caſtr.
in conſ.4.incip.In cauſa mota per Gaſpar.num.3.verſ.tñ quia
dominium deducitur. vol.2.cum alijs adductis à Boer.in q 42.
nu.8.& à Campeg.in ſuo tract.de teſtib.reg.339.verſ. 4. quia
docuit late Bar.in l.quidam in ſuo.nu.4.verſ.ſecondo caſu, de
condit.inſtit. quem ſequuti ſunt * omnes, vt apud Barb. conſ.
80.col.6.poſt nu.7.verſ.præterea eſt.in ſi.lib.1.Soc.ſen.conſil.
112.nu 22.23.verſ.circa prima.lib.4.Soc.iun.conſ.135.num.3.
lib.2 Dec.cõſ.221.nu.4.Alc.reſp.319.nu.1. Ceph.conſ.63.nu.
13.li.1.Alex.in conſ.10.nu.4.vol.4.& late proſequitur Lanfr.
de Or.in tract.de teſtib.nu 143.& ſeq.& Bal.in conſ.37.Qui-
dam Netins.nu.3.vol.5.& in l.non hoc circa ſi.verſ. reuoco in
dubium.C.vnde legit.hoc idem relatu ſingulare arbitratus eſt
Gui.Pap.in ſing.952.conſuetudo notoria.nu.2.quibus iungas
Bal.in d.l.1.nu.3.ff.fam.ercisc. iſtis etiam addas Aret. in conſ.
148.in fin.

10 Amplia, † vt nedum præſumatur dominium incidenter de-
ductum ex poſſeſsione vera, ſed etiã ex ficta, ſi credimus Bald.
in conſ.342.lib 3.& Io.Ant.Rub.in §.nihil commune, l.natu-
raliter.nu.34.ff.de acquir.poſſeſſ.vbi adducit etiam Cuma. in
conſ.150.circa fin.ff.de acquir.poſſ.

Sublimita ſuperiorem limitationem non procedere, quan-
11 do dominium deducitur in iudicio † per viam exceptionis,
poſt fundatam intentionem actoris: quia tunc non ſufficeret
poſſeſſio, prout declarat Bar.in d.l.quidam in ſuo.ff.de condi.
inſtit. & ſequitur Bellam. in relata dec.740. & Mil.in ſuo re-
per.in verb.probatio communis reputationis, & ita intelligit
Lap.alleg.89.

Secundo velim ſublimites non habere locum, quando ad
12 probandum dominium incidenter deductum, † deduceretur
poſſeſsio, de præterito, quia eo caſo, etiamſi deducatur inci-
denter, non ſufficit, nec concludit de præſenti, vt ait Coro. in
conſ.315.alias per me.col.2.voto 4.& idem in conſ.128.Quo-
niam agitur de parua.col.2.eodem vol.4.

Reſtringas hanc ſublimitationem nõ procedere, qñ agitur
contra eum, qui violenter accepit, nam tunc in odium violen
13 tiæ, † præſumitur ex præterita poſſeſsione dominium, immo
ẽt quod agitur in directo iudicio in rei vendicatione, vt teſtis
eſt Bar.in d l.quidam in ſuo, poſt nu.4.verſ.primo caſu ad do-
miniũ, & Bal.in d.l.quidam in ſuo.col.2, verſ. itẽ adde vltimo.
ff.de

Digitized by Google

ff.de condi.inſtit.quem refert, & ſequitur Boer.in d.q.42.nu. 6.per l.ſi emptionis §.ſed hæc ſupra.C.de præſcrip.30.vel 40. annor.ac tradidit Salic.in l.cum res.C.de probat.gl.etiã cum text.in d.l.ſi emptio.§ ſed hæc,ſuper verb. diſtinctione. C.de præſcri.30.vel 40.annor.quibus adhæret Claud.Mainer.in repetit.§.nihil commune.l.naturaliter.nu 151.verſ.ſucceſſiue ex dictis Bat.ff.de acquir.poſſeſſ.

Tertio ſublimita,vt non procedat,quando aliunde conſta-
14 ret expreſſe † poſſeſſorem non eſſe dominum: quia licet deducatur dominium incidenter, illa poſſeſſio non ſufficit, ſic in hac hypotheſi reſpondit Vlp.in l.item Mela. §.eum, cui veſtimenta.ff.ad l.Aquil.nam in actione legis Aquiliæ,& ſerui corrupti dominium venit incidenter,& tamen non competit poſſeſſori, ſecus autem, ſi non conſtaret, poſſeſſorem non fuiſſe
15 dominum:ex † poſſeſſione enim probaretur dominiũ,ita declarat Claud.Mainer.in repeti. d.l. nihil commune.col.2.ff.de acquiren.poſſeſſ. poſt nu.154.verſ.ſucceſſiue pro hoc optime
** facit, quam opinionem ** magis communem etiam dicit, & proſequitur Boet.d.quæſt.42.nu.8.in fin.

Alienum tamẽ à veritate videtur iſtud dictum, nã in actio-
16 ne legis Aquil.† dominium deducitur principaliter,quia illa actio non competit niſi domino,d.l.item Mela.§.legis autem Aquil.actio. ff. ad l. Aquil. & ideo nimirum ſi in dicta actione non ſufficiat poſſeſſio.

Quarto loco limitabis,vt locum non habeat in contumace, cui non ſufficit probare dominium per poſſeſſionẽ, quia propter eius contumaciam licet dominiũ deducatur incidenter, tñ ex ſola poſſeſſione non præſumitur dominium,ſed oportet per alia indicia probare, ita ſentit Bal.in auth. is qui. col.12. poſt n.13.verſ.nõ obſtat gl.l.ſicuti.C.de bon. author.iudi.poſſid.ad quod probandum affert.l.ſi prius.ff.de oper.non. nunc.

Baldi tamen ſententiã refellit,& improbat Iaſ.in d.l.ſi prius. col.15.ver.ſecunda concluſio.nu.36.eo quod in illa l.ſi prius, non ſit cautum de probando dñio, vel poſſeſſione,ſed tantum quod debeat probare de iure ſuo libertatis vel ſeruitutis, vbi
* de * communi contra Bal.ſcribentiũ ſententia teſtatur,& cum Iaſ.opinione contra eundem Bal.tranſit Claud.Mainer.in repet.§.nihil commune.l.naturaliter.nu.3.ff.de acq.poſſ.vbi copioſius oſtendit Baldum perperam ſenſiſſe.

Verum ad id animum vertas, vt cum dominium deducitur incidenter,& ius, vt ex poſſeſſione præſumatur, debeas illud
17 allegare,† alioqui ſuccumberes,ſecundum Bal.in l.etiam.col. 4.nu.9.verſ.reſpondeo illa gl.& nu.10. C.de executio.rei iud. cui accedit Iaſ.in § ſi citatio.col.52.inſtit.de actio.& in l.non hoc,col.vlt.nu.17.verſ.alibi Bal.in l.etiam.C.vnde legit.& ibi Dec.nu.2.verſ.ſecundo no.& late Tiraq.in tract.de præſcri.§. 1.verſ.bona fide.gl.2.Alex.in conſ.69.num.12.verſ.accedit.& col.3.vol.3.& in conſ.35.In cauſa,& lite.nu.7.vol.5.& in cõſ. 137.nu.5.verſ.non autem vltra ea,quæ diximus ibi,& licet ex poſſeſſione,cui rei conuenit reſponſum Card.Alban. in lucubra.ad Bar.in l.rem alienam.ff.de pign.act.num.3. & Caſtr.in conſ.104.in quæſtione,quæ ſperatur moueri, poſt nu.12.verſ. poſſet etiam quarto loco.vol.1.

Secundo limita principalem concluſionẽ,& ſecundam am-
18 pliationem non procedere,† quando cum illa poſſeſſione,& communi opinione ſimul eſſent probata alia adminicula,quia tũc bene probaretur dñium,vt in ſimili voluit Bar.in l.ad probationem.C.locati. vbi inquit,quod licet per inſtrumentũ locationis non probetur dominium , vt infra dicetur , ſi tamen cum eo concurrerent alia adminicula,probaretur:nã vbi non
19 proſunt † ſingula,multa iuuant,& ita concludit Soc.in conſi. 89.in cauſa agitata inter Iaco.col.5.vol.1.poſt nu.9.verſic. & pro fundamento,cum ſeq.& ſentit Barb.in conſ.41. Illud afferam.col.4.poſt nu.4.verſ.iſta ponunt.vol.1.

Tertio limitare poteris non habere locum, quando ex par-
20 te actoris eſſet probata illa longæua poſſeſſio, † at ex parte rei non fuiſſet probatum dominium: quia tunc ex illa præſumitur, & probatur ipſum dominium ad fauorem actoris, vt colligitur ex his,quæ deducta fuerunt Burſ.in cõſ.27. poſt nu. 12.verſ.conſtat itaque.

21 Quarto limita, vt vſque eo non procedat, quia ſaltem † ex poſſeſſione inducatur præſumptio dominij,vt colligitur ex l. ſiue poſſidetis.C.de probat.& ex l.litibus.C.de agric.& cenſit.lib 11.l.quidã in ſuo.vbi Bar.ff.de condi.inſtitut.l.2. & l.4. C.de proba.Affl.dec.23.nu.5. & ſcriptum reliquere Iuris Põtificij profeſſores in c.ad ſedem.de reſti.ſpol. Voluit Mar.Soc. conſ.135.nu.15.vol.2. Bero.in conſ.79. nu.14 & in conſ.114. nu.13.vol.3.nam ille,qui habet poſſeſſionem , habet præſum-
22 ptionem,† vt præſumatur ſe credere eſſe dominum,ſecũdum Bal.in l.1.col.1.verſ.extr.not.poſt nu.1.C.de momen. poſſeſſ. & ſequitur Iaſ.in §.ſic itaque.col.5.in fin.inſt. de act. & tenet Menoch.de recuper.remed.9.num.32.Alex.in conſ.10.nu.14. vol.4.& not.Guid.Pap.in tract.de præſump.nu.19.

Hinc fit, vt ſatis ſit probare dominium præſumptiuũ ex poſ-
23 ſeſſione, † licet quis aſtrinxerit ſe ad probationem dominij; neq; ſuccumbet: iſtud fuit inſigne pronunciatum Spec. in tit. de primo,& ſecũdo decret.in §.reſtat.verſ.ſed nunquid, poſt nu.7.quod dictum pro ſingulari not.Bal.in l.1. in fi.ff.fam.erciſc.& Mar.Mant.in ſing.335. quidam aſtrinxerat,quod ſemper obſeruandum , & menti tenendum eſſe aſſerit pro limitatione l.habebat,ff.de inſtir.act.quia nonnulli permoti contrarium ſentiebant,hunc ſcilicet qui ſe aſtrinxerat ad dominium probandum , & probauerat tantum dominium præſumptum ex poſſeſſione,debere ſuccumbere.

Quinto limitare tibi licebit, vt vera ſit quoad effectum do-
24 minij transferendi,& adiudicationis fiendæ,quia tunc nõ ſufficit illa probatio poſſeſſionis, & communis reputationis, ſecus quoad poſſeſſionem tuendam, tunc bene ſufficit,vt ſenſit decidendo Bellam.d.dec 612.actor admiſſus.de proba.& deciſ.594.licet poſſeſſio.de cauſa poſſeſſ.& propriet.& Rot.decreuit,in dec.123.alias 3.ſufficit probare,in nou.tit.de proba.

25 Sexto velim limites,quando poſſeſſio eſſet longiſſima,† & cum illa concurreret fama: nam tunc probaretur dominiũ, vt cõſultum eſt à Barb in conſ.41.nu.2.vol.1.cũ ibi alleg.& Bertr.in conſ.12.nu.17.par.1.verſ.qui ſibi perſuadere non debet. quo in loco docet,quo pacto deponere debeãt teſtes ad probandam hanc longiſſimam poſſeſſionem.

Primo amplianda tibi erit hæc limitatio,vt locũ ſibi vendi-
26 cet,etiamſi non concurrat fama:nam ſi poſſeſſio eſt longiſſima,præſumitur dñs , & ex tali poſſeſſione ius oritur, l.ſi quis emptionis.C.de præſcr.30.vel 40.annorum,cum alijs allatis à Boer.in q.42.n.12.& cautũ eſt à Bal.conſ.486.nu.5 verſ. porro per legitimã.vol.1.ita ẽt reſpondit Calc.in conſ.32.nu.12.ver.
27 ſic.item quia probatũ,nam à poſſeſſione,† quæ prius in nullius bonis erant, cœperunt rerum dominia de iure gentiũ, vt l.1.ff.de acquir.rer.domin.vt ibi Bal.cum allegatis per eum.

Secundo amplia procedere nedum contra conductorem,
28 ſed † etiam contra tertios,ita reſpondit Burſa.in conſ.27.ſub nu.4.verſ.dominium vero directum,citans Rom.conſ.127.Poſito quod dominium,& alia vt ibi.

Septimo limita,vt non habeat locum,quando agitur ad impediendum excuſationem ſententiæ,quæ fit in bonis damna-
29 ti: tunc † enim ſufficit ſimplex poſſeſſio,recte gl.in l.maritorum,ſuper verb.occupati ſunt.C.ne vxor pro marito,quã notat Ang.in l.quidam in ſuo.ff.de condit.inſtit.atque Campeg. in tract.de teſtib.reg.339.verſ.quarto quia.

Octauo limitabis,quando agitur contra furem:tunc nempe
30 ſufficit † probatio ſolitæ poſſeſſionis,vt ait Iac.Butr.in l.2.C. de fur.& refert Cãpeg.in tract.de teſt.in reg.339.verſ.4.quia.

Nono limita,ſi de re,qua de agitur,facta fuerint bannimenta,vel proclamationes,ſiue cridæ,vt ſi quis velit dicere talem rem fuiſſe in bonis alterius , antequam à Titio poſſideretur, veniat, & ſiſtat ſe tali iudici: nam tunc nemine comparente
31 coram iudice,† & probato Titium poſſediſſe,intelligitur dominium ex tali poſſeſſione probatum,quaſi illa res in nullius bonis fuerit, & ſic effecta Titij occupantis , vt conſtat ex l.1. in prin.& ibi Soc.nu.17.& 19.in 3.not.poſt Franc. de Aret.ff. de acq.poſ.de qua praxi meminit Bart.in l.litem,quæ nobis. ff.de acquir.poſſ.quem refert, & ſequitur ſimul cum alijs collectis à Boer.in d.q.42.nu.31.& idem Bar.docuit in l.rem alienam.ff.de pign.actio.& ex multis ſequitur Aug.Bero. in conſ. 79.in fin.vol.3.quod & confirmat Alex.in conſ.4.nu.10. verſ. verum quia modus,vol.2.

Decimo limita,vt nõ procedat, quando agitur contra vio-
32 lentum poſſeſſorem, † nam tunc ſufficit ſolius poſſeſſionis probatio,ita tradidit Bal.in l.pen.ff.de condit.inſti.quem refert,& ſequitur Soci.vbi ſup.& Boer.in d.q.32.num. 31. quod etiam probauit Salic.in l.cum res.C.de prob.& aſſeruit Campeg.in tract.de teſt.in reg.339.verſ.4.quia.

Vndecimo limita non habere locum, quando ſimul fuit intenta-

Digitized by Google

33 tentatum petitorium,& poſſeſſorium, † & ſuper vtroq; pro-
ceſſum: namque tunc ex illa longæua poſſeſſione probata per
actorem inducitur præſumptio dominij pro ipſo actore, vſq;
eo,vt reus efficiatur, & primordialiter,& debet probare ipſe
dominium,aliter actor obtinebit tam in poſſeſſorio, quam in
petitorio: ita declarant, & intelligunt ſcribentes in l naturali-
liter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.& præcipue Bologn nu.
78.& 79.Accoramb.nu.121.cum ſeq.Clau.Mar.nu.153.Rube.
nu.281.& Rip.nu.149 ſecus autem ſi ſuſpenſo petitorio eſſet
34 intentatum poſſeſſorium, † quia tunc ex illa poſſeſſione per
actorem forſan, probata non inducitur probatio dominij, ad
id, vt poſſit pronunciari ſuper eo ad fauorem actoris: nam
tunc actori impenſarum multa ei eſt irroganda ſuper petito-
* rio,& reus ad reſtituendam poſſeſſionem, ita ex * communi
opinione voluerunt relati ſcribentes in d.§. nihil commune,
vbi ſupra.

Duodecimo limitare tibi licebit, quando poſſeſſio eſſet te
35 cens: per † recentem enim poſſeſſionem probatur dominiũ,
alio in contrarium non probato, neque docto, ita reſpondit
Calcan.in conſil.32.nu.12. multos huius ſententiæ aſſertores
adducens.& in conſ.100. nu.10. verſ. cuius eſt ratio. vbi iti-
dem multos adducit.

CONCLVSIO DXLI.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per instrumentum.

SVMMARIA.

1 Dominium regulariter non probatur per inſtrumentum.
2 Verba enunciatiua cum non inducant diſpoſitionem, non probant dominium.
3 Dominium qui dixerit probari per inſtrumentum, illud probare debet.
4 Dominium non probatur per inſtrumentum dotis, ſed legitimis modis probari debet.
5 Dominium non probatur per inſtrumentum diuiſionis.
6 Dominium non probatur per inſtrumentum locationis.
7 Dominium non probat inſtrumentum donationis.
8 Dominium non probatur ſolum per inſtrumentum emptionis.
9 Dominium probatur ex ſolo inſtrumento donationis facta à Principe.
10 Dominium tranſlatum videtur ſolum per inſtrumentum donationis facta à Principe.
11 Dominium per inſtrumentum donationis facta à Principe probatur, quando Princeps habet dominium, rei quam donat.
12 Dominium probatur ex antiquis inſtrumentis.
13 Antiquitas temporis inducit præſumptionem, quod omnia requiſita vere interuenerint.
In antiquis nulla eſt melior probatio, quam illa quæ fit per inſtrumentum
14 Inſtrumenta antiqua etiamſi eſſent propter aliud confecta probant dominium.
15 Per aſſertionem vnius, vel plurium, qui habentur loco vnius, non inducitur communis opinio.
16 Dominium probatur per inſtrumentum, quando eſt factum ſuper poſſeſſorio, vel ſuper redditibus fundi.
17 Inſtrumentum probat dominium, quando agitur inter eaſdem partes.
18 Dominium non probatur per inſtrumentum, quando agitur de magno præiudicio.

1 DOminium regulariter non probari † per inſtrumentũ ob-
ſeruauere ſcribentes in l.cum res. C.de probat.& tradi-
dit Ang.in l.officium ff.de rei vend. ad idem reſponſum eſt à
Barb.conſi.8.nu.20.col.6.& 7.verſ.vbi dicit,quod per inſtru-
mentum.& conſ.6.Sapienter ſcribitur.col.6.nu 32. verſ.præ-
mitto etiam quod licet.vol.2.& conſ.41.col.4.nu 22.verſ.etſi
* quiſpiam opponat.vol.1.& Curt.iun.conſ.158.num.5.& 22.
vol.2. verſ. pro cuius fundamento.vbi ait * cõmuniter Dd. id
ſentire in l.legata inutiliter.ff de adimen.l.idem placuit Dec.
in conſ.221.col.3. poſt nu.5. verſ.nec etiam per inſtrumentũ.
Alex.in conſ.10.viſo proceſſu,col.2.poſt nu.7.verſ.non proba
tur etiam de dominio.lib.4. & maxime quando inſtrumento
2 loqueretur enunciatiue: † nam cum illa verba inducant diſpo
ſitionem l.ex hac ſcriptura.vbi plene Bart. ff.de donat. & ſuo
loco dicetur,non probant dominium,reſte Par.in conſ.104.nu
me.5.vol.1.& pro parte negante.

Hinc fit, vt qui dominiũ per inſtrumentũ probari dixerit,
3 illud † probare debeat,ita cauit Soc.ſen.in conſ.266.n.11.vol.
2.quia contra obſt regula,dominium nõ probatur per inſtru
mentũ.Soc.retulit,& ſequutus eſt Cror. in cõſ.34.n.11.vol 1.
4 Primo infertur,vt per inſtrumentum dotis † non probetur
dominium,ſed debeat probari legitimis modis, vt ait Bal.in
conſi.185.Punctus conceſſus.nu.2.volum.5.per c.inter dile-
ctos.de fi.inſtrum.& per l.indicia, C.de rei vendica.& in d.
l.cum res.C.de probar.
5 Secundo infertur,vt dominium non probetur † per inſtru-
mentum diuiſionis,vt cauit Alex.in conſ.187.Viſo,ac diligen
ter diſcuſſo.nu.4.vol.6.& hoc ſiue dominium ſit directum, ſi-
ue vtile, vt ibidem ait Alex.
6 Tertio infertur † de inſtrumento locationis,de quo late in
fra.in ſeq.concluſ.differemus.
7 Quarto infertur,vt inſtrumentum donationis † nõ probet
dominium,ad quod late ſe fundit Afflict.deciſ.14.nu.8.
Quinto infertur, vt per inſtrumentum emptionis ſolum nõ
8 probetur † dominiũ,vt teſtatur Accurſ.in l.cũ res.C.de pro
ba.per text.in l.proprietatis.C.eo.de quo vide inf.ſuo loco.
Contrarium videtur ſentire Alexan.d.conſ.152. numero 1.
volum.7.

Primo concluſionem limitabis non procedere in inſtrumẽ
9 to donationis factæ à Principe: † ex eo enim ſolum probatur
dominium, iuxta ſententiam Ang.in d.l.officium. nu.2. quẽ
refert,& ſequitur Barb.in d.conſ.8.col.6.nu 2.verſ.vbi dicit,
quod per inſtrumentum donationis.d.vol.2.& conſil.41.col.
4.nu.22.verſ.& ſi quiſpiam,vol.1.cui accedit Bert.in conſ.3.
nu.35.& 36.verſ.ad quintũ dico vol.3. & voluit Tho.Gram.
in dec.59.Catholicus Rex.nu.19.& ſeq.Afflict.dec.14.Ioan-
nellus poſt nu.8.verſ.hoc verum.Immo per tale inſtrumentũ
10 ſolum videtur tranſlatum dominium,† ex eo,quia Princeps
habet poteſtatem trãsferendi dominium, prout ſibi libuerit,
nec requiritur alia traditio,vel poſſeſſio,vt reſpondit Barb.
in d.conſi.6.nu.32.col.6.vol.2. & aſsentitus eſt Bertran.in d.
conſ.3.nu.36.Boer.etiam in d.q.42.nu.27.& 28.& Thom.d.
deciſ.59.nu.18.& ſeq.
11 Intellige hanc limitationem veram eſſe,† quãdo Princeps
habet dominium rei,quã donat,vt auctor eſt Barb.d.conſ.41.
nu.21.col.4.cum ſeq. vol.1.ſenſit Soc ſen.conſ.187.nu.7.verſ.
quod inſtrumentum confectum.& ſeq vol.2.
Secundo velim limites non procedere in antiquis inſtru-
12 mentis: † ex his namque probatur dominium, per l. indicia.
C.de rei vendicat.huc idem quoque tenet Ruin.in conſ.14.
n.7.verſ.& probatur dominium eccleſiæ ex alio, & 8.vol.4.
Corroborauit auctoritate ſua hanc ſententiam Dec. conſilio
428.nũ.4.& 5.atque Boer.q.42.nu.3.& idem in probatione
dominij iuriſdictionis late tradit Soc.ſen.in conſ.166.In cau
ſa Communitatis.nu.2.6.7.12.& 18.& ſenſit.in col.187.col.1.
nu.5.vol.2.Alex.in conſ.2.In cauſa teſtamẽtaria.n.8. verſ.ſed
qñ inſtrumentum, cum ſeq.vol.3.& conſ.24.Ponderatis.nu.
19.vol.5.& conſ.89 In cauſa agitata.nu.5.verſ.præterea iſta
concluſio.vol.1.& Afflict.deciſio.324.nu.6.& plene Are.in
conſ.42.Viſo conſ.Soc.conſ.86.In cauſa Communitatis.nu.1.
quod eſt repetitum in conſ.166.2.vol.Cur.ſen.etiam in conſ.
76.col.3.quos refert etiam Abb.in conſ.64.nu.11. & 23.& ſen
ſit Socin.ſen.in cõſ.205.vol.2.verſ.tertio probatur.& Franc.
Curt.in conſ.76.col.2.verſ.ſed præmiſſis.vbi inquit,inſtrumen
ta antiqua tantam facere fidem,vt illud non debeat in dubiũ
13 reuocari,cuius ratio eſt,† quoniam antiquitas temporis in-
ducit præſumptionem,quod omnia requiſita vera interuene-
rint: tum quia in antiquis nulla eſt melior probatio,quam illa
quæ fit per inſtrumenta,quæ ſuperat, & vincit probationes,
quæ fiunt per teſtes,vt vberrime id comprobat Par.in conſ.
104.nu.45.& 46.vol.1.& Albe.in d.conſ.64.nu.22.& 23.
Amplia hanc ſecundam limitationem procedere,etiamſi il
14 la inſtrumenta eſſent propter aliud confecta: † nam etiã tũc
probant ex * communi ſcribentium mente,de qua atteſtatur
Bero.in conſ.115.nu.7.vol.3.& in conſ.79.per totum,volu.1.
quem refert cum alijs Burſat.in conſ.27. nu.11.& 12.
Hanc eandem ſecundam limitationem ſic limitabis, vt ve-
ra non ſit, quando illa inſtrumenta continerent aſſertionẽ v-
nius perſonæ, vel plurium,quę habentur loco vnius, vt quia in
ſtrumento vno, vel pluribus dicitur, Titius vendidit Sempro
nio talem rem.quę eſt de dominio talis Abbatiæ: hoc enim ca
ſu inſtrumenta antiquiſſima plene non probarent dominium:
15 quia per † aſſertionem vnius, vel plurium, qui habentur loco
vnius non inducitur communis opinio.vt dictum eſt à Bart.
in l.admonẽdi.ff.de iureiurãd.& ita limitat.& declarat Cror.
in d.conſ.34.nu.17.volu. ex auctoritate Bald.in l.cum ali-
quis. C. de iure delib. & Areti. in c.cum cauſam.colum.6.de
probat.

Digitized by Google

Tertio limita concluſionem non habere locum, quando in
16 ſtrumentum † eſt factum ſuper poſſeſſorio, vel ſuper redditi
bus fundi: quia tunc per inſtrumentum probatur, auctoritate
Barba.conſ.41.nu.7.col.1.verſ.poteſt etiam probari per in-
ſtrumenta.vol.1.

Quarto limita, vt procedat tantum, quando agitur contra
tertium, per regulã, Res inter alios acta, vt reſpõdit Soc.ſen.
17 in conſ.266.nu.11.vol.2.ſecus inter eaſdem partes; † tunc nã
que probare aſſeruerauit Curt.iun.in conſ.158.nu 22.& 31.
vol.2.& in ſimili infra dicetur de inſtrumento locationis: nã
licet non probet contra tertium, tamen bene probat contra
conductorem, vt in ſequenti concluſione larius dicetur.

Quinto velim limites, quando ageretur de modico præiu-
dicio veluti in probandis finibus, in quibus plura requirun-
tur inſtrumenta nam tunc per illa inſtrumenta probantur fi-
18 nes, ſecus quando † agitur de magno prçiudicio, vt de domi
oio: non enim tunc per inſtrumenta dominium probatur, ita
ratiocinatus eſt idem Soc.ſen.in d.conſ.266.nu.12.vol.2.quẽ
refert, & ſequitur idem Crot.in d.conſ.34.nu.15.vol.1.

CONCLVSIO DXLII.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per inſtrumentum locationis.

SVMMARIA.

1 *Dominium non probatur per inſtrumentum locationis.*
2 *Eccleſia ſi agat rei vendicatione, & probet dominium per inſtrumentum locationis, non obtinebit.*
3 *Dominium non probatur ex locatione in emphyteuſim.*
4 *Dominium præſumitur ex inſtrumento emphyteutico.*
5 *Dominium probatur per inſtrumentum locationis quoad contrahentes, ſecus quoad tertium.*
Contrarium nu.6.
7 *Dominium probatur per inſtrumentum locationis quando locator agit actione perſonali contra conductorem.*
8 *Dominium non probatur per inſtrumentum locationis ſi conuenitur poſſeſſor actione reali ratione dominij agentis.*
9 *Dominium eccleſiæ probatur per inſtrumentum locationis.*
Contrarium nu.10.
11 *Dominium ſaltem præſcriptum probatur ex inſtrumento locationis quando locatio eſt coniuncta cum alijs adminiculis.*
12 *Dominium probatur ex inſtrumento locationis, ſi colonus laborauerit nomine locatoris, & probetur de receptione mercedis.*
13 *Dominij plena probatio reſultat ex teſtimonio de auditu iuncto cum teſtimonio de fama.*
14 *Dominium, quando producuntur inſtrumenta antiqua ſuper inueſtituris, probatur nedum contra conductores, ſed etiam contra tertios poſſeſſores.*

1 DOminium per inſtrumentum locationis non † probatur, ita reſcripſere Impp.Diocl.& Max.in l.ad probationem. C.locati.& ibi Bart.& ſanxit Innocent.III. Summus Pontifex.in c.inter dilectos.prope fi.de fide inſtrument.ſic etiam tota fere tum conſulentium, tum etiam profitentiũ turba ſenſit, vt Alex.in conſ.12.nu.3.& ſeq.& in conſ.10.vol.4.quod late proſequitur Caſſan.in conſue.Burgun.in tit.de Iuſtices, & Droict.rubr.1.§.2.verb.& la prouue.nu.2.verſ.quid de inſtrumento locationis, ſolio 25.Burſat.in conſ.26.n.25.Afflict.deciſio.14.nu.8.Bellamer.deciſ.300.item quod locatio.tit.de locat.Caſſad.deciſ.22.plures etiam nu.2.ſuper regu.Cancellar. Crau.conſ.157.Nobilis Bertrandus.nu.5.verſ.nõ obſtat, quod ſatis videtur probatum de dominio Pariſ.conſ.27. nu.25.lib. 1.Abb.in d.c.inter dilectos.nu.16.Dec.in conſ.310.nu.5.vol. 1.Crauett.in conſ.157.nu.5.Bart.in l.legato.ff.de adimen lega.quem refert, & ſequitur Barba.conſ.8.nu.20.col.5.verſ.&
2 ſi quiſpiam opponit.vol.2.vbi ait, † quod ſi eccleſia agat rei vendicatione, & probet dominium per inſtrumentum locationis, ſote vt noo obtineat, idem videtur ſentire in conſ.51. Clementiſſimum Deum.col.4.in fi.verſ.quando ergo fortius. vol.4.Idẽ tenet Curt.iun.in conſ.158.n.8.vol.2.vbi ait, hãc eſ
* ſe veram, & * communem opinionem.& Bertran.in conſ.56.
* nu.10.vol.2.& iterũ Curt.iun.in couſ.41.n.8.atteſtatur * de communi Soc.ſen.in conſ.186.In controuerſia, quæ vertitur inter illuſtrem.poſt nu.2.verſ.nam licet per ſolum inſtrumentum.vol.2.Ruin.conſ.14.poſt nu.6.verſ.& iſtud etiam vol.4.

Quod amplia etiam procedere in locatione in emphyteu-
3 ſim: quia † ex illa etiam non probatur dominium, vt teſtis eſt
4 mihi locuptetiſſimus Spec.in tit.de locato.§.nũc aliqua.verſ. 52.nu.66.& verſ.57.nu.72.quem refert, & ſequitur Barbat.in conſ.34.nu.9.col.3.verſ.nec etiam opitulatur Domino epiſcopo.col.4.& in conſ.8.col.6.nu.3.verſ.& adduco, quod dixit.vol.2.& Bert.in conſ.52.nu.4.vol.4.vna cum ijs, quæ ibi deduxit, & adhæſit iſtis Boer.in d.q.42.n.11.Idẽ voluit Ruin. conſ.14.nu.3.& poſt nu 6.verſ.quamuis autem Bart.vol.4.ſentit Caſtrenſ.cõſ.105.In quæſtione, quæ ſperatur.n.5.vol.1.Roman.in conſ.127.verſ.quiniummo.circa principium.& Curt. iun.d.conſ.41.d.nu.8.& Bald.in l.cum tale legatum.§.fi.verſ. item eſt argum.ff.de condit.& demonſtra.reddens ibi rationẽ, quia iſte contractus fit principaliter in fauorẽ emphyteut.
4 At Maria.Soc.† in conſ.188.nu.16.vol.2.eius eſt mentis, vt opinetur, dominium præſumi ex inſtrumento emphyteutico.

Primo limita, vt tãtum locum habeat quoad tertium, ſecus quoad eas perſonas, cum quibus facta eſt locatio: nam quoad
5 eos contrahentes, † per ipſum inſtrumentum locationis probatur dominium, teſtib.Bal.& Imo.in l.cum tale.ff.de condit. & demonſt.& eod.Bal.in l.1.C.in qui.cau.ceſſ.long.temp.præſcript.tam in lectura, quam in repet.eiuſdem l.1.Soc.conſ.89. nu.16.verſ.concurrit & inſtrumentum.vol.1.Curt.iun.in cõſ. 158.nu.6.tunc vera, & communis.vol.2.cum ibi multis adductis.idem voluit Afflict.deciſ.331.quædam Diana.nu.7.
6 Contrariam † videntur ſequi ſententiam Dyn.& Bar.in l.legata inutiliter.ff.de adimen.legat.quos refert Alex. in conſil. 12.nu.1.& 3.vol.4.& idem refert Boet.in q.42.nu.11.

Sublimita, & conciliando intellige, vt procedat, quando lo
7 cator agit actione perſonali contra conductorrm, † ex contractu locationis, vt l. ſi quis conductionis. C.locati. etenim tunc contra conductorem probatur dominium locatoris per dictum inſtrumentum, immo conductor non poteſt refricare quæſtionem dominij contra dictum locatorem, iuxta d.l. ſi quis conductionis.& per Caſtrenſ.in l.commodare, num.3.ff. commodati. ſed ſi conuenitur poſſeſſor actione reali ratione
8 dominij agentis, tunc vera, & communis eſt concluſio † per inſtrumentum locationis non probari dominium, per d.l.ad probationem.& ita ait, & ſequitur Curt.iun.in d.conſ.41.nu. 8.vol.1.ſed oportet alias probare dominium, & poteſt tunc quæſtio ipſius dominij referri, ita Alex.conſuluit, concordes referendo, in couſ.43.nu.8.vol.4.etiam decidit Afflict.deciſ. 12.& 14.num.8.hoc idem dirimit Balb.deciſio.498.& id placuit Coraſ.lib.3.miſcel.cap.2.num.10. Petr. Steil. etiam in l. repetitio.num.27.& 53. ff.de condict. indeb. & aſſentitus eſt Cagnol.in l.neque pignus.poſt nu.5.ff.de rrgulis iur.& ita cauit Deci.in conſ.28.nu.3.& in conſ.56.poſt nu.4.verſ nam ex tali inſtrumento.cui rei conuenit, quod tradidit Cephal.conſil.47.nu.38.& ad id ſpectat Curtius ſen.in conſ.70.quam ſen
* tentiam etiam * communem dicit Villalobus in ſuis communibus opinionibus in verb. dominium non probatur per inſtrumentum locationis.

Secundo limitabis, vt locum ſibi non vendicet in dominio
9 eccleſiæ: † nam per tale inſtrumentũ locationis probatur dominium eccleſiæ, iuxta ſententiam Bal. in l.cum tale legatum. §.fin.ff.de condit.& demonſtr.per ea, quæ ibi adducit.
10 In contrariam deſcendit ſententiam † Ruin.in conſ.47.nu.
* 6.vol.1.quam dicit * communem, ſecundum Alex. in l.rem alienam, in princ.ff.ſolu.matr.& conſ.12.Viſo proceſſu.num.4. vol.4.vt ſcilicet locatio, & inueſtitura non probet etiam inter eaſdem perſonas, ab hac etiã ſtetit parte Barb. conſ.8.nu.20. verſ.& ſi quiſpiam opponit, vol.2.

Tertio velim limites, quando locatio eſt coniuncta cũ alijs adminiculis, veluti ſi ipſe locatarius tanquam meus colonus
11 laborauerit longo tempore, † & probetur titulus: tunc enim his concurrentibus probatur dominium ſaltem præſcriptum, vt docuit Bart.in l.ad probationem. C.loca. quem refert, & ſequitur Socin.ſen.in conſ.89.nu.11.verſ.ſecundo ponderandum eſt.vol.1.idem ſentit Alex.in d.conſil.12.nu.1. vol.4. & Abb.in conſil.9. nu.12. verſic. nam ſolet locatio. & ex pluribus deductis ab eodem in conſi.16.nu.6.verſic.& inſtrumenta locationum.& Pariſienſ.in conſi.104. num.82. verſic.tamẽ quando.& 83.volum.1.& ibidem numer.85.& ex doctr.Soci. ſen.in conſil.11.num.2.verſic.quando per inſtrumentum. vſ-
12 que ad num.6.volum.3.tenet quod ſi colonus † laborauit nomine locatoris, & probetur de receptione mercedis, quod ex tali inſtrumento locationis probatur dominium, & idem prodidit Socin.in conſilio 106.numero primo, & 2.volum.3. hoc itidem decidendo concludit Afflict. deciſ.14.num.8. in fine,

Digitized by Google

fine,verſic.niſi probaſſet alia adminicula,& dicit glo.& Ang.
in l.officium.ff.de rei vendic.relat.per Afflict.& idem Afflict.
deciſ.23.& videtur voluiſſe Barb.in conſ.41.Illud afferam in
med.col.2.nu.7.verſ.poteſt etiam probari, vol.1.& Aymo de
antiquitate tẽpor in 1.parte , in verb.viſo, de fama antiquis,
nu.21.verſ.ſed aduerte.

Veluti etiam ſi cum inſtrumento locationis concurreret tẽ
13 pus antiquum,† teſtimonium de auditu iunctum cum teſtimo
nio de fama,ex quibus ſimul iunctis ſine dubio reſultare ple-
nam dominij probationem,rñdit Crot. in conſ.34.n.6 vol.1.

Quarto limita,vt non procedat, quando producuntur plu-
ra inſtrumenta antiqua ſuper inueſtituris , quia ex illis recte
14 probatur dominium nedum contra conductores,† ſed etiam
contra tertios poſſeſſores,vt reſponſum eſt à Goz.in conſ.49.
nu.57.in fin.quod confirmauit Feli. in c.cum cauſam,col.2.n.
4.verſ.eſt verum,de probatio. & de * communi atteſtatur Mi
chael Graſſ.in communibus opinionibus , lib.1.c.1 q.4. verſ.
contrariam opinionem.idem voluit Alb.in conſ.64.nu.21. &
comprobauit Siluan.conſ.57.nu.44.& ex multis congeſtis per
Burſat.in conſ.27.nu.7.verſ ſecundo,in pręſenti.

CONCLVSIO DXLIII.

Argumentum.

Dominium per cataſtrum , ſeu æſtimum , an probetur.

SVMMARIA.

1 *Dominium per cataſtrum, ſeu æſtimum non probatur.*
2 *Dominium contra tertium non probatur per cataſtrum ſeu æſtimum , etiamſi eſſent aſſignati ad id Magiſtratus publice.*
3 *Dominium probatur ex illo libro æſtimi in præiudicium eius,qui conficiendam curat ſcripturam in dicto æſtimo.*
4 *Cataſtrum ſeu æſtimum facit ſaltem præſumptionem dominij*
5 *Dominium per cataſtrum , ſeu æſtimum probatur inter partes , quæ conſenſerunt æſtimo.*

1 Dominium per cataſtrum ; ſeu † æſtimum non probatur,ꝙ
pluribus in locis traditum eſt ab Alex.In conſ.10.num.5.
verſ.non probatur etiam poſſeſſio,vol.4.& in conſ.81.nu.22.
vol.3.verſ.& præterea in æſtimum . & in conſ.147.poſt nu.6.
verſ.licet inter alias perſonas,vol.5. & in conſ.182. Viſo pro-
ceſſu cauſæ.nu.3.verſ.nec obſtat etiã copia æſtimi, vol.7.hoc
idem profitendu ſcripſit Bal.in l.ſolennibus,in princ.C.de rei
vendic.ſic etiam conſuluit Socin.ſen.conſ.205.poſt nu.1.ver.
ſecundo iſtã & in conſ.89.nu.12.verſ.tertio,etiam pondetan-
dum,vol.1.Bal.quoque obſeruauit in conſ.1.in princ.& in cõ
ſil.37.nu.5.vol.5.atque notauit Caſtrenſ.in l.ſi pater.nu.3.C.
de actio.emptio.Bat.animaduertit in l.decem.n.3.ff.de verb.
obligat.prodiditque Auguſt.Bero.in conſ.65.nu.5.& 8.vol.3.
ſentit Franc.de Areti.in conſi.65.incipien. In præſenti conſul
tatione,verſ.quia tamen audio,col.2. Caſſa.probauit in con-
ſuet.Burgund.tit.de Iuſtic,rubr.1.§ 2.in verſ.& la prouue,nu.
2.ſub verſ.quid de inſtrumento.& id vnanimes ſcriptum reli
quere Abb.Feli.Dec.& alij in c.cum cauſam,de probat.Anch.
in conſ.44.Afflict.deciſ.364.nu.7.verſ.nec aliud monet. & Mi
chael Graſſ.in communibus opinionibus,c.5.q.6. verſ.quan-
do vocem cataſtrum,inſ.1. Crauet.in tractat.de antiq. tempo.
in verb.quarto limitatur,nu.71.in fin. verſ.quarto intellige,in
1. part. quibus addas Bald. in hac materia diſtinguentem in
conſil.1.vol.5.

2 Ampliabis concluſionem veram eſſe,† etiãſi eſſent aſſigna-
ti ad id magiſtratus publice:quia tunc etiam non probant do
minium contra tertium, vt auctor eſt Affli. in deciſ.303. ſic ẽt
ſcripſere recẽtiores Pariſ.in cõſ.Pariſ.ti.1.§.5.n 18.& elegãter
rñdit Menoc.de arbit.iud.lib.2.cent.1.caſ.110.n 26 cum ſeq.
& refert ſequendo Burſ.in conſ.36.nu.17.verſ.7.& vltimo.

3 Primo limita, vt non procedat in præiudicium eius, † qui
conficiendam curat ſcripturam in dicto æſtimo, vt Bal.in d.l.
cenſualis,in fi.C.de donar.tali nempe caſu probatur ex eo li-
bro dominium:ſecus quoad præiudicium tertij.Ita me docue
re Iacob Butrig.Bald.Sal. & cæteri in d.l.ſolennibus.C.de rei
vendicatio.quos refert,& ſequitur Barba.in conſ.8.n.18.ver.
vbi per cataſtrum,ſeu æſtimum,col.5.vol.2. & Michael Graſ.
d.c.5.d.q.6.prædicto verſ.ibi,& quod cataſtrum non probet,
quam * communem opinionem dicit eſſe Pariſ. conſ.104. in
fi.volum.1.& Roman.conſil.275.in fine, numero decimo , &
Alex.d.conſ.147.poſt num.5. verſic. plus autem dicerem . &
num.6.d.volum.3.Bal.d.l ſolennibus in princ.

4 Secundo loco limita,vt non vſque eo locum habeat,† quin
ſaltem faciat præſumptionem,vt patet ex addictis à Socin.in
d.conſ 89.nu.12.vol.1.& hoc idem voluit Calcan in conſ.11.
poſt nu.7.in fin.

5 Tertio loco limitabis Concluſionem,vt inter partes, † quæ
conſenſerunt æſtimo,dominium probetur, ita tradidit Bal.in
l.quidam in ſuo,in fine.ff.de conditio.inſtitut.per l.cenſualis.
C.de donatio.quem refert,& ſequitur Calcan. in conſ.11.nu.
8.& placuit Crot.in conſ.306.nu.10.lib.3.vbi refert Batt.hoc
idem ſentientem in l.rura.C.de omn.ag.deſer.& Alex.in con-
ſil.147.Perſpectis inſtrumentis.in fi.vol.5.

CONCLVSIO DXLIV.

Argumentum.

Dominium eccleſiæ an probetur per librum cenſualem.

SVMMARIA.

1 *Dominium eccleſiæ probatur per librum cenſualem.*
Contrarium,nu 2.
3 *Dominium probatur per libros cenſuales quando tales libri aſſeruantur inter alias ſcripturas publicas à viris ad hoc aſſignatis*
4 *Dominium probant libri cenſuales ſi pro publicis, & pro authenticis habentur , vel dum tanquam tales habiti ſint.*
5 *Liber cenſualis probat dominium contra ſubiectos, non autem contra alios non ſubiectos.*
6 *Libro cenſuali nulla fides habetur , quando in illo eſſet deſcripta cenſualis aliqua alia indigna & honorabilis eccleſia*
7 *Dominium ex libro cenſuali probatur contra ipſum ſoluentem cenſum, ſecus contra tertium.*
8 *Dominium probatur ex libro cenſuali,quando ſaltem ex illo libro inducitur præſumptio dominij,adeo vt poſſit in ſupplementum deferri iuramentum.*
9 *Libris cenſualibus fides adhibenda eſt quando de paruo agitur præiudicio.*
10 *Quid dicatur magnum,& quid modicum,iudex arbitrari habet iuxta genus perſonarum.*
11 *Dominium probatur ex libris cenſualibus, ſi conſuetudo eſt,vt ipſis fides habeatur.*

1 Dominium eccleſiæ probari † per librum cenſualem,conſu
lendo ſenſit Roma. in conſ.117. Poſito ꝙ dominium.col.
1.verſ.ad hoc tamen reſpondetur , motus auctoritate Summi
Pontificis in c.ad audiẽtiam.de præſcript.quem refert, & ſe-
quitur Deci.in conſ.596.nu 4.ver.vbi concludit, quod per li-
brum cenſualem. & in conſ.146.Pro tenui,col.8.verſ.4.iſta cõ
cluſio.poſt num.4 per text.in l.cenſus.ff.de probat.atque au-
then.ad hæc.C.de fid.inſtrument. & reſpondit Crauer.in con
ſil.158.Viſis actis,nu.4. & de libro canonicorum tradit Anch.
in conſ.44.Primo de vitibus.& ſequitur Ana.in conſi.84.Vi-
dendum eſt.

In hac tamen diſſenſit Barb.in conſ.8.nu.20. col.5. verſ. &
2 ſi quiſpiam opponit.vol.2. vbi ait† ex eo libro ſolũ nõ pro-
bari dominiũ,ſed nec poſſeſſionem percipiendi cenſus , ſub-
dens conſ.Rom.127.nullã vim facere:in eo namq; caſu d.cõſ.
per ſpatium triginta annorũ apparebat ex illo libro ſolutum
fuiſſe cenſum,& per duos teſtes probatum fuiſſe de huiuſmo-
di ſolutione cenſus , vnde mirandum non eſt, ſi longiſſimo
tempore concurrente probatur ex eo libro;qui ſaltẽ per præ-
ſcriptionẽ fuit ab eis acquiſitum dominium, vt inquit Specu.
in tit.de locat.ſine emphyt.§.nunc aliqua.verſ.53.& capio
alij nõ pauci tradidere à Barb.relati.in d.conſ.8.col.5.nu.17.
verſ.& capio ſingula,quæ producuntur.vol.2. & tenet Affli.
in deciſ.363.vtrum dominæ Pricitæ.n.3.& in dec.83.in cauſa
antiqua.nu.11.& Caſtr.in conſ.105.In q.quæ ſperatur.num.6.
col.3.ver.niſi per librum eccleſię.vol.1.

Veruntamẽ iſta inter ſe conciliando ſic intelliges,vt domi
3 nium probetur per illos libros cenſuales, † quando tales libri
aſſeruantur inter alias ſcripturas publicas à viris ad hoc aſſi
gnatis,vt placuit Feli.in d.c.ad audientiam.nu.16.verſ.deci
ma & vltima concluſio.de præſcrip.& late proſequitur Crau.
de antiq.temp.parte.nu.148.& ſeq.& hoc idẽ aſſeruit Rom.
in conſ.165.Liber regiſtri.& probauit Gemi.conſ.82.Circa
thema.nu.6.& ſeq.& nos explicabimus in concluſione,Liber
& ita dixit Burſat.in conſ.26.nu.29.& Barbat.in d.cõſ.8.col.
6.verſ.aut enim curia.& Alex.in col.187.Viſa copia ſcripturę.
n.2.verſ.confirmantur prædicta.vol.7.Rom.in conſ.260.In pro-
poſito caſu,n.3.verſ.3.alias Vrbani.& in cõſ.319.In cauſa Io.
Grabriel.nu.1.& in d.conſ.165.liber regiſtri hoc idem protu
lit Barb.in conſ.6.col.4.in fin.poſt verſ.& ſi quiſpiam oppo-

nat.vol.2.Soc.ſen.in cōſ.205. Difficultas præſentis.nu.2.verſ.
ſecūdo id probatur.& nu.1.verſ.ex quibus.vol.2.atq; Afflict.
d.dec.303.dubiū vulgatum. Dec.in coſ.140.Pro tutori.Crau.
in d.conſ.158.nu.5.& 6.atq; Burſat.in d. conſ.36.num.17.lo-
quens de libris doganeæ,lib.1.
4 Secundo velim ſic intelligas,† etiamſi prædicti pro publi-
cis haberentur,& nullo diſcrimine habito pro authenticis,&
publicis iudices,vel alij vterentur,vel diu habiti fuerint tan-
quā publici,& authentici,vt ait Barb.in d. conſ.8.col.6.verſ.
aut enim curia vtitur.lib.2.
Tertio ſic accipias,& limites ſupradicta habere locū con-
5 tra ſubiectos, & contra eos probare librum, † non autē con-
tra alios non ſubiectos,vt tradidit Bald.in l.exemplo,nu.1.&
ſeq.C.de probat.quem refert,& ſequitur idem Barb.in d.coſ.
8.col.6.verſ.& ſi quiſpiam.& Crau.de antiq.temp. ver.quid
in libro officialis.nu.1.& 2.ubi concordes adducit,idem ſen-
ſit Felin.in c.audientiam.nu.16.verſ.10.& vltima concluſio.
de præſcrip.& Rom.in d.conſ.127.verſ.quinimmo.atq; Boer.
in dec.105.nu.13.& Crau.in d.tract.de antiq. temp.u.1.par.
verſ.4.limitatur.nu.5.verſ.ſublimatur.
6 Quarto ſic limitabis,† quando in libris eſſet deſcripta cē-
ſualis aliqua alia inſignis,& honorabilis eccleſia: nam tūc li-
bro cēſuali nulla fides habetur, ſi credimus Barb.in d.conſ.8.
col.7.verſ.& multo minus credetur,vol.2.
Quinto intelliges, & limitabis contra ipſum ſoluentē cen-
7 ſum:etenim tunc ex eo probatur dominium, † ſecus contra
tertiū,ſic colligitur ex reſcripto Imp.Probi in l.ſi ſeructiones.
C.de donat.quod etiā videntur reſcripſiſſe Imperat.Dioclet.
8 & Maximian.in l.cenſualis,C.eod.& idē in l. ſolemnibus.C.
de rei vēdic vna cū iis,quæ ibi obſeruata fuere, nec id latuit
Ancha.in cōſ.44.nu.5.& 6. quod placuit & Floria.in d.l.cen-
ſus.ff.de probatio.nec id omiſit Barb.in d.cōſ 8.col.5.nu.20.
verſ.& ſi quiſpiam opponit, & proſequitur Caſtan.in cōſ.16.
nu.3.verſ.nec nocere poteſt.atque inquit Roma.in d.cōſ.127.
ver.& ſi dicatur, quod liber. quod confirmauit decidendo
idem Boer.in d.dec.105.num.13.
Sed velim ſublimites,vt vſque eo non procedat, qn̄ ſaltem
9 ex illo libro inducitur præſumptio dominij, † adeo vt poſſit
in ſupplementum deferri iuramentum,vt conſtat ex his, quæ
deduxit Felin.in d.c.ad audientiā,nu.16.verſ.contra tertium.
de præſcript. quod etiam docuere Iacob.de Are. & Bart.in l.
indicia. C.de rei vendicat. quorum ſententiam confirmauit
Roman.in d.conſ.127. verſ.& ſi dicatur. quod ēt refert Barb.
in d. conſ.8.col.6 verſ. & ſi dicatur, quod liber cenſualis. &
Pariſ.in conſuet.Pariſ.§.1.n.22.& 64.atque Burſa.in conſ.26.
num.30.Caſtr.quoque in d.conſ.105.num.6.
Poſteriorem vero partem ſi quis noluerit amplecti, hāc li-
10 mitabit,vt locum ſibi non vendicet, qn̄ † de paruo ageretur
præiudicio: etenim libris illis fidem adhibendam eſſe, teſtis
eſt locupletisſimus Anch.in cōſ.44.Primo de vitib.col.3.verſ.
4.iſtæ ſolutiones.quid vero magnū,quid modicū dicatur,iu-
11 dex arbitrabitur,iuxta † genus pſonarū, l.ſed etſi inceperit.
§.1.cū ibi not.ff.de iud.ad quod nonnulla adducit idē Cra.de
antiq.temp.1.par.ver.quid in libro.nu.4.verſ.limitatur nunc.
Quinto loco limitabis,niſi cōſuetudo aliud haberet,ideſt,
12 vt † huiuſmodi libris fides haberetur, per contex.in c.cum
dilectus.de fid.inſtr.& aſſeuerauit Crau.vbi ſupra.nu.6.verſ.
tertio limitatur.
Adderem & quāplures alias declarationes,& limitationes,
ſed cum videā Crau.in d.tract.de antiq. temp.par.1.in verb.
quarto limitatur.& in verb.quid in libro officialis.id ex pro-
feſſo pertractaſſe,ſciens,& prudens illas omitto.

CONCLVSIO DXLV.

ARGVMENTVM.

*Dominium an probetur per ſolutionem cenſus, & per re-
cognitionem factam aſſerto domino.*

SVMMARIA.

1 *Dominium probatur per ſolutionem cenſus.*
2 *Solutio cenſus per ſe ſola non probat dominium, niſi probetur poſſeſſione triginta, vel quadraginta annorum.*
3 *Probatio dominij orta ex ſolutione cenſus eſt tantum præſumptiua, & ex ea ſolutione probatur poſſeſſio.*
4 *Dominium præſumitur,& arguitur ex poſſeſſione.*
5 *Dominium non probatur etiam præſumptiue ex ſolutione cenſus in fauorem actoris, vt declaretur dominus.*
6 *Dominium non probatur ex ſolutione cenſus, quando non apparet de aliqua inueſtitura, vel recognitione eccleſiæ.*
7 *Dominium probatur per recognitionem factam aſſerto domino.*
8 *Dominium licet non transferatur ex recognitione facta aſſerto domino, tamen ex ea inducitur probatio ipſius dominij.*
9 *Ad probationem directi dominij ſufficit factam fuiſſe vnicam recognitionem aſſerto domino.*
10 *Ad probationem directi dominij requiruntur ſaltem duæ recognitiones.*
11 *Dominium in antiquis probatur ex ſola recognitione etiam contra tertios.*
12 *Dominium directum per ſolam recognitionem probatur.*
13 *Dominium actoris non probant, nec vna, nec plures recognitiones, quando agitur contra tertium poſſeſſorem.*
14 *Dominium non probatur ex recognitione contra ipſum recognoſcentem, quando quis recognoſcit ſe tenere rem in emphyteuſim ab aliquo.*

1 DOminium inſuper probatur † per ſolutionem cenſus, vt
ac huius axiomatis probationem multos concordes ad-
duxit Marſ.in rub.C.de probat.nu.254 cū ſeq.ſic ſenſit Spec.
de loc.§.nūc aliqua.verſ.64.nu.81.& verſ.100.n.1,0 & dilu-
cidius cæteris tradidit Abb.in cōſ.74.incip.Duo principalia.
in princ.verſ.& primo circa primū.vol.1.& lātiſſime per Fel.
in c.cū Bertol.col.11.nu.15.ver.perceptio penſionis.de re iu-
dic. Rom.ēt placuit in conſ.12 .Poſito. in princ.atq; Alex.in
coſ.8 Attētis his.nu.1.vul.7.illa enim ſolutione ſoluēs pſum.it
dominus vtilis,& recipiēs directus,vt notat Salic.in l.pprie-
tatis 1 ſi.C.de pbatio.& docuit Iacob.de Are.in l.indicia.vbi
Bal.poſt nu.2.verſ. ſecundum exemplum. C.de de rei vendi-
cat & Campeg.in tract.de teſtibus.in reg.339.verſic.octauo
probatur.Bald.etiam in conſ. 215. Sententia quam tenemus.
circa.fin.verſ.non eſt dubium.volum.5.
Verum iſtud primum limites velim, vt nō procedat contra
2 tertium: † quia per ſe ſola iſta ſolutio nō probat dominium,
niſi probetur de poſſeſſione triginta, vel quadraginta anno-
rum,ita prodidit Alex.in d.cōſ.8.nu.2.cum ſeq.vol.7. cui ac-
cedit Boer.d.q.105.nu.13.& ſeq.& refert Burſ.in cōſ.26.n.31.
verſ.ſecundo dicit non conſtare ſolutione triginta.lib.1.
Præterea limitabis,& intelliges,vt illa probatio orta ea ſo-
lutione cenſus ſit tantū præſumptiua,non autem plena,& ve-
3 ra probatio: † nam ex huiuſmodi ſolutione probatur poſſeſ-
ſio,vt aſſeruit Bart.in l.qui vniuerſitas.§.q per colonū. & ibi
Accur.ſuper verb. colonum. ff.de acquir.poſſ.vbi hoc menti
tenendū eſſe dixit idem Bart. quod ēt elicitur ex c.bonæ me-
moriæ.in §.præterea,de appellation.& decidit Boer.d.q.105.
poſt n.13.verſ.ſenſit Lud.de Neuo.Ex poſſeſſione autē argui-
4 tur,† & præſumitur dominium,ita habemus ab Imper.in l.fi.C
de rei vendic. & videre eſt ex Papinian.in l. penultim. ff.de
cōdict.indeb.& videas hæc late tradentem Marſ.in d.rubr.C
de probatio.nu.254.cū ſeq.conſulas etiā Bart.in l.ob ab re.nu.
3.C.vnde vi.& in l.legata.ff.de adimēd.leg. & Socſ.ei..in coſ.
89.col.5.verſ.ſecundo ponderandum eſt.nu.11.& 16.vol.1.&
refert Pariſ.in conſ.104.nu.94.verſ.& ex tali poſſeſſione.vol.
primo. Crau.in conſ.157.Nobilis Bertr.poſt nu.2.verſ.tertio
probari videtur.nu.8. verſ.tertio reſpondeo. Siluan. conſ.57.
num.43.verſ.indicium faciunt.
5 Sublimita,vt tantum procedat in fauorem rei, † ſecus in
fauorem actoris,vt declaretur dominus: tunc enim non præ-
ſumptiue ex dicta ſolutione probatur dominium, vt auctor
eſt Crau.in d.conſ.157.poſt nu.15.verſ.2.reſpondeo.
Tertio loco limitare poteris,quando non appareat de ali-
6 qua inueſtitura,vel recognitione eccleſiæ, † quia ex illa ſo-
lutione tūc nō probatur dominium:nam ſemper in his terminis
Dd.loquēdo præſupponunt inueſtiturā, vt aſſeuerauit Siluan.
in coſ.57.nu.43.cum ſeq.quē refert et Burſ.in conſ.26.nu.32.
Dominium præterea probatur per recognitionem factam
7 ipſi aſſerto domino † iuxta ſententiam Bald.in l.cenſualis.C.
de donat.cui adhæret Anch.in conſ.310. Tres Domini ma-
gnifici,col.2 hoc idem decitum fuit à Guid.Pap. quæſt.272.
verſic.quarto quia per deducta in proceſſu.quos refert Crau.
in conſ.154.num.5.verſic.poſtremo conſiderandum. & idem
voluit in conſil.20.num.11.verſic.ex qua recognitione. &
Guid.Pap.in dict.quæſt.272. inquit, quod licet ex tali reco-
8 gnitione non transfertur dominium, † tamen ex ea indu-
citur probatio ipſius dominij, ſeq; ita ſæpius in foreſi vſu ob-
ſeruaſſe,& obtinuiſſe,& idem docuit Bart.in l. cū falſum.poſt
n.3 verſ.q . n cōfiteor.C.de iur.& fact.igno.& Gomeſ.in reg.
Cācellar.de valor.exprimen.n.4.& ideo ſic ſcripſit.Menoc.
de ar-

Digitized by Google

de arbitr.iudic.lib.2.centur.1.caſu 42.nu.5.quibus ſe ſubſcr
pſit Burſat.in conſ.27.ſub nu.4. verſ.dominium vero directũ,
volum.1.

9 Quod poſtremum primo ampliabis,vt procedat,† etiam ſi
tantum fuerit facta vnica recognitio:nam illa ſola ſufficit ad
probationem directi dominij,vt cenſuit Gui.Pap.in d.q.272.
d.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus. & in conſ.147. per d.l.
cenſualis.C.de donat.nu.1.verſ.ad primum dubium.

Attamen ſecundum Bart.in l.cum ſcimus C.de agric.& cen
10 ſit.lib.11.† requiruntur ſaltem duæ recognitiones, vel vnica,
vallata ſtipulatione,vel approbata ſolutione cautionis,vt col
ligitur ex his,quæ in d.l.cum ſcimus.adduxit idem Bart.

Secundo illud velim amplies, vt in antiquis probetur do-
11 minium† ex ſola recognitione etiam contra tertios, ita con-
cluſit Franc Mar.deciſ.Delph.609.nu.8.1.part Guid. Pap. au-
ctoritate permotus in d. q.272. poſt nu.2 verſ. & ita pluries.
12 qui ſubdit, per recognitionem ſolam † dominium directum
probari,& ipſum ſæpe ita in praxi ſeruaſſe,cõſuluiſſe, & ob-
tinuiſſe vltra centum ſententias in Curia Parlamenti, refert
Bart.de temp.vt & cont.c.18.nu 2.& 3.

Hoc itidem,quod diximus,dominium probari ex recogni-
13 tione limitatur,vt non procedat,quando agitur † contra ter-
tium poſſeſſorem: etenim tunc nec vna, nec plures recogni-
tiones dominium actoris probant,ſi credimus Ber.in conſ.85.
no.6.vol.3.cum ijs,quæ ibi retulit.

Contrariam videtur tueri partem Crau. in d.conſ.157.ſub
nu.7.verſ.ſecundo reſpondeo.vbi inquit,quod nec etiam con
14 tra ipſum recognoſcentem probatur dominium† ex illa reco
gnitione,quando ſcilicet recognoſcit ſe tenere rem in emphy
teuſim ab aliquo,at ſecus eſt,quando recognoſcit ſe tenere rẽ
ſub dominio alterius,vt ibi per eum.

CONCLVSIO DXLVI.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per confeſſionem.

SVMMARIA.

1 *Dominium probatur per confeſſionem, licet ex illa non transferatur.*
2 *Confeſſio licet obligationem non inducat,inductam tamen probat.*
3 *Dominium ex confeſſione neque amittitur,neque transfertur.*
4 *Dominium videtur magis eſſe iuris,quam facti,& in his, quæ ſunt iuris confeſſio nec dat,nec tollit.*
5 *Dominium ſi probatum fuerit per confeſſionem partis aduerſæ de præterito, intelligitur etiam probatum de præſenti.*
Contrarium,nu 6.
7 *A dominio præterito non infertur ad præſens,niſi aliunde, quam per cõfeſſionem partis conſtet.*
8 *Dominium probatur per verba narratiua, & ex natura contractus incidentis prolata.*
Contrarium,nu 9.
10 *Probatio præſumptiua dominij ſaltem inducitur ex confeſſione facta, ſiue principaliter, ſiue incidenter,donec probetur contrarium.*
11 *Dominium non probatur per confeſſionem,quando confeſſio eſt generalis, obſcura,& incerta.*
Genus parit incertitudinem & obſcuritatem ibid.
12 *Confeſſio vt probet dominium,debet eſſe ſpecifica,& debet dici qualiter,& quando, & quomodo.*

1 DOminium probatur per confeſſionem,† licet ex illa non
transferatur dominium,vt l.ſi quis.§.differenti.ff.de acq.
poſſ.& traditum eſt à Bar.in l.cum falſa.n.2.C.de iur.& fact.
ign.à cuius ſententia non receſſit Rui.in conſ.128.nu.18.vol.
2.& in conſ.40.nu.3.vol.4.quod & ſequutus eſt Crau.conſ.
157.poſt nu.2.verſ.ex qua confeſſione.& conſ.70.nu.11.verſ.
2 ex qua recognitione,& confeſſione.ſicuti etiã dicitur † quod
licet confeſſio obligationem non inducat inductam tamen
probat,vt habemus à Pau.in l.Publia.§ ſi.ff.depo.& hoc pro-
bauit Bal.in l.ex cautione.q.10.nu.2.& poſt nu.14.verſ.ſed ſi
creditor proponat.C.de non nu.pec.

Contraria in hac re fuit mente Calc.in conſ.32.poſt nu.8.
3 verſ.hic non obſtat,vbi inquit,† ex confeſſione dominiũ ne-
que amitti,neq; transferri,per l.ſi quis.§.differentia.ff.de acq.
poſſ.& auth.quod obtinet.C.de prob.cum quia dominiũ vi-
4 detur magis eſſe iuris,quam facti,† & ideo in his, quæ ſunt
iuris,confeſſio nec dat,nec tollit,vt colligere eſt ex Pauli re-
ſpon.in l.ornamentorum.ff.de aur.& argen.leg. & prodidere
Bart.& Dd.in l.1.ff.ſi cer.pet.& refert Crauet.in conſ.157.nu
mero 6.verſ.& ſi dicas.& alios retulit Burſ.in conſil.26.num.
15.ver.3.quoque,& ſeq.

Priori probata ſentẽtia,illam amplia,vt ſi probatum fuerit
5 per confeſſionẽ partis aduerſæ de præterito,† vt intelligatur
ẽt probatũ de præſenti,vt conſuluere Ant.Imo.& Abb.in c.
præterea.il 2.nu.3.de tranſact.& placuit Anto.in c.2.col.1.de
lib.obla.& confirmauit Specu.in tit.de actio.& petitio.§.ſe-
quitur videre. ver.quid ſi ago.nu.30.hoc idem ſenſit Bal.in l.
vnica n.39.verſ.ſed nũqd poſſeſſio.C.de cõfeſſ.q; ẽt ſequutus
eſt Fulg.in l.1.poſt n.14.verſ.ſed cõtra illud dictũ.ff.de edeo.

Contra hanc ampliationem facit,quod nota gl.in l.certũ.
6 §.1.in ver.cõfeſſus ſis.& ibi Bart.& Ang.ff.de cõfeſſ.† vbi di
citur quod probans dominium de præterito,per confeſſionẽ
aduerſarij non dicatur probare de præſenti,& ex alijs mul
tis collectis à Fel.in c.ſcribam nu.4.de præſumptio.& ideo
7 niſi aliunde,quam per confeſſionem partis † conſtet de do-
minio præterito,non infertur ad præſens,vt probat Fel.in d.
c.ſcribam in fin. & de hoc dicetur ſuo loco infra quando do-
minium de præterito præſumatur de præſenti.

Primo limita,vt procedat tantũ,qñ quis principaliter cõſi
teretur rẽ eſſe alterius,vel ad eum pertinere,ſecus qñ incidẽ
ter ex natura cõtractus,nempe ſi quis dixiſſet in inſtrumento
8 ego conduxi à te talẽ rem tuã:† nam per hoc non probatur
dominium;quia hæc verba ſunt narratiua,& ex natura contra
ctus incidẽtis prolata,ita voluit Bal.in l.ad probationem.in
ver.quæro ſi inſtrumentũ.C.loca. & refert Alex.in cõſ.69.nu.
16.vol.5.idẽ ait Crau.in conſ.157.nu.7.verſ.2.reſpondeo.

Contrarium videtur voluiſſe Spec.in tit.de locato,§.nunc
9 aliqua verſ.52.& ibi Ioan,And.in addi.vbi ait,† quod ſi quis
acceperit rẽ in emphyteuſim ab eccleſia vti domina illius tei
ex tali confeſſione non probatur dominium etiam inter eaſ-
dem perſonas,& ſic ſiue principaliter,ſiue incidenter fatea-
tur aliquem eſſe dominium,talis confeſſio non probat,vt in-
quit Crau in d.cõſ.157.ſub n.7.ver.quinimo.vbi auctorẽ lau
dat Soc.in cõſ.99 idẽ tenẽtẽ in cõſ.92.col.10.ante med.li.3.

A ſententia tantorum virorũ,id eſt Spec.& Soc.vbi ſupra.
vnus diſcrepauit Gozad.in conſ.94.in fi.

Sequendo poſteriorem opinionẽ illam intelliges,vt vſque
10 eo non procedat,ſi quin ſaltem inducatur probatio præſum
ptiua,donec probetur contrarium,vt aperte monuit Dec.in
l.1.nu.25.C.de pact. & deciſum reliquit Afflict.deciſ.164.at-
que conſuluit Crau.conſ.29.quos refert & ſequitur Contard.
de momen.poſſ.oppoſ.1.nu.7

11 Secundo limitare tibi licebit,† quando confeſſio huiuſmo
di eſſet,generalis,& ſic obſcura & incerta: nam genus parit
incertitudinem,& obſcuritatẽ,l.in tradẽdis,ff.commu.præd.
l.cum ſtilus.ff.de ſolut.ſed debet eſſe ſpecifica:nam debet di-
12 ci qualiter,& quando,† & quõ ita loquutus eſt Crau.per ibi
adducta. in d.conſ.157.nu.9.verſ.quarto reſpondeo.& n.10.
& 12.& poſt nu.13.verſ.ſexto reſpondeo,quod ex tenore.

CONCLVSIO DXLVII.

ARGVMENTVM.

Dominium in antiquis,an probetur per famam.

SVMMARIA.

1 *Dominium in antiquis probatur per famam.*
2 *Fama dominij probari poteſt nedum per teſtes,ſed etiam per multa inſtrumenta,& alias ſcripturas authenticas quæ faciunt communem opinionem.*
3 *Dominium probatur ex fama etiam contra tertium.*
4 *Fama de dominio antiquo probata ſufficit pro dominio de præſenti Contrariũ,nu 6.*
5 *Spacium centum annorum requiritur ad hoc,vt fama probet de dominio antiquo.*
7 *Ad probandum dominium antiquum ſufficiunt probationes minus validæ.*
Dominium de præſenti plene probari poteſt,ibid.
8 *Per probationem dominij de præterito,non probatur dominium de præſenti,ſi præſens ſtatus repugnat dominio de præterito.*
9 *Dominium de præſenti probatur etiam per famam,ſi præſens ſtatus non repugnat dominio de præterito.*
10 *Res ſacra nec poſſideri,nec præſcribi poteſt.*
11 *Si probatur per famam rem fuiſſe olim conſecratam eccleſiæ,illa probatio ſufficit quo ad ius de præſenti, licet aduerſa eius longiſſimo tempore eam tanquam profanam poſſediſſet.*
12 *Dominium probatur per famam recentem dummodo concurrat cum ea etiam vnus teſtis.*
13 *Fama ſola,vel publica vox,licet nullam faciat probationem nec plenam,nec ſemiplenam dominij,tamen adminiculatur & condemnat imperfectam probationem.*
14 *Dominium non probatur ſimpliciter per famam, ſed cum ea concurrere debent alia adminicula ſaltem præſentis poſſeſſoris.*
15 *Adminicula quæ cum fama probant dominium.*
16 *Dominium & poſſeſſio de præterito adiuuatur ex poſſeſſione præſenti.*
Contrarium,nu 17.

Digitized by Google

18 Probatio per famam non ſufficit quando agitur de adiudicando beneficium alicui.
Teſtes deponentes de dominio per famam non probant, ibid.

1 DOminium in antiquis † probari per famam, traditum eſt
à Bal. in l. indicia, nu. 5. C. de rei vendic. Soc. ſen. idem ſen
ſit in conſ. 205. Difficultas præſentis conſultationis, nu. 3. verſ.
qoarto optime ad propoſitum, vol. 2. hoc etiam placuit Dec.
in conſ. 146. nu. 12 & in conſ. 42. nu. 12. vbi teſtatur Ang. in l.
atqui natura §. cum me abſente. ff. de negot. geſt vbi affert An
gel. exemplū. veluti ſi fama ſit, hanc domum fuiſſe Dantis Poe
tæ, vel alterius, qui deceſſit, iam ſunt centum anni, & nemo vi
dit, qui viderit, quem refert, & etiam ſequitur Barbat. in cōſ.
8. Scribitur præclare, nu. 1 & ſeq. vol. 1. & in conſ. 41. Illud affe
ram in medium, col. 2. nu. 3. verſ. ſufficit nāque. cum ſeq. vol. 1.
& col. 3 nu. 9. verſ. præterea ad hoc facit. & in conſ. 8. Sapien-
ter doctiſſimus apud Græcos, col. 1. nu. 17. & ſeq. verſ. præmit-
to ēt, quod dominium. vol. 2. & Boer. in q 42. nu 32. Alex. cōſ.
4. nu. 11. verſ. poteſt alius modus. nec id latuit Aret. in cōſ 103.
poſt n. 1. verſ. non enim nunc agitur. & in conſ. 36. nu. 5. vnus
erit oīum inſtar, qui prope innumeros ad id adducit Tiraq. in
trac. de præſcript. verſ. per decem annos. §. 1. gl. 4. verſ. 15. ne
diſcedamus. conſulas ēt Dec. in conſ 428. nu. 3 vbi atteſtatur
* hanc eſſe * cōem opin. Idem in c. 1 de appellat. de * cōi di-
cit: ſicuti de eadē atteſtatur etiam Pariſ. in conſ. 52. n. 50. vol,
3. plurimi alij huius fuere ſentētiæ aſſeſſores, vt Crau. de an-
tiq. temp. nu. 3. Cur. iun. in conſ. 15. Marſ in rub. C. de proba.
nu. 134. & in ſing 505. & Fel. in c. veniēs. il 1. de teſtib. Menoc.
in tract. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1 caſu 42. nu. 4 Marm. in re
pet § nihil cōe. n. 24 l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſ. Rip. in
l. rem quę nobis. à nu. 57. vſq. in fi. vbi plenius declarat, ff. eo.
ti. de acquir poſſeſ. idem Dec. in conſ. 638. n. 9. & Bero in cōſ.
115. nu 8. li. 3. & ex alijs relatis à Campeg. in ſuo tract. de te-
ſtib. reg. 339. verſ. tertio probatur. Caſſad. dec. 47. fama regula
riter. Mil. in reperto. in ver. probatur antiquum dominiū. Soc.
in conſ. 86. col. 2. vol. 1. incip. In conſilijs noſtris trinus Deus.
quod eſt repetitum in conſ. 166. & ibi adducit infinita. & in
* conſ. 187. vol. 2. col. 3. vbi atteſtatur, de * communi, Alexā. in
conſ. 1. in fi. vol. 4. Fran. de Aret. in cōſ. 15. in 2. & 3. col. & mul
ta dicit Iaſ. in l. ait prætor, la 2. §. ſi petitor, col. 1. ff. de iurein.
Calcan. late in conſuet. Burg. tit. de iuſt. rub. 1. §. 2. & in verſ.
* & la prouue. nu. 15. vbi * communem dicit, & Guid. Pap. in
tract. de præſumpt. n. 19. Villaln. etiam in ſuis communibus o-
* pinionibus, in verb. dominium probatur, qui etiam * commu
nem dicit, & alios refert, ſequendo Burſa. in conſ. 28. n. 8. vbi
* quoq; de * communi ex alijs Natta. in conſ. 378. nu. 6. vol. 2. &
congerit multos illuſtriſſ. Card. Alba. in ſuis lucubrat. ad Bar.
in d. l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.

3 Primo amplia, † vt talis fama nedum probari poſſit per te
ſtes, ſed etiam, & longe melius per multa inſtrumenta, vel a-
lias ſcripturas authenticas: nam ita faciunt cōem opin. vt de
ducit Bal. in l. cum aliquis. col. 1. in fi. & ibi ēt Sali. & clarius p
Alex. ibi. col. 2. & per Iaſ. col. 2. & 3. C. de iur. delib & tradidit
Dec. in conſ. 428. quos etiam refert Abb. in conſ. 64. nu. 21.

4 Secundo ampliabis, † vt ex huiuſmodi fama probetur do-
miniū cōtra tertium, vt reſpondit Alex. in conſ. 8. in fi. vol. 7.

Tertio loco amplia, vt ex fama de dominio antiquo probe
5 tur, † & ſufficiat pro dominio de præſenti, vt aſſeruit Dec. in
conſ 428. nu. 3. & conſ. 638. nu. 9. & cauit Alex. conſi. 24. n. 21.
verſ. quia in iſtis antiquis. vol. 5. & præcipue hoc procedit, ſi
ſimus in antiquis de quo non extet memoria in contrarium,
vt in ſpatio centum annorum, conſuluit Barba. conſ. 18. n. 17.
vol. 3. & in conſ. 37. nu. 13. eo. vol. 3. & conſ. 8. col. 4. poſt n. 11.
vol. 2. cui ſe ſubſcripſit Cur. iun. in cōſ. 69. n. 5. imò idem Barb.
in conſ. 8. num. 2. vol. 1. ait, ſatis eſſe ſpatium 40. annor. & idē
in conſ. 119. nu. 6. col. 3. & in conſ. 41. nu. 4. vol. 1. Soc. vero in
conſ. 89. In cauſa agitata inter Iacob. col. 2. in 1. vol. dicit, id in
telligi conſiderata ætate noſtra breui, & ſic intelligit de quin
6 quaginta, vel ſexaginta annorū, & quod † requiratur, ſpatium
centum annorū, tradit Aret. in conſ. 37. Barba. in conſ. 6. col.
5. & in conſ. 18. col. antepen. lib. 2. & in cōſ. 8. Scribitur præcla
re, col. 2. nu. 1. verſ. itidem; dicit. ſi factum non eſt antiquum,
cum ſeq. vol. 1. poſt Cyn. & alios in l. ſi quidem. ff. ſolut. matri.
& nō ſufficit hoc caſu ſpatium quadraginta annorū, prout de
* hoc eſt * cōmunis opinio, de qua atteſtatur Rip. in l. rē, quæ
nobis, nu. 37. ff. de acqui. poſſ poſt Alex. in conſ. 15. lib. 5. & re-
fert Graua. in addi. ad Veſtr. lib. 6. c. 14.

Contrarium voluit Abb. in c. veniens, il 1. poſt nu. 8. de teſt.
7 col. 2. & Corn. in conſ. 24. lib. 4. † & in conſ. 130. eo. vol. 4. quos
etiam refert, ſed non ſequitur Crau. in tract. de antiq. temp. in
1. part. verſ. viſo in hac prima part. nu. 4.

Nam duæ ſpecialitates cōcurrerent, vna ſcilicet, quod do-
minium antiquū probaretur per famā, quæ nō eſt plena pro-
batio: alia, quod præſumptio continuaret dominium, contra
l. 1. C. de do. promiſ. nam illa probatio antiqua poteſt intelli-
8 gi reſpectu poſſeſſionis ſuorum auctorum, tum etiā quia † li-
cet ad probandum dominium antiquum ſufficiant probatio
nes minus validæ; nam non poſſunt inueniri plene probatio-
nes, ſecus in probatione dominij de præſenti, quod plenæ po
teſt probari, vt per Corn. in alleg. conſilio, & in conſ. 19. Vi-
detur in hac conſultatione, ad fin. vol. 2.

9 Sublimita hanc ampliationem non † procedere, ſi præſens
ſtatus repugnaret de dominio de præterito, vt ſi dicatur rem
profanam olim fuiſſe conſecratam eccleſiæ; nam præſens ſta-
tus repugnat de dominio de præterito, & ideo non probatur
dominium de præſenti, ſed tantum de præterito: ſecus vero ſi
10 non repugnat, † nam tunc per famam probatur etiam domi
nium de præſenti, ita ait Rip. in l rem, quæ nobis, col. 11. nu.
59. verſ. aut præſens. ſtatus. ff. de acquir. poſſeſſ.

Hanc limitationem reprehendit, & reprobat Crau. in d. ſuo
tracta. de antiq. temp. 1. par. ver. viſo in hac prima part. nu. 5.

Ideo ſequitur dicta extēſio dictę ampliationis, vt procedat
in re ſacra, etiamſi aduerſarius longiſſimo tempore eā *vt pro-*
11 ſanam poſſediſſet: † nam cum res ſacra poſſideri, nec ob id p̄-
ſcribi poſſit, §. ſed aliquando. Inſti. de vſucap. ideo ſi probetur
per famam, rē fuiſſe olim conſecratā eccleſiæ, *talis probatio*
12 videtur ſufficere quoad ius de præſenti, licet (*vt dixi*) † ad-
uerſarius longiſſimo tempore eam tanquam profanam poſſe-
diſſet, vt ait Crau. vbi ſup. in d. verſ. viſo in hac 1. part. nu. 6.

Quarto amplia principalem Concluſionem, vt procedat,
ētſi fama ſit recens, dummodo concurrat cū ea etiam vnus te
13 ſtis: † nam tunc per dictam famam probaretur dominium, *vt*
voluit Barb. in d. cōſ. 8. n. 2. & ſeq. vol. 1. teſtes laudat **Io. And.**
& Abb. in c. inter dilectos. de fide inſtrum. & Sal. in l. **proprie-**
ta. C. de probation. & Dec. in c. 1. nā licet ſola fama, vel publi-
ca vox nullā faciat probationē, nec plenā, nec ſemiplenā do-
14 minij, tñ adminiculatur, † & coadiuuat imperfectā probatio-
nem, vt ſi ſuper probatione dñij eſſent producti teſtes nō om
ni exceptione maiores, vt conſanguinei, nam hac de cauſa eis
minor fides adhibetur, quæ tñ ſuſpicio tollitur per hāc publi
cam vocem & famam, & ſic plene probāt, vt egregie tradidit
Pau. de Caſt. in l. atqui natura. §. cum me, nu. 5. de nego. geſt.

Primo limita principalē concluſionem, vt nō procedat, niſi
cum fama concurrant alia adminicula, ſaltē præſentis poſſeſ-
ſionis, ſecus ſi quis velit ſimpliciter per famā, hanc rem fuiſſe
alicuius, qm̄ tunc non probatur dñium, vt patet ex his, quæ ad
duxit Barb. in conſ. 37. n. 13. vol. 3 & in cōſ. 15. n. 6. eo. vol. 3. &
in conſ. 41. Illud afferā. col. 1. & 2. n. 11. verſ. eſt tñ verū. & n. ſeq.
& nu. 14 verſ. præterea accedat. & ſeq. vol. 1. & adminicula ſūt
15 iſta, i † ſi tale dominium ſit notum, vel pro noto habeatur: vt
de donatione facta eccleſiæ per Conſtātinum Imperatorem,
vel ſi præſens ſtatus rñdeat dominio de præterito, vt quia de
præſenti probetur poſſeſſio decē, viginti, triginta, aut quadra
16 ginta annorum, nam ex iſta poſſeſſione de præſenti † adiuua-
tur poſſeſſio, & dominiū de præterito, ita reſpōſum eſt à Cor.
in conſ 304. col. 5. verſ. his tñ non obſtātib. li. 3. vbi conſiderat
ēt aliud adminiculum, atq; qñ appareat de aliqua emptione
facta ab eo, de cuius dominij antiqui probatione agitur.

17 Contra cuius Corn. dictum † Dec. in c. 1. col. 4. nu. 36. de ap
* pellat dicit ſcribentium extare * communem opinionem, Cra
uett. autem in d. tractat. de antiquit. tempo. vbi ſup. nu. 3. con-
ciliat huiuſmodi opiniones, quem tu ipſe videto.

Secundo limita non habere locum, quando agitur de adiu
18 dicando beneficium alicui, namque tunc non ſufficit † proba
tio per famam, vt deciſum reliquere D. Rot. in deciſ. 16. alias
236. ad effectum. de præben. in nou & tenet Bellamer. in cōſ.
41. ſuppoſito quod eccleſia. & in deciſ. 740. ſi à te vēdico ca
ſtrum. ſequitur Felin. in c. veniens, il 1. col 6. in princ. poſt nu.
16. de teſtib. & Anton. de But. in c. cum ad ſedē, col. 3. de teſt it.
ſpol idem Corn. in conſ. 46. In cauſa vertēte in vniuerſitat. in
fi. vol. 3. dicens, teſtes deponentes de dominio per famam nō
probare, per ea, quæ ibi deduxit.

CON-

CONCLVSIO DXLVIII.

ARGVMENTVM.

Teſtes an dominium probent, & an debeant rationem adducere etiam non interrogati.

SVMMARIA.

1 *Teſtes optime dominium probant, & debent rationem adducere etiam non interrogati.*
2 *Cauſa dominij conſiſtit in facto, id eſt in contractu, & traditione facta à domino. Facta non præſumuntur etiam ad ſupplenda dicta teſtium, ibidem.*
3 *Factum quod à teſte non deponitur non probatur.*
4 *Ratio dominij debet eſſe per legitimam conſequentiam titulorum & poſſeſſionis continuatæ.*
5 *Teſtes ſuper dominio debent reddere rationem etiam non interrogati.*
6 *Teſtes ſuper dominio ſi teſtificando dixerint aliquem dominum, quia viderunt illum poſſidere tanto tempore quod præſcripſit, probant dominium.*
7 *Rationem dominij teſtis adducet, ſi dixerit, ego ſcio illum eſſe dominum, quia vidi, quod emit à Titio fundum, qui eum tenebat pro ſuo, & vidi fundum tradi ſibi ex dicta cauſa, &c.*
8 *Teſtes ſuper dominio de auditu in antiquis probant.*
9 *Teſtes de auditu ſuper dominio in antiquis probant, etiamſi non includerent probationem famæ.*
10 *Teſtis productus ad probationem dominij debet deponere ſuper facto, non ſuper iure.*
11 *Dominium eſt quid iuris, & conſiſtit in iure.*

TEſtes, quos optime dominium probare dixit Barbat. in
conſ.41. illud afferam in medium, col.2.nu.2. quod domi-
1 nium.vol.1. deponentes ſuper dominio, † debent rationem
adducere etiam non interrogati, vt Innoc. tradidit in c.cum
cauſam.poſt nu.1.verſ.ſed ſi omittitur, de teſtib. cui adſtipu-
tur Bal.in conſ.166. A libello, poſt nu.3. verſic.ſed hic eſt ad-
uertendum.volum.4 cui aſſentitus eſt Iaſ.in repetit. l admo-
nendi.col.97.ver.ex iſta ratione Baldi.poſt nu.196 ff.de iure-
iuran.quos refert & ſequitur Crauet in conſ.157.nu.6. & ex
adductis à Caſſan in conſuetud.Burgund.tit.de inueſtit. § 5.
nu.16. & quod iſtiuſmodi teſtes debeant reddere rationem
ſui dicti tradidit Aret.in conſ.15 poſt nu.3.verſ.nam per pro-
bationem famæ, idem voluit Alex.in conſ.182.Viſo proceſſu.
nu.2.vol.7.Bellam.deciſ.3.ad hoc vt teſtes.nu.10. de probat.
2 Huius axiomatis illa poteſt afferri cauſa: † nam cum cauſa
dominij conſiſtat in facto, id eſt, in contractu, & traditione
facta à domino, vt §.ſi quis à non domino. Inſtit.de rer.diuiſ.
& in c.1.col.10. quid ſit inueſtit. & facta non præſumantur
etiam ad ſupplenda dicta teſtium, vt not.in l.1.C.de vſur.me-
3 rito, quod à teſte non deponitur, † non probatur, quia iura-
mentum teſtis, & eius depoſitio ſunt ſtricti iuris: ita docuit
Bal.in d.c.cum cauſam.nu.14.verſ.ex præmiſſis. de teſtibus.
Et huiuſmodi ratio debet eſſe per legitimam conſequen-
4 tiam titulorum, † & poſſeſſionis continuatæ, nec ſufficit per
ſolam poſſeſſionem: nihil enim habet cōmune poſſeſſio cum
proprietate, vulgatis iuribus, & de poſſeſſione late ſupra di-
5 ximus. At quod teſtes debeant reddere rationem † etiam nō
interrogati, voluit etiam Alex.in conſ.57.nu.4.& 9.vol.7. vbi
concordes refert. Idem in rei vendicatione debet cum cauſa
deponere, alioqui non probat, vt videre eſt ex c.cum cauſam,
il 1.de teſtib. ſic etiam ſcripſit Bal. in Marg. teſtis debet red-
dere rationem. & in d.c.cum cauſam, nu.13. Anchar.in d.cap.
cum cauſam.nu.9. Alex.in conſ.166.nu.8 vol.6.Bertrau.conſ.
184.nu.6.par.2. Crauet.in conſ.61.nu.5. Afflict.deciſ.177.nu.
4. vſque ad num.6.
6 Vnde ſi teſtes ſuper dominio teſtificādo † dixerint aliquē
dominū, & cauſam adiecerint, quia viderunt illum poſſidere
tanto tempore, quod præſcripſit, ſatis probant dominium, vt
cenſuere Innoc.& Bal in d.c.cum cauſam. ille poſt nu.3.verſ.
videtur tamen.hic num.22.verſ.quæro, an vtile dominium.&
not.Specul.in tit.de teſt. §.nunc tractandum, nu.25.
Idem erit, ſi dixerit, ego ſcio illum eſſe dominum, vel quia
7 vidi, quod emit à Titio fundum, qui eum tenebat pro ſuo, † &
vidi fundum tradi ſibi ex dicta cauſa, vel vidi illum emen-
tem lanā, ex qua confecit pannum, vt traditum eſt à Sali. in l.
ſola, in 2.col.C.de teſti. & protulit id Abb.in d.c. cū cauſam.
col.5.poſt nu.6.verſ.Innoc.tamen.de teſti. & ante eū ſcripſe-
re hoc idem Innoc.in d.c.cum cauſam.poſt n.3. verſ.ſed ſi aſ-
ſignat.Spec.in tit.de teſte.verſ.nunc tractandum. poſt nu.55.
Vt etiam teſtes ſuper dominio de auditu in antiquis pro-
8 bent, iuxta † ſententiam Bald.in l.iubemus.§.ſeruos, nu.3. C.
de epiſc.& cler.& confirmauit Dec.in conſ.146.nu.15. atque
probauit Alex.in conſ.98.Viſo, & conſiderato, num.9. vol.2.
quibus adhæſit Ruin.in conſ.14.nu.7.& 8.vol.4.& idem ſen-
ſit decidendo Afflict.d.deciſ.277.nu.3. & ita conſuluit Aret.
in conſ.36.num.5.
9 Quod amplia, etiamſi teſtes de auditu † non includerent
probationem famę, vt placuit Aret.in conſ.37. in 2.dub. poſt
nu.3. verſ.& ideo relinquitur.
Contra tamen ſenſit Crau.in tract.de antiq.temp. par.1.§.
viſo de fama.in princ.nu.3.
Neque prætereo teſtem productum ad probationem do-
10 minij † debere deponere ſuper facto, non ſuper iure, vt aſſe-
uerauit Cyn.in l.cum res.nu.2.C.de probat. Vnde ſi teſtis di-
ceret, vidi ipſum dominum eſſe, nihil probat, quia dominiū
11 eſt quid iuris, † & conſiſtit in iure, vt ex ſupra alleg.in 1.con
cluſ. ita voluit Spec.de teſtib.§.nunc tractādum, nu.55. quod
& voluit Bart.in l.1.C.de nautis Tyber.lib.11. idem tradidit
Nel.in tract.de teſtib.nu.134. in verſ.teſtibus examinatis. &
confirmauit Dec. in conſ.221. Non patitur anguſtia tempo-
ris, nu.5. & voluit Campeg.eod.tract.de teſtib.reg.333.verſ.
11. pone.

CONCLVSIO DXLIX.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per tantum tempus, cuius initij memoria non extet in contrarium, & an ex perceptione fructuum vti dominus.

SVMMARIA.

1 *Dominium probatur per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
2 *Longinquitas temporis habet vim conſtituti, conſtitutum habet vim conſenſus, & conſenſus inducit directum dominium.*
3 *Dominium probatur ex diuturnitate temporis.*
4 *In probatione temporis antiqui ſuper dominio teſtes deponere debent, communem eſſe opinionem non extare memoriam in contrarium.*
5 *Dominium ſatis probatur ex eo, quod quis terram colendam curauerit, & perceperit fructus vti dominus.*
6 *Dominus præſumitur, qui ſemel perceperit fructus in anno.*
7 *Qui ſemel perceperit fructus in anno præſumitur, ſeu fingitur toto anno poſſidere.*
8 *Dominium præſumitur ex perceptione fructuum.*
9 *Qui vtitur re vt dominus, præſumitur dominus.*
10 *Qui probaret ſe poſſediſſe domum, vel poſſeſſionem aliquam aliquanto tempore pro ſua, non probaret Dominium.*
11 *Dominium probatur ex perceptione fructuum, ſi quis percepit fructus tanto tempore, quod ſufficiat ad præſcriptionem.*
12 *Dominium probatur, etiam ſi quis non probauerit percepiſſe fructus, ſed tantum curaſſe, vt terra coleretur, ſeminaretur, & araretur.*
13 *Dominium non probatur ex perceptione fructuum, quando appareat de iure familiaritatis, id eſt, quod rei ad alium ſpectabat.*

1 DOminium probatur ēt per tantum tempus, † cuius initij
memoria non extat in contrarium, intelligendo etiam
de dominio directo, ſecundum Bald.in l.traditionibus.nu.9.
verſ.ego dico.C.de pact.auctoritate Pōponij I.C. permotus
in l hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de acq.quotid.& æſti.context.
quem inducit Iaſ.in §.omnium.col.14 Inſtit.de act.inquiens,
2 † quod longinquitas tanti temporis habet vim conſtituti, vt
in d.§.ductus aquæ.conſtitutum autem habet vim conſenſus,
l.1.in princ.ff.de conſtitut.pecun & conſenſus inducit dire-
ctum dominium, vt vult Bald.in auth.niſi tricennale.poſt nu.
1.verſic.aut eſt præſcriptum, C.de bon.matern.vnde dicebat
Card.Florent.in conſ.118 habere vim tituli.c.1. de præſcript.
3 lib.1. † & quod dominium probetur ex diuturnitate tem-
poris, cautum eſt à Calcan.in conſ.56.nu.2.
4 In probatione † vero huiuſmodi temporis antiqui teſtes
deponere debent, communem eſſe opinionē non extare me-
moriam in contrarium, vt inquit Alex.in conſ.136.in cauſa &
lite vertente inter Iac.Marci, poſt nu.18.verſ.pręterea hic ali-
quo modo.vol.2.& Gui.Pap.q.573.poſt verſ.ſi tamen homi-
nes. ſeque ita ſemper vidiſſe, & audiuiſſe à ſuis maioribus, &
nunquam fuiſſe obſeruatum contrarium, ad quod conſulas
Caſſa.de conſuet.Burg.tit.des iuſt.§.2. verſ.& la prouue.
Extat & alius modus dñium probandi, veluti ſi quis terrā
colēdam curauerit, & ex eo, quod perceperit fructus vti dñs:
5 nam † ſatis ex his probatur dominiū, l.Titia, ff. de ſolu.& ibi
Bar. qui aſſerit ad hoc propoſitum quoſdam l. hāc adducere,
& ibi etiam Ang.& Pau.Caſt.quos refert, & ſequitur Boer.in
q.45.nu.1.quod idem reſponſum eſt à Barbat.in conſ.8.col.2.
ver.præterea accedat.nu.4 vol.1.vbi teſtem adducit Flor.in l.
1.ff.famil.erciſc.aſſerentem eum, qui ſemel perceperit fructus
6 in anno † præſumi dominum, per context. quam ſingularem
vocat

vocat Barb. in l. diuortio §. ſi. ff. ſol. matr. nullum tamen. §. hoc
probantem in libro meo reperi, quin etiam per illum contex.
dicebat Spec. de probat. §. 1. ver. per extrema enim. nu. 33. il-
7 lum, qui ſemel percepit fructus in anno, præſumi, † ſeu fingi
toto anno poſſidere alium contex. affert Boer. in deciſ. 42 ſci
licet, l. filiusfamil §. iidem Principes, ff. de lega. 1. quam legem
ſecundum Ang. ibid. dicit eſſe meliorem tex. qui ſit ad hoc in
corpore iuris, ſed iudicio meo parum facit, niſi inducatur à
contrario, iuxta gl. in verb. per patrem, idem voluit Barbat. in
conſ. 4. nu. 4. vol. 1. vbi adducit l. litibus. C. de agric. & cenſit.
lib. 11. quæ id cæteris melius probat, quã & ad hoc refert Bar.
in d. l. Titia. ff. de ſolut. hoc idem ſenſit Pau. Caſt. in l. ſi quis ſu
8 per. nu 3. C. ſin. reg. vbi dicit, † clarũ eſſe, ex perceptione fru-
ctuum præſumi dominium, quem refert Campeg. in tract. de
teſti. reg. 339. verſ. nono eo ipſo. hoc idem docuit Bar. in l. li-
tibus. nu. 2 C. de agric. & cenſi. lib. 11. & late ſcribent. in c. cum
ad ſedem. de reſtit ſpol. & Abb. in c. cum contingat. in 1. not.
de decim. & alios refert Pariſ. in conſ. 104. num. 87. & 88. cum
ſeq. vol. 1. huius etiam fuit ſententiæ Alex. in cõſ. 25. Attentis
narratis. poſt nu. 8. in fi. vol. 5. atque Soc. ſen. in cõſ. 187. nu. 12.
verſic. nam & per inſtrumenta, vol 2. hanc eandem cõcluſio-
nem noſtram confirmauit Gui. Pap. in ſing. 718. Actio iniuria-
9 rum, n. 2 vbi aſſerit, quod ſi † quis vtatur re, vt dominus, præ-
ſumatur dominus, per gl quam not. vocat in l. quidam in ſuo.
in verb. moueri ff. de condit. inſtitut.

Contrarium huic poſtremo axiomati ſequutus eſt aperte
ſententiam Innoc. in c. illud quoque in fi de præſump. vbi ait,
quod ſi quis probaret poſſediſſe ſe domum, vel poſſeſſionem
10 aliquanto tempore pro ſua, † non tamen probare dominiũ,
ſed debere hunc probare legitimum titulum, atq; dominium.
Innoc refert, & ſequitur Alex. in conſ. 137. In cauſa, & lite, col.
2. nu. 6. verſ. ne prædictis, vol. 2. aſſerens Bart. & Ang. idem ſen
tire in l. 1. in fin. per gloſ. ibi. ff. pro ſuo.

Intellige prædicta procedere, quãdo quis percipit fructus
11 tanto tempore, † quod ſufficiat ad præſcriptionẽ, ſecundùm
Bal. in tract. de præſcript. par. 2. q. 2. nu. 8. quod etiam placuit
Bart. in l. cum res. poſt nu. 11. C. de probat. & aperte tradidit
Abb. in c. cum contingat nu. 2. de decim. vbi refert Bart. idem
ſentientem in l ad probationem, C. loca. & hoc idem aſſeruit
Cagnol. in l. 1. nu. 131. ff. ſi cert. petatur.

Secundo velim ſic accipias ea, quæ diximus, vt etiam do-
minium probetur, etiamſi non probauerit percepiſſe fructus,
12 † ſed tãtum curaſſe, vt terra coleretur, ſeminaretur, & arare-
tur, ſi hac in re fides eſt habenda Bal. in d. l. ſi quis ſuper, nu. 4.
C. ſi. regun. qui permouetur Accurſ. auctoritate ibid. in verb.
formatur. qđ eſſet ſingulare, ſi verũ eſſet, dixit ibi. Caſt. nu. 2.

Tertio velim illud intelligas, & limites, quod dicebamus
ex perceptione fructuum probari dominium, vt non proce-
13 dat, quãdo appareat de iure familiaritatis, † id eſt, quod res
ad aliũ ſpectabat, ita hoc intelligit, & limitat Soc. ſen. in con-
ſil. 131. nu. 2. vol. 1. veluti ſi plures ſint fratres, vel maritus, &
vxor, vel mater, & filij ſimul habitantes, & vnus adminiſtret,
& fructus percipiat ex rebus ad alium pertinentibus præſu-
matur hoc facere iure familiaritatis, vt ibi per eum.

CONCLVSIO DL.

ARGVMENTVM.

Dominium an probetur per ſolum inſtrumentum emptionis, & per iuramentum, & an dominium rei, quæ in nullius ſit bonis probetur per ſolam apprehenſionem ipſius rei.

SVMMARIA.

1 *Dominium non probatur per ſolum inſtrumentum emptionis.*
2 *Res aliena etiam vendi poteſt.*
3 *Dominium non probatur ex inſtrumento emptionis, etiamſi cum eo concurrat poſſeſſio emptoris ſed debet probari etiam de dominio auctoris.*
4 *Dominium probatur, ſi emptor poſt emptionem, & traditionem poſſederit tanto tempore, adeo ut potuerit acquirere dominium ex præſcriptione.*
5 *Dominium probatur per inſtrumentum emptionis cum alijs adminiculis.*
6 *Dominium probatur etiam per inſtrumentum locationis quando alia concurrunt.*
7 *Dominium probatur per iuramentum.*
8 *Principale ſi probatur iuramento, ita etiam incidens, ſeu acceſſorium.*
9 *Dominium præſumitur ex additione hæreditatis.*
10 *Dominium rei, quæ in nullius eſt bonis, probatur per ſolam apprehenſionẽ ipſius rei.*
11 *Quæ in nullius ſunt bonis, occupanti conceduntur.*
12 *Rem in nullius eſſe bonis, quo pacto probetur.*
13 *Dominium probatur per ædificationem muri.*
14 *Dominium non recte probatur ex ſimulato contractu.*

1 DOminium non probatur † per ſolum inſtrumentum em-
ptionis, iuxta ſententiam Alex. in conſ. 43. Viſis & pon-
deratis, num 9. lib. 4. & in conſil. 185. vol. 5. & in conſil. 115.
volum. 6. quem refert, ſequendo etiam Cranet. in conſil. 157.
num. 5. id quoque, dicemus Boer. in quæſt. 42. num. 11. & 27. &
idem ſenſit Alexan in conſil 202. num. 1. vol. 2. id etiam pla-
cuit Caſſan. in Conſuetud. Burg. tit. des iuſti. §. 2. verſic. & la
prouue. quod & cenſuit Deci. conſ. 321 poſt num. 5. verſic. nec
etiam per inſtrumenta. ſic decidit & Afflict. dec. 23. Capella.
nomine eccleſiæ, poſt nu. 4. verſi. & ſi dicatur, atque ita tradi-
dit Caſtr. in l. proprietatis, num 3. C. de probat.

2 Concluſionis noſtræ ea eſt ratio, † quia ẽt res aliena vendi
poteſt, l. rem alienam, ff. de cõtrahen. empt. nimirum ſi domi-
nium non probetur per inſtrumentum emptionis, ita reſpon-
dit Alex. in conſ. 202. Super cauſa. nu. 1. lib. 2.

Quod velim amplies etiamſi cum inſtrumento emptionis
3 cõcurrat poſſeſſio emptori, † nam nec tũc probatur ex ijs do-
minium dicti venditoris, vel emptoris, ſed debet probari ẽt
de dominio auctoris, vt obſeruatum eſt à Matth. de Afflict. in
dec. 23. nu. 4. & 5. teſte Alexand. in conſ. 98. vol. 2. & in cõſ. 11.
vol. 4. & per ea quæ animaduerſa ſunt in l. cum res. C. de pro-
bat. atque auctoritate Ang. in l. officium. C. de rei vendicat. vt
& voluit Boer. in q. 42. num. 25.

Limitabis, & reſtringes ſupradicta, vt nõ procedant, ſi em-
ptor poſt emptionem, & traditionẽ poſſederit tanto tempo-
4 re, adeo † potuerit acquirere dominium ex præſcriptione:
nam etiamſi venditor non eſſet dominus, & ſic in eum non
tranſtuliſſet dominium, tamen ex his probatur, vt auctor eſt
Paul. Caſt. in l. proprietatis. nu. 3. C. de probat. & idem in cõſ.
169. nu. 3. vol. 1. vt traditum eſt etiam à Bal. in c. cum cauſam,
il 1. nu. 21. cum ſeq. de teſtib.

Concluſionem noſtrã ſic intelliges, vt licet per inſtrumen-
5 tum emptionis non probetur dominium vt diximus, † tamen
per inſtrumentum cum alijs adminiculis plene probatur, ita
multum notanter voluit Ang. in l. officium. ff. de rei vendicat.
quem refert, & ſequitur, Soc. ſen. in conſil. 187. num. 2. volum.
2. quod etiam per ſimilitudinem probatur, nam quemadmo-
dum per ſolum inſtrumentum locationis non probatur do-
minium, vt ſupra deduximus, in concluſione, Dominium per
6 inſtrumentum locationis, in 3. limitatione, tamen quãdo alia
concurrant, etiam per inſtrumentum locationis probatur
dominium: ita inſigniter docuit Bartol. in l. non ab re C. vn-
de vi. ſic ratiocinatus eſt Soc. ſen. in dict. conſilio 187. num.
4. volum. 2.

Contra vero dominium probatur per iuramentum: veluti,
ſi lege municipali ſit cautum, vt in cauſis damnorum dato-
7 rum ſufficiat probatio per iuramentum: nam † tali caſu ſta-
bitur iuramento damnum paſſi, de dominio rei, ſi quæſtio
dominij moueatur: ita inſigniter dixit Bart. in l. 1. poſt prin-
cip. C. de reb. credit. & idem voluit idem Bart. in l. 3. num. 16.
verſic. ex hoc aduerte. ff. de alimen. & cib. leg. & Paul. Caſtr.
in l. cum lit. num. 5. ff. de tranſact. & huc ea conferunt, quæ tra-
dita fuere à Bald. in l. ſi quis teſtibus. in princ. C. de teſtib. vbi
8 dixit per illum text. † quod ſi principale probetur ſacramen-
to: ita etiam incidens, ſeu acceſſorium, quod dicit eſſe nota-
tu dignum, ſicut refert, & ſequitur Marſ. in rub. C. de proba.
num. 148. ſic etiam ſcripſit Caſſan. in conſuetud. Burgund. ti-
tu. des iuſti. §. 2. num. 20. verſ. an poſſit.

9 Dominium inſuper † præſumitur ex aditione hæreditatis,
ſi credimus Curt. iun. in l. de debitore, nu. 9. C. de pactis.

Quin etiam dominium rei, quæ in nullius ſit bonis proba-
10 tur per † ſolam apprehenſionem ipſius rei, vt Iaſ. ſcriptũ re-
liquit in §. omniu, nu. 72. Inſtitut. de actio. & ex his, quæ ad-
duxit Boer. in q. 42. nu. 31. ad quod cõducit reſponſum Pauli
Iuriſcõſulti, in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. nam quæ in nullius ſunt
11 bonis † occupanti conceduntur, vt ſciuit Imper. Inſtit. de re-
rum diuiſ. in princ. & meminit Bart. in l. rem, quæ nobis. nu.
3. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi tradit praxim probãdi dominiũ
rerum mobilium, & immobilium, & refert etiam Lanfran. de
Orian. in tract. de teſtib. nu. 139. cum ſeq.

12 Quo pacto, autem probetur † rem in nullius eſſe bonis, cõ-
ſulas eundem Bar. in d. l. rem, quæ nobis. nu. 4. vbi diſtinguit.
ff. de acquir. poſſeſſ.

13 Dominium etiam probatur † per ædificationem muri: ita
reſpondit Ruin. in conſ. 55. num. 7. vol. 4.

Contra

Digitized by Google

14 Contra vero dominium non recte probatur † ex ſimulato contractu: ita voluit Calca.in conſ.36.nu.4.

CONCLVSIO DLI.

ARGVMENTVM.

Dominus, qui olim fuit, an præſumatur etiam hodie dominus.

SVMMARIA.

1 *Dominus qui olim fuit, præſumitur etiam hodie dominus. Contrarium, nu. 3.*
2 *Dominium ſine facto noſtro non amittitur.*
Qui vult dicere factum noſtrum interueniſſe, debet probare, ibi.
Probato dominio de præterito, videtur probatum de præſenti, ibi.
4 *Dominus qui olim fuit, præſumitur & hodie dominus non ſolum ipſe, ſed etiam eius ſucceſſores.*
5 *De præterito præſumitur in præſens.*
6 *Qui de præſenti eſt dominus, præſumitur etiam olim fuiſſe, ſi adeſſet aliqua cauſa probabilis, vnde oriretur talis præſumptio de præſenti ad præteritum.*
7 *Negans ſe dominum, & ſimul poſſeſſorem, cenſetur habere rem pro derelicta.*
8 *Dominium non amittitur ſolo animo.*
9 *Qui plene probat ſe olim fuiſſe dominum, præſumitur etiam hodie.*
10 *Probationes per teſtes de auditu, vel per famam, licet ſufficiant ad probationem dominij antiqui, tamen per illas non infertur ad præſens dominium.*
11 *Non præſumitur dominus hodie, qui olim fuerat, niſi tale dominium à parte allegetur.*

1 DOminus qui olim fuit, † præſumitur etiam hodie dñs, vt colligitur ex reſcripto Imp. Diocl & Maxim.in l.ſiue poſ ſidetis.C de proba.vbi Dd.* communiter tenẽt, vt referr Michael Graſſ.in common.opin.lib.2.c.10 q. 4. & habemos in c. præterea,il s.vbi Abb nu.3. de tranſact. hoc idem ſenſit Soci. in conſ.187.col.3.vol.2.quos etiam refert, & ſequitur Alc. de præſump.in 2.reg.præſump.50.idem voluit Corn.in conſil.9. videtur lib.3.& conſ.24.vol.4.

2 Et ratio eſt, ſecundum Alcia.vbi ſup.† quia dominium ſine facto noſtro non amittitur, l.id quod.ff.de regul.iur. ergo qui vult dicere factum noſtrũ interueniſſe, debet probare per. ea, quæ notauit Bald.in l.1.antepen.col.C.de confeſſ.vnde Crau. de antiq.temp.in 1.par.nu.503.cum ſeq.ait, quod probato dominio de præterito, videtur probatum de præſenti.

3 Contrariũ † ſentit Corn.in conſ.329.nu.7.vol.1. & in conſ. 35.nu.14.verſ. ita quod dato.vol 1. Contrariam quoque ſententiam confirmant ea, quæ ad hoc adducta fuere à Pariſ. in conſ.104.nu.8.colum.1.quod tamen reprobat nu.113.& 114.

Amplia concluſionem noſtram, vt procedat nedum in ea-
4 dem perſona, † ſed etiam eius ſucceſſore, vt Bal.aſſerit in d.l. 1.nu.39.in fi.C.de confeſſ.& ſequutus eſt Alc.in d. præſumpt. 20.vbi ait, hoc optime probari, in d.l. ſiue poſſidetis, & per Bar.in l.Pomponius, §.fi.ff.de acquir.poſſeſſ.Butr.& Abb.in c. cum ad ſedem, de reſtitut.ſpol.

5 Primo intellige concluſionem procedere, † vt de præterito præſumatur in præſens, ſecus de præſenti in præteritum: quia qui hodie eſt dominus, non præſumitur retro fuiſſe dominũ, vt docuit Bal.in l.ſi qui.nu.4.in fin.C.de adult. & refert Alc.in d.præſump.50.num 2.

Sublimita, vt locum ſibi non vendicet, ſi adeſſet aliqua cauſa probabilis, vnde oriretur talis præſumptio de præſenti ad
6 præteritum: † quia tũc etiam ille, qui eſt de præſenti dñs, præſumitur etiam olim fuiſſe, ita Alcia. protulit in d.præſump.20. per l.& quæ.§.cum dicitur.ff.de pign.& ex auctoritate Bal. & Salicet.& in l.ex perſona, C.de probat.atque Alex.in conſ.16. vol.5.& in conſ.81.col.2.vol.7.

Secundo limita, & intellige concluſionem, vt vera ſit, quan-
7 do ipſe dominus negaret ſe dominum, † & ſimul poſſeſſorem: quia tunc cenſeretur habere rem pro derelicta, & ſic licet de præterito fuiſſet dominus, hodie tamen non præſumeretur, ſecus ſi negaret ſe dominum tantum, & retineret poſſeſ-
8 ſionem, nam † ſolo animo non amittitur dominium, l. ſi quis vi.§.differentia.ff.de acqui.poſſ.Abb.in d.c.cum ad ſedem.in 6.notab.de reſtitu.ſpol.quæ vna cum alijs adducit Alcia.in d. reg.2.præſump.50.num.4.

Tertio loco limitabis tantum procedere, quando plene eſſet probatum de præterito dominio, nam tunc recte collige-
9 retur ad pñs, † adeo vt qui plene probaſſet ſe olim fuiſſe dominum, præſumeretur etiam hodie, ſecus autem ſi non plene eſſet probatum, vt per teſtes de auditu, per famam, quæ probationes licet ſufficiant ad probationem dominij antiqui, vt ſupra ſuis locis deduximus; tamen ex tali dominio per tales
10 minus idoneas probationes † non infertur ad præſens dominium, ita limitat Corn.in cõſ.24.licet in themate, col 2.vol.4. quem refert, & ſequitur tanquam egregie d.Arelata. in addit. ad Alc.in d.reg.2.præſump.20.in verb.vt ibi.

Et ratio eſt, ne inducãtur duę ſpecialitates. Prior, vt ad probandum dominium admittantur probationes, alias inhabiles, & quod probatio præſumptiua de præterito admittatur ad præſens, vt ibi per eos.

11 Quarto limitare, & intelligere poteris locũ habere, † dummodo tale dominium à parte allegetur, alioquin non præſumeretur dominus hodie, qui olim fuerat, iuxta ſententiam ſcribentium, & præcipue Iaſ.& Dec.in l.non hoc C. vnde legit.ſic voluit inſigniter Accurſ.in l.certum, in verb.confeſſus. ff.de confeſs.quod & reſponſum eſt à Corn.in conſ.9.lib.3.vt refert Arelatan.ad Alciat vbi ſupra in d.reg 2.præſump 20 in fin.ad quam limitationem videas, quæ plurima congeſſit Tiraq.de pręſcrip.§.1.glo.2.in verb.à bonne ſoy.verſ. tu autem vltra ea, in fi.idem placuit Crot.in conſ.34.num.15.vol.1. vbi refert Bal.in l.etiam, col 3.C.de execut.rei iud.atq; Gabr.Sar. in addi.ad ſing.15.Matth.nu.25. id etiam relatu eximium putauit Marc.Mant.in ſingul.441. mirabile dictum, vbi huius rei multiplices reddit rationes.

CONCLVSIO DLII.

ARGVMENTVM.

Dominum alicuius rei quem eſſe, an probetur ex ſigno ipſius.

SVMMARIA.

1 *Dominium alicuius rei quem eſſe probatur ex ſigno ipſius aſſerti domini.*
2 *Equus ſignatus præſumitur illius, cuius eſt ſignum.*
3 *Domus cui ſunt affixa inſignia gentilitia probatur eſſe illius, cuius ſũt illa inſignia.*
4 *Nauim, eſſe domus Mediceorum, & communis Florentiæ eſſe, probatur ex vexillis, & inſignis.*
5 *Dominium non probatur, nec transfertur ex ſola ſignatura in vini dolio empto.*
6 *Dominium rei non ſatis eſt probare per ſignum aſſerti domini.*

1 DOminum alicuius rei quẽ eſſe † probatur ſigno ipſius aſſerti domini, nempe ſi res reperiatur ſignata ſigno illius, in ballis pannorum, vt colligere eſt à Bart. in auth. dos data. C.de donat.ante nup.& à Matth.de Afflict.in conſtitut.regni Sicil.quæ incipit Priuilegia & iuſtitia.lib.2. & refert illum ſequendo Caſſan.in conſuetud.Burgund.tit.des iuſtic.§.8.verſ. quand le ſigne.in princ.quod ſenſit etiam Tancre.de Corn.in ſua compendioſa. in 11.rubr. in quæſtio.fin. vbi affert exem-
2 plum de equo ſignato, † præſumatur illius, cuius eſt ſignum, & voluit Bar.in l.ſtigmata.C.de Fabricen.lib.11.idem obſeruauit Bal.in conſ.416.proponitur quoſdam mercatores.nu.5. vol.3.& in l.1.C.vt nem lic.ſine iud.auctorit.& tradidit Anan. in c.fin.de accuſ.idem ſenſit Affl.in dec.53. Capellani.num.3. qui pluribus id comprobat, nec id latuit Bal.in d.auth.dos data, ver.ibi ſigaculo.C.de dona.ante nup.quem refert & probat Dec.in c.cauſam matrimonij.nu.3.de probat. quib. addo Petr.de Vbal.in tract.de duobus fratribus.par.11.num.75. & diximus ſupra in concluſione, Balla.

3 Et quandiu inſignia gentilitia ſunt affixa alicui domui, probatur eſſe illius, cuius ſunt illa inſignia gẽtilitia, vt ſcripſit Io. de Plat.in l.ſtigmata.C.de Fabricen.lib.11. cui accedit Cagn. in l.1.nu.177 ff.ſi cert.petat.

Hinc etiam Iaſ.in conſ.270. poſt numerum ſecundum, in fine, vol.5.optime arguit ex vexillis, & inſignijs domus Medi-
4 ceorum, & communis Florentiæ in naui erectis, † nauim illorum eſſe probari, argument. eius quod diximus de ſigno, quem refert, & ſequitur Stracha in tract.de Mercatoribus.par. 5.prin.num.75.

Concluſionem noſtram velim hoc limite circumſcribas, vt
5 nõ procedat in vini dolio empto, in quo non probatur, † nec transfertur dominium ex ſola ſignatura, ita reſpondit Vlp. in l.1.§.ſi dolium.ff. de pericul. rei vendi. nam vt ibidem inquit I.C.magis ne ſubmitteretur, ſignari ſolet, quam vt videatur, ita decidendo conſuluit Boer. nonnullos referendo in deciſi. 105.& videtur.num.10.

Intelligas

Digitized by Google

Intelligas concluſionem, vt non tantummodo ſit ſatis pro-
6 bare ſignum aſſerti domini, † ſed etiam debeat probari do-
minium ipſius rei, quod pluribus confirmat idem Straccha. in
d. tract. de mercat. d 2. partis, nu. 78. cum alijs multis ſeqq. re-
fellens opinionem Luc. de Penna, in d. l. ſtigmata, contrarium
ſentientis, quem quidem Straccham videas ibidem, vbi plu-
res de ſigno decidit quæſtiones.

CONCLVSIO DLIII.

ARGVMENTVM.

Dominus prædij, an præſumatur etiam dominus rerum omnium, quæ ſunt intra fines ipſius prædij.

SVMMARIA.

1 *Dominus prædij præſumitur etiam dominus rerum omnium, quæ ſunt intra fines ipſius prædij.*
2 *Quicquid ſitum eſt intra fines Diœceſis, Prouinciæ, Ciuitatis, vel Caſtri, quoad iuriſdictionem, & non quoad proprietatem, præſumitur eſſe illius, cuius eſt Diœceſis, Prouincia, Ciuitas, vel Caſtrum.*

DOminus prædij præſumitur etiam dominus rerum omniũ,
1 † quæ ſunt intra fines ipſius prædij, & ſentit Bal. in rubr.
de contrab. empt. in quæſt. 55. verſ. in contrarium videtur. nu.
23. & in l. inſulę. ff. de iudic. idem placuit Hoſt. in c. ſi diligenti.
col. 1. verſ. item argumentum de præſcr. in hanc etiam ſenten-
tiam conſulendo deſcendit Pariſ. in conſ. 27. nu. 13. vol. 1. hoc
quoque conſuluit Soci. in conſ. 166. verſ. tertia concluſio, poſt
nu. 3. vol. 5. & in conſi. 15. col. 5. poſt nu. 5. verſ. ex quibus elici-
tur. vol 3. Gozad. in conſ. 50. col. fin. nu. 57. quod & comproba
uit Ruin. in conſ. 56. col. 3. nu. 7. vol. 1. & in conſ. 40. col. 8. nu.
41. eod. vol. 1. & in conſ. 92. col. 5. vol. 4. quibus accedit Albert.
Brun. in conſ. 34. col. 2. in fine, vol. 2. Caſſa. in conſuetud. fol.
320. colum. 3.

Hinc infertur, vt quicquid intra fines ſitum ſit Diœceſis,
2 Prouinciæ, Ciuitatis, vel Caſtri, præſumatur eſſe illius, † cuius
eſt Diœceſis, Prouincia, Ciuitas, vel Caſtrum: quod tamen in-
telligitur quoad iuriſdictionem, non autem quoad proprieta-
tem, ita cauit Curt. iun. in conſ. 158. nu. 25. ſic etiam reſpondit
Caſſan. in conſ. 18. nu. 22. vt etiam ſenſit Abb. in c. ſi diligenti,
de præſcript. in 2. not. atque meminit Oldr. in conſ. 176. in fin.
ſicque decidit Aflł. dec. 567. Vidi in conſ. poſt nu 5. quod ob-
ſeruatione dignum cenſuit Boer. in ſing. præſumpt. num. 18. &
cautum eſt à Corn. in conſ. 547. in fin. vol. 2. & videas late id
tradentem Gabr. in ſuis concluſ. concluſ. 9. per totum.

CONCLVSIO DLIIII.

ARGVMENTVM.

Dominus an præſumatur ſcire quantitatem patrimonij ſui, quando agit aliquid circa ipſum patrimonium.

SVMMARIA.

1 *Dominus ſcire præſumitur quantitatem patrimonij ſui, quando agit aliquid circa ipſum patrimonium.*
Limita, vt nu. 2.
3 *Diſcrimen obliuionis, & ignorantiæ in actibus inter viuos, & in actibus morientium, quibus rationibus reprehendatur.*
4 *Teſtator præſumitur recordari de pertinentibus ad ſe.*
5 *Teſtator præſumitur ignorare vires ſui patrimonij, niſi ex aliqua qualitate aliud præſumatur.*
6 *Dominus ignorare præſumitur immobilia acquiſita ex alterius ſucceſſione de proximo facta, & mobilia in eodem loco exiſtentia.*
7 *Dominus ſcire non præſumitur quantitatem ſui patrimonij, quando haberet amplum, & valde diffuſum patrimonium.*
plum, & valde diffuſum patrimonium.
8 *Dominus præſumitur certior factus à ſuo procuratore de facto graui, & notabili,*
9 *Dominus non præſumitur certior factus à ſuo procuratore de facto graui, & notabili, quando procurator haberet generale mandatum.*

DOminus præſumitur ſcire quantitatem patrimonij ſui,
1 quando † agit aliquid circa ipſum patrimonium, iuxta
gl. in auth. ſed cum teſtator in gl. 3. C. ad l. falcid. vbi Bart. qui-
bus adhæret Ang. in l. ſi quis cum aliter, vbi etiam idem Bart.
ff. de verb. oblig. quem refert, & ſequitur Alex. in conſ. 9. Viſo
themate, col. 6. poſt num. 15. verſ. dum dicit quod in ciuitati-
bus, in quibus ſunt incaraſtrata, vol 5.

2 Primo limitabis locum habere in actibus inter viuos: † ſe-
cus autem in actibus morientium, vt notat Cyn. in d. auth. ſed
cum teſtator, col. 1. Bar. in col. 5. nu. 5. Corn. col. 3. in prin. Ang.
Aret. in §. in fraudem. col. 5. Inſtit. qui. ex cau. man. atque Cyn.
in l. quiſquis, & ibi Salic. C. de reſcind. vend.

Contra hanc Bartoli ſententiã aperto, vt dicitur, Marte pu-
gnauit Aret. in conſilio 47. viſis & diligenter ponderatis, nu-
mero 2. reprehendens hoc diſcrimen obliuionis, & ignoran-
3 tiæ in actibus inter viuos, † & in actibus morientium, ijs ra-
tionibus.

Primo, quia etiã teſtamenta, & vltimæ voluntates, frequen-
ter fiant in ſanitate, & ſic cum teſtator ſit ſanus mente & cor-
pore, ceſſat id quod dicitur in l. hac conſultiſſima. in § at cum
humanę. C. qui teſtam. facere poſſunt, per quem context. per-
mouetur Bar. vt illud ſentiat: non enim tunc poteſt dici teſta-
tor mortis cogitatione turbatus, non recordari de rebus ad ſe
pertinentibus, ſic contra Bar. diſſeruit, & cenſuit idem Aret. in
d. conſ. 47. quam opinionem comprobat auctoritate Ang. in d.
auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falcid. hac ratione idem ſentien
tis: ea etiam ratione Bart. opinionem refellit Aret. quia teſta-
4 tor † præſumitur recordari de pertinentibus ad ſe, per l. filio.
ff. de adimend. leg.

Intelligas tamen Bartoli ſentẽtiam, in actibus morientium,
teſtatorem præſumi ignorare vires ſui patrimonij, vt locum
5 habeat, † niſi ex aliqua qualitate aliud præſumatur, veluti, ſi
detrahi vetuerit falcidiam, ex hoc enim præſumitur ſciens, ita
intelligit Bart. ſententiam Roland. Paſſeg. in ſuo Flore teſta-
mentor. in 1. par. rub. 58. de falcid. detracta à teſtat. fact. prohi
bit. nu. 18. verſ. item quære circa fin. motus auctoritate gl. in d.
auth. ſed cum teſtator. in verb. non ignarus. ad l. falcid.

Secundo concluſionẽ limitare poteris non procedere quo-
6 ad † immobilia acquiſita ex alterius ſucceſſione de proximo
facta, & quo ad mobilia in eodem loco exiſtentia, nam tunc
non præſumitur, vt docuit Bar. in d. auth. ſed cum teſtator. &
tradidit Salic. in d. l. quiſquis. C. de reſcind. vendit. & placuit
Aret. in d. §. in fraudem, quam ſententiã ſua auctoritate corro-
borauit Alexand. in conſil. 1. col. 3. vol. 6. atque Imol. in c. cum
contingat. col. 57. de iureiur.

7 Tertio velim limites, quando haberet amplum, & † valde
diffuſum patrimonium, vt ait Bal. in l. 5. q. 6. nu. 9. C. de reſcin-
denda vendit. cui adhæret Fabianus de Monte, in tractatu de
emption. & vendit. in 9. quæſtion. princip. poſt verſ. 4. quæro,
num. 20.

Poſtremo dominus, vt & id pro coronide addam, præſumi-
8 tur certior factus à ſuo procuratore † de facto graui, & nota-
bili, vt conſuluit Roman. in conſ. 481. col. 2. verſ. ſecundo quia
præſupponendum, cui reſponſum conuenit Abb. in conſ. 18.
col. pen. verſ. 3. dixi, vol. 5. quibus aſſentitur Crau. in conſ. 40.
col. 2. verſ facit quod pulchre.

Quod quidem intelliges, quando ille procurator haberet
9 ſpeciale mandatum, etenim in procuratore † habente genera-
le mandatum non procederet, vt colligitur ex dictis Imo. in c.
fin. col. 31. verſ. ſi autem loquimur, de reſcript. & tradidit cla-
rius in conſ. 123. col. 5. verſ. ſi autem arguatur, & idem tenet
decidendo Capic. deciſ. 4. nu. 53.

CONCLVSIO DLV.

ARGVMENTVM.

Donationem regulariter non præſumi, & an, & quibus in caſibus præſumatur.

SVMMARIA.

1 *Donatio regulariter non præſumitur.*
2 *Non præſumitur quem velle iactare ſuum, & bona ſua dilapidare, ſed potius acquirere, & ditari.*
Nemo ſuas fortunas ſponte eijcit, ibid.

3 Donare

3 *Donare aliud non eſt, quàm iactare, & dilapidare.*
4 *Malitie donare non præſumitur, quia genus eſt auariſſimum.*
5 *Error potius præſumitur, quàm donatio.*
6 *Error licet regulariter non præſumatur in facto proprio, tamen in donatione præſumitur.*
7 *Stultitia potius præſumitur, quàm donatio.*
8 *Stultus, & demens præſumitur, qui omnia ſua donat.*
9 *Donationem aſſerens, ad probandum eam, debet adducere probationes efficaciores, & clariores, quàm alias requirerentur.*
10 *Donatio debet manifeſtè probari.*
11 *Pater dans aliquid filio præſumitur potius illud ipſi committere, quàm donare.*
12 *Donatio non inducitur, nec præſumitur ex eo, vt ſi tu à me petas vt bonè rem tibi donem, ego reſpondeam non tantum bene, ſed & quicquid tibi placet.*
13 *Interpretatio, præſumptio, ſiue coniectura, vbi ſumi poteſt alia quàm donationis, ſemper illa ſumitur, quæ pro non donatione facit.*
14 *Coniectura, vel præſumptio contra donationem ſumitur etiam leuis.*
15 *Interpretatio licet vt plurimum debeat fieri, vt actus non reddatur inualidus, tamen hoc in caſu donationis non habet locum, & potius debet reddi actus nullus, quàm præſumatur donatio.*
16 *Iudex per coniecturas arbitrari debet ſuper donatione.*
17 *Donatio non præſumitur, etiamſi quis rem poſſediſſet per decem annos.*
18 *Donatio non præſumitur, etiam contra eccleſiam.*
19 *Adminiſtrans ſi quis dederit ei, cuius bona adminiſtrat, præſumitur dediſſe animo adminiſtrandi non donandi. Intellige, vt num. 20.*
21 *Mater quæ dedit fundum communem filio, & filia in dotem, præſumitur dediſſe animo donandi.*
22 *Donatio non præſumitur ex depoſito facto per virum pro vxore, vel contra.*
23 *Donatio inter coniuges non præſumitur.*
24 *Donatio minus præſumitur facta ipſi fœtui, quàm gratia vxoris.*
25 *Donatio non præſumitur ſi ſponſus mittat rem ſponſa, vt ornatior ad virum veniat.*
26 *Donare in dubio non præſumitur Prælatus conſanguineo, ſed mutuare.*
27 *Donator præſumitur poſthumo nato noluiſſe eccleſia donare.*
28 *Donatio non præſumitur, quando actus eſt indifferens ad donationem, & repudiationem.*
29 *Donandi animus non præſumitur in colono, inquilino, vel emphyteuta.*
30 *Donatio inter coniuges nunquam in dubio præſumitur.*
31 *Donatio in dubio non præſumitur in his, quæ ſunt magni præiudicij.*
32 *Donationem immoderatam nemo præſumitur facere.*
33 *Donare non præſumitur quis velle illi, cum quo litigat.*
34 *Donare non præſumitur, dotans, quando in libro rationum redegit, quod pro dote ſoluit.*
35 *Donare non præſumitur animo donandi patruus dotans neptem ex fratre habentem patrem diuitem.*
36 *Donationem non feciſſe præſumitur pater, ſi de filijs cogitaſſet.*
37 *Donatio non præſumitur in homine cauto.*
38 *Donatio præſumitur facta, quando poſt rem traditam interuenit longum tempus, & cum iſta longinquitate concurrerent aliqua indicia, vt conſanguinitatis, vel amicitia.*
39 *Donatio non præſumitur inuicem facta inter fratres, quando diu vna vixerunt deguntque.*
40 *Donatio præſumitur inter coniunctos, & conſanguineos, ratione coniunctionis, & conſanguinitatis.*
41 *Donatio non præſumitur inter conſanguineos, quando ſola conſanguinitas concurrit.*
42 *Frater ſi pro fratre aliquid ſoluerit, vt collectas, vel quidpiam id genus non præſumitur feciſſe animo donandi, ſed repetendi.*
43 *Sola conſanguinitas ſufficit ad inducendam præſumptionem donationis, quando alia cauſa non appareret, ex qua tolleretur præſumptio donationis.*
44 *Donatio præſumitur intuitu conſanguinitatis, quando res modica donata eſt.*
45 *In modicis potius præſumitur donatio.*
46 *Donatio alicuius rei ſi ſubſequatur, quando præceſſerunt benemerita, præſumitur tunc donatum ob talia merita.*
47 *Merita præcedentia faciunt non tantum ſimpliciter præſumi donationem, ſed etiam, vt actus geſtus inter dubium præſumatur donatio.*
48 *Donatio præſumitur, etiamſi donatum excederet ſummam benemeritorum.*
49 *Donatio potius præſumitur, quàm feudum, quando eſſet quæſtio ſuper fundo alicui conceſſo.*
50 *Donatio præſumitur quando inter clauſula, ex cauſa liberali donamus, &c. etiam ſi in dicto inſtrumento exarent verba, quæ innuerent feudum.*
51 *Princeps donare non præſumitur, ſed vendere, quando in inſtrumento facta eſt mentio pretij, licet extent verba, concedimus, vel indulgemus.*
52 *Donatio præſumitur, quando quid tibi tradidiſſem, vt aliquid faceres in meo, quod alias non fuiſſes facturus, niſi tradidiſſem. Et hoc etiam ſi res, vel quantitas tradita eſſet magna, vt num. 13.*
54 *Donatio præſumitur in amico maxime in parua quantitate datum.*
55 *Ob cauſam amicitia præſumitur, quod quis alteri conſtituat, & illum probet, cui alias non conſtitueret.*
56 *Donare dicitur, qui paterna amicitia iuuat filium amici, cui ſuſpecti tutores ſtandum faciebant.*
Procurator adiuuans filium amici in iudicio, præſumitur ob amicitiam, quam cum eius patre gerebat, adiuuiſſe, ob idque impenſam, vel præmium conſequi nolle. ibidem.
57 *Donare præſumitur, qui iuuat filium amici, ſi cum amicitia concurrat cauſa pietatis, ne ſcilicet opprimatur, & modica ſit impenſa.*
58 *Donatio præſumitur, ſi dans erat diues, & nobilis, & recipiens pauper.*
59 *Liberalitas præſumitur ratione diuitiarum.*
Diues præſumitur facilius donare, licet non ſit nobilis. ibidem.
60 *Regni nobilitas efficit, vt præſumatur donatio.*
Natura nobilium eſt multo maiorem referre gratiam.
61 *Craſſi liberalitas in Alemannum.*
62 *Donatio præſumenda non eſt, quando actus geſtus à nobili non conueniat donationi.*
63 *Donatio præſumitur, ſi quod datum eſt, ſit quid minimum, vel paruum, ſecus ſi de re graui, & magna agatur.*
64 *Quæ ſit res grauis, & magna, vel parua, arbitrio iudicis relinquitur.*
65 *Donatio præſumitur, quando aliquid tibi tradidiſſem ex aliqua cauſa de præterito falſa, quam ſcirem eſſe falſam.*
66 *Donatio non præſumitur, quando quis ſciens ex certa ſcientia non teneri ad aliquid, patitur nihilominus ſe ad id obligari.*
67 *Donatio præſumitur conſiderata conſuetudine, vt in encaenijs, quæ mittuntur à conſanguineis viri eius vxori, vel contra.*
68 *Mater redimens filium ab hoſtibus, animo donandi impendiſſe præſumitur.*
69 *Mater expendens aliquid pro refectionibus perſonam filij, præſumitur cauſa pietatis facere.*
70 *Frater redimens ab hoſtibus fratrem non præſumitur animo donandi feciſſe.*
71 *Princeps quando confeſſus eſt aliquid alicuius eſſe, cenſetur id conceſſiſſe illi, & donaſſe.*
72 *Princeps cognominans ciuitatem, quæ non eſt, vel aliquem ſub titulo dignitatis, quam non habet, cenſetur velle, vt tales ſiant, atque conferre tales.*
73 *Donatio præſumitur, & valet actus, quando aliquid promittitur per viam ſtipulationis, & vtraque pars facit nullam cauſam in ſtipulatione.*
74 *Donatio præſumitur etiam quando quis diceret, concedo tibi hanc rem nulla cauſa expreſſa.*
75 *Donare cenſentur etiam ſi alias ſint adminiſtratores frater, vel mater, quando dant ſimpliciter in dotem rem propriam.*
76 *Donaſſe præſumitur mater filia, quando dedit res aliquas extra dotem eius genero nomine filiæ filia præſente.*
77 *Dos donata præſumitur etiamſi eſſet data ab extraneo mulieri, ſi ille extraneus à marito ipſius mulieris ſtipulatus non fuerit eam ſibi reddi ſoluto matrimonio.*
78 *Donare non præſumitur voluiſſe extraneus dans dotem, quando matrimonium, pro quo ab ipſo ſuit dos data, non eſt ſequutum.*
79 *Donatum præſumitur fuiſſe id, quod pater, vel mater, vel alius ex maioribus dedit deſcendenti pro arte, vel diſciplina ediſcenda.*
80 *Donatio viciſſim præſumitur, quando aliquid dono dedi tibi, & tu aliquid aliud mihi concedis.*
81 *Donatio reciproca ſiue viciſſim facta dicitur propriè donatio.*
82 *Conuentus contrahens nomine conuentus donare videtur ei, pro quo contrahit.*
83 *Pater ſtipulans emphyteuſim eccleſiaſticam pro ſe & filijs, cenſetur feciſſe animo donandi filijs.*
84 *Donatio non præſumitur, quando mandato eius, pro quo ſtipulatur coniunctus contraxiſſet.*
85 *Pater ſtipulans emphyteuſim eccleſiaſticam pro ſe, & filijs: non cenſetur feciſſe animo donandi filijs, niſi accepiſſet etiam poſſeſſionem nomine eorum.*
86 *Donare videor tibi, quando volens mihi aliquid donare mando, vt tibi donet.*
87 *Donare præſumor, quando mando teſtatori volenti mihi aliquid legare, vt tibi leget.*
88 *Donatio valet in præiudicium fratrum quando maritus ſcientibus, & tacentibus ipſis fratribus donat aliquam rem communem vxori.*
89 *Mater ſi alimenta filio præſtitit, non animo repetendi, ſed donandi præſtitiſſe præſumitur.*
90 *Impenſa à matre facta filio pro alimentis, quando eſſent magna, tunc poſſunt repeti.*
91 *Donatio non præſumitur, & mater poterit expenſas repetere, ſi alimenta præſtiterit filio, qui erat in poteſtate patris adhuc ſuperſtitis.*
92 *Mater impenſas poterit repetere pro alimentis factis filio, etiam contra illos, qui tenentur alere filium ex aliqua alia cauſa.*
93 *Donare velle præſumitur, qui ſciens ſe in nulla re teneri alicui aliquid ſine cauſa promittat.*
94 *Donare præſumitur, qui res ſuas defendit eidem.*
95 *Donare præſumitur vir vxori concedens aliquid ad luendum ornamentum vxoris pignori obligatum.*
96 *Donare præſumitur, qui ſcienter ædificauit in ſolo alieno.*
97 *Donatio cenſetur, quando res tradita ſit ab eo, qui donare præſumitur.*
98 *Donatio præſumitur, quando non apparet de aliqua cauſa.*
99 *Donationis præſumptio eſt, ſi maritus emat fundum pro vxore, & pretium quod ſoluit confiteatur ſit eſſe vxoris.*
100 *Donatio præſumitur in coniunctam perſonam per illa verba, tolle pecuniam iſtam.*
101 *Donatio potius præſumitur, quàm animus repetendi, quando fratres ſimul habitantes in eadem domo, & menſa, plus fuerit expenſum de fructibus & redditibus in familia vnius, quàm alterius.*
102 *Donatio præſumitur facta filio emancipato, ſi poſſideat viuo patre.*
103 *Donatio inter coniuges præſumitur, quando maritus conſumit bona vxoris, ea ſciente, & patiente.*
104 *Donatio præſumitur, ſi aliquam aurum emitur, & ſibi traditur, ſecus ſi non ſiat traditio, vt ibi.*
105 *Donatio præſumitur rerum, quæ donantur, vel mittuntur à conſanguineis, vel coniunctis viri.*
106 *Donare præſumitur, qui ſoluit indebitum ſcienter.*

1 DOnatio regulariter † non præſumitur: ſic colligimus ex reſponſo Pauli in l. Campanus. ff. de operis libertor. & id probauit Bal. in l.1. nu.6. C. ad Vellei. quod & confirmauit Marſil. ſingul. 97. non præſumitur, nu.1. nam non præſumitur quis velle iactare ſuum, & bona ſua dilapidare, ſed potius
2 acquirere, † ditari, vt ad hoc perſpexiſſe videtur Paulus in l. cum de indebito, verſ. qui enim ſoluit. ff. de prob. ſic in hanc ſententiam tradidiſſe videtur magnus ille magiſter Ariſtot. lib.3. Ethic. cap.1. cum dixit neminem ſuas fortunas ſponte eiicere, ad quod pertinet contex. in c. ſuper eo. de renunc. & c. quia veriſimile. de præſumpt. & concluſionem probant Gl. & Bart. in l. quæ dotis, ff ſoluto matrim. & in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. nec iniuria profecto, ſi in dubio non præſumatur:
3 quid enim aliud eſt donare, † quam iactare, & dilapidare? vt dixit Vlpian. in l. filiusfamilias, in princ. ff. de donat. & Caius in l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. & aſſeruit Bartholo.

Cæpol.

Cæpol.in tract.de ſimul.contract.in 7. præſumpt.nu.43. & à
noſtra concluſione ſtat etiam Alexan.in l.ſi is,qui quadragin
ta,§.dos legata,nu.4.ff.ad legem Falcid & maxime hoc pro-
4 cedit in muliere. † Mulier enim genus auariſſimum eſt, iuxta
Vlpianum, in l.ſi ſtipulata, ff.de donat. inter virum & vxorē,
cui accedit Bald.in l.1. C.ad Velleian. nu.6. & in conſil.366.
nu.4.vol.2. Alciatus in conſ.118.nu.2. volum.5. Bertrand.in
conſ.159.nu.8.vol.2. Hieronymus Gabriel.in conſi.60. nu.7.
cum ibi adductis lib.1. Tum quia quilibet præſumitur auarus,per d l.cum de indebito.ff.de probat.& ita Gloſ.in l.quæ
dotis,in verb.tenebitur.ff.ſol.matr.& pro concluſione etiam
facit,& tenet Alex.in conſ.185.nu.8.vol.7. & in conſ.164.nu.
6.vol.5.conſ.44.nu.4.vol.4.& Caſſan.in conſuetud.Burgund.
in rub.11.tit.de cenſ.§.2.nu.25.& idem ſenſit Biſignet. in deciſ.1.d.nu.3.de donat.inter vir.& vxor.Burſat.in conſil.104.
nu.20.Hieron.Gabr.in conſ.112.nu.5.

Primo amplia cōcluſionem eo vſque procedere, vt potius
5 præſumatur error,† quàm donatio,vt notat Glo.in l.generaliter. in verb.cauſa, C.de non numer.pecun. cum multis alijs
deductis à Dec.in conſ.177. nu.1. & idem voluit Purpurat.in
l.rogaſti,§.ſi tibi.ff.ſi cert.petat.hoc idem confirmauit Bald.
in conſ.189 creditor.in fin.lib.2.cui adhæret Dec.in cōſ.350.
nu.4.& in conſ.571.nu.4.& in conſ.644.num.5. huic etiam ſe
ſubſcripſit ſententiæ Iaſ.in l.iuris gentium,§.ſi cum nulla.nu.
28.de pact. ſic quoque placuit Ang. in d.l.generaliter, col.2.
C.de non numer.pecun. conſulendo ſenſit Raphael Cuman.
conſil.37.quidam legauit,in fine,& traditum eſt ab Imol.in l.
à Titio.col.2.ff.de verbor.oblig.atque reſponſum eſt ab Alexand.in conſ.13 ex his,quæ in themate,nu.3.lib.1.& in conſil.19.ex his, quæ in themate. colum.2.lib.4. & idem decidit
Grammat.in deciſ.66.nu.3.

6 Extendas hanc ampliationem veram eſſe, † etiam in facto
proprio,nam licet regulariter in tali caſu non præſumatur error,tamen in donatione præſumitur, vt colligere eſt à Pomp.
in l.ſed ſi me putem.in princ.iuncta glo.in verb.potero.ff.de
condict.indeb.cui conuenit Curt.iun.in conſ.56.nu.5. quem
ſequutus eſt Crauet.conſ 77.nu.14.& in conſ.142.num.26.&
cauit Ruin.in conſ.215.nu.22.lib.1.

7 Secundo amplia, vt cōcluſio adeo verà ſit, vt † potius præſumatur ſtultitia,quàm donatio,ſecundùm Bal.in d.l.generaliter.C.de non num.pecun.in 4.oppoſit.nu.5. & tradidit Iaſ.
in l.ſi à ſubſtituto,§ 1.in fine.ff.de legat.1. & ad hoc reſpon-
8 dit Bal.in d.conſ.189.in fin.lib 2.hinc aliquando,† dicimus illum ſtultum,& dementem præſumi,qui omnia ſuo donat, vt
interrogatus reſpondit Pariſ.in conſ.88.nu.13.lib.3.

Tertio amplia,vt eo vſque locum ſibi vendicet, vt ſi quis
aſſerat donationem,cum ſit actus non veriſimilis, vt patet ex
9 his quæ deduximus in cōcluſione,ad probandum eam † debeat deducere probationes efficaciores, & clariores, quàm
alias requirerentur:nam quando agitur ad probandum illud
quod nō eſt veriſimile, requiruntur huiuſmodi probationes,
ita cautum eſt à Dec.in conſ.177.teſtatur Abb.per illum tex.
10 in c.quia non veriſimile,in 2.notab.de præſum.iubdens † donationem debere manifeſte probari, per §.perficiuntur. Inſtit.de donat.

Quarto velim amplies,etiamſi pater filio aliquid daret,nā
11 tunc etiam potius illud committere ipſi filio, † quàm donare præſumeretur, ſi credimus ita teſtanti Bald. in l. executorem,nu.32. verſic.modo quæro quid econtra. C. de exec.rei
iud.quem refert ſequendo Marſil.in ſing.57.non præſumitur,
per l.cum pater.§.pater pluribus.ff. de legat.2.

Quinto amplia,vt adeo concluſio noſtra vera, & certa ſit,
vt ſi tu à me petas,vt hāc rem tibi donem, & ego reſpondeā,
12 non tantum † hanc, ſed & quicquid tibi placet, non inducatur,nec præſumatur donatio.Ita Iaſ.reſpondit in conſ.53.nu.
2.lib.1.& in l.dedi.§.ſi libet. ff.de condi.cauſa data.& voluit
Bal.in c.cum veniſſent,in fine.de inſtitut. quem refert Marſilius in d.ſuo ſingul.57.non præſumitur.

Sexto amplia, vt vbi alia ſumi poſſit interpretatio,præſum
13 ptio,ſiue coniectura, quam donationis, † ſemper illa ſumatur,quæ pro non donatione facit,per reſponſum Iuriſconſult.
in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignor.action.& l.ſi cum
autem.& ibi Bart.de ſolut.& l.Campanus. ff.de operis libertor,quod & placuit Signorol. in conſ.49. in quæſt. poſt nu.1.
verſ.item ipſa aſſerit,& ſenſit Ancharan.in conſ.7.in quæſtione agitata.colum.pen.quos refert cum multis alijs Tiraquel.
in l.ſi vnquam, nu 207.C.de reuocand. donatio.in verb. donatione largitus,nec id præterijt Abb. in conſ.20.num.17.ſic
etiam ſcripſit Alex.in conſ.185.viſo preceſſu,nu.8.vol 7.& in
conſ.164.præſuppono,nu.6.vol.5.Ruin.in conſ.171.nu.7.vol.
1.Natt.in conſ.73.nu.9.Cæpol.in conſ.63.num.12.Bald.in l.ſi
ex ſenatus.C.de incert.nupt.

Extendas hanc ampliationem ſecundum Tiraquell.vbi ſu-
14 pra,num.208.† etiam ſi illa coniectura,vel præſumptio contra donationem eſſet leuis,vt tradidit Bald.in l.vlti.colum.3
verſicul.ibi fortunam,num.12.C.de dot.promiſſ. & in l.1.nu.
3.verſicul. item vbi cadit. C. ad Trebellian. cui adhæret Iaſ.
in l.ſi fundum per fideicommiſſ.num.10.verſic. item pro iſta
ſolutione,ff.de leg.1.& in conſ.193.concurro in ſententia col.
1.verſicul.primum quia non ſolum.lib.2.& in conſil.149.circa primum,vol.2.verſ.non obſtat,ſi diceretur.nu.4.& in conſilio 160.viſis,& diligenter conſideratis,col.2.verſic. & cum
hic.num.3.volum.4.

Secundo extendo , vt locum habeat hæc ſexta ampliatio,
etiam ſi capiendo illam coniecturam, & præſumptionē con-
15 tra donationem † facientē actus redderetur inualidus,& inefficax,nam licet vt plurimum interpretatio debeat fieri , vt
actus nō reddatur inualidus: tamen in caſu iſto non habet locum,& potius debet reddi actus nullus, quam præſumatur
donatio per l.ſi non ſortem. §. ſi quis falſo. & ibi Bart. ff. de
cond.indeb. ſic tradidit Iaſ.in d.conſilio 160.num.3.vol.4.&
alios refert Tiraq in d.l.ſi vnquam.in verb. donatione largitus,num.308.verſ.ſed etiam,C.de reuocand. donat. & *Deci.*
in conſ.177.in prin.

16 Sed illud obſerues,& memoriæ mādes † cōiecturas huiuſmodi iudicem debere arbitrari, vt notat Bello.in conſ.60.nu.
10.& Alci.in reſponſ.233.nu.5.

Septimo amplia , etiā ſi quis rem poſſediſſet per decē an-
17 nos : † etenim nihilominus non præſumitur donatio,iuxta l.
cum de in rem verſo.ff.de vſur.vt doctiſſime voluit Bald.*in l.*
vlti.poſt nu.1.C.ne de ſtatu defuncti.vt refert Tiraq vbi ſup.
poſt nu.206.in fine.

18 Octauo amplia, † etiam contra eccleſiam,nam etiam tunc
non præſumitur donatio,ſecundum Alciat in reſponſ.38.in fi.

Nono ampliabis in quolibet adminiſtrāte,nam ſi quid de-
19 derit ei,cuius bona adminiſtrat, † præſumitur dediſſe animo
adminiſtrandi,non donandi,vt tradidit Bal.in l.vlt.num.13.
verſ.quæro quid in matre.C.de dot.promiſſ.

Hanc tamen limitationē intelligas in adminiſtratione ne-
20 ceſſaria: † ſine enim procul dubio eſſet verum , ita ait idem
Bal.ibidem,d.nu.13.in fin.per l.cum quædam.C.de adminiſt.
tut.& l.cum poſt mortem.ff.eod.de adminiſt.tut.

Quod tamen ſecus eſſet in matre , quæ dot fundum com-
21 munem ſibi,& filiæ in dotem, † nam præſumitur dediſſe animo donandi, arg.l liber captiuus.C.de capt.& poſtlim. reuer.
& quod not.gl.in l.3.in §. ſed vtrum, in verb. patrimonium
eſt,in fi.ff.de minoribus. quem refert,& ſequitur Bald.in d.
l.vlt.d.num.13. C.de dot.promiſſ.

22 Decimo ampliabis, vt donatio non præſumatur † ex depoſito facto per virum pro vxore,vel econtra, vt fuit reſcriptum ab Imper. Alex. in l.etiam ſi. vbi Bald.C.de dona.int.
vir.& vxor.

Vndecimo velim amplies, vt donatio inter coniuges non
23 præſumatur ex illis verbis,† redde̜s vxori hanc rem,vel hęc
ſunt bona vxoris,ſic tradidere gl.prima ſingu.Bald.& Dd. in
d.l.etiam ſi. C. de donat.inter vir.& vxor.

Duodecimo amplia,vt donatio minus prę̜ſumatur ratione
24 ſocrus, † quam gratia vxoris, ex quo cum ſocru non tanta ſit
coniunctio,iuxta ſententiam Alciat. in conſ.71. nu.3.lib.5.

Decimotertio ampliabis , non enim donatio præſumitur ;
25 ſi ſponſus mittat rem ſponſæ,vt ornatior ad virū veniat,† ſed
præſumitur commodatio , vt ait Bald.in l.cum te ſponſæ.nu.
2.verſ.& hic aduerte,C.de donat.ante nupt.cui accedit Ang.
in l.ſi vt certo,§.interdum,nu.1. ff.cōmod.cuius rei ratio eſt,
nam quoties aliquid traditur gratia tradentis , illa traditio
non præſumitur donatio.per d.l.ſi vt certo.§.interdum vt inquit idem Bald.vbi ſupra.

26 Decimoquarto ampla,vt donare in dubio † non pręſumatur Prælatus conſanguineo, ſed mutuare, vt reſpondit Bald.
in conſ.298.nu.10.vol.1.

D.cimo-

Decimoquinto ampliare poteris, nam donator poſthumo
27 nato † præſumitur noluiſſe eccleſiæ donare, vt aſſeruit Bal. in
conſil. 215. nu. 1. vol. 5.

Decimoſexto amplia, etenim donatio nõ præſumitur, quan
28 do † actus eſt indifferens ad donationem & repudiationem,
auctor eſt Bal. in conſ. 372. nu. 2. vol. 3.

Decimoſeptimo amplies velim, donandi namque animus
29 non præſumitur in colono, inquilino, vel emphyteuta, † qui
eſſe ſolum alienum ſciunt, qui habent cauſam à domino, ſic
ſenſit Bal. in l. 2. nu. 2. C. de rei vendic.

Præterea donatio inter coniuges nunquam in dubio præſu
30 mitur, † immo ſtatur inſtrumento cuiuſlibet contractus initi
inter eos, donec probetur donatio, per l. quod autem. § ſi ma-
ritus. ff. de don. inter virum & vxor. & teſtatur gl. in l. vtrum.
ff. eo. Bart. in l. qua dotis. ff. ſolu. matrim.

31 Neque donatio in dubio præſumitur in his, † quæ ſunt ma-
gni præiudicij, vt obſeruauit Bal in conſ 102. num. 3. vol. 2. &
Bart. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim.

32 Nec quiſquam donationem † præſumitur facere immode-
ratam, vt reſpondit Alciat. in conſil. 1. num. 15. libro 8. & in
conſil. 2. lib. 1.

33 Ad hoc donare non præſumitur quis velle illi, † cum quo
litigat, vt cautum eſt ab Alciat. in conſ. 32. nu. 7. lib. 6. adducit
l. 3. C de repud. hæred.

34 Inſuper donare non præſumitur dotans, † quãdo ſub libro
rationum redigit, quod pro dote ſoluit, vt teſtis eſt Ruin. in
conſ. 171. nu. 11. lib. 1.

Amplius dotare non præſumitur animo donandi patruus
35 dotans neptem ex fratre † habentem patrem diuitem, ſed po
tius repetendi, ſic conſulendo ſenſit Ruin. in d. conſi. 171. nu-
mero 2. lib. 1.

36 Rurſus donationem non feciſſe præſumitur pater, † ſi de fi-
lijs cogitaſſet: quod voluit Pariſ. in conſ. 73. nu. 3. vol. 1.

37 Quinetiam donatio non præſumitur † in homine cauto, ita
ait Alciat. in conſ. 31. nu. 8. lib. 8.

38 Primo limita concluſionem non procedere, † quando poſt
rem traditam interuenit longũ tempus, & cum iſta longinqui-
tate concurrerent aliqua indicia, vt conſanguinitatis, vel ami
citiæ, nam tunc eiuſdem rei traditæ præſumitur facta donatio,
vt l. Procula. ff. de probat. & docuit gl. in l. quæ dotis, in verb.
tenebitur. ff. ſolu. matrim. cui accedit Bal. in l 2. nu. 2. ff. de iure
dot. & late Tiraq. proſequitur in tract. de præſumpt. in verb.
per decem annos. § 1. glo. 4. verſ. octauo. & aſſeruit Bal. in l. 1.
nu. 3. verſ. extra quæro. C. qui teſtam. facer. poſſ. quem refert &
39 ſequitur Anch. conſ. 302. nu. 4. qui ait, vt † inter fratres, quan-
do diu vnam vitam degunt, propter diuturnitatem temporis,
& communis vſus viuendi, & ratione coniunctionis perſo-
narum, præſumatur inuicem facta donatio, de quo temporis
curſu conſulas pulchre differentem Bart. in d. l. quæ dotis. nu.
7. ff. ſolut. matrim.

Secundo fallit ratione coniunctionis, & conſanguinitatis
40 perſonarum: † nam inter eos præſumitur donatio, vt reſpon-
dit Alphenus in l. ſi ſeruus communis. ff de dona. inter vir. &
vxor. & voluit gloſſ. in d. l. quæ dotis. atque Bal. placuit in d. l.
2. & Bart. comprobauit in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ibi Paul.
Caſtrenſ. Felin. etiam id confirmauit in c. ſi cautio. nu. 5. de fi-
de inſtrumen. iterum auctoritate ſua id corroborauit Bald. in
l. 1. nu. 6. C. ad Velleian. & hoc præcipue locum habet, ſi con-
currat diuturnitas temporis, vt cõſtat ex his, quæ deduximus
ſupra in prima limitatione: hoc etiam ſenſit Ruin. in conſilio
162. nu. 11. & 13. vol. 3. & quod inter conſanguineos præſu-
matur donatio tradidit Abb. in c. nonne, poſt nu. 1. de præ-
ſumpt. atque Dec. in conſ. 267. nu. 2. in fin. & Roman. in conſ.
235. Quoad primum. col. 1.

Sublimita, & intellige hanc ſecundam limitationẽ non pro-
41 cedere, qñ ſola conſanguinitas concurrit, † nam tunc non
* præſumitur donatio, vt de * communi opinione atteſtatur Iaſ.
in l. quæ dotis, nu. 18. ff. ſolut. matrim. & Alciat. de præſumpt.
in reg. 1. præſumpt. 32. nu. 2. & tenet Socin. in cõſ. 73. nu. 19. lib.
1. quibus adhæret Iacob. Menoc. in conſ. 91. nu. 53. lib. 1. & in
tractat. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 88. n. 10. verſ. vere ego.
Nam debent aliæ coniecturæ concurrere, nempe primo con-
ſanguinitas, ſecundo rationes ſæpius ſubductæ, & temporis
diuturnitas, vt in l. Procula. ff. de probat. Ita. n. ab omnibus in-
telligitur ille text. vt refert Iaſ. in d. l. quæ dotis. d. nu. 18. & in
conſ. 193. lib. 2. ſic etiam ſenſere nonnulli tum conſulendo, tũ
decidendo, tum etiam profitendo, vt Socin. in conſ. 25. nu. 10.
lib. 4. Ruin. conſ. 162. nu 10. lib. 3. Afflict. deciſ. 13. nu. 12. Pur-
purat. in l. cum quid, nu. 128. ff. ſi cert. petat. Socin. in conſ. 128.
nu 108. lib. 1. & in conſ. 14. in fine, lib. 13. Alciat. reſpon. 304.
in fine. Neuiz. in conſ. 57. nu. 6. Grammat. deciſ. 10. num. 39. &
refert Ioan. Fich. in addition. ad regul. Bapt. à Villalob. in ver.
* donatio. vbi de * communi.

Et quod ſola conſanguinitas non ſit ſatis, videtur compro-
bare cõtext. in l. ex duobus fratrib. & in l. penult. ff. de negot.
42 geſt. & in l. ſi negotium. C. eo. vbi † ſi frater pro fratre aliquid
ſoluit, vt collectas, vel quidpiam id genus, non præſumitur, fe-
ciſſe animo donandi, ſed repetendi. Ita ex d. l. ſi negotium. vo
luit Alex. in l. ſi filius, in ſi C. eodem. dẽ nego. geſt. & reſpõdit
in conſi. 99. lib. 2. & placuit pluribus in locis Dec. in conſ. 21.
nu. 7. in fine, & in conſ. 442. nu. 30. & in conſ. 628. num. 7. & 8.
hoc idem confirmauit Ruin. in conſ. 161. nu. 11. lib. 3. & conſ.
100. nu. 4. & conſ. 145. nu. 9. vol. 4. & meminit Crauet. conſilio
86 nu. 2. & Ruin. in conſ. 171. vol. 1.

43 Intellige hanc ſublimitationem non procedere, † qñ alia
cauſa non appareret, ex qua tolleretur præſumptio donatio-
nis: tunc enim illa ſola conſanguinitas ſufficit ad inducendã
præſumptionem donationis, vt ita canit Alban. in conſ. 12. nu.
7. & 8. per l. Campanus. ff. de oper. libert.

44 Præterea non habere locum intelligas, † quando res modi-
ca donata eſt, etenim tunc intuitu conſanguinitatis præſumi-
tur donatio, ſecundum Ruin. in d. conſ. 171. nu. 13. vol. 1. & cõ
ſilio 100. num. 5. volum. 4. & voluit gloſ. in dicta l. cum quid.
vbi plene per Dd. & Alexan. ff. ſi certum petat. nam in modi-
45 cis † præſumitur potius donatio, vt ait Barbat. in conſil. 46.
columna ſeptima, verſiculo faciat etiam ſimile. volumine 4. ex
mente Bal. in l. ſi paterno. numero 3. verſiculo item & quanti-
tas. C. de negot. geſt. & magna præſumitur furioſa, iuxta ſen-
tentiam Boer. in quæſt. 23. nu. 64. & Socin iun in conſilio 95.
num. 20. vol. 2.

Tertio fallit principalis concluſio ratione remunerationis:
nam quando præceſſerunt benemerita, & ſubſequatur datio
46 alicuius rei, † præſumitur tunc donatum ob talia merita, per
l. ſi vero non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati. qp
& ſenſit gloſſ. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimon. cuius men-
tem comprobauit Bald. in c. ſi cautio. num. 4. verſic. porro. de
fide inſtrumen. & in l 2. nu. 2. C. de iure dot. ita permulti alij
tradidere, vt Bart. & Pau. Caſtrenſ. in l. cum quid. ff. ſi certum
petat. Felin. in d. c. ſi cautio, num. 5. Bald. Nouell. in l. 1. nu. 410.
ff. ſoluto matrimon. Pau. Caſtrẽſ. in l. traditionibus, C. de pac.
Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 57. de inſtit. & iure. Purpurat. in d. l. cũ
quid. nu. 129. Curtius iun conſ. 34. nu. 5. & conſ. 54 num. 1. &
47 3. Bellon. conſ. 60. num. 10. † nam merita præcedentia faciunt
non tantum ſimpliciter præſumi donationem, ſed etiam effi-
ciunt, vt actus geſtus alias dubius præſumatur donatio, vt cla
ret ex latiſſime deductis à Tiraquel in d. l. ſi vnquam. in verb.
donatione largitus. numero 50. verſic. trigeſimo licet. C. de
reuocand. donatio.

Primo amplia iſtam limitationem procedere, etiamſi dona
48 tum excederet ſummam benemeritorum: † nam tunc etiam
præſumitur donatio, etenim grato animo, re pecuniaria par
gratia nequit referri, vt dicit Purpurat. in d. l. cum quid, num.
130. ff. ſi certum petat. & latiſſime ad hoc ſe fundit ex ſuo in-
ſtituto Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in d. verb. donatione largitus,
nu. 80. cum pluribus ſequentib. & nos vberius diſſeruimus
ſupra in concluſione, Benemerita.

Quarto fallit, quando eſſet quæſtio ſuper feudo alicui con
49 ceſſo, † quia tunc potius præſumitur donatio, quam feudum
vt ſenſit Aug. conſ. 242. ſuper puncto in fine, & hoc præſertim
cum ſit conceſſio a principe, vt tradit Dec. in conſ. 32. poſt n.
3. verſ. & hoc etiam, quem refert, & ſequitur Alba. in conſ. 64.
nu. 64 ſic reſpondit Oldrad. in conſilio 159. nu. 5. quem refe-
* runt, & pro * communi doctrina ſequuntur Grat. in conſilio
9. nu. 28. vol. 1. Gozadin. conſ. 8. n. 16. Soc. iun. in conſ. 76. num.
42. vol. 1. & in conſ. 102. nu. 15. vol. 2. Roland. à Valle in conſ.
2. nu. 14. cum ſeq. vol. 1.

50 Quod ampliabis, † etſi in dicto inſtrumento extarẽt verba
quæ innuerent feudũ, quia nihilominus præſumeretur dona-
tio, quando extaret clauſula, Ex cauſa liberali donamus, &c.
concedimus, &c. vt conſuluit Alciat. in reſponſ. 374. nu. 3. & ex

Z z com-

Digitized by Google

• *cummuni refert Beto. in con ſil.65 num 38. & in cnnſil 67.
nu.1.& 44.vol.1.in conſ.152.nu.9 vul.2.quos etiam ſequitur
Burſat.in conſ.46.num.4.& 5.

Limitabis tamen, quando in inſtrunēto facta eſſet mentio
51 pretij, † licet extarent verba, concedimus, vel indulgemus,
nam tunc non præſumitur Princeps dunare, ſed vendere vel-
le, ira reſpundit Iaſ.ſibi contrarius in conſ.56.in cauſa, & lite.
poſt num.3.in fin. volum.1.

Quinto fallit, qñ aliquid tradidiſſem tibi, vt aliquid face-
52 res in tuo † quud alias non fuiſſes facturus, niſi tradidiſſem,
nam tunc de tali re tradira præſumitur donatio, ita aperte re-
ſponſum elt ab Vipia.in l.ſed ſi mors, §.fi.ff.de don.inter vir.
& vx.& probauit Paul.Caſtr.in l.cū quid.nu.11.ff.ſi cert.pet.
53 Quod amplia † etiam ſi res, vel quantitas tradita eſſet ma-
gna, & nihilominus pſumitur donatio, vt auctor eſt Pau.Caſt.
in d.l cum quid.nu.num.11.ff.ſi cert.petat.

Sexto fallit ratione amicitię, nam in amico maxime in par-
54 ua quāritate datū, † præſumitur donatio, vt vna mente tradi-
dere ambo poſt nu.11.Bar.& Paul.Caſtr.in d.l. cum quid.ff.ſi
certum pet.Bal.in l 2.poſt nu.5 verſ.ſed alibi. C.de iure dot.
Fel.in c.ſi cautio, nu.15.de fide inſtrumen Ruin in conſ.100.
55 nu.5.& 5.vol.4.nam ob cauſam amicitiæ † præſumitur, quod
quis actui conſentiat, & illum probet, cui alias non conſenti-
ret, vt teſtantur Bal.Sa.icet.& alij in l inuitus. C.de procurat.
atque Alexand.conſ.r.nu.17.lib.3.& Crauet.conſ.337.col.1.
ver imo, poſt num.1.

Vnde ex hac limitatione elicitur, vt q paterna amicitia iu-
uet filium amici, cui ſuſpecti tutores fraudē faciebant, nō re-
56 peret impēſas, † cum donare dicatur, vt in hac hypotheſi vi-
ſus eſt reſpondere Vlpia.in l.is qui amicitia, ff.de negot.geſt.
ex quo colligit Bar.in l.s.nu.4. C.eo.procuratorem adiuuan-
tem filium amici in iudicio, præſumi ob amicitiam, quā cum
eius patre gerebat, eum adiuuaſſe, ob idque impenſam, vel
præmium aliquod conſequi nolle.

57 Intelligas tamen prædicta vera eſſe, † ſi cum amicitia con-
curreret cauſa pietatis, ne ſcilicet opprimeretur, item modica
impenſa, vt notatur in d.l.is qui amicitia, & in l 1.C.de neg.
geſt.& obſeruanr Bal.in c.s.nu.2.C.de iur.dot.

Septimo fallit, inſpecta qualitate dantis, nā ſi dans erat di-
58 ues, & nobilis, & recipiens pauper, † præſumitur donatio te-
ſte gl.in l.vxori, §.fin.in gl.finali, ff.de leg 3.& docuit Bart.in
l.cum quid. num.11. ff.ſi certum petat.quibus accedit Fel.in
c.ſi cautio. nu.5.de fide inſtrumen.& tradidit Bald.in l 1.nu.
59 6. C.ad Velleian.vbi ait, ratione diuitiarū † præſumi libera-
litatem, & Purpurat.in d.l.cum quid, num.121.inquit diuitem
præſumi, facilius dunare, licet non ſit nobilis, idem tenuere
Marian.Soc.in conſ.55.num.20.volum.2.Romsn. ſingul.650.
incipi.nobilitas.Iaſ.in d.l.cum quid. in 1.lectura, nu.19.& in
l.contra iuris §.1.colum.1.nu.7. ff.de pact.Bald.in l.ſi pater-
no.nu 3.C.de negot.geſt Corn.conſ.81. primus conſultatio-
nis articulus.col.1.lib.1.Barb.in c.ſedes, col.s.de reſcript.Iaſ.
in cōſ.45.factū ſic ſe habet, sereniſſimus.col.3.lib.1.& ad hoc
videas late Tiraq.in tract.de nobilitate, artic.vltim.nu.47.&
50.hinc dicere ſolebat Roland.à Valle in cōſ.50.nu.32.vol.3.
60 † Regiam nobilitatē efficere, vt præſumatur donatio. Natura
enim nobilium eſt, ſi credimus Alex.III.Summo Pontif.in c.
1.de don.multo maiorem referre gratiam.

Hinc tātopere regia Crœſi liberalitas in Alcmæunē publi-
cis hiſtoricorum monumentis commendatur. Hic enim Alc-
mæon Megadis filius Athenienſis, eos Lydos, qui Sardib.à
Crœſo Delphos ad oraculū ierant, comiter accepit, cuius be-
neficentiam Cræſus, à Lydis, quos ad oraculum miſerat, cum
audiuiſſet, hominem accerſijt, & vbi aduenit eū donauit tan-
61 to auro, quāto ſemel corpore ſuo ferre poſſet.† Alcmæon igi-
tur prægrandem tunicam amictus, ingenti in ea ſinu relicto,
cothurniſque laxiſſimis calceatus, ad theſaurum perrexit, ad
quem ducebatur. Ibi in aceruum ramentorum procumbens,
primum cothurnos quibus erat indutus, auro referſit: deinde
omnem ſinum ſuum, atq; crines ramētis ſubigens, & parte in
os deſumpta, è theſauro proceſſit, ęgre trahēs cothurnos, cui-
uis alteri rei, quam homini ſimilis: cuius os, cū turgidum eſ-
ſet, & omnia onuſta, iu ctuens Crœſus, in cachinnuque erū-
pens, ea omnia illi donauit: nec minora his alia bona dedit,
ita domus Alcmęonidū, vehementer locupletata eſt: ſic ſcri-
ptis conſeruauit Herodot.lib.6.

Attamen de iſta limitatione ſic indiſtincte poſita dubitat
Menoch.in tract.de arbit.iudic. caſu 88.nu.49.cum ſeq. nam
ſecundum eum aliquo iure id nō videtur probari, & ideo ar-
62 bitratur eſſe intelligenda cum aliquo temperamento, † nem-
per quando actus geſtus à nibili conueniat donationi, aliuqui
ſi non conueniret, putat, nō eſſe præſumendam donationem,
per Iaſ.in conſ.45.nu.3.in fine, lib.1.& ſic iſta intelligēda erit
pro prima ſublimitatione huius ſeptimæ fallentiæ.

63 Secundo ſublimita, & intellige procede, ſi illud datū † eſ-
ſet quid minimum, vel paruum, ſecus ſi de re graui, & magna
ageretur, vt ſenſit Bart.in d.l.vxori. §.ſi num.5.de legar.3.&
pulchre reſpondit Soc.iun.in conſ.79.nu.99.lib.8. & probat
tex.in c.etſi quæſtione, vbi gl.de ſimon.& Menoch.in conſ.1.
64 n.215.at quæ ſit res grauis, † & magna, vel parua, arbitrio iu-
dicis relinquitur, qui ſecundum qualitatē perſonarum, & rei,
quid iuri conſentaneum ſit, iudicabit, vt per eūdem Menoch.
in d.tract.de arbitr.iud.caſu 88.num.50.& 51.

Octauo limita, vt nō vera ſit, quādo aliquid tibi tradidiſ-
ſem ex aliqua cauſa de præterito falſa, quam ſcierim eſſe fal-
65 ſam: nam † tunc præſumitur donatio, per l.cuius per errorē.
Quod præcipue,ſi libeat,accipias velim,ſi cũ ſpeciali mentione meritorũ interuenerit etiam iuramentum; illis.n.duobus concurrentibus proculdubio tenendum eſt, benemerita eſſe plene probata,ita decidit Bal.in l.ſi donatione,col.1.verſic.ſed quid ſi pater.C.de coll.& in c.edocerì,col.2.nu.7.verſ. ſi inſtrumentum,de reſcr.cui optime fauet,quod dixit idẽ Iaſ. in d.conſ.227.col.9.circa prin.vol.2.& ſuffragatur Alex.conſ. 8.viſis,& conſideratis,nu.5.verſ.fortificantur prædicta,vol.2. & in conſ.18.conſideratis,nu.5.verſ.quanto magis. volum.3. cum multis alijs relatis à Tiraq. vbi ſupra,nu.88.

6 Verum † quod nec ſufficiat ſpecialis mentio meritorum in prohibitis,aperte ſenſit Bal. vt alias ſæpe,nunc etiam ſibimet repugnans in l.ſi tibi.col.2.verſic.quæritur, vtrum in caſu.ff.ſi cert.petat.vbi huius opinionis aſſertorem laudat Guliel.& in hanc ſententiam fuit deciſum in Camera Conſilij *Delphin.* vt teſtatur Gui Pap.in quæſt.95.dubitabatur, & idem voluit in ſingu.ſuo 596.nota quod Guil.verſ.& ſi dicatur,hoc quoque ſcripſit Ioã.Faber.in § Item ſi quis in fraudem col.4.verſ.ſed quid erit,iuncto §.de pecunia aũt,verſ.ſed ad hoc.Inſt.de act. id ẽt placuit Soc.ſen.in conſ.66.fruſtra,col 3.nu.13.verſ. quilibet.n.aſſertio,li.1.vbi aſſerit priorem Bal.ſententiam in d.l.
* illud.C.de ſacroſ.eccl.* cõiter eſſe improbatam, & hanc po-
* ſteriorem eſſe * cõi conſenſu receptam,reſtatur Ruin.in conſ. 44.primo quæritur,poſt num.9.lib.5. pro cuius confirmatione adducit Bal.Salic.& Alex.in d.l.ſi donatione.C.de coll.& alios refert concordes idem Tiraq. vbi ſupra,num 89.

Hæ forſan diſſidentes inter ſe opiniones conciliari poſſunt, ſi dicemus cũ Bal.in l.1.col.1.nu.4.verſ. item nota quod confeſſio.C.de ſal.cau.adiec.leg.priorem ſententiam non procedere in prohibitis,ſiue incapacibus, ad quos ordinatur naturalis affectus, vt in ſpurijs,ſed recte habere locum in alijs prohibitis,vt in bannitis,& ſimilibus.

Poſterior vero ſententia locũ ſibi vendicabit in prohibitis, ſiue incapacibus, in quos naturali ſtudio ducimur, non vero in alijs prohibitis, vt in bannitis. Hanc tñ Bal.ſententiam Tiraq.non complectitur,vbi ſup.num.90.eo quod ad illud probandum nihil adducat: tu tamen,lector in hac re videris,cum plurimum apud me valeat Bal.auctoritas.

7 Sed & quod † in iiſdem prohibitis non ſit ſtandũ aſſertioni donatoris etiam iuratæ,quinimo eſſe probanda merita,tradidit Cyn.in l.circa ſin.C.de ſacroſ.eccl. cui rei accedit Bart. in l.cum quis decedens.l.Titia.nu.2.ff.de leg.3 quẽ ſequit Bal. in conſ.398.qñ talis vertitur,poſt nu.4.li.1.& idẽ voluit conſ. 14.Antonius fecit teſtamentũ, poſt nu.1.verſ.in contrariũ arguitur.li.2.ſic quoq; ſenſit Pau.Caſt.in cõſ.193.ſuper illo puncto col.3.poſt nu.3.& in cõſ.384.circa primũ,col.3.nu.7 verſ. nos aũt ſumus,eod.li.3.qbus accedit Aret.in cõſ.74.diligẽter, & mature,col 3.nu.7.verſ.primũ eſt hoc aſſeuerauit Gui.Pap. & multis rationis corroborat in ſing 377.ſi donans confiteat, nu.5.verſ.in contrarium,vbi nuncupatim id probantes affert contex.in l.ſi forte.ff.de Caſtr.pecul. & contex.in l qui teſtamentũ.ff.de probat.quos ad hoc inducit,vt ibi,in hanc ẽt deſcendit ſententiam Dec. in conſ.202. vt præſens conſultatio, col.3 poſt nu.3.verſ.nec obſtat,quod no.Bar.& Fel.in c ſi cautio.poſt nu.75.verſ.ſed eſt aduertẽdum,de fid.inſtr.cũ multis alijs adductis ab eodẽ Tiraq.vbi ſupra, nu.91. qui & huic adhæret ſententię,quam veriſſimam dicit: nam,vt ipſe dicit,eſſet liberum cuique legem fraudare iuramento interpoſito, contra l.ſi quis inquilinos.§.vlt.ff.de legat.1.

CON-

CONCLVSIO DLXII.

ARGVMENTVM.

Donatio facta mentione mortis, an in dubio præſumatur cauſa mortis.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta mentione mortis in dubio præſumitur cauſa mortis.*
2 *Donatio facta mentione mortis, cauſa mortis præſumitur, etiam ſi extaret promiſſio de non contraueniendo.*
3 *Donatio cauſa mortis facta per matrem filio, non obſtante clauſula, promiſit, & iurauit tenere, &c. eſt donatio cauſa mortis.*
4 *Donatio cauſa mortis æquiparatur vltimæ voluntati, & legatis.*
5 *Donatio cum alicui facienda eſt cauſa mortis, ad hoc vt non poſſit reuocari, quæ cautio adhibenda ſit.*
6 *Donatio per promiſſionem de non reuocando aſſumit naturam donationis inter viuos.*
7 *Donatio facta mentione mortis, non præſumitur inter viuos, ſed cauſa mortis, quando donator omnia ſua bona quæ in præſentia habet, & in futurum eſt habiturus, donauerit, & hoc etiam ſi promiſerit ſe ipſum non reuocaturum.*
8 *Donatio vt valeat, quando donator reſeruauit ſibi vſumfructum in vita ſua, debet præſumi quod ſit inter viuos.*
9 *Donatio ſi facta eſt pijs locis pro anima, præſumitur cauſa mortis, cum donator de morte cogitauerit.*
10 *Donatio facta tempore peſtis præſumitur cauſa mortis, licet nulla ſit facta mentio mortis.*
11 *Donatio quando alias non poteſt valere tanquam facta inter viuos, præſumitur cauſa mortis, licet non ſit facta mortis mentio.*
12 *Donatio cauſa mortis inter coniuges ſuſtinetur.*
13 *Donatio facta ab ægroto, etiam ſi non ſit facta mentio mortis, præſumitur cauſa mortis.*
14 *Donatio ſimpliciter facta ab ægroto cenſetur inter viuos.*
15 *Donatio facta in ægrotatione ex conualeſcentia ſola cenſetur reuocata.*
16 *Donatio, quod ſit cauſa mortis, non præſumitur in dubio, & ideo qui eam allegat debet probare.*
17 *Quicunque donat, cenſetur velle dominium in donatarium transferre, & conſequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare.*
18 *Donatio, quando fuit facta mentio de ægrotatione, præſumitur cauſa mortis, ſed quando nihil dictum fuit de morbo, videtur inter viuos.*
19 *Donatio ſi facta ſit in forma contractus, non præſumitur cauſa mortis, ſed ſi facta ſit in inſtrumento, vel codicillis, tunc præſumitur.*
20 *Donatio, quando donans dixit, relinquo tibi fundum meum propter illud verbum, relinquo, præſumitur cauſa mortis, licet non ſit facta mentio de morte.*
21 *Donatio præſumitur cauſa mortis, etiam quod ſit facta ſimpliciter ſi eodem die, & loco continuo fecerit donator teſtamentum, in quo mentionem fecit de dicta donatione.*
22 *Donatio potius præſumitur inter viuos, quàm cauſa mortis, quando merita donatarij præceſſerunt donationem.*
23 *Donatio quando eſt dictum, quod ſit inter viuos, præſumitur, & cenſetur inter viuos, etiam ſi in ea ſit facta mentio mortis.*
24 *Donatio potius præſumitur inter viuos, quando facta eſt coniunctæ perſonæ, etiam ſub commemoratione mortis.*
Contrarium, num. 25.
26 *Donatio cauſa mortis dicitur impropriè donatio.*
Quilibet præſumitur cauſam ſuam præferre alienæ, ibidem.
27 *Donatio præſumitur inter viuos, & irreuocabilis, quando cum donante concurrit alius diſponens, tunc non ſit non reuocari.*
Contrarium, num. 28.
29 *Donatio præſumitur inter viuos, etiam ſi facta ſit mentio mortis, quando de tali donatione fuit factus duplex actus, vnus per donantem, & alter per notarium.*
30 *Donatio præſumitur inter viuos, quando alia cauſa irreuocabilis, & obligatoria præceſſerit donationem.*
31 *Donatio non dicitur facta cauſa mortis, quando eſt facta mentio mortis in genere.*
32 *Donatio præſumitur inter viuos, quando in ipſa eſt facta mentio mortis per modum dilationis.*
33 *In donatione quando intelligatur facta mentio mortis cauſa dilationis.*
34 *Donatio præſumitur cauſa mortis, quando facta fuit mentio mortis in donatione per modum cauſæ finalis.*
35 *Donatio præſumitur inter viuos, & irreuocabilis, quando cum clauſula de non reuocando extaret iuramentum.*
36 *Donatio non efficitur irreuocabilis propter iuramentum, ſed propter factum de non reuocando.*
37 *Donatio præſumitur inter viuos, licet eſſet facta mentio mortis, quando in donatione cauſa mortis non interuenerunt quinque teſtes.*
38 *In donatione facta tempore peſtis non requiruntur quinque teſtes, ſed ſufficiunt tres.*
39 *Diſpoſitio iuris ciuilis deſiderat quinque teſtes in donatione cauſa mortis.*
40 *Ex diſpoſitione iuris canonici in qualibet vltima voluntate ſufficiunt duo teſtes, vnà cum Sacerdote.*
41 *Donatio inter viuos cenſetur, ſi in ipſa facta eſt mentio de hæredibus.*
42 *Donatio vt dicatur facta cauſa mortis, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet mentio mortis in donatione, & quod ſit collata in tempus mortis.*
43 *Donatio præſumitur inter viuos etiam facta mentione mortis, quando in ipſa extat clauſula purè, & ſimpliciter.*

1 DOnatio facta mentione mortis † in dubio præſumitur cauſa mortis, teſte Glo. in l. quæ dotis. in verb. tenebitur, & ibi Doctor. ff. ſoluto matrim. quod etiam liquido conſtat ex l. Seia, in fin. iuncta glo. de do. prælег. & ex l. Seia, ff. de donar. cau. mort. atque l. apud Celſum, §. Iulia, ff. de doli except. & vnanimes prodidere Bar. Bal. Lancellot. Dec. & cæteri recentiores in d. l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo. & denuo comprobauere Ioan. Faber, Bart. Bal. & Salic. in l. 2. C. de iure dor. & in l. donationibus. C. ad l. Falcid. hoc idem confirmauit Bart. in l. vlt. col. 3. verſic tertio quæro, num. 11. C. de pact. Rom. ad idem reſpondit in conſ. 224. pro declaratione, n. 1. idem quoque placuit Alex. in conſ. 14. in princ. lib. 1. & in conſ. 81. Viſo, nu. 2. lib. 1. hoc voluit Corn. conſ. 68 ardua quidem, nu. 2. lib. 3. & in conſil. 224. licet in hac conſultatione, numero 3. & in conſ. 224. quod dictus, nu. 6. & in conſ. 159. dicta diſpoſitio, nu. 9. lib. 4. ſic decidit Nic. Boer. in deciſ. 354. mulier con-
* traxit, nu. 1. & * omnes id ſenſere nemine excepto, in l. nó om-
* nis, in princ. ff. ſi cer. pet. & cuncti communi * conſenſu nemine diſſentiente id proditum reliquere in d. l. apud Celſum. §.
* Iulianus. & de communi * etiam atteſtatur Dec in d. l. fi. n. 20.
* C. de pactis, & illam etiam dicit communem * Pariſ. in conſil. 6. nu. 4. lib. 2.

2 Primo amplia, vt procedat, † etiam ſi extaret promiſſio de non contraueniendo: quia nihilominus tunc facta mentione mortis, præſumitur cauſa mortis, auctore Alex. in additio. ad Bart. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort. & teſtatur Gloſ. in l. ſi alienam. §. 1. de donatio. cauſ. mort. & ibi hoc tenet Rain. de Forli. & Angel. in conſ. 254. incip. Domina An-
3 tonia, quem refert Alexan. vbi ſupra, qui dicit † donationem omnium bonorum factam per matrem filio, vt poſt mortem ſuam vires aſſumeret, non obſtante clauſula, promiſit, & iurauit tenere, &c. in fine inſtrumenti donationis poſita, eſſe donationem cauſa mortis, & ad hoc facit, quod donatio cauſa
4 mortis æquiparatur vltimæ voluntati, † & legatis, vt Inſtit. de donat. in princ. & ibi Angel. Aret. & l. Marcellus. §. Paulus. ff. eod. tit. ſed in his licet dicta verba apponantur, intelliguntur tamen, niſi pœnituerit. l. ſi quis in princ. ff. de legat. 3. cum ſimilibus, & ſic poteſt reuocari, ergo itidem in donatione, de qua ſupra, & idem tenet Alexan. in l. quæ dotis, col. 4. nu. 11. verſic. ſed iuxta hoc cadit dubitatio. ff. ſoluto matrimon. hoc idem ſenſit Corn. in conſ. 126. incipien. licet in hac conſultatio. videatur prima fron. dicend. per tot. vol. 1. Dec. in conſil. 505. & late Hieronym. Gabriel. in conſ. 61. per totum.

In contrariam deſcendit ſententiam Ferrarius in ſua cau-
5 re. 30. verſ. tu autem, vbi inquit, quod † cum alicui facienda eſt aliqua donatio cauſa mortis, ad hoc, vt non poſſit reuocari, cautio eſt, quod curet, vt notarius in inſtrumento apponat illam clauſulam, promittens dictus donator omnia, & ſingula attendere, obſeruare, & in aliquo non contrauenire. nam per illa verba efficitur irreuocabilis, & per talem promiſſio-
6 nē de non reuocando † aſſumit naturam donationis inter viuos, per d. l. ſi alienam, in fin. & l. vbi ita donatur, & ibi Bart. ff. de donatio. cauſa mort. glo. in l. ſed interim, in princ. in glo. magna. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Bart. etiam in l. 2. C. de iur. dor. idem ſenſit Bal. in conſil. 113. quædam Domina Brolia, in princ. vol. 1. cui adhæſit Aret. in conſ. 41. incip. diligenter, & mature penſata conſultatione, in 2. col. verſic. quinimmo etiam. Idem tenuit etiam Paul. Caſtrenſ. in conſil. 98. alias 61. notandum eſt primo. nu. 1. & in conſil. 82. in iſta donatione fuit actum, in princ. & in conſ. 101. ſiue in conſ. 75. notandum eſt, quod præfatum ſtatutum, in 2. col. verſi. quantum vero ad ſecundum, nu. 7. vol 2. idem voluit Angel. ſibimet contrarius, in conſil 199. Viſis prædictis inſtrumentis, colum. 6. verſic. ex hoc ſequitur deciſio & idem dixit Alexand. ſibimet contrarius in conſilio 14. circa primum dubium, quo quæritur, colum. 1. verſic. prædicta etiam, Marian. poſt num. 1. volum. 1. quam opinionem etiam ſentit expreſſe Bart. in l. fin. in 3. colum. verſic. & primo examinemus, num. 11. C. de pact. & clare Soc. in conſil. 222. viſa contingentia facti, poſt num. 3. quoniam ad hoc, volum. 2. & idem Iaſon in l. non omnis. 1. colum. verſic. ſed hic infertur quotidianum, poſt num. 1. ff. ſi cert. pet. & multos alios adducit Boer. deciſ. 353. num. 11.
* & de * communi opinione atteſtatur Didac. Couarru. in rubric. de teſtamen. in 2. parte, poſt num. 11. & Natta in conſil.
* 104. num. 6. inquit in hoc * neminem reperiiſſe, qui contra aſſereret, quod tamen contrarium videtur, vt ex adductis pro priori opinione tenet Dyn. in conſ. 44. in princip in 3. dubio, videas plene Petr. Duen. in ſua regul. 211. per totum, in verb. Donatio. & tenet Caſſan. in conſuetud. Burgund. in rubric. 8. Des ſucceſſions, in §. 5. nu. 7. verſic. aduerte tamen.

Nos in præſentia poſteriori ſententiæ adhærebimus, quippe

Digitized by Google

pe quæ à pleraque ſcribentium parre comprobetur. Vnde
7 hanc limitamus, vt non procedat, † quando donator omnia
ſua bona, quæ in præſentia haber, & in futurum eſt habiturus
vſque ad tempus mortis ſuæ donauerit: nam hoc caſu etiamſi
promiſerit ſeipſum non reuocaturum, & facta mentione mor
tis, non præſumitur inter viuos, ſed cauſa mortis: quia dona-
tio præſentium, & futurorum non valet inter viuos, quoniam
liberam teſtamenti factionem aufert, vt notant Bart. & alij in
l. finali. C. de pactis, & late Iul. Clar. in §. donat. quæſt. 19. cum
ſequent. & ideo iudicanda eſt donatio cauſa mortis, vt actus
valeat potius, quam pereat, argument. l. quoties, cum concor-
dan. ff. de rebus dubijs. nam cum reuocari poſſit, non aufert
teſtamenti factionem. l. qui mortis. ff. de donatio cauſa mor-
tis, vt aſſeruit Paul. Caſtrenſ. in d. conſi. 75. ſiue 101. incipien.
notandum eſt, quod præfatum ſtatutum. volum. 2. & Angel. in
conſil. 179.

8 Sublimita prędictam limitationem non procedere, † quan-
do donator reſeruauit ſibi vſumfructum in vita ſua, nam tunc
cum valeat donatio debet præſumi, quod ſit inter viuos, vt
* de * communi atteſtatur Couarruu. lib. 3. reſolutio. cap. 12. nu.
4. reprobans opinionem Paul. Caſtrenſ. in l. fin. num. 10. C. de
pactis, contrarium tenentis, prout etiam facit in d. conſil. 75.
volum. 2. & refert Clar. in d. § donatio. quæſt. 19. verſ ſed po-
ne, ad quod adeas Caſſan. in Conſetud. Burg. rubric. 7. de ſuc-
ceſſ. §. 5. num. 6.

9 Secundo loco primario amplia locum habere, † etiamſi
non ſit facta mentio expreſſa de morte, ſed donatio ſit facta
pijs locis pro anima, nam tunc cũ talis cogitet de morte, præ-
ſumitur cauſa mortis, ita Roman. cauit in conſ. 222. incip. pro
declaratione, num. 1. & dilucide tradidit Alexan. in conſi. 81.
num. 1. in princ. vol. 2.

10 Tertio amplia † etiam in donatione facta tempore peſtis,
tali namque caſu, licet nulla ſit facta mentio mortis, pręſumi-
tur nihilominus cauſa mortis: ita placuit Rip. in tract. de pe-
ſte, in rub. de priuil. contract. nu. 171. & 172. & præcipue, ſi
mentionem fecerit de peſte, vt dixit idem ibidem, nu. 176.

Quarto amplia etiam, quando alias donatio non poſſet
11 valere, † tanquam donatio inter viuus: tunc etiam licet non
ſit facta mentio mortis, præſumitur cauſa mortis, vt actus
valeat, l. quoties. ff. de rebus dubijs. veluti ſi maritus in pe-
riculo mortis conſtitutus donaret vxori, vel è contra: etenim
inter coniuges non valet donatio inter viuos. l. 1. ff. de dona-
12 tione inter virum & vxorem præſumendum eſt, † quod vo-
luerit donare cauſa mortis, quæ donatio inter coniuges ſuſti-
netur. l. ſi mortis. ff. de donat. cau. mort. vt tradidit Rip. cum
multis adductis ab eo in ſuo tract. de peſte. tit. de priuil. con-
tract. nu. 179. & obſeruauit Alex. in l. quæ dotis. nu. 13. ff. ſolu-
to matrimonio.

13 Quinto amplia in donatione facta ab ægroto, † quia tunc
etiam ſi non ſit facta mentio mortis, præſumatur cauſa mor-
tis, ita docuit Ant. de Butr. in c. 2. de conſuetud. vt etiam vo-
luit Ioan. Andr. in cap. de his. de ſepult. per illum tex. & tenet
Alex. in conſ. 81. prope finem, vol. 1.

Contra hoc aperte reſpondit ſubtiliſſimus Papinianus in
l. Seia, §. fin. de donat. cau. mort. vbi habetur donationem ſim
14 pliciter factam ab ægroto † cenſeri inter viuos, & ibi tradũt
Bart. & Paul. de Caſt. vt etiam refert Alber. in conſ. 65. num. 3.
15 vbi contra Dec. tenet ex conualeſcentia ſola † cenſeri reuo-
* catam donationem, & tradidere * communiter Dd. in l. quæ
dotis. ff. ſoluto matrimo. & ibi Alex. nuncupatiui refellit opi-
nionem Anto. in d. c. 2. & ſequitur Soc. in conſ. 130. viſa con-
tingentia facti. nu. 7. lib. 1. quod eſt repetitum in cõſ. 235. lib.
* 2. quod vero Anton. in d. cap. 2. * communiter reprobetur ait
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, nu. 21 de teſta. & de
* * communi opinione etiam atteſtatur Rip. in lib. 3. reſpon. c.
16 9. nu. ... & in eod. lib. c. 2. nu. 7. † hæc enim qualitas, quod ſit
cauſa mortis non præſumitur in dubio, & ideo, qui eam al-
legat, debet probare, alias ſtandum eſt in regula, quod qui-
cunq; donat, cenſetur velle dominium in donatarium tranſ-
17 ferre, & conſequenter inter viuos, † & irreuocabiliter, vt ait
Iul. Clar. in d. § dona. q. 4. verſic. ſed quæro.

Attamen hanc ſcribentium litem ita ſedare poteris fędere
diſtinctionis, ſecundum Rip. in d. tract. de peſte. tit. de priuil.
contract. nu. 176. nam aut donans facit mentionem de ægro-
18 tatione, & tunc † præſumitur cauſa mortis, per text. in l. 3.
ff. eod. quia iſto caſu implicite videtur facta mentio mortis:
aut nihil dictũ fuit de morbo, & tunc videtur inter viuos, per
text. in d. l. Seia. §. fi. ibi, abſolute donare, ſed videas ad hoc
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubric. 7. §. 5. nu. 12.

Vel huiuſmodi donatio fuit facta in forma contractus,
19 † & tunc nõ præſumitur cauſa mortis, aut fuit facta in teſta-
mento, vel codicillis, tunc & præſumitur cauſa mortis ſecun-
dum Clar. in d. § dona. q. 4. verſ. & hæc quidam. in fi.

Sexto amplia, quando donans dixiſſet, relinquo tibi fundũ
20 meum, quia tunc licet non ſit facta mentio de morte, † tamen
propter illud verbum, relinquo, præſumitur cauſa mortis,
ſecundum Dyn. in l. 1. C. de renocan. donat. quam ſequi-
tur Gui. Pap. in ſingul. 457. incip. ſi quis dicat, & refert etiam
Rip. in d. tract. de peſte, in priuileg. contract. numero 177.
cum ſequen.

Septimo amplia, vt præſumatur donatio cauſa mortis,
21 etiam ſi facta ſit ſimpliciter, † ſed eodem die, & loco conti-
nuo fecerit donator teſtamentum, in quo fecit mentionem
de dicta donatione, ita tradidit Caſſan in conſuetud. Bur-
gun. rub. 7. des ſucceſſ. §. 5. in text. num. 10. per no. à Cur. ſen.
in conſ. 44. incip. ſuper duob. publicis. col. 3.

Primo limita primariam concluſionem non habere lo-
cum, quando merita donatarij præceſſiſſent donationem:
22 † tunc enim potius præſumitur donatio inter viuos, quam
cauſa mortis, vt illa ſit efficacior, vt pulchre ſcriptum reli-
quit Tiraquell. in l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona. in verb.
donatione largitus. numero 53. per doctrinam Bald. in l. ſi
mortis. ante med. C. ad l. Falcid. & per not. in d. l. quæ do-
tis. ff. ſoluto matrimo.

Secundo limita, quando eſſet dictum in donatione, quod
23 ſi inter viuos, † eo nempe caſu etiã ſi in ea ſit facta mentio
mortis, præſumitur tamen, & cenſetur inter viuos, per text. in
l. vbi ita donatur, & in l. ſenatus, §. mortis cauſa, ff. de donat.
cauſ. mort. & docuit Cyn. in l. 2. C. de iure dot. & tenet Iaſ. in
conſ. 269. nu. 10. volum. 4.

Tertio velim limites, quando donatio fuit facta coniunctæ
24 perſonæ: † nam tunc etiamſi ſub commemoratione mortis
facta ſit, tamen tunc præſumitur potius inter viuos, ita Ra-
phel. Cuman. & Rom. prodidere in d. l. quæ dotis. ille poſt nu.
7. verſ. oppon. poſito. hic poſt num. 7. verſic. aut non eſt facta
mentio. ff. ſolut. matrim. per text. in l. x. & in l. cum patrem. C.
de iur. dot. & in l. cum maritus. §. fi. ff. de pact. dotalib.

Diſcrepauit ab hac ſententia Alexan. in d. l. quæ dotis, nu.
7. quia ſi ita intelligeretur d. l. cum maritus. § fin. ſequeretur,
25 quod ibi concurrerẽt † duæ ſpecialitates, quod non permit-
titur, l. 1. C. de dot. promiſſ. nam vna ſpecialitas eſt, quod quis
præſumatur donare, cõtra l. cum de indebito. ff. de probatio.
vt & diximus ſupra, alia ſpecialitas eſſet, quod in caſu, quo
fieret mentio mortis intelligeretur de donatione inter viuos
contra d. l. Seia. confirmatur alia ratione, nam vbicunque fit
mentio mortis, vt hic, tunc proprie donatio non oritur. l. 1. &
26 l. mortis. ff. de donatio. † donatio enim cauſa mortis dicitur
improprie donatio, vt ibidem, quæ ratio indiſtincte procedit
etiam inter coniunctos, quia quilibet præſumitur cauſam ſuã
præferre alienæ. Donator enim dum viuit, videtur voluiſſe
potius ſibi, quam coniuncto prouidere, ita Alexand. vbi ſu-
pra in d. l. quæ dotis.

Quarto limita, niſi quando donans faciendo mentionem
mortis ſit ipſe ſolus, qui in huiuſmodi re donata diſponat, ſe-
cus ſi cum eo concurrat alius diſponens, cuius interſit nõ re-
27 uocari, quia † tunc præſumitur donatio inter viuos, & irre-
uocabilis, ita prodidit Bald. in l. pro hæreditarijs. in fin. C.
de hæreditar. action. vbi ait hoc eſſe ſubtile, & obſeruatione
dignum, & affert exemplum de muliere, quæ viro dotem de-
derit, & inter eos actum ſit, vt poſt mortẽ mulieris in matri-
monium decedentis cum liberis, dos à marito teneatur pro
liberis: nam cum eo caſu cum muliere diſponente poſt mor-
tem ſuam concurrat vir, cuius intereſt fauore filiorum di-
ctam diſpoſitionem nõ reuocari. Ideo valeat irreuocabiliter
tãquam donatio inter viuos, l. 1. ff. de dot. præleg. in princ. &
hanc opinionem Bald. approbat, & ſequitur Paul. Caſtren. in
l. cum dotem. in princ. ff. ſoluto matrimo. & Alexan. in addit.
ad Bal. in d. l. pro hęre. in fin. in verb. ſecus. ait ipſum eſſe ſoli-
tum ſequi hoc dictum Baldi.

28 Contrarium tamen † ipſemet ſibi contrarius Alex. videtur

tur

tur ſentire in d.l.quæ dotis.nu.8.ff ſol. matr. vbi ait hoc dictũ
ſibi videri repugnari contextui in d.l.Seia. ff. de dut. præleg.
vbi concurrebat perſona, cuius intererat actum illum eſſe ir-
reuocabilem, & tamen tex.ibi, & clarius gloſſ. dicit intelligi
cauſa mortis,& ad d.l.t.ff de do. prælegat. reſpondet ibi ex-
preſſe voluiſſe donare irreuocabiliter.

Quinto limita, quando de tali donatione fuiſſet factus du-
29 plex actus,† vt vnus per donantem,& alter per notariũ, qui
ſtipulatus fuit nomine donatarij,etenim tunc etiã facta men-
tione mortis præſumitur inter viuos,vt Aret.reſpondit in con
ſil.74.col.s.verſ.ſecundo moueor. Idem tenet Bart.in d.l.quæ
dotis.nu.3.ff.ſolut.matr.& refert Boer.dec.353.ſub nu.11.ver
ſic.& ſecundum eum.

30 Sexto limita, † quando alia cauſa irreuocabilis, & obliga-
toria præceſſerit donationi, tunc enim præſumitur inter vi-
uos,vt voluit Alex.in d.l.quæ dotis.nu.6.ff.ſolut.matrim.ante
eum docuit Bart.in l.nam etſi cum moriar. in fin.princip.ff.de
cond.indeb cum ibi adductis.

31 Septimo limita, † quando eſſet facta mentio mortis in ge-
nere,non autem in ſpecie,vt ſi donatum fuiſſet ſub his verbis,
videlicet,quocunque modo ſolueretur matrimonium, nã ſub
iſtis verbis generalibus comprehenditur caſus mortis, & ta-
men non dicitur cauſa mortis,ſed inter viuos,vt aſſeruit Ale-
xan.in d.l.quæ dotis,nu.10.ff.ſolut.matrim.

Octauo limita,qñ in donatione eſſet facta mẽtio mortis per
32 modum dilationis: † nam tunc præſumitur inter viuos,ſecun
dum Bar.in l.a.ff.de iure dot.& iuxta ſententiam Dyn.in d.l.
Seia.§ fi & voluit Bal.in addit.ad Spec.in tit.de inſtr.edition.
col.vlt.verſ.ſi quis donauit, & conſuluit Alex.in conſ.14.col.
33 s.in d.l.2.C.de iure dot.& tunc poteſt intelligi † cauſa dila-
tionis factam eſſe mentionem mortis,qñ in verbis innuenti-
bus executionem donationis,facta eſt mentio mortis, & non
in verbis ſignificantibus ſubſtantiam donationis,vt etiam re-
fert Boer.dec.353.nu.12.& Caſſan.in conſuetud.Burgun.rub.
7.tit.de ſucceſſionis.§.5.in text.ne ordonance.ſub nu.5.verſi.
dixi,quod hæc,ſecus autem eſſet,qñ facta fuiſſet mentio mor-
tis in donatione per modum cauſæ finalis,quaſi mors inducat
34 ad donandum: † nam tunc præſumitur donatio cauſa mor-
tis,ſic in hac hypotheſi reſpondit Paulus in l.Seia. ſub duplici
titulo poſita,id eſt,& ff.de don.cauſ.mor.& ff.de dote præleg.
ita reſpondendo ſenſit Roman.in conſ.513. in caſu propoſitæ
conſultationis.nu.1.& in l.quæ dotis,poſt nu.8.verſ.aliquan-
do fit donatio ff.ſolut.matrim.

Nono limita, quando cum illa clauſula, de non reuocando
35 extaret iuramentum: † nam illo caſu præſumitur inter viuos,
& irreuocabilis,vt cautum eſt à Pau.Caſtr.in conſ.101. ſiue in
conſ.75.vol.s.& reſpondit Aret.in conſ.74.col.s. verſ. prima
ratio fundatur iuramento.& probauit Soci.in conſ.53.incip.
in præſenti conſultatione ex themate præmiſſo.col.a.verſi. &
prædicts ſufficerent, poſt nu.2.vol.1.Boer.in d.deciſ.353.nu.
11.& late proſequitur Ferrar.in caut.30.ver.quæ opinio pro-
cul dubio.

Hic vero velim obſerues, donationem non effici irreuoca-
36 bilem propter iuramentum,† ſed propter pactum de non re-
uocando, & Dd. non tribuunt hunc effectum iuramento, ſed
pacto,ita Dec.in l.fi.num.s1.C. de pact. & ſequitur Menoch.
in conſ.84.nu.65.at contra videtur ſentire Aret.in dict.conſi.
74.ſub num.tertio,& quinto,verſ.ſed dubium eſt propter iu-
ramentum.

Decimo limita, quando in huiuſmodi donatione cauſa
mortis, non interueniſſent quinque teſtes, ſed abinde infra,
37 † quia tunc licet eſſet facta mentio mortis,præſumitur tamen
inter viuos,vt actus valeat,ita loquutus eſt Alexan.in d.l.quæ
dotis.num.13.teſtem laudat Cyn.in l.licet.C. de pact. iunctis
notatis per eundem in l.hac conſultiſſima.§.per nuncupatio-
nem.C.de teſtam.Socin. etiam iunior tradidit in conſ.21.nu.
13.vol.s.

38 Sublimita,† quando huiuſmodi donatio eſſet facta tempo-
re peſtis,quia tunc non requiruntur quinque teſtes, ſed ſuffi-
ciunt tres,ita tenet Rip.in tract.de peſte.rub.de priuil. vltim.
volunt.nu.46.& 47.per l.Marcellus,ff.de dona.cauſ.mort.

39 Secundu loco limitabis, vt vera ſit limitatio † inſpecta di-
ſpoſitione iuris ciuilis,quę deſiderat quinque teſtes in dona-
tione cauſa mortis,vt eſt caſus in l.fi.C.de dona.cauſ.mort.ſe-
cus vero erit de iure Pontificio, ex cuius diſpoſitione in qua-
40 libet vltima voluntate,† ſufficiunt duo teſtes vna cum ſacer-
dote,quemadmodum ſancitum eſt in c.cum eſſes,de teſta.ita
conſultus reſpondit Socin.ſen.in conſ.130 viſa contingentia
facti.nu.5.verſ.ſecundam dubitationem vol.1. vbi aſſerit hãc
** eſſe ** magis communem ſcribentium concluſionem.

Vndecimo limita, qñ in ipſa donatione eſſet facta mentio
41 de hæredibus, † nam tunc cenſetur donatio inter viuos, ita
ſingulariter tenet Bal.in l.a.col.a.verſ. quid enim ſi iſte filius,
poſt num.4. C.de iur.dot.& ibi.Sal.verſ.ſed nunquid inſurgit
dubium, quibus accedit Iaſo. in l.non omnis in verſ.ſecundo
infero.nu.5.ff.ſi cert.peta.& confirmauit Alex.in conſ.14.col.
3.verſ.poſtremo etiam ex alio colligitur.vol.1.iſtis ſe ſubſcri-
pſit Aret.in conſ.74.col.2.verſi.tertio moueor, quia notarius,
nu.5.quod etiam comprobat Dec.in d.l.quæ dotis.col.5.ff.ſo-
lut.matri.& ſequitur Boer.in d.deciſ.353 ſub nu.12.verſ.item
etiam quando.

42 Duodecimo limita,& intellige,vt non ſufficiant † ſimplici-
ter eſſe factam mentionem mortis,ſed duo copolatiue requi-
rantur, ſcilicet, quod in donatione ſit facta mentio mortis, &
* quod ſit collata in tempus mortis: ita cõcludunt * omnes Dd.
vt dicit Sigiſmund.in conſil.feud.conſ.5.poſt nu.4. quod eſſe
perpetuo notandum admonet Iul.Clar. in d.§. donatio. q.4.
verſ.cæterum.

43 Decimotertio limita, locum ſibi non vendicare, † quando
in donatione extaret clauſula, pure, & ſimpliciter, quia tunc
etiam facta mentione mortis præſumitur inter viuos,ita con-
ſultum eſt à Soc.in conſ.53.vol.1. quem refert etiam Illuſtriſ-
ſimus Cardinalis Albanus ad Bar.in l.quę dotis.nu.5.ff.ſoluto
matrimonio.

CONCLVSIO DLXIII.

ARGVMENTVM.

*Donatio an probari poſſit per teſtes, qui donationi inter-
fuerunt.*

SVMMARIA.

1 *Donatio per teſtes probari poteſt,qui donationi interfuerunt,inter quos etiam nota-
rius eſſe poteſt.*
2 *Ad probandum donationem an ſufficiant duo, vel tres teſtes, vide remiſſiue.*
3 *Donatio poteſt probare per ſcripturam priuatam.*
4 *Donatio probatur etiam ex coniecturis.*
5 *Donans non admittitur ad probandum ipſam donationem,quoniam affectat dona-
tionem ſuam valere.*
6 *Donationem probare non ſufficit, ſed requiritur etiam, vt probetur de iure donan-
tis, maxime,quando in donatione dictum eſt, donaſſe ſpectantia, & pertinentia ad
ipſum.*

1 DOnatio probari poteſt per teſtes, qui † interfuerunt do-
nationi,inter quos etiam notarius eſſe poteſt, vt reſpon-
dit Paul.Caſt.in conſ.75.incip.notandum eſt,quod præſat.ſta-
tut.nu.3. & ſeq.vol.2. quod & ea ratione confirmari poteſt,
propterea,quod donatio ad ſui validitatem ſcriptura non in-
diget,vt colligitur à gl.magiſtra.in verb.in ſcriptis, & ibi no-
tat Petr.de Anch. & Gemin.in c.1.§.poſtquam autem.de cen-
ſib.in 6.quæ gl.enumerat 34.caſus,in quibus ſcriptura requiri
tur,& ita ait Steph.Bertr. in conſ.89.nu.2.vol.1. vbi ad idem
alia multa accumulat,& præcipue dictum Salic.in l. pactum,
quod bona fide.C.de pactis.

Iſtorum vero teſtium numerus quãtus eſſe debeat, hoc eſt,
2 an † duo,vel tres teſtes ſufficiant ad probandam donationẽ,
ad hoc conſulendus erit Bertran.in conſ.208.num.3.volum.s.
verſ.ad ſecundum quæſitum,affirmate reſpondens optime fa-
tis eſſe.

3 Primo concluſionem hanc velim amplies, † vt etiam poſſit
probari per ſcripturam priuatam, vt conſulendo ſenſit Marc.
Mant.in conſ.71.nu.17.verſ.& ſufficit etiam,quod ſit ſcriptu-
ra priuata.

4 Secundo amplia,† vt etiam probetur ex coniecturis, vt do-
cuit Bar.in l.cum quid.nu.10.ff.ſi cert.pet.& Fel. aſſeruit in c.
ſi cautio.nu.5.de fid.inſtru.de quibus late ſupra dictum eſt in
concluſione, Animus donandi.

Primo tñ intelligas, vt donans non admittatur ad proban-
5 dam ipſam donationem: † qm donans affectat donationem
ſuã valere,& ideo eſt repellendus, vt notat Cy.in l.omnibus.
poſt

Digitized by Google

poſt nu.2.verſ.ſecũdo conſueuit quæri,nunquid donator. ibi,
præterea ille,qui donat.C.de teſtib.& refert Alberi.de Maler,
in ſuo tract.de teſtib.c.4.nu.45.ſiue Alberic.de Roſa.tract.de
teſtib.in §.expedita. tub. quando teſtes repell.ratione affect.
col.5.poſt num.29.verſ. vltra prædicta videndum eſt quid de
donatione.

Secundo intelliges,vt non ſufficiat probare donationẽ,ſed
6 requiratur † etiam,vt probetur de iure donantis,maxime qñ
in donatione dictum ſit,ſe donaſſe ſpectantia, & pertinentia
ad ipſum,vt obſeruauit Bar.in l.emptor fundi,ff.pro empt. &
cauit Oldr.in conſ.164.quos refert Alea.in conſ.57.nu.2. vol.
6.incip.in cauſa,& lite inter Magnificum,& generoſum equi-
tem Dñm Petrum. verſ.nã ad probationem iurium,& idẽ vo-
luit idem Alea.conſ.28.viſis,& accurate ponderatis,col.4.nu.
7.verſ.ad prædictorum confirmationem,vol. 1. & in conſ.14.
viſo,& cõſiderato themate ſupraſcripto,nu.7.verſ nec ad hoc
obſtat.vol.2.& in conſil. 108. viſo proceſſu cauſæ principalis
inter nobilem virum Nicolaum de Ceſis,nu.1.& ſeq.verſic.&
certe hic titulus, vol.6. & hoc idem videtur ſenſiſſe in conſil.
103.qm abũde ſcriptum,& allegatum eſt,poſt nu.6.verſ. præ-
terea efficacius probatur,eod.vol.6.& idem profitendo ſenſit
in l.ſi ſic.nu.22.verſ.& inducitur iſte te at.de mente Bar.ibi,ff.
de leg.1.& in l.locus.nu.3.& ſeq.de mente Ang.ibi ſequendo
Bar.in d.l.ſi ſic.& Oldr.vbi ſupra,ff.de acq.poſ.Iaſ.in d.l.ſi ſic.
§ 1.nu.18.vſq; ad finem,ff.de lega.1. nec ab hac ſententia fuit
alienus Fabia.de Monte in tract.de emp.& vend.in 6.q.prin.
verſ.circa ſecũdum membrum.nu.18.cum ſeq.vbi alia allegat,
placuit hoc idem Caſtr.ſequendo Bar.vbi ſupra, in l.ſi nõ de-
ſignata,quæ eſt tertia,in prin.C.de fal.cau.adiect.leg.idẽ tra-
didit Bal.in d.l.ſi ſic.d.§.1.in fi.verſ.extra collige hic ſecundũ
Dyn.ff.de legat. 1. & hanc opinionem confirmat Specul. in §.
nunc aliqua.nu.72.verſ.57.quæritur,& ibi Bald.in addit.col.
6.verſ.quidam vendidit mihi rem dicens, &c.& verſ.ſequen.
tit.de locat.vel emphyt.

CONCLVSIO DLXIV.

ARGVMENTVM.

Donatio alicuius rei, quam vir, aut eius pater mittit ſponſæ, an cenſeatur tradita cauſa ornamenti, & donatio facta ſponſæ à conſanguineis viri an præſumatur facta contemplatione mariti.

SVMMARIA.

1 *Donatio alicuius rei,quam vir, aut eius pater mittit ſponſæ, cenſetur tradita cauſa ornamenti, & non animo donandi.*
2 *Datum à viro,aut eius patre ſponſæ ſi eſt quid paruum,aut vile,& ad quotidianum vſum, cenſetur donatum, ſecus, ſi ſit quid pretioſum.*
3 *Data res à marito vxori, ſi data fuerunt ad vſum tantum, ſunt hæredis,ſed ſi conſtet maritum voluiſſe donare, ſunt vxoris.*
4 *Maritus an concedere voluerit res datas ad vſum vxoris, id colligitur, ipſas inſpiciendo, & quomodo.*
5 *Donatio facta ſponſæ à conſanguineis viri præſumitur facta contemplatione mariti, & econtra ſi facta fuit à conſanguineis ſponſæ, præſumitur facta contemplatione ipſius ſponſæ.*
6 *Donata ſecundum mentem donantis quandoque pertinent ad maritum & eius hæredes, & quandoque vxori.*
7 *Donata, quando ſumus in dubio,an pertineant viro vel vxori,confugiendum eſt ad coniecturas,& ad genus rerum donatarum,& earum congruentiam.*
8 *Donatio facta ambaſciatoribus, contemplatione ipſorum facta præſumitur, & non Principis, & ideo illis ambaſciatoribus acquiritur.*
9 *Donatum magiſtratui, vt prælato, legato aut alteri, præſumitur ſemper donatum fauore, & gratia perſonæ, non autem officij.*

DOnatio alicuius rei,quã vir,aut eius pater mittit ſponſæ,
1 non præſumitur,† ſed cenſetur tradita cauſa ornamenti,
& non animo donandi,& præſertim, qñ aperte non ſit dictũ,
quod donatur, ſed ſimpliciter aliquid miſſum eſt, vt docuit
Ang.in conſ.251.alias 339.incip.Nicolet.de Tartagnis,quem
refert Cagn.in l.contractus.nu.34.verſ.ſignandusq; eſt maxi-
* xime iſte tex.ff.de reg.iur.& ita * cõiter vniuerſos huic ſentẽ-
tiæ ſcribentes fauere atteſtatur Corn.conſ.65.li.3.& meminit
Alea.in conſi.15.poſt nu.10.verſ.pręterea etiam poſito,quod
Dñs Ludouicus,& nu.11.vol.7.vbi etiam aſſeuerauit concor-
* des in hac mente manere * prudentes omnes, per l.ſi vt certo.
§.interdum,ff.commoda. iuncta l cum de indebito. in princ.
cum ſimil.ff.de probat.quod & placuit Bertr.in conſ.224.viſo
caſu mihi exhibito.nu.3.verſ.& vbi poteſt.vol.2. & in conſi.
390.multa fuerunt alias.nu.3.verſ. etiam cum poteſt.vol.1.&
Biſignet,deciſ.1.Petrus exiſtens in matrimonio, nu.6.de do-
nat.inter vir.& vxor.

Superiora,quæ diximus,ſi accipies,vt nõ procedant,quan-
do illud datũ eſſet quid paruum,aut vile,& ad quotidianum
2 vſum: † nam tunc cenſetur donatum, ſecus ſi ſit quid pretio-
ſum,etenim tunc non cenſetur donatum, ſed conceſſum ad v-
ſum tantum,ita tenuit Bart. in l. in his rebus.§.2.nu.2.ff.ſolut.
* matrim.& de * cõi opinione atteſtatur Corn.in conſ.81.in lit-
tera L.lib.1.& Bertr.tradidit in conſ.304 viſis duobus publi
cis,poſt nu.4.verſ.& ſi veſtierint, diſtinguit Io.de Imo.vol.1.
& ſentit in d.conſ.224.poſt nu.2.verſ.præterea attenta quanti
tate.d.vol.2.quibus conuenit reſponſum Soc.iun.in conſ.134.
* num.40.lib.1.vbi etiam * cunctis id placuiſſe aſſerit, quod &
probauit Corn in conſ.114.littera G. lib.4. quos etiam refert
ſequendo Iul.Clar.in §.donat.q.10.in verb.circa hunc.verſic.
* ſucceſſiue quæro.li.4.& de * communi etiam teſtatur,vbi in-
quit,ab hac opinione nullo modo in praxi eſſe recedendum,
& multo minus hoc tempore,quo infelices mariti obſequen-
tes ambitioni vxorum,plus in earum ornamentis impendunt,
quã pro dote recipiant,& ideo mortuo marito ſi oriatur quę-
3 ſtio inter vxorem & hæredes mariti, inſpiciendum eſt, † an
conſtet,quod maritus eas voluerit concedere ad vſum vxoris
tantum,& tunc ſunt hæredis,at ſi conſtet maritum voluiſſe do
nare,ſunt vxoris,ſi vero ſumus in dubio,res neceſſariæ ad vſũ
vxoris remanent ipſi, aliæ vero redeunt ad hæredes mariti,
* quæ concluſio * vno conſenſu ab omnibus probatur,vt ait A-
lexand.in l.ſi is,qui quadraginta §.dos legata num.2.ff. ad le-
gem Falcidiam,à qua conſulendo, & iudicando non eſſe rece
dendum dixit Clar.vbi ſupra.

Intellige dum dicebamus inſpiciendum eſſe,an maritus vo
4 luerit concedere ad vſum,id recte colligi † inſpiciẽdo res da-
tas,nã ſi tales erant, vt ad eas faciendas maritus iuxta condi-
tionem mulieris & cõem conſuetudinem teneretur,& mulier
indigebat,tunc non præſumitur illi donaſſe,etenim neceſſitas
exhibendi,& ſibi talia adminiſtrandi incumbebat marito, &
ideo iura fauent marito, vt tantum ratione præſentis vſus in-
telligatur potius tradidiſſe,quam donaſſe,vt probatur in l.ſed
ſi vir ex lana.cum ibi not.in prin.ff.de dona.inter vir.& vxor.
* & l.mortis ſuę cauſa.in fin.eodem tit. & * communiter tenent
Dd.in d.l.ſed ſi vir ex lana,vt etiam atteſtatur Biſign.in deci.
* 1.nu.2.de donat.inter vir.& vxor. vbi hoc * communiter te-
neri teſtatur.

Verum donatio facta ſponſæ à conſanguineis viri pręſumi-
5 tur facta contemplatione mariti, † & idem ſi econtra fuerit
facta à conſanguineis ſponſæ præſumitur facta contemplatio
ne ipſius ſponſæ.Ita Bar.docuit in l ſed ſi plures.§. in arroga-
** to.nu.4.de vulg.& pupil. & ita ** cõiter teneri dixit Iaſ. in l.
vt liberis.nu.17.verſ.capio gl.in ver.ſponſos.C.de coll. Cagn.
in l.contract.nu.38.de reg.iur.prout refert etiam Clar.in d.§.
donatio.q.10.verſ.ſed nunquid,& idem voluit Aret.in §. fue-
rat.verſ.quid erit de donationibus.nu.26.Inſti.de actio.& tra
didit late Alc.de præſump.in reg.1.præſump.18.& ibi Atela-
tan.in additio.& Summa Silueſt.in ver.donatio.il 2.num.6.&
alius refert Menoch.in conſ.81.num.49.

6 Intellige prędicta diſtinguendo,† Nam,aut donans ex pręcipue erat mẽte,vt donaret viro,& vellet quod ſibi acquireretur,licet traderet vxori, & tunc donatũ pertinet ad maritum,
& eius hæredes,at ſi donans contẽplatione viri eo eſſet conſi-
lio,vt nihilominus principaliter donaretur vxori,tũc donata
quærùntur ipſi vxori,at ſi eſſemus in dubio,eſſet confugiendũ
7 ad cõiecturas,& ad genus rerum donatarum,† an ſcilicet po-
tius congruerent viro,quam vxori,vel econtra,& tunc ſecun-
dum hoc præſumatur, an voluerit donator acquirere viro, an
vxori: at ſi e a his aliquid præſumi non poſſet, in dubio eſſet
pręſumendum pro marito,ſi eius contemplatione eſſet dona-
tum,item econtra,ſi contemplatione vxoris, quod cognoſce-
tur cõſiderata perſona donantis, an ſcilicet ſit conſanguineus
vxoris,an viri,vt dictum eſt in concluſione.

Diſtinctionem vero hanc ponit Biſignet. d.deciſ. 1. de do-
nat.inter vir.& vxor.nu.7.

Quẽadmodum n.donatio facta ambaſciatoribus,vel ſi ma-
gis legatis,præſumitur facta contemplatione ipſius ambaſcia
8 toris,† & non Principis, & ideo ambaſciatori acquiritur, ſic
* * vniuerſi huius fuere ſententiæ aſſertores, moti reſpõſo Vlp.
in l.ſi vero §.itẽ quicquid.ff.ſolu.matr.vt dixit Alex.in l.ſed ſi
plures.

pl*u*res.§.in arrogato.nu.12.ff.de vugl.pupill.& refert Alciat.
de præſumpt.in reg.1.præſumpt.18.nu.2.& ibi Arela.in addi
tio.cõfirmantur ſupradicta per illud,quod voluit Bal.in cõſ.
194.pręmiſſis verbis col.1.in fi.lib.2.& alij qnos refert Tiraq.
in l.ſi vnquam. C.de renoc.donat.in verb.donatione largitus.
9 n.54.verſ.24.licet cum quid donatur officiali.vbi † voluerunt
quod ſi quid donatur magiſtratui,vt prælato,legato,aut alte
ri,præſumatur ſemper donatum fauore,& gratia perſonæ,nõ
autem officij,vt conſtat ex adductis ibidem à Tiraq.

CONCLVSIO DLXV.

ARGVMENTVM.

Donatarius an præſumatur interueniſſe in donatione,& donans voluiſſe tantummodo donare ſoli donatario,& an moriens cum donatario præſumatur prius mortuus.

SVMMARIA.

1 *Donatarius non præſumitur interueniſſe in donatione,niſi aliter exprimatur.*
2 *Donans præſumitur voluiſſe tantummodo donare ſoli donatario,etiamſi in donatione ſit dictum,& hæredibus ſuis.*
3 *Donatarius ſi præmoriatur, donatio euaneſcit,& reuertitur ad donantem,etiam ſi dictum ſit,donat Caio,& hæredibus ſuis.*
4 *Donans moriens ſimul cum donatario,præſumitur prius mortuus,vt donatio ſuſtineatur,& cenſeatur morte confirmata.*
5 *Donatarius ſi poſt donationem ſe obliget ad aliquid,præſumitur id feciſſe contemplatione præcedentis donationis.*

1 DOnatarius nõ pręſumitur interueniſſe in donatione,†niſi
aliter exprimatur,vt aſſeuerauit Caſtrenſ.in l.illud.pro-
pe finem.poſt nu.6.& vidi in ciuitate iſta.C.de ſacroſanctis
eccleſiis ſequitur Crot.in rubrica de verb.obligation.col.5.n.
28.verſ.ideo dicit Paulus de Caſtro,& probauit Ruin.in cõſ.
154 nu.11.& ſeqnen.verſ.vbi concludit.quod ſit menio in in-
ſtrumento.colum.5.

Nec à re noſtra alienum erit illud attingere, q̃ erit pro co
ronide in hac materia,hoc eſt,Donantem præſumi voluiſſe
2 tantummodo donare ſoli donatario,† etiam ſi in donatione
eſſet dictum,& hæredibus ſuis,quia non eandem fiduciã de
illis,quam de proprio donatore forſan habebat,vt ſentit Al-
cia.in reſpon.99.nu.24.poſt Baldum in conſ.391.lib.3.atque
cautum eſt à Fulgoſ.conſi.17.& conſuluit Bolog.in conſ.64.
nec ſuppreſſit Menoch.in conſ.40.nu.41.

Vnde infertur,quod ſi donatarius præmoriatur,donatio e-
3 uaneſcat,† & reuertatur ad donantem,etiam ſi eſſet dictum
donat Caio,& hæredibus ſuis,quia donatum eſt hæredibus
contemplatione ipſius Caij,quo mortuo,deinceps nullã vim
habuit in ipſius perſona,& ideo nec etiam debet habere in
perſona hæredum ſuorum vt egregrie ſentit Alci.allega.in re-
ſponſo.99.n.17.& alij ſupra relati,quos etiam ſequitur Me-
noch.in conſ.84.num.15.& 16.

Iſtis & illud proximum eſt,vt donans moriens ſimul cum
4 donatario † præſumatur prius mortuus,vt donatio ſuſtinea-
tur,& cenſeatur morte confirmata,ita reſpondit egregius Me
noch.in conſ.84.nu.14.& tradidit Couaru.in lib.2.variarum
reſolut.c.ſeptimo per totum,quem etiam ſequitur Burſ.in cõſ.
8.num.16.

Eiuſcemmodi eſt illud,vt donatarius, ſi poſt donationem
5 ſe obliget ad aliquid,præſumatur factum † contemplatione
præcedentis donationis,iuxta ſententiã Soc.ſen.in cõſ.273.
col.2.nu.4.verſ.confirmatur.vol.2.Nam quando duo contra-
ctus vno tempore celebrantur.vnus præſumitur alium reſpi-
cere,vt ex multis probat Dec.in l.petens,nu.3. C.de pactis.
& egregie declarat Cor.in conſ.284.nu.1.& 2.lib.4.& idem
Soc.vbi ſupra, & idem Iacobus de Leonar. inter conſilia
Brun.conſ.118.num.3.

CONCLVSIO DLXVI.

ARGVMENTVM.

Dos vt probetur an leuiores,& faciliores probationes propter eius fauorem requirantur.

SVMMARIA.

1 *Dos vt probetur,leuiores,& faciliores probationes propter eius fauorem requirũtur. Verba enunciatiua ſufficiunt ad probandum dotem ibi.*
2 *Probationes,quæ alias non recipiuntur,fauore dotis admittuntur.*
3 *Probatio pro dote præferenda eſt,cum pares ab vtraque parte probationes ſunt.*
4 *Dotis inſtrumentum prius præſumitur factum,concurrentibus pluribus inſtrumentis eiuſdem diei.*
5 *Dos etiam per præſumptiones probari poteſt.*
6 *Dotis conſtitutio probatur per præſumptionem.*
7 *In cauſa dotis ſicut in cæteris cauſis probationes legitimæ requiruntur.*
8 *In cauſa dotis probationes legitimæ eſſe debent,& teſtes ſuper ea deponentes idonei.*

1 DOs,vt probetur,leuiores, & faciliores probationes† pro
pter fauorem dotis requirũtur, vt reſponſum fuit à Dec.
in conſ.135.ſub nu.2. ibi & ad hoc bene facit . Vnde colligit
ipſe,verba enunciatiua ſufficere ad probandum dotem,aucto
ritate Bart.in conſ.553.incip.factum ſic ſe habet,Titius & Se-
ius.per l.1.§.accedit.C.de rei vxor.actio.& l.2.cum ibi nota.
C. de dot. promiſſ. quod etiam confirmauit Pau. de Caſtr. in
conſ.92.incipien.quod præfata ſententia.num.3. verſ.quod ſi
inſtrumento.vol.2.idem voluit Alex.in conſ.4.nu.8 vol.2. &
in l.admonendi.nu.41.verſ.quærit etiam hic Bart.ff.de iureiu
ran.& iſtis ſuffragantur , quæ obſeruauit Abb. in c. cum ſicut.
nu.4.de conſecratio.eccleſ.vel altar dum facit æquiparationẽ
de dote pro matrimonio carnali ad dotem eccleſiæ .

2 Primo amplia,vt vſque eo procedat,† vt probationes,quę
alias nõ reciperentur , fauore dotis admittantur , ſic decidit
multos adducendo Petr.Beninten.in deciſ.41.nu.6.

Secundo amplia,vt cum pares ab vtraq; parte fuerint pro-
3 bationes† præferenda ſit probatio pro dote , argumẽto eius,
quod reſpondit Hermogen.iuriſconſul.in l.lege Iulia.de ma-
numiſſ.quod etiam fuit obſeruatum in c.ex literis.de probat.
& notauit Bal.Nouell.in tract.de dot.in 9.parte,in 3.priuileg.
huic rei fauere videtur,q̃ docuit Bart. in l.1.in princ. & nu.4.
ff.ſoluto matri.vbi ait , concurrentibus pluribus inſtrumentis
4 eiuſdem diei,prius† præſumi factum inſtrumentum dotis,per
l.in ambiguis.de iure dot.vbi idem determinat Bal. in d.l.1.
nu.2.ff.ſolu.matr.ibi etiam Ang.Imo.Alex.nu.2.& 3. & Soc.in
princ.& recẽtiores,quos etiam refert ibidem Rip. nu.2.& 3.
Bal.quoque in l.aſſiduis.in princ.C.qui potio.in pig.habean.

5 Tertio velim amplies,vt poſſit probari† etiam per præſum
ptiones,vt aſſeuerauit glo.1.& ibi Bal.in l.cum circa.C.de iu-
re dot.vbi inquit,q̃ ſi maritus ex forma ſtatuti lucretur partẽ
dotis,habebit locum tam in huiuſmodi dote præſumpta,quã
ſi liquido eam probaret, & idẽ refert & ſequitur Rolan.à Val
le,de lucr.dot.in quæſtionibus ſuis de ſtatu.lucr.dot.q.75.vbi
6 nu.20.ait hanc eſſe * communem opinionem, † & quod dotis
conſtitutio probetur per præſumptionẽ,voluit etiam Marſ.in
rubr.C.de probat. nu.76. verſ. & magis ſpecialiter loquendo
pro hoc.& cautum eſt à Calcan.conſ.11.vol.2.cum alijs ab eo
ibidem relatis,& tradidit idem Rol.à Valle in d.tract.de dot.
q.75.nu.16. licet contrarium videatur ſentire in q.71. nu.6.

Contra concluſionem ſupra firmatam aperte reſpondit So
7 cin.iun.in conſ.12.nu.15.vol.2.vbi ait,† in materia probatio-
nis cauſa dotis non habere præcipuum priuilegium,ſed ſicut
in cæteris cauſis probationes legitimas requiri , ita etiam in
iſtis,quod comprobat per ea, quæ tradit conſulendo Alex. in
8 conſ.13.nu.11.vol.1.vbi voluit, in cauſa dotis† probationes
legitimas eſſe debere,teſteſq; ſuper ea deponentes idoneos,
& idem affirmat Nouell.in d.tract. de dot.in 9. part.12. pri-
uileg.

CONCLVSIO DLXVII.

ARGVMENTVM.

Dotis receptio an probetur per confeſſionem viri.

SVMMARIA.

1 *Dotis receptio non probatur per confeſſionem viri.*
2 *Confeſſio receptionis dotis facta ſoluto matrimonio valet,ſicut ſi conſtante,vt ibi.*
3 *Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio,non præiudicat marito , quia ex illa non probatur,dotem fuiſſe numeratam.*
4 *Maritus habet exceptionem non numeratæ dotis contra mulierem,vel alios pro muliere,etiam ſi in confeſſione receptionis renunciaſſet huiuſmodi exceptioni.*

Digitized by Google

5 *Confeſſioni receptionis dotis ſtatur, quando non extaret alius creditor, niſi ipſa mulier, vel bona pro omnibus ſufficerent.*
6 *Mulier ſi confeſſa fuerit dediſſe viro ſuo talia & tanta bona probat, & ſibi praiudicat.*
7 *Dotis vera numeratio probatur, præcedente promiſſione, & exinde ſubſequente confeſſione receptionis. Contrarium num. 8.*
9 *Confeſſio receptionis dotis præcedente promiſſione, præiudicat etiam creditoribus. Contrarium num. 10.*

1 DOris receptio † noo probatur per confeſſionem viri iuxta ſententiam Accurſ. in l. aſſiduis. §. cum enim. in verb. datæ. C. qui porio. in pignor. habeant. & ibi Bal. nu. 2. & nu. 8. Cyn. & alij. Idẽ notar Hercul. in tract. de neg. proban. no. 198. verſ. decimo fallit, in hanc quoq; ſniam reſpondit Bal. in cõſ. 351. quæritur, an coofeſſio. in princ. vol. 3. huic illud alludit, quod dos coofeſſata oõ habet priuilegia veræ dotis, vt videre eſt ex his, quę fere ad nauſeã cnogeſſit elegantiſſimus Tiraquel. io tract. de vtroque retract. retract. conuentionali. §. 4. gl. 6. nom. 14. & caurum eſt à Rom. in conſ. 445. conſultatio præſens, nu. 11. & ſequent. verſ. ſecund. per text. nota.

Concluſionem hanc primo limitabis, & intelliges, vt locũ
2 ſibi non vendicet, † qñ huiuſmodi confeſſio eſſet facta ſoluto matrimonio, tunc enim valeret, ſecus ſi conſtaote, quia ex illa confeſſione non probatur, dotem fuiſſe numeratam, ita Bald. in d. cooſ. 349. alias 352. quæritur an confeſſio. nu. 1. vol. 3. vn-
3 de talis confeſſio doris receptæ non pręiudicat marito, † immo vxor ipſam dotem reperens deber probare illã oumeraſſe, vt colligimus ex reſeripto Impera. Seueri & Antooini, in l. 1. C. de do. cau. nõ numerata. Idem tenet Riminald. conſ. 216. nu. 3. lib 2. & marirus habebit exceptionẽ non numeratæ do-
4 tis contra mulierem vel alios pro muliere, † etiam ſi in cõfeſſione receptionis renunciaſſet huiuſmodi exceptioni, vt late idem Rimina. hoc proſequitur in d. cooſ. 216. fere per totum.

Secundo loco limita, & intellige non procedere, quãdo oõ extaret alius creditor, niſi ipſa mulier vel bona pro omnibus
5 ſufficerent, † oam tunc ſtatur confeſſioni, vt habemus ab eodem Bald. in dicto conſ. 349. alias 352. quæritur, an confeſſio. verſic. ſed vbi. poſt nu. 2. vol. 3. quem refert cum alijs Tiraq. in d. tract. de vtraque retract. titul. de rerract. cõuetiona. §. 4. gl. fi. nu. 14. io fio. & ſentir idem Bald. in d. l. aſſiduis. d. num. 8. C. qui porio. io pigno babean.

Tertio limites velim non procedere in confeſſione facta à
6 muliere, etiam extraiudicialiter, & abſente viro ſuo, † etenim ſi confeſſa fuerit dediſſe viro ſuo dotem talia, & tanta buna, probat, & ſibi præiudicat, vr ex late adductis à Curt. iun. in conſ. 168. fere per totum. & ad iſtam concluſionem vide late ſupra à nobis tradita in concluſiooe, Cnofeſſio mariti, & in concluſione, Confeſſio extraiudicialiter.

Quarto limitare tibi licebit, vt vera noo ſit, quando ante confeſſionẽ mariti de dote recepta pręceſſerit promiſſio dotis facta eidem marito: præcedeute namq; promiſſiooe, &
